


Biblioteca Universitaria
GRANADA
Baja 4
Horario 14
Tabla
Número 226



15.226


0.52.



Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala 4
Exente 14
Tabla
Número 246

15-226

0.52.



8-5354
D. BONAVENTURAE
S. R. E. EPISCOPI CARD.

ALBANENSIS. DOCTO-
RISQ. SERAPHICI.

In Secundum Librum Sententiarum
elaborata Dilucidatio.

COLLECTIS VNIVERSIS PRIORIBVS EDITIONIBVS;
quidquid aut elegantiae, aut eruditionis in illis antea sparsim lege-
batur; huic uni appositum est totum; & longè copiosius, ac emen-
datus: ita ut uix ampliùs sit, quod in tanto opere desiderari queat.

*Recognoscente R. P. M. Ioanne Balainio Andrio,
Franciscano Conuentuali.*

CVM QVINCVPlici INDICE.



DE LA LIBRERIA

DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.

M. C. N.

VENETIIS, ad Signum Seminantis.

M. D. LXXIII.

Loco Castri Tracchi Capuanæ

Jay de D.º Andres Ortiz Sordal Maestro
 de la Real Academia del Santo Oficio de la Inquisi-
 cion de Cordova, Doctor en Sagrada
 Theologia, Examinador de la Real
 de la Vicaria General de la Villa
 de Estepa, de la de...

De pueris parvis a povera...
 Bern. N.º Poblacion de Avila...
 en el Mar...
 feci de Gra.º...
 iguales.

E L E N C H V S
Q V A E S T I O N V M
I N H O C S E C V N D O L I B R O
D I S P U T A T A R V M.



D I S T I N C T I O I.
P A R S P R I M A.
A R T I C V L V S I.



N R E S ha-
 beāt prin-
 cipiū cau-
 sale? q. 1.
 An mundus
 ab æterno
 uel ex tem-

pore productus sit? q. 2.
A R T I C V L V S I I.
 An res productæ sint in esse à
 pluribus principiis? q. 1.
 An primum principium produ-
 ctivum rerum, se ipso, uel me-
 diante alio res produxerit?
 quæst. 2.

A R T I C V L V S I I I.
 An creatio mutatione dicat? q. 1.
 An etiam dicat medium inter
 creatorem, & creaturam?
 quæst. 2.

D I S T I N C T I O I.
P A R S S E C V N D A
A R T I C V L V S I.

An à primo efficiente potuerit,
 uel debuerit esse rerum mul-
 titudo? q. 1.
 An rerū multitudo triplici hac
 sectione, distinctione; distin-
 guatur. i. creatura spiritali,

creatura corporali, & ex utraq-
 ue media? quæst. 2.

A R T I C V L V S I I.
 An ad sui gloriam, uel ad rerum
 met utilitatem res ipsas pro-
 duxerit deus? q. 1.

An angelus præstantior sit ho-
 mine? q. 2.

A R T I C V L V S I I I.
 An angelus & anima specie dif-
 ferant? q. 1.

Angelus & anima, ex quo diffe-
 runt, quæ nam est differentia
 illa, qua differunt? q. 2.

D I S T I N C T I O. I I.
P A R S P R I M A.
A R T I C V L V S I.

An spiritualia propriam men-
 suram habeant? quæstio.
 prima.

An æternorum omnium unū
 sit æuum? q. 2.

An spiritualia permanentem,
 uel successivā mensuram ha-
 beant? q. 3.

An æuum aliquo modo tempus
 præcedat? q. 1.

An & inter utrunque sit men-
 sura media? q. 2.

An spirituales & corporales sub-
 stantia simul creatæ sint?
 quæst. 3.

E L E N C H V S.

DISTINCTIO II.
PARS SECUNDA
ARTICVLVS I.

An cœlum empyreum sit, & cuiusmodi naturæ sit? q. 1.
 An item influat in hæc inferiora? q. 2.

ARTICVLVS II.

An angeli corporali loco locentur? q. 1.

An pariter simul & semel in pluribus locis, uel in uno tantum loco sint? q. 2.

An similiter in loco punctali, uel partibili sint? q. 3.

An plures eorum in eodem loco simul esse possint? q. 4.

DISTINCTIO III.
PARS PRIMA.

ARTICVLVS I.

An angeli ex materia & forma compositi sint? q. 1.

An materia, ex qua angeli compositi sunt, eadem sit cum materia corporalium? q. 2.

An corporalium & incorporeorum materia una numero sit? quæst. 3.

ARTICVLVS II.

An in angelis sit mera discretio personalis? q. 1.

An isthæc personalis discretio accidentalis, uel substantialis in eisdem sit? q. 2.

A qua parte istidem discretio hæc personalis sit, à parte principii formalis; uel materialis? quæst. 3.

DISTINCTIO III.
PARS SECUNDA

ARTICVLVS I.

An Deus angelum, malum condiderit? q. 1.

An angelus illico quòd creatus est, peccauit? q. 2.

ARTICVLVS II.

An angelus creata omnia, quæ cognoscit, per species innatas, uel acquisitas cognoscat? quæst. 1.

An angelus naturali cognitione diuinam essentiã in se, absq; adminiculo, uel medio aliquo cognouerit? q. 2.

ARTICVLVS III.

An angeli naturali dilectione deũ propter se & super omnia dilexerint? q. 1.

Angeli naturali dilectione quæ magis diligunt, superiorem, inferiorem, an parem? quæstio. 2.

DISTINCT. IIII.

ARTICVLVS I.

An angeli in gloria & beatitudine creati sint? q. 1.

An item in gratia creati sunt? quæst. 2.

ARTICVLVS II.

An angeli boni præsciuerint futuram suam glorificationem? quæst. 1.

An & mali præiuderint suum casum? q. 2.

ARTICVLVS III.

An angeli in primordio creatio nis matutinam cognitionem habuerint? q. 1.

An qui ex angelis permanserunt, habeant nunc uespertinã cognitionem? q. 2.

DISTINCTIO V.

ARTICVLVS I.

An Lucifer peccato superbix peccauerit? q. 1.

Quid Lucifer appetiuerit? quæst. 2.

AR-

E L E N C H V S.

ARTICVLVS II.

An & minores angeli peccato superbix peccauerint? q. 1.

An peccatum minorum angelorum ad Luciferi peccatum ordinem habeat? q. 2.

ARTICVLVS III.

An conuersio bonorum angelorum ad Deũ uirtute naturæ, uel auxilio gratiæ fuerit? q. 1.

An in huiusmodi conuersione meritum præmium præceberit? q. 2.

DISTINCTIO VI.

ARTICVLVS I.

De quorum ordine Lucifer fuerit? q. 1.

De quorum pariter ordine & minores angeli, qui cum eo cecidere, fuerunt? q. 2.

ARTICVLVS II.

An angeli cadentes, in infernũ ceciderint? q. 1.

An demones ubicunque sunt, infernali cruciatu crucietur? quæst. 2.

ARTICVLVS III.

An demones in ordines distincti sint, quemadmodum & angeli boni? q. 1.

An & in eisdem prælatio sit? q. 2.

DISTINCT. VII.

PARS PRIMA.

ARTICVLVS I.

An uoluntas, uel affectus demonum rectificari possit? q. 1.

An & in eisdem mala uoluntas semper continetur? q. 2.

An similiter aliquando isthæc mala eorum uoluntas iutendatur? q. 3.

ARTICVLVS II.

An confirmatio liberum arbitrium mutet? q. 1.

An obstinatio tollat demonibus usum liberi arbitrii? quæst. 2.

An confirmatio in bono, obstinatio in malo augeant, minuãtue libertatis dominium? q. 3.

DISTINCT. VII.
PARS SECUNDA

ARTICVLVS I.

An demones circa presentia uel decipi, uel oblatere possint? quæst. 1.

An & præteritorum obliuisci possint? q. 2.

An etiam futura contingentia præcognoscant? q. 3.

ARTICVLVS II.

An omnes formæ à creatore inducantur; uel aliquæ sint ab agente creato? q. 1.

An demones ueras rerum formas rebus inducere possint? quæst. 2.

An magia absq; peccato liceat uti? q. 3.

DISTINCT. VIII.
PARS PRIMA.

ARTICVLVS I.

An angeli corpora habeant sibi unita? q. 1.

An illa quandoque assumant? quæst. 2.

ARTICVLVS II.

An quæ angeli corpora assument; ueram humanorũ corporum formam habeant? q. 1.

An item de natura cœlesti, uel elementari illa fiant? q. 2.

ARTICVLVS III.

An angeli in corporibus assumpsis operationes anime uergetatiue exercent? q. 1.

An pariter operationes sensitiuæ potentiæ exercent? q. 2.

E L E N C H V S.
DISTINCT. VIII. DISTINCTIO X.
 P A R S S E C V N D A
 A R T I C V L V S I.

An demones in corporibus humanis habitare possint? q. 1.
 An etiam iidem animabus illabi possint? q. 2.
 An & sensus illudere possint? quæst. 3.
 An item & cognitiones immittere? q. 4.
 An pariter malas affectiones incendere? q. 5.
 An æquè & secreta conscientie scrutari? q. 6.

DISTINCTIO IX.
 A R T I C V L V S I.

An angeli, etiam diuersorum ordinum, eiusdem speciei omnes sint? q. 1.
 Angeli natura, uel gratia in ordines distincti sint? q. 2.
 An iuxta maiorem naturalium capacitatem & maiora à deo gratuita angeli recipiant? quæst. 3.
 A quo quisque angelorum ordo denominatur? q. 4.
 An ad singulos angelorum ordines fiat saluadorum assumptio? q. 5.
 An post iudicium angelorum prælatio euacuabitur? quæstio. 6.
 An angelorum ordines nouè numero sint: ita, ut ulterius ordinè aliū addere nō liceat? q. 7.
 An angeli eiusdem ordinis omnes æquales sint? q. 8.
 An & aliis creaturis rationalibus præter angelos per ordines distinguere conueniat? quæst. 9.

An angeli boni mittantur? q. 1.
 An omnium angelorum sit mitti? q. 2.

A R T I C V L V S I I.
 An angeli mittantur ad accendendum affectum? q. 1.
 An & ad illuminandum intellectum? q. 2.

A R T I C V L V S I I I.
 An locutio angeli idè sit, quod eius cognitio? q. 1.
 An eadem locutio & à deo & ab angelo esse possit? q. 2.

DISTINCTIO XI.
 A R T I C V L V S I.

An angeli deputari debuerint ad custodiam hominis lapsi? quæst. 1.

An si homo stetit, angeli ad eius custodiam deputati essent? q. 2.

An Christus angelum custodè habuerit? q. 3.

A R T I C V L V S I I.
 An angeli custodire desinant, quos obstinatos cōpererint? quæst. 1.

An angelis augeatur gaudium ex salute custoditorum? q. 2.

An uice uersa ex damnatione custoditorum ab eis detrimèti quidquā sibi eueniat? q. 3.

DISTINCTIO XII.
 A R T I C V L V S I.

An materia corporalium in omnimoda possibilitate creata sit, priuata prorsus quacunque forma? q. 1.

An etiam in perfecta actualitate producta sit? q. 2.

An materia prima sub aliqua diuersitate

E L E N C H V S:
 ueritate formarū creata sit? q. 3
 A R T I C V L V S I I.
 An superiorum & inferiorum una sit materia? q. 1.
 An in die, uel ante omnè diem producta sit materia prima? quæst. 2.
 An eadem locum repleuerit, occupaueritque? q. 3.

DISTINCT. XIII.
 A R T I C V L V S I.

An per lucem primo die factam lux corporalis, uel spiritualis intelligenda sit? q. 1.

Quomodo noctem, diemue faciebat? q. 2.

A R T I C V L V S I I.
 An lux corpus, uel forma corporis sit? q. 1.

An item forma substantialis uel accidentalis sit? q. 2.

A R T I C V L V S I I I.
 An lumen, à corpore luminoso egrediens, corpus, uel corporis qualitas sit? q. 1.

An lumen substantialis, uel accidentalis forma uel qualitas sit? q. 2.

DISTINCT. XIII.
 P A R S P R I M A.
 A R T I C V L V S I.

An cœlum crystallinum de natura aquæ sit? q. 1.
 An firmamentum eiusdem nature sit cum igne, elemento? quæst. 2.

A R T I C V L V S I I.
 An cœlū orbicularis figuræ sit? quæst. 1.

An in eodè cœlo sit ponere dextrū, & sinistrum? q. 2.

A R T I C V L V S I I I.
 An cœlū immediatè a deo moueatur? quæst. 1.

A quo eiusdè motus sit, an à propria forma, uel ab intelligentia? q. 2.

DISTINCT. XIII.
 P A R S S E C V N D A
 A R T I C V L V S I.

An omnia cœli luminaria in eodem continuo, uel in diuersis sita sint? q. 1.
 An pariter in suis orbibus propriis motibus moueantur? quæst. 2.
 An detur cœlum aliquod mobile, quod stellis, luminaribusque careat? q. 3.

A R T I C V L V S I I I.
 An luminaria diuersa sint in perfectione? q. 1.
 An isthęc diuersa luminaria diuersas in corporibus inferioribus impressiones efficiant? quæst. 2.
 An ex diuersitate eorundem diuersi in hominibus causentur mores? q. 3.

DISTINCT. XIII.
 P A R S S E C V N D A
 A R T I C V L V S I.

An omnia cœli luminaria in eodem continuo, uel in diuersis sita sint? q. 1.

An pariter in suis orbibus propriis motibus moueantur? quæst. 2.

An detur cœlum aliquod mobile, quod stellis, luminaribusque careat? q. 3.

A R T I C V L V S I I I.
 An luminaria diuersa sint in perfectione? q. 1.

An isthęc diuersa luminaria diuersas in corporibus inferioribus impressiones efficiant? quæst. 2.

An ex diuersitate eorundem diuersi in hominibus causentur mores? q. 3.

DISTINCTIO XV.
 A R T I C V L V S I.

An irrationalium animæ ex nihilo, uel ex aliquo productæ sint? q. 1.

An animalium corpora ex omnibus elementis uel ex uno tantum compacta sint? q. 2.

An item ex actiuis magis, uel ex passiuis elementis contentent? q. 3.

A R T I C V L V S I I.
 An omnia sensibilia propter hominem facta sint? q. 1.

An congruo ordine eadem sensibilia deus produxerit? q. 2.

An postquam deus animalia produxit, ab omni opere quiescit? q. 3.

E L E N C H V S.
DISTINCT. XVI.

ARTICVLVS I.

An hō uerè imago dei sit? q. 1.
An & naturaliter eiusdem ima-
go sit? q. 2.
An solus homo, ita quod non
alius, ad imaginē dei sit? q. 3.

ARTICVLVS II.

An in angelo, uel in anima hu-
mana imago dei principalit̄
reperiatur? q. 1.
An etiam principalit̄ in mare,
quā in fœmina reperiatur? q. 1.
An item in cognitiua, uel in mo-
tiua & affectiua potentia prin-
cipalit̄ sit? q. 3.

DISTINCT. XVII.

ARTICVLVS I.

An anima primi hominis de
dei substantia producta sit?
quæst. 1.
An item ex materia producta
sit? q. 2.
An pariter ante corpus, uel post
producta fuerit? q. 3.

ARTICVLVS II.

An corpus Adæ de natura purè
cœlesti produci debuerit? q. 1.
An item ex sola elementari na-
tura, uel etiam ex cœlesti con-
flatum fuerit? q. 2.
An etiam compactum sit ex ele-
mentis in æquali complexio-
ne, & compositione? q. 3.

DISTINCT. XVIII.

ARTICVLVS I.

A quo formatum sit Eux cor-
pus? q. 1.
An item Eua de costa formata
sit secundum rationem semi-
nalis? q. 2.
An ratio seminalis uniuersalis,
uel singularis forma sit? q. 3.

E L E N C H V S.

ARTICVLVS II.

An uniuersorum hominum ani-
mæ una, uel diuersæ substantiæ
sint? q. 1.
An pariter simul omnes produ-
ctæ sint? q. 2.
An anima rationalis sit extra-
duce? q. 3.

DISTINCT. XIX.

ARTICVLVS I.

An anima humana natura im-
mortalis sit? q. 1.
An etiam & quæuis anima brū-
talis immortalis sit? q. 2.

ARTICVLVS II.

An si Adam non peccasset; cor-
pus eius dissolui potuisset? q. 1.
An & ipso peccate, potuisset cor-
pus eius per esum ligni uitæ
perpetuari? q. 2.

ARTICVLVS III.

An primus homo natura, uel grā-
tia immortalis erat? q. 1.
An si isdem stetit, eadem per
essentiam fuisset immortalitas
innocentiæ cum immor-
talitate gratiæ? q. 2.

DISTINCTIO XX.

ARTICVLVS I.

An in statu innocentie fuisset
sexuum commissio? q. 1.
An & in hac commixtione se-
xuum fuisset seminum deci-
sio? q. 2.

An & in seminum decisione
fuisset delectationis intensio?
quæst. 3.

An & in illa coitione fuisset in-
tegritatis corruptio? q. 4.

An quotiens tūc coissent, totiēs
prolem genuissent? q. 5.

An & æquè pares numero fœ-
minas ac mares genuissent?
quæst. 6.

DI.

E L E N C H V S.

DISTINCT. XXI.

ARTICVLVS I.

A quo ductus sit diabolus, ut pri-
mum hominem tentaret? q. 1.
An conuultò in serpentis forma
primum hominem diabolus
aggressus est? q. 2.

Qui ordo, progressusque tenta-
tionis primorum parentum?
quæst. 3.

ARTICVLVS II.

An carnis sit tentare? q. 1.
An eadem sit carnis tēratio, quæ
diaboli? q. 2.

An carnis, uel diaboli tentatio
difficilior sit superatu? q. 3.

ARTICVLVS III.

An Adæ peccatum ueniale fue-
rit? q. 1.

An eiusdem peccatum remissi-
bile & remediabile fuerit, ma-
gis quam diaboli peccatum?
quæst. 2.

An item ex omnibus peccatorū
generibus grauissimum fue-
rit? q. 3.

DISTINCT. XXII.

ARTICVLVS I.

Quo peccati genere mulier pec-
cauit? q. 1.

An quod mulier appetiit, & uir
concupiuit? q. 2.

An uir, uel mulier grauius pec-
cauit? q. 3.

ARTICVLVS II.

An peccatum primorum paren-
tum ex ignorantia fuerit? q. 1.

An ignorantia in aliquo culpa
esse possit? q. 2.

An et à culpa excuset? q. 3.

DISTINCT. XXIII.

ARTICVLVS I.

An decuerit deum facere homi-

nem inexpugnabilem? q. 1.

An saltē eundem tentari permit-
tere debuerit? q. 2.

An uir iustus tentari optare de
beat? q. 3.

ARTICVLVS II.

An si homo stetisset, per tēporū
interualla in cognitione pro-
tecisset? q. 1.

An primi parentes si stetissent,
aliquando decipi potuissent?
quæst. 2.

An ita clare cognouerit Adam
deum in statu innocentie,
ut nunc beati in patria?
quæst. 3.

DISTINCT. XXIII.

PARS PRIMA.

ARTICVLVS I.

An possibile fuerit dari hominī
liberum arb. per naturā infle-
xibilem? q. 1.

An datum fuerit homini adiu-
torium, per quod absque om-
ni gratia tentationi resistere
potuisset? q. 2.

ARTICVLVS II.

An intellectus & affectus, siue ra-
tio & uoluntas essentialiter
differant? q. 1.

An superior & inferior portio
diuersæ potentiæ in anima
sint? q. 2.

An naturalis, & deliberatiua uo-
luntas una uel diuersæ poten-
tiæ sint? q. 3.

An æquè intellectus agēs & pos-
sibilis eadem, uel diuersæ po-
tentiæ sint? q. 4.

DISTINCT. XXIII.

PARS SECUNDA

ARTICVLVS I.

An in superiori parte rōnis ha-
beat esse peccatū s̄m se? q. 1.

AD

AN ibidem uentiale peccatum esse possit? q. 2.

ARTICVLVS II.

AN in inferiori parte rationis peccatū aliquod fieri habeat, nullatenus sensualitate suggerente? q. 1.

AN hæc inferior rationis pars sine superiori mortaliter peccare possit? q. 2.

ARTICVLVS III.

AN in sensualitate peccatum uentiale esse possit? q. 1.

AN similiter mortale? q. 2.

DISTINCT. XXV.

P A R S P R I M A.

ARTICVLVS I.

AN liberum arbitrium in solis animalibus rationalibus sit, uel etiam in irrationalibus? quæst. 1.

AN & potentia sit, à ratione, uoluntateque distincta? q. 2.

AN item utrunque dictorum complectatur, uoluntatem scilicet & rationem? q. 3.

AN si hæc etiam complectitur, per modum habitus, uel per modum potentie complectatur? q. 4.

AN quidquam supra eadem addat? q. 5.

AN penes rationem, uel uoluntatem principaliter nobis id ipsum in sit? q. 5.

DISTINCT. XXV.

P A R S S E C U N D A

ARTICVLVS I.

AN liberum arbitrium æquè in omnibus sit; uel secundū magis & minus? q. 1.

AN actuum contingentium tantum, uel etiam necessariorum sit? q. 2.

AN secundum quòd liberum in malum possit? q. 3.

AN etiam ab aliquo cogi possit? q. 4.

AN saltem à deo cogi possit? quæst. 5.

AN & ex ineptitudine corporis ligari, impediriue possit quòd ad usum? q. 6.

DISTINCT. XXVI.

ARTICVLVS I.

AN gratia ponat quid circa acceptantem, uel circa acceptatum? q. 1.

AN quod circa acceptatum ponit; creatum, uel increatum quid sit? q. 2.

AN gratia in genere substantie, uel in genere accidentis sit? quæst. 3.

AN si in genere accidentis sit; in cuius accidentis genere, corruptibilis, uel incorruptibilis? q. 4.

AN animæ, uel eius potètiis gratia primò in sit? q. 5.

AN gratia comparetur ad animā in ratione motoris? q. 6.

DISTINCT. XXVII.

ARTICVLVS I.

AN gratia gratumfaciens diuidatur per differentias essentialiter diueras? q. 1.

AN ipsa, & uirtus gratuita essentialiter differant? q. 2.

AN similiter essentialiter differat à gloria? q. 3.

ARTICVLVS II.

AN per gratiam mereri contingat ipsum gratie donū, iam habitum? q. 1.

AN item per ipsam gratiam ipsiusmet gratie augmentum mereri contingat? q. 2.

AN

AN æquè per gratiam gratiemet complementum mereri contingat merito condigni? q. 3.

DISTINCT. XXVIII. DISTINCT. XXX.

ARTICVLVS I.

AN liberum arbitrium à culpa resurgere possit absque gratia gratumfaciente? q. 1.

AN item absque eadem gratia in aduersarium preualere possit? q. 2.

AN æquè et mādāta omnia adimplere? q. 3.

ARTICVLVS II.

AN liberum arbitriū gratia gratifdata destitutum, sufficienter se disponere possit ad gratiam gratumfacientem? q. 1.

AN idem omni gratia destitutum, temptationibus resistere queat? q. 2.

AN etiam sic omni diuino auxilio denudatum, in aliquod bonum opus ex genere possit? q. 3.

DISTINCT. XXIX. DISTINCT. XXXI.

ARTICVLVS I.

AN in statu innocentie fuisset homo deo acceptus absque gratia? q. 1.

AN in eodem statu in opus meritorium exire potuisset absque dono gratie? q. 2.

ARTICVLVS II.

AN homo ante casum gratiam habuerit? q. 1.

AN item simul tempore, & in naturalibus, & in gratuitis conditus fuerit? q. 2.

ARTICVLVS III.

AN homo tot uirtutes post lapsum habuerit, quot ante lapsum? q. 1.

AN dona gratuita æquè effica-

cia fuerint homini ad merendum ante lapsum, sicut post lapsum? quæst. 2.

ARTICVLVS I.

AN natura humana ita corrupta instituta sit; uel ex demerito primæ transgressionis isthæc corruptio ei aduenerit? q. 1.

AN ex eodem demerito nedum pœnaliter, sed & culpabiliter corrupta fuerit? q. 2.

ARTICVLVS II.

AN peccatum originale concupiscentia sit? q. 1.

AN idem peccatum ignorantia sit? q. 2.

ARTICVLVS III.

AN quidquam de alimento transeat iu ueritatem humanæ nature per actum generatiue? quæst. 1.

AN et quidquā in ueritate eiusdem nature transeat mediante opere nutritiue? q. 2.

ARTICVLVS I.

AN anima sensibilis in hominibus à generante sit? q. 1.

AN ex parte sensitiua, uel rationali peccatum originale primò animæ inest? q. 2.

AN magis uis generatiua, quam quæuis alta potentia per peccatum originale primò inficiatur? q. 3.

ARTICVLVS II.

AN anima à carne infici possit? quæst. 1.

AN peccatum originale contrahatur in anima ex carne propter aliquem appetitum illius adhuc? q. 2.

AN caro ex propagatione tantū

AN

inficiatur; uel ex propagatio-
ne & libidine simul? q. 3.

DISTINCT. XXXII.**ARTICVLVS I.**

An baptismus deleat originale
quantum ad culpam? q. 1.

An item idē deleat quantum ad
causam? quæst. 2.

ARTICVLVS II.

An in anima uel in carne uti in
subiecto concupiscentia sit?
quæst. 1.

An itē a deo isthęc eē possit? q. 2.

ARTICVLVS III.

An deus iurē imputet peccatū
originale infantibus in deme-
ritum, & pœnæ reatum?
quæst. 1.

An deceat eūdem animas infun-
dere corporibus, ab Adam fœ-
dē propagatis? q. 2.

DISTINCT. XXXIII.**ARTICVLVS I.**

An ēt peccata actualiaparētum
proximorum imputentur, &
transmittātur filiis; uel tātum
originalis culpa i eos trāsfun-
ditur? q. 1.

An tota posteritas sicut i Adam
uiciari potuit, ita & in eodē
satisfacere quiuit? q. 2.

ARTICVLVS II.

An peccatum originale æquē
in omnibus reperiatur?
quæst. 1.

An peccatum originale unum
tantum sit? q. 2.

ARTICVLVS III.

An paruuli in solo originali de-
cedentes, puniant pœna ignis
materialis? q. 1.

An item dolore aliquo interno
præmantur? q. 2.

DISTINCT. XXXIII.**ARTICVLVS I.**

An malum a bono, uti ab origi-
ne sit? q. 1.

An item a uoluntate sit, uti ab
efficiente, uel deficiente?
quæst. 2.

An a bono sit secundum intētio-
nem, uel præter intentionem?
quæst. 3.

ARTICVLVS II.

An quidquā ita in summo ma-
lum sit, ut nihil omnino ha-
beat boni? q. 1.

An malum sit in bono sibi oppo-
sito? q. 2.

An etiā in eodem sit ut habi-
tus & potentia aliqua: uel ut
pura priuatio? q. 3.

DISTINCT. XXXV.**ARTICVLVS I.**

An peccatū corrumpat bonum?
quæst. 1.

An idem essentialiter sit corru-
ptio passio? q. 2.

An peccatum ex eo quod bonū
corrumpit, bono increato cō-
trarium sit? q. 3.

ARTICVLVS II.

An quodlibet malum simul &
inseparabiliter trium horum
corruptiuum sit, scilicet modi, spe-
ciei, & ordinis? q. 1.

An isthęc eadem tria quolibet
peccato æquē corrumpantur?
quæst. 2.

An etiā totaliter per malum
corrumpantur? q. 3.

DISTINCT. XXXVI.**ARTICVLVS I.**

An peccatum peccati pœna sit?
quæst. 1.

An passiones animæ pœna tan-
tum

tum; uel pœna & culpa sint?
quæst. 2.

ARTICVLVS II.

An sit ponere culpam præceden-
tem sine pœna subsequente?
quæst. 1.

An econuersò dare sit pœnam
sine præcessione culpæ? q. 2.

ARTICVLVS III.

An pœna aliqua a deo induca-
tur? q. 1.

An item pœna omnis ab eodem
inducatur? q. 2.

DISTINCT. XXXVII.**ARTICVLVS I.**

An omnis actio secundum quod
actio a deo sit? q. 1.

An uniuersalis rerum conserua-
tio a deo sit? q. 2.

An omnis compositio a deo sit?
quæst. 3.

ARTICVLVS II.

An actio iniusta secundum
quod iniusta, a deo sit? q. 1.

An fortuitum ut fortuitū a deo
sit? q. 2.

An enunciatio falsa in quantum
falsa, a deo sit? q. 3.

DISTINCT. XXXVIII.**ARTICVLVS I.**

An uoluntas sit bona & commē-
dabilis ratione boni finis?
quæst. 1.

Quis sit ille finis, a cuius, & ad cu-
ius bonitatem uoluntates no-
stræ bonæ dicuntur? q. 2.

An bonæ uoluntatis unus tantū,
uel plures fines sint? q. 3.

An & malorū uoluntatum unus
finis sit? q. 4.

ARTICVLVS II.

An intento in solis rationalibus
sit? q. 1.

An item prout in solis eis repe-

ritur, ex parte affectus, uel in-
tellectus se teneat? q. 2.

DISTINCT. XXXIX.**ARTICVLVS I.**

Ad cognitiuā, an ad affectiuā po-
tentiam conscientia spectet?
quæst. 1.

An etiam habitus innatus, uel
acquisitus sit? q. 2.

An ad omne id, quod conscientia
ad salutem necessariū dicitur?
teneamur? q. 2.

ARTICVLVS II.

Ad cognitiuam, uel ad affectiuā
potentiam synteresis spectet?
quæst. 1.

An eadem synteresis per pecca-
tum extingui possit? q. 2.

An & deprauari? q. 3.

DISTINCT. XL.**ARTICVLVS I.**

An omne opus, quod bona in-
tentione sit, bonum sit?
quæst. 1.

An iuxta quātitatem bonitatis,
uel malitiæ intentionis sit &
quantitas bonitatis, uel ma-
litiæ operis? q. 2.

An sola bona intentio absq; exe-
cutione operum ad uitā æter-
nam sufficiat? q. 3.

ARTICVLVS II.

An opus bonum, tum maxime
priuilegiatum ad bonam in-
tentionem quidquam addat?
quæst. 1.

An eadem bona opera quidquā
addant ad bonam intentio-
nem quantum ad quantitatē
dati? q. 2.

An ad multiplicitatē bonorum
operum multiplicetur & mer-
ces præmiū? q. 3.

DISTINCT. XLI.

ARTICVLVS I.

An diuisio actionis deliberatiue in bonam & malam, sit diuisio per differentias oppositas? q. 1.

An bonitas, & malitia essentialiter diuidant actionem uoluntariam? q. 1.

An pariter differentie immediate sint: uel sit ponere tertium: actionem. scilicet quæ neque bona, neque mala sit, sed indifferens potius? q. 2.

ARTICVLVS II.

An omne peccatum actuale uoluntarium sit? q. 1.

An etiam circa uoluntatem ueluti circa subiectum sit? q. 2.

An sicut peccare uoluntatis proprium est: ita & puniri eiusdem proprium sit? q. 3.

DISTINCT. XLII.

ARTICVLVS I.

An peccatum uoluntatis, & peccatum operis unum peccatum, uel duo peccata sint? q. 1.

An opus exterius malum ad uoluntatis malitiam quidquam addat? q. 2.

ARTICVLVS II.

An peccatum mortale, & peccatum ueniale in auersione conueniant? q. 1.

An similiter conueniant in reatu poenæ æternæ? q. 2.

ARTICVLVS III.

An peccatum diuidi habeat per differentias materiales tantum, uel etiam per formales & específicas? q. 3.

An pariter per auersionem & conuersionem diuidatur uti per

oppositas differentias peccatorum? q. 2.

DISTINCT. XLIII.

ARTICVLVS I.

An peccatum in spiritum sanctum dicat genus peccati distinctum à reliquis generibus peccatorum? q. 1.

An & hoc peccatum peccatum aliud præambulū semper habeat? q. 2.

ARTICVLVS II.

An peccatum in spiritum sanctum grauissimum peccatorum sit? q. 1.

An etiam irremissibile sit? q. 2.

ARTICVLVS III.

Quæ, & quot sint peccati in spiritum sanctum species? q. 1.

An uerè eiusdem species dicendæ sint? q. 2.

DISTINCT. XLIIII.

ARTICVLVS I.

An potentia peccandi à Deo in nobis sit? q. 1.

An eadem potentia peccandi in quantum homini mala sit? q. 2.

ARTICVLVS II.

An potestas dominandi à Deo sit? q. 1.

An eadem potestas ab institutione naturæ, uel secundum punitionem culpæ sit? q. 2.

ARTICVLVS III.


An christiani sæcularibus Tyrannis sese subicere teneantur? q. 1.

An & religiosi obedire teneantur Prælati suis in omnibus, tametsi contra Deum minime fuerint?

D. BONAVENTURAE
IN SECUNDVM LIBRVM
SENTENTIARVM.

PROLOGVS.

Ecc. 7.



OLVMMO DO
hoc inueni, q̄
Deus fecit ho
minem rectū;
& ipse se in
finitis immi
scuit quæstio
nibus. Solicitè consideranti præ
sentis Libri, scilicet, Secundi Sen
tentiarū principalem inten
tionem, & totalē continentiam,
illud occurrit, ad quod suam in
quisitionem, dicit Sapiens esse
perductam. Ecc. 7. in uerbo pro
posito. Cum enim cuncta tenta
tasset in sapientia, & plus defec
cisset, quàm profecisset: tandem
hoc se inuenisse fatetur, q̄ Deus
fecerit hominem rectum, &c. In
quo uerbo duo clauduntur. scilicet q̄
hominis recta formatio, & recti
tudo est a Deo; & hoc tangitur
cum dicitur, Deus fecit homi
nem rectum. Aliud est, q̄ homi
nis miseria, & obliquatio est a
seipso: & hoc tangitur cum di
citur, & ipse se infinitis immi
scuit quæstionibus. In his autem
duobus clauditur terminus to
tius humanę comprehensionis:
Ut cognoscat originem boni, &
cognoscendo requirat, & ad il
lam perueniat, & ibi requiescat.
Et ut cognoscat originē, & prin
cipium mali, & illud uitet, & ca
ueat. In his etiam clauditur to
ta intentio tractatus Libri præ

sentis: qui circa duo uersatur. scilicet *sub. n. i.*
circa hominis conditionem, & *sent.*
eius deuiationem. Hominis au
tem conditio tangitur, cum dici
tur; Deus fecit hominem rectū.
Qualiter autem illud intelligi
tur, q̄ Deus fecerit hominem re
ctum, explicatur Eccle. 17. ubi
dicitur. Deus creauit hominem
de terra: hoc dicit quantum ad
corpus: Et secundum imaginem
suam fecit illum: hoc dicit quan
tum ad animæ naturam. Et ite
rum conuertit illū in ipsam: hoc
dicit quantum ad gratiam super
additam, quæ animam cōuertit
ad Deum per uirtutum habitus.
& ideo subiungit. Et secundum
se aestiuit illum uirtute. In hoc
uerbo ostenditur, q̄ Deus non
tantum fecit hominem possibi
lem ad rectitudinē, suam ei ima
ginem conferendo: sed etiam fe
cit hominem rectum ad se con
uertendo ipsum. Tunc enim ho
mo rectus est, quando intelligē
tia adæquatur summæ ueritati
in cognoscendo: uoluntas con
formatur summæ bonitati in di
ligendo: & uirtus continuatur
summæ potestati in operando.
Hoc autem est quando homo
ad Deum conuertitur ex se to
to. Primò igitur homo rectus
est, cum intelligentia ueritati
summæ æquatur: æquari au
tem dico non per omnimodam

S. Bon. Lib. 2. A per-

In Dia
logo de
verita.
26. c. 12.

perfectiōem, uel impletiōem; sed per quandam imitationem Si enim ueritas (ut dicit Ansel.) est rectitudo sola mente perceptibilis, & rectitudini non potest æquari, nisi rectum, cum intellectus noster æquatur ueritati, necessario rectificatur. Tunc autem æquatur, quando actualiter se conuertit ad ueritatem. Veritas enim in actu diffinitur, quod est adæquatio rei, & intellectus. In intelligentia autem nostra ad ueritatem conuersa uerificatur, ac per hoc ueritati æquatur, & dum æquat rectitudini rectificatur; unde sine ueritate nullus recte iudicat; ut dicit in Lib. De uera relig. & qui aspicit ad ueritatem, iudicat recte, secundum quod Dominus dicit Simoni. Luc. 7. Recte iudicasti, id est recte dixisti, uel decreuisti. Similiter rectificatur, dum uoluntas summæ beatitudini conformatur. Summa enim bonitas est summa æquitas, siue iustitia: tanto enim melior quis, quanto iustior. Sed (ut dicit Ansel.) iustitia est rectitudo uoluntatis, nihil autem conformatur rectitudini, nisi rectum. **Cap. 1.** Dum ergo uoluntas bonitati summæ, & æquitati conformatur, necessario rectificatur. Tunc autem conformatur, cum ad ipsum conuertitur diligendo. unde Hugo, Scio animam meam, quod dum aliquid diligis, in eius similitudine transformaris. Qui enim diligit bonitatem, rectus est. Et hoc est, quod dicitur Canti. Recti diligunt te, Recti enim ad tuam bonitatem sunt conuersi, & tua bonitas ad eos inclinatur. Unde anima experta clamat, & dicit, **Pf. 72.** Quam bonus Israel Deus his, qui

In Dia
logo de
lib. arb.
§ 17, 9.

Cap. 1.

Pf. 72.

recto sunt cordo. Et quia soli recti experiuntur: ideo rectos decet collaudatio. Nihilominus rectificatur: dum uirtus summæ potestati continuatur. Rectum enim est, cuius medium non exit ab extremis. Extrema sunt primum, & ultimum, alpha, & omega, principium & finis. Operatio inter hæc est medium, per quam efficiens peruenit in finem. Illa ergo uirtus recta est, cuius operatio est a principio primo, & ad finem ultimum. Quoniam ergo diuina uirtus omnia operatur a Deo, & propter Deum, hinc est quod rectissima est in operando. Nihil autem continuatur recto, nisi rectum, cum ergo uirtus nostra summæ potestati continuatur; absque dubio rectificatur: & ex hoc homo non solum rectus, sed etiam rector, & Rex efficitur. Deut. penu. Et erit apud rectissimum Rex congregatis principibus populi cum tribubus Israel. Hoc autem erit in gloria, quando uirtus nostra continuatur diuine uirtuti: tunc erimus omnipotentes uoluntatis nostre, sicut & Deus suæ: & ideo omnes Reges: & ideo omnibus promittitur regnum cælorum. Fecit igitur Deus hominem rectum, dum ipsum fecit ad se conuersum. In conuersione enim hominis ad Deum non solum rectificabatur ad id, quod sursum: sed etiam ad id quod deorsum. Homo enim in medio constitutus, dum factus est ad Deum conuersus, & subditus: cetera sunt ei subiecta: ita quod Deus, omnem ueritatem creatam subiecerat eius intellectui ad iudicandum: omnem bonitatem eius affectui ad utendum: omnem

omnem uirtutem eius potestati ad gubernandum. Ex hoc namque quod intelligentia conuersa est ad diuinam ueritatem, uendicat sapientiam, per quam omnia iudicat: secundum quod dicitur Sap. 7. Ipsa dedit mihi omnium, quæ sunt, scientiam: ut scirem orbis terrarum dispositionem, & uirtutes cælorum: initium, & conseruationem, & medietatem temporum, annicursus, stellarum dispositiones, naturas animalium, & iras bestiarum, uires herbarum, uim uentorum, & cognitiones hominum, differentias uirgultorum, & uirtutes radicum, & quæcumque sunt absconsa, & improuisa. Unde & Adam omnibus nomina imposuit. Subiecit nihilominus uoluntati omnia ad utendum: ut posset omnia in usum, & utilitatem suam conuere. Unde Psal. 8. Non subiecisti sub pedibus eius. Unde apostolus dicit ad Deum conuersis. 1. Cor. 3. Omnia uestra sunt. Subiecit etiam uirtuti gubernandum. Gene. 1. Subiicite eam. Terram, & dominimini piscibus maris, & uolatilibus cæli. Ista autem recta hominis conditio quantum ad superius, & inferius simul tangitur in illo uerbo. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & præsit, &c. Fecit ergo Deus hominem rectum, dum ad se conuertendo, sibi eum assimilauit, & per hoc omnibus præposuit: & sic patet recta humanæ naturæ conditio. Et sequitur miserabilis deuiatio, in hoc quod subditur, & ipse in finitis se immiscuit quæstionibus. In quo potest notari, & modus labendi, & status, in quem cecidit, Mo-

2
dus labendi in his tribus, quæ dicit secundum tria, quæ in peccato considerantur, & tria quæ in hoc uerbo proponuntur. In peccato namque est conuersio, & auersio, & bonorum amissio, siue expoliatio. Conuersio intelligitur per immixtionem, auersio per finis priuationem, sed expoliatio per quæstionem. Nam conuersio facit prauum, uel impurum, auersio infirmum, expoliatio mendicum: & hoc totum tangitur, cum dicitur, Immiscuit se in finitis quæstionibus. Potest etiam notari status, in quem cecidit. Sic enim cecidit a rectitudine, ut perderet ipsam rectitudinem, non rectitudinis aptitudinem: perderet habitum, non appetitum: quia sic amisit similitudinem, ut tamen pertranseat in imagine. Quoniam igitur remansit appetitus sine habitu: ideo factus est homo quærendo sollicitus. Et quia nihil creatum recompensare potest bonum amissum, cum sit infinitum: ideo appetit, quærit & nunquam quiescit: & ideo declinando a rectitudine, in finitis quæstionibus se immiscuit. Unde intelligentia auertendo se a summa ueritate, & gratia effecta ignara, in finitis quæstionibus se immiscuit per curiositatem. Eccle. 8. Est homo, qui diebus, & noctibus somnum non capit oculis, & intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem, supple, quæ finiat appetitum, siue inquisitionem: immo generat aliam quæstionem, & parit nouam contentionem, & immiscet inextricabilem dubitationem: propter quod dicitur Proue. 20.

2
Nihil labendi
di. 20.

Conuersio

Auersio

amissio

Nihil creati
pote recipere
bonum amissum

Lo semp libent
et nullam inuenit
a rem qm del.

Honor est homini, qui separat se a contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumeliis. Tales sunt miseri homines, qui intendunt fabulis, & genealogiis infinitis. Quia sicut dicitur 2. Timo. 3. Semper sunt discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Voluntas discendo a summa bonitate, egena effecta, immiscuit se infinitis quaestionibus per concupiscentiam, & cupiditatem. Quia sicut dicitur Prouerb. 30. Ignis nunquam dicit, sufficit; unde & auarus non implebitur pecunia, sicut dicitur Ecclesi. 5. Ideo semper querit, & mendicat. Similiter concupiscentia non satiatur: imo infinitis uoluptatum quaestionibus implicatur. Sap. 4. Omnia commixta sunt: sanguis, homicidium, furtum, fictio, corruptio, & infidelitas, turbatio, periurium, tumultus, bonorum Dei imemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis imutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio mechiae, & impudicitiae. Haec sunt quaestiones infinitae, quae commixtae sunt, quibus immiscuit se homo, dum uoluntatem deformauit a sum-

ma bonitate. Virtus autem discendo continuando se a summa potestate, facta infirma immiscuit se infinitis quaestionibus per instabilitatem, unde semper querit quietem, & non inuenit. Unde Esa. 19. Dominus immiscuit in medio Aegypti spiritum uertiginis: iste est spiritus instabilitatis pro eo, quod nihil potest stabilire. Unde homo peccator est sicut puluis, quem proiicit uentus a facie terrae. Vnde in Ps. 103. Auertente te faciem, turbabuntur: auferes spiritum, &c. & ideo erit tamquam puluis, quem proiicit uentus a facie terrae. Sicut igitur puluis non potest quiescere, quando est uentus uertiginis; sic nec nostra uirtus stabilis permanere: & ideo infinita loca querit, & mutat, & medicat suffragia. Immiscuit igitur se homo infinitis quaestionibus per curiositatem, dum cecidit a ueritate in ignorantiam: per cupiditatem, dum cecidit a bonitate in malitiam: per instabilitatem, dum cecidit a potestate in impotentiam. Sic ergo in uerbo proposito notatur hominis conditio, & eius deuiatio: & hoc solum inuenio determinatum in hoc Libro.

T E X -

3
T E X T V S M A G I S T R I .
D I S T I N C T I O P R I M A ,
P A R S P R I M A .

De creatione humanae naturae quantum ad principium efficiens, in generali.



CREATIONEM rerum insinuans scriptura, Deum esse creatorem, initiumque temporis, atque omnium uisibilium, uel inuisibilium creaturarum in primordio sui ostendit, dicens: In principio crea-

Gen. 1.

uit Deus caelum, & terram. His etenim uerbis Moyses spiritu Dei afflatus, in uno principio a Deo creatore mundum factum refert, elidens errorem quorundam, plura sine principio fuisse principia opinantium. Plato namque tria initia existimauit: Deum, s. exemplar, & materiam, & ipsam increatam sine principio, & Deum quasi artificem non creatorem. Creator. n. est, qui de nihilo aliquid facit. Et creare proprie est de nihilo aliquid facere. Facere uero non modo de nihilo aliquid operari, sed etiam de materia. Unde et homo, & angelus dicitur aliqua facere, sed non creare: uocaturque factor, siue artifex, sed non creator. Hoc. n. nomen soli Deo proprie congruit, qui & de nihilo quaedam, & de aliquo aliqua facit. Ipse est ergo creator, & opifex, et factor: sed creationis nomen sibi proprie retinuit, alia uero est creaturis concauit. In scriptura tamen saepe creator accipitur tanquam factor, et creare tanquam facere, sine distinctione significationis.

Agere, facere, & huiusmodi non aequè de Deo, & de creaturis dicuntur.

Verumtamen sciendum est, haec uerba scilicet creare, facere, agere, & alia huiusmodi de Deo non posse dici secundum eam rationem, qua dicuntur de creaturis. Quippe cum dicimus, eum aliquid facere, non aliquem in operando motum illi inesse intelligimus, uel aliquam in laborando passionem (sicut nobis solet accidere) sed eius sempiternae uoluntatis nouum aliquem significamus effectum. i. aeterna eius uoluntate aliquid nouiter existere. Cum ergo aliquid dicitur facere,

rale est ac si dicatur, iuxta eius uoluntatem, uel per eius uoluntatem aliquid nouiter contingere, uel esse: ut in ipso nihil noui contingat, sed nouum aliquid sicut in eius eterna uoluntate fuerat, fiat sine aliqua motione, uel sui mutatione. Nos uero operando mutari dicimur, quia mouemur. Non enim sine motu aliquid facimus. Deus ergo aliquid agere, uel facere dicitur, quia causa est rerum nouiter existentium, dum eius uoluntate res noue esse incipiunt, que ante non erant absq; ipsius agitatione: ut actus proprie dici non queat, cum uelicet actus omnis in motu consistat, in deo autem motus nullus est.

Per s. l. us est. Sicut ergo ex calore solis aliqua fieri contingit, nihil tamen in ipso, uel in eius calore facta motione, uel mutatione: ita ex Dei uoluntate noua habent esse sine mutatione authoris, qui est unum, & solum, & omnium principium. Aristoteles uero posuit principia, scilicet materia, & speciem, & tertium operatorium dictum: mundum quoque semper esse, & fuisse.

Quod catholicum est, docet.

Horum ergo & similium errorem spiritus sanctus euacuans, ueritatisq; disciplinam tradens, Deum in principio temporum mundum creasse, & ante tempora aternaliter extitisse significat, ipsius aternitatem, & omnipotentiam commendans. Cui uoluisse, facere est, quia (ut praediximus) ex eius uoluntate, & bonitate res noue existunt. Credamus ergo rerum creatarum caelestium, terrestrium, uisibilium, uel inuisibilium causam non esse nisi bonitatem creatoris, qui est Deus vnus, & uerus. Cuius tanta est bonitas, ut summe bonus beatitudinis suae, qua aternaliter beatus est, alios uelit esse participes: quam uidet & communicari posse, & minui omnino non posse. Illud ergo bonum, quod ipse erat, & quo beatus erat, sola bonitate, non necessitate alijs communicari uoluit: quia summe boni erat prodesse uelle, & omnipotentissimi nocere non posse.

Postquam Magister supra in Primo Lib. determinauit de mysterio Trinitatis, consequenter in hoc Secundo Lib.

determinat de rebus creatis. Et diuiditur ista pars in duas. In prima agit de creatione humanae naturae, in secunda de creatione angelicae naturae, infra

Di-

Distinct. 2. De angelica itaque natura, &c.) Prima pars diuiditur in duas partes. In prima agit de hominis conditione. In secunda de lapsu eius, & tentatione, infra Distin. 21. Videns igitur diabolus, &c.) Prima pars hiet duas: quia enim homo communicat cum omnibus creaturis, & cetera facta sunt propter hominem, ideo primo agit de conditione rerum in generali: secundo uero in speciali, infra Distin. 2. De angelica itaque natura, &c.) Prima pars habet duas. In prima de terminat de conditione rerum quantum ad principium efficiens: in secunda uero quantum ad finem, ibi. Et quia non ualet eius beatitudinis, &c.) Prima pars habet tres particulas. In prima proponit ueritatem, quae exprimitur in scripturae sacrae auctoritate. In secunda uero auctoritatem explanat, ibi. Creator enim est, &c.) In tertia uero: quia per illam auctoritatem positiones erroneae eliduntur, concludit ultimo earum euacuationem, ibi. Horum ergo & similium errorum, &c.) Et quaelibet harum partium habet duas. In prima namque parte proponit auctoritatem ueritatis. In secunda Platonis errorem, ibi. Plato namque, &c.) Similiter & secunda duas hiet. In prima explanat auctoritatem, & uerba auctoritatis. In secunda ponit errorem Arist. ibi. Arist. uero duo, &c.) Eodem modo tertia habet duas. Primo enim concludit errorum improbationem: secundo uero fidei confirmationem, ibi. Credamus igitur &c.)

Creationem rerum, &c.] Quarta de ordine istius Libri ad

Dub. 1. ut seruetur ad hunc partem 12.

praecedentem. Cum enim nos cognoscamus creatorem per creaturas, quia uidemus per speculum: & scientia debeat inchoari a notioribus nobis: ergo prius debuit agere de creaturis, quam de creatore: ego iste Liber, primus, non secundus debet esse. Resp. Dicendum, quod supra cum actum est de creatore, actum est etiam de creaturis prout sunt uia ad perueniendum in cognitionem: nunc autem agitur de cognitione rerum, prout cognitio de creatore adminiculatur ei, quia agitur de conditione & lapsu. Non potest autem cognosci conditio, nisi prius cognoscatur eius principium, principium autem huius conditionis solus Deus est: ideo oportet doctrinam huius libri sequi doctrinam praecedentibus, & patet obiectum.

In uno principio a Deo, &c.] Quero pro quo supponat ille terminus (principio) aut pro creato, aut pro increato. Non pro increato, quia praepositiones sunt transitivae. Non pro creato, quia nihil creatum erat, in quo fieret. Item. Ab eterno fuerunt res in principio suo. scilicet Deo: si ergo productio respicit egressum a Deo, nullo modo potest stare pro principio increato: nec pro creato: quia nondum erat aliquid, &c. Resp. Dicendum, quod praepositio cum suo casuali tripliciter potest accipi. Vno modo, ut dicat pure ordinem, & sic idem est facere in principio, & facere ante aliquam rem quae connotet priuationem respectu alicuius temporalis prioris, & connotet praepositionem posterioris. Alio modo potest importare habitudinem

Dub. 20

A a nem

nem mensuræ, & tunc in principio, idem est, q̄ in primo instanti tēporis. Tertio modo potest importare habitudinem causæ, & tunc sensus est, in principio, id est in filio dicitur creasse: secundum, q̄ dicitur in Psal. 103. Omnia in sapientia fecisti domine: ut sic notetur non tantum cā efficiens: sed etiam exemplaris. Omnes istæ expositiones ueræ sunt, & catholicæ, & per eas eliduntur tres errores circa mundi productionem. Ex prima eliditur error quorundam moderatorum Philosophantium, q̄ dixerunt mundum esse factum ex tempore, sed mediante intelligentiā, ita q̄ Deus primò fecit Angelos, & cum illis condidit mundum: contra quos est prima expositio. Si enim Deus in principio cōditionis creauit mundū, non ergo primo angelos, uel intelligentias ita, q̄ per illos cōdiderit mundum: & hic error ortū hēt ex illo uerbo. Faciamus hominem ad imaginē, & similitudinē: quasi Deus loquat̄ angelis. Ex secūda expositione elidit̄ error Aristotelicorum, q̄ dixerunt mundū conditum ab æterno. Si enim in principio t̄pis factus est ex nihilo, non ergo fuit sine principio: & hic error ortū habuit ex hoc q̄d non potuerunt uidere, qualiter mundus incepit, & quare tūc, & nō ante. Ex tertia expositione elidit̄ error Platoniorū, q̄ dixerunt principia mundi tria esse. scilicet Deum, materiā, & exemplar. Si enim Deus in filio sicut per exemplar æternū condidit de nihilo mundū, nō ergo requiritur secundū principium, q̄d est exemplar, nec ter-

tium, q̄d sit materia: & hic ortū habuit ex hoc, q̄ nō potuerunt intelligere oīno, quō aliqd fiat ex nihilo. Ex oībus his eliditur error Manichæorū, qui posuerunt principia mundi effectiua duo, & iste eliditur p̄ subiectū dictæ locutionis. Creauit Deus cœlū, & terram, lucem, & tenebras; & hic error est oībus uilior; & habēt se gradatim. Nam primus solū errat in eo a quo. Secundus errat in eo de quo, & q̄n, q̄a ex aliquo, & ab æterno. Tertius errat in eo de quo, q̄a dicit factū esse de materia, & nō ex nihilo: & in eo per q̄ scilicet circa exemplar, q̄d posuit aliud a Deo, ut apparet; & in q̄n, q̄a posuit materiā ab æterno, & imperfectā. Et iste error ē multo uilior, q̄ error aliorū, q̄ ponūt ab æterno materiā fuisse p̄fectā sua forma. Quartus error Manichæorū oībus est abominabilior, q̄a deficit in primo principio, in quo Philosophi cōiter cōcordauerūt, ponētes primo duo principia; ac p̄ hoc auferētes ordinē atque decorem uniuersū, & bonitatem, & Dei potestati. Et hunc errorem inter ceteros nō humanam maliciam, sed diabolicam astutiam credo adinuenisse, ut se alterum Deum esse persuadeat mentibus peccatorum. Ex dictis igitur patet, pro quo supponat hoc nomen principium. Potest enim supponere pro filio, & Deus pro patre, & ex modo construendi fit talis appropriatio. Potest etiam supponere pro creatura, utpote pro principio temporis; sed non dicit, tunc ordinem; sed concomitantiam mensuræ ad mensuratum

scilicet

Primo celi dicitur esse æternū Thom. 1. 2. 4. maior pars latior esse factū ab æterno.

scilicet quod cœlum, & terra cū principio tēporis esse ceperunt, & sic patet illud.

Dub. 3. Aristoteles uero tria posuit principia, &c. Quæritur, quare distinguit illa duo a tertio. Et iterū non v̄ illud esse uerū p̄scrutanti libros Philosophi; q̄a ipse nō ponit nisi ista tria, materiā, & formam, & priuationem, in principio noni Metha. & in 1. Phy. non ergo ista, q̄ ponit Magister. Resp. Dicendum, q̄ ideo duo distinguit a tertio; q̄a duo sunt intrinseca tanq̄ elementa, & unum est extrinsecū. Vbi aut̄ Philosopho. ista tria distinguit, & ponit, si quærat̄: expressè inuenitur in Secūdo de generatione circa finē. Sed tunc est q̄stio, q̄a v̄ non sufficiēter principia in 1. Physi. assignasse; immo si ibi assignauit tria p̄ter operationē; tunc ergo sunt quatuor. Et dicendū ad hoc, q̄ priuatio non differt a forma uel materia. Siue enim priuatio nominet appetitum formæ cum eius carētia, siue nominet ipsam formæ essētiā, prout est in materia in potentia, nō differt ab his duobus, scilicet materia, & specie. Nam appetitus ad materiā reducitur, nec est aliud, & essentia formæ ad speciem secundum rē. Et hęc duo principia determinat in primo, postmodum adiungit tertiam, scilicet operationem, dum oīa reducit ad motorem primū in viii. & sic patet, quod Magister uere, & proprie loquitur.

Dub. 4. In principio temporum mundum creasse, &c. Cōtra. Si cepit cum primo mobili, & illud cepit in secundo die, nō ergo in principio t̄pis, sed ante. Resp. Dicen-

dū, q̄ t̄ps d̄r tripliciter, cōiustime, cōiter, & proprie. Cōiustime d̄r mensura exitus de non esse in esse. Cōiter, d̄r tēpus mēsurā cuiuslibet mutationis, maximē illius, q̄ fuit ante primū mobile. Tertio modo d̄r proprie mensura motus primi mobilis, ut cōiustime cōsueuit distingui. Et q̄a primò modo dictū est primū omnīū, & in illo cōditū est seculū; iō dicit, In principio tēporū.

Dub. 5. Omnipotentissimus est, &c. Contra. Omnis pœna affligit, & lædit, si lædit nocet; ergo si Deus non potest nocere, non pōt punire. Resp. Dicendum, q̄ sicut duplex est malum. scilicet culpæ & pœnæ: sic etiā duplex est nocumentum. Cum ergo dicitur, q̄d non potest nocere, non intelligitur quantum ad nocumentum, q̄d facit malum pœnæ; sed quod facit malum culpæ.

ARTICVLVS I. QUÆSTIO I.

An res habeant principium causale?



Ad intelligentiam eorum, quæ in hac parte dicuntur, quantum hic de exitu rerum in esse. Primò quantum ad principii entitatem, uel causalitatem. Secundò quantum ad unitatem. Tertio quantum ad productionem quidditatem. Circa primum duo quærentur. Primò quæritur, utrum res habeant principium causale. Secundò, utrum habeant principium initiale.

Ad quam sic proceditur. Cū cōstet secundum sanctos & Philosophos, quod oēs res mundanæ

1 danae habuerint principium pro-
 ductiuum tum pp rerum uarie-
 tate, tum pp rerum mutabilita-
 te, tum pp rerum ordinem, tum
 et pp imperfectionem. Multitu-
 do. n. ortum habet ab unitate, &
 motus siue mutabile ab immu-
 tabili, & ordo ad primum, & im-
 perfectum ad perfectum originali-
 ter reducunt, id hoc supposito
 scilicet qd res habeant principium causa-
 le, aliquo modo est questio, utrum res
 productae sint omnino, hoc est secundum
 principium materiale, & formale,
 an tamen secundum alterum principio-
 rum. Et quod secundum utrumque, ut pri-
 mo a parte productoris sic. Quanto
 2 productoris est prius & perfectius,
 tanto plus influit in res; ergo pri-
 mum, & perfectissimum influit to-
 tum, & in totum; & si hoc, ergo to-
 tum productum; sed primum agens est
 3 huiusmodi: ergo &c. ITEM. quanto no-
 bilius & perfectius est agens, tan-
 to paucioribus indiget ad agen-
 dum; ergo agens nobilissimum
 nullo extra se eget; ergo si ip-
 sum solum esset, adhuc res produ-
 ceret; sed non ex se, cum ipse nul-
 lius sit pars; ergo ex nihilo, pa-
 tet ergo, quod Deus potest in tota
 substantiam creaturam. ITEM.
 4 Agens secundum formam potest
 producere formam; ergo pari
 ratione agens secundum se to-
 tum potest producere totum: sed
 Deus se toto agit, cum sit omni-
 no simplex; ergo producit totum.
 ITEM. Hoc ipsum ostenditur a
 parte rei conditae sic. Quod non
 est ab alio, est a seipso: nihil au-
 tem tale, quod a seipso est, indi-
 get alio ut sit: sed omne intrin-
 secum principium rei indiget alio
 ut sit: nam forma indiget mate-
 ria, & e conuerso; ergo &c.

ITEM. Efficientes & finis sunt causa
 correlatiue; ergo quod non est
 ab alio, non est aliud: sed omnia
 sunt ad aliud secundum omne
 quod sunt; quia secundum om-
 ne quod sunt, appetunt bonum,
 & status non est nisi in summo
 bono. ET QVOD ista ratio sit bo-
 na, ostenditur. Si enim bonum
 & ens conuertuntur; ergo quod est
 seipso ens, seipso est bonum: sed
 quod seipso est bonum, non est
 propter aliquid aliud; ergo quod
 non est ab alio, non est propter
 aliud. Si ergo omnia mundana
 secundum se tota sunt propter
 aliud; ergo sunt ab alio. ITEM.
 Si res non est totaliter ab alio,
 aut est hoc ratione formae, aut
 ratione materiae. Constat quod
 non formae; quia uidemus for-
 mas produci, & si formae non
 producerent, omnino nihil pro-
 duceretur. Si ratione materiae.
 Sed contra (ut dicit Philosophus
 in 1. Philosophia) actus est ante
 potentiam, constat quod non loqui-
 tur de potentia actiua, sed passi-
 ua; ergo cum actus rei ab alio sit,
 similiter & materia. Si tu dicas
 quod intelligitur non de actu, qui
 est forma, sed efficiens: idem con-
 cluditur. Et iterum ego quaero
 quare materia non sit ab alio.
 Si quia est principium ex quo fiunt
 caetera, nec habet unde fiat, tunc
 ergo quaero de forma, utrum
 fiat ex aliquo uel ex nihilo. Si
 ex nihilo, pari ratione & mate-
 ria ex nihilo. Si ex aliquo, quaero
 quid sit illud. Non essentia ma-
 teriae; constat, quia forma sim-
 plex est; ergo forma non fit ex
 materia: ita quod materia fit eius
 principium constitutum. Nec
 fit ex materia, ita quod materia fiat for-
 ma.

5
 Arist. 2
 phy. 22
 et 23.

9. Met.
 19.

Arist. 2
 phy. 80

DISTINCTIO I.

forma: fit ergo ex aliquo quod
 est in materia: tunc ego quaero
 de quo est illud, & constat quod
 non est ex materia pari ratione:
 ergo uel erit abire in infinitum
 in causando uel necesse est po-
 nere essentias formarum a pri-
 mo opifice productas ex nihilo;
 ergo pari ratione & materiam.

AD OPPOSITVM sunt ratio-
 nes primo a parte efficientis. Pri-
 ma est haec. Omnis effectus ali-
 quo modo assimilatur causae: sed
 principium primum est actus pu-
 rus, nihil habens de possibili: ma-
 teria autem rerum est potentia
 le purum per sui essentiam, ni-
 hil habens de actu: ergo cum ma-
 teria in nullo assimiletur opifi-
 ci, non est ab ipso. ITEM. Ab a-
 gente pulcherrimo, & lumino-
 sissimo non procedit turpe, &
 tenebrosum; sed Deus est ipsa
 pulchritudo, & ipsa lux; mate-
 riale principium est turpe, & te-
 nebrosum: ergo &c. Ex parte re-
 rum ostenditur de formali prin-
 cipio. Omne enim, quod produ-
 citur, & fit, fit a sibi simili no-
 mine, & specie, ut homo ab ho-
 mine, secundum quod dicit Philos.
 7. Philo. primae. Si ergo formae
 rerum sine principia producen-
 di, & principium producendi praecedit
 rerum productionem; ergo res non sunt productae
 quoad principium formale. ITEM.
 Artifex non potest producere
 nisi praecognoscat, sed non potest
 praecognoscere nisi per formas,
 & non potest praecognoscere per
 formas, quae nullo modo sunt;
 ergo impossibile est quod summus ar-
 tifex mundum formaret, nisi for-
 mae essent prius, per quas cogno-
 sceret: & illae non potuerunt pro-

duci similiter nisi per formas: er-
 go si non est in infinitum abire,
 est ponere formas rerum non ef-
 se productas. ITEM. Hoc ipsum
 ostendit quo ad materiale prin-
 cipium. Omne, quod producit, producit
 ex aliquo, uel ex nihilo. Si ex ni-
 hilo, ex nihilo nihil fit; ergo omnia
 ex aliquo, illud autem est materia;
 ergo si stare est, & non abire in in-
 finitum, illud non est productum.

Quod autem ex nihilo nihil fiat,
 uidetur. Productio enim rei est
 actio; sed omnis actio requirit
 in quod agat; ergo & omnis pro-
 ductio: ergo omni productioni
 subiicitur aliquid, non nisi ma-
 teria; ergo &c. ITEM. Ego quaero
 de productione siue creatio-
 ne passiuam, utrum illa sit substā-
 tia uel accidens. Non substā-
 tia; ergo accidens: sed omne ac-
 cidens fundatur in aliquo; sed
 hoc non potest esse creatum, cum
 illud sequatur naturaliter ipsam
 creationem: ergo necesse est (ut
 uidetur) quod sit increatum, & ali-
 quid aliud a Deo: quia creatio
 passio in alio est: ergo necesse est
 omne, quod producitur, ex ali-
 quo inproducto produci: & ideo
 dicit Philosophus in primo Phy.
 quod materia est ingenita.

RESOLVTIO.

Quidquid dicant Philosophi: sacra
 scriptura innitatur: quae multi-
 dum quondam de nihilo factum,
 testantur.

RESPONDEO. Dicendum, quod
 haec ueritas est, mundus in esse
 productus est, & non solum se-
 cundum se totum: sed etiam se-
 cundum intrinseca sua principia,
 quae non ex aliis; sed de nihilo
 sunt producta. Haec autem ueri-
 tas & si cuilibet fideli sit aperta

Arist. 1.
 Phy. p
 longum
 proces-
 sum.

Tex. co
 82. et 3
 dicit Philosophus in primo Phy.
 cel. co.
 61.

& lucida: latuit tō providentiā, uel prudentiā Philosophicā, q̄ in huius q̄stionis inq̄sitione ex longo tēpore ambulauit per de uia. **FV ERVNT**. n. quidam phil. antiqui, q̄ dixerūt mundum factū esse a Deo, & de sui essentia; quia non uidebant quō aliquid posset fieri ex nihilo, & solus Deus fuit in principio, & iō dixerunt q̄ fecit oīa de seipso. Sed hæc positio nō solū fidelibus; sed et sequētibus Philosophis apparuit improbabilis, q̄ Dei essētia oīno inuariabilis, & nobilissima, fieret corporaliū, & uariabilū materia, q̄ est de se imperfecta, nisi p̄ficiatur per formas. **FV ERVNT** et alii, qui dixerunt mundū factū esse ex principiis p̄existentibus. s. ex materia & forma: sed formæ latebāt in materia, antequā intellectus eas distingueret, & hoc ponit Anaxagoras. Sed q̄a formas esse oēs simul in materia non capit rō reſta, iō per sequētes Philosophos ista positio improbata est. **FV ERVNT** et tertii, qui mundū dixerunt ex principiis p̄existentibus factum. s. materia, & forma: sed materiā, per se posuerunt: separatas et p̄ se posuerunt formas, & postmodū ex tēpore ab opifite summo esse coniunctas: & hi Platonici fuerunt. Sed q̄a illud irrationabile uī, q̄ materia fuerit imperfecta ab æterno, & q̄ eadē formā sit separata pariter, & cōiuncta; & absurdū uī triplicem hōiem ponere. s. naturalē, mathematicum, & diuinū, idēo et per sequentes philosophos hæc positio reprobata est. **FV ERVNT** et quarti, s. Peripathetici quorum Princeps & Dux Ari-

stote. ut ueritati magis appropinquātes, dixerunt mundū factū, sicut legitur in Secūdo Meteororū, Dico igitur q̄ mare factū est; & in Primo de cælo, & mūdo, & ex pluribus aliis locis pōt elici. Sed dixerunt non esse factū ex principiis p̄existentibus. Sicut. n. uult in Secundo uigetabilium, mūdo semper fuit, plātis, & aīalibus plenus, ubi loquit cōtra Abrutalum. Vtrū aut posuerit materiā, & formā factā de nihilo, hoc ego nescio: credo tñ q̄ non peruenit ad hoc: sicut melius patebit in Problemate secundo uideo: & ipse defecit, licet minus q̄ alii. Vbi autem defecit Philosophorū peritia, subuenit nobis sacrosancta Scriptura, q̄ dicit oīa esse creata, & secundū oēs, qd̄ sunt, in esse producta: & rō a fide non discordat, sicut supra iō opponēdo oñsum ē.

Quo d̄ ergo obiicitur de similitudine q̄ materia est ens oīno in potētia, Dicendum, q̄ materia non p̄ se facta est; sed p̄ substrationē seu sustentationē formæ, q̄ eius est actus. quāuis ergo materia nō sit Deo actu similis, tamen assimilabilis est p̄ formam: unde Aug. dicit q̄ ipsa materiā & si nō habeat de se & in se actum formæ, ipsa tamen capacitas formæ est ei p̄ forma: iō patet illud. Quo d̄ obr̄, q̄ turpis & c. Dicēdum q̄ nec turpis, nec tenebrosa d̄ nisi cōparatione. Nā materia nō est priuatio pura, immo rōne suæ essentiæ hēt aliquid de pulchritudine, & aliqd̄ de luce: unde Aug. dicit q̄ hēt modum, speciē, & ordinē: quāuis imperfecte; non oportet aut q̄ Deus oēs res producat sibi æqua-

Arist. 2
Physi.
69.

7. Metaph. et
alibi
pluries.

æqualiter similes, immo secundū gradū? Et iō ad hoc q̄ gradus sint perfecti, necesse est aliqd̄ ponere prope Deū, & hoc si millimū, & aliquid prope nihil, & hoc aliquo modo simile, non aut oīno, nec perfecte: qd̄ quamuis i se minimum habeat de bono, tamen optime ordinatū est. Quo d̄ obr̄, q̄ omne, qd̄ producit, producit per simile in forma, & cognoscit similiter. Dicēdū, q̄ est agens scđm naturā, & secundū intellectū. Agēs scđm naturā producit p̄ formas, q̄ sūt uere naturæ, sicut hō hōiem, & asinum. Agēs per intellectū producit per formas, q̄ non sunt aliquid rei: sed ideæ in mēte, sicut artifex p̄ducit arcam: & sic productę sunt res; & hoc modo sūt formę rerum æternæ, quia sunt Deus: & si ita posuit Plato commendandus est, & sic imponit ei Augustin. Si aut ultra processerit. ut imponit ei Arist. absq̄ dubio errauit: & rō sua q̄ p̄dicta est, nihil cogit oīno. Nam sicut dicit Philosophus, formæ rerū extra Deū a singularibus separate nihil oīno faciūt, nec ad operationē, nec ad cognitionē. Quo d̄ vlti. obr̄ de materia q̄ nō pot fieri, q̄a uel ex aliquo, uel ex nihilo. Dicēdū, q̄ ex nihilo, & hoc p̄ creationē. Quo d̄ obr̄, q̄ actio ē in aliquid. Dicēdum, q̄ creare non ē agere: sed facere, & hoc refert inter agere & facere, nā agere i qd̄ agat, nō qd̄ agat exigit, facere aut ecōuerso. Quo d̄ ulterius q̄ritur, qd̄ uel in quo fit creatio passio: dupliciter r̄ndetur Quidā dñt, q̄ nec ē substantia nec accidens: sed uia ad utrūque, & ta. e p̄cedit illud

ad quod est naturaliter: quāuis i eo habeat esse. Aliter dñt alii, q̄ aliquid creari non est aliud quā nunc primō esse, nec creatio dicit naturā aliquam mediā inter Deum, & creaturā; sed solum dicit esse rei cōnotando ordinē ad primum efficiēs a quo, & ad non esse: ita tamē q̄ ordo ille totaliter est in re creata, & non in nihilo. Vnde cum d̄r ex nihilo aliquid fieri, potest intelligi tripliciter. Aut materialiter, ut ex ferro cultellus. Aut causaliter, ut ex patre filius. Aut ordinaliter, ut de mane fit meridies. Primis duobus modis uerū est, ex nihilo nihil fieri: tertio mō uerū est secundum naturam, sed falsum supra naturam. Per uirtutem. n. infinitam, quæ non indiget fulcimine materię, ita faciliter pōt aliquid produci ex nihilo, sicut de aliquo, alioquin nō esset uirtus primi principii infinita: sed egeret materię fundamento: & iō illi uirtuti soli hoc attribuendum est necessario, quāuis non posset consimile reperiri i aliquo creato. Hoc n. est eius proprium, sicut & ipsa omnipotentia.

Seco. 60
tra hęc
in di. 1.
q. 4. te
net qd̄
sit acci
dens re
respe.
ctiuū.

Distin
ctio 6
Alex.
de A-
les. 1. p.
q. 42.
mēb. 4.
art. 2.

QUESTIO II.

An mundus ex tempore, sicut fideles uel ab æterno sicut Philosophi productus sit.

Verum mundus productus fuerit ex tempore, aut ab æterno. Et quod non ex tempore ostenditur duabus rationibus, sumptis a motu. Prima est ostensiuā sic, Ante oēm motū, & mutationem ē motus primi mobilis: sed oēs qd̄ incipit, incipit p̄ motum uel mutationem: ergo

Aris. 8.
Physi.
tex. 54
p. 4.

p. 1. pp.

2.

3.

4.

ergo an omne illud, qd incipit est motus ille; sed ille motus non potuit esse ante se, nec ante suum mobile; ergo impossibile est incipere. Prima propositio supponitur, & eius probatio patet sic: quia suppositio est in Philosophicis, qd in omni genere perfectum est ante imperfectum; sed inter omnia genera motuum motus ad situm est perfectior; quia est entis completi inter omnia genera motuum localium, motus circularis & uelocior est & perfectior: sed talis est motus celi; ergo perfectissimus; ergo primus, patet ergo &c. **ITEM.** Ostenditur per impossibile. Omne, qd exit in esse, exit p motum uel mutationem: ergo si motus exit in esse, exit p motum, uel mutationem: & similiter de illo queritur: ergo uel est abire in infinitum, uel est ponere aliquem motum sine principio. Si motus: ergo mobile: ergo & mundum. **SIMILITER** ratio omnia sumitur a tpe sic. Oe, qd incipit, incipit aut in instanti, aut in tempore. Si ergo mundus incipit, aut in instanti, aut in tempore: sed ante omne tempus & ante omne instans est tempus; ergo tempus est ante omnia quae inceperunt: sed non potuit esse ante mundum, & motum; ergo mundus non incepit. Prima propositio necessaria uel nota est per se. Secunda, scilicet qd ante omne tempus sit tempus, patet ex hoc qd si currit, curtebat prius de necessitate. Similiter qd ante omne instans sit tempus patet sic. Tempus est mensura circularis conueniens motui & mobili; sed omnis punctus est in circulo, ita est principium qd finis: ergo omne instans temporis ita est principi-

piu futuri qd terminus preteriti: ergo ante omne instans fuit preteritum: patet ergo &c. **ITEM.** Probatur impossibile. Si tempus produciatur, aut in tempore, aut in instanti. Non in instanti, cum non sit in instanti; ergo in tempore: sed in omni tempore est ponere prius & posterius, & preteritum, & futurum; ergo si tempus in tempore fuit productum, ante omne tempus fuit tempus, & hoc est impossibile: ergo &c. Et he sunt rationes philosophi, que sunt sumptae a parte ipsius mundi. **ITEM.** Aliae sunt rationes Philosophorum, que sumuntur ex parte causae producetis: & generaliter ad duas partes reduci: quarum prima est omnia sua, secunda uero per impossibile. Prima est haec: posita causa sufficienti & actuali, ponitur effectus; sed Deus ab eterno fuit causa sufficiens, & actualis ipsius mundi: ergo &c. Maior propositio per se nota est. Minor patet, scilicet qd Deus sit causa sufficiens: quia cum nullo extrinseco indigeat ad mundi creationem: sed solum potentia, sapientia, & bonitate: & haec in Deo fuerunt perfectissima ab eterno: patet quod ab eterno fuit sufficiens. Quod etiam actualis, patet: Deus enim est actus purus, & suum uelle (ut dicit Philosophus, & sancti dicunt) est suum agere: restat ergo &c. **ITEM.** Per impossibile. Omne, illud quod incipit agere prius uel producere, cum prius non produceret, exit ab ocio in actum: si ergo Deus incipit mundum producere, exit ab ocio in actum; sed in omni tali cadit ociositas, & mutatio siue mutabilitas; ergo circa Deum est ociositas, & mutabilitas.

Hoc

Hoc autem est contra summam bonitatem, & contra simplicitatem: ergo hoc est impossibile, & blasphemum dicere de Deo: & ita qd mundus ceperit. Haec sunt rationes, quas commentatores, & moderniores superaddunt rationibus Arist. siue ad has possumt reduci.

S E D ad oppositum sunt rationes ex propositionibus per se notis secundum rationem, & philosophiam: quarum prima est haec. Impossibile est infinito addi: haec est manifesta per se, quia omne illud, quod recipit additionem, sit maius: infinito, autem nihil maius. Sed si mundus est sine principio, durauit in infinitum: ergo durationi eius non posset addi: sed constat hoc esse falsum, quia reuolutio additur reuolutioni omni die: ergo &c. Si tu dicas, quod infinitum est quantum ad praeterita, tamen quantum ad praesens, quod nunc est, est finitum actus: & ideo ex ea parte qua finitum est actu, est reperire maius. Contra. Ostenditur, qd in praeterito est reperire maius. Haec est ueritas infallibilis: qd si mundus est aeternus, reuolutiones solis in orbe suo sunt infinitae. Rursus. Vna reuolutione solis necesse est fuisse, xii. ipsius lunae: ergo plus est reuoluta luna, quam sol, & sol in finitum: ergo in finitorum ex ea parte qua infinita sunt, est reperire excessum: hoc autem est impossibile: ergo &c. **SECUNDA** propositio est ista. Impossibile est infinita ordinari: omnis enim ordo fluit a principio in medium: si ergo non est primum, non est ordo. Sed duratio mundi siue re-

uolutiones celi si sunt infinitae, non habent primum; ergo non habent ordinem; ergo una non est ante aliam: sed hoc est falsum. restat ergo, qd habent primum. Si dicas, quod statum ordinis non est necesse ponere nisi in his, quae ordinantur secundum ordinem causalitatis: quia in causis necessario est status, quare non in aliis. Praeterea tu ex hoc non euades: nunquam. non fuit reuolutio caeli, quin fuisset generatio animalis ex animali: sed constat, qd animal ordinatur ad animal ex quo generatur secundum ordinem causae: ergo si secundum & Philosophum & rationem, necesse est ponere statum in his, quae ordinantur secundum ordinem causae: ergo in generatione animalium necesse est ponere primum animal; & mundus non fuit sine animalibus; ergo &c. **TERTIA** propositio est ista. Impossibile est infinita pertransiri; sed si mundus non ceperit, infinitae reuolutiones fuerunt; ergo impossibile est illas pertransiri; ergo impossibile fuit deuenire usque ad hanc. Si tu dicas, qd non sunt pertransita, quia nulla fuit prima, aut qd etiam bene possunt pertransiri in tempore infinito: per hoc non euades. Quero enim a te, utrum aliqua reuolutio praecessit hodiernam in infinitum, an nulla. Si nulla; ergo omnes finitae distant ab hac; ergo sunt omnes finitae; ergo habent principium. Si aliqua in infinitum distat; quero de reuolutione, quae immediate sequitur illam, utrum distet in infinitum. Si non; ergo nec illa distat, quoniam finita distantia est in-

Arist. 2. cael. 23.

2.

3.

Arist. 4. Phyl. 208.

Arist. 1. Phyl. 110. Et 1. de cael. 130.

Arist. 9. meth. 10.

Arist. 12. meth. tex. 39.

Arist. 8. Phyl. tex. 7.

2.

3. Arist. 1. Poster. 3. cel. 19.

etc

ter utranque. Si uerò distat in infinitum; similiter quero de tertia, & quarta, & sic in infinitum; ergo non magis distat ab hac una, quàm ab alia; ergo una non est ante aliam; ergo omnes sunt simul. **QVARTA** propositio est ista. Impossibile est infinita a uirtute finita comprehendere; sed si mundus non cepit, infinita comprehenduntur a uirtute finita; ergo &c. Probatio maioris per se patet. Minor ostenditur sic. Supponendo Deum solum esse uirtutis actu infinite, & omnia alia habere finitatem: Rursum, supponedo quòd motus cœli nunquam fuit sine substantia spiritali creata, quę uel ipsam faceret, uel saltem cognosceret; Rursum hoc supposito, quòd substantia spiritalis nihil obliuiscitur; si ergo aliqua spiritalis substantia uirtutis finite simul fuit cum cœlo, nulla fuit reuolutio cœli, quam non cognosceret, & non est oblita; ergo omnes actu cognoscit, & fuerunt infinite; ergo aliqua spiritalis substantia uirtutis finite simul comprehendit infinita. Si dicas, quòd non est inconueniens, quòd unica similitudine cognoscit omnes reuolutiones, quę sunt eiusdem speciei, & omnino consimiles: Obicitur, quòd nō tantum cognouerit circulationes, sed earum effectus; & effectusuarii, & diuersi sunt infiniti; patet ergo &c. **QVINTA** est ista. Impossibile est infinita simul esse; sed si mundus est æternus sine principio, cum non sit sine homine (propter hominem enim sunt quodammodo omnia) & homo duret finito tem-

pore, igitur infiniti hoīes fuerunt. Sed quot fuerunt homines, tot anime rationales fuerunt; ergo infinite fuerunt anime. Sed quot anime fuerunt, tot sunt, quia sunt forme incorruptibiles; ergo infinite sunt anime. Si tu dicas ad hoc, quòd circulatio est in animalibus, uel quòd una anima est in omnibus hominibus. Primum est error in philosophia, quia (ut uult Philosophus) proprius actus est in propria materia; ergo non potest anima, quę fuit imperfectio ueniens, esse perfectio alterius etiā secundum Philosophum. Secundum etiam magis est erroneū; quia multo minus una est anima omnium. **VLTIMA** ratio ad hoc, est. Impossibile est, quòd habet esse post non esse, habere esse æternum, quoniam hæc est implicatio contradictionis; sed mundus habet esse post nō esse; ergo impossibile ē esse æternū. Quòd autem habeat esse post non esse, probatur sic. Omne illud, quòd totaliter habet esse ab aliquo, producit ab illo ex nihilo; sed mundus totaliter hēt esse a Deo; ergo mundus producitur ex nihilo a Deo; sed non ex nihilo materialiter, nec casualiter; ergo ordinaliter. Quòd autem omne, quòd totaliter producitur ab aliquo differente per essentiā, habeat esse ex nihilo, patēs est; nā quòd totaliter producit, producit scđm materiā, & formā; sed materia non hēt, ex quo producat, quā nō ex Deo; manifestum est igitur, quòd ex nihilo. Minor autē. scđm mundus totaliter a Deo producat, patet ex alio problemate.

RESO-

RESOLVTIO.

Ponere mundum nunquam incepisse secundum naturā, rationabile uidetur: At prorsus non incepisse: omnino absurdum dicimus.

R E S P. Dicendum, quòd ponere mundū æternum esse, siue æternaliter productum, ponēdo res omnes ex nihilo productas, omnino est contra ueritatem, & rationem sicut ultima ratio probat: & adeo contra rationem, ut nullum philosophorum quantumcumque parui intellectus crediderim hoc posuisse. Hoc enim implicat in se manifestā contradictionem. Ponere autem mundum æternū præsupposita æternitate materię, rationabile uidetur, & intelligibile, & hoc duplici exemplo. Egressus enim rerū mundanarum a Deo, est per modum uestigii; unde si pes esset æternus, & puluis, in quo formatur uestigium, esset æternus; nihil prohiberet intelligere uestigium pedis esse cœternū, & tamen a pede esset uestigium. Per hunc modū si materia, siue principium potentiale esset cœternum auctori, quòd prohibet ipsū uestigium esse æternum; immo uidetur congruū. Rursum aliud exemplū. Rationalis enim creatura procedit a Deo, ut umbra: filius procedit, ut splendor: sed quā cito est lux, statim est splendor: & statim est umbra, si sit corpus opacum ei obiectum. Si ergo materia cœterna est auctori tanquam opacum luci, sicut rationabile est ponere filium (qui est splendor patris) cœternum: ita rationabile, uidetur creaturas, siue mundum, qui est umbra summę lucis, esse æter-

nū: & magis rationale est, quā suum oppositum, scilicet quòd materia eternaliter fuerit imperfecta sine forma, uel diuina in fluentia: sicut posuerunt quidam Philosophorum: & adeo rationabilis, ut etiam ille excellentior inter philosophos Aristote. (sicut Sancti imponunt, & Commentatores exponunt, et uerba eius prætendunt) in hunc errorem dilapsus fuerit. Quidam tamen moderni dicunt Philosophū nequaquam illud sensisse, nec intendisse probare, quòd mundus omnino non ceperit, sed quòd nō ceperit naturali motu. Quòd horum magis sit uerum, ego nescio: hoc unum scio: quòd si posuit mundum non incepisse secundum naturam, uerum posuit: & rationes eius sumptę a motu, & tempore sunt efficaces. Si autem hoc sensit, quòd nullo modo ceperit, manifestè errauit: sicut pluribus rationibus ostensum est supra: & necesse fuit eum ad uitandam contradictionem ponere, aut mundum esse factum ex tempore, aut nō esse factum ex nihilo. Ad uitandum autem infinitatem actualē necesse fuit ponere, aut animę rationalis corruptionē, aut unitatem, aut circulationem; & ita auferre beatitudinem: unde iste error & malum habet initium, & pessimum finem.

Quòd ergo obicitur, primò de motu primi mobilis, qui est primus inter oēs motus, & mutationes, quā perfectissimus. Dicendum, quòd loquendo de motibus, & mutationibus naturalibus, uerū dicit, & nō hēt instantiā: loquendo, aut de mutatione super natura

li, per quā ipsū mobile processit in esse, non habet ueritatem: nā illa præcessit oē creatum, & ita mobile primum; ac per hoc, & eius motum. *Qv o v* obiicitur, omnis motus exit in esse p motum. Dicendum, quod motus non exit in esse per se, nec in se: sed: um alio, & in alio: & quia Deus in eodem instanti mobile fecit, & ut motor super mobile influxit: ideo motum mobili concreauit. Si autem quæras de illa creatione. Dicendum, quod ibi stare est sicut in primis, & hoc melius infra patebit. *Qv o* tertio obiicitur de nunc temporis, &c. Dicendum, quod sicut in circulo est dupliciter assignare punctū, aut cum fit, aut post q̄ factus est: & sicut dum fit est ponere, & assignare primū punctum, dum uero iam est, non est ponere primum: sic est accipere in tempore nunc dupliciter, & in ipsa productione temporis fuit nunc primum, ante quod non fuit aliud, quod fuit primum principium temporis, in quo omnia dicuntur esse producta. Si autē de tempore post quam factum est, uerum est q̄ est terminus præteriti, & se habet per modum circuli: sed hoc modo non fuerunt res productæ in tempore, iam perfectæ: & ita patet quod rationes Philosophi nihil ualent omnino ad hanc conclusionem. Et q̄ dicitur q̄ ante omne tempus est tempus, uerum est accipiendo intus diuidendo, nō extra antèius procedendo. *Qv o v* obiicitur, de tempore, q̄ cepit. Dicendum, q̄ cepit in suo principio, principiu aut temporis est instās, uel nūc:

& ita cepit in instanti: & non ualeat illatio, non fuit in instanti, ergo non cepit in instanti, qm̄ successiua nō sunt in sui initio. Potest tamen aliter dici: q̄ dupliciter est loqui de tpe, aut secundum essentiam, aut secundū esse. Si secundum essentiam, sic nunc est tota essentia r̄pis, & illud nūc cepit cū re mobili, non in alio nunc, sed in seipso, quia status est in primis, unde nō habuit aliam mensuram. Si secundū esse, sic cepit cū motu uariationis: nec cepit p̄ creationē, sed potius per ipsorum mutabiliū mutationē, & maxime primi mobilis. *Qv o v* obiicitur, de causæ sufficientia, & actualitate. Dicendum, q̄ causa sufficiens, ad aliquid est duobus modis, aut operans per naturam, aut per uoluntatem, & rationem. Si operans per naturam: sic statim cū est, producit. Si autem operans per uoluntatem, & quamuis sit sufficiens, non oportuit, q̄ statim cū est, operetur: operatur enim secundum sapientiam, & discretionem: & ita considerat congruitatē. Quoniam igitur non conueniebat naturæ, ipsius creature æternitas, nec decebat Deū alicui hanc nobilissimam conditionem donare: ideo diuina uoluntas, quæ operatur secundum diuinam sapientiam produxit, non ab æterno, sed in tempore: quia & sicut produxit, sic & disposuit, & sic uoluit. Ab æterno .n. uoluit producere: tunc quando produxit: sicut ego nunc uolo cras audire missam: & ita patet q̄ sufficientia non cogit.

SIMILITER, de actualitate, dicendum, quod causa duobus

mo-

modis potest esse in actu. Aut in se: ut si dicam, sol lucet. Aut in effectu: ut si dicam, sol illuminat. Primo modo Deus semper fuit in actu: quoniam ipse est actus purus, nihil habes admixtum de possibili. Alio modo nō semper in actu: non enim semper fuit produciens. *Qv o v* obiicitur secundo, si de non producente factus est produciens, mutans est ab ocio in actum. Dicendum, quod quoddā est agens: cuius actio, & productio addit aliquid supra agentem, & producentem. Tale, cum de non agēte fit agens, uariatur aliquo modo: & in tali ante operationem cadit ocium, & in operatione additur cōplementum. Aliud est agens, quod est sua actio: & tali nihil omnino aduenit cum producit, nec etiam in eo fit aliquid, quod non prius infuit: & tale, nec recipit complementum in operando, nec in non operando est ociosum: nec cum de nō producente fit produciens, mutatur ab ocio in actū. Tale autē est Deus, etiam scdm̄ Philoſophos, qui posuerunt Deum simplicissimum: patet ergo, quod stulta est eorum ratio. Si enim propter ocium uitandum res ab æterno produxisset, sine rebus perfectum bonum non esset, ac p̄ hoc, nec cum rebus, quia perfectissimum seipso perfectū est. Rursus, si propter immutationem oporteret res ab æterno esse, nihil posset nunc de nouo producere. Qualis igitur Deus esset, qui nunc nihil per se posset? Hæc omnia dementiam indicat magis quā philosophiā, uel rationem aliquam. Si tu que

ras qualiter possit capi, q̄ Deus agat seipso, & tamen non incipiat agere. Dicendum, quod si hoc non possit plenē capi propter imaginationem cōiunctā, potest tamen necessaria ratione conuinci: & si quis a sensibilibus se trahat ad intelligibilia aspicienda, aliquo modo perciperet. Si enim, quis querat, utrū angelus possit facere potum fingulis: cum nō habeat manus: uel prolicere lapidem: respondebitur, quod potest, quia hoc potest sola uirtute sui absq; organo, quod potest anima cum corpore, & membro suo. Si igitur angelus propter suam simplicitatem, & perfectionem tantum excedit hominem, ut possit facere sine organo medio illud, ad quod homo necessariō indiget organo, posset etiam facere per unū, quod homo potest per plura: quanto magis Deus, qui est in fine totius simplicitatis, & perfectionis; absque omni medio suæ uoluntatis imperio (quæ non est aliud quam ipse) potest omnia producere, ac per hoc in producendo immutabilis permanere? Et sic potest homo manuduci, ad hoc intelligendum. Hoc autem perfectius capiet, si quis ista duo potest in suo opifice contemplari, scilicet, quod est perfectissimus, & simplicissimus. Quia perfectissimus, omnia quæ sunt perfectionis, ei attribuuntur. Quia simplicissimus, nullam diuersitatem in eo ponunt: ac per hoc, nec ponunt ullam uarietatem, nec mutabilitatem: ideo stabilis manens dat cuncta moueri.

LIBRI SECVNDI
ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An res productae sint in esse a pluribus principijs?



ON SE QVENTER quæritur, de principi unitate. Circa quæ duo quærentur. Primum, utrum res productae sint in esse a pluribus principijs. Secundò dato, quod ab uno principio quæritur, utrum illud produxerit omnia a seipso, an mediante alio.

QVOD a pluribus principijs sint productae res, dicunt Manichæi qui ponunt aliud esse principium spirituum, & incorporeum, siue inuisibilem: aliud corruptibilem, & corporale, siue uisibilem: & primum uocant Deum lucis: secundum uocant Deum tenebrarum. Et quod positio eorum sit uera, & catholica, uidetur per sacram scripturam. Iohan. 18. Regnum meum non est de hoc mundo: dicitur ipse Rex gloriæ, & Deus lucis: ergo mundus iste uisibilis ad Deum lucis non spectat: non ergo est conditus ab eo. ITEM. Iohan. xiiii. Venit princeps mundi huius. Rursus Iohan. 12. Vocat diabolum principem huius mundi: & ille Deus est tenebrarum; ergo uidetur &c. ITEM. Apostolus. 2. ad Corinth. 4. & Ephe. 2. Vocat diabolum Deum huius sæculi: sed non meretur aliquis dici Deus alicuius, nisi eius quod condidit: ergo, &c. Alias plurimas adducunt auctoritates de scriptura: sed his solutis soluuntur, & alia. ITEM. Rationibus probant id ipsum hoc modo. Oppositorum oppositæ

sunt causæ: sed spiritualia, & corporalia habent repugnantiam. unde Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. ITEM. Et nouum & uetus testamentum aduersantur sicut patet Matth. 5. Quia ibi præcipiuntur rectè contraria, sicut iurare, & non iurare: occidere, & non occidere: ergo necessarium est ponere duo principia prima, unum ueteris, aliud noui.

SECUNDA ratio. Idem similiter se habens semper natum est facere idem; ergo cum Deus bonus uniformiter se habeat, & similiter semper facit idem: ergo cum sit causa conditiua, nullius est destructiua: & cum sit causa productionis, non erit causa destructionis, nec corruptibilitatis: ergo corruptibilia sunt ab alio principio. TERTIA ratio est. Omne, quod bonus Deus facit, est bonum: omne quod est bonum, est diligendum, & nihil omnino, quod fecerit, est odium: sed iste mundus est odium, & spernendus: similiter, & uita carnalis. 1. Iohan. 2. Nolite diligere mundum: & iterum Ioan. 12. Qui amat animam suam, perdet eam; ergo, &c.

IN CONTRARIUM aut sunt rationes, & auctoritates. Iohan. 1. dicitur de uerbo. Omnia per ipsum facta sunt: sed uerbum est bonus Deus: ergo &c. Si dicas quod (omnia) non distribuit pro uisibilibus, Contra. Statim sequitur. Et mundus factus est pro eo, &c. constat quod de hoc mundo loquitur, &c. ITEM. Matth. viii. Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra (dicit

DISTINCTIO I.

RESOLVTIO.

Obstrepent, ut lober Manichæi, ab uno tantum principio uniuersa derivata sunt.

dicat Deus bonus: ergo aut iuste data est, aut iniuste. Si iuste: ergo celum, & terra sua sunt, & ipse fecit. Si iniuste, ergo uidetur, quod ipse Deus bonus iniuste usurpauit alienum. ITEM. Idem fuit ille conditor rerum uisibilium, qui dedit uetus testamentum. Probatio. Act. 13. dicit Paulus, Viri fratres, Deus plebis Israel elegit patres nostros. Et post, Qui habitant Hierusalem principes hunc ignorantes, & iudicantes impleuerunt: sed iste fuit Deus lucis, ergo &c. ITEM. Rationibus ostenditur. Omne bonum, & pulchrum est a Deo bono: sed omnia uisibilia sunt bona, & pulchra, ergo &c. Probatio. Aut sunt bona, aut mala. Si bona: habeo propositum. Si mala: ergo eorum corruptio est bona; ergo corruptio eorum est a Deo bono, quoniam omne bonum ab ipso; ergo &c. ITEM. Quæcunque adinuicem coniunguntur, necesse est coniungi per aliquid, in quo communicant: sed in nullo communicant, quæ differunt in principijs primis: si ergo anima, & corpus coniunguntur, necesse est, quod ab eodem Deo producantur: sed anima est a Deo lucis; ergo &c. ITEM. Quæritur de istis duobus principijs qualiter se habeant adinuicem: aut enim habent pacem, aut bellum: aliter enim non uideo, quomodo possit esse. Sed Deus lucis non potest bellare, cum in eo sit summa pax, & quies. Deus tenebrarum (cum in eo sit omnimoda malitia) non potest quiescere; ergo uidetur, quod nec bellant, nec quiescunt.

RESPONDEO. Dicendum, quod questio de pluralitate principiorum tripliciter potest intelligi: & secundum hoc in diuersis locis tractanda est. Potest enim queri, utrum plura sint principia, quorum utrumque bonum: & illud habet determinari in Primo Libro ubi quæritur de unitate diuinæ essentiae. Potest nihilominus queri, utrum plura sint principia: ita quod unum sit summum bonum, alterum uero summum malum: ita quod ab uno sit omne bonum, ab alio omne malum: & illud habet determinari in Tractatu de malo: non enim potest hæc questio sciri, nisi sciatur, quid sit malum primo. Potest etiam queri, utrum plura sint principia quorum unum sit principium incorruptibilem, & spirituum, aliud sit principium corruptibilem, & uisibilem: & hoc habet determinari nunc, ubi queritur de exitu rerum in esse. AD HANC quæstionem dicendum, quod error ille de positione duorum principiorum non solum est contra fidem, immo adeo contra rationem, ut uix credam hominem, qui aliquid de Philosophia sciuit, hunc errorem posuisse, aut defendisse. Iste error tamen pessimus est, quia præterdit aliquam speciem pietatis. Videtur enim Deo bono attribuere bona, & pulchra, & nobilia: & alii principio alia: & ideo magis subintravit, & ecclesiam Dei magis sedauit. Et quia etiam a simplicibus magis potest capi, & falsa imagi-

natione cogitari: & ad istū erro-
rem pessimum de multitudine
principiorum innumerabiles er-
rores consequuntur uanissimi,
sicut illis est notum qui sectam
Manichæorum nouere, sicut de
iuramento, matrimonio, homi-
cidio, & aliis pluribus, quæ om-
nia suas habent improbationes
per scripturas. Caput autem, &
principiū erroris oīs dānat Phi-
losophia, quæ duo sint rerū prin-
cipia prima: tum quia ordo uni-
uersi destruitur hoc posito: tum
quia diuina potentia limitatur
ex hoc, ut nō possit corporalia
producere: tum etiam quia ex
hoc diuina essentia circūscripti-
bilis ponitur, ut tantum sit in re-
gione lucis: & si hæc uera sunt,
Deus nec ē, nec aliqd est boni.

AD auctoritates quas addu-
cunt. Dicendum, quod mundus du-
pliciter accipitur in scriptura, ui-
delicet pro mundana conuersa-
tione, quæ uana est, & immunda,
& pro mundana creatura. Primo
modo damnatur in scripturis,
& non dicitur esse a Deo tanquā
malum, quia peccatum nō est a
Deo, sicut alibi patebit. Secun-
do modo cōmendatur tanquam
bonum, & pulchrum, sicut dicit
Gen. i. Vidit Deus oīa quæ fece-
rat, & erant ualde bona: & hoc
modo est a Deo. Secundū hanc
distinctionē soluantur obiecta.
Nā quod dicitur, regnū Christi nō
est de hoc mūdo, intelligitur de
mundana conuersatione, quæ a ip-
se nō regnat in malis: sed in bo-
nis, quorum conuersatio est in
cælis. Similiter quod dicitur, diabolus
ē princeps mundi, & non Deus,
intelligitur de mundanè, & se-
culariter conuersantibus. Patet

ergo, quod deceptus est stultus, &
impius Manichæus, quia nesci-
uit distinguere. Et iterum pecca-
uit in illatione: non enim sequi-
tur, est princeps mundi: ergo
conditor. Sic enim sequeretur:
cum Rex Franciæ sit Princeps
Franciæ: ergo fecit eam: qui sic
argueret, stultus iudicaret: cer-
te multo stultius arguit Mani-
chæus. Rursus non sequitur: est
Deus: ergo conditor. Nā si sic, cū
dicatur Phil. 3. Quorū Deus uē-
ter est: ergo uēter creauit illos:
stulta igitur est hæc rō, quare &
Manichæi. **QVOD** obiicitur, quod
cōtrariorum cōtrariæ sunt cau-
sæ: illud intelligitur de causis in-
trinsecis proximis: nam de cau-
sa extra non habet ueritatem: &
ideo quia nesciunt distinguere.
deceptus est pessimus Mani-
chæus. Et quod ita sit, patet. Si enim
contrariorū contrariæ sunt cau-
sæ primæ producētes, tot essent
principia quod sunt genera con-
trarietatum: ergo alius Deus fe-
cisset calidum, & alius frigidū,
& sic de aliis contrarietatibus.
Si quis ita argueret, ab omni-
bus deridendus esset: quanto
magis stultissimus Manichæus?
QVOD TAMEN dicitur, quod
caro contrariatur spiritui. Di-
cendum, quod nomen (carnis)
aliquando accipitur pro natu-
ra: sicut Ephe. 3. Nemo carnem
suam unquam odio habuit: &
sic non contrariantur, immo
miro amore nectuntur. Acci-
pitur etiam pro uitio, & cor-
ruptione, quæ est in carne: &
ratione huius contrariantur,
nec tamen habent causam con-
trariā, quia non habent causam
efficientem: sed deficientem.

Quod

QVOD obiicitur, quod idem si-
militer se habens, &c. Dicendū,
quod aliquid est agens, quod agit
seipso, & illud impossibile est, quod
producendo diuersa diuersifice-
tur: immo uno & eodē producit
multa. Aliud est agens, quod agit
per aliud a se, & illud uariatur in
agēdo diuersa. Deus autem est agēs
primo modo, & nō secundo: &
quia hoc non intellexit Mani-
chæus: posuit diuersa principia,
& diuersos legistatores, cum ui-
deat in legibus diuersitatem, &
in rebus. Et quod stulte motus fuit,
sensibiliter patet: uidemus. n. quod
idem artifex per eandē artē do-
mificandi facit aulā, & cloacā: nū-
quid duo artifex oportuit ad hæc
faciēda inuenire? Rursus. Idem
medicus secundū eandē artem
medicinæ diuersa eidē ægroto
secundum diuersos status appo-
nit medicamenta, & diuersa dat
p̄cepta, & cōtraria, scđm diuer-
sitates infirmorū: immo stultus
esset medicus, quod eadē daret sem-
per medicamēta, & mandata. Si
ergo diuersus fuit status hoīum
incipientiū, ut Iudæorum, & ui-
rorū euāgelicorum, quid prohi-
bet unum & eūdem, diuersa &
contraria p̄cepisse? attamen
contraria non sunt spiritualiter
intellecta. **QVOD** ultimo obiici-
tur iam solutum est, quia uitio-
sitas mundanorū est contemnē-
da: sed creatura amāda, & Deus
in ea laudandus: & omnes crea-
turæ laudant Deum, & bonæ
sunt. Et hæc sufficiant.

QVÆSTIO II.

An primam principium producti-
uum rerum se solo, an mediā
re alio, & sic produxerit?

SYpposito, quod oīa sint ab uno

principio, quæritur utrū illud
produxerit oīa seipso, aut me-
diante alio. Et quod mediante, ut
congruū. De liberalitate. n. agē-
tis est, ut non tantum cōiceret alii
actum: sed et potentiam multi-
plicandi, & diffundendi se: sed
Deus est agens liberalissimum:
ergo ut, quod primæ creaturæ, quā
fecit, dederit potentiam faciēdi
aliam, & illa dat alii, & sic proce-
dendo usque ad ultimā. **S**I DI-
CAS, quod creatura non est capax
tantæ potentæ Contra. Maius
est facere aliquid, cū est resisten-
tia, quæ ubi nulla: sed creatura in-
faciēdo aliquid ex contratio-
hēt resistentiā, & faciēdo ex ni-
hilo nullam: ergo si capax ē pri-
mæ potētæ, & secundæ. **I**TEM.

De nobilitate agentis est facere
nobilissima opera per seipsum,
& minus nobilia per ministrū,
ut patet. Decet. n. Regem iudi-
care: sed non decet eum coqui-
nam facere: ergo si primus Rex
est nobilissimus, & producit res
secundum quod decet eius nobilita-
tē: ut, quod ipse debuit aliquid unū
producere, & per illud minus no-
bilia: & sic procedendo usque ad
ultimum. **S**I TU DICAS, quod nō est
simile de Deo, & aliquo agente
creato: quia Deus nō perficitur
ab aliquo opere: obiicitur. Quia
opus regiminis, propagationis,
& gubernationis diuinum est:
& Deus tamē gubernat, & regit
unā creaturam per aliā: & hoc
est ad ostensionem suæ nobilita-
tis: quare non similiter creat?

ITEM. Obicitur, quod necessariū sit
ita esse, sic oīs effectus, qui exiit
ab aliqua causā uniuersali, exiit
ab ea, uel per aliā causā propriā,
uel per seipsam appropriatam.

12. Me
aph.

Et sic
intelligit
illud
Christus:
mundus
non po-
test nos
dilige-
re.

sed Deus est causa uniuersalissī
ma nou ualens arētari, nec ap-
propriari, cū nulla possit ei fie-
ri additio: ergo cū producit mul-
ta, producit p̄ aliā causam pro-
priam. **ITEM.** Ego uideo, q̄ uir-
tus unitatis est ad numeros infi-
nitos, tamē unitas nullū nume-
rū producit, quin producat
pariter a numero, qui immedia-
te ipsam sequitur. *s. dualitate: vn-
de nullo modo unitas faceret
ternariū, & nonum procedēdo
nisi p̄ dualitatē, & sic in aliis, p̄-
cedēdo: ergo uidetur similiter,
q̄ non procedit a Deo multitu-
dō rerum, cum ipse sit summe
unus, nisi per ipsas res.*

SED CONTRA. Quod illud
non sit congruū, videt. Quantū
hō recipit ab alio, intātū ei tene-
tur: sed ad solū Deū tenet crea-
tura ex toto: solū. n. Deū dēt di-
ligere hō ex toto corde, & nihil
aliud equaliter: ergo solus Deus
creat totū; sed creatio est actio,
in qua totū producit; ergo &c.
ITEM. Maius est rem de non es-
se ad esse producere, q̄ cōserua-
re, & p̄ficere; ergo si Deus me-
diāte alio produceret res, uidet,
q̄ mediāte alio cōseruaret & p̄-
ficeret; ergo res nullo mō Deo
indigerent; ergo nec ad Deū tē-
derent; sed oīa sunt bona, q̄a tē-
dunt ad ipsum, & ordinata; er-
go nihil esset bonū, nec ordina-
tum. In quo. n. principaliter est
rō finis, in eodē est ratio boni,
ITEM. Quod sit impossibile uide-
tur. Impossibile est creaturam
agere se tota, cū nulla sit oīno
simplex; ergo impossibile est, q̄
agat totū; ergo solum partem.
ITEM. Impossibile est creaturā
agere p̄ potentiam infinitā; sed

*Aris. 1
Eth. c. 8*

inter omnino nihil, & aliquid
est distantia infinita; ergo non
potest educi nisi ab agente uir-
tutis infinitæ; tale autem est so-
lus Deus; ergo &c.

RESOLVTIO.

*Immediate & si solo uniuersa Deus
condidit; cū sit actus purissimus,
& causa sufficientissima.*

RESPONDEO. Dicendum, q̄
ponere, q̄ Deus produxerit res
p̄ aliud agens, est contra uerita-
tem, & cōtra fidē, sed solum p̄
filium suū; dixit. n. & facta sunt;
Nec solum contra fidē, uerum
etiā cōtra rōnem; & ponere res
oēs p̄ductas ex nihilo, cōno est
contra rōnem; ita ut non possit
capī, quō agēs potētia finitæ ali-
qd ex nihilo producat. Nec cre-
do aliquē Philosophorum hoc
posuisse. Sed supposito potētia-
li siue materiali principio, plu-
res fuerunt Philosophi, qui po-
fuerunt ordinē in producendō
gradatim descendēdo hoc mo-
do. Cū sit Deus oīno simplex,
cuius actus est intelligere, non
p̄duxit nisi intelligētia primā,
& unicā; illa uerō p̄p̄ distantia
a primo intellexit se primū; &
ita aliquo mō fuit cōposita; &
ita produxit orbē suum, & intel-
ligentiā secundi orbis; & sic de-
inceps usq; ad orbē lunæ, & in-
telligentiā decimā, q̄ irradiabat
sup̄ aīas rōnales, & sicut ordo
est in producēdo: ita in & irra-
diādo. Sed iste error falsum fun-
damētū hēt. *s. q̄ materiale prin-
cipium nō sit productum, sicut
supra p̄batū est. Itē falsam hēt
rōnem. Dicit. n. q̄ q̄a simplicissi-
mus est Deus; nō producit nisi
unū; sed hoc magis est ad oppo-
sitū; q̄a quanto aliquid simpli-
cius,*

cuius, tanto potentius; & q̄to po-
tētius, tāto in plura pōt; ergo si
deus sit simplicissimus, hoc ipso
pōt in oīa sine medio. Rursus,
hec rō repugnat eis. Si. n. p̄p̄ sim-
plicitatē nō produxit nisi unū,
cum intelligentia sc̄ta sit sim-
plicior inter oēs, unde uenit in
orbe eius maior uarietas stella-
rum, q̄ in aliquo orbium infe-
riorum; q̄a uidetur p̄ rōnē suā,
q̄ uniformes sint; & ita ratio po-
sitionis contradicit positioni.
Propter hoc dicendum, sicut di-
cit fides nostra, q̄ oīa in prima
conditione immediate a Deo
sunt producta. Quia. n. creatio
est totius substantiæ secundum
totū; ideo decuit esse solius dei,
nec potuit esse alterius, siue per
alterum, ut probāt rationes ad
hanc partem inductæ.

QVOD obiicitur de liberali-
tate, & nobilitate. Dicendum, q̄
tam liberalitas, q̄ nobilitas non
supponunt ordinē, & possibili-
tatē in actum. In actu. n. creatio
nis non attenditur ordo, & qua-
lis. n. uirtutis, & dignitatis est
est producere aīnū ex nihilo,
& angelum, quia utrunq; in fini-
te. Non est et in hoc actu possi-
bilitas creaturæ (ut uisum est)
propter infinitatem: Nō sic est
de actu regiminis, & propaga-
tionis; ideo patet, q̄ non est si-
mile. **QVOD** obiicitur, q̄ creatu-
ra est capax, q̄a non habet resi-
stens. Dicendum, q̄ in contra-
rius resistentia confert ad ope-
rationem. Præterea. Est, quod
impediat, nihilominus habet iu-
uans. *s. fundamentum. & appeti-
tum materiæ; sed in creatione
nulum habet iuuamētum; ideo
difficilius; ideo non est locus a*

minori, ut patet. **QVOD** obiicit,
q̄ causa uniuersalis non potest
in effectus proprios. Dicendum,
q̄ causa uniuersalis, quæ nō est
actus purus, indiget actualitate
causæ particularis; sed illa, quæ
omnino est actus, simul habet
in se rationem uniuersalis cau-
sæ, & particularis, quia simul
habet primitatem, & actualita-
tem; ideo potest in multa, & se-
cundum totum potest in illa.
QVOD ultimō obiicitur, quod
unitas non potest in numeros
posteriores sine prioribus. Di-
cendum, quod nec in p̄cto est
omnino potentia actiua, & suf-
ficiēs ad lineam, nec in unitate
ad numerum. Nam ipsa unitas
est potentia omnis numerus,
non potentia sufficiēs per se; &
ideo non solum actualis, & om-
nino actiua, uerum etiam ali-
quo modo passiua est potentia
numeri; Deus autem in omnia
potest potentia omnino actiua,
et ideo sine omni medio potest
creare omnia.

ARTICVLVS III.

QVÆSTIO I.

An creatio mutationem dicat?



Iso de emptitate, &
quidditate principii
producentis, quæri-
tur hic tertio de ip-
sa productione, quæ creatio ap-
pellatur. Circa quam quæritur
duo. Primum est, utrum dicat
mutationē aliquam. Secundum
est, utrum dicat aliquid mediū
inter creatorem, & creaturā.

QVOD creatio dicat mutatio-
nem, uidetur primo per
auctoritatem August. 12. de Ci-
uitate Dei. Oīa, quæ creata sunt

mutabilia sunt, quia de nihilo facta sunt: si ergo creabile est mutabile: ergo creatum, & mutatum: & creatio est mutatio. Si tu dicas, quod est mutabile, quia potest in nihil cedere, & non quod productum est. Contra. Sicut destrui dicitur uiam ueniendi in non esse, ita creari in esse: si ergo destructio ponit mutationem: ergo pari ratione & productio. **ITEM.** Creatio est actio: sed omnis actio est in motu, & omnis motus in actione: ergo quod creat, uere agit: ergo uere mouet. Si tu dicas, quod actio Dei magis est substantia, quam actio, & talis est creatio: obicitur de passione, quia creari est ipsius creaturæ. Si ergo creatura susceptibilis est uere passionis, & mutationis: ergo creatio, & passio est mutatio. **ITEM.** Per Dam. qui Philosophus, & Theologus est. Omne, quod a uersione incipit, in uersionem tendit (loquitur de creatione) ergo secundum ipsum creatio est uersio: sed omnis uersio est mutatio, sicut ipse idem dicit, quod cætera sunt mutabilia, quæ uertibilia: ergo creatio est mutatio. **ITEM.** Quanto aliqua sunt magis distantia, tanto in pueniendo ab uno in alterum maior est mutatio, & uariatio: sed ens & non ens summe distant: ergo cum creatione de non ente fiat ens, creatio uerissime est mutatio. **ITEM.** Magis mutatur res quando suscipit formam nouam, quam quando acquirit nouum situm: & rursum adhuc magis, quando acquirit formam substantialem, quam quando acquirit dispositionem accidentalem: ergo quando totum de nouo recipit, & accipit,

tunc mutatur maxime: sed hoc est in creatione: ergo ibi uere est mutatio. **ITEM.** Si creatio dicitur actionem absque omni mutatione, ergo absque omni tempore: & talia possunt inesse, & insunt Deo ab æterno: ergo uidetur, quod Deus res produxit ab æterno.

AD oppositum Magister dicit, & habetur in litera: cum dicimus Deum facere aliquid, non aliquem in operando motum intelligimus inesse. Si dicas, quod creatio actio non dicit motum, sed creatio passio tantum. Contra. Idem manet signatum in actiuo, & passiuo (sicut dicit grammaticus) sicut recti, & obliqui: si ergo in actione non dicit motum: ergo nec in passione. **ITEM.** Mutari est se aliter habere nunc, quam prius: sed quod creatur non se habet aliter nunc & prius, quam nunquam aliter se habuit, quam sicut nunc se habet in creatione, nunquam enim fuit aliquo alio modo, nec se habuit aliquo alio modo, nec ergo aliter, quam nunc: ergo non mutatur dum creatur: ergo creatio non est mutatio.

ITEM. Omnis motus, & mutatio est perfectio entis in potentia, creatio autem est nullo modo entis: ergo creatio non est motus, nec mutatio. Prima patet per Philosophum: secunda uero per Magistrum. **ITEM.** Omnis mutatio fundatur super aliquod mobile: sed creatio non præexigit aliquod mobile, quia omne mobile per creationem inducitur inesse: ergo creatio non est mutatio. **ITEM.** Si creatio est mutatio, aut ergo secundum accidens, aut secundum substantiam. Non

secundum accidens: quia tunc sola

sola accidentia crearentur. Sed nec secundum substantiam, quia tunc esset generatio, uel corruptio. Si dicas, quod sub nulla harum specierum continetur: obicitur, quod non solum secundum Philosophum: sed secundum Augustinum. omnis motus aut est ad situm, aut ad formam: sed creatio est ad materiam recte ac proprie: ergo uidetur, quod non sit mutatio. **ITEM.** Ex tanta potentia creat Deus, ex quanta generat, quia utrumque facit per potentiam infinitam: sed Deus potest generare sine mutatione sui, & est personæ genitæ: ergo pari ratione potest creare sine mutatione sui, & creaturæ, aut si non, quæro quare non.

RESOLUTIO.

Creatio eiusmodi mutatio est, in qua res aliquo modo se habent nunc, et nullo modo prius: & cuius terminus est tota rei substantia.

RESPON. Dicendum, quod quedam est productio, in qua productum se habet aliter nunc & prius, quia secundum aliquid sui fuit prius sub una dispositione, & nunc est sub alia: & talis est productio quæ est ex materiali principio, ut naturalis generatio. Quedam uero est productio, in qua productum aliquo modo se habet nunc, & nullo modo prius, & talis est productio, quæ est ex nihilo. Tertia est productio, in qua productum omnino se habet nunc, & prius (si tamen est ibi dicere prius) & talis est filii generatio ab æterno. Ab æterno enim sic processit ut nunc est. Prima habet rationem motus, & mutationis, & productionis. Motus, ratione præparationis materiæ, quæ fit per dispositio-

nes accidentales, & hæc indiget successione, & tempore. Mutationes, ratione exitus in esse, siue receptionis substantialis formæ, quæ fit in instanti. Productionis uero, ratione eius quam illam formam non a se habet, sed ab alio affectiuo principio. Secunda caret ratione motus, habet tamen productionis rationem, & mutationis. Ratione motus caret, quia cum non habeat materiam, nulla potest præire dispositio: tamen habet rationem mutationis, quia ibi est subita, & noua formæ inductione: habet rationem productionis, quoniam hoc habet ab alio effectiuo principio. Tertia caret ratione motus, & mutationis, habet tamen rationem productionis. Ratione motus & mutationis caret, quia nec est ex materiali principio, nec est ex nihilo: sed tamen est ab aliquo, & sempiternaliter est ab ipso. Concedendum est igitur, quod productio creaturæ est mutatio, & cõcedendæ sunt rationes ad hoc, licet aliquæ uideantur sophisticæ.

Quod ergo obicitur, quod est sine motu. Dicendum, quod illud intelligitur sine motu agentis, non tamen sine mutatione producti. Si enim (ut dicit Philosophus) anima dum mouet corpus, immobilitatis perseverat: quanto magis, Deus, dum creat & mutat omnia, ipse stabilis manens dat cum ita moueri. Si uero obicitur, quod uerbum actiuum, & passiuum significat idem. Dicendum, quod falsum est, quia actio, & passio dicunt diuersa genera: tamen in coniugatione unum ponitur iuxta alterum, quia secundum uocis formationem unum uenit ab alio.

Quod

Arist. 1. Phy. 7

Arist. 1. Phy. 6.

Arist. 3. Phy. 4.

Arist. 1. Phy. 7.

Collige ex 1.3 & et inde, ex 8. phy. cõ. 27. & inde. videtur in uere, actione & passionem differre reale

Quod obicitur, quod mutari ē aliter se habere nūc, & prius. Dicendum, q̄ ista non est generalis ratio eius, q̄ est mutari, siue mutationis; sed solius mutationis naturalis. Quod ergo obicitur, imutabile est, quod se hēt eodem modo, & mutabile quod se hēt aliter. Dicendum, q̄ hic est consequens, quia si mutabile, & immutabile opponunt, opponuntur ut prius, & habitus, & immutabile est q̄ se habet eodem modo, tunc mutabile est, siue mutandum, quod non se habet eodem modo. Sed hæc habet tres causas ueritatis, aut quia nullo mō hēt prius, & posterius: aut nullo mō prius, & aliquo modo posterius: & ita non eodem modo, aut quia simpliciter aliter se habet prius & aliter posterius: & ideo cum proceditur a pluribus causis ueritatis ad unam, peccatur secundū consequens. Ad tres rationes sequentes patet responsio, quia omnes procedūt de mutatione naturali, q̄ præexigit materiā, et ens in potentia, et quæ est generatio, tali at modo creato non est mutatio: sed supra hanc mutationem, unde pōt dici supernaturalis mutatio. Et si querat, utrum sit mutatio ad formam, aut ad situm: Dico q̄ est ad totā rei substantiam, et ita ad formam, ac per hoc sub mutatione ad formam potest cōprehendi. Quod obr̄ de generatione filii. Dicendum, q̄ non est simile: quāuis. n. utraque sit ab æquali potentia, tñ creatio ē ex nihilo. Sed (ex) non pōt dicere idētitatem, nec causalitatē: ergo ordinē: ergo fieri ex nihilo hēt esse post

nihil, et ita pōt nō esse: ergo aliter quo modo se hēt nunc, quo modo non se habebat prius: et ideo necessario mutatio ponitur per productionem de nihilo, et inceptio. Filius autē est de patris substantia per idētitatem: nec oportet q̄ habeat ordinem ad nihil, siue ad non esse: ergo pōt semper esse, et ita produci sine initio, et mutatione. Unde productio rei non ponit inchoationem rei necessario; sed productio ex nihilo necessario ponit, et ideo creatio necessario includit mutationem, generatio uero filii minime.

QVAESTIO II.

An creatio dicat medium inter creatorem & creaturam?

Inter creatorem & creaturam. Et quod sic, ut. Sicut se hēt generari ad generatum esse, & fieri ad factum esse: ita creari ad creatum esse; sed fieri est medium inter facientē, & factum; & generari inter generantem, & generatum: ergo &c. Item. In omnibus creatis entibus differt, quod est, & quo est et formaliter: ergo differt similiter quo creatur, & quod creatur. Sed quod creatur, est creatura, quo creatur formaliter est creatio: ergo differt creatio actio a creatura, & similiter a creatore creatio passio; ergo est inter utrumque. Item. Quod transit non est idem cum eo quod permanet: sed creari rei est in instanti, & non amplius: ergo cum esse creature duret, & maneat post creationem: ergo differt creari, & esse: ergo creatio, & creatura. Item. Ois mutatio ē

Aris. 3. de ani. tex. 36 et 7. m. tha. t. 42.

Aris. 3. Phy. 6.

uia

uia, & omnis uia differt a termino, q̄a nihil terminatur ad seipsum. Si ergo creatio ē mutatio, & habet creaturā pro termino: ergo differt creatura ut uia a termino: sed uia cadit media inter extrema: ergo &c. Item. Per impossibile. Si creatio est creatura, & omnis creatura creatur: ergo creatio creatur. Sed omne, q̄ creatur: creatur per creationem mediam; ergo creatio per aliam creationē, & sic deinceps usque in infinitum: si ergo non est abi re in infinitum, patet &c.

Auctor Lib. de Causis. Prima rerum creatarum causa est esse: sed nihil ex parte creature ē ante creari: ergo creari non est aliud quam esse; ergo nec creatio aliud quā essentia: ergo nulla est differentia creationis ad creaturā. Item. Inter ens ab alio, & non ab alio, non est medium: sed omne quod non est ab alio est creator, omne at q̄ est ab alio essentialiter, est creatura: ergo inter ea nihil est medium. Item. Per impossibile ostenditur. Creatura refertur ad creatorem: aut ergo per se, aut per aliud. Si per aliud, q̄ritur de alio, utū referat seipso, aut alio, & sic procedendo in infinitū. Si uero referat seipso: sed refertur per creationem: ergo creatio nō est aliud quā creatura. Item. Si creatio est mediū inter creatore, & creaturā, aut ergo eternū, aut tēporale. Quod si eternū: ergo aliqd eternū ē aliud a Deo. Si tēporale: ergo ante omnium creationē est aliquid tēporale. Horum at utrumque est hæreticum dicere, & reprobātū in concilio Senonen. de ideis, q̄ pone-

bantur a quibusdā mediā inter Deū, & res. Item. A proportione ut hoc posse ostēdi. Sicut. n. se habet creator ad creaturam, ita creatio actio ad creationem passionē: ergo a permutata proportione, sicut se habet creator ad creationē actiuā, ita creatura ad creationē passiuā; sed creator nō differt secundum rem a creatione actione: ergo &c.

RESOLVTIO.

Creatio actio utique secundum rationem præcisam tantum: at creatio passio secundum rationem non præcisam

RESP. Dicendum, q̄ est loqui de creatione actione, & de creatione passione. Si de creatione actione loquamur: sic dico q̄ non est mediū secundum rē: sed solū secundum rationē intelligēdi: pro q̄ Deus cū sit summe simplex, ē sua actio. Si at loquamur de creatione passione, tūc distinguū, q̄a per creaturę nomē pōt signari, & importari oē, q̄ est ab alio: ita q̄ hēt esse post oīno nō esse: & hoc mō in noīe creaturę clauditur ipsa creatio, qm̄ creatura non tantum noīat ipsa creatura: sed et concreata: & sic non ē medium nec rē, nec ratione. Alio mō creatura noīat ipsam substantiā rei ab aliquo producente de nihilo: & sic creatio tenet mediū nō scdm̄ rē, & naturā: sed scdm̄ rationē, & habitudinē. Illa tñ rō nihil dicit: sed non dicit aliqd per essentiā diuersum a creatura, & hoc patet sic. Creatio. n. dr̄ esse de nihilo, creatio nihilominus dr̄ esse a Deo: unde habitudinem dicit ipsius ad non esse pcedens & ad tuum esse producēs de ratione sui

Seco. d. 1. 2. q. 4. net q̄ ē idem reali- ter ibi ad qua stionē

sui

sui nominis; creari enim non signat esse principaliter: sed exire de non esse inesse, & hoc ab aliquo. Si ergo quæretur, quæ sit habitudo, quæ importatur in comparatione ad non esse? dicendum quod illa habitudo dicitur mutatio. Et si quæras, quid sit illa mutatio: dico, quod non est aliud, quam ipsa res extra. Et hoc patet, quia est mutatio ad esse, & mutatio ab esse, & mutatio in esse. Mutatio ad esse, nihil ponit nisi a parte termini. Mutatio ab esse, nihil ponit nisi a parte principii. Mutatio inesse, ponit ex parte utriusque: & ideo mutari primo modo nihil aliud est, quam nunc primo esse. Mutatio secundum modo nihil aliud est, quam nunc ultimo esse, & ideo non ponit aliquid aliud secundum rem esse: sed solum secundum intentionem. Mutatio uero inesse, utrumque extremum habet, & subiectum, quod est prius natura, & terminus. Et ideo talis mutatio aliquid potest esse, natura, præcedens terminum, & diuersum ab illo secundum rem, quamuis non sit ens actu completum: & ideo non sic creatio est medium inter creatorem, & creaturam, sicut generatio inter generantem, & generatum. Dicendo igitur comparationem ad non esse, dicitur medium non diuersum per essentiam, sed secundum rationem: similiter dicendo comparationem ad creatorem. Triplex enim est relatio. Quædam, quæ fundatur super proprietatem accidentalem, sicut aliqui dicuntur similes, quia alibi. Quædam, quæ fundatur super dependentiam essentialem, sicut comparatio ma-

terix ad formam. Quædam, quæ super originem naturalem. Prima relatio addit aliud super essentiam. Tertia relatio nihil aliud, nisi pure esse, sicut patet in diuinis. Media relatio dicit aliquid, quod est quodam modo idem, quodam modo aliud. Creatio autem dicit relationem secundum medium modum, quoniam ipsa creatura essentialiter & totaliter a creatore dependet. Et ideo concedendum, quod creatio non est aliud secundum rem a creatura, nec medium inter ipsam, & Deum secundum essentiam, sed secundum rationem, & habitudinem: unde est prius nata creari, quam esse, non duratione, plus tamen est idem creatio actio cum creatore, quam creatio passio cum creatura: quia ibi non est differentia nisi solum secundum modum nostrum accipiendi. Hic autem est differentia rationis, & etiam habitudinis, quæ non facit diuersitatem per essentiam, quia habitudo illa est essentialis. Similiter iudicandum est de unitate, bonitate, ueritate essentiali.

HIS uisus patent obiecta. Concedendæ enim sunt rationes probantes, quod non est uerum medium secundum rem. Quo dicitur obiicitur de generari, & generatum esse: patet responsio ex dictis, quia generatio non est secundum totum, immo aliquid præexigitur de generando, cuius est endelichia ipsa generatio natura præcedens ipsam formam, ac per hoc diuersitatem notat. Non sic creatio, secundum quam fit tota rei substantia a uirtute diuina immediate, quæ

rem


rem creat, uolendo eam primo esse, cum non sit. Quo dicitur obiicitur, quod differt, quod, & quo. Dicendum, quod illa non est differentia per essentiam. Sed quodammodo differt, quodammodo conuenit. Vel dicendum, quod non est simile, quia creatio complectitur totam rei substantiam, quæ consistere dicitur ex quo est, & quod est. Quo dicitur obiicitur, quod transit. Dicendum, quod non transit ratione eius, quod significationi suæ subternitur: sed solum ratione connotati, quod patet. Si enim creari est nunc primo esse, desinit creari non ratione eius, quod ponit, sed ratione immediate collationis ad nihilum. Quo dicitur obiicitur, quod mutatio est uia. Dicendum, quod mutatio, quæ habet duo extrema entia positua, illa est, quæ ne-

cessario differt a termino, cuius modi est mutatio inesse; mutatio uero, quæ tantum habet ultimum extremum ens, non potest dicere medium: sed necessario oportet, quod se teneat cum altero extremorum. Quo dicitur obiicitur, quod omnis creatura creatur. Dicendum est, quod uerum est de creatura proprie dicta: si autem large dicatur, non solum creatura dicitur, quod creatur: sed quod concreatur, & quod est creaturæ annexum: & hoc modo est creatio. Si ergo quæritur, quomodo potest esse. Dicendum, quod in primis est status, ut prius tactum fuit. Unde sicut unitas, quæ facit subiectum unum, non est una alia unitate, sic nec creatio qua substantia exit inesse per aliam creationem producitur siue concreatur.

DISTINCTIO I.

PARS SECVNDA.

De hominis conditione in generali quantum ad finem propter quem creatus est.



T quia non ualet eius beatitudinis particeps existere aliquis, nisi per intelligentiam, quæ quanto magis intelligitur, tanto plenius habetur: fecit Deus rationalem creaturam, quæ summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amando possideret, ac possidendo frueretur. Eamque hoc modo distinguit, ut pars in sui puritate permaneret, nec corpori uniretur, scilicet angeli: pars corpori iungeretur, scilicet anima. Distincta est utique rationalis creatura in incorpoream, & corpoream: & incorporea quidem angelus, corporea uero homo uocatur, ex anima rationali, & carne subsistens. Condicio ergo rationalis creaturæ primam causam habuit dei bonitatem.

Quare

3. mutatio

7. relatio

Quare creatus sit homo, uel angelus.

Ideoq; si queratur, quare creatus sit homo, uel angelus: breui sermone responderi potest, propter bonitatem eius:

Lib. 1. Vnde August. in lib. de Doctr. Christ. quia bonus est Deus, cap. 13 sumus: & in quantum sumus, boni sumus.

Tom. 3

Ad quid creata sit rationalis creatura.

Et si queratur ad quid creata sit rationalis creatura, Respondetur, ad laudandum Deum, ad seruiendum ei, ad fruendum eo: in quibus proficit ipsa, non Deus. Deus. n. perfectus, & summa bonitate plenus, nec augeri potest, nec minui.

Quod ergo rationalis creatura facta est à Deo, referendum est ad creatoris bonitatem, & ad creature utilitatem.

Responsio ad inquisitionem propositam.

Cum ergo queritur quare, uel ad quid facta sit rationalis creatura? breuissime responderi potest, propter dei bonitatem, & suam utilitatem. Vtile nempe ipsi est seruire deo, & frui eo. Factus ergo angelus, siue homo propter deum dicitur esse, non quia creator deus & summè beatus propter alterum trinus indiguerit officio, qui bonorum nostrorum non eget: sed ut seruiret ei, ac frueretur eo, cui seruire regnare est. In hoc ergo proficit seruiens, non ille, cui seruitur.

Ps. 15.

Sicut factus est homo, ut seruiret Deo, sic mundus ut seruiret homini.

Psal. 8.

Et sicut factus est homo propter deum, id est, ut ei seruiret, ita mundus factus est propter hominem, scilicet, ut ei seruiret. Positus est ergo homo in medio, ut ei seruiret, & ipse seruiret, ut acciperet utrumque, & reflueret ad bonum hominis, & quod accepit obsequium, & quod impendit. Ita. n. uoluit deus sibi ab homine seruire, ut ea seruitute non deus, sed homo seruiens inuaretur: & uoluit ut mundus seruiret homini, & exinde similiter inuaretur homo. Totum ergo bonum hominis erat, & quod factum est propter ipsum, & propter quod ipse factus est. Omnia enim (ut ait Apostolus) nostra sunt, scilicet, superiora, & equalia, et inferiora Superiora quidem nostra sunt, ad perfruendum: ut deus, trinitas. Aequalia, ad conuiuendum, scilicet, angeli. Qui et si nobis modo superiores sunt, in futuro erunt aequales, qui & modo nostri

1. Cor.

3. Aug.

lib. 2.

9. ena.

Ad

Heb. 1.

stri

stri sunt, quia ad usum nobis sunt: sicut res dominorum dicuntur esse famulorum, non dominio, sed quia sunt ad usum eorum. Ipsiq; angeli in quibusdam scripturae locis nobis seruire dicuntur, dum propter nos in ministerium mittuntur.

Quomodo homo dicatur quandoque in sacris, factus propter reparationem angelici casus.

De hoie quoq; in scriptura interdum reperitur, quod factus sit propter reparationem angelicæ ruinæ. Quod non ita est intelligendum, quasi non fuisset homo factus, si non peccasset angelus: sed quia inter alias causas. s. præcipuas, hæc est non nulla causa extitit. Nostra ergo sunt superiora, et equalia: nostra etiam sunt inferiora, quia ad seruiendum nobis facta.

Augu.

lib. 2.

de ciui.

Dei ca.

1. & in

ench. c.

29.

Quare ita sit homo institutus, ut anima sit unita corpori.

Solet et queri: cum maioris dignitatis uidetur esse anima, si absq; corpore permansisset, cur unita sit corpori. Ad quod primo dici potest, quia Deus uoluit, & uoluntatis eius causa querenda non est. Secundo aut potest dici: quod ideo Deus uoluit eam corpori uniri, ut in humana ostenderet conditione nouum exemplum beatæ unionis, quæ est inter Deum, & spiritum, in qua diligitur ex toto corde, & uidetur facie ad faciem. Putaret. n. creatura se non posse uniri creatori suo tanta propinquitate, ut eum tota mente diligeret, & cognosceret, nisi uideret spiritum, qui est excellentissima creatura tam infima. i. carni, quæ de terra est, in tanta dilectione uniri, ut non ualeat aritari ad hoc ut uelit eam relinquere, sicut ostendit Apost. dicens, Nolumus corpore expoliari, sed superuestiri: per quod ostenditur spiritum creatum spiritu increato ineffabili amore uniri. Pro exemplo ergo futuræ societatis, quæ inter deum & spiritum rationalem in glorificatione eiusdem perficienda erat: animam corporeis indumentis, & terrenis mansionibus copulauit, luteamque materiam fecit ad uitæ sensum uegetare: ut sciret homo, quia si potuit Deus tam disparem naturam corporis, & animæ in fæderationem unam, & in amicitiam tantam coniungere, nequaquam ei impossibile futurum rationalis creature humilitatem, licet longe inferiorem, ad suæ gloriæ participationem sublimare. Quia ergo pro exemplo rationalis spiritus in parte usque ad con-

Mat.

22.

1. Cor. 3

2. Co. 5

Gen. 2.

Io. 4

Ex Au

gu. lib.

de spi.

et ani.

ma. ca.

14.

S. Bon. Lib. 2.

C

fortium

sortium terreni corporis humiliatus est, ne forte in hoc nimis depressus videretur, addidit Dei providentia, ut postmodum cum eodem corpore glorificato ad consortium illorum, qui in sua permanserunt puritate, sublimetur: ut quod minus ex dispensatione creatoris sui acceperat conditus, postmodum per gratiam eiusdem acciperet glorificatus. Sic ergo conditor noster deus rationales spiritus varia sorte pro arbitrio voluntatis suae disponens, illis quos in sua puritate reliquerat, sursum in caelo mansionem: illis vero quos corporibus terrenis sociaverat, deorsum in terra habitationem constituit: utrisque regulam imponens obedientiae, quatenus & illi ab eo ubi erant, non caderent: & isti ab eo ubi erant, ad id ubi non erant, ascenderent. Fecit itaque Deus hominem ex duplici substantia, corpus de terra componens, animam vero de nihilo faciens. Ideo etiam unita sunt animae corporibus, ut in eis Deo famulantes, maiorem mereantur coronam.

De angelica creatura, tanquam de praestantiori.

Ex praemissis apparet rationalem creaturam in angelicam, & humanam fuisse distinctam, quarum altera est tota spiritualis, id est, angelica; altera ex parte spiritualis, & ex parte corporalis, id est, humana. Cum itaque de his tractandum sit, s. de spirituali & corporali creatura, & de rationali & spirituali, id est de angelis agendum videtur, ut a contuitu creatoris ad cognitionem creaturae dignioris ratio nostra intendat: deinde ad considerationem corporeatam illius, quae est rationalis, quam illius quae non est rationalis, descendat, ut Trinitatis increatae sacramentum tripartitae creaturae, ei que concretorum atque contingentium sequatur documentum.



Vpra egit Magister de conditione rerum a parte principii, hic agit a parte finis. Et qui res a fine, & secundum illum respectum accipiunt distinctionem formarum: ideo pars ista habet tres particulas. In prima praemisso, quare rationalis creatura facta sit ex comparatione rerum ad finem; ostendit rerum

distinctionem. In secunda vero secundum illam distinctionem assignat diversam comparationem ad finem, ibi. Ideoque si quaeratur, quare sit creatus homo, &c.) Tertio, vero breviter epilogat determinata ex ipsis, faciens viam ad cetera sequentia determinanda, ibi. Ex praemissis apparet, &c.) Prima, & ultima parte remanentibus indivisis, media diuiditur in

in tres. In prima determinat finem intellectualis substantiae. In secunda finem substantiae purae corporalis, ibi. Et sicut factus est homo propter Deum, &c.) In tertia vero determinat fine compositi ex utroque, in quantum est tale, ibi. De hinc mine quoque in scriptura, &c.) Et ibi primo determinat veritatem. Secundo soluit dubitationem, ibi. Solet etiam queri, &c.)

Dub. I. **Q**uia bonus est Deus, summus, &c.] Videtur August. falsum dicere. Nam si consequentia est bona: ergo si non essemus, Deus non esset bonus. Si dicas, quod non est consequentia necessaria, quia non dicit ibi consequentiam: sed causam. Obiicitur contra hoc, quia bonitas Dei aut est causa sufficiens, aut non. Si sufficiens: ergo ponit effectum eodem modo quo inest: sed necessarium est Deum esse bonum: ergo necesse fuit creaturas exire in esse: ergo non voluntarium, cuius oppositum monstratum est in Lib. 1. in tractatu de voluntate. Item. Videtur male appropriare. In uestigio enim est correspondentia causae ad effectum, ita quod essentia creaturae representat essentiam creatoris, potentia potentiam, veritas veritatem, & bonitas bonitatem: ergo debet dicere quod Deus est summus. Propter hoc est quaestio. Cum ad nostrum esse concurret potentia, sapientia, bonitas: quare causalitas nostri esse potius attribuitur bonitati, quam aliis? Resp. Dicendum, quod cum in actu est ex concursu efficientis & finis, quia finis movet efficientem in his inferioribus. Et quoniam vo-

luntas dicit illud, quo efficiens iungitur fini in habentibus intellectu, hinc est quod voluntas est causa immediata: & ita dictum est, & ostensum in 1. Lib. Quoniam ergo bonum dicit rationem duplicis causae, scilicet efficientis, & finis: hinc est, quod bonum est ratio, quare voluntas, est in actu, & ita potissima ratio productionis effectuum. Et ideo esse nostrum attribuitur bonitati non pro modo representandi, vel appropriationis in representando: sed rationis in causando. Unde prima consequentia includit hanc. scilicet quia bonus est Deus, vult se diffundere, & quia vult se diffundere, vult creaturam producere, & quia vult creaturam producere, vult creaturam esse, & ita quia bonus est, summus.

Dub. 2. **I**n quantum summus, boni summus, &c.] Ergo videtur, quod nos boni sumus per essentiam, quod est contra Boetium de Hebdomadibus, qui dicit quod sumus boni participatione. Item. Si in quantum summus, boni summus: ergo non est intelligere esse abstractum. Respon. Dicendum quod bonitas est duplex in creatura, una quae est ex forma dante esse: alia quae est ex forma dante bene esse. Prima est bonitas substantialis, quae non addit supra formam novum esse: sed solum relationem ad finalem causam: ex qua comparationem omne aliud a Deo habet esse bonum. Et quia illa comparatio ad causam essentialis, siue finalem est essentialis, nec unquam esse relinquit, nec potest relinquere, hinc est quod August. dicit in quantum summus, boni summus. Ad illud ergo, quod obiicitur de Boetio. Dicendum quod ipse vo-

Vsq̄
ad 12.
Dist.

Di. 45.

Inscribi
tur nunc
Libel.
los hic
An oē, boni
quod est, &c.
bonum est
sit. & alia
tas boni
abstracta

cat bonum per essentiã, illud bonũ, qđ est absolutè bonũ, nõ est ex dependẽtia ad aliud. Hoc autẽ nõ nulla creatura bona ẽ, imo ex cõparatione, & iõ participatione. Nec seq̃t quod accidentaliter: q̃a participatio nõ est accidentaliter respectu primæ bonitatis, q̃ est ex forma dãte esse, quã uis sit accidentalis secũdũ qđ est ex forma dante bene esse. Ad illud, quod obi, quod nõ est intelligere esse, &c. Dicẽdum, quod illud, quod attribuitur alicui secundũ quod ipsum, põt dupliciter attribui. Aut, n. consequẽt, aut p̃cedit. Si p̃cedit, sic est ita essentialiter, quod sine ipso nõ est, nec põt intelligi. Sed si aliquo mō cõsequẽt, non tamẽ cadit in aliud genus, põt qđẽ intelligi intellectu apprehẽdẽte, & intellectu simpliciter, retolũẽte: sed intellectu plenè ad cãs cõparante non põt intelligi nõ intellectu illo: maxime cum illud dicitur habitudinẽ necessariam, & relationẽ ad causam, sicut uerum, & bonum.

Dub. 3. Solet etiam queri, cu maioris, &c.)
Assignat Mag̃r cãs quare aĩa unita sit corpori. Quarum prima ẽ Dei uoluntas: secunda instructio nõstra. Contra. Vĩ, quod utraque sit inartificialis. Prima .n. responsio potest ad oĩa dari: in secunda, vĩ principium peti, quia si non eisset unita, limpide uideret Deum, nec indigeret exemplo; ergo si exemplo indiguit, nõ fuit, nisi propter minorationem suæ cognitionis. Respond. Dicendum, quod Mag̃r respondet sufficienter & bene. Sufficienter quidẽ, quia cum sit duplex uia cognoscẽdi opera Dei, scilicet fide, & intelligentia, ad

soliditatẽ fidei sufficit scire qđ Deus uoluit, quẽ credit nõ uelle, nisi rōnabile: uñ in prima responsione sati facit fidei, & hæc resp. in oĩbus fideli (ut fidelis ẽ) plenè sufficit. Ad soliditatem intelligentiæ respõdet: iõ & cũ nõ possit reddi rō, uel cã ex parte Dei, reddit ex parte creaturæ. Et hæc est manifestatio diuinæ bonitatis i suo opere, in quo debet se manifestare non solũ pp nostrã indigentia, uerum et ad suã gloriã: & sic patent obiecta. Rñdetur et hic, cã efficiens, & finalis, & sic sufficĩter, & plenè.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An à primo efficiente potuerit, uel debuerit esse rerũ multiplicitas?



Intelligentiã huius partis, in qua agit de rebus pductis in cõparatione ad finẽ, secũdũ ordinẽ, & distinctionẽ, q̃runt principaliter tria. Primũ est de rerũ distinctione. Secundũ de ordine. Tertiũ de differentia angeli, & aĩe. Circa primũ, q̃runt duo. Primũ est de multitudine rerũ quantum ad principium. Secundum quantum ad differentias secundum quas distinguuntur.

VTRVM a primo efficiente debuerit, uel potuerit esse rerum multitudo. Et q̃ non, vĩ primo sic p Philosophum. Idẽ uniformiter se habẽs natum est efficere idẽ: sed efficiẽs primum ẽ unum oĩno uniformiter se habẽs: ergo vĩ q̃ nunq̃ multa facere potuerit, ergo unum solum. **ITEM.** A summo bono nunquã possunt esse mala, nec a summo

uero

RESOLVTIO.

uero unq̃ possunt esse falsa; ergo a summe uno nõ possunt esse multa. **ITEM.** Mundus sensibilis d̃r assimilari mũdo archetypo, q̃ est i m̃te diuina, ad illius .n. expressionẽ factus est; sed in illo oĩa sunt unũ, ergo & in hoc mũdo; ergo uidetur, q̃ ab illo non potuerit esse multitudo. **ITEM.** A Deo est exitus per g̃nãtionẽ, p̃spirationẽ, per creationẽ; sed per generationem non emanat nisi una sola persona, & similiter per sp̃irationem; ergo per creationem non egreditur nisi una sola creatura.

CONTRA. Quanto substantia pducẽs est melior tanto magis est sui diffusiuã: & quãto magis est sui diffusiuã, tãto pluribus ẽ nata se cõicere; sed primũ efficiẽs est optimũ inter oĩa; ergo &c. **ITEM.** Quãto substãtia spiritalior, tãto pluriũ est cognitiua; sed suprema substãtia est spiritalissima: ergo multorum est cognitiua; sed nõ est cognitiua multorũ p̃cedentiũ se, uel comitãtium; ergo multorum ab ipsa exeũtiũ. **ITEM.** Quãto substãtia simplicior, tãto potẽtior: q̃a uirtus quãto magis est unita, tanto magis infinita; sed quãto potẽtior, tãto in plura p̃t; ergo si substãtia primi principii est simplicissima: ergo & p̃t, & d̃t ad sui manifestationẽ producere multa, cũ ipsa sit unica. **ITEM.** Quanto cautã prior, tanto uniuersalior, unde prima est uniuersalissima; & quanto uniuersalior, tãto plurium principium; ergo cum principium productiuum uniuersi sit simpliciter primum, debuit ergo, & potuit exire ab ipso multitudo rerum.

Auctor lib. de causis. propos. 24. & 12. Me 24. 53.

Tametsi primum rerum principium unice unum sit: nihilominus quia summe potens est, sapiens, ac bonus: potuit, nouit, & uoluit rerum multitudinem produxisse.

RESP. Ad p̃dictorum intelligẽtiam notãdum est: q̃ si de principio intrĩnseco quærat unde ueniat multitudo rerũ, maxime sc̃m speciem: patet q̃ a forma. Si uero quærat unde ueniat multitudo formarum tanquã a principio effectiuo extrĩnseco: patet q̃ ab efficiente uno. Sed qualiter põt uenire multitudo a principio summe & perfectissime uno, difficile est intelligere. Et aliq̃ circa hoc errauerũt. Quidam .n. dixerunt q̃ quãuis unus esset rerũ cõditor tã multitudo & uaria fecit pp multitudinẽ formarum idealium: sed illud improbatur ẽ in Primo Libro, ubi ostenditur q̃ oēs illæ unum sunt: nec ẽ in Deo sc̃m rẽ alius numerus, quã psonarum. Aliq̃ uero dicere uoluerunt, q̃ hoc erat pp multitudinẽ mediorũ. Deus .n. cum sit unus, & summe simplex intellexit se: & se intelligẽdo & nihil aliud, pduxit primã intelligẽtiam: & illa intelligẽtia intellexit se, & Deum; & iõ produxit duo. sc̃. aliã intelligẽtiam, & orbem suum: & sic descẽdendo, & multiplicãdo. Et ista opinio in lectione p̃cedenti est improbata, ubi ostenditur q̃ Deus immediate producit oĩa. Tertii dixerunt q̃ multitudo rerum erata principio unico propter multitudinẽ, & infinitatẽ reflexionum, quibus diuinus intellectus supra reflectit, & intelligit se, & intelligit se intelligere: &

S. B. lib. mitat sermo nã suũ de origine multitudinis, q̃ forme tribuit: cõ. periciã, a materia proficiẽs doceat.

ficusq; ad infinitū. Sed illud nihil est. Primū, q̄a falsū est, q̄ in Deo sit multitudo reflexionū, cū Deus sit suū intelligere. Itē. Ex hoc nunq̄ pueniret nisi diuersitas scđm numerū: & ideo positio recta est, q̄ multitudo in rebus est a principio uno, q̄a est primū principiū unice unum. Quia. n. est principiū simpliciter primū, iō scđm numerū & potēs est fecunditate infinita, & immensa. Si. n. unitas, q̄ est prima ī gñe numeri, est principiū a quo pnt infiniti numeri egredi, & pūctus a quo infinite lineæ: ergo, q̄ ē simpliciter primum, est ita potēs, q̄ oīno immēsum. Propter ergo immēsitatē infinita p̄t: sed p̄ immēsitatis manifestationē multa de thesauris suis profert: non oīa: q̄a effectus nō p̄t equari uirtuti ipsius primæ causæ. Quia uerō ē unice unum, iō simplicissimum, & spūalissimū, & p̄fectissimum. Et q̄a simplicissimū: maximæ potētiae. Quia spūalissimū: maximæ sapientiae. Quia p̄fectissimū, ē bonitatis sumæ. Quia maximæ potētiae: multa p̄t. Quia maximæ sapientiae: multa nouit. Quia sumæ bonitatis: multa uult p̄ducere, & se cōicare: & iō a principio uno, q̄a primū & unū, exiit multitudo.

Quo ergo obf, q̄ idē similiter se hñs &c. Dicendū, q̄ intelligit in his agētibus, quorū uirtus est arctata, & limitata: & hoc nō hēt locū in Deo. Quo obf, a bono non sunt mala. Dicendū, q̄ non est simile: q̄a mala & falsa dicuntur priuationes & defectus: & iō nō habēt cām efficientē: sed deficientem, qualē non dect esse Deū: sed multitudo est

positio: & iō cām hēt effectiuā. Quo obicitur de archetypo & sensibili mūdo. Dicendū, q̄ ipse imitatur illum inquātū p̄t, sed deficit. In illo. n. est summa pulchritudo p̄ oīmodā unitatē: hic at si esset unitas, nō esset pulchritudo, q̄a nō esset ordo, nec p̄fectio: & iō ut mundus hic imitaret in p̄fectione, & pulchritudine: oportuit, q̄ hēt multitudinē, ut multa facerēt, q̄ unū facere p̄ se nō posset. Quo vltimō obicitur de generatione & spiratione, iā patet: q̄a genitus equalis generati p̄ oīa implet, & imitatur ipsum: similiter & S. S. & iō superflueret aliā ponere p̄ sonā: sed nō sic est in creatura, q̄ bonitatis finitæ est. Ideo q̄a nō potuit capere creatura in se, accepit quodammodo in sibi sociā: ut sic ex multis una perficeretur mundialis machina.

QVAESTIO II.

An rerum uniuersitas triplici, hac distinctione, sectioneque distinguatur. scilicet creatura spirituali, corporali, & ex utraque media?

Secundo q̄ritur, circa hoc de differētis, scđm quas res multiplicatæ sunt: quas Magister ponit in litera. scilicet substantiā corporalē, & spūalē, & ex utraq; cōpositā. Quæritur utrum hæc distinctio debeat esse in uniuerso. Et v̄r, q̄ nō, primo de corporali. Nā (sicut tactum est) oē, q̄d Deus facit, facit salua ordinatione, ergo p̄p suā bonitatem: sed non facit p̄p bonitatē suā augendā, sed participandā: sed sola creatura spūalis Dei capax est, & eius particeps esse p̄t: ergo solā spūalē debuit facere, nō corporalem. Si r̄v dic-

cas,

cas, q̄ corporalis est particeps ī effectū, q̄uis nō in se: hoc nihil est: q̄a participare bonitatē diuinā in effectū, nō est aliud, quam esse: hoc. n. ipso, q̄ est, participat effectū bonitatis: ergo idē est dicere creaturā esse factā p̄ participationē diuinę bonitatis, q̄ dicere creaturā esse factā, ut sit: sed hoc nihil est: ergo &c. Item. De cōposito v̄r. Oē. n. cōpositum, q̄ Deus facit, facit salua p̄portione: sp̄ n. formā coniungit materiæ summē p̄portionabili: sed creaturæ spūalis ad corporalem nulla, aut ualde mōdica, & longinqua est proportio: ergo nullo mō debet Deus hæc unire, ut p̄fectionē perfectibili. Quod nō sit p̄portio, patet: spirituale. n. est simplex: corporale hēt partium infinitatē. Item. Corporeale est corruptibile, & ita hēt durationē finitā: spirituale at incorruptibile, & ita hēt durationem infinitā: si ergo infiniti ad finitum nulla est proportio, patet &c. Si r̄v dicas, q̄ corpus fuit in corruptibile a cōditione prima, sed peccato factum est corruptibile: tunc ergo saltem postq̄ corruptibile fuit, dēt cessare unio.

2. de Ani. sex. 31

Item. De spūali v̄r. Oē, q̄ Deus facit, dēt facere salua naturarū connexione: sed natura generis essentialiter est connexa differētiae: ergo si animatum, & sensibile est cōnexum rōnali: ergo impossibile est, q̄d aliqd fiat hñs rōnem, quin habeat uegetationē, & sensum, siue quin sit aīal: sed aīal est substantiā composita ex spirituali, & corporali: ergo &c. Et hoc videt dicere Philosophus, q̄ uegetatiuum est in sensitiuo, sicut trigonum in tetrigo-

no: & hæc in rōnali, sicut in pentagono: sed nunq̄ Deus facit trigonum sine tetrigo, nec pentagonum sine tetrigo & trigono: ergo &c. Item. Nihil facit Deus nisi ex magna dilectione, aut summa deliberatione: ergo, q̄ sp̄ facit, melius est naturæ unicuiq;: Aut igitur naturæ spirituali melius est esse separatā, aut melius est esse cōiunctā: quocūq; dato, altera dīa tollitur.

SED CONTRA. Decuit Deū ita res facere, ut essent in manifestatione suæ potētiae: sed potentia manifestatur in productione rum multū distātiū, & in earum cōiunctione: nā potentia tāto uirtuosior ostēditur, quanto pōt sup magis distātia. Sed prima, & summa distātia substantiarum est inter corporeū, & incorporeū: q̄a primæ dīæ generis sunt: ergo ad hoc, q̄ diuina potētia manifestetur plene, necesse fuit substantiā spiritualē, & corporalē producere, & rursus productas unire. Item. Decuit Deū ita res producere, ut manifestaretur eius sapiētia: sed sapientia artificis manifestatur in ordinis p̄fectione: oīs at ordo habet de necessitate & summum, & medium, & infimum. Si ergo infimum est natura corporalis, summum natura spiritualis, mediū cōposita ex utraq;: nisi hæc oīa fecisset, nō ostenderetur p̄fecte Dei sapiētia, oportuit igitur hæc oīa fieri. Vnde Aug. 11. Confes

Cap. 7. 10. fac prope te, aliud p̄p nihil. Item. To. 1.

Deum decuit sic res producere, ut manifestaretur eius bonitas: sed bonitas cōsistit in diffusionē, & cōiunctione sui in alterū: si

C 4 ergo

ergo sua bonitas cōsistat in cō-
 catione actus nobilissimi, q̄ est
 uiuere, & intelligere, decuit, ut
 non tm̄ daret alii potētiam uiuē
 di, & intelligēdi, sed ēt potētiam
 alii cōicandi. Si ergo uiuēs, & in-
 telligēs est substātia spūalis, q̄
 at uiuificatur, & p̄ intellectū p̄-
 ficatur, est corpus; ergo ad p̄fe-
 ctā bonitatis manifestationē ne-
 cesse fuit fieri substātiā spiri-
 tualem, & corporalē; sed hoc nō
 p̄fecte manifestaretur nisi una
 alteri cōicaret, & hoc nō p̄t esse,
 nisi p̄ unionē; ergo necesse fuit
 facere cōpositam ex utraque.
 ITEM. Hoc nō solū uidetur rō-
 ne theologica, sed ēt philoso-
 qa si est ponere unā d̄riam con-
 trarietatis, & alterā; si ergo cor-
 porale, et spūale; & si ponere
 est extrema componibilia, ergo
 et medium; ergo etc.

RESOLVTIO.

*Triplici hac natura ornari debuit
 uniuersum, quia tribus ips eius per-
 fectio completur, scilicet ambitus
 amplitudine, ordinis suffici en-
 tia, & bonitatis influentia.*

RESPOND. Dicendum, q̄ ad p̄-
 fectionē uniuersi hoc triplex ge-
 nus substātiæ requiritur, et hoc
 p̄p̄ triplicē perfectionē uniuersi,
 q̄ attenditur in amplitudine
 ambitus i sufficiētia ordinis, i in-
 fluentia bonitatis: in q̄bus trib.
 exprimitur cā triplex p̄fectio:
 uidelicet sapientiæ; potentix,
 et bonitatis. Vnde concedendæ
 sunt rōnes ad hoc inductæ.

Q̄uo obicitur, q̄d in operibus
 salua dēt esse ordinatio, ut oīa
 fiant p̄p̄ diuinā bonitatē par-
 ticipandā. Dicendum, q̄ fieri p̄p̄
 diuinā bonitatē est dupliciter.
 Aut ostendendā, et sic facta sūt

cetera: oīa. n. diuinā exprimūt
 bonitatem. Aut participandā, et
 hoc dupliciter, aut qa sunt nata
 participare, aut qa seruiunt par-
 ticipantibus. Primo modo cōdi-
 tæ sunt creaturæ spirituales; se-
 cūdo modo corporales; ipse tm̄
 aliquo modo participant; sed in
 earū participatione status non
 est, sed ordinatur ad ulteriorē.
 Q̄uo obicitur, q̄ in oī cōiun-
 ctione dēt esse salua proportio.
 Dicendum est, q̄ in coniunctio-
 ne aīa ad corpus salua est pro-
 portio et absolute, et in relatio-
 ne ad finē. Absolute; nā quāuis
 supremum spiritus, et infimum
 corporis multā habeāt elōgatio-
 nē: tm̄ supremū corporis, et infi-
 mū spiritus summā habent uici-
 nitatē. Spiritus. n. aīalis siue rō-
 nalis hēt potētiam uiuificandi,
 potētiam uegetādi, et sensificādi:
 corpus aut humanum hēt com-
 plexionis æqualitatē, hēt orga-
 norum multiplicatē, hēt rur-
 sus spiritū subtilitatē, et sc̄m
 triplicem d̄riam. Hēt. n. spiritū
 uitalē, spiritū naturalē, et spiri-
 tū aīalem. Cōparando igitur cō-
 plexionē æqualē ad uim uiuifi-
 catiū p̄ mediū, et uinculū spiri-
 tus uitalis, optimus est nexus. Si
 militer cōparando nō solum cō-
 plexionis æqualitatē, sed et or-
 ganizationē, et organizationis
 perfectionē ad uim uegetandi,
 et sentiendi mediante spiritu na-
 turali, et animali: optima est p̄-
 portio, et mirabilis nexus: unde
 sicut terra, et ignis, quæ multū
 distant necuntur duplici me-
 dio: uno quod magis communi-
 cat cum terra: et reliquo, quod
 magis cum igne; similiter est in
 proposito. Attenditur ēt perfe-
 cta

Et proportio in relatione ad fi-
 nem. Cum enim animæ huma-
 næ data sit libertas arbitrii uer-
 tibilis, & reuertibilis. i. potēs sta-
 re, cadere, & resurgere: datū est
 ei corpus potens mori, & potēs
 nō mori; & deinde potēs in sem-
 piternum uiuificari. Rursus, cū
 anima creata sit ueluti tabula
 nuda, datum est ei corpus hu-
 manum habens organa multi-
 plicia; ut in illo possēt p̄fici sciē-
 tiis. Similiter ex parte corporis
 est optima proportio in relatio-
 ne ad finē. Cum enim sit ordo
 in formis corporalibus, q̄d pa-
 ret, quia forma elementi ad for-
 mam mixti, & formam mixtio-
 nis ad formam complexionis, et
 rursus uegetabilis ad sensibile,
 & nō sit status in re corporali,
 & imperfecta, nō est status ibi,
 sed ulterius disponūt huiusmo-
 di formæ ad animam rationalē,
 per quam etiam corpus & natu-
 ra corporalis efficitur particeps
 æternæ beatitudinis. Aut ergo
 oīs intentio naturæ corporalis
 soluitur, aut necesse est puenire
 mediāte aīa rōnali in ulti. finē.

Q̄uo obicitur, in opere
 Dei dēt saluari naturarum colli-
 gatio. Dicendum, q̄ uerum est;
 sed sensibile, & uegetabile non
 sunt de necessitate rationalis, ni-
 si sc̄m q̄d est rōnale per unio-
 nem Aīa. n. (ut prius tactū est)
 cum sit spiritus simplex, & pu-
 rus, non pōt uniri carni, nisi du-
 plici medio ex parte sui. Simili-
 ter, nec corpus complexionatū:
 et ideo necesse est, quod interue-
 niat natura uiuificandi, siue ue-
 getandi, et natura ulterius sensi-
 ficandi, et ideo in omni homine
 hæc cadūt; sed quia angelus est

spiritus purus; ideo istis non in-
 diget. Patet igitur, quod contra
 fidem, & ueritatem errant Sa-
 ducaei, qui negant esse spiritum.
 Patet nihilominus, quod errant
 Manichæi, qui negant animam
 uniri corpori non ut perfectibi-
 li, sed ut carceri. Q̄uo obici-
 tur ultimo, quod Deus dat uni-
 cuique quod melius est. Dicen-
 dum, quod Deus dat unicuique
 simpliciter melius; qa tunc non
 faceret res ordinatas; sed æqua-
 liter perfectas, & hoc repugna-
 ret perfectioni, quia si omnia es-
 sent æqualia, non essent ordina-
 ta, ut dicit Aug. Cum ergo dici-
 tur, quod Deus dat unicuique;
 quod sibi melius est, hoc intelli-
 gendum est secundum exigen-
 tiam ordinis, & naturæ: naturæ
 autem animæ cōpetit uniri cor-
 pori, naturæ autem angelicæ se-
 paratam esse a corpore; & ideo
 illa ratio non ualet, quia dile-
 ctio Dei non excludit ordinē.

ARTICVLVS II.

Q̄VÆSTIO I.

*Ad sui gloriam, an ad rerum me-
 uilitatem res ipsas produ-
 xerit Deus?*



ONSEQUENTER
 secundo loco quærit̄
 de rebus p̄ductis quā-
 tum ad ordinem. Et
 circa hoc quærentur duo. Pri-
 mum est de ordine rerum in cō-
 paratione ad finem. Secundum
 est de ordine earum, quem ha-
 bent ad inuicem.

C̄um oēs creaturæ cōdite sint
 p̄p̄ diuinā gloriā, & utilitatē
 propriam, sicut dicit Magister,
 & accipi potest ex scriptura, &
 Augustin. dicit in Lib. de doct.
 Chri-

Christia. q̄ Deus nos fecit, & diligit nō pp̄ utilitatē suā, sed pp̄ bonitatē suā, & utilitatē nostrā; Quæritur ergo q̄s sit finis principalior cōditionis rerū. Vtrum diuina gloria, uel utilitas nra. Et q̄ gloria Dei v̄. Ille est finis principalior, q̄ est utilior; finis .n. ultimus est potissimus; sed utilior finis est Dei gloria, q̄ utilitas nostra; nā non gloria Dei pp̄ utilitatē, sed utilitas ad gloriā ordinatur; ergo uidetur, q̄ gloria sit principalior. I T E M. Ille finis est principalior, q̄ est perfectior: sed gloria Dei est perfectior, ergo &c. Probatio mediæ. Perfectior finis est, q̄ perfectiorē reddit operationē ordinatā ad ipsū; sed multo melius est opus, q̄ q̄s facit pp̄ gloriā Dei, q̄ pp̄ utilitatē suam. Vnde Apol. 1. ad Cor. x. Oīa in gloriā dei facite; ergo &c. I T E M. Ille est finis principalior, q̄ est essentialior; sed gloria Dei est essentialior unicuiq; rei cōditæ maximè rōnali, q̄ utilitas sua; nā res pp̄ maliciā p̄t priuari sua utilitate; sed non p̄t unq̄, quin sit ad Dei gloriā. I T E M. Ille est principalior finis, qui est uniuersalior; pp̄ hoc, q̄ principalis finis totum dēt complecti; sed gloria Dei est finis, quem assequitur oīs natura, siue humana, siue angelica, siue bona, siue mala; ergo &c.

CONTRA. Ille est finis principalior rei cōditæ, quem efficiēs magis intēdit; sed Deus magis intēdit in cōditione creaturæ eius utilitatē, q̄ gloriā suam; ergo &c. Probatio mediæ. Sicut dicit Apol. 1. Cor. 13. Caritas nō q̄rit q̄ sua sunt, sed q̄ alterius; sed Deus, q̄ agit, facit ex p̄fectis

simā charitate; ergo nec quærit, nec intēdit, q̄d suum est; ergo non suā gloriā, sed utilitatē nostrā. I T E M. Ille finis est principalior conditionis rei, quē res cōdita magis appetit; sed unaquēq; res ita appetit suū cōmodū uel utilitatē, q̄ nullo modo p̄t uelle oppositum; sed oppositum gloriæ diuinæ p̄t uelle, sicut patet in blasphemis; ergo utilitas, &c. I T E M. Ille finis est potior conditionis rei, ad quē efficiēs nō puenit nisi p̄ effectum; hoc patet; q̄a si æque bene defēdor a p̄uuis absq; domo, sicut cū domo si facerē domum pp̄ talē defensionē, facerē frustra. Si ergo Deus nō est magis gloriosus post cōditionē rerū, quā ante: si faceret res principaliter pp̄ gloriā suā, faceret frustra; q̄ si nō frustra facit, non producit ergo principaliter pp̄ gloriā suam, sed propter utilitatē alienam. I T E M. Ille finis principalior est, qui effectum magis perficit, cum ad ipsum peruenit, sed Dei fruitio magis animam perficit, q̄ Dei laudatio; ergo principalis facta est anima propter fruitiōnem, quā propter Dei gloriā, & laudem.

RESOLVTIO.

Ad sui gloriā primum (nō quidem augendam, sed manifestandam, & communicandam) ad rerum met deinde utilitatē produxit deus, quæcunq; produxit.

RESPONDEO. Dicendum, q̄ finis cōditionis rei, siue rerum cōditarū principalior est Dei gloria, siue bonitas, q̄ creaturæ utilitas. Sicut enim patet. 16. Prou. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus; sed non pro-

propter suam utilitatem, uel indigētiā, q̄a ait Pl. 15. Dixi domino Deus meus es tu, quoniā bonorum meorum non eges; ergo propter sui gloriā, non inquam propter gloriā augendam; sed propter gloriā manifestandam, & propter gloriā suam comunicandam: in cuius manifestatione, & participatione attendit summa utilitas creature, uidelicet eius glorificatio, siue beatificatio. Quā ergo obicitur, q̄ charitas alienum commodum quærit. Dicendum, q̄ secus est in nobis, & in Deo. Nā in nobis bonum proprium differt a bono cōmuni; sed in Deo bonum suum est bonum commune: nam ipse est bonum omnis boni. Si ergo effectum non ordinaaret ad se, uel non faceret propter se, cum ipse sit bonum a quo omne bonum, iam effectus non esset bonus. Quoniam ergo utilitas creaturæ tota attenditur in ordinatione ad bonum q̄d Deus est: ideo charitas Dei oīa rectissime fecit, & conuertit ad se, & sic non est in nobis.

Quo d obicitur, q̄ ille finis est principalior, quē natura magis appetit. Dicendum, q̄ est loq̄ de natura dupliciter. Aut de natura ut deficiente, aut ut perfecta. Dico ergo, q̄ natura deficiens in se recuruat: ideo proprium bonum desiderat, & ideo suum commodum. Natura uero perfecta amore charitatis sursum eleuatur, & multo magis impropotionaliter Dei gloriā desiderat, quā utilitatem propriā, ut patet in habentibus charitatem. Quo d ergo obicitur, q̄ ille finis est principalior, quē

magis natura desiderat: uerum est de natura recta, & perfecta. Quo d obicitur, q̄ ille est principalior finis conditionis rei, ad quem res perfecta pertingit. Responderi potest dupliciter. Primò, q̄ hoc habet ueritatē quando operans operatur propter indigētiā alicuius finis, ad quē non potest peruenire nisi per opus, quod p̄ducit; sed talis operans non est Deus, sicut patet; & ideo non habet locū hic. Vel aliter dicendū, q̄ res factæ sunt propter Dei gloriā, non (inquam) acquirēdam, uel ampliādam; sed ostendendam, & comunicandam. Et quamuis gloria Dei sit sine rebus factis; non tamen comunicatur, uel manifestatur nisi per res productas. Quo d obicitur, q̄ fruitio magis perficit. Dicendum, quod laus dupliciter est, scilicet perfecta, & imperfecta. Laus imperfecta minus perficit animam, quā fruitio: sed nō sic laus perfecta, quia anima magis lætatur ī gloria: & plus gaudebit de Dei gloria, & honore, quā de sua glorificatione, & plus iocundabitur in laudando, quā in considerando proprium bonum, & ideo patet quod ille finis est ulterior.

QVAESTIO II.

An Angelus præstantior sit homine?

DE ordine rerum adinuicē: Nam hunc tangit Magister ī litera. Vtrum uidelicet natura spiritualis dignitate naturæ præcellat compositam ex spirituali, & corporali. Certum est enim, q̄ utraque præcellit corporalē: & sic, uidetur. In omni genere no-

re nobilius ē illud, propter qđ est alterum sicut finis, eo qđ est ad finem; sed homo est propter Angelum. Nam (sicut dicūt sancti, & Magister recitat in litera) homo factus ē ad reparationem Angelicę ruinę; ergo &c. **ITEM.** Spirituale (simpliciter loquendo) nobilius est corporali; ergo nobilius est illud, quod pure ē spiritus nihil habēs de corpore, quān quod est spirituale, & cōiunctum corpori; ergo nobilior Angelica natura, quān humana. **ITEM.** In quolibet genere immortale, & incorruptibile nobilius est mortali, & corruptibili; sed Angelus per naturam est immortalis, & incorruptibilis, homo uerō e contrario: ergo &c. **ITEM.** Quod similius est meliori, est melius, si nō sit similius in ridiculosis, ut simia homini quān equus; sed Angelus est Deo similior, & deiformior quān hō: hoc manifestū est, & non ridiculosus; sed ī optimis: ergo simpliciter melior est natura spūalis, quān cōposita.

CONTRA. Aug. Mente humana solus Deus est maior. Vñ in Li. de Trin. xv. & in li. 83. q. dicit, qđ immediate ipsa mēs a prima ueritate formāt; & inter ipsā, & Deū nihil cadit mediū; ergo Angelus nō ē supra mentē humanā; ergo p se a deo bona ē ut Angelus. Sed aīa pp cōiunctionē sui cū corpore non deteriorat, imo maius bonum ē, cū corpus sit bonum: ergo simpliciter totus hō ē Angelo melior. **ITEM.** In oī gñe qđ tenet rōnē finis, illud ē melius; sed in gñe creaturarū hō tenet rōnē finis, nō angelus. Vñ Remigius dicit,

Li. 4. de Trin. c. ult. & lib. 15. cap. 1.

& Philos. . Physi. qđ nos sumus **ITEM.** Si optimū ī uno gñe est melius optimo ī alio, & simpliciter hoc illo melius: sed optimus ī gñe hoīum ē melior optimo ī gñe Angelorum, ut patet, quia Chrus: ergo &c. Si t v dicas, qđ uerū inquantū Deus: obī de B. Virgine, qđ ē pura fœmina, & tñ dña Angelorum. **ITEM.** Maior ē qđ recūbit, quā qđ ministrat, teste domino Lu. 22. sed Angelus ministrat hoī. Hebr. i. Oēs sunt administratorii spiritus &c.

RESOLVTIO.

In naturalibus impar est Angelus homo; at in fine, scilicet in beatitudine equus.

RESP. Diceudū, qđ cum qđritur de ordine spūs rōalis, siue uniti ad spūm angelicū, uel separati, de duplici ordine pōt intelligi: aut de ordine quāntū ad finem, aut quāntū ad naturę dignitatē. Si quāntū ad finē: sic dico qđ sunt pares: nā ad eundē finē, i. ad eternā beatitudinē immediate ordinant: & eadē est mēsura hoīs qđ & Angeli: nec hō pp Angelū, nec Angelus pp hoīem. Tñ sicut lex charitatis facit in mēbris corporalibus, & conciuibus ciuitatis: qđ unū mēbrū supplet idigentia alterius, ut patet, qđ a oculus uidet sibi uiam, & pedi, & pes fert seipsum, & oculū: & ī ciuibus terrenę ciuitatis similiter contingit. Similiter intelligendū ē de hoīe, & Angelo qđ sūt ciues ciuitatis superne: nā hō hēt habilitatē ad labendum frequēter, & possibilitatē ad resurgendū: Angelus uerō stās, p pectuitatē ī stādo: & eadē simposi-

24.

sibilitatē in resurgendo: iō Angelus stans sustentat hoīem, siue infirmitatem humanam: & homo resurgēs reparat ruinam angelicam. Ideo quodammodo Angelus propter hominem, & quodammodo homo pp Angelū: & ideo in hoc ordine pares sunt. Si at loquamur de ordine quantum ad naturę dignitatē, dicendum qđ (simpliciter loquēdo) Angelus est creatura superior homine. Natura. n. Angelica (sicut patet ex multis scripturę locis) nobilior est humana: & in superiori gradu consistit. Concedēde igit sunt rōnes manifestates qđ Angelus naturę dignitate pcellit hoīem, pter primam, ad quam solutum est.

QVOD ergo obiicitur in contrarium, quod nullum cadit medium inter mentē, & Deū. Dicendum, qđ est medium secundum dignitatem naturę, uel secundū causalitatem influentię. Primo modo cadit medium: secundo mō non. Nā Deus immediate influit mentem, & propterea ipsa mēs immediate a prima ueritate formāt. **QVOD** obiicit, secundo, qđ hō tenet rationē finis. Dicendum, qđ aliquod, pp quod res est, est dupliciter. i. aut ad supplendū indigentia, sicut domus pp hominem, & calceus pp pedem: aut ad suscipiendū eius influētiam, sicut hō propter Deū. Quod ultimo modo hēt rationē finis, nobilius est, quod primo modo non. Quia n. homo omnibus indiget, Angelus nullo nisi Deo: ideo omnia pp hominem, non omnia pp Angelū. In cuius rei signum Angelus cōditus ē in principio; hō uero

in die sexto. **QVOD** obiicitur de optimo, intelligendum est per se, & precise. Sed nec B. Virgo, nec Christus excedūt Angelos pure ratione naturę: sed ratione multiplicitatē gratię. **QVOD** ultimo obiicitur de ministerio, infra melius patebit: ad p̄sens tantum sufficet dicere, qđ alicui ministratur dupliciter, aut pp se, sicut regi, & domino, & talis ē nobilior: aut pp aliū, sicut ministrat miles gartioni Regis: & p hoc ē arg. soluēdū. Angelus. n. ministrat hoī pp Deū, sicut diues pauperi fortis egrotanti.

Dist. 1.

ARTICVLVS III.

QVÆSTIO I.

An Angelus & anima differant specie?



CONSEQUENTER tertio loco queritur de modo distinguēdi spiritum Angelicum ad anima rationali. Et queruntur duo. Primo qđritur, utrū differant specie, an tantū numero. Secundo, qđ sit illa differētia per quam differunt.

QVOD autem spē, ut. **QVÆ** differunt specie habēt diuersas perfectiones secundum speciē: sed hō & Angelus differunt specie, constat; & aīa dat speciē homini, & actum specificum: ergo & anima, & Angelus. **ITEM.** Quę sunt similia specie, uel simul pducuntur, uel unū facit ad productionē alterius, ubi pducunt per propagationem: sed anima non simul cum Angelis sunt pductę: nec Angeli faciūt ad aīarum productionem: ergo &c. Si t v dicas, qđ similiter pōt argui de animabus: hoc falsum uide-

sibi-

uidetur; quia pater facit ad generationem prolis. IREM. Plus conuenit sensibile cum sensibili, & uegetabile cū uegetabili, q̄ sensibile, & uegetabile cū nō sensibili, & nō uegetabilis; sed anima humana per essentiam est sensibilis, & uegetabilis, alioquin nō faceret animal: ergo cum differat specie ab anima sensibili tantū, & uegetabili: multo plus differt a spiritu angelico, qui nec ē sensibilis, nec uegetabilis.

CONTRA. Quorū perfectio, & complementum ultimum est unam specie, ipsa sunt unum; sed ad eādem beatitudinem ordinatur homo, & Angelus, quę est uisio, & fruitio Dei: ergo homo, & Angelus, siue anima, & Angelus sunt specie unum.

IREM. Quorum differentia ultimò completiua est speciei una, ipsa sunt unum: sed differentia ultimò completiua animę rationalis, & Angeli est una, & eadem, scilicet hoc quod est rationale, siue intellectuale; & in hac communicant, sicut dicit Greg. q̄ homo communicat esse cum lapidibus, intelligere cum Angelis: ergo &c. IREM. Quorum optimum naturale est unum, ipsa sunt specie unum; sed optimum naturale hominis, & Angeli est unum, sicut dicit Ber. ad Eugen. Optimū (inquit) tui & Angeli rō est: ergo cum spēs accipiatur ab optimo, patet, &c.

RESOLVTIO.

Differunt quidem; tamen si anima humana forma potius speciei, quā species dici debeat.

RESPONDEO. Ad prædictorū intelligentiam notādum, q̄ circa hoc fuit triplex opinio. Qui

dam namque dicere uoluerūt, q̄ quæstio ista nulla est. Cum quæritur utrum aliqua differat specie, supponitur q̄ utrumque sit in genere, ut species: & quoniam anima non est species; sed speciei pars: nec est in genere secundum rectam lineam, ut species, uel indiuiduum; sed a latere, uel magis per reductionem sicut principium: ideo dicunt q̄ quæstio ista nulla est, cum anima non sit species. Sed hæc responsio potius est euasio ad hominem, quā solutio ad rem. Nam adhuc restat quæstio. Cū anima sit substantia, & forma substantialis, uel habens formā substantialem, in qua omnes animæ conueniunt: utrum in eadem conueniant anima, & Angelus: an sit ibi solum differentia accidentalis. Præterea. Anima separata spiritus est, & substantia, prout est res per se existens, & per se subsistens accidentibus, & scđm sui mutationē susceptible contrariorū: ergo proprie est substantia, & recte in genere substantiæ, sicut substantia prima, & Angelus similiter constat. Si ergo de omnibus primis substantiis rationabiliter cōtingit quærere, utrum specie conueniant, uel differant: patet, q̄ quæstio est bona, & recta, & responsio est fuga. Secunda uero positio est, q̄ aīa, & Angelus, si consideratur anima ut spiritus, est eadem specie cum Angelo; sed differt in hoc, q̄ animarum ad animas est aliqua ualidior similitudo, sicut aqua eadē aquæ dicitur esse. Et ratio que mouet eos, est propter conuenientiam in optimo, & nobilissimo esse

*Obuia
his Sc
in 2. d
b. 6. b
cōclusi
isti
stion
ē cert*

Q̄ seq.

suo, sicut ostensum est in obiciendo. Sed hæc positio communiter nō tenetur, quia planum est hominem, & Angelum non solum specie; sed etiam genere differre: ergo & perfectio, siue forma dans speciem homini ab Angelo differt: hæc autem est anima: ergo differt specie ab Angelo, & hoc melius patebit infra. Tertia positio est, q̄ Angelus, & anima specie differant, q̄ sit autem illa differentia, quæratur iam. Nunc autem iuxta cōmunem positionem omnium tenendum est, q̄ essentialiter differant & in genere, & specie. Unde concedendæ sunt rationes probantes Angelum, & animā esse specie differētes, eo modo quo licet dicere animam rationalem esse speciem: nam (pprie loquendo) potius est forma speciei, siue pars formalis, quā species: extenso tamen nomine pōt species appellari.

QVOD obicitur, q̄ perfectio Angeli, & hominis eadem sunt specie. Dicendum, q̄ est perfectio in esse primo, & in esse secundo. Quorū perfectio in esse secundo est eadem, ipsa propter hoc non sunt eadem: nam cygnus, & nix sunt alba eadem albedine secundum speciem. Sed illud habet ueritatem in perfectione, quantū ad primum esse: hoc autem modo non est gloria, uel gratiæ perfectio. QVOD obicitur: quorum differentia ultimo completiua est eadem, &c. Dicendum, q̄ rationale secundum quā est differentia animæ, & Angeli, differt. Nam rationale Angeli est intelligere; sed rationale animæ proprie est rationale.

Nam Angelus natus est intelligere secundum intellectum simplicem, & deiformem: animæ secundum intellectum inquisituum, & possibilem. Et per hoc patet solutio ad sequens. Nam quamuis ratio sit optimū mei, & angeli: tamen ratio mea, & ratio Angeli est alia, & alia, non tantum secundum accidens; sed etiam secundum speciem, & essentiam, ut patet.

QVÆSTIO II.

Angelus & anima, ex quo differunt; que nam est ista eorum differentia?

QVÆ sit illa differentia per quam Angelus, & anima differunt. Quod autem differant essentialiter per hoc quod ē unibile, uidetur primo sic. Sicut se habet corpus humanum ad corpus non unibile, sic se habet spiritus humanus ad spiritum nō unibilem: sed corpus humanum differt specie, immo etiam genere, ut uidetur, a corpore nō unibile, utpote a lapide, per hoc q̄ est unibile animæ uiuificantis: ergo &c. IREM. Esse unibile conuenit rationali animæ: aut ergo essentialiter, aut accidentaliter. Quod non accidentaliter, constat: quia tūc ex homine, & anima non fieret unum per essentiam, ergo essentialiter hoc conuenit animæ; sed quæcumque differant in aliquo essentiali: differunt specie: & sic anima, & Angelus: ergo &c. IREM. Pars suū esse completum non habet nisi secundum, q̄ est in toto: ergo si militer anima rationalis cum sit pars hominis: sed non ē pars hominis nisi inquantum est unibile: ergo in unibilitate ad cor-
pue

*Homil.
29. in
Euāg.
nō loq̄
a prim-
cipio.*

pus consistit complementū animę; sed per illud habet unumquodque essentialiter differre, siue distingui ab aliquo, in quo consistit eius complementum; ergo etc. **ITEM.** Viuificare est actus animę rationalis, quę habet in corpus; aut ergo actus accidentaliter, aut essentialiter. Si accidentaliter, ergo uita accidit homini: quod manifeste falsum est, quia tunc accideret ei esse aīal. Si est actus substantialis, siue essentialis; ergo inest animę rōne sui, quo est siue formalis, et completiui. Ergo si penes illud accipitur differentia formalis, et completiua uniuscuiusque, quod est formale, et completium penes illud, quo anima nata est uiuificare corpus, sumitur illa differentia; sed eo ipso nata est anima uniri corpori, quo nata est corpus uiuificare; ergo penes unibilitatem sumitur animę ad angelū differentia essentialis specifica.

CONTRA. Omnis differentia prior est per naturam, quā id cuius est differentia; sed unio, siue unibilitas ad corpus consequitur animam, quia dicit relationem ad alterum, sine quo potest anima esse, et intelligi; ergo unibilitas, siue unibile non est illud, per quod differt angelus, et anima. **ITEM.** Differentia completiua debet esse propria eius, cuius est differentia; sed esse unibile non solum rationali animę conuenit, sed etiam uegetabili, et sensibili; ergo non est animę rationalis completiua differentia. **ITEM.** Differentia specifica debet accipi penes id, quod in re est optimum; sed unumquodque debet diffiniri per id, quod

est optimū in ipso; sed esse unibile conuenit animę penes suū infimum; ergo penes illud differentia completiua nō potest accipi. **ITEM.** Differentia completiua ita essentialiter adhæret, quę eius oppositum non potest in esse, uel si inest actu, non tamen inest naturaliter; sed anima rationalis sic est unibilis, quod separabilis; & præterea separabile esse conuenit animę per naturā; & per hoc differt a uegetabili, & sensibili; ergo esse unibile corpori nullo modo potest esse specifica differentia, per quam differunt angelus, & anima.

RESOLVTIO.

In hoc distat angelus ab anima humana; quod hæc inclinationem ad corpus habeat; ille uero minime.

RESPONDEO. Dicendum, quod circa hoc triplex est modus dicendi. Quidam enim conati sunt assignare differentiam specificā angeli, & animę per comparationem ad Deum. Et ratio, quę mouit eos hæc, fuit, quia differentia ultimo completiua penes id, quod est in re nobilius, debet accipi; & ideo uoluerunt dicere, quod anima, & angelus differunt, quia angelus habet intellectum Deiformem, ut uult Dionysius: unde habet sibi species innatas, & uidet aspectu simplici; sed anima habet intellectum potentialem, siue collatiuum, & inquisitionem, & hoc per naturam, quod quid sit de gloria. Sed iste modus assignandi differentiam nō uidetur esse omnino conueniēs. Primo quia differentiarum rerum accipiuntur secundum comparationem rerum, quam habent inter

inter se, nō in relatione ad Deū, respectu cuius potius conuenit. Amplius. Deiformitas intellectus respicit potentiā intellectiua; nos autē quærimus de differentia essentialium, non de differentia potentialium. Postremo. Quod obtinetur per gratiā, nō est contra naturā institutā: sed deiformitatē acquirit intellectus per gloriā: ergo hæc differentia intellectui humano non est aliena; ergo per hanc nō differt angelus ab aīa. Et quod plus est, aīa separata modū intelligendi habet quem habet angelus: & aīa Adæ habuit species innatas, ut habet angelus; & hoc totum quod accidentale uoluit dicere: ergo penes hoc essentialis differentia nō debet sumi. Alii uero fuerunt, qui conati sunt differentiam inuenire secundum comparationem rerum adinuicē; & quia nō poterunt inuenire actus differentes formaliter, per quos ueniret in cognitionem diuersarum differentiarum; sed inuenierunt actus differentes gradu, & dignitate: dixerunt, quod aīa, & angelus differunt specie per maiorem excessum in simplicitate, & bonitate nature; & iste excessus in essentialibus uariat speciē, quādo excessus ille exit limitē speciē debitum, si cut calidum in quarto gradu est alterius speciē, quā calidum in primo: sic dicunt esse in proposito. Sed hoc ualde dubium est, quod angelus tantum excedat aīam, quod ex ipso excessu differentia specierum fiat, cū optima aīa. scilicet Christi nobilissima sit creatura: nec exeat speciē humanā. Et præterea, esto quod est ibi excessus, penes ipsum non dēt sumi differentia specifi-

ca, quia potius uidetur conuenire differentiā specificā, quā econuerso. Potius enim res diuersarum bonitatum gradum habet in nobilitate per naturas diuersas specierum, quę sunt nature capere plus, & minus, quā econuerso. Et iterum. Hæc differentia ualde generalis, & transcendens esse uoluit: quia si ita potest accipi hic, pari ratione, ubi que. Et ideo tertius est hic modus dicendi, quę probabilior est. Et primo, qui sumitur per comparationem aīe rationalis ad corpus humanum, ex qua parte innotescit nobis aīa non solum secundum accidentia: sed et secundum substantiam, & naturam: & non solum secundum id, quod indignitatis est, sed et secundum id, quod nobilitatis. Hoc enim quod est animā uniri corpori humano, siue uiuificare corpus humanū, non dicit actum accidentalem, nec dicit actum ignobilē. Nō accidentalē, quia ratione illius est aīa forma substantialis. Non ignobilē, quia ratione illius est aīa nobilissima forma omnium: & in anima stat appetitus totius nature. Corpus enim humanum nobilissima complexione, & organizatione, quę sit in natura, est organum, & complexio: ideo non completur, nec natum est compleri, nisi nobilissima forma, siue natura. Illud ergo quod anima est unibilis corpori, tale dicit quid essentialiter respiciens, quod est nobilissimum in anima: & ita penes illud recte sumitur specifica differentia, secundum quam differt anima a natura angelica: unde rationes ad hoc inductæ concedendæ sunt.

AD ILLA, quę obiiciuntur, per cor
S. Bon. Lib. 2. D. 76.

Cap. de diu. nominibus. Carpit 1. co. D. 30. dist. 1. q. 6. bi, sed ma sit rima 3, etc. si niter


et. sem. di. 3. q. 4. ubi a gatur & princi. pio ind. uidua. noniscō. tra S. Th. qui 3. p. q. 1. et 2. et 4. Sent. d. 12. q. 1. ar. 1. et 1. p. q. 3. ar. 3. et 4. 1. ar. 3. et 4. 13. ar. 9. et 3. p. q. 2. ar. 2. et de prin. cipio in diuisa. tōis, re uidua. nonis principium est se mate ria. et 1. pa. q. 76. art. 2. et 2. 3. q. 1. tenet a. nimam multi. plicari per cor

in contrarium ex dictis patet. Quo d. n. dicit primo, q̄ differentia debet esse prior. Dicendum, q̄ uerum est: sed differentia illa, quæ est esse unibile, non dicit puram relationem, sed naturalem aptitudinem, quæ inest animæ secundum principia intrinseca, quæ priora sunt anima per naturam, sicut rationale respectu hoīs. Quo d. obiicitur, quod differentia completiua debet esse propria. Dicendum q̄ uniri corpori non est proprium animæ rationalis: sed tantum uniri corpori humano; sicut dicit illud, quod est anime essentialia & nobile: sic etiam importat, quod est proprium. Et per hoc patet ratio ad aliud. Nam illud quo mediante anima perficit corpus humanum, est illud quo anima est anima rationalis, & quod etiã est principium aliarum nobilium operationum: sed perficit illud nõ mediante potentia: sed perficit seipsa: seipsa. n. aia perficit corpus, sicut forma seipsa unit materiam. Quo d. obiicitur ultimo, q̄ differentia essentialiter adheret. Dicendum, q̄ esse unibile adheret inseparabiliter, quia aptitudo semper inest, quamuis nõ semper inest actus, sicut patet in

rationabilitate, & gressibilitate; & sicut gressibilis truncatur: & rationalis anima stulta efficitur non natura, sed propter defectum naturæ: ita quod anima separatur, hoc est in pœnã peccati: & ideo esse separabile non sic assignatur differentia animæ, sicut esse unibile. Amplius. Anima rationalis eo ipso, quod nata est perficere corpus sic perfectum & ordinatum per naturam ad immortalitatem, est immortalis: & eo ipso nata est separari ab hoc corpore, iam mortuo propter peccatum: & ita nunc non dicit aliam differentiam, quàm hoc, quod est esse unibile: sed consequitur illam. Quia sicut non est separatio, nisi prius uniti: sic non est separabilitas in aliquo, nisi prius fuerit unibilitas per naturam. Et ideo si aliquid potest esse differentia animæ, uidetur, quod hoc maximè sit, id est, illud quod per nomen significatur. Intellectus enim noster rarissimè, peruenit ad cognitionem formæ substantialis, nisi a posteriori: & quia sicut cognoscit, nominat: ideo differentias per naturam priores, & ut plurimum nominat a posteriori: & sic patent quæ sita.

DISTINCTIO II. PARS PRIMA.

De conditione spiritualis, siue angelicę creaturę in speciali: qualis. s. facta sit.

 *E* angelica itaque natura hæc primo consideranda sunt: quando creata fuerit, & ubi, & qualis facta sit, dum primum conderetur. Deinde qualis effecta auersione quorundam, & conuersione quorundam. De excellentia

cellentia quoque, & ordinibus, & donorum differentia, & de officijs, ac nominibus, alijsq; pluribus aliqua dicenda sunt.

Quando facti sunt angeli, disputatiue.

Quædam authoritates videntur innuere, quod ante omnem creaturam creati sunt angeli. Vnde illud, Primo omnium creata est sapientia, quod intelligitur de angelica natura, quæ in scriptura sæpe vita, sapientia, & lux dicitur. Nam sapientia illa, quæ Deus est, creata non est. Illius enim sapientia patris est genita, non facta, nec creata, & tota trinitas vna sapientia est, quæ non facta, nec creata est, nec genita, vel produca. De angelica ergo vita illud accipiendum est, de qua dicit scriptura, quando facta est, scilicet primo omnium. Sed rursus alia scriptura dicit, In principio creauit Deus cælum, & terram. Et in propheta: Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Et videtur contrarietas quædam oriri ex assertionibus illis. Nam si primo omnium creata est sapientia, omnia post ipsam facta videntur, & ita post ipsam facta videntur cælum & terra, & ipsa facta ante cælum, & terram. Item si in principio creauit Deus cælum, & terram, nihil factum est ante cælum, & terram: nec ipsa sapientia facta est ante cælum, & terram. Cum ergo hæc contraria videantur, nec in diuina scriptura fas sit sentire aliquid esse contrarietatis, requiramus intelligentiã veritatis.

Quid tenendum pro veritate.

Videtur itaque hoc esse tenendum, quod simul creata est spiritualis creatura, id est, angelica, & corporalis, secundum quod potest accipi illud Salomonis, Qui viuit in æternum creauit omnia simul: id est, spiritualem & corporalem naturam: & ita nõ prius tempore creati sunt angeli, quam illa corporalis materia quatuor elementorum: & tamen primo omnium creata est sapientia, quia et si non tempore, præcedit tamen dignitate. Quod autem simul creata fuerit corporalis spiritualisque creatura, Aug. super Gene. ad literam aperte ostendit, dicens, per cælum, & terram spiritualē corporalemq; creaturã intelligi: & hæc creata sunt in principio. s. tēporis, vel in principio, quia primo facta sūt.

D 2 Quod

Eccl. 1.
Isid. Li.
1. de sū
mōbono
Cap. 12.

Gen. 1.
Ps. 101.
116. p.

Eccl. 18
Lib. 1.
Cap. 1.

Quod nihil factum est ante cœlum, & terram, nec etiam tempus, cum tempore enim creata sunt, sed non ex tempore.

Antea enim nihil factum est, nec etiam tempus factum est ante spiritualement, scilicet angelicam naturam, & ante corporalem, scilicet materiam illam quatuor elementorum confusam. Illa enim cum tempore creata sunt, nec ex tempore, nec in tempore. Sicut nec tempus in tempore creatum est, quia non fuit tempus antequam esset cœlum, & terra. Vnde Augustinus in Libro de Trinitate dicit, quod Deus fuit dominus antequam tempus esset, & non in tempore cœpit esse dominus, quia fuit dominus temporis, quando cœpit esse tempus, nec utique tempus cœpit esse in tempore, quia non erat tempus antequam inciperet tempus.

Quod simul cum tempore, & cum mundo cœpit corporalis, & spiritualis creatura.

In 20.3. Simul ergo cum tempore facta est corporalis, & spiritualis creatura, & simul cum mundo: nec fuit ante angelicam creaturam quam mundus, quia ut ait Augustinus. Nulla creatura est ante secula, sed a seculis, cum quibus cœpit. Hieronymus, tamen super epistolam ad Titum aliud, videtur sentire dicens, Sex millia necdum nostri temporis implentur annorum, & quantas prius æternitates, quanta tempora, quantas seculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus angeli, throni, dominationes, ceterique ordines seruiunt Deo absque temporum vicibus atque mensuris, & Deo iubente substituerunt. His verbis quidam adherentes dixerunt cum mundo cœpisse tempus seculare, sed ante mundum extitisse tempus æternum sine mutabilitate, & in eo immutabiliter, & in temporaliter astruunt angelos Deo iubente substituisse, eiq; seruiuisse. Nos autem quod prius dictum est, pro captu intelligentiæ nostræ magis approbamus, salua tamen reuerentia secretorum, in quibus nihil temere asserendum est, & illud Hierony. dixisse non ita sentiendo, sed aliorum opinionem referendo arbitramur.



*V*praegit Magister de rerū productione in generali. In hac autem parte agit de productione rerū in speciali. Et quoniam triplex est differentia creaturæ, scilicet spiritualis, & corporalis, & composita ex utraque: ideo hæc pars habet tres. In prima agit de conditione spiritualis creaturæ. In secunda de conditione corporalis creaturæ, infra Dist. xii. *Hæc de angelica natura, &c.*) In tertia de conditione naturæ ex utrisque compositæ, scilicet humanæ: infra Dist. xvi. *His excursus, quæ supra de homine, &c.*) Prima pars habet duas. In prima determinat quales facti sunt angeli ex prima conditione. In secunda determinat quales facti sunt auersione, & conuersione: infra Dist. v. *Post hæc consideratio adducit, &c.*) Prima pars habet duas. In prima determinat quando, & ubi creati sunt angeli. In secunda uero quales creati sunt: infra Dist. ii. *Ecce ostensum est, ubi angeli, &c.*) Prima pars habet duas. Primo determinat quando angeli creati fuerunt. In secunda ubi: infra Dist. eadem. *Iam ostensum est, &c.*) Prima pars habet quatuor particulas. In prima permittit præmiū, in quo aperit suam intentionem. In secunda uero mouet ex auctoritatibus dubitationem circa durationem, siue initium, uel mensuram angelicæ conditionis: ibi. *Quedam auctoritates videntur, &c.*) In tertia determinat ueritatem, & confirmat, ibi. *Videtur itaque hoc esse tenendum, &c.*) Quarto uero, & ultimo ueritatem prædeterminatam & præbatam concludit: & auctoritatem in oppositum determinat, ibi. *Simul ergo cum tempore, &c.*)

T in principio domine, &c.] *Dub. 1.* Vt hoc falsum. Primo ex hoc quod dicitur terram esse fundatam, quia non uideatur esse fundata: sed potius appensa secundum quod dicitur Esa. 40. Qui appendit tribus digitis molem terræ. Et Prouer. 8. Quoniam appendebat fundamenta terræ. Item. Falsum uideatur dicere, cum ait. In principio terram fundasti, quia terra facta fuit tertio die; ergo non fuit fundata in principio. Iuxta hoc queritur, supra quid terra fundata sit. Vt quod super aquas per illud Psalm. Qui fundauit terram super aquas. Contrarium autem uideatur per scripturam, quæ dicit. Qui fundauit terram super stabilitatem suam, & per naturam, quæ dicitur aquam esse minus grauem, quam terram, & ita secundum ordinem naturæ non terram supra aquam, sed econuerso. Resp. Dicendum quod nomine terræ, in scriptura intelligitur materia corporalium, intelligitur etiam elementum terræ: & utroque modo accipi potest in prædicta auctoritate, & uere. Si enim terra accipitur pro materia informi, sic recte dicitur; In principio domine terram fundasti. In principio fecisti materiam informem quasi fundamentum omnium formarum. Quæ ideo dicitur esse fundata, quia omnes forme sustentantur a materia: & ipsæ non sustentantur ab alio, nisi a Deo. Ideo autem dicitur fundata in principio, quia nihil ante ipsam creatum est. Si autem nomine terræ intelligitur elementum terræ, adhuc uerum est prædictus sermo. Terra enim fundata dicitur per sui stabilitatem, secundum illud Eccle. 1. Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem

in æternum stat. Hoc elementū .s. terræ & dicitur fundatum, & dicitur appensum. Fundatum super stabilitatem suam, & fundatum etiam super aquas. Fundamentū dī, quia sicut fundamentum est infimū inter oēs partes domus, sic terra est infimum inter omnia corpora mūdi, & in cētro existens, tenet locū fundamēti. Et cū uirtute propria sibi diuinitus data cētrum appetat ut in centro requiescat, fundata dī super stabilitatem suam. Et hoc dictum esse intelligendum est secundum ueritatē. Secundum autē nostram imaginationē, & uulgare opinionē, cum aquæ cooperuerint inferiorē superficiē terrę respectu nostri, & ultra aquam sit aer, & uita aerē sit ignis, dī terra fundata super aquas. Nos. n. estimamus terrā esse sup aquā, dū consideramus aquā sub pedibus nostris. Dicit etiam esse tribus digitis appēsa, pro eo quod tribus elementis inter mediis distat a cēli circumferentia, & mediantibus illis uidentur esse quasi appensa. Et p hoc pater rñsio ad oīa obiecta. Nota tamē quod aliter accipitur principium, secundū qđ nomine terræ intelligitur materia; aliter secundum qđ intelligitur elementum terræ. Secundum n. qđ nomine terrę intelligitur materia, tunc dī fundata in principio. i. in primordio productionis rerum; sed quod terra dī elementum, tunc dicitur esse fundata in principio, id est iō primis operibus sex dierum.

Sub 2. Nec utique tempus cepit, etc.)
Contra. Omne. n. quod cepit esse, aut cepit esse in tempore, aut

in æternitate, si igitē tēpus cepit esse & nō cepit esse in æternitate; ergo cepit esse in tēpore. Itē. Dicit qđ Deus nō cepit esse dñs ex tempore. Et ut esse falsum, qđ non fuit dñs antequam haberet seruum; sed nō habuit seruum nisi ex tēpore: ergo cepit esse dñs ex tēpore. Iuxta hoc qđ dicitur, utrum cepit esse dñs. Et qđ non, ut; quia dominium est potestas coercendi subditos, & hoc fuit semper in Deo. Contrarium autē ut; quia relatiua simul sunt natura, & seruus non fuit ab æterno: ergo nec dominus. Resp. Dicendum, qđ differt dicere secundū Aug. aliquid fieri ex tēpore, & in tēpore & cū tēpore. Ex. n. importat ordinē: In im. ex. portat continentia, cū importat in. simulatē, & iō nihil est factum cum. in tēpore, nec ex tēpore, nisi qđ excedit a tēpore. Quia igitur tēpus, & ea qđ in primordio tēporis creata sunt, a tēpore non exceduntur: iō dicit ea esse creata cū tēpore, non in tēpore, nec ex tēpore. Et iō cū Deus dicat dñs respectu oīs rei create, Deus nō potuit incipere dñs esse ex tēpore, nec ī tēpore p. prie accipiēdo habitudinē eius qđ est Ex & In, nos autē in cōi sermone large accipimus. Quod autē quæritur, utrum Deus inceperit esse dominus. Dicendum, qđ dominus uno modo importat potestatem coercēdi subditos, & sic dicit p̄sidentiam secundū habitum, & conuenit Deo ab æterno. Alio modo importat p̄sidentiam actualem respectu serui, & sic incepit esse dominus non ratione mutationis factæ in ipso: sed ratione mutationis factæ in suo correlatiuo.

AR-

DISTINCTIO II.
ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An spiritualia habeant propriam mensuram?



Intelligentiam huius partis, in qua quæritur de mensura conditionis angelicæ naturę, duo principaliter quærentur. Primo de mensura eius in se. Secundo per comparationē ad mensurā esse corporalis naturę. Circa primū tria quærentur. Primo, utrum spiritualia habeant mensuram propriam. Secundo, utrum habeant mensuram unicā. Tertio, utrum habeant mensuram simplicē, aut compositam, siue stantem, uel successiuam.

Quod habeant propriam mensuram primo ut per Philosophop. in Lib. de causis in penultima propositione. Inter res, cuius substantia, & operatio ē in æternitate: & res cuius substantia, & operatio est ī tēpore: est res media, cuius substantia est in æternitate, & actio ī tēpore: sed hoc non potest intelligi de æternitate increata; ergo de creata, & hac distinguit a tēpore, & ponit mensurā substantiarū spūalium, & incorruptibiliū: ergo uidentur &c. Item. Eccl. primo. Omnis sapientia a domino Deo est: usque ibi, ante eum: ergo eum dicit qđ creatum, non substantiam; ergo mensuram non rerum materialium: sed spiritualiū, & hæc differt a tempore: unde Boetius de consolatione. Qui tēpus ad æuū ire iubet: ergo &c. Omne. n. qđ exit ab alio, differt ab eo. Item. Dion. de di. no. cap. de æuū. Proprietas, cui est inueteratū, & an

Lib. 3.
poes. 9

Auctor
de causis.

tiuum secundū totum esse mensurans: tēporis uero in alteratione aliter, & aliter se habēs: ergo si idem non se habet sic aliter simul, & semel, non est eadē mensura tempus, & æuū: sed æuū est mensura durantium perpetuo, & talis est natura angelicæ: &c. Item. Sicut se hēt unitas ad distinctionem, ita (nunc) ad durationē: sed in spiritualibus nō solum est reperire distinctionē secundum substantiā, uerum etiam eius mensuram: ergo pari ratione, & esse Angeli mensurā durationis hēt: sed non tēporis, cū nō uarietur, nec mutetur: ergo aliam mensurā propriā. Item. Omne, qđ habet esse limitatum actu, habet mensuram, per quā potest cognosci eius limitatio: sed tale est esse omnis creati: ergo &c. arguatur ut prius. Item. Mensura durationis respicit modū durandi: sed spiritualia habent modū suę durationis differentē a corporalibus, maxime a mutabilibus, cū durēt p̄petualiter, & immutabiliter: ergo p̄ istā mensuram habent mensurari.

Contra. Aug. ad Orosium. Deus mouet spūalem naturam p̄ tempora; corporalem uero p̄ loca, & tēpora: ergo spiritualis naturę mensura est tēpus. Item. Beda, Quatuor fuerunt primo creati, angelica natura, materia prima, cælum empyreum, & tēpus. Si ergo tēpus stat pro mensura; ergo aut spiritualia in principio non habuerunt mensurā: aut nō haberent aliā a corporalibus: aut Beda fuit insufficientis in illa numeratione. Item. Ratione ut. Unus ē locus, qđ ē contentia uisibiliū, & inuisibiliū, ut

empyreum: ergo si mensura, quae est tempus, non est maioris appropriationis quam locus, ut quod unum sit tempus, in quo sint spiritualia, & corporalia: non ergo habent mensuram propriam. **ITEM.** Sicut idem est numerus quo mensurantur, & numerantur x. canes, & x. homines, sic idem est numerus quo numerantur x. angeli, & x. homines: si ergo spiritualia non habent aliam mensuram distinctionis quam corporalia: ergo nec aliam mensuram durationis. **ITEM.** Homo beatus, & angelus mensurantur eadem mensura, quia omnes beati: sed homo beatus habet idem esse cum se non beato: ergo & eadem mensuram: ergo eadem mensura mensurantur homo uiator, & angelus: ergo & quilibet natura corporalis: non ergo habet mensuram propriam. **ITEM.** Per impossibile. Si habet mensuram, aut est substantia, aut est accidens. Non substantia: ergo accidens. Si accidens: in quo generatur? non nisi in genere quantitatatis, non discreti: ergo continui. Sed non est linea, neque superficies, nec corpus, nec locus: ergo uel est tempus, uel nihil: ergo aut angelica natura nullam habet mensuram: aut si habet, non habet propriam.

RESOLVTIO.

Et in genere mensurae, & in genere entis; & in comparatione, & secundum substantiam ut cumque spiritualia mensuram habent, a tempore diuersam.

RESPON. Dicendum: Quod cum quaeritur, utrum angelica natura habeat mensuram propriam diuersam a tempore, distinguendum est, quia aut loquimur de mensura spiritualium secundum esse, quod non mutatur, aut secundum affectiones: si ergo de mensura

loquimur quae respicit esse, & quod aeternum: hoc modo conuenit ab antiquis Doctoribus responderi. Aut loqueris de diuersitate in genere mensurae, aut in genere entis. Si in genere mensurae: sic oportet ponere differentiam, sicut ostendunt auctoritates, & rationes inductae. Si uero loquaris de diuersitate in genere entis: sic triplex fuit opinio. Nam quidam dixerunt, quod sicut locus & superficies idem sunt per essentiam, differentia secundum comparationem: sic idem est nunc aeterni, & temporis, sola comparatione differens. Nunc aeterni respicit substantiam rei, substantia autem primi mobilis quantum ad esse omnino est immobilis, comparata autem ad situm, est mobilis. Et primo modo mensurantur nunc aeterni, secundo modo nunc temporis, ita quod idem est nunc, diuersimode comparatum: sicut idem ultimum comparatum ad corpus ambiens est superficies: comparatum ad corpus ambitum, est locus. Sed illud non potest stare: quia circa ultimum corporis ille duae comparationes non sunt impossibiles; sed nunc temporis & aeterni habent proprietates impossibiles circa idem. Nam (sicut dicit Augustinus in li. 83. quaest.) hoc. scilicet nunc aeterni, est stabile: illud. scilicet nunc temporis est fluxibile; sed impossibile est quod unum, & idem, & secundum idem simul moueatur & stet. Et ideo est secunda positio, quod ipsam nunc sequitur essentiam, materiae primae. Sicut igitur materia in omnibus est eadem per essentiam differens per esse, sic nunc temporis, & aeterni idem est per essentiam, non sicut indiuiduum, sed

ad

ad modum materiae; idem per essentiam, differens autem solum quantum ad esse: & hi posuerunt quod omnis rei quidditas mensura eadem per essentiam mensuratur. Sed nec illud multum est intelligibile. Cum. n. aeternum esse stabile, & quietum respiciat, quod quidem habet materia a forma perfecta, & haec mensura non respiciat nisi esse actuale, & modum essendi completum ut quod aeternum non possit sic accipi ex parte materiae, quicquid sit de tempore. Cum ergo modus durandi essentialiter, & formaliter differat hinc inde, patet etiam quod mensura propria. Et ideo est tertia positio, quod spiritualia habent mensuram diuersam a tempore, non solum in genere mensurae, uerum etiam in genere entis: & hoc non solum comparatione; sed etiam secundum substantiam, & formam. Quicquid autem sit de diuersitate in genere entis, diuersitatem tamen secundum modum mensurandi nemo est qui negare possit. Et hoc sufficit quaestioni praesenti, qua quaeritur utrum spiritualia habeant mensuram diuersam a tempore: dicendum. n. quod sic. Quod si quaeras quae sit illa: respondendum secundum Sanctos, & Philosophos quod dicitur aeternitas creata, aut aeternum; sed quoniam aeternitas proprie accipitur pro increato, & aeternum frequenter accipitur pro tempore: ideo proprio nomine potest aeternitas appellari. Sic respondendum est, si quaeratur de mensura, quae respicit ipsum esse spiritualis creaturae, esse (inquam) immutabile, & perpetuum. Si autem quaeratur de mensura angelicarum affectionum, utrum illa sit a tempore diuersa, & hoc habet quae

stione infra. Nunc autem planum est quod illa mensura, quae dicitur aeternitas, uariatione affectionis non mensuratur: ut dicit Augustinus ad Orosium. Aeternum. n. solius esse incommutabile est mensura. Cōcedendum igitur (secundum quod ostendunt rationes) quod aliquo modo spiritualia habent mensuram propriam respectu temporis, & temporalium.

Quod ergo obiicitur, quod spiritualis natura mouetur per tempora, iam patet, responsio: hoc. n. dicit quantum ad affectiones, non quantum ad esse. Quod autem obiicitur de quatuor primo creatis. Dicendum, quod nomen temporis extenditur ibi ad omnia durationis mensuram, cuius est mouere principium: unde ualde large accipitur, & comprehendit aeternum: ut melius infra patebit. **Quod** obiicitur de loco, non ualet, quia locus corporalis non est mensura spiritualium, quamuis contineat: quum autem mensurat, & conformatur: ideo non ualet, est unus locus mensurans, ego unum tempus mensurans. Si quaeras a me, unde hoc. Dicendum, quod angelus uere habet durationem: sed non habet extensionem: & ideo habet mensuram durationis, non extensionis. **Quod** obiicitur de numero. Dicendum, quod non est simile, quia idem est modus distinctionis in spiritualibus, & corporalibus: sed non est idem modus durationis: ideo eadem est secundum speciem mensura distinctionis non sic eadem mensura durationis. **Quod** obiicitur de homine beato, & angelo. Dicendum, quod mensura consimili mensurantur. scilicet aeternum, quia consimile habent modum durandi: sed homo uiator non mensuratur

consimili mensura; quia quamuis habeat idem esse, habet tamen modum essendi, & durandi alium: & mensura non tantum esse, sed etiam modum durandi respicit. **Q**UOD quaeritur, in quo genere sit mensura angelicæ durationis: Dicunt aliqui, quod non est quantitas nisi quantitas uirtutis: & ideo non est in genere quantitatis proprie. Sed si uere mensura est, quomodo non est quantitas uera? Ideo dicunt alii, quod est in genere quantitatis sicut principium. Si tamen quaeratur cuius sit principium, cum dicat mensuram diuersam a tempore (ut ostensum est) difficile erit assignare. Et ideo sauius dici potest, quod sicut tempus ponitur in substantiis spiritualibus quantum ad affectiones, secundum Aug. licet consideratio Philosophi ad illud non conscenderit: sic & mensura ponitur differens specie ab aliis quantitatibus, licet de illa non loquatur Philosoph. quia mensuras rerum inferiorum determinare intendebat. Nec ponitur ex hoc in ipso insufficientia: & si etiam poneretur, non esset propter hoc a ueritate tramitis aliquatenus discedendum.

QUÆSTIO II.

In æternorum omnium unum æuum sit?

VTRUM spiritualia habeant mensuram unam per essentiam, & hoc est querere, Vtrum unum sit æuum æternorum. Et quod non, uidetur. Dion. de di. no. Ipse est æuum æuorum: ergo plura sunt æua non per interruptionem, ita quod unum post aliud: ergo per diuersitatem

simul existentium. **I**TEM. Unitas accidentalis uenit ab unitate subiecti: sed non est ponere unum subiectum omnium æuorum, cum quadam spiritualia non habeant aliquod commune, ad cuius aspectum mensuratur: ergo non est ponere æuum esse unum. Quod autem nullum habeant tale subiectum, quod sit contentiuum spiritualium, hoc apparet, quia illud haberet excellentiam, & influentiam, & continentiam respectu æuorum, sicut primum mobile respectu temporalium: sed tale respectu substantiarum spiritualium inueniri non potest, ut patet discurrenti per singula: ergo &c.

ITEM. Omnibus aliis corruptis, possibile est unicum angelum remanere, cum non dependeat ab aliis Angelis: & si remanet in esse completo, habet mensuram consequentem illud esse, & hoc est æuum: ergo remanet æuum quolibet angelo remanente, & totum remanet, & perfectum: ergo quot sunt angeli, tot sunt æua. **I**TEM. Aeuum est mensura rei perfectæ, & multum habetis de specie, siue de forma: si ergo æuum maxime consequatur esse completum, cum illud, non sit unum numero: sed tantum specie, uidetur, quod æuum sit unum tantum secundum speciem.

CONTRA hoc arguitur a simili. Sicut se habet tempus ad temporalia, ita æuum ad æuiter na: sed tempus est unum, quod mensurat omnia temporalia, sicut dicit Antel. & Philoso. ergo & similiter unum est æuum, quod mensurat omnia æuiter na. **I**TEM. Hoc uidetur a minori. Maior est uarie

uarietas, & difformitas in rebus mutabilibus, quam in rebus immutabilibus: ergo si mutabilia omnia possunt unica mensura per essentiam mensurari: ergo multo fortius æuiter na. **I**TEM. Hoc uidetur a causa. Positio. n. multorum est causa, quare tempus unum potest esse, quia quæuis sit accidens, tamen est mensura extrinseca sicut locus, & quæ non est accidens situale: sed hoc totum inuenitur in æuo: ergo &c. **I**TEM. Si plura sunt æua, aut ergo simul, aut consequenter. Non consequenter, cum quod liber sit infinitum a parte post. Non simul, quæ quæ sunt simul, sunt in eodem instanti: ergo si æuiter na sunt simul, sunt in eodem nunc qui: ergo si omnium æuiter na est unum nunc: ergo unum æuum per essentiam.

RESOLUTIO.

Tamet si temporalium omnium unum sit tempus: nihilominus æua tot sunt, quot æuiter na.

RESPONDEO. Ad huius quaestionis intelligentiam principaliter prænotandum est, qualiter intelligatur unitas in tempore. Sciendum autem, quod tripliciter tentauerunt aliqui unitatem accipere, secundum quod accidens habet tripliciter comparari ad subiectum. Habet. n. ibi causam, existentiam, & apparentiam. Dixerunt ergo aliqui, quod tempus est unum ratione subiecti, in quo primo est, & ipse, quo remoto remouetur, & tempus. Unde dixerunt, quod tempus est unum, quia est in primo mobili, cuius motu cessante, cessat & tempus. Sed illud non sufficit dicere. Quia (sicut dicit Aug.) si

cessaret motus primi mobilis, adhuc posset moueri rota figuli: & constat, quod mensuraret ille motus: ergo non tantum est ibi, immo & in aliis rebus mobilibus. Item. Tempus est in affectionibus, & cogitationibus lib. arb. quod non subest motui celesti, sicut uult Aug. Et ideo dixerunt alii, quod tempus est unum ratione subiecti, in quo primo apparet. Cum enim tempus sit numerus, siue mensura motuum: & numerus iste secundum essentiam, & habitum sit in re mobili, uel mota, in qua est prius & posterius: secundum actuale uero numerationem sit a parte animæ (sicut uult Philosophus, & Augul.) cum anima omnes motus, & mutationes numeret a sciendo ad mensuram motus primi mobilis, scilicet per diem, annum, & horam: uoluerunt dicere, quod unum est tempus ratione subiecti, in quo primo apparet. Quia, & si omnia habeant proprias periodos, tamen omnia numerantur, & mensurantur per mensuram motus regularis, & certi, & nobis notissimi, scilicet motus mobilis primi. Sed illud non sufficit, quia dicit Philosoph. de cæ. & mundo, quod si essent duo mobilia prima, adhuc unum esset tempus: & tunc non posset dici unum ratione subiecti, in quo primo esset, nec in quo primo appareret, cum utrumque esset æque primum, & euident. Nec ratione animæ, quia tempus non est numerus numerans, sed numeratus (ut Philosophus uult) & tempus est dispositio rei extra, non fictio anime. Et ideo dixerunt tertii profundius,

*Aris. 4
Phy.
tex. 66.
102.*

*Ari
Phy
Pro
cap.*

dius, quod unitas temporis sumitur ab unitate subiecti a quo causatur: subiectum autē a quo causatur est a materia ut mutabilis, & ita ut ens in potētia. Nā materia, ut est in acquisitione formæ mutatur, & sic est ens in potentia, & ideo tempus maxime inter omnia accidentia se tenet plus cū materia. Sicut igitur materia una est per essentiā, differens per esse: una non unitate uniuersalitatis, nec singularitatis: sed medio modo: sic & tempus in omnibus temporalibus. Et si q̄ras, unde est hoc q̄d tempus est unum, cum tamē motus sint uarij. Dicendum, q̄ motus diffinitur p̄ ad q̄ ē: unde motus respicit motorē & mobile, & terminū: tēpus at̄ respicit ipsā durationē uariā, & successiuā, q̄ uenit ex potētia rei mobilis. Et q̄a tēpus naturę durantis cōsimilis ē, & natura illa supra q̄ fundat̄, ē una numero: iō tēpus non tm̄ ē unum specie in oībus tēporalibus, immo ēt quantū ad essentiā unū numero, differens p̄ esse: sicut posuerūt oēs sapiētes, q̄ circa hāc materiā locuti sunt. Si at̄ q̄ras quare nō sic ē in alijs quantitatibus, cum oēs respiciāt materiā. Dicendū, q̄ alię oēs, & si esse incōpletum hēant in materia (nā sunt in materia dimēiones infinitę) tamē esse cōpletū ipsarū ē a materia existente sub forma. Tēpus at̄ hēt esse ex hoc q̄d materia tendit ad formam, p̄ hoc q̄d causatur a motu, q̄ est endelechia entis in potētia, iō tenet se maxime ex parte materię, & iō minime distinctum. Nec dico, q̄d tempus sit in ipsa materia omni forma circūscri-

pta, quia hoc esset contra Aug. xii. confess. quia non est uicissitudo aliqua in materia, nisi cū in ea est aliqua forma: sed quāuis sit in materia, q̄ est sub forma, & ab ipsa causat̄, magis tm̄ causatur a materia ut tendit ad formam, & hęc est in materia ratione suę potētię. Secundum hunc triplicē modum nixi sunt aliqui unitatem in euo ponere, primo rōne subiecti, in quo primo est. Posuerunt n. ordinē in intelligētijs sc̄dm cōtinētiā uirtualē, sicut ī uisibilib. est reperire cōtinētiā localē. Et sicut t̄ps in primo mobili fundat̄: sic euū in prima intelligentia uirtualiter alias continet, & in alias influit. Sed ista positio nō potest stare. Primo quia oēs intelligētię in incorruptione hēt æqualitatem, sicut in sequenti Di. d̄r. Secundo quia cōseruatio intelligentiarum immediate pendet ex Deo. Tertio, quia si illa intelligentia destrueretur, tunc fundamentum æui periret, & impossibile fuit illam peccasse, immo forte peccauit, cum credatur diabolus fuisse excellentissimus angelorum. Et iō alij conati sunt assignare unitatem ratione subiecti, in quo primo apparet: q̄ quidem est cælum empyreum, in quo nō cadit uariatio. immo omnimode quietum est. Sed nec illud sufficit: quoniā immortalitas, & immutabilitas p̄ prius est in substantijs spiritalibus, quam corporalibus, cum sint digniores: & dignius nō habet mensurari per aspectum ad minus dignum. Et iō tentauerunt alij accipere unitatem ex parte causę: qui dixerunt q̄ duratio

ratio intelligentiarum cōtinuatur, & cōseruatur per diuinā influētiā: quę quoniam una, est æuum mēsurans ipsam. Sed nec illud potest stare: quoniam influētia illa aut actiue, aut passive intelligitur. Si est actiua: non est aliud quam Deus, & ita non hēt æuum mēsurās. Si de passiuā: tot sunt, quot sunt suscipientes. Et ideo non restat alius modus nisi per unitatem materię, sicut prius dictum est de tēpore. Sed multi negant intelligētijs habere materiā. Sed quicquid sit de hoc, tamen æuum respicit esse actuale, & esse stabile: sed tempus materiā, ut in potentia. Et ideo sicut unitas tēporis conformatur materię, sic unitas eui conformatur formę: nō (inquā) formę inquantū hęc uel illa: sed inquantum immutabilis. Vnde sicut linea ī corporibus quantūcunque diuersis ponitur eadem speciei: sic æuū hēt unitatem uniuersalis, non unitatem, quam hēt t̄ps. Et sic concedendę sunt rōnes probantes nō esse unum æuū cōternorū: sed multa: sicut sunt plures formę. Quod ergo obiicit, sicut se habet t̄ps ad t̄palia. Dicendū, q̄ nō est simile: q̄a cū t̄ps (quātum est de se) respiciat uariationē & motū, cōsequitur ipsa, quorum est mēsurā ratione illius principii, q̄ sunt entia in potentia: & quia illud unicum d̄r esse per essentiā, ideo & tempus, æuum at̄ de sui ratione propria respicit esse cōpletum, & stabile, & ideo magis respicit formam: & ideo nō habet nisi unitatem uniuersalitatis, siue cōformitatis, sicut & alia accidentia. Quod arguitur

a minori, quod tēporalia hēt unam mēsuram: iam patet q̄ non est locus a minori: quia illa uariatio ratione qua dicitur esse in potētia, respicit ipsum materiale principium: & ideo facit recedere a distinctione: non est sic in æuo. Quod obiicitur, q̄ tempus est unum, quia est accidens extrinsecum, nō situatum uel situabile. Dicendū, q̄ falsū est: ista enim non est causa: sed magis illa, q̄ p̄dicta est. Quod obiicitur: si sūt plura eua, aut simul, aut nō simul. Dicendū, q̄ simul pluraliter: aut per mēsurā concomitantiam, aut per mēsurā unitatem, & indifferentiam. Cū autem dicitur: Deus, homo, & angelus esse simul. Dicendum, q̄ dicitur per mēsurā concomitantiam. Cum autem dicitur: Petrus & Paulus simul sunt, uel currunt: hoc pot̄ dici p̄ mēsurā unitatē, & indifferentiam: & ideo nō sequitur, q̄ si æua cōternorū sunt simul: q̄ sint unum.

QVÆSTIO III.

An spiritalia habeant mēsuram permanentem, uel successiuā.

VTRVM spiritalia habeant mēsuram permanentē, aut successiuā. Et q̄ permanentē carentem priori & posteriori, uidetur primo auctoritate, deinde ratione. Et auctoritate sic. Augustinus 12. de ciuita. Dei. Immortalitas Angelorum non trāsit in tempore, nec est pręterita, quasi iam non sit: nec futura, quasi nondum sit: ergo tota est pręsens: ergo permanentis, non succedens. Item Aug. xi. Confes. Si pręsens tempus staret, & non transiret in pręteritum, esset æternitas: sed non p̄ hoc esset

Aris. 3. Phyl. 32

esset aeternitas increata : ergo esset aeternitas creata : & hoc est aeuum : ergo aeuum habet nunc non transiens : ergo &c. I T E M. Philosophus . In perpetuis non differt esse & posse : ergo potentia est in toto suo actu : ergo nihil expectatur : ergo totum simul ; ergo nulla est ibi successio , uel prioritas , & posterioritas .

I T E M. Ratione . Proprietas debet respondere substantiae : ergo substantiae simplicis mensura debet esse simplex : sed substantia spiritualis est simplex ; ergo & eius mensura : sed eius mensura est aeuum : ergo simplex est : ergo non habet prius , & posterius . I T E M. Omne successiuum reducit ad permanens : ergo prius & posterius successiuum ad prius , & posterius permanens : sed prius , & posterius permanens est in sola magnitudine ; ergo quod caret priori & posteriori permanente , caret & successiuo : sed talis est angelus : ergo &c. I T E M. Vbi est prius & posterius , ibi necessario cadit aliquid nouum , quod de posteriori fit prius , & propter hoc lapsus in praeteritum , & aliquid in uetus : sed in perpetuis non est aliqua mutatio , nec inuolutio : ergo nec successio .

Aris. 8. Phyl. 10.

I T E M. Vbi est prius , ibi est aliqua expectatio respectu eius , quod posterius est , & non dum habitum est : sed in beatis perfecte nulla cadit expectatio , quia euacuantur omnino fides , & spes : & habent omne , quod habituri sunt : ergo nullo modo est ibi prius , & posterius .

C O N T R A. Hiero. ad Marcellam. Tantum Deus est , qui non nouit fuisse , uel futurum esse :

omnis ergo creatura in sui esse habet praeteritionem , siue fuisse , & fore ; ergo habet in sui duratione successionem. I T E M. Ans. in P. sal. tractans illud uerbum , Dominus regnabit in aeternum ; & ultra dicit : quod hoc dictum est , non quia post aeternitatem sit aliquid : sed quia Dei aeternitas , quae tota simul est , excedit aeternitatem creaturae , quae non omnino est tota simul : ista est sententia : ergo idem , quod prius .

I T E M. Ratione uidetur . Unitas angelica deficit ab unitate diuina : ergo simplicitas aeternitatis creatae a simplicitate eternitatis increatae : si ergo hoc uerum est , habet ergo compositionem aliquo modo : sed compositio in duratione ponit prius , & posterius , ergo &c. I T E M. Hoc ipsum uidetur : quia mensura durationis angelicae non est ipse angelus , immo differt ab angelo sicut mensura a mensurato : sed mensura secundum ueritatem est in genere quantitatis , & talis est diuisibilis : ergo habens partes ; ergo &c. S I T V dicas , quod est quantitatis principium , sicut punctus . Contra . Punctus non habet complete rationem mensurae , sed est principium mensurae : aeuum autem uere , & proprie est mensura : ergo non potest esse , sicut principium .

I T E M. Angeli duratio est infinita : si ergo est tota simul , & in actu , ergo aliquod creatum est infinitum actu : sed hoc est impossibile : ergo &c. I T E M. In eo , quod habet totum esse simul , id est esse fuisse , et esse , & futurum esse : sed quod fuit , impossibile est cogitari non fuisse , si intelligatur fuisse : ergo

Ca. 18. & mo. nolo. 18. Psal. 9.

Infrim. gr. h. Sco. 1. d. 2. q. 1. ibi. h. dicitur

si aeterno idem est fuisse , & fore , ergo impossibile est cogitari non fore : hoc autem falsum est , quia hoc est proprium solius Dei : ergo &c. I T E M. Si totum esse est praesens , ergo non differt esse , & fuisse : ergo quod nunc non est , nunquam fuit , & si fuit , est . Sed Deus non potest facere , quod fuit non fuisse : ergo non potest facere aeternum non esse ; sed hoc manifeste falsum , ergo &c. I T E M. Si totum esse aeterni simul est , & tota duratio sine priori , & posteriori : ergo non est ibi magis longum & minus longum : ergo anima Petri , nec prius , nec diutius fuit in gloria , quam anima B. Francisci : sed hoc manifeste falsum est : ergo &c.

R E S O L U T I O .

Aeuum , quod spiritualia mensurat successiuam mensura est ; habens prius & posterius alio tamen modo , quam tempus , id est absque inuolutione & nouitate .

R E S P O N D E O. Dicendum , quod circa hoc duplex fuit opinio . Quidam enim dixerunt , quod eum est totum simplex , sicut & illud , quod & mensurat esse substantiae aeternae , & eius duratio est tota simul non habens successionem prioris & posterioris . Vnde dixerunt eum non esse proprie quantitatem ; sed in genere quantitatis solum esse per reductionem ; unde simplex est extensio : sed tamen est quantum uirtute ; & adeo quantum , quod sua uirtute excedat omne esse temporale ad similitudinem eternitatis increatae . Nam sicut anima simplex est quantum ad quantitatem molis , tamen propter suam uirtutem , & simplicitatem est

in qualibet parte sui corporis ; sic in proposito intelligendum est . Sed (sicut in opponendo tactum est) si quis ponat aeuum omnino simplex , ponet ex hoc non esse ueram mensuram : ponet etiam durationem creatam actu infinitam : ponet etiam durationem creatam a Deo eternam , quod nec Deus destruere , nec intellectus possit cogitare non esse : quae omnia cum non sint intelligibilia , faciunt praedictam positionem nec esse rationabilem , nec intelligibilem . Et ideo cum sanctorum auctoritates illud uideantur sonare : est aliorum positio probabilior , & intelligibilior , quod in aeuo est ponere prius , & posterius : & est ponere aliquam successionem , aliam tamen successionem , quam in tempore .

In tempore enim est successio cum uariatione : & prius & posterius cum inuolutione , & renouatione . In aeuo uero est prius & posterius , quod dicit durationis extensionem : quod tamen nullam dicit uarietatem , nec inuolutionem . Et per hanc distinctionem ad omnia obiecta incontrarium facile est soluere , si quis eam intelligat . Quod si forte quaeratur : quomodo posset esse prius , & posterius sine nouitate circa esse . Dicendum , quod sicut uidemus , quod aliter egreditur fluuius a fonte , aliter radius a sole : sic in proposito uidemus . Nam riuulus sic egreditur a fonte , quod noua aqua semper exit , non eadem ; radius a sole continue egreditur : non quia semper nouum aliquid emittatur , sed quia quod emissum est continuatur ; unde solis influentia non est aliud , quam continuatio

Non probatur Sco. haec positio. d. 2. q. 2

Illud exemplum Sco. q. 2. d. 2. cuius respons.

tinuatio dati. Similiter in motu, & in esse rei mobilis aliqua proprietas habita amittitur, uel non habita acquiritur; sed in esse rei æternæ, quod primo datum est per continuam Dei influentiam continuatur. Nulla enim creatura est omnino actus, nec aliqua eius uirtus; unde continue indiget diuina uirtute cooperante. Ideo, & si esse totum habeat, tamen continuationem esse non habet totam simul; & ideo est ibi successio sine aliqua inuolutione circa esse, uel proprietatem absolutam; tamen ibi est uera continuatio respectu cuius creatura habet esse quodam modo in potentia, ac per hoc habet successionem. Deus igitur solus, qui est actus purus, est actu infinitus: & totum esse, & posse sui esse simul hêt. His uis de facili soluentur obiecta.

Quod enim obiicitur de præterito, et futuro, & de transitu. Dicendum breuiter, quod intelligitur de istis, ut dicunt uarietate. Quod obiicitur, quod non differt esse, & posse. Dicendum, quod uerum est de posse ad esse, quod non differt, id est, quod non distat; motus enim, & tempus facit distare; in solo autem æterno uerum est, quod potentia omnino sit actus, non in aliqua creatura. Quod obiicitur, quod substantiæ simplicis proprietas non potest esse composita. Dicendum, quod uerum est, si illa proprietas habeat compositionem partium, uel entium: nunc non est sic; immo de æuo nunquam est nisi nunc, sicut & de tempore dicitur. Et ita bene potest esse in simplici, ut in composito; unde tantam exten-

sionem hêt duratio unius gran-
mili, sicut & unius montis.
Quod obiicitur, quod prius & posterius reducitur ad permanens. Dicendum, quod uerum est, quod ad permanens reducitur; sed non oportet, quod ad prius & posterius permanens. Empyreum. n. durationem hêt æternam, & æque simplex est, sicut ratio angeli, ergo prius, & posterius in partibus permanentibus non facit aliquid ad hoc. Quod obiicitur de nouo, et ueteri, iam patet; quia nihil est ibi alterationis; est tamen ibi incrementum durationis absque omni alteratione absolutæ proprietatis. Verum. n. est dicere, quod diutius fuit anima Petri, quam quando in gloriam introiuit; sed tamen non ita est circa Deum; non. n. diutius durauit hodie, quam ante heri. Quod obiicitur de expectatione. Dicendum, quod sicut est successio non per noui acquisitionem; sed per prius dati continuationem; ita etiam est expectatio non noui habendi, sed continuationis prius habiti: quod quia iam habent, & certi sunt se habituros; ideo potius dicitur tensio, & comprehensio, quam expectatio; & sic patet illud.

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An æuum precedat aliquo modo tempus?



ONSEQUENTER queritur de mensura substantiæ spiritualis in comparatione ad mensuram rei corporalis. De qua tria queruntur. Primum est, utrum æuum precedat tempus aliquo proprietatis genere. Secundum

Secundum, utrum inter æuum, & tempus cadat mensura mediæ naturæ. Tertio, utrum res corporales, & spirituales, siue æuiternæ, & temporales fuerint simul productæ.

Quod æuum sit prius tempore ostenditur per illud Boetii de consolatione loquentis ad Deum. Qui tempus ab æuo ire iubet: sed tempus ire ab æuo non potest intelligi, nisi uel ratione causalitatis, uel durationis, uel excellentiæ, quia deficit ab æuo: ergo uidetur omni modo intelligendum, quod æuum, sit tempore prius. Item. Omnis motus, & mutatio ad immobilem reducitur tanquam ad prius; ergo, & mensura rei mobilis, ad mensuram rei immobilis: ergo & tempus ad æuum tanquam ad prius. Prima consequentia manifeste est uera: quia omne fluxibile ad instans, tanquam ad prius reducitur. Secunda consequentia tenet secundum rationem proportionis: quia sicut se habet mensura ad mensuratum, sic mensura ad mensuram; ergo, &c. Item. A priori & posteriori in magnitudine, causatur prius & posteriori, in motu: et a priori, & posteriori, in motu causatur prius, & posteriori in tempore; ergo per naturam est prior magnitudo, & magnitudinis esse, quam sit esse temporis: sed esse substantiale primi corporis mensuratur æuo, motus uero tempore; ergo æuum prius est tempore. Item. A æuum fuit a principio creaturæ, sicut & angeli: sed tempus cepit cum motu primi mobilis, qui incepit (ut dicitur) die quarto, uel saltim ante secundum diem

non incepit; ergo æuum duratione præcedit tempus.

CONTRA. Beda dicit quod quatuor fuerunt primo creatæ, & inter illa enumerat tempus: æuum autem non numeratur inter primo creatæ, & fuit creatum; ergo posterior. Item. Ricardus de sancto Victore dicit, & accepit ab Augustino, quod omne, quod cepit, cepit ex tempore, sed æuum cepit; ergo cepit ex tempore: sed quod incipit ex tempore, non antecedit tempus: sed potius consequitur, uel comitatur; ergo æuum non potest esse ante tempus. Item. Tempus est mensura mutationis: sed æuum est mensura esse stabilis, & fixi: ergo cum ante esse creatum præcedat ipsa creatio, quæ est mutatio; ergo tempus est ante æuum. Item. Prius est, quod imperfectum est, deinde quod perfectum: sed tempus est mensura secundum esse imperfectum, quod est esse in potentia: æuum uero secundum esse actuale, & completum: ergo tempus per naturam est, ante æuum. Queritur igitur de ordine temporis ad æuum, & e converso.

RESOLVTIO.

Æuum propriissime sumptum, & duratione & dignitate tempus præcedit: At proprie consideratum dignitate præcellit, sed duratione coexistit.

RESPONDEO. Dicendum, quod tempus accipi contineatur quadrupliciter in scripturis sanctorum, scilicet communissime, communiter, proprie, & magis proprie. Communissime tempus dicit mensuram cuius. Bon. Lib. 2. E iusti-

Lib. 3.
poesi.
p.

presup
ponit
hic. S.
Bona.
Enum.
aliquid
existit
secundum
se ab
æuiter-
no: quod
Sco. in
2. di. 2.
q. 3. re-
fellit;
appel-
las enim
ipsum
actualem
angelicam
fictiã.

sup. b. p. d. 7. f. 5

iuslibet durationis creatæ, per quæ modum accipitur a Beda, cum dicit, quod quatuor fuerunt primo creatæ, inter quæ enumerat tempus. Communiter: sic dicit mensuram mutationis cuiuscunque, siue illius, quæ est de non esse in esse, siue alterius, quæ est de uno esse in aliud: & sic accipitur illud, quod dicit Richardus, quod omne quod cœpit, ex tpe cœpit, & h̄r in Gl. in prin. Gene. In principio creauit Deus cœlum, & terram, scilicet temporis. Tertio modo accipitur proprie: & sic dicit mensuram uariationis successiuæ, siue sit successiuæ successione regulari, & continua: siue non, & sic dicit Aug. ad Orosium. Affectiones uariæ angelorum mensurantur tempore, & omnis uariatio rerum. Quarto modo accipitur magis proprie, & sic dicitur mensura motus, siue uariationis successiuæ, & continuæ, & regulatæ secundum regulam motus octauæ spheræ: & sic consueuit accipi a Philosopho: sed ista est coarctata tēporis acceptio. Cum ergo quaeritur de ordine, dicens, quod si tempus accipiatur primo modo, sic includit æuum: & sic temporis ad æuum nullus est ordo. Si autem secundo modo: sic tempus præcedit æuum secundum rationem intelligendi, sicut creatio esse creatum. Si autem tertio modo, æuum, & tempus simul sunt duratione: sed æuum prius est dignitate. Si autem quarto modo: sic æuum præcedit tempus & duratione, & dignitate. Ex his patet quaestio principalis, & obiectiones adductæ pro magna parte. **Q**UOD enim ob-

4. Phy.
100. &
inde.

icitur, quod æuum præcedit tempus, intelligitur, uel tertio modo, & ita præcedit dignitate: uel quarto modo, & ita duratione. **Q**UOD tamen obiicitur, quod præcedat causalitate. Dicendum, quod illud non oportet: neutra enim harum mensurarum est ab alia: sed a Deo producente utrumque indiuisibile, scilicet nunc æui, & nunc temporis. Vnde quod dicitur, quod tempus exit ab æuo, hoc dicitur: quia deficit ab illo, & defluit continua deperditione: sed in æuo est fixio sine deperditione, & noui acquisitione. **Q**UOD obiicitur, de reductione ad immobile. Dicendum, quod uerum est a parte motoris: & illud non oportet esse creatum: & similiter mensuram non oportet esse creatam: & ideo non oportet tempus reduci ad æuum sicut ad prius. **A**D ILLUD, quod obiicitur de priori, & posteriori magnitudinis, & motus & temporis. Dicendum, quod non cautatur a priori, & posteriori in magnitudine, prius, & posterius in motu, uel tempore, nisi secundum quod magnitudo illa est mobilis: & sic habet mensurari per nunc tēporis, non æui: nam sicut tempus mensurat motum, sic nunc temporis mensurat ipsum mobile in quantum mobile. **Q**UOD ultimò obiicitur, patet quod procedit in quarta acceptio- ne temporis. Rationes uerò ad oppositum procedunt de tempore secundum primam acceptio- nem, uel secundam, sicut patet aspicienti: excepta ultima quæ accipitur in comparatione imperfecti ad perfectum. Ad quæ respondendum, quod imperfectum præ-

præcedit perfectum: uerum est, ubi sunt circa idem: sed circa diuersa est econuerso. Et ideo potius potest argui ad oppositum, quod ad propositum per illud mediū.

QUÆSTIO. II.

An inter tempus, & æuum sit alia mensura media?

VTRUM inter tempus, & æuum sit aliqua mensura media. Et quod non uidetur primo per Philosophum, qui diuidit substantias mensuratas, in Lib. de causis sic. Quod inter substantiam, cuius substantia, & actio est in momento æternitatis; & substantiam cuius substantia, & actio est in momento temporis, est substantia media: cuius substantia est in momento æternitatis, & actio in momento temporis. Si ergo omnis substantia creata ad aliquam istarum habet reduci, & ad has mensurandas sufficiunt tempus, & æuum: ergo &c. **I**TEM. Hoc ipsum uidetur per Dionysium de di. no. Aeni proprietates esse sine alteratione, & secundum totum metiri: temporis uero, quod in alteratione est aliter, & aliter se habens: media uero entium, quæ illinc quidem æuo, illinc tempore participant. Ergo omnia, quæ sunt, uel totaliter æuo, uel totaliter tempore, uel partim æuo, & partim tempore mensurantur: ergo non est tertia mensura alia ab his. **I**TEM. Omne creatum, aut est stabile, & incorruptibile, aut uariabile, & corruptibile: sed primum mensuratur æuo, & secundum tempore: ergo nihil est medium inter æuum, & tempus. **I**TEM. Esse omnis creati: aut est terminabile, aut interminabile. Si est ter-

Author
libri de
causis,
propositio.
31.

cap. 10

minabile: sic mensuratur tempore: quod est principium corruptionis, quia facit distare quod est. Si uero interminabile: sic æuo: ergo non uidetur quod sit aliquod tertium mensurans præter hæc duo.

CONTRA. Ante quartam diem non erat tempus, quia dicitur in factio- ne luminarium, Erunt in signa, & tempora, & dies, & annos. Et constat quod non solum erat æuum, cum essent aliqua corporalia, ut herbae, & arbuta: ergo erat alia mensura: ergo, &c.

ITEM. Post diem iudicii non erit tempus, secundum quod iurauit angelus in Apoca. & erit successio, & uariatio in tormentis, quæ non poterit æuo mensurari: ergo necesse est mensuram tertiam ab his ponere. **I**TEM. In affectionibus angelorum est intensio, & uariatio, & ipsi sunt supra tempus, sicut dicitur in Lib. de causis: ergo mensura illa affectionum est supra tempus: sed non potest esse æuum, cum in æuo non cadat uariatio: ergo oportet, quod sit in alia mensura.

ITEM. Angelus cum conuertitur ad Deum, eleuatur supra tempus: ergo & illa conuersio, & illud quod in illa conuersione accipitur, supra tempus est, & mensura supra tempus debet mensurari: sed angelus ibi aliquid cognoscit, quod potest desinere cogitare saltem: ergo illud non potest mensurari æuo, quod est mensura rei interminabilis, nec tempore: ergo &c.

RESOLVTIO.

Datur quidem; tum re, tum ratione differens ab extremis.

RESPONDEO. Dicendum, quod secundum

E a cundum

eūdem quōd tempus diuiditur contra æuum in duabus, scilicet acceptionibus ultimis prius positis, dupliciter pōt accipi, aut. s. prout dicit mensuram cuiuslibet durationis uariæ, siue uariationis successiuæ. Et sic inter æuum, & tempus non est mediū re, sed solū ratione: nō (inquā) est medium differens ab utroq; in genere mensuræ, sed medium in genere mensuratorum participantis utrunque, ut est illa substantia, quæ est in confinio eternitatis, & temporis: & sic procedunt omnes rationes ad primā partem, ut patet aspicienti de facili. Aliter uerō accipitur tempus prout est mensura uariationis, in qua est successio habens continuationem, & regulationem a motu orbis primi: & hæc mensura habet finē, & desinet esse: Et inter hanc, & æuum est ponere mediam mensuram, in qua est uariatio, nec oportet, qd sit desitio, uel primi motus regulatio, cuiusmodi fuit in triduo conditionis rerum, & qualis erit in inferno post diem extremū. Et hæc ab antiquis doctoribus appellata est sæculum: et hoc cōcludunt rationes ad oppositum: et sic patet totum.

QVÆSTIO III.

An spirituales, & corporales substantia simul create sint?

VTRVM spirituales substantiæ, & corporales sint simul creatæ. Et uidetur, qd sic. In Genesi. In principio creauit Deus, &c. Glo. 1. Corporalem, & spirituale naturā. ITEM. 12. Cōfessio. c. 12. Duo inuenio, quæ fecisti carēntia temporibus: unum quod tua immutabilitate perfruitur:

alterum quod ita informe erat, ut ex forma, in quam formam mutaretur, non haberet. ITEM. Ratione uidetur. Constat qd angeli nō sunt creati sine loco, quia tunc unus nō haberet ordinē ad alium secundum existentiam: oportuit ergo, fieret empyreū; & iterum illius concavitatis non potuerat esse uacua; ergo &c. ITEM. Distinctio dierum attenditur secundum distinctionem rerum corporalium; ergo productio ex nihilo præcedit omnem diem; ergo cum materia rerum corporalium sit ex nihilo producta, sicut & natura angelica: quemadmodum natura angelica est ante tempus, similiter uidetur qd materia: & si hoc, ergo in principio durationis; ergo simul.

CONTRA. Eccle. 1. Prior omnium creata est sapientia: cōstat qd loquitur de sapientia non diuina, sed quæ est creata: hæc autem est angelus, ut dicit Glosa. Si tu dicas, quod prius est dignitate: obiicit de Hilar. 12. de Trin. Quid magnum, ut ante omnem creaturā Deus dominū nr̄m Iesum Christum genuerit, cum & angelorum origo elementi creatione reperiat antiquior? ITEM. Hoc uidetur rōne, quā facit Isid. In rerū conditione primaria cōditus est locus penarū, sed Deus non pparauit pœnā innocenti: ergo diabolus peccauit ante productionē rerū. ITEM. Videtur, qd nō simul potuerunt, quia nulla uirtus maior est infinita: sed ad productionē unius creaturæ necesse est uirtutē infinitā exponi; ergo si ad hunc effectum requiritur uirtus infinita, & infinito nihil

nihil plus pōt: ergo uirtus illa nō pōt pro tpe illo alteram effectū producere. ITEM. Simplex ad quod se conuertit, totaliter se conuertit; ergo si diuina uirtus est simplicissima: cum se conuertit ad aliquē effectum pducendum, impossibile est, qd ad aliud se cōuertat: & ita qd alia producat: ergo impossibile est, qd simul plura producat. ITEM. Queritur quare tñ ista quatuor dicuntur primo esse creata. Ad p̄dictorū intelligentiā notādum, qd sicut extrahitur a Glosa. quatuor fuerunt primo creata. s. cœlum empyreum, angelica natura; materia prima, & tempus. Huius autem ratio duplex potest assignari: una quia in principio debuerunt prima in omni genere creari, scilicet in rebus, & mensuris, & in rebus corporalibus, & spiritualibus, & in corporalibus actiuis, & passiuis. Quoniam igitur prima inter substantias spirituales est angelus, prima inter substantias corporales actiuas est empyreum, & prima inter passiuas est materia elementorum, & prima inter mensuras est tps, quia non tñ dicit mensurā durationis, sed et egressionis: & ideo hæc quatuor dicuntur primo creata. Alia rō pōt reddi, qd substantia spiritualis angelica primum debuit fieri tanq̄ caput, & minus dependēs, & cū facta fuit simul habuit distinctionē & ordinem: sed ordinem existentie nō habuit nisi in aliquo continente: ergo simul factū est cœlum empyreum supremū corpus; & ideo capacissimum. Rursum. Cum non posset esse uacuū, necesse fuit fieri materiam cor-

poralē, siue molē: & quia omnis productio est in aliqua mensura, hæc tria de necessitate consequitur tempus.

RESOLVTIO.

Quantum ad mensurarum concomitantiam quatuor hæc simul primo creata sunt: Angelus, cœlum empyreum, materia prima, & tempus.

CONCEDENDVM igitur, quod quatuor sunt primo creata, & qd angelica natura, & corporea simul sunt creatæ quantum ad mensurarum concomitantiam, quia simul cœpit duratio materiæ, & intelligentiæ, sicut probatū est.

QUOD obiicitur, qd prior omnium, &c. Dicendum, qd sicut dicit August. in si. 12. Confess. Prius dicitur quatuor modis. s. æternitate, tēpore, electione, origine. Aeternitate Deus præcedit omnia, tēpore fructum, electione fructus florē, origine tonus cātum. Prioritate ergo durationis, nec corporalis natura ante angelicā, nec ecōuerso: prioritate autem electionis, siue dignitatis prior oīum creata est sapientia. Ad auctoritates Hilar. & Isido. Dicendum, qd ipsi loquuntur scdm̄ illam positionem, quæ posuit creationem tempore præcedere distinctionem. Vnde in principio tēporis Angelus, & materia sunt creatæ: sed res non fuerunt distinctæ usque ad tertium diē. Vel potest dici, qd Hilar. loquitur secundum opinionē, & Isid. de prioritate scdm̄ p̄uisionem. **Q**UOD obiicitur, qd Deus totam potentiā exponit ad productionē unius rei. Dicendum, qd quāuis totā exponat, non tñ totaliter exponit. Virtus. n. diuina nō

tantum dicitur infinita, quia pos-
sit de non ente facere ens: sed et
quia non potest tot, quin possit
plura: unde nunquam tot simul
producit, quin adhuc possit plu-
ra: unde potest (quantum est de
se) infinitum intensione, & ex-
tensione: & ideo non ualet illud.
Quod obiicitur de simplici: il-
lud habet locum cum illo sim-

plici, in quo simul est simplici-
tas, & finitas: sed de illo, quod
simplex est, & infinitum simul,
& semel, ueritatem non habet.
Illud enim & si ratione simpli-
citatatis totum se conuertat ad id,
ad quod se conuertit, tamen ra-
tione immensitatis nunquam se
totaliter ad effectum producenda
conuertit.

DISTINCTIO SECVNDA.
PARS SECVNDA.

Vbi Angeli fuerunt creati.

Lu. 10.



Am est ostensum, quando creata fuerit angelica
natura, nunc autem attendendum est ubi facta
fuerit. Testimonijs quorundam authoritatū eui-
denter monstratur Angelos ante casum fuisse in
caelo, & inde corruisse quosdam propter superbiam, alios uero,
qui non peccauerunt, illic persistisse, unde dominus in Euan-
gelio ait, Videbam satanam tanquam fulgur de caelo caden-
tem. Nec appellatur hoc caelum firmamentum, quod secun-
da die factum est, sed caelum splendidum, quod dicitur empy-
reum, id est, igneum a splendore, non a calore: quod statim fa-
ctum Angelis est repletum, quod est supra firmamentum,

Gen. 1.

& illud empyreum quidam expositorum sacrae scripturae
nomine caeli intelligi uolunt, ubi scriptura dicit, In princi-
pio creauit Deus caelum & terram. Caelum (inquit Stra-
bus) non uisibile firmamentum hic appellat, sed empyreum,
id est, igneum uel intellectuale, quod non ab ardore, sed a
splendore dicitur, quod statim factum repletum est Ange-
lis. Unde Iob, Vbi eras, cum me laudarent astra matutina?
&c. De hoc quoque Beda ita ait. Hoc superius caelum, quod
a uolubilitate mundi secretum est, mox ut creatum est, san-
ctis Angelis impletum est, quos in principio cum caelo &
terra conditos testatur dominus dicens: Vbi eras, cum me
laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?
Astra matutina & filios Dei eosdem Angelos Dei uocat.
Caelum enim, in quo posita sunt luminaria, non in principio,
sed secunda die factum est. Ex his liquet, quod in empyreo

Iob. 38
Super
Gen.

A

omnes Angeli fuerunt ante quorundam ruinam: simulque
creati sunt Angeli cum caelo empyreo, & cum informi ma-
teria omnium corporalium.

Quod simul creata est uisibilium rerum materia, & inuisi-
bilium natura, & utraque informis.

Simul ergo uisibilium rerum materia & inuisibilium na-
tura condita est, & utraq; informis fuit secundum aliquid,
& formata secundum aliquid. Sicut enim corporalium ma-
teria confusa, & permixta (quae secundum Graecos dicta est
chaos) in illo exordio ordinationis primariae & formam con-
clusionis habuit, & non habuit formam distinctionis & di-
cretionis, donec postea formaretur, atque distinctas reciperet
species: ita spiritualis, & angelica natura in sua conditione
secundum naturae habitum formata fuit: & tamen illam,
quam postea per amorem & conuersionem a creatore suo
acceptura erat formam, non habuit, sed erat informis sine
illa. Unde Aug. multipliciter exponens praemissa uerba Ge-
nesis, per caelum dicit intelligi informem naturam uita spi-
ritualis, sicut in se potest existere non conuersa ad creato-
rem, in quo formatur: per terram, corporalem materiam
sine omni qualitate, quae apparet in materia formata.

Lib. de
Gen. ad
literam
c. 1. et li.
12. cōf.
cap. 9.

Quomodo dixerit Lucifer, Ascendam in caelum, & ero
similis altissimo; cum esset in caelo.

Hic quaeri solet, si in caelo empyreo fuerunt Angeli sta-
tim ubi facti sunt: quomodo (ut legitur in Esaia) dicit Lu-
cifer, Ascendam in caelum, & exaltabo solium meum, &
eros, similis altissimo? Sed ibi caelum uocat Dei celsitudinem,
cui parificari uolebat: & est tale, Ascendam in caelum, id est
ad aequalitatem Dei.

Esa. 14.



VPRA ostendit Ma-
gister, quando An-
geli fuerunt creati:
in hac parte ostendit
ubi fuerunt creati, quia, si in caelo
empyreo. Et diuiditur pars ista
in tres partes. In prima determi-
nat ubi creati fuerunt. In secun-
da uero repetit, quando creati
fuerunt. ibi. Simul ergo uisibilium,

&c.) In tertia uero remouet du-
bitationem, ibi. Hic quaeri solet in
caelo, &c.) Et sic circa duo uersa-
tur intentio partis praesentis. scilicet
ca loci angelici quidditatem, &
quantum ad actum locandi, siue offi-
cium, quod dicitur habere caelum
empyreo respectu Angelorum.

Choc de angelis intelligi. Sed

Dub. 2.

E contra

contra hoc est, quod dicit Dama. Tradunt sibi consilia sermone sine uoce prolato: si ergo angeli non loquuntur, ergo non laudant. Item. Angeli sunt substantie spirituales: ergo non habent organa corporalia: ergo nec uocem possunt formare. Item. Vox formatur ex percussione, & fractione aeris: si ergo in empyreo non est aer, ergo non uis, quod possit ibi esse uox, nec sonus, ergo nec laus, non solum ab Angelis, uerumetiam, nec ab hominibus beatis. Si dicas, quod intelligitur de laude mentali, non uocali. In contrarium sunt reuelationes sanctorum, qui audierunt multas auras. Maximè exemplum est in B. Martino, quem audiuit quidam uir sanctus cum laudibus ferri in caelum. In contrarium est et auctoritas Esa. 6. Clamant alter ad alterum, &c. Et in Apoc. 4. Requiem non habebant. Item. Ratio uidetur illud persuadere, quod ibi erunt organa uocum: quia in hoc maxima est iocunditas, & in hoc manifestatur diuina gloria: ergo uidetur, quod laus uocalis erit in patria. Resp. Dicendum, quod super hoc non habetur certitudo, nec per auctoritates, nec per cogentes rationes. Cum enim utraque pars sit probabilis, utraque tenet a diuersis. Quidam namque dicunt, quod in caelo empyreo non erit nisi laus mentalis tam ab Angelis, quam ab hominibus beatis. Tum quia non competit loco, tum quia non competit locatis, maximè angelis: & si angeli sunt monstrati laudare uocaliter, hoc fuit per uisionem imaginariam, non corporalem: nec oportet huiusmodi corporalem laudem esse: quia tanta erit mentalis, quod haec locum non

habebit. Aliis magis placet, quod laus uocalis erit in patria quantum ad homines, qui habebunt organa: ut sic non solum auras laudet Deum, uerumetiam & linguas & totus homo feratur in laudem diuinam. Et si quaeratur, quomodo hoc possit esse: dicunt, quod uel illa uocis formatio non erit per spirationem, & respirationem, sed per aerem, quasi naturaliter erit beatis contemplatus: sicut patet in quibusdam animalibus, ut in apibus. Vel certe ita deseruiet empyreum glorificatis, sicut aer corporibus non glorificatis. De angelis uero dicunt, quod quia incorporei sunt per naturam propriam, non competit eis nisi laus mentalis. Unde Grego. Laus angelorum est in ipsa admiratione contemplationis. Sed quia angeli dum ministrant nobis, corpora assumunt ad nostrum solatium: & in illa loquuntur, & uoces formant ad nostram instructionem aliquando: & est in illis uocaliter Deum laudant ad nostram consolationem. Quaecumque parte neatur: satis plana est solutio obiectorum. Et quaecumque istarum positionum teneatur: planum est, quod textus Iob intelligitur de Angelis bonis, qui dicuntur astra per fulgoris matutini cognitionis, quam habent in uerbo: & de laude mentali, quantum ad exultationem, quam habent de Deo.

Asiendam in caelum, &c. Cum Lucifer esset in empyreo, uidetur, quod ultra empyreum sit aliud caelum. Si tu dicas, quod non est aliud caelum corporale, sed spirituale. Contra. Extra ultimum caelum corporale nihil est, quia est continentia uisibiliu & inuisibiliu: ergo uidetur, quod non sit aliud caelum spirituale

ultra

ultra empyreum, quoniam est sit aliud corporale. Item. Christus sedet a dextris Dei, & B. Virgo est exalata super omnes choros angelorum: & tamen Christus, qui B. Virgo est in caelo corporali: ergo si angeli sunt in empyreo, uidetur, quod ultra empyreum sit aliud caelum corporale: ergo non intelligitur de spirituali. Queritur igitur, si ultra empyreum est caelum spirituale, quid sit: quid contineat: & per quanto dicatur caelum. Resp. Dicendum, quod caelum est nomen impositum corpori secundum suam impositionem: & corpus, quod est sursum, dicitur caelum, quia est continentium, secretum, & getum: & quia haec triplex proprietas reperitur in celsitudine diuinitatis: ideo dicitur caelum. Est enim ampla immensitate uirtutis, secreta profunditate cognitionis, quieta tranquillitate delectationis. Hoc enim caelum est, ad quod Lucifer ascendere uoluit, quia ad hanc celsitudinem. Hoc est superius omni caelo, non situ, sed dignitate: & maius est omni caelo, non extensione, sed ex sua immensitate, per quam est extra omnia non exclusus, sicut dictum est in 1. Lib. In hoc autem caelo sunt solum tres personae. scilicet pater, & filius, & S. S. qui soli sunt omnino, & perfecte aequales, omnia autem creata, siue corporalia, siue spiritualia intra empyreum sunt. Quod obiicitur de Christo, quod sedet a dextris. Dicendum, quod hoc si dicatur secundum diuinam naturam, dicitur per omnimodam aequalitatem. Si autem secundum humanam, sic dicitur sedere a dextris, quia in posterioribus bonis patris, unde in empyreo ceteros excellit tamen angelos, quam homines, & loco, & dignitate. Post ipsum credimus B. Virginem super

omnes alios. Deinde ceteri ordinantur secundum dignitatem ipsorum. Huius autem imaginatio faciliter potest haberi, si quis imaginetur aues in aere, & pisces in aqua: sic in empyreo intelligenda sunt collocari corpora, quia corpus illud multum habet de altitudine, sicut & alii caeli. Unde non debet quis imaginari, quod ibi sint beati, sicut in solario: nec tamen intelligendum est, quod unus sit directe super caput alterius: sed sicut si esset mons rotundus, & aliquis esset in culmine, & aliquid circumcirca: sic potest aliquis imaginari (qui melius nescit) dispositionem beatorum in caelo empyreo, & Christi. Vix tamen potest aliquis imaginari, quod perueniat ad cogitandum dispositionem per eum modum, per quem est, & ideo magis est desideranda, quam in imagine describenda. Nota tamen, quod in dispositione caelorum siue numero, uidentur contradicere Doctores sacrae scripturae philosophis. Nam philosophus sphaeras octo esse dicunt, Doctores aliqui ix. ponunt, aliqui octo, aliqui vii. caelos, & ideo sibi ipsis uidentur contrariari. Ratio autem huius contrarietatis haec est, quia philosophi nihil de empyreo sunt locuti, nihil etiam de igne, & aere quando loquuntur de caelis. Scriptura sacra aerem etiam caelum appellat, & aquas supra caelum, & ipsum empyreum, & ipsum Deum. Ratio autem diuersitatis inter Doctores ex hoc euenit, quod quidam numerant caelum spirituale cum corporalibus, ut Beda. Quidam uero omittunt ultimum. Quidam diuidunt firmamentum

in

in duos, s. in cœlum sydereū, & planetarum, quidā coniungunt simul. Similiter quidā diuidunt aeriū in duos, qdā cōiungunt: si militer de igneo: Tñ scđm maiorē cōputationē, nouem ponunt cœli; largissime accipiēdo, s. aerium, etheriū, igneum, olympium, cœlum planetarum, firmamentum, aqueum, empyreum, & cœlum trinitatis. Horum aut sufficientia patebit infra.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An cœlum empyreum sit, & cuiusmodi sit?



D intelligentiam huius partis, quę est de loco creationis angelorum, cuiusmodi ē empyreum cœlū, circa duo incidunt dubitatio. Prima circa naturam empyrei in se. Secunda in quātū hēt locare spiritus sublimis. Circa primū q̄runtur duo. Primū est quantū ad q̄dditatē naturę. Secundum quātum ad uirtutem influentię.

De cœlo empyreo quantum ad quidditatem naturę q̄ritur. Vtrum cœlum empyreum sit: & si sit, cuiusmodi naturę sit. Et q̄ sit, uidetur. In quolibet genere mobile p̄supponit immobile, q̄a oē fluxibile ad fixum terminatur: sed corpus cœli syderei est mobile: ergo supra illud de necessitate est ponere ulterius corpus, quod sit immobile, hoc aut dico empyreum. Si rvdicas, quod nō req̄ritur, q̄a motus circularis est circa locū, & non req̄rit immobilitatē nisi a parte medii. Contra. Totū cœlū mouetur. Tunc quæro de ulti-

ma superficie cœli, utrū moueatur: cōstat q̄ sic: sed oē mobile est in loco, q̄a nō q̄reretur motus, nisi esset locus: ergo &c.

ITEM. In quolibet genere multiforme p̄supponit uniforme, sicut multa p̄supponunt unum: sed cœlum sydereū est multiforme: ergo uita illud, & supra ē corpus uniforme, hoc aut dicimus empyreum: ergo &c. **ITEM.** In quolibet genere, in quo est ponere in firmum; & mediū, est ponere supremū: sed gradus in corporibus attenditur secundū gradus perspicui, & lucis. Sed inuenitur corpus opacū simpliciter, ut terra, & simpliciter, & secundum totū opacū: ergo si cōplementū est in corporibus, dēt esse corpus simpliciter, & secundū totum luminosum, hoc dico empyreum: ergo &c. **ITEM.** Habitatio habitationi dēt respōdere: ergo cū aliq̄s locus tenebrosus dānatis debeat: ergo p̄ oppositū v̄r, q̄ lucidus debeat beatis.

CONTRA. Q̄d non cōueniat uniuerso, quod illud sit corpus uniforme, v̄r: quia corpora mundi principalia creata sunt ordinata, & ornata: ergo cum ornatus cōsistat in maiori distinctiōne, & pulchritudinis additione, impossibile est corpus illud esse uniforme. **ITEM.** Lux se diffundit scđm oēm differentiam positionis: ergo sursum, & deorsum: sed lux solis maxime est diffusionis inter corpora mundi. Hic sursum se diffundit, cū nō habeat obstaculū: ergo cū nō se habeat semp̄ uniformiter, modo illuminat unam partē empyrei, modō aliā: ergo corpus illud non est uniformē ī luminositate, ut v̄r.

Item.

ITEM. Quod non conueniat esse aliquod cœlum immobile, videtur, quia oē cœlū necessario est sphericę figurę, sicut probat Philosoph. & rei veritas est: sed spherica figura apta est omnino motui: ergo omnē cœlum, eo ipso quod cœlum, est mobile: ergo &c. **ITEM.** Quod propinquius est motori, citius & velocius mouetur: sed corpus supremū est tale: ergo nō solum moueri, sed etiam velocissime moueri cōpetit sibi. **ITEM.** Hoc nobilitatis est in cœlo, ut moueāt, vnde orbis primus, s. cœli stella ei mouetur velocius, & ratio huius est, ut assimilietur suo motori. Sed quātō aliquod corpus superius, tāto nobilius, & motori similius, & tanto mobilius: ergo si empyreum est v̄tra firmamentum: ergo non est immobile.

RESOLVTIO.

Credamus ex sanctis scripturis cœlum empyreum esse sine stellis, figurę sphericę v̄siforme, immobile, & apprimē luminosum: ita ut beatorum sit conueniens habitaculum.

RESPON. Dicēdum quod quāuis sancti parū loquātur de hoc cœlo, quia latet nostros sensus & Philosoph. adhuc minus: tamē ponere est cœlū empyreum, sicut dicit sacra scriptu. In principio crea. de cę. & ter. Strabus exponit de empyreo, & hoc probat per literam sequētem, quia firmamentum & cœlum aqueū facta sunt secundo die. Et Damasc. hoc exponit. In principio crea. Deus cęl. id est, sine stellis sphericę formę. Ponendum est etiā illud cœlū, quia persuadet ratio finis triplex. Vna est perfe-

ctio vniuersi, alia est p̄pter motum firmamenti, tertia principalis propter habitationem hominis beati. Et quoniam finis imponit necessitatem his, quę sūt ad finem, propter perfectionem vniuersi necesse est ipsum esse v̄siforme. Quia cū sit cœlū luminosum difforme, si non esset cœlum v̄siforme, non esset vniuersum completū. Propter motum firmamenti ponendū est ipsum immobile, ut motus mobilis fiat circa immobile s. centrum, & intra continens immobile, & locum s. empyreū. Propter habitaculū hominis beati ponendum est ipsum luminositatis perfectę, ut habitatio congruat suo habitatori. Ex his ergo colligitur, quare sit factum, & cuius sit dispositionis inter alios cęlos, q̄a v̄siforme, & immobile, & luminositatis p̄fectę.

Quod obiicitur quod nō uniforme, quia non ornatū. Dicēdum quod ipsa lux propter suā nobilitatē, est sibi ornatus: quoniam ergo corpus illud est luminosum per totū, alio ornatu nō indiget. Vel pōt dici, quod sicut illud cœlum decoratū est astris: ita illud angelis, qui sunt quasi astra cœli empyrei: iuxta illud Job. 38. Cum me laudaret astra matutina. Et iterum. Astra eius erūt homines beati, & quasi sol eius erit agnus Dei. **Q**uod obiicitur, q̄ sol diffundit lumen in ipsum empyreum. Dicēdum quod illius corporis non est recipere lumen maius ab inferioribus. Et ratio huius est limitatio uirtutis a parte solis, quia nihil agit ultra terminum sibi q̄deo constitutum. Vnde sicut ignis

Habetur in glo. ordinaria

ignis stat cum peruenit ad orizonta, nec ultra progreditur; & terra cum peruenit ad cētrum: ita Solis radii non protēduntur extra firmamentum, quia lucerna est huius uisibilis orbis. Alia rō est, quia maior influentia absorbet minorē. & ideo tanta illius cęli est influentia, qđ ad ipsum non peruenit minor, sicut cędela nō illuminat solē. Quod obiicit, qđ est mobile, qđ sphericū, & motori propinquū. Dicendū quod ad motū non sufficit spherica figura: sed ēt necessarius est (ut dicūt aliqui) locus cōtinens: & rōnabile uť. Necessarius ē ēt absq; dubio effectus, uel utilitas mobilis, uel alterius. Qm̄ ergo cœlum illud nō est in alio, quoniam est uniforme per totū, per sui motū nihil faceret: & ideo est immobile. Similiter, qđ est uniforme, non hēt moueri, quia nō habet dextrū, & sinistrū. Sed prima rō de immobilitate non hēt multā necessitatē: cū motus circularis (secūdū Philo.) nō reqrat locū in quo: sed circa quē. Scđa de utilitate nō similiter, qđ similiter possēt dici de aqueo: eodē modo t̄ tertia. Pręterea. Dextrū & sinistrū sunt in cęlo nō rōne diuersitatis partiū, sed rōne influētię motoris: & illud satis facilliter p̄batur: qđ dextrū, & sinistrū non mutantur, quāuis oēs partes cęli mutētur. Et ideo rō quare nō mouetur est, qđ Deus non influit super ipsum ad motū: sed ad quietē tantū, & sicut influētia Dei mouet firmamentū, sic quietat empyreū. Rō at̄ huius est: quia locus illē est regio deputata his, qđ in omnimodo sta-

statu sunt, & quiete: & ita patet qđ non magis appropinquat motori, ut est motor, sed ut est stabilis. Ex hac ratione s. qđ est, ut sit locus beatorum, accipit triplex eius proprietas. Simmobilitas, uniformitas, & luminositas. Et hęc est rō magis catholica, quia ēt motus cęli stellati non est nisi p̄ obsequium hominis uiatoris: uñ numero electorum cōpleto, nō erit amplius reuolutio. Rōnes aut̄ Phi. quę assignantur de motu cęli, apud fideles plus habēt uanitatis, quā ueritatis, si quis diligentter aspiciat. Quod enim obiicit de assimilatione. Rñderi pōt, quod illa cā nulla ē: sed impletio numeri electorum. Vel dicendū, quod est assimilatio ī effendo, & ē assimilatio ī causando. Verbū Philo. non hēt ueritatē primo modo, qđ Deus, & motor cęli ē immobilis: sed scđo modo p̄ sui motū est cā gnationis. Quia ergo empyreū nō magis assimilaret in causando, si moueretur, & esset minus simile ī effendo: ideo simpliciter dicendum est immobile, & sic patent omnia.

QVÆSTIO II.

An cœlum empyreum influat in hæc inferiora?

DE empyreo quantum ad uirtutem influentię. Et queritur utrum empyreum influit in hæc inferiora, an non. Et quod sic uidetur. In quolibet creato, qđ est perfectum, & cōpletum; est substantia, uirtus, operatio; ergo in ipso empyreo. Si ergo habet uirtutem, aut operatur in id quod supra, uel in id qđ iuxta, uel in id quod infra. Nō in id quod supra, planum est: nec in id

id quod iuxta, qđ ipsum est supra omnia corpora. ergo uť, qđ per illam uirtutem influit in id quod infra: aut uirtus & substantia eius erit ociosa, quod est plane incōueniens. **ITEM.** Omnia corpora p̄ humanū obsequiū sunt facta: unde sumus nos finis quodāmodo oīum eorum, quę sunt: ergo si empyreum aliquid est, in aliquo seruit hōi: sed hoc non faceret nisi aliquid in hæc inferiora influeret: ergo &c. **ITEM.** Quanto aliquod corpus situ est superius, tātō inter corpora nobilius est: & quanto nobilius, tanto potentius & melius: & quanto potētius, & melius, tātō in agendo, & influēdo efficacius: si ergo cœlum empyreum est supremū: ergo uť qđ sit maxime influens in hæc inferiora. **ITEM.** Quātō lumē ē maius, tantomagis se diffundit & multiplicat: si ergo empyreū inter corpora est luminosum maxime, ergo maxime diffusiuū: sed lumen illud non priuat̄ efficaciam uegetandi, & conseruādi; quēadmodum nec lumē firmamētū: ergo uť, qđ empyreum in hæc inferiora magis sit influēs.

CONTRA. Influentia cęlestis corporis maxime cōsistit in diffusionē luminis, & caloris: sed empyreum nō calefacit, qđ nō est in motu: nec ista corpora inferiora (sicut patet) irradiat: ergo uť qđ nulla sit influētia empyrei in hæc inferiora. **ITEM.** Corpora, qđ sunt infra firmamentum, sufficienter influunt ad uegetationē, & gnationē in his inferioribus faciēdā: ergo si natura nihil frustra facit, uidet̄ qđ alterius cęli influētia nulla sit,

cum nullius sit oportunitatis. **ITEM.** Influentia cęli dēt esse cōformis ei, a quo est: dēt ēt nihilominus esse conformis ei, in quo recipitur: sed cœlum empyreum est in corruptibile, uniforme, quietissimum, statui, & quieti glorię deputatum: hęc at̄ qđ infra sunt, hñt oīno oppositas cōditiones: ergo uť qđ nullo mō super corpora inferiora influere habeat. **ITEM.** Si influit super corpora, aut ergo ad nobiliore efficitur, quā sit influentia octauę spherę, aut ad minus nobiliore aut ad eundē effectum. Ad eundē nō oportet. Ad minus nobilē non decet, cum illud corpus sit nobilius. Ad magis nobilem nō p̄t: ergo nullo mō influit. Probat̄ o. Qđ nō possit in magis nobile uť. Nā (sicut philosophi uolunt, & cōiter tenēt uiri philosophici) influētia cęli ē operans ad p̄ductionē aīę sensibilis: sed supra aīam sensibile nō est nisi rōnalis. Hęc at̄ nulli corpori ē subiecta, imo ē a creatione pura: ergo nullo mō p̄t eminētiore influētia, quā supra aīam sensibile: & supra hęc influit firmamētū sufficienter cū his qđ sunt infra: ergo uť quod nulla sit influētia empyrei existētis supra. **SITV** dicas, quod influit nō ratione animę in se, sed rōne dispositionis a parte corporis. **Cōtra.** Anima rōnalis unī mediāte ui sensitua, & uegetatiua; & corpus disponit ad susceptionē aīę mediante cōplexione æquali, & spiritu triplici, scilicet naturali, & animali; & ad hæc omnia influit hoc cœlum sydereum sufficienter: ergo redit idem quod prius.

RESOLVTIO.

Cœlum empyreum cum maximum in virtute sit, in hæc inferiora aliam vim habet: Sicut quia maximum est mole, eadem omnia continet.

R. S. P. Dicendum, quod circa hoc duplex fuit opinio. Quidam namque dixerunt, quod cœlum empyreū influit in hæc inferiora, & influētia nobilissima: cum enim sit corpus, necesse est influentiam suam (si quæ est) esse corporalem. Rursus. Cum sit excellentissimum inter corpora cœlestia, influit super corpora nobilissima, & talia sunt corpora humana, quæ sunt ordinata ad nobilissimam formā, scilicet ad animam rationalem, quæ maiore, & nobiliore dispositionem exigit in sua materia. Cum igitur natura lucis disponat ad uitam, & triplex sit uita scdm triplicem differentiā animæ, differens gradu & dignitate, tres Deus condidit cœlos ordinatos inter se gradu, & dignitate, nō solum naturæ, sed etiā influentiæ: ita quod cœlum sydereum de se ordinatur ad conciliationem elementorū, ad susceptionem uegetabilis: crystallinum ad susceptionem sensibilis: sed empyreum ad susceptionem rationalis. Et hoc quidē rationabile uidetur, non solū ratione ordinis influentiæ, sed et ratione conformitatis naturæ. Cœlum enim empyreum est locus spiritualium substantiarū, locus etiā corporū glorificatorum. Et quoniam conueniētia est loci ad locatum, vel manifesta, uel occulta, uidetur influentia illius cœli esse consona cor-

poribus nostris & animabus amica, non ratione sui, sed ratione suorum corporū, quæ perficiunt, & informant. Alia uero opinio fuit circa hoc oīno isti contraria, quæ dixit, quod cœli empyrei in hæc inferiora nulla est omnino influentia, quia nō habent corpora influere nisi secundum ordinē conditoris, habito respectu ad finem. Quoniā ergo empyreum ad perfectionē uniuersi est conditum, ut sit locus beatorū: ideo regio, & lux est a nobis semota, & occulta, sicut & ipsa gloria, quam per gratiam expectamus, & amamus, & credimus, licet nō uideamus. Et ideo dicunt, quod empyreū non est ad obsequium hominis in præsentī: sed ad obsequium perpetuum: nec melioratur, sed uniformiter ī sua dignitate subsistit. Et ideo rationes adductæ ad influentiam ostendēdam in hæc inferiora secundum hos nō ualent, quia ordinatio illius corporis ad aliud officium secundum dictamen, & imperiū conditoris, huiusmodi influentiam non admittit, & hoc solum oēs rationes illas dissoluit. Quelibet harum opinionum satis est probabilis: quæ autem sit magis uera, non plane patet. Quis enim nouit, si Deus illi cœlo hanc occultam influentiā dedit super corpora nostra, tum ratione nobilitatis, tum ratione cōformitatis, hoc non est (ut credo) facile refellere, nec per uolentiam auctoritatis? nec per efficaciam rationis. Rursus, quæ sit necessitas huius influentiæ, nec ratio, nec auctoritas manifestat, cum satis uideatur sufficere a horum inte-

inferiorum corporū influentia: ideo in neutram partē oīno declinando, dicēdū uidetur, quod cum cœlum empyreū sit primū creatū inter corpora, quod est maximū mole, & uirtute. Quia est maximum mole, omnia corpora: locat per ambitum, & continentiam. Quia maximum uirtute, cætera uegetat, & conseruat per suam influentiam. Omittēdo igitur istam influentiā, quā dicitur habere sup humana corpora, sustineri pōt quod aliquē effectum, & aliquam influentiā habeat super oīa corpora inferiora, tanquā primum creatum super sequētia, & rationes adductæ ad hoc sunt concedendæ.

Q. V. D. ergo obiicitur de influentia luminis, & caloris. Dicendū quod influentia luminis potest esse dupliciter, uel manifesta, uel occulta. Manifesta influentia est per diaphanum corpus, maxime quando sensu percipitur. Occulta influentia est non solum per diaphanum corpus, sed etiam per opacū: sicut uirtus stellarum est in mineris, quæ latent sub terra. Vel pōt dici quod est influentiā mediata, & immediata; & possibile est quod influentiā cœli siderei uigoretur ex adiunēto luminis superiorū cœlorum, & uirtutem susceptā de superius deriuat, & transmittat ad hæc inferiora: & uidetur nobis esse propria, cum tamen nō sit propria: sed etiam aliena. Et per hoc patet aliud, quod nō est causa sufficiens uirtus inferiorum cœlorum, nisi per adiunētum superiorum. **Q. V. D.** obiicitur de conformitate. Dicendū, quod cōformis est natura spiritus,

qui disponit ad uitā ipsi luci cœlesti quantum ad puritatem, & hac rōne nata est recipere: sed non oportet in omnibus consonare. **Q. V. D.** obiicitur, utrū ad nobiliorem effectum. Dicendū (secundū primam opinionē) quod ad nobiliorem effectū, quia ad generationem spiritū, quod sunt dispositio ad susceptionem animæ rationalis. Et si tu obicias, quod non sunt alii, quam illi quod disponunt ad sensibilem. Dicendum, quod etsi non sint omnino alii secundum formam, tamen sunt puriores, & excellentioribus, & nobilioribus potētis naturæ ministrare: secundum quam etiā rationem nobiliorem oportet esse cōplexionem, & organizationem tā humani corporis, quam brutalis. Potest tamen sustineri, quod ad eosdē effectus influunt, nec tamen alterum eorum superfluit: quia uirtus cœli interioris, & influentia adiuuat per uirtutem superioris: & uirtus superioris operatur mediante uirtute & influentia inferioris: ideo neutrum superfluit: sed ad hæc inferiora conseruanda, & perficienda uirtus utriusque concurrat.

ARTICVLVS II.

QVÆSTIO I.

An angeli sint in loco corporeo?

Consequenter circa secundum articulū quæruntur quatuor. Primum est, utrum substantiæ spirituales sint in loco corporeo. Secundum est, utrū angelus sit ī plurib. locis simul, aut tantum in uno. Tertiū est, utrum sit in loco punctali, an composito

composito. Quartum est, utrū plures angeli possint esse in eodem loco primo.

VTRVM loci corporalis sit lo-
care angelos. Et quod sic ui-
detur. Dicit Strabus. Statim ut
factum est cœlum empyreum,
repletum est angelis. **IT E M.** Da-
mas. Cœlum est continentia uisi-
bilium, & inuisibiliū (loquitur
de empyreo) ergo &c. **IT E M.**
Omne creatū est de uniuerso :
ergo est intra primū continēs,
siue ultimum corpus: sed supre-
mum corpus ambiens dī empy-
reum: ergo omnis creatura con-
tinetur infra ipsum: ergo & an-
gelicus spiritus. **IT E M.** Nulla
substantia operatur nisi ubi est
uirtus eius: sed nulla uirtus po-
test elongari a substantia nisi
distantia proportionabili. Nam
uirtus infinita nullo modo elō-
gatur: uirtus finita non pōt elō-
gari nisi finite: ergo necesse est
angelum esse in loco. ybi opera-
tur, uel prope. Ergo cū opera-
tur in loco corporali (ut pater i cor-
pore, quod mouet) ergo ibi est,
uel in loco proximo est: ergo si
locus maxime aptus cōtempla-
tioni est empyreū, uidetur qđ
ibi sit. **IT E M.** Spiritus maligni
in eodem loco tormentorū ha-
bebunt collocari, in quo & ho-
mines dānati, sicut dicitur Mat.
25. Ite maledicti &c. ergo ab op-
positis, uel a simili. Econtrario
angeli in beatis hominibus in
eodem loco corporali erūt: sed
locus aptus hominibus beatis
est ille, qui prādictus est, s. cœ-
lum empyreum, quod est supre-
mū, quietū, clarum, uniforme,
& spaciosum: ergo &c. **IT E M.**
Maior requiritur proportio p-

Refer-
tur in
glosa or-
dinaria
Gene. 1
ibi in
princi-
pio crea-
uit De-
us &c.

fectionis ad perfectibile, quam
locari ad locum: sed uidemus,
quod substantia spiritualis, adeo
potest proportionari corpora-
li, & econuerso, qđ una unitur
alteri ut perfectio, ut patet in
homine: ergo multo fortius pōt
una uniri alteri, ut locatum lo-
co. Ergo cum cœlum empyreū
sit nobilissimū corporum sim-
plicium, uel erit in angelo, uel
angelus in eo: sed ipsum nō est
in angelo: ergo econuerso.

S E D C O N T R A. Boetius de
Hebdomadibus. Cōmunis ani-
mi conceptio, quæ omnibus ui-
detur, est: incorporeum in loco
non esse. **IT E M.** Grego. Locus
animæ Deus est: sed non est spi-
ritualior locus animæ, & ange-
li: ergo si Deus est locus aī; &
angeli. **IT E M.** Ratione uī. Quia
loci ad locatum est mutua indi-
gentia, sicut patet: locatum. n.
indiget loco suo, ut terra cētro:
& locus etiam indiget locato,
unde refugit uacuitatem: & im-
possibile est, qđ locus sit sine lo-
cato, quin aliquid impleat indi-
gentiam loci: sed cœlū empyreū
non indiget angelis, nec aliquis
locus, nec similiter angelus lo-
co: qđ oī corpore circūscripto,
adhuc angelus remaneret, & se-
cundum substantiā, & secundū
operationem, quæ est contēpla-
tio: ergo nullo modo est locus
angeli. **IT E M.** Locus habet in-
fluentiam, & potentiam super
locatum: unde superiora nobi-
liora locāt minus nobilia: sicut
paret ex hoc, qđ aqua terrā, aer
aquam, & sic de aliis: sed corpo-
rale non habet influere in spiri-
tuale, nisi secundum ordine iu-
stitiæ, sicut in anima peccatrice

In libel
lo. An
oī, qđ
est; bo-
nū sit.

uel spiritu: ergo spiritus nō ha-
bet locum in corpore, nisi per
culpam. **IT E M.** Omne locatum
habet pondus, & inclinationem
ad locum: sed Augu. dicit: quod
est pondus in corporibus, hoc
est amor in spiritibus: sed incli-
natio amoris angelici est ad bo-
num spirituale, non ad locum
corporalem: ergo non habent
locari corporaliter, sed solum
spiritualiter.

RESOLVTIO.

Quæquam angeli spiritus sint; quia
tamen substantie limitate sunt;
cœlo empyreo locatur: cum ita
uniuersi ordo ex postulat.

R E S P O N D E O. Dicendum, qđ cœ-
lum empyreum locat angelos,
& est locus angelorū: sicut pro-
bant rationes ad primam partē.
Ad intelligentiam autem obie-
ctorum. Dicendum qđ locus ha-
bet triplicem comparationē ad
locatum. Comparatur enim pri-
mo in ratione continentis: scēū-
do in ratione mensurantis: ter-
tio in ratione conseruantis. Cō-
tinet enim ut uas: sed mensurat
ut quantitas: sed conseruat ut
natura. Secundum hanc triplicē
habitudinem sunt in loco sub-
stantie finite corporales, & cor-
ruptibiles. Quia finite, & limi-
tate: sunt in loco continente.
Quia corporales: in mensuran-
te. Quia corruptibiles: in loco
conseruante. Secundum duas
comparationes primas, quæ sūt
continere, & mensurare, sunt in
loco substantie finite, & cor-
porales, sed incorruptibiles: se-
cundum primam uero, quæ est
continere, sunt in loco substan-
tie finite spirituales, & incor-
ruptibiles, ut angeli. Et hoc di-

cō in loco corporali: nā angelus
habet locum spirituale, & cōier-
uantē. s. Dei uirtutē: locū mēsu-
rantem, siue circūscribentē pro-
prię substantiæ, & uirtutis limi-
tationē, siue clausuram: locum
uero continentem, non tantum
spirituale, sed et corporale. Rō
aut quare angeli continētur lo-
co, siue aliquo ambiente, est or-
dinatio partium uniuersi. Si. n.
non haberent aliquid cōtinens,
non esset eorum existentia or-
dinata ad inuicem: quia non or-
dinē habent in creatione, eo qđ
creata sunt simul; nec haberent
ordinē unus ad alterū: hoc aut
non decet uniuersum, nec sum-
mum opificē. Rō aut quare con-
tinentur loco corporali, duplex
est. Vna est limitatio ipsius spi-
ritus creati. Cum. n. spiritus in-
creatus, qui Deus est, habeat in
se simplicitatē, per quam est in-
tra oīa, & immensitatem p quā
cōtinet oīa: & est extra oīa, cōi-
cat illas conditiones creature ea-
tenus, quatenus nata est recipe-
re: unde simplicitatē cōicat spi-
ritus: sed spiritus non potuit re-
cipere uirtutem continentie.
Quia. n. simplicitas eius est fini-
ta, ideo est hic, & nunc: & quia
non habet partem, & partem,
ideo secundum totum est hic &
nunc: & ideo non potest habe-
re uniuersalem capacitatem re-
rum. Corpus aut, quia compo-
situm est, & habet partes innume-
rabiles, non potuit participare
simplicitatem, sed pp partium
extensionem potuit recipere ca-
pacitatem: ideo Deus fecit unū
corpus nobilissimum, quod es-
set natura omnia ambire: & ex-
tra quod omnino nihil esset, &

hoc est empyreum, & ideo necesse est angelum esse intra ipsum. Alia ratio est, quia in solo corpore est distinctio hic, & ibi. Quia enim creaturae ceterae ordinem habent in mundo, distinctionem, & positionem habent secundum gradus positionum: & ita quod una est hic, & alia ibi: una iursum, & alia deorsum: & in solo corpore est potentialis distinctio secundum hic, & ibi.

Scot. 9. Ideo iter creaturas soli corpori debet dari uniuersalis potentia locandi: & respectu uisibilium, & inuisibilium: ut sic uniuersum esset unum in omnibus suis partibus ordinatum. Et sic patet ratio duplex, quare data est corpori potentia locandi spiritum, & spiritum contineri a corpore. Hoc enim exigebat ordo uniuersitatum: propter limitationem spiritus creaturati, tum quia in solo corpore distinctio est secundum hic, & ibi. *Ad* Concedenda sunt igitur rationes monstrantes, quod caeli empyrei est locare angelos.

Quod ergo obiicitur in contrarium, primo, quod incorporeum non est in loco. Dicendum, quod non intelligitur de esse in loco, sicut mensuratum in mensura. Quod obiicitur, quod locus angeli, & animae Deus est. Dicendum, quod intelligit de loco conseruante, non de loco diffiniente. Et iterum hoc non cogit: quod si Deus est locus animae, quod nihil creatum locet spiritum. Quod obiicitur, quod loci ad locatum est mutua indigentia. Dicendum, quod uerum est de his, quae locantur propter defectum sui: sed non est uerum de his, quae locantur propter seruandum ordinem uniuersum. Vn

de si quaeratur: utrum lapis possit esse extra caelum, dicendum quod non, tum propter suam indigentiam, quia non haberet locum conseruantem: tum quia non patitur hoc ordo uniuersum. Sed de angelo quod caelum non exeat, non est ratio loci corporalis indigentia, sed corporis ultimi uniuersalis continetia: secundum quod uniuersum est perfectum & ordinatum. Ad alias duas rationes patet responsio: quod proceditur de esse in loco tanquam in conseruante: ratione cuius ponitur influentia in locante, ponitur etiam inclinatio in locato: iste autem modus essendi in loco non conuenit angelo.

QUESTIO II.

An angelus simul, & semel in pluribus locis sit: uel in uno tantum?

VTRUM vnus angelus simul, & semel sit in pluribus locis, an tantum in uno. Et quod in pluribus uidetur. Primo per Augustinum, qui dicit, Quod angelus ibi est, ubi uult in Libro de Ciuitate Dei: sed existens in caelo, uult esse in terra: ergo existens in caelo, est in terra: ergo simul est in pluribus locis. *IT E M.* Damasc. dicit, quod ibi est, ubi operatur: sed angelus, uel est, uel potest esse motor caeli: & motor operatur super totum mobile: ergo vnus angelus in utraque parte circumferentiae caeli potest esse simul, & semel: ergo si magis distat una pars circumferentiae ab alia, quam caelum a terra: patet &c. *IT E M.* Quanto aliquid simplicius est, tanto in pluribus reperitur. Et ratio huius est: quia tan

to magis recte sita coarctatione, & magis appropinquat ad diuinum esse, quod ubique est. Ergo si angelus inter creaturas maxime ad Deum appropinquat: uidetur quod simul, & semel in pluribus locis esse possit: sicut uniuersale propter suam simplicitatem est ubique, & semper. *IT E M.* Glorificatus spiritus non habet cogitationes uolubiles, immo potest per donum gloriae simul multa cogitare: sed intellectus per naturam in unico instanti, non aspicit, nisi ad unum intelligibile, & per gloriam simul uidet multa: ergo pari ratione uidetur quod angelus glorificatus simul possit esse in locis diuersis. *IT E M.* Corpus nunquam potest eleuari, nec per gloriam, nec per unionem, ut sit excelsius spiritu glorioso: sed corpus Christi per gratiam unionis potest esse in locis diuersis: ergo pari ratione (ut uidetur) & angelus gloriosus.

CONTRA. Ambrosius in Libro de Spiritu sancto. Omnis creatura certis suae naturae est circumscripta limitibus: sed quod potest esse unum, & idem totum, & secundum actum, ita in hoc loco, quod etiam in alio, non est circumscriptum: ergo uel angelus non est creatura: uel si sit, in pluribus locis simul esse non potest. *IT E M.* Damasc. in Libro. Angelus dicitur esse in loco, quia adest intellectualiter, & circumscribitur ubi & operatur: non enim potest secundum idem in diuersis locis operari. *IT E M.* Si angelus simul esset in diuersis locis, non indigeret mitti, nec moueri: sed mouentur angeli, sicut pa

ter per scripturam uet. & no. te. ergo &c. *IT E M.* Si angelus simul, & semel esse posset in diuersis locis: simul & semel posset in uno loco tacere, & in alio loco loqui: in uno moueri, & in alio quiescere: ergo duo opposita simul, & semel essent uera de eodem. *IT E M.* Ponatur eundem angelum simul esse Parisiis, & Romae: quaero utrum de urbe Roma posset ire Parisios. Si non: quaero quid impedit: & non est dare. Si sic: sed nihil mouetur ad id quod habet: ergo non potest ire Parisios: aut si uadit Parisios, & ibi se inuenit: simul fuit prius praesens, & absens: & post, bis est ibi praesens: quae omnia sunt inconuenientia, & absurda, ergo &c.

RESOLVTIO.

In uno tantum loco angelus est: cum sit substantia indiuiduata, & limitata uirtute.

RESP. Dicendum, quod cum angelus habeat esse indiuiduatum, habet esse hic & nunc: quia uero habet esse limitatum, & uirtutem limitatam, habet esse in uno hic, siue in uno loco tantum. Quoniam ergo tam indiuiduatio, quam limitatio naturaliter, & inseparabiliter inest angelo: hinc est quod angelum simul, & semel oportet esse tantum in uno loco: & hoc dicunt auctoritates, & rationes probant: & ideo concedenda sunt pro eo, quod uerum concludunt.

AD ILLUD, quod obiicitur primo quod ibi est, ubi uult. Dicendum, quod illud non est dictum pro concomitantiam simulatis, quod in eodem instanti in quo est uelle esse, in quocumque loco sit esse:

angelus sed iō dictum est, quia esse in lo-
 in duo co uolito sequitur uelle sine mo-
 bus lo- ra t'pis magna, p'p uelocitatem,
 cis dis- angelicam, ut Dama. dicit. Seq̄t̄
 conti- ēt eē in loco tali uelle angeli ad
 nuis p- nutum: quia angelus non uult,
 potētiā nisi qd̄ cōpetit naturæ suæ. Vn
 diuinā de non uult ibi esse in instanti,
 positi sed in eo t'pe, in quo scit se pos-
 se, ab- se uenire: eo mō intelligendum
 que ut- est uerbum prædictum de cor-
 la repu- pore glorioso. AD ILLVD, qd̄
 gnātia obicitur: q' ubi est, operatur. Di-
 & con- cendū, q' operari alicubi est du-
 tradi- pliciter, uel mediātē, uel imedia-
 tione. tē. Immediātē: utputa aīa opera-
 tur in manu, sed mediātē manu
 aīa nauæ operatur in tota nau-
 ui: quia mouendo manū, mouet
 remonem: & mouēdo remonē,
 totam nauem mouet: nec tamē
 oportet q' sit in tota nauī: sed
 ubi operatur primō. Per hunc
 modū intelligendum est in pro-
 posito: q' & si angelus esset mo-
 tor cœli, uel mouens primo: mo-
 ueret illā partē, super quam eēt
 influentia motoris, & in illa eēt
 non in tota re mobili, uel mota.
 Sic ēt intelligendum est de an-
 gelis, q' subuerterunt Sodomā.
 AD ILLVD, qd̄ obicitur de sim-
 plicitate. Dicendū, q' esse sim-
 plex est dupliciter. Aut per pri-
 uationem partium cōponentiū
 in esse naturæ: aut per priuatio-
 nē partium continentium in eē
 diffinito siue in genere. Quādo
 ergo dicitur, quod quanto ali-
 quid simplicius, tanto in pluri-
 bus: hoc dicitur de simplicitate
 secundo mō, quam. .habet ge-
 nus respectu speciei, & ideo in
 pluribus reperitur, quā species.
 Cum aut̄ dicimus angelum sim-
 plicem, hoc est secundum aliud

genus simplicitatis: iō nihil ad-
 propositum. AD ILLVD, q' obii-
 cit de pluralitate cognoscibiliū;
 q' intelligit simul, & semel. Dicē-
 dum, quod non est simile dupli-
 ci rōne, q' a uis cognitiua magis
 efficitur deiform s p' gloriā, q̄
 uis motiua motu exteriori. Præ-
 terea aliud est, quia Deus exem-
 plar diuinum in glorificatis est
 rō cognoscēdi secundum rem,
 & essentiam, iō intellectus glo-
 rificatus multa cognoscit, ita
 quod non dispergitur, sed circa
 unum colligitur: sed angelū eē
 in pluribus locis hoc nō pōt eē
 per collectionē uirtutis ad unū
 locū, sicut intellectus ad unum
 primum cognoscibile, & iō non
 est consimile. AD ILLVD, quod
 obicitur de corpore Christi. Di-
 cendum, quod non est locus a
 minori, nec a simili: quia corpus
 Christi in pluribus locis est, q' a
 multa conuertuntur in ipsum.
 Et si quæras, quare magis con-
 gruit aliqua in ipsum conuerti,
 quam in aliud corpus. Ratio hu-
 ius est, q' a est cibus, i quo unū-
 tur, & reficiuntur oīa membra
 Christi. Et si quæras qualis ci-
 bus huiusmodi ē; eadē quæstio
 est de carbone, quare calefacit
 p'p conuersionem cum igne:
 sic caro Christi repleta est dele-
 ctatione, ut carbo ignis igne, &
 hoc rotum tactum est diffusus,
 in Primo Libro, & in Quarto.

QVÆSTIO. III.

An angelus sit in loco impartibili,
 uel punctali?

DE modo essendi angelum
 in loco. Et queritur, utrum
 sit in loco impartibili, siue pun-
 ctali. Et quod sic uidetur. Da-
 mas. dicit, q' angelus est in loco,

non

non figurally: sed intellectu-
 ter: cum ergo nihil ipius loci sit
 infigurabile, & intelligibile, nisi
 punctus, est in puncto. IREM.
 Proportio debet esse locati ad
 locum: sed angelus est simplex,
 & impartibilis: ergo ei debetur
 locus simplex, & impartibilis:
 sed hic est solus punctus loci: er-
 go &c. IREM. Ponamus angelū
 esse in loco, in quo minori non
 potest esse, quæro an ille locus
 est partibilis, aut impartibilis. Si
 partibilis: ergo cum angelus sit
 simplex, adhuc potest esse in mi-
 nori. Quod si non potest esse in
 minori, uidetur, qd̄ ille sit impar-
 tibilis: sed nihil est impartibile i
 loco nisi punctus: ergo &c.
 IREM. Quod recipitur in aliquo,
 recipitur ibi per modum recipiē-
 tis, non p' modum recepti: si er-
 go angelus est in loco partibili,
 est partibiliter; sed impossibile
 est angelum recipere partiti-
 onē: ergo &c. IREM. Si angelus ē
 in loco partibili tanquā in loco
 primo, aut ergo est totus in qua
 libet parte, aut est ita in toto, q'
 pars est in parte. Si totus est in
 toto, ita q' pars est i parte: ergo
 est partibilis. Si ita, q' in quali-
 bet parte totus; cū ergo ptes lo-
 ci sint multæ, erit in pluribus lo-
 cis. Si r'v dicas: q' est in omni-
 bus illis, tanquam in loco uno,
 sicut anima est in omnibus par-
 tibus corporis. Contra. Esto, q'
 corpus illud diuidatur, & locus
 est, in quo est angelus: constat,
 quod nihilominus potest esse in
 omnibus partibus, cum non pē-
 deat ex aliqua parte principali-
 ter. Et si hoc, cum sit ibi loco-
 rum multitudo, erit angelus in
 pluribus locis.

CONTRA. Punctus nec est
 locus, nec pars loci: ergo quod
 est in puncto, uel in loco pūcta-
 li, non est in loco. IREM. Pun-
 ctus (ut dicit Philosophus) est
 substantia posita, id est essentia
 habēs positionē: in quo differt
 ab unitate: ergo si angelus est in
 puncto scdm̄ proportionē pun-
 ctō conuenientē: ergo angelus
 hēt positionē: sed forma habens
 positionem in materia, non est
 motor sufficiens eius, in quo est:
 ergo &c. IREM. Si angelus est
 in pūcto primo: ergo influit uir-
 tutē supra punctum: ergo cum
 punctus sit improporcionabilis
 corpori, impossibile est, q' uir-
 tus eius se extēdat ad corpus: &
 ita nunquam mouebit corpus.
 IREM. Aīa est in toto corpore;
 sed hoc non facit unio, quia ex
 hoc ipso habet dependentiam,
 & ita arctationem: ergo hoc est
 ratione simplicitatis. Cum ergo
 angelus sit eque simplex, uel
 magis, q' anima: uidetur, quod
 multo fortius i maiori loco, uel
 æquali totus possit esse.

RESOLVTIO.

Angelus est in loco partibili tanquā
 in loco primo: & cum non sit sub-
 stantia extensa, est in toto totus,
 & totus in qualibet parte.

RESPOND. Triplex circa hoc
 fuit positio. Fuerunt enim qdā
 dicentes: q' angelus quāuis sit
 in loco corporali, non tamen est
 in eo corporaliter: sed spirituali-
 ter. Quoniā uerō nō est in loco
 situalliter: ideo nec secundum to-
 tum, nec secundum partem, nec
 secundū impartibile: quia nulla
 oīno est commensuratio angeli
 ad locū. Sed ista rō non intelli-
 gibilis esse v̄, quomodo. s. ali-

F 3 quid.

quid possit esse in aliquo, & dif-
finiri, & contineri, nec tamē pri-
mo immediate sit in toto, uel in
parte, uel in partibili. Omne. n.
quod est in aliquo loco toto, uel
est ratione totius, uel ratione a-
licuius partis. Et ideo fuit circa
hoc secunda positio. scilicet quod ange-
lus est in loco impartibili, siue
punctali. Et ratio eorū erat ista,
quia angelus habet materiā om-
nino differentem a corporaliū
materia secundum esse. scilicet quod
non est extensa. Unde cum ma-
teria sit simplex, ut punctus, de
se dicunt angelum habere sim-
plicitatem proportionalem pun-
cto, & ita in loco punctali. Sed
hęc positio falsa est, & non in-
telligibilis. Quidquid enim sit
de materia (sicut infra dicitur.)
Hoc tamen est uerum: quod omnis
locus corporeus est partibilis:
ergo sicut est oppositio in adie-
ctio dicere corpus impartibile, si-
ue punctale ita & dicere locum
punctalem. Et iterum. Cum pū-
ctus non sit locus, ponere ange-
lum in puncto est ipsum pone-
re non esse in loco. Et ideo est
tertia positio, quod angelus cū con-
tineatur a loco corporali, quod est
in loco partibili, tanquam in lo-
co primo: & quoniam non pōt
extendi in eo: ideo necesse est,
quod sit in toto: ita quod totus in toto,
& totus in qualibet parte. Et in
hoc est similis quodāmodo sim-
plicitas angeli simplicitati diui-
næ: sed deficit, quia angelus in
uno loco est, Deus autem ubi-
que. Et ex hoc dicit Io. Dam. quod
angelus est in corporali loco:
sed intellectualiter, non figura-
liter, quia hoc solum capit intel-
lectus, quomodo substantia ui-

Non ui-
detur
Sco. 5.
huius
omne re-
pugna-
re, quod
possit
esse in
puncto
et quod
possit
esse in
maiori,
uel mi-
nori lo-
co, &
sic pro-
blemati-
cus est
hic.

delicet tota sit in partibus, & to-
ta in toto: & ita patet responsio
ad uerbum Damasceni.

Quod obicitur, quod debet ef-
se proportio. Dicendum, quod non
oportet, quod sit proportio secun-
dum speciales condiciones, &
proprias angeli, & loci: quia an-
gelus non ponitur esse in loco
proprie: est tamen ibi proportio
quo ad finitatem, & limitatio-
nem: per quæ duo angelus diffi-
nitur, & est in loco, sicut enim
angelus habet uirtutem finitā,
& substantiam, sit locus eius ar-
ctatus, & limitatus est. Quod quæ-
ritur de hoc. Si angelus ponatur
in loco, in quo minori non pos-
sit esse. Dicendum, quod in hoc dif-
fert existentia angeli in corpo-
re, & animæ: quod anima, quia
est perfectio corporis nati uiui-
ficari uita rationali, & illud est
in, determinata quantitate: ideo
potest esse in corpore ita paruo,
quod non in minori: quia minus
non esset organizabile, & uiuifi-
cabile: angelus autem, quia non
est, ut perfectio, & simplex est,
quia in qualibet parte loci to-
tus: quantuncunq; parua est ra-
tio loci, saluatur in qualibet: &
ideo non potest accipi locus iste
ita paruus, quin adhuc possit ef-
se in minori: & ideo non est da-
ri locus, in quo minori non pos-
sit esse: est tamen dari locus, in
quo maiori non potest, sicut &
anima, quia hoc uenit ex limita-
tione. Sicut ergo in corporibus
status est in ascendendo: sed nū-
quam est ponere statum in di-
uidendo, nec unquam deuenitur
ad impartibile: sic intelligendū
est circa existentiam angeli in
loco. Quod obicitur, quod est per
mo-

modum recipientis, &c. Dicen-
dū, quod uerū est, ubi receptum de-
pendet a recipiente: sicut species
recipitur in organo, & recipitur
in intellectu: & existentia eius
depēdet ex eo, in quo recipitur:
& se habet ad illud, per modum
informantis. Hinc est, quod recipit
modum suæ existentiae ab eo,
in quo recipitur: non sic angelus
recipitur a loco: quia non pēdet
ex illo. Quod obicitur: si totus
sit in qualibet parte loci, cum
sint plura loca, &c. Dicendum,
quod totus est in qualibet parte,
nec tamen in pluribus locis: si-
cut nec anima dum uiuificat to-
tum corpus, non uiuificat diuer-
sa corpora: sed unum. Quod au-
tem obicitur: esto, quod corpus il-
lud, siue locus, in quo est ange-
lus diuidatur. Dico, quod si di-
uideretur in mille partes: dum
tamen partes non sequestrentur
longe ab inuicem, totus esset in
omnibus, & omnes essent ei u-
nus locus: quia nullam habet ra-
tionem ambiendi, uel diffiniendi
angelum: sed illud, quod cō-
plectitur omnes partes. Locus
enim non numeratur secundū
numerum corporum locantiū,
sicut patet, quia unum corpus
potest esse partim in aere, par-
tim in aqua, partim in terra: nec
tamen in tribus locis: sed in uno est.

QVAESTIO III.

An plures Angeli simul sint in eo-
dem loco?

Verum plures Angeli sint si-
mul in eodem loco primo.
Et quod sic, uidetur ratione multi-
plici. Et prima hęc est. Angelus
non est in loco corporaliter: sed
spiritualiter: ergo cum dicat
Philosophus 3. de anima, quod

anima locus est specierum, in
quo. scilicet sunt spiritualiter: similis
est modus existendi Angelum
in loco, & speciem in anima: sed
in anima simul possunt esse plu-
res species, ita quod una non est
in anima: ergo pari ratione plures
angeli in uno loco corporali.

Item. Angelus non est minoris
simplicitatis, quam punctus: sed
duo puncta possunt esse simul:
ergo plures angeli. Probatio mi-
noris. Philosophus dicit, quod con-
tigua sunt, quorum ultima sunt
simul: & dicit, quod simul sunt, que
cunq; in eodem loco primo sunt:
ergo cum contingat lineas con-
tiguari, & ita ultima esse simul:
ergo duo indiuisibilia sunt si-
mul. Item. Per aliud simile.

Quia angeli sunt lumina spiri-
tualia (sicut dicit Dion. sed lu-
mina corporalia, quæ sunt mi-
noris simplicitatis, & magis de-
pendent a loco corporali, simul
sunt (sicut dicit Diony.) & plu-
res species in eodem medio si-
mul sunt, sicut patet: ergo pari
ratione, immo a fortiori plures
angeli in eodem loco. Item. Ra-
tionalis anima magis appropriat
sibi corpus, in quo toto est: quod an-
gelus locum, quia maiori nexu
illi unitur: sed dæmō potest ob-
sidere, & esse in eodem corpore
cum anima: ergo &c. Item. San-
cti dicunt, & infra habebitur, quod
corpus glorificatum pertransit
per non glorificatum: ergo pos-
sunt simul esse duo corpora, er-
go multo fortius duo spiritus.
Si dicas, quod non ualet in
spiritibus, quia unus non est ma-
terialis respectu alterius, sicut
corpus non glorificatum respec-
tu glorificati: Obicitur tunc.

Aris. &
Phy. 10
Auer.
5. phy.
cō. 22.

Lib. de
diu. no-
minib.
c. 2. p. 1
in med.

Sint simul duo corpora anima-
ta, quorum unum sit glorifica-
tum, & alterum non: constat, quod
duæ animæ sunt simul: & tamē
una non est materialis respectu
alterius; ergo pari ratione duo
spiritus. **ITEM.** Spiritus rationalis
non occupat locum. Intelligimus
enim, quod locus sit uacuus
a corpore, & ponatur ibi
spiritus; nihilominus erit uacuus
sicut prius: & natus tantū
recipere, quantum prius: ergo
cū æque bene possit ibi esse cor-
pus: sicut si non esset spiritus, pa-
ri rōne uidet, quod alius spiritus.

*Hab. i.
Glo. or.
Gen. i.
in pri-
mis uer-
bis.*

CONTRA. Strabus dicit, & ha-
betur in litera: quod statim cū
empyreum est factum, repletum
est sanctis angelis: sed non est re-
pletum quo ad uacuitatem; ergo
quo ad ornatus totalitatem; ergo
loca distincta, & diueria
habent in empyreo: ergo si ita
eos produxit Deus, sicut nati sūt
esse: non ergo in eodē loco nati
sunt esse; sed in diuersis. **ITEM.**
August. de fide ad Petrum. In-
est singulis spiritibus natura; is
terminus, quo ad se inuicem di-
stinguuntur, & unus in altero nō
est: ergo si distincti sunt per ter-
minos naturales, impossibile est
eos esse simul, & in eodem loco
simul existere. **ITEM.** Locus di-
citur ad locatum relatione essen-
tialis: ergo cum multiplicato uo-
relatiuorum, multiplicatur &
alterum, quot sunt locata, tot
sunt loca, eodem modo quo lo-
cus dicitur ad locatum; ergo cū
locus angeli dicatur ad non lo-
catum per modum mensuran-
tis: sed per modum diffinientis;
ergo quot sunt angeli diffiniti,
tot sunt loca diffinientia. **ITEM.**

*4. Pby.
52. &
58.*

Sicut se habet locus ad locatū,
& econuerso; ergo sicut unum
locatum ad plura loca, ita unus
locus ad plura locata. Sed unū
locatum (ut angelus) non po-
test esse in pluribus locis; ergo
unus locus non potest esse plu-
rium angelorum; ergo &c.

RESOLVTIO.

*Plures ang. las in eodem loco primo
ess. non est possibile (si modo an-
geli locum occupent) idque pro-
pter ordinem uniuersi.*

RESPONDEO. Ad prædictam
quæstionem dixerunt aliqui, quod
angeli poterāt esse plures simul
nullo repugnante, & hoc pro-
pter suam simplicitatem, & pro-
pter hoc, quod locum non re-
plent ratione suæ spiritualitatis.
Vnde nec minuunt loci capaci-
tatem, quemadmodum nec lu-
mina, nec idola in medio, nec
species in anima: quæ in eodem,
& secundum idem sunt in mul-
titudine, nec tamen ponitur ido-
lum in idolo, nec lumen in lu-
mine: sic dicunt se habere in pro-
posito. Nec cogit obiectio de re-
pletione cœli, quia hoc dictum
est propter spirituum multitudi-
nem; nec de uirtute, siue loco
spirituali, quia semper distin-
guuntur propria uirtute & na-
tura; nec unus inhabitat alteri;
nec relatione; quia unius ad alte-
rum non est habitudo; nec de-
pendentia necessitatis, sed solū
cuiusdam congruitatis. Alii di-
xerunt, quod quamuis angelus
spiritualiter sit in loco; tamen
plures angeli in eodem loco si-
mul esse non possunt repugnante
habitudine distinctionis, quæ
est loci ad angelum. Sicut enim
duæ species albedinis in eadem
ani-

anima esse non possunt, non
propter hoc, quod repugnet re-
pletio, sed propter hoc, quod
repugnat ipsius animæ infor-
matio, quia informata specie
albedinis, non potest iterum
consimili specie informari. Si-
militer in proposito locus diffi-
niens aliquid, non potest aliud,
quod eodem modo est in loco,
diffinire; unde sicut unum
corpus non potest perfici a dua-
bus animabus; sic nec unus lo-
cus primus deputari duobus spi-
ritibus. Sed multo melius istam
quæstionem terminare possu-
mus, si respiciamus ad ratio-
nem, ob quam angelos poni-
mus in loco corporali; hoc enim
non est propter indigentiam
angeli, quia omni corporali lo-
co destructo, posset spiritualis
substantia permanere. Nec etiā
est propter indigentiam loci,
quia per præsentiam angeli nul-
la remouetur indigentia loci;
sed hoc est propter ordinem v-
niuersi. Quoniam igitur ange-
lus locum non occupat, ange-
lus indigentiam loci corporalis
non terminat; nec simpliciter,
nec in parte. Ideo quantum est
de spirituali natura eius, & loci,


nihil prohiberet plures spiritus
simul esse, sicut plura idola, uel
species in anima. Sed quoniam
ordo uniuersi si ita tollitur per
omnimodam indistantiam, si-
cut per distantiam infinitam;
sicut non patitur ordo uniuersi,
ut angelus infinite distet ab an-
gelo, immo omnes intra unam
circumferentiā cœli ultimi clau-
duntur sic nō patitur, quod angelus
in eodē loco primo simul sit cū
angelo. Ex his patent obiecta.

QVOD enim obicitur de
speciebus in anima, & punctis,
& luminaribus, patet respon-
sio, quod non est simile: pro-
pterea quod diuerse species diuer-
sas indigentias animæ complet; non
sic plures angeli indigen-
tiam loci. Amplius, non sic artē
ditur ordo in illis quantum ad
existentiam in loco, sicut in an-
gelis. **SIMILITER**, sequētia duo
non ualent; quia nihil est ibi,
quod repugnet ordini uniuers-
si: quia dæmon, & anima sunt
in corpore diuerso modo essen-
di, & corpus non glorificatum
est materiale respectu gloria-
ti. **VLTIMVM** uero concludit a
parte naturæ angeli; sed aliud
est, quod impedit.

DISTINCTIO TERTIA.

PARS PRIMA.

Quales creati sunt angeli.



A Cce ostensum est, ubi angeli fuerint mox, ut creati
sunt. Nunc consequens est inuestigare, quales fa-
cti fuerint in ipso primordio suæ conditionis. Et
quatuor quidem angelis uidentur esse attributa
in initio subsistentiæ suæ, scilicet essentia simplex, id est, indi-
uisibilis, & immaterialis; & discretio personalis, & per ra-
tionem

tionem naturaliter insitam intelligentia, memoria, & uoluntas, siue dilectio, liberum quoque arbitrium, id est, libera inclinanda uoluntatis, siue ad bonum, siue ad malum facultas. Poterant enim per liberum arbitrium sine uolentia, & coactione ad utrumlibet propria uoluntate desecti.

An omnes angeli fuerunt equales in sapientia, in essentia, in libertate arbitrii.


Hic considerandum est, utrum in sua substantia spirituali, et sapientia rationali, & libertate arbitrii, quæ oibus inerant, oēs aequales fuerint: ut sit prima consideratio de substantia, secunda de forma, tertia de potestate. Persona quippe substantia est: sapientia: forma: arbitrium: potestas. Et ad substantiam quidem pertinet naturæ subtilitas: ad formam uero intelligentiæ perspicacitas: & ad potestatem rationis uoluntatis habilitas. Ille ergo essentia rationales, quæ personæ erant, & spiritus erant, naturæque simplices, & uita immortales, differentem essentia tenuitatem, & differentem sapientiæ perspicacitatem, atque differentem arbitrii libertatem, & habilitatem recte habuisse intelliguntur: sicut in corporibus nonnulla differentia est secundum essentiam, ac formam, & pondus: quædam enim aliis meliorem, ac digniorem essentiam, & formam habent, & alia alijs leuiora, atque agilia sunt. Ad hunc ergo modum credendum est illas spirituales naturas conuenientes suæ puritati, & excellentiæ, & in essentia, & in forma, & in facultate differentias accepisse in exordio suæ conditionis, quibus alij inferiores, alij superiores Dei sapientia constituerentur, alijs maiora, alijs minora dona præstatis: ut qui tunc per naturalia bona alijs excellebant, ipsi etiã post per munera gratiæ eisdem præessent. Qui enim natura magis subtiles, et sapientia amplius perspicaces creati sunt, hi etiã maioribus gratiæ muneribus præditi sunt, & dignitate excellentiores alij constituti. Qui uero natura minus subtiles, & sapientia minus perspicaces conditi sunt, minora gratiæ dona habuerunt, inferioresque constituti sunt sapientia Dei, æquo moderamine cuncta ordinantis. In ipsa facultate arbitrii differentia animaduertenda est secundum differentem naturæ uirtutem, & differentem cognitionis, & intelligentiæ

uim.

uim. Et sicut differens vigor, & subtilitas naturæ infirmitatem non adducit, minorque cognitio sapientiæ ignorantiam non ingerit, sic libertas inferior nullam arbitrio necessitatis uoluntatem imponit.

Quæ communia, & equalia habuerunt angeli.

Et sicut in prædictis angeli differebant, & quadam communia & equalia habebant, quod spiritus erant, quod indissolubiles, & immortales erant, commune omnibus, & æquale erat: In subtilitate uero essentiæ, & intelligentiæ sapientiæ, & libertate uoluntatis differentes erant. Has distinctiones intelligibiles inuisibilium naturarum ille solus comprehendere potuit, & ponderare, qui cuncta fecit in pondere, numero, & mensura.



VPRA egit Magister, quando, & ubi creati sunt angeli. In parte ista ostendit quales facti sunt. Et quoniam qualitas angeli potest attendi, aut quantum ad naturales habilitates, siue qualitates respicientes dispositionem naturæ, aut meritum, aut præmium: ideo hæc pars habet tres. In prima determinat de primis, scilicet de attributis. In secunda de habitibus malicie, & bonitatis, ibi. *Illud, quod inuestigatio.* In tertia de habitibus beatitudinis, & miseriæ, infra di. 4. *Post hæc uidentur utrum perfectis.* Prima pars habet tres. In prima enumerat, & distinguit illa attributa. In secunda ostendit, quomodo recipiunt magis, & minus, ibi. *Hic considerandum est, utrum & c.* In tertia ostendit in aliquibus alijs æqualitatem ibi. *Et sicut in prædictis angeli differebant & c.*

Dub. I.

Quatuor quidem angelis uidentur, & c.) Contra. Videtur sibi contradicere in enumeratione, enumerat enim sex sicut pa-

tet quæ sunt essentiæ simplicitas; personalis discretio, memoria, intelligentia, uoluntas, & liberum arbitrium. Item. uidetur sibi contradicere in repetitione: dicit enim in sequen. cap. quod circa tria est consideratio, scilicet circa substantiam, formam, & potestatem. Queritur ergo de sufficiëntia illorum quatuor. Videtur enim quod multo plura debent attribui, scilicet incorruptibilitas, spūalitas, & huiusmodi ex parte essentiæ. Ex parte potentiarum, irascibilis, & concupiscibilis: & ita competit eis ingenium, sicut memoria. Itē. Videtur superfluitas, quia lib. arbi. non discernitur a ratione, & uoluntate: ergo non debet quarto loco connumerari. Item. Tertium attributum quod est ratio, aut accipitur pro cognitiua tantum, aut pro cognitiua, & motiua. Si primo modo: ergo male diuiditur in intelligentiam, & uoluntatem. Si secundo modo: ergo superfluit lib. arb. Respon. Dicendum, quod ista attributa sunt conuenientia angelo per natu-

naturam suam, & sui creationē tanquam principalia, a quibus alia habent ortū. Et sumitur sufficientia sic. In angelo. n. est cōsiderare esse, & posse, siue substantiam, & personam. Et circa substantiā duo, s. quo est, & penes hoc est substantia, & simplicitas. Vel ipsum quod est, & penes hoc est personalis discretio. Similiter circa posse est considerare ipsam potentiam, & penes hoc tertium. s. rō naturaliter insita. Est iterum considerare facultatem potentiae, & penes hoc est quartum attributum, s. lib. arb. Vel aliter. Angelus hēt quadrupliciter considerari, s. in se, & sic essentiae simplicitas. Ad alterū Angelū, & sic psonalis discretio. Ad deū, & sic memoria, intelligentia, & uolūtas, in quibus consistit rō imaginis. In cōpatione ad ea, quae subiecta sunt eorum regimini, & sic hēt liberū arbitriū. Vel aliter, & magis secundū cūsonantiā ad ea, quae dōr in litera. Quia in angelo est cōsiderare substantiā, formā, & potentiā. Substantia autē considerari pōt dupliciter, sicut dictum est, & sic cōperit ei simplicitas, & psonalitas. Formae attribuit imaginis pulchritudo, siue uenustas. Potentiae attribuit libertas: & sic patet quō quatuor reductur ad tria. Patet q̄ tertium attributū in tria diuiditur, in quibus cōsistit imago. Patet et quo mō attributū difert a quarto. Patet et sufficientia, & responsio ad obiecta, quia haec enumerantur attributa principalia.

Dub. 2. *Differentiam essentiae uenustatem, &c.* Contra. Simplicitas respicit essentia siue substantiam,

sicut dī i litera: sed substantia nō respicit magis, & minus: ergo &c. Itē. Simplex dicit priuationē cōpositionis: sed priuationes non recipiunt magis, et minus: ergo, &c. Itē. Magis et minus si alicui imponit, hoc est p mixtionē cum suo opposito: sed simplex sp̄ritus non est permixtus alicui cōpositioni, q̄ sit opposita simplicitati angelicæ, et oēs hāt eandem cōpositiones: ergo oēs sunt equaliter simplices. Respon. Ad hoc dicendū, quod in angelis est gradus simplicitatis, et hoc manifestat gradus uirtutis, q̄a unus angelus est potērior altero: et q̄to in sp̄ualibus aliqd est simplicius, t̄to uirtuosius. Hoc et manifestat approximatō ad Deū: s. n. per naturā unus ē Deo pximior altero, et similior: ergo magis accedit ad diuinā simplicitatē. Manifestat ulterius hoc ipsa cognitio, quia unus alterum purgat pellendo ignorantiam; ergo unus altero purior, et simplicior: et iō bñ dicit Magr qd̄ est gradus i simplicitate essentiae. Qd̄ obicit, qd̄ substantia nō recipit magis, et minus, rōderi pōt per interēptionē. q̄a una creatura ueriori mō est ens q̄ alia. Et qd̄ dī substantiam non recipere magis, et minus, hoc itelligendū est logice. Vel dicendū, q̄ aliud est dicere essentia, aliud simplicitatē essentiae, et simplicitas est proprietates essentiae. Quod obicitur, quod dicit priuationem. Dicendum, quod et si dicat priuationem, non t̄ pure priuationem, quia aliquid ponit: et ideo potest recipere magis et minus. Quod obicitur de p̄mixtionē.

Dicen-

Dicendum, qd̄ illud nō hēt ubi que ueritatē: sed i his oppositis, quorum utrunq; est aliqua natura: in aliis uero est p̄ maiore accessum ad suum summū. Unde maior simplicitas est in angelo non p̄ paucitatē cōpositionis, sed p̄ accessum maiore ad summē simplex: hoc autē est p̄ maiorem nobilitatem formae, sicut ignis potest dici in corporalibus simplicior aere.

Dub. 3. *In ipsa facultate arbitrii, &c.* Contra. Lib. arb. est liberū a boni coactione, nec pōt aliquo mō cogi: ergo in libertate arbitrii non potest esse gradus. Resp. Dicendū quod libertas arbitrii dupliciter potest considerari. Aut in quantum dicit facultatem ad ex eundem in opus, & sic dicit positionem, cōsequitur rōnem, & uoluntatē: & istae potentiae consequuntur substantiam: & secundum qd̄ substantia simplicior; sicut etiam potentiae excellentiores, & facultas maior: & sic est ibi gradus, & hoc modo loquitur Magister. Alio modo accipitur priuatiuē, ut dicatur libertas p̄ priuationē coarctationis: & hoc modo est aequalitas, quia est priuatio i termino, & sic opponit.

Dub. 4. *Quod spiritus erant, quod indissolubiles, &c.* Cōtra. Ideo sunt spiritus immortales, quia sunt simplices: sed non sunt aequaliter simplices: ergo &c. Resp. Dicendū, quod secundū quod spiritus priuat corpulentiam, & immortalitas priuat corruptionem, quia utrobq; & respectu oīum angelorū est priuatio horū uniuersalis: iō dicit ista aequalia, nihilominus, t̄ si attēdatur ad id, qd̄ positionis est ibi, sic pōt esse gra-

du, sicut opponit. Magr accipit secundum sensum uerborū magis cōsuetum, & scdm̄ qd̄ h̄mōi noīa cōsueuerūt itelligi a nobis

ARTICVLVS I.

QUESTIO I.

An angeli compositi sint ex materia, & forma?



Intelligentiā huius partis duo querunt, secundū duo attributa, q̄a de aliis habebitur infra. Et primō, q̄rit de simplicitate essentiae. Secundō uero de discretione psonali. Circa primū queruntur tria. Primō, utrū angelus sit simplex, an compositus ex materia, & forma. Secundō, dato quod sic, q̄ritur utrum eadem sit materia in spiritualibus, & corporalibus p̄ essentia. Tertio q̄rit, utrū sit una numero, aut secundū identitatē aliā.

TRVM. Angelus sit cōpositus ex diuersis naturis. i. ex materia & forma: Et qd̄ sic, ostēditur per rōnē mutationis. Nullū mutabile est simplex: sed angelus de sua natura est mutabilis, & mutat: ergo hēt cōpositionē. Sed ulterius, qd̄ ex materia. Cuiūque inest mutatio, inest principū mutabilitatis: sed principū mutabilitatis est materia: ergo &c. Prima manifesta est, secūda patet per Aug. xii. Cōfess. Oē mutabile insinuat noticiā nostrae quandam informitatē, qua forma capitur, uel mutatur uel uertitur. Et Boetius i. 2. Lib. de Trini. Nihil, quod est mere forma, accidētibus potest subici. Et ibidē exp̄sse dicit, q̄ forma nō suscipit accidētia, q̄a hęc nō suscipit, nisi materia subiecta.

Si

SI TV DICAS mihi, quod mutabilitas uenit rebus, quia sunt ex nihilo, sicut in pluribus locis dicit Aug. Sed constat quod mutabilitas non est pura priuatio, immo dicit aliquam positionē: ergo non habet causam ipsam puram priuationem: necesse est ergo qd̄ habeat causam ipsam dicentem positionem: sed nō positionem omnimodam, cum ēt dicat priuationem; ergo aliquid quod non est omnino nihil: sed aliquid quod est medium inter aliquid, & nihil: hoc autem dicit August. materiam: ergo &c.

ITEM. Hoc ipsum ostēditur per rationem actionis, & passionis: quia nihil idem, & secundum idem agit, & patitur: sed angelus idem agit & patitur: ergo habet aliud & aliud principium, secundum quod agit, & secundum quod patitur. Sed principium secundum quod agit est forma: principium uerō secundum quod patitur, nō potest esse nisi materia: ergo &c. Maior per se manifesta est, & minor si militer patet: nam angeli est recipere illuminationes, & dare, &c. SI FORTE des instantiam quod medium per eādem naturam recipit lumen, & dat, ut patet in aere: nulla est instantia, quia medium non habet rationem actiui, nec cooperatiui. Et rursus. Hęc instantia nō potest fieri in uera actione, & passione: angelus enim agit, & patitur: dum enim agit q̄ non debet, patitur q̄ debet: dum agit culpam, patitur pœnam, ut nullo modo sit dedecus peccati sine decore iusticię, & hoc est passio proprie. ITEM. Hoc uide-

tur per rationem indiuiduationis. In angelis. n. est distinctio hypostasum, nō per originem. Fiat ergo talis ratio: Omnis distinctio secundum numerum uenit a principio intrinseco & substantiali, quia omnibus accidentibus circumscripris, & differentia numero sunt diuersa. sed nō uenit a forma: ergo uenit a principio materiali: ergo &c. Maior

per se manifesta est, minor patet per Philosophum, qui dicit de cœlo, & mundo. Cum dico cœlum, dico formam: cum dico hoc cœlum, dico materiam, & idem in pluribus locis dicit, q̄ omnino materia numerabiliter se habet. SI DICAS quod materia uocatur ipsa hypostasis, siue ipsum quod est: tunc quæro a te de hypostasi, aut addit aliquid super essentiam, & formā, aut nihil. Si nihil addit: ergo nō contrahit: ergo sicut ipsum uniuersale est natum semper esse, & ubique: sic ipsa hypostasis, siue patet in diuinis, quia persona nō addit super essentiam est ubique, & immensa, sicut essentia. Ergo cum hypostasis angeli sit finita, & arctata, & limitata, & ita, hic & nunc, necessario oportet quod ultra formam addat aliquid arctans substantialiter sibi: hoc autem non potest esse nisi materia. ITEM. Hoc ipsum ostenditur per naturam essentialis compositionis. Angelus enim distinctus, & ita participat naturam generis, & differentię naturam, in qua cōuenit cū aliis, & naturam in qua differt. Ergo cum necesse sit totam ueritatem distinctionis realiter inueniri in quolibet angelo, neces-

se

se est in eo ponere naturarū diuersitatem. Sed impossibile est plures naturas cōcurrere ad cōstitutionem tertii, quin altera habeat rationem possibilis, altera rationem actualis, quia ex duobus entibus in potentia nihil fit, similiter nec ex duobus entibus in actu: ergo necesse est &c. SI TV FERAS mihi instantiam in albedine, & in aliis formis, quę habent diffiniri, & habent genera, & differentias, nec tamen habent materiam partē sui: instantia omnino nulla est, quia secus est de naturis accidentium, quę habent ortum a substantia & eius principiis, & de naturis siue differentiis substantię, quę non habent ortum ex alio genere. Vnde necessario sequitur, uel quod albedo habeat diuersas naturas in se, uel q̄ natura speciei, & generis primi, & subalterni cauantur a diuersis naturis repertis in subiecto: qd̄ si ita nō potest poni in angelo, primum ponendum est.

SED CONTRA. Boetius in fine li. de duabus naturis, & una persona Christi. Omnis natura in corpore substantię nullo materię fundamento innititur: nulum uero corpus est, cuius materia nō sit subiecta. Et iterum. Cum alia res fundamento materię innitatur, ut corpus: alia uerō oīno subiecto materię non egeat, ut in corporeū: nullo modo fieri potest, ut corpus in corporalem spiritum mutetur. Ex hac auctoritate expresse habetur, q̄ angelus non habet materiam. ITEM. Philosophus de anima dicit, q̄ neque corpus est, neque forma in corpore est, ne-

que mixtum cum materia omnino, & hoc dicit esse uerum de intellectu, sed angelus est huiusmodi: ergo non habet materiā. ITEM. Ostenditur ratione. Vni uerum est perfectissimum secundum ordinē naturarum: ita q̄ perfectius non potest cogitari rationabiliter, sed potest cogitari rationabiliter aliqua substantia spiritualis, & immaterialis: ergo illa ē ī uniuerso: ergo &c. Maior patet per hoc, q̄ Deus fecit omnia ualde bona: patet etiā per Damasc. c. 12. Omnia, quę p̄ Dei prouidentiam fiunt, deductionem conuenientem suscipiunt, & ut ē melius, facta sunt. Et Augu. de lib. arb. Potest esse aliquid in rerum natura, quod tua ratione non cogitas: non esse autem, quod uera ratione cogitas, non potest. Minor patet, quia rōnabiliter cogitatur substantia Deo similis per spiritualitatem, & immaterialitatem. et hoc uidetur: cum enim sit aliqua natura, quę secundum substantiam, & esse est actus materię, ut formę materiales, et corporales: alia, quę secundum actum essendi, non secundum essentiam, ut anima rationalis: erit igitur tertia, quę secundum actum, et essentiam erit separata. ITEM. Videtur per deductionem ad inconueniens. Inconueniens enim est, quod aliqua natura creata sit nobilior angelo: sed omnis causā nobilior est suo effectu, et angelus non habet aliam causam, quam increatam: sed illa non potest esse causa materialis, nec formalis: ergo angelus nō hēt materiā, nec formā aliā, sed essentialiter ē forma.

RE-

sol. ad 12. Confes. 12. pa. cum a. princi. pio.

sol. ad 12. ad 19.

Lib. 1. text. cō. 92. 95.

3. De Ani. 4.

Cum in angelis sit ratio mutabilitatis possibilis, &c. qui fiet ut ex natura actuali, et possibili compositus sit, & ita ex materia, & forma?

RESPOND. Dicendum, quod certum est angelum non habere essentiam simplicem per priuationem omnis compositionis: certum enim est, quod angelus compositus est compositione multiplici. Potest enim considerari in comparatione ad sui principium, & sic in tantum est compositus in quantum habet ad ipsum dependentiam. Simplicissimum. n. absolutum est, & omne dependens hoc ipso cadit in aliquam compositionem, quia differt quod est, & quid est. Habet secundo considerari in comparatione ad suum effectum, & sic habet componi ex substantia, & potentia. Habet nihilominus considerari ut ens in genere, & sic secundum metaph. componitur ex actu, & potentia: secundum logicum uero ex genere, & differentia. **I**TEM. Habet considerari ut ens in se: & sic, quantum ad esse actuale, est in ipso compositio entis, & esse: quantum ad esse essentiale ex quo est, & quod est: quantum ad esse individuale, siue personale, sic quod est, & quis est. Cum ergo angelica essentia dicitur simplex, hoc non est per priuationem harum compositionum, sed hic certum est, aliquas compositiones remoueri a substantia angeli, utpote compositionem ex partibus quantitatis, & compositionem ex partibus heterogeneis, & compositionem ex natura corporali, & spirituali, qua

lis est in homine. Sed de compositione materiae & formae: siue materialis, et formalis, de hac dubium est. Et noluerunt aliqui dicere, quod talis remouetur ab angelo, et sunt in eo compositiones prius dictae. Sed sicut ostensum est supra, cum in angelo sit ratio mutabilitatis, non tantum ad non esse, sed secundum diuersas proprietates: sit iterum ratio possibilitatis, sit iterum ratio individualitatis, et limitationis: postremo ratio essentiae compositionis secundum propriam naturam: non uideo cauam, nec rationem, quomodo defendi potest, quia substantia angeli sit composita ex diuersis naturis, et essentia omnis creaturae per se entis: et si composita est ex diuersis naturis, illae duae se habent per modum actus, et possibilis, et ita materiae, et formae: et ideo illa positio uideatur uerior esse, scilicet quod in angelo sit compositio ex materia, et forma.

QUOD ergo obiicitur in contrarium de auctoritatibus Boetii, et Augusti. Dicendum, quod loquuntur de materia appropriata, scilicet ratione potentiae passivae, quae est principium patiendi, et transmutandi ab alio. Et hoc patet, quia ipsi uolunt probare, quod corporalia non conuertuntur in spiritualia, nec econuerso. Similiter Philosophus uult dicere, quod anima denudata sit a ratione materiae, secundum quod est causa permutationis, et corruptionis: et ideo non loquuntur generaliter de materia, sed appropriate: alioquin ipse Boetius contradiceret sibi in 1. de

Tri.

An materia, ex qua angeli compositi sunt, eadem sit cum materia corporalium?

Trinitate, ubi dicit, quod nihil subiicitur accidentibus, nisi per materiam: & ibidem, quod solus Deus est immaterialis.

QUOD obiicitur, quod creatura simplex rationabiliter potest cogitari, &c. Dicendum, quod consideratis proprietatibus creaturae, eo ipso quod creatura non est actus purus, oportet quod habeat possibilitatem, quae mutabilis est: oportet quod habeat fundamentum, quia limitata, & in genere: oportet quod compositionem habeat: unde non potest rationabiliter cogitari, quod non potest esse, nec fieri. Et si obiicias mihi, quod Deus potest facere, quod forma accidentalis sit sine materia, ut in sacramento altaris. Dicendum, quod nunquam fecit, quin semper sit nata esse in materia: & ad illam, quantum est de sui natura, habeat inclinationem. Si ergo Deus res condidit, secundum quod competit naturis ipsarum, patet quod nunquam debuit facere formam stare sine materia in conditione rerum, quamuis in miraculis faciat contra naturam, & supra naturam. In conditione enim rerum non quaerimus, quid Deus possit: sed quid congruat, naturae ipsius creaturae, sicut dicit Augustinus. **Q**UOD obiicitur, quod causa nobilior est effectu: uerum est de efficiente, & finali: quae proprie tenent rationem causae: sed de materiali, & formali, quae sunt principia ordinata ad compositionem, non habet ueritatem simpliciter, sed solum secundum quid.

DA T O quod angelus habeat compositionem ex materia & forma, largè sumpto nomine materiae; ad omne potentiale, quod cum alio uenit ad constitutionem, tanquam fundamentum rei. Queritur de illa materia, utrum sit eadem cum materia corporalium: Non loquor de identitate secundum essentiam numeralē, sicut Sortes senex est idem sibi puero secundum substantiam: sed loquor secundum identitatem naturae communis: ut sicut omnes anuli de auro dicuntur habere eandem materiam per naturam, siue essentiam, cum tamen numeraliter uarietur, & alia pars secundum substantiam sit in uno, alia in alio. Et quod sit idem per essentiam, uideatur auctoritate Augusti, de mirabilibus sacrae scripturae. cap. i. Omnipotens Deus ex informi materia, quam ipse prius de nihilo condidit, cum earum rerum, hoc est sensibilem, & insensibilem, intellectualem, & intellectu carentium, species multiformes diuisit. Quid hoc expressius? **I**TEM. Ratione uideatur. In quo libet genere est reperire unum primum, 10. Me quo mensurantur omnia, quae sunt in illo genere, ut uult Philosophus, in 1. primae Philosophiae, & etiam in x. sed substantia est unum genus, non secundum tempus logicum, qui considerat rerum intentiones: sed secundum metaphysicū, quod considerat essentias rerum: ergo in genere substantiae est unum aliquod, quo men-

S. Bon. Lib. 2. G su-

surantur omnia in illo genere: sed illud non potest esse principium extrinsecum, cum secundum huius maiorem, & minorem participationem intrinsecam, res illius generis magis, & minus fuit, ergo cum principium intrinsecum non sit, nisi forma, uel materia, erit uel materia, uel forma: si materia, habeo propositum: si forma: sed unitas formae necessario praesupponit unitatem materiae: ergo &c. **ITEM.** Quando cumque aliqua communis passio inest aliquibus subiectis, necesse est, quod insit eis secundum aliquod commune: sed numerus est in spiritualibus, & corporalibus uniformiter: quia eodem modo, quo numeras x. homines, & x. angelos, numerus enim angelorum supplebitur ex hominibus: ergo necesse est aliquam naturam communem in eis esse, secundum quam haec passio insit: sed hoc non potest esse forma, restat ergo quod materia. **ITEM.** Abstrahatur materia corporaliu ab omni forma: abstrahatur etiam materia spiritualiu ab omni forma: quero tunc, aut distinguitur, aut non. Si non: ergo sunt idem per essentiam. Si sic: cum omnis distinctio sit a forma: ergo habent formam. **SI TV DICAS** quod distinctio perfecta sit a forma: sed sicut materia habet esse incompletum, ita & distinctionem incompletam. **CONTRA.** Illud, in quo maximè differunt spiritualia, & corporalia, est simplicitas, & compositio: sed materia abstracta ab omni forma, est ita simplex ut punctus: ergo nullam partibilitatem habet: ergo si in hoc non differunt,

non uidetur, quod in alio. **SI DICAS**, quod per capacitatem. **CONTRA.** Materia non est sua capacitas per essentiam: ergo contingit eam abstrahi a capacitate: abstrahatur ergo materia spiritualium, & corporalium a capacitate, quero per quid differant: nullam omnino est dare, nullam assignare differentiam: ergo essentia est eadem per naturam. **ITEM.** Forma generis est abstrahibilis a forma specierum, siue a differentiis: sed substantia dicit formam generis, corporeum, & incorporeum sunt differentiae: ergo ab his potest abstrahi: sed forma generis naturaliter est prior, quam forma differentiarum, sicut dicit Philosophus, quod prius est animal, quam homo: consideretur igitur materia spiritualium, & corporalium sub forma generis, non differunt quantum ad formam, quae consequitur ipsam essentiam materiae: ergo multo fortius non differunt quo ad ipsam materiam, ut uidetur. **ITEM.** Cum dicitur. Materia rerum corporalium est materia spiritualium, materia est materia, aut est convenientia in solo nomine, aut in habitudine, aut in essentia. Si in solo nomine: ergo cum sit equiuocatio in primo principio, ergo nulla est uniuocatio. Si in comparatione, abstrahatur ab illa comparatione, tunc aut erit dictum per convenientiam in essentia, aut equiuocatio pura. **CONTRA.** Augu. Duo fecisti domine, unum prope te, aliud prope nihil. Et iterum in xii. Duo sunt careria temporibus: unum quod sine ullo defectu contemplationis, & sine ullo intervallo mutationis

*Moder
nior. Pe
ripate
ci in spi
rituali
bus nun
quam ma
teriā ad
mitte
rent.*

*Li. 12.
cōfessio
Cap. 12*

tionis tua eternitate usufruatur: alterum quod ita informe erat ut ex alia forma, in quam formam mutaretur, non haberet. Si ergo, quae rectè diuiditur, unum non intrat in constitutionem alterius, si angelica natura diuiditur contra corporalem naturam, siue corporalium: ergo &c. **SI TV DICAS**, quod loquitur de ea secundum esse: hoc nihil est, quia loquitur de ea, sicut pater in antecedentibus, & consequentibus, secundum quod omni forma erat priuata, siue ut intelligitur sub omnimoda informitate, & consideratur immutabilis: ergo &c. Beda etiam, & alii sancti sic diuidunt. **ITEM.** Quaecunque communicant in materia, sunt ad inuicem transmutabilia (sicut dicit Boetius de duabus naturis, & una persona Christi) sed spiritualia, & corporalia non sunt huiusmodi: ergo, &c. **ITEM.** Ratione uidetur. Sicut agendi potentia essentialiter consequitur formam, ita potentia suscipiendi essentialiter, immo essentialius consequitur materiam: sed necessario sequitur, quod si sunt diuersae potentiae primae, & essentiales aliquarum formarum, ita quod ad aliquem effectum, uel actum ordinatur una forma, ad quem non alia, quod differunt per essentiam. Cum ergo materia subiecta corporalibus formis nullo modo possit capere formas spirituales per indiuiduam perfectionem, nec econuerso, quia nunquam de angelo potest fieri corpus, nec econuerso, ergo differunt per essentiam. **ITEM.** Partibilitas inest rebus corporalibus: aut ergo a parte

formae, aut a parte materiae radicaliter. Non a parte formae, quia omnis forma est simplici essentia consistens: ergo principaliter a parte materiae, & originaliter. Aut igitur consequitur materiam secundum se, aut non. Si non, ut si materia sit simplex, quantum est de se, ut punctus: ergo sicut punctus non potest esse materia, uel pars superficiei, ita nec materia pars corporis: quod si hoc absurdum est, quia dimensiones secundum rationem infinitam consequuntur materiam secundum se, cum ergo ipsa materia secundum se sit in corporalibus, & spiritualibus, patet &c. **ITEM.** Ostenditur a parte finis, quia angeli facti sunt ad uidentium claritatem summæ lucis: sed materia corporalium de se tenebra est, & quod magis permiscetur, & magis unitur ei, tantominus cognoscit, & magis est tenebrosum. Si ergo forma angeli unitur suae materiae, maximè in diuisione, substantia eius esset ineptissima ad contemplandam lucem: si ergo propter hoc solum factus est, nunquam habet materiam conformem per unitatem naturae materiae corporali. **ITEM.** Videtur, quod non sit ponere materiam tanquam mensuram generis substantiae rerum: quia quae magis participant de ratione materiae, minus sunt entia, & ipsa est quid ignobilius in genere entium, quia prope nihil. Si ergo illud unum, quod est mensura generis, debet esse perfectissimum in genere illo, ut albedo in genere coloris: patet, & cetera.

RESOLVTIO.

Quidquid diceret Philosophus naturales: eadem est secundum essentiam, sed non secundum esse.

RESPONDEO. Dicendū, quod circa hanc quæstionē sapientes videntur cōtrariari sapiētibus. Nam magni, & profundī clerici & in theologia, & in philosophia, qui magis fuerunt ueritatis inq̄sitores, diuersificati sūt. Quidam enim posuerunt, quod materia in spiritualibus, & corporalibus differt, nec habet unitatem, nisi analogiæ. Alii posuerunt, quod est una per essentiā. Si quis autē diligenter uelit considerare, quæ istarum positio- num sit probabilior, & uerior, & attendere ad rationes mouentes, uidebit, quod utraq; opinio secundum diuersas uias uerum dicat, ita quod neutri sunt decepti. Ratio autem huius diuersæ positionis fuit diuersus modus cognoscendi materiam. Materia enim dupliciter est scibilis. scilicet per priuationem, & per analogiam. Cognitio per priuationē est prius remouendo formam, deinde disponens ad formam, & considerare ipsam essentiam nudam in se quasi tenebram intelligibilem. Cognitio autē per analogiam est per consimilem habitudinem: habitudo autem materiæ est per potentiā, & ita hæc cognitio per comparationē materiæ ad formam ē mediāte potentia. Potentia autem materiæ dupliciter potest comparari ad formam. Aut inquantū præbet ei fulcimentū in ratione entis, & sic considerat Metaphysicus. Aut sub ratione mobilis, & sic considerat naturalis philoso-

Aristo.
1. phy.
c. 7.
Metaph.

phus. Considerantes igitur materiam secundum priuationem omnis formæ, tam substantialis, quam accidentalis dixerunt, quod eadē est in spiritualibus, & corporalibus per essentiam: si enim ab omnibus formis, & ab omnibus accidentibus separetur utraque materia, nulla omnino diuersitas apparebit. Considerantes autem materiam secundum analogiam, scilicet sub ratione potētiae, inquantum præbet fulcimentum formæ in ratione entis, dixerunt esse eandem secundum analogiam, quia est ibi cōsimilis habitudo. Sicut enim materia corporaliū sustinet, & dat suis formis existere, & subsistere, ita etiā materia spiritualiū. Est etiam ibi ratio participationis secundum plus, & minus. Nā in spiritualibus substāt formæ substantiali tantum, in corporalibus superioribus formæ substantiali, & quantitati, & in inferioribus formæ substantiali, & quantitati, & contrarietati. Et quoniam, quod purē est in genere substantiæ, prius participat de ratione per se substantis, & independentis: quod autem plus accedit ad naturam accidentium, magis elongatur, hinc est quod substantiæ spirituales per prius, & uerius sunt substantiæ, deinde corpora superiora, postremo corpora inferiora: & hi non dixerunt quod esset eadem propriē, quia nec materia corporalium est nata sustinere formas spirituales, nec econuerso. Considerantes autem secundum analogiam substantiæ ratione potētiae, inquantum præbet fulcimentum formæ, in ratione

elone mobilis, dixerunt esse eandem per analogiam. Quā sicut in corporibus est aliquid, quod sustinet uariationes, quo ad proprietates corporales: ita in spiritualibus, quo ad spirituales: & est ibi ratio prioris, & posterioris in participando. Nam materia potest esse fulcimentum uariationis secundum situm, & formā, ut in corporibus corruptibilibus: aut situm tantum, ut in superioribus: aut ad receptionē in fluentiæ, & habituum, & perditionem, ut in substantiis spiritualibus: & secundum considerationē, propriē est materia in corporalibus, & corruptibilibus, minus propriē in corporalibus in corruptibilibus, minimē in spiritibus. Et inde etiā est, quod dicuntur aliqui immateriales, quia minimum habēt de hac possibilitate, & secundum hoc materia est infimum. Et hi non posuerunt materiā unā, quā materia in angelis non habet possibilitatē ad transmutationem formarū substantialium: nec est possibilis ad recipiendum formas corporales: & inde est, quod dicit Philosophus, quod spiritualium, & corporalium non est materia una: cōsiderans potentiā materiæ in relatione ad formam, ut mobilē. Ex his patet rō diuersitatis, & uia harum positionum, & quod uerum dicunt secundum diuersas uias, & secundum diuersos modos intelligendi, & sic currunt diuersæ rōnes, & auctoritates, quod inueniunt ad partes oppositas. Et patet responsio obiectorum. Nec ē contradictio, si quis rectē intelligat utrunq;. Vel aliter potest dici, quod cū loquimur de uni-

Ari. dicit, eter-
no, &
corru-
ptibili,
non est
materia
una: nec
usus est
isto no-
mine,
spūale
unquā,

tate materiæ, loquimur de ipsa, ubi materia re-
pat ad eā stat resolutio princi-
piatorum: ideo tripliciter possu-
mus loqui, secundum quod tres sūt, *Auerro.*
qui docēt resolutionē facere ad *tamē va-*
principiū materiale. Nā ad ma-
teriā resoluunt naturalis, qui con-
siderat generationem, & corru-
ptionē. Ad eā resoluunt philoso-
phus, qui considerat oē *rationale,*
uniuersalis, qui considerat oē *q̄a trās-*
corpus mobile, siue ad situm, si *mutatio-*
ue ad formā. Ad eā resoluunt *nibus nō*
taphy. qui considerat oē *ens, & subyeci-*
unusquisque resoluunt secundum *tur, præ-*
amplitudinem suę *terquā-*
considerationis. Nam Philosophus inferior, qui *ad ubi*
negociatur circa generationē, *vide A-*
& corruptionem, considerat ma-
teriā, ut est principium gene-
rationis, & corruptionis, & sic
est solum in his inferioribus: &
quoniam omnia talia sunt ad in-
uicem transmutabilia, ideo solum
dicit eandem materiam gene-
rabilium corporalium, & cor-
ruptibilium. Philosophus superior
considerat ipsam materiam mu-
tabilē, siue ad situm siue ad for-
mam: & uidet eandem passiōē
in inferioribus, & superioribus,
per quam mutabilia sunt ad si-
tum, ut partibilitatem mobilis,
cuius principium est materia: &
ideo resoluunt ad materiam oīs
rei corporalis, & secundum hūc
philosophum est eadem materia
in omnibus corporalibus.
Metaphy. considerat materiam
omnis creaturæ, & maximē sub-
stantiæ per se entis, in qua est con-
siderare, & actū essendi, & hūc
dat formam: & stabilitatē per se exi-
stendi, & hūc dat, & præstat illud,
cui innittitur forma, hæc ē mate-
ria. Et quā per se esse in spūalibus,
& corporalibus dicit cōitatem

non æquiuocam, & communita-
tem generis, & rei, non analo-
giæ solum: ideo debet recurre-
re ad principii unitatem, ideo se-
cundum metaph. in omnibus per-
se entibus est ponere unitatem
materiæ. Omnium istorum phi-
losophorum consideratio uera
est: sed differenter iudicant. Phi-
losoph. enim non dicit, eandem
esse materiam. nisi in corporali-
bus: quia nunquam uenit ad cõ-
siderandum materiam, secundum
essentiam, sed solum secundum
esse, & ab ijs dubio aliquod ha-
bet esse in corporalibus, quod non
in spiritualibus, & aliqd in cor-
ruptibilibus, quod non in incor-
ruptibilibus. Metaph. uero non tã-
tum secundum esse, sed secundum
essentiam cõsiderat: & quia
ab abstracto omni esse, non est re-
perire, nec etiam fingere diuer-
sitate in materia, ideo dicit ef-
se materiam unam per essentiã:
& ideo cum hanc quæstionem
tractat Theologus, aut per tra-
ctat eam, sicut naturalis, aut si-
cut Metaphysicus: quia ipse pot
accipere modos omnium scien-
tiarum, cum ei famulantur. Si, ut
naturalis: sic dicit non esse ean-
dem. Si ut Metaph. sic dicit eandem
esse per essentiã differentem
secundum esse. Et quoniam nobi-
liori modo iudicat Metaph. quã
scientiæ inferiores: ideo hi, qui
posuerunt materiam eandem in
spiritualibus, & corporalibus,
altius eleuati melius iudicauerunt,
quamuis secundum diuer-
sas considerationes utrique po-
tuerunt dicere uerum, ut prius
est ostensum. Concedendæ ergo
sunt rationes probantes ean-
dem esse materiam per essentiã

in spiritualibus, & corporalibus. si-
cut manifeste innuit Augustin.
de Mirabilibus sacræ Scriptu-
ræ, qui fuit altissimus metaph.

Quod obiicitur ergo, quod di-
stinguitur materia contra ange-
licam naturam. Dicendum, quod
loquitur de materia secundum
esse, non secundum essentiam.
Vel aliter, distinguitur ratione a-
ctualitatis, quæ est in angelo, ra-
tione cuius summè inter creatu-
ras appropinquat Deo: & ratio-
ne passibilitatis, quæ est in ma-
teria de se, ratione cuius est pro-
pe nihil. Quod obiicitur. Quo-
rum materia est una, &c. Dicen-
dum, quod loquitur de materia se-
cundum esse, hoc est de materia
transmutabili, ratione cuius di-
cuntur res adinuicem transmu-
tabiles: & ideo sermo ille secun-
dum physicum, & in genere phy-
sici est intelligendus, & alii ser-
mones cõsimiles, qui dicunt ma-
teriam esse diuersam: omnes. n.
loquuntur de materia secundum
esse. Quod obiicitur de potentia
susceptiendi. Dicendum, quod po-
tentia materiæ secundum se cõ-
siderata, non est magis ad hanc
formam, quam ad aliam: immo
indifferenter se habet ad omnem.
Nam materia in se considerata,
nec est spiritualis, nec corpora-
lis: & ideo capacitas consequens
essentiam materiæ, indifferen-
ter se habet ad formam, siue spi-
ritualem, siue corporalem: sed
quia materia nunquam expolia-
tur ab omni esse: & quæ semel
est sub esse corporali, nunquam
exiit, & similiter illa, quæ est
sub esse spirituali: hinc est, quod
materia consequens esse in spiri-
tualibus, & corporalibus est alia,

&

& alia. Quod obiicitur de parti-
bilitate. Dicendum, quod hoc non
est ratione ipsius materiæ: quia
materia abstracta omni forma
simplex est, non tamen hêt actua-
lem simplicitatem, ut punctus.
Sed simplex, quia caret actuali
extensione, habet tamen possi-
bilitatem ad illam: & cum natu-
ra formæ corporalis illi mate-
riæ datur, tunc reducitur ad actum.
Vnde cum dicitur, quod extensio
est a materia: non est intelligen-
dum, quod materia secundum essen-
tiam suam, sed secundum esse, pro-
ut suscipit formam corporalem, quod
non est nata esse in materia nisi
cum extensione, quamuis ipsa
in se sit simplici essentia confi-
stens. Quod obiicitur, quod mate-
ria est tenebra. Dicendum, quod te-
nebra dicitur ratione priuationis
formæ, quia forma lumens est:
& ideo materia cum priuatione
repugnaret contemplationi. Et
quia in angelis facta est sub actu
perfecto sublata priuatione: hinc
est, quod remota est ab ea ratio te-
nebrofitatis: & sic patet illud:
non enim est tenebra per essen-
tiam: nisi quis forte dicat tene-
bram comparatiue, sicut creatu-
ra omnis tenebra est respectu su-
mæ lucis: sic & materia tenebra
potest dici respectu Dei, & respec-
tu formæ, qua perficitur. Quod
obiicitur, quod materia non est il-
lud, quo omnia mesurantur.
Dicendum, quod licet aliqui uolue-
runt dicere, quod materia ratione,
qua est fundamentum, dat esse
fixum, & in ea ratione est ratio
mensurandi, quia plus sapit, &
participat de natura generis sub-
stantiæ, quod magis in seipso ful-
citum est: tamen illud non est

conueniens dicere, quod ipsa mate-
ria sit illud unum, cum hoc de-
beat esse completissimum: sicut
dicit in 10 primæ philosophiæ,
quod albedo est mensura omnium
colorum. Et ideo dicendum, quod
non ponimus materiam unam,
quia ipsa sit mensura, sed quia si
non est materia una, impossi-
bile est ponere aliquod unum me-
surans, cum illud præsupponat
illam. Quid autem sit illud unum,
quod est mensura omnium, quod
sunt in genere substantiæ: hoc
est alterius inquisitionis.

QUESTIO III.

An corporaliū, & incorporaliū
materia una numero sit?

VERVM materia spiritualiū,
& corporaliū sit una secun-
dum numerum, aut secundum
unitatem aliam. Et quod si una
numero, uidetur sic. Omne il-
lud, quod ita est unum, quod
non recipit distinctionem, est
unum numero: materia per esse
tiam suam, ita est unum, quod om-
nino nullam habet distinctionem
secundum suam essentiam, quia
omnis distinctio est a forma: er-
go necesse est materiam in om-
nibus esse unam numero. ITEM.
Omne, quod est unum, est unum
uel genere, uel specie, uel nume-
ro: sed materia non est eadem in
spiritualibus, & corporalibus u-
nitate generis, uel speciei: cum il-
la sit solum a forma: ergo a diui-
sione materia est una numero.
ITEM. Status perfectus non pot
esse nisi in uno: ergo sicut est sta-
tus in genere efficientis, & finis
ita in genere materiæ: sed in ge-
nere efficientis primi, & finis ul-
timi sic est status, quod unum
solum est primum efficiens per

esse

essentiam, ad quod omnia reducuntur; ergo uideretur similiter cum ex parte resolutionis sit status in essentia materiae, quod illa sit una numero. **ITEM.** Cum dicitur, materia lapidis est materia, & materia angeli est materia: aut dicitur uniuoce, aut equo ce, aut idem predicatur de se. Sed non equo ce, quia tunc angelus, & lapis equo ce dicerentur substantiae. Non uniuoce, quia uniuocatio est solum in formis, & in his, quae dicuntur formae; ergo oportet, quod idem predicetur de se; ergo si materia lapidis, & materia angeli non sunt plures materiae, sed unicae; restat, quod materia est in spiritualibus, & corporalibus numero una. **ITEM.** Intellegimus materiam, siue spirituale, siue corporale per abstractionem ab omnibus formis; intelligitur materia, ut simplex; intelligitur materia, ut unica, nullo modo multiplicata, nec distincta; sed formae superuenientes non mutant essentiam materiae: sed solum esse; ergo si prius erat materia quantum ad essentiam unica numero; ergo & nunc, cum habet formas. **ITEM.** Intellegamus per impossibile, quod Deus de uno lapide faceret angelum, tunc mutaretur forma, & esse materiae, sed essentia esset salua; ergo materia cum sit una per essentiam, etiam in hac transmutatione est illius mutationis subiectum; sed illa mutatio est una numero: ergo materia per essentiam manet una numero. Arguitur ergo sic. Si in illo angelo sic producto, & lapide praesistente est materia una numero; & tantum distat ille angelus a natura corporali, quantum alius angelus; ergo uide-

tur, quod in aliis rebus corporalibus sit materia una numero.

CONTRA. Vnum numero respicit esse indiuiduum, siue indiuidualium: sed materia in corporalibus, & spiritualibus non est una unitate indiuiduali: ergo non est una secundum numerum. Maior patet. Minor probatur per hoc, quod quaeque sunt eadem numero alicui indiuiduo, inter se sunt eadem, & una numero: sed angelus a sua materia non differt numero, nec lapis a sua: ergo si materia lapidis, & angeli est una numero; ergo lapis, & angelus sunt unum numero, quod falsum est. **ITEM.** Vnum, & multum sunt differentiae entis in actu: sed materia est omnino ens in potentia: ergo si diuidentia non conueniunt nisi eis, quibus conuenit diuisum: ergo nullo modo potest esse materia per essentiam una numero. **ITEM.** Si de auro uno fiant diuersa uasa: postquam facta sunt iam illud aurum desinit esse unum per distinctionem superinductam: cum ergo de materia fiant creaturae, genere & specie differentes: uideretur igitur, quod materia numeretur in illis: ergo &c. **ITEM.** Opposita non sunt compossibilia circa idem numero: hoc planum est, quia mutuo se expellunt: sed oppositae formae sunt circa materiam, ut est in diuersis: ergo impossibile est materiam esse unam numero. **ITEM.** Impossibile est idem numero esse ens, & non ens: quia inter ens, & non ens summa est distantia: sed angelus secundum suam formam, & materiam est in actu: anima Antichristi, nec est secundum materiam, nec secundum formam, im-

1. phy.
17.

mo creanda est secundum suum totum; ergo impossibile est, quod angeli, & anime sit eadem materia, uel alterius creaturae diuersae. **ITEM.** Creatio non solum terminatur ad esse, sed etiam ad essentiam: ergo ubi sunt diuersae creationes, oportet diuersos esse terminos per essentiam: sed creatio anime Petri, & anime Antichristi est alia & alia, & utrobique producitur essentia materiae: ergo necesse est materiam hic & ibi aliam esse per essentiam: ergo impossibile est esse se numero unam. **ITEM.** Esse simpliciter unum in pluribus; hoc est proprietas Dei, siue esse unum in omnibus: ergo non competit alii: uel si competit alii, minime competit ei, quod maxime distat a Deo: sed materia maxime distat a Deo, cum sit prope nihil: ergo nullo modo uideretur ipsi conuenire, quod ipsa sit una numero in omnibus, uel etiam in pluribus.

RESOLVTIO.

Corporalium, & incorporalium materia una numero est; non unitate formali, & actuali; sed homogeneitatis, quae latiorens capacitem in ea ponit.

RESPOND. Dicendum, quod positio philosophorum, & physicorum haec fuit, & est: quod materia in quibuscumque est per essentiam, est una, & una numero. Et ratione huius assignant, quia materia hoc ipsum, quod est, omnino est ens in potentia: & ideo oportet, quod in quibuscumque est, sit per essentiam numero una: haec autem ratio bona est, quod melius patet, si pertractetur. Quia enim materia omnino est ens in potentia: ideo per sui essentiam nul-

lum habet actum, nullam formam; ergo nullam distinctionem habet, & non est nihil: oportet ergo, quod sit una sine multitudine, & ita numero una. Amplius. Quia ens omnino in potentia: ideo nec genus, nec species esse potest. Quia dicit aliquo modo actum: ideo non potest esse cōis eis, quibus est cōis unitate uniuersalitatis, uel uniuocationis: ergo nec genere, nec specie est una, & tamen nihilominus est una: & ita est una numero. **Kursus.** Quia est ens omnino in potentia: ideo de se est infinita, & ad formas infinitas; sed Deus, quia infinitus est, ubi que est sua infinitate, quae uenit ex actualitatis summæ perfectione. Sic & materia quia infinita, in omnibus materiatis est una per infinitatem eius, quae uenit ex summæ potentialitatis imperfectione. Postremo. Quia materia est ens in potentia, unitas eius non potest esse unitas indiuiduationis, siue per continuitatem; sicut mons est unus: siue per actua-

lem simplicitatem, sicut angelus est unus; sed si habet unitatem, unitatem habet homogeneitatis. Haec autem unitas simul manet in diuersis, sicut patet si de eodem auro fiant multa uasa, illa sunt de eodem auro per homogeneitatem; sed aurum, quod est in uno distat ab auro, quod est in alio; adeo ut non sit unum per continuitatem. Si igitur materia non est una actuali simplicitate, ut angelus, nec continuitate, ut mons, uel auri frustum, sed solum homogeneitate; & haec non tollitur per aduentum formarum; ita est materia una sub omnibus formis, sicut omnibus formis abstractis;

abstractis;

abstractis: sed abstractis oibus formis, nulla est distinctio in materia: immo intelligitur, ut simpliciter una: nunc igitur materia est in oibus materiatis numero una, quia est ens oino in potentia: & hæc est recta ratio, & causa. Ex his pro magna parte patent obiecta, quoniam ex prædictis colligi potest, qualis est illa unitas, qua materia dicitur una. Non enim est unitas actualis, cuiusmodi est unitas Chorisæ in foro, & teatro, & cuiusmodi est unitas Dei: sed illa unitas magis est possibilitatis, & potest dici homogeneitatis, quæ adeo ampla est, ut sustineat receptionem maioris multitudinis diuersitatis formarum superadictarum, quæ unitas formæ allicius uniuersalis, & generis generalissimi, & hoc est propter summam possibilitatem. Unde dicitur una numero: quæ ad modum ouis carens signo respectu ouium habentium signum, dicitur esse signata, per hunc modum intelligi potest materia numero una.

Quod obicitur ergo: unum numero respicit indiuiduum. Dicendum, quod uerum est prout unum numero dicitur accidens, uel prout consequitur esse actuale: non autem est uerum prout respicit essentiam: quoniam hoc modo se extendit ad unitatem maioris capacitatis, quæ sit unitas indiuidualis: & de illa non sequitur, quod quæ sunt eadem uni, &c. si cut non sequitur, quod homo, & asinus uniuersum in animali: ergo sunt unum inter se. Quod obicitur, quod unum numero est differentia entis in actu. Dicendum, quod uerum est de uno, quod dicitur unitatem completam. Unitas enim, & ueritas, & bonitas proprie, & complete sunt

in creatura completa: nihilominus tamen (sicut dicit Augustinus de Vera Reli.) incomplete reperiuntur in materia. Sicut enim materia incompleta est de se: ita unitatem secundum se habet incomplete: possibile tamen quantum ad esse compleri per formam, cuius aduentu constituitur indiuiduum numero unum, unitate actuali, & completa: ex cuius adventu fit distinctio, & surgit in rebus multitudo. Quod obicitur de auro, non est simile: quia aurum habet unitatem continuitatis, & indiuiduationis, quæ opponitur, numerationi & discontinuationi: & hoc est quia aurum & si sit materia scyphi, est ens in actu: non sic materia prima respectu materiatarum, ut ostensum est prius. Quod obicitur, quod opposita non possunt se compatiri circa unum, & quod idem non potest esse simul ens, & non ens, & diuersis mutationibus introduci in esse. Ad hæc tria unica est responsio. scilicet quod illud uerum est de eo, quod est, ita unum, quod eius unitas repugnat multitudini, sicut est unum indiuiduum: sed de eo, quod ita unum, quod multitudini non repugnat, immo propter suam possibilitatem admittit omnem diuersitatem, non habet ueritatem, immo simul & semel habet opposita. Simul est & semel potest esse in re, & potest esse in potentia agentis, & diuersis productionibus produci, sicut diuersis formis informari. Et hoc patet, quia forma humanitatis est una unitate uniuersalitatis: & ideo simul uerum est, quod est homo, qui generatur, & est homo, qui generandus est, & est homo albus, & est homo niger: in oibus his est forma una uniuersalis. Quod si dicas, quod non est simile, quia humanitas

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An in angelis sit mera discretio personalis?



ONSEQUENTER queritur de secundo attributo, scilicet de discretione personali. Circa quam tria queruntur. Primo queritur, utrum in angelis sit mera discretio personalis. Secundo, utrum hæc proprietatis sit accidentalis, aut substantialis. Tertio uero, utrum sit materialis, uel formalis.

Quod in angelis sit mera discretio personalis, ita quod angeli aliqui differant solo numero, uidetur. Dan. 7. Millia millium ministrabant ei. Constat, quod non tot habebant ministeria differentia specie, quot Daniel enumerat: ergo nec ministri omnes differant specie: ergo aliqui, uel omnes differant numero solo. Quod si dicas, quod tot ministeria obicitur de secunda parte auctoritatis. Et decies centena millia assistebant. Constat, quod tanta diuersitas non poterat cadere ibi, nisi secundum numerum, cum haberent unum statum assistere. Item. Gloria est regi habere multos ministros uniformes: ergo si gloriosum est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes sancti: uidetur, quod multi sint uniformes in illo superno palatio: & ita solo numero, uel persona differentes. Item. Personalis discretio est in Deo, angelis, & hominibus: & cum natura angelica sit diuinae propinquior, quam humana, ergo & discretio personalis: sed

nitatis non est una numero, ut materia, Dico, quod quauis non sit una numero: sed specie: tamen unitas materię, quæ est unitas homogeneitatis, maioris amplitudinis est, quæ humanitas ipsa, & maiorē diuersitatem admittit. Et ideo nulla est oppositio, nulla omnino contradictio est comparatione oppositorum ad unitatem materię per essentiam: sed solum ex comparatione oppositorum ad unitatem materię secundum esse. Unde sicut si duo scyphi facti sunt de auro conformi, potest unus destrui altero remanente, uel unus produci altero in esse producto, sic intelligendum est in proposito. Si quis enim uult unitatem materię intelligere: oportet ab indiuiduali animam abstrahere, & super actum imaginationis conscendere: & omnino ens in potentia per priuationem cogitare: & sic poterit aliquo modo capere. Quandiu enim materia, ut moles extensa cogitatur, ad unitatem essentię nullo modo pertingitur. Quod ultimo obicitur, satis planum est. Sicut enim Deus est infinitus, & materia infinita, alio tamen modo infinitatis, qui potius est per recessum, quam per accessum: unde non competit formæ, sed materię: sic intelligendum est de illa unitate. Deus enim est unus in pluribus: ita quod perfectissimus, & omnino actus, & hoc est eius solius. Sed materia est una in omnibus: & hoc quia per suam essentiam non potest esse distincta: non sic est de forma: & sic patent omnia.

In Deo sunt plures psonæ diffe-
rentes solapsonalitate, similiter
in hoibus: ergo vñ, q̄ similiter ī
angelis; ergo sunt ibi aliq̄ solo
numero differentes aut omnes.
I T E M. Oē aīal p naturā deside-
rat societate similis in specie: nā
oē aīal ad sibi simile copulatur,
& uolatilia ad sibi similia cōue-
niunt: ergo angelus p naturam
desiderat societate similis in spe-
cie: sed desiderium eius non est
frustra, maximè in angelo bea-
to: ergo &c. S I T V dicas, q̄
illud est uerū in aīalibus, nō in
substantiis spūalibus: tunc quæ-
ro, vtrum in angelis sit socialis,
& amicabilis affectus: cōstat, q̄
sic. Sed in quocumque est pone-
re affectum talē, est amare simi-
lem, & appetere habere: ergo re-
dit idem quod prius.

CONTRA. Diuersitas, quæ est
numero solo, causatur a diuersi-
tate materiæ: inde est, q̄ sol nō
multiplicatur, quia eius essentia
est ex tota sua materia: ita q̄ ma-
teria eius non est diuisibilis, nec
multiplicabilis: sed talis rō est in
angelis: ergo &c. I T E M. Ratio
finalis multiplicationis secūdu
numerū uenit ex parte corrupti-
bilitatis: iō. n. multiplicatur secū-
dū numerū, ut q̄a non poterat
saluari in uno, ipiā species salua-
ret in pluribus: unde sol, & luna
q̄a perpetua sunt, non habēt, ni-
si unum solum indiuiduū in ea-
dē specie: ergo &c. I T E M. Si repe-
rire cōtingit extrema, & mediū:
si illud est possibile esse. Sed cō-
tingit reperire pluralitatem p̄-
sonarū in una natura ī Deo, & ecō-
uerso pluralitate naturarum in
una psona, ut in hoīe, & in Chri-
sto: ergo contingit pluralitatem

naturarum reperire in pluribus
p̄sonis, ut tot sint naturæ diffe-
rentes, quot sūt supposita: & tot
spēs, quot indiuidua. I T E M. Di-
stinctio p̄sonalis pura est ī Deo;
quantum ad originē, & in hoīe
similiter: ergo vñ, q̄ origo sit to-
ta, & principalis rō discretionis
p̄sonalis: cū ergo in angelis nō
reperiat origo, nec pura distin-
ctio p̄sonalis per consequens.

RESOLVTIO.

Non in omnibus: sed p̄ntā numero
solum: quidam, & numero,
& specificā differentia
discrepant.

RES P. Dicendū, q̄ hic fuit du-
plex positio. Quidā. n. dixerunt,
q̄ in angelis est discretio p̄sona-
lis: sed nunquā purē, immo
sunt ibi tot species, quot indiui-
dua: similiter dicunt in lumina-
ribus mundi. Sed licet hoc ali-
quam probabilitatem habeat in
corporalibus: non tamen vñ rō-
nabile in spiritibus, ut nullus
cōicet cum alio in natura spiri-
tualī, & specificā. Sicut. n. inno-
tescit per scripturam, multi an-
geli ad idem officium ordinan-
tur, & cōem uidentur habere
operationē eandem. Nobis etiā
nec per scripturam, nec p̄dicia
sanctorum, nec per officia inno-
tescit tanta diuersitas: ideo non
videtur, nisi p̄sumptio hoc di-
cere: maximè cum nō appareat
in promptu aliqua ratio cogēs.
Alia est positio sobria, & catho-
lica, quod in angelis est ponere
distinctionem quantum ad per-
sonalitate tantummodo, aut
in omnibus, aut in aliquibus: &
concedendæ sunt rationes ad
hoc inductæ tum ex parte mini-
sterii, tū ex parte assimilationis

Hæc sen-
tentia de
possibili-
tate Dei
fuit re-
prob. in
art. Pa-
risensi-
bus.
Carpit
hic sen-
tentiā,
quā tu-
ratur.
D. Tho.
de sp̄ri.
crea. q.
3. & 1.
p. q. 50.
arti. 4.
2. sent.
d. 3. q. 1.
arti. 4.
2. cont.
gent. 6.
24.

ad deum, tum ex parte assimila-
tionis mutue.
QVOD ergo obiicitur, q̄ di-
uersitas secundum numerū ue-
nit ex diuisione materiæ. Dicē-
dum q̄ falsum est: sed multitu-
do per generationem uenit ex
diuisione materiæ, quia gene-
rās dat generato partē suā sub-
stantiæ. Diuersitas autē angelo-
rum non est per multiplicatio-
nem unius ab altero: sed omniū
angelorum diuersitas est a deo.
ET PER hoc patet sequens obie-
ctum de fine: quia ille nō est fi-
nis multiplicationis, sed multi-
plicationis successiue. Sed ratio
potissima multiplicationis ī ho-
minibus, & in angelis, est diui-
næ potentiæ, & sapientiæ, & bo-
nitatis declaratio, & collauda-
tio: quæ manifestantur in mul-
tificatione, & gloriæ beatorū
amplificatione: quia amor cha-
ritatis exultat in multiplicatio-
ne bonæ, societatis. Vnde credo
q̄ erūt in magno numero, & p̄-
fectissimo: secundū q̄ decet illā
supernam ciuitatē omni deco-
re fulgentem. QVOD obiicitur
de medio. Dicendū, q̄ angelus
non pōt esse mediū, quia (sicut
in p̄cedentibus probatū est)
quāuis in angelo non sit tanta
naturarū diuersitas, quāta in ho-
mine: nihilominus aliqua est.
Et p̄terea quāuis nō diuersifi-
cetur in hominibus pluribus hu-
mana natura, tamē multiplicat
in illis: & iō nō est q̄rere aliud
medium. QVOD ultimo obiicit
de origine, q̄ est principalis rō
discretionis. Dicendū, q̄ quam-
uis Richardus dicat, q̄ p̄sonæ
in hominibus distinguantur ori-
gine: tamen hoc non habent ra-

Huic
senten-
tia vi-
detur
adhæ-
re.
Hen. q.
2. q. 8.

tione principii: nā pauci hoīes
sic distinguuntur per illam habi-
tudinem. Ad solum enim unū
hominem habet homo illā habi-
tudinem: & tamen ab omnibus
differt personaliter. Sed ratio di-
stinctionis p̄sonalis, quantū
ad ueritatē, uenit ex principiis
constituentibus, & particulanti-
bus, quantū ad notitiam, uenit
ex qualitatibus: quorum vtrum-
que est in angelis reperire secū-
dum diuersitatem: diuersa enim
habēt principia indiuiduantia,
& diuersas p̄prietates innatas.
Sicut enim hoīes diuersas hnt
facies, sic diuersas habent men-
tes, & proprietates mentales:
ita intelligendum est in angelis
suo modo.

QVÆSTIO II.

An discretio p̄sonalis in Angelis
accidentalis, vel substantialis sit.

VTRVM p̄sonalis p̄prietas
sit in angelis accidentalis,
vel substantialis. Et q̄ acciden-
talis, videtur sic. Boetius dicit
q̄ omne propriū manat de ge-
nere accidentium, non solū pro-
priū idiuidui, sed et speciei: sed
indiuiduum magis approximat
accidentibus q̄ species: ergo mul-
tiformis p̄prietas indiuidua-
lis de genere accidentium est,
sed discretio p̄sonalis est p̄prie-
tas idiuidualis: ergo &c. I T E M.
Ricardus de s̄cto Victore. Q̄
in diuinis est p̄sonalis discretio
per originem: in angelis p̄ qua-
litatem, in hominibus utroque
mō: si ergo tā qualitas, q̄ origo
dicit p̄prietatē accidentālē ī crea-
turis, patet &c. I T E M. Porph. di-
cit, q̄ idiuiduū cōstat ex p̄prie-
tatibus, quarū collectionē ī pos-
sibile est ī altero reperire, sed ta-

Collig-
ge ex
2. edi-
tione in
Porph.
cap. de
pprio.
Cap. 1.
& 2.

les sunt proprietates accidentales: ergo indiuiduatio est per accidētia; sed per eadem est personalis discretio, per quæ est indiuiduatio: ergo &c. **ITEM.** Humana natura in Christo nõ habuit personalitatem, nec discretionem personalem: sed cõstat q̄ habuit, q̄ sunt essentialia substantiæ rationali: ergo personalis discretio non est substantialis, siue essentialis nec homini, nec angelo. **ITEM.** Circũscriptis omnibus accidentibus, res non cadit in sensu, sed solum in intellectu: sed uniuersale dum intelligitur, singulare dum sentitur: ergo circũscriptis accidentibus circũscribitur indiuiduatio, ergo & personalis discretio, & sic idem quod prius. **ITEM.** Discretio personalis est discretio secũdum numerum: sed circũscripta quantitate nõ est intelligere numerum, ergo nec discretionem personalem: sed substantiale intelligitur circũscripto accidentali: ergo si discretio personalis non potest intelligi accidentibus circũscriptis: ergo nõ est substantialis angelo, sed potius accidentalis.

CONTRA. Arguitur primo p̄ textum. Magister enim dicit, q̄ prima cõsideratio est de substantia, & sub prima consideratione comprehendit personale discretionem: ergo videtur, q̄ personalis discretio est angelo substantialis. **ITEM.** Persona nõ est aliud, q̄ indiuidua substantia rationalis naturæ: sed indiuidua substantia (inquantum huiusmodi) est in genere substantiæ non per reductionem, sed directe secundum lineam rectam: ergo inquantũ

huiusmodi est in genere substantiæ: ergo personalitas non est in genere accidētis: quia in eodem genere est album inquantum album, & albedo: ergo in eodem genere personalitas, & persona. **ITEM.** Nullum accidens est nisi in substantia indiuidua: ergo omne accidens consequitur indiuiduam essentiam, & tam in rationali q̄ in irrationali hoc habet veritatem, ergo prius per naturam est aliquid indiuiduum substantiæ rationalis, q̄ habeat accidens: ergo per prius persona: ergo discretio in personalitate. **ITEM.** Quæ differunt personalitate, differunt in suis principiis substantialibus, sicut patet in Petro, & Paulo; & quæ sic differunt substantialiter discernuntur: ergo discretio personalis dicit differentiam substantialem: ergo non est proprietates accidentalis. **ITEM.** Non est maior discretio in accidentibus, quam inter opposita: sed opposita non faciunt discretionem personalem, quia unus homo prius est albus, postea niger; prius puer, postea senex: & tamen idem indiuiduum est, & una persona: ergo &c. **ITEM.** Accidentia diuersa cum sunt in uno supposito, sunt unũ numero, ut grammaticum, & musicum: sed hoc non esset, si diuersitas secũdum numerum, vel secũdum discretionem personalem ueniret ab accidentibus: ergo &c.

RESOLVTIO.

Proque modo s. & substantialis, & accidentalis, ad aliud tamen, & ad aliud relata.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam notandum, q̄ circa

Arist. in prædic. ca. de substantia.

ca hoc est triplex modus dicendi. Quidam. n. dicere uoluerunt, q̄ personalis discretio est accidentalis proprietates: quia dicunt quod est in genere accidentis, & quod etiam causatur ab accidentibus, sicut discretio numeralis. In hoc autem differentia est: quia discretio numeralis causatur a diuersitate proprietatũ, in quibus cõicant creatura rationalis, & irrationalis: sed discretio personalis a proprietatibus, quæ insunt proprie rationali creaturæ, sed illud improbat in opponendo per multas rationes: nec potest habere ueritatẽ q̄ distinctio indiuidualitatis sit ab accidentibus: cum indiuidua differant secundum substantiam, non solum secundum accidens: & similiter de discretione personalis intelligendum est. Et ideo alius modus est dicendi, q̄ discretio personalis dicit proprietatẽ accidentalem, quæ non causatur ab accidentibus, sed a substantia siue principiis substantialibus: sicut unitas quæ est principium numeri, est in genere accidētis: tamen immediate habet ortum a substantia. Sed cum persona dicat idem quod suppositum rationalis naturæ, ut est in genere substantiæ, non uidetur probabile q̄ personalis discretio dicat proprietatem accidentalem solum. Et ideo est tertius modus dicendi: q̄ discretio personalis, & si uideatur dicere accidens, quia dicit per modũ accidentis: tamẽ principaliter dicit quid substantiale: & si aliquo modo importat accidens, hoc est consequenter: illud tamen immediate habet ortum a principiis substantia

libus, & hoc patet sic. Discretio personalis addit super discretionem indiuidualem: discretio autem indiuidualis duo dicit, indiuisiõnem, & cõsequenter distinctionem. Indiuisio autem est ex principiorum indiuisiõne, & appropriatione: ipsa enim rei principia dum cõiunguntur, inuicẽ se appropriant, & faciunt indiuiduum. Sed ad hoc consequitur esse discretum, siue esse distinctum ab alio, & surgit ex hoc numerus, & ita accidentalis proprietates dicit consequens ad substantiam: & sic indiuidualis discretio dicit aliquid accidētale, & aliquid substantiale: personalis autem addit super hanc dignitatem personalitatis. Dignitas autem illa duo dicit, scilicet nobilitatem rationalis naturæ, quæ est, q̄ natura rationalis tenet principatum inter naturas creatas: unde non est ordinabilis ad perfectiorem formam. Et hæc nobilitas, & si per modum qualitatis habeat intelligi, tamẽ essentialis est naturæ rationali. Dicit enim illa nobilitas actualẽ eminentiam: ita q̄ in supposito nulla sit alia natura ita principalis, ut natura rationalis, ut sit quasi per se sonans: & ideo quia hoc deficit ei in Christo, natura rationalis creata nõ facit personalitatem: & hoc est accidentale. **DICENDVM** igitur q̄ quemadmodum indiuidualis discretio est ex existentia formæ naturalis in materia: sic personalis discretio ex existentia naturæ nobilis, & supereminens in supposito. Et ideo quamuis utrobique importetur quid substantiale, & similiter accidentale consequens

Alias appropriata.

Scotus hoc in loco, dicit discretio nẽ indiuidui tatis ponit hæc hebra.

sequens (hoc dico in creatura,) non tamen importatur accidentale, quod causetur, uel ortum habeat ab accidente: sed potius cōsequitur formam in materia, uel naturam ī supposito. Ex his patet ueritas problematis, & dissolutio obiectionum pro parte. Si enim quæretur, utrum personalis discretio sit proprietas substantialis, uel accidentalis. Si substantialis proprietas dicatur, quia immediate sequitur substantiam: sic dicendum est esse substantiale. Si substantiale dicatur, quia non exit genus substantię: dicendum q̄ quodam modo sic, & quodam modo nō. Similiter si dicitur accidentaliter proprietas, quia causetur ab accidentibus: sic dicendum simpliciter q̄ nō. Si uero accidentalis, quia est in genere accidentis, sic potest dici, quod quodammodo sic, quodammodo non, secundum distinctionem primo factam.

Q̄ uo d ergo obiicitur, q̄ personalis discretio pertinet ad substantiam, & non causetur ab accidentibus: hoc totum concedendum est. Q̄ uo d obiicitur in oppositum q̄ omne proprium manat de genere accidentium. Dicendum q̄ Boetius loquitur de propria passione: & hanc dicit manare de genere accidentiū: non quia non causetur ex principiis subiecti, sed quia, & si ex ipsis formatur, causaliter tamē est in genere accidentium. Dupliciter ergo deficit illa ratio: primo quia peccat in intellectu huius nominis; proprium est. n. proprietas quantum ad modū: & Boetius intelligit de eo, quod realiter est propria passio, non

de eo quod est proprietas in quā tum ad modum. Proprietas autē indiuidualis, aut proprietas personalis, & si uideatur dicere proprietatem cōsequentem eē, sicut accidens, realiter tamen non dicit nisi appropriationem principiorum per indiuiduonē: hoc dico quantum ad proprietatem indiuidualem. Similiter proprietas personalis non dicit ultra hoc nisi dignitatem, siue nobilitatem naturæ rationalis: quæ nobilitas non est ei accidentaliter, imo simpliciter, & omnino essentialis. Peccat & prædicta ratio in malo intellectu prædicati: quia proprium dicitur manare de genere accidentium: non quia manat ab accidentibus, sed quia manat a substantia existente de genere accidentium: sic in proposito. Vnde sicut unitas, quæ est principium numeri, ortum habet a principiis substantię accidentaliter ad ipsam relativis, non a principio aliquo quod sit in genere accidentis: sic intelligi potest de discretione personali secundum id, quod in ea est accidentale: utpote comparatio ad alteram personam, respectu cuius habet distinguere, & numerari: & eminentia dignitatis in supposito respectu alterius naturæ, quam non habuit, nec habet humana natura in Christo. Q̄ uo d obiicitur, q̄ discretio personalis est, per qualitatem. Dicendum, q̄ intelligit de qualitate que est in genere qualitatis quantum ad modum, nō autē quantum ad rem. His. n. duobus distinguuntur predicamenta, uel quæ ad essentiam, uel quantum ad modum; & aliquid est in genere

genere substantię, quod nihilo minus habet modum accidentis: unde etiā consuevit distinguere, Qualitas duplex. s. substantialis, & accidentalis. Vel dicendum, q̄ Richa. loquitur de distinctione personali quantum ad nostrā cognitionē: & quia cognitio nostra ē per qualitates accidentales, dixit personas creatas distinguere qualitate: & per hunc modum intelligit uerbum Porphyrii, qui dicit indiuiduū constare ex collectione proprietatum: loquitur enim secundum rationem, & cognitionem, non secundum rem. & sic patet tertium. Q̄ uo d obiicitur, quod in Christo humana natura non habet personalitatem. Dicendum, quod hoc est ratione illius eminentiæ, quæ consequitur ad nobilitatem: & illa super eminentia dicit quandam dignitatem accidentalem, sicut prius ostensum est: quæ amitti potest non solum per deperditionē, sed etiam per dignioris superinductionē, sicut alibi melius dicitur. Q̄ uo d obiicitur, de sensu, & intellectu. Dicendum, q̄ & si sensus solummodo sit singularium, intellectus tamen potest esse nō solum uniuersaliū, sed etiā singularium: unde non est intelligenda illa differentia cum p̄cisione. Et hoc patet: quia solus intellectus comprehendit intrinseca principia Petri, & Platonis: & circumscriptis oibus accidentibus, dicit eos esse discretos, & distinctos. Q̄ uo d obiicitur de numero. Dicendum, q̄ si cut unitatē substantiālē consequitur unitas accidentalis inseparabiliter, q̄ nō est principium indiuiduationis, sed cōsequens

ad illam: sic diuersitatem substantialem consequitur numerus inseparabiliter: tamen secundum rem, & naturā distinctio illa est a substantiali principio, non accidentali: & sic patet totum.

Q̄ V A R S T I O III.

An discretio personalis a parte principij formalis sit, uel materialis?

V TRVM discretio personalis sit a parte principij formalis, uel materialis. Et q̄ a parte principij formalis. Rich. dicit: q̄ tam in angelis, quam in hominibus est discretio personalis per qualitatem: sed qualitas, aut est forma, aut tenet se ex parte formæ: ergo &c. I T E M. Si aliquid inest aliquibus, & est in eis cōe per analogiam: necesse est q̄ in sit per aliquid analogicē repperitum in eis. Personalis aut discretio est in diuinis, & in angelis analogicē: sed in diuinis nullo modo est a materia, quia Deus est pura forma: ergo &c. I T E M. Personalis discretio in creatura dicit maximam nobilitatē: sed quod magis nobile est, magis elongatur a materia, & maximē accedit ad formam: ergo &c. I T E M. Personalis discretio dicit maximam auctoritatem, seu actualitatem in creatura: quia quod tale est, nullo modo est ad alterum possibile seu potentiale: omne autem tale consequitur formam, non materiam: ergo &c. I T E M. Nihil quod est unum in omnibus, est principium discretionis: materia (quā tum est de se) unica est: ergo nullo modo est principium discretionis personalis. I T E M. Definitio (ut uult Philosophus) est

aggregati; ergo cum diffinitur homo, non forma tantū, sed cōpositū ex materia, & forma diffinitur: ergo si homo in cōi claudit in se materiam, & natura rōnalis similiter; sed si persona addit aliquid super naturam, cum nō possit addere sup materiā, oportet qđ addat aliqd formale.

CONTRA. Boetius. Species ē totum esse indiuiduorū. Sed eē est a forma; ergo indiuiduū supra spēm non addit formam, ergo nec psona supra naturā. Si ergo aliquid addit, aut materiā, aut accidentia, sed per accidentia non pōt esse discretio psonalis, uel individualis; ergo necesse est p materiā. ITEM. Si persona adderet aliquam formam supra naturā: ergo sicut species ē diffinibilis, quia addit differentia, & formam supra genus: ita etiam indiuiduum esset diffinibile: quod falsum est. ITEM. Si indiuiduū sine psona addit formam indiuiduantē supra spēm specialissimam: quæro utrū additio possit facere aliam formā per oīa illi consimilem. Cōstat quod sic: quia nullā est forma accidentalis, cuius similem non possumus cogitare: ergo similiter in substantiali. Sed si facit similem, illa est cōis pluribus: sed nihil tale est indiuiduum; ergo impossibile est discretionē personalem esse a principio formali superaddito speciei. ITEM. Ab eodē est discretio personalis, a quo est distinctio secundū numerum: sed illa est a materia, sicut dicit Philosophus in prima philosophia, Oīno materia numerabiliter se habet; ergo &c. ITEM. Ab eodē est personalis di-

cretio, a quo est esse hoc, siue hic, & nunc. Sed hoc est materia: quia in Lib. de cōlo, & mūdo, dicitur qđ differt dicere cōlum, & hoc cōlum: cū dico cōlum, dico formā: cū dico hoc cōlum, dico materiam: ergo &c. ITEM. In creaturis, in quibus ē personalis discretio per originem, non est ob aliud, nisi qđ generans generat aliud: sed (vt dicit philosophus,) generans non generat aliud, nisi pp materiā: ergo in rebus creatis est personalis discretio propter materiā.

RESOLVTIO.

Principium indiuiduationis tum in angelis, tum in creaturis reliquis est coniunctio materie cum forma: si quidem quod res sit hæc, a materia habet, quod verè sit aliquid, a forma. Singularitas autè rerum a coniunctione principiorum est.

RESP. Dicendum, qđ hæc eadē est quæstio de indiuiduatione, quæ nunc mouetur de personali discretionē: & de ipsa fuit contentio inter philosophicos viros. Quidā n. innitentes uerbo philosophi dixerunt qđ indiuiduatio uenit a materia: quia indiuiduum supra spēm nō addit nisi materiam. Et hoc ponebāt: quia dixerunt uniuersalia solū dicere formas: & tunc primo tãgitur materia, qñ puenit ad hoc aliquid. Aliis uerò aliter uisum est. s. qđ indiuiduatio esset a forma: & dixerunt qđ ultra formā speciei specialissimæ est forma individualis. Et qđ mouit hos ponere illud, fuit quia intellexerunt ordinē in formis secundū generationem, & naturam esse per eundem modum, per quem ordi-

ordinatur in genere: ita qđ forma generis generalissimi primo aduenit materiæ: & sic descendendo usq; ad spēm. Et adhuc, illa forma non cōstituit indiuiduum, quia nō est oīno in actu, sed ultra hanc formam indiuidualis subsequitur, quæ ē oīno in actu, sicut materia fuit oīno in potentia. Quilibet istarū positionum aliquid habet, quod hōi multum intelligenti rōnabiliter uideri poterit improbabile. Quō n. materia, quæ oībus est cōis, erit principale principium, & causa distinctionis, ualde difficile est uidere. Rursus. Quō forma sit tota, & præcipua causa numeralis distinctionis, ualde difficile est capere: cū oīs forma creata (quantiū est de se) nata sit habere aliam sibi similem: sicut & ipse Philosophus dicit etiam in sole, & luna esse: uel quō dicimus duos ignes differre formaliter: uel etiam alia, quæ plurificantur, & numero distinguuntur ex sola diuisione cōtinui: ubi nullus est noue formæ inductio. Ideo est tertia positio satis plana, qđ indiuiduatio confurgit ex actuali coniunctione materiæ cum forma, ex qua coniunctione unum sibi appropriat alterum: sicut patet, cū impressio, uel expressio fit multorum sigillorum in cera, quæ prius erat: una nec sigilla plurificari pāt sine cera: nec cera numerat, nisi qa fiunt in ea diuersa sigilla. Si tamē quæras a quo ueniat principaliter: dicendum qđ indiuiduum est hoc aliquid. Quod sit hoc, principaliter habet a materia, rōne cuius forma habet positionē in loco, & tpe.

Quod sit aliquid: habet a forma. Indiuiduum n. habet esse: habet ēt existere: existere dat materia formæ: sed essendi actum dat forma materiæ. Indiuiduatio igitur in creaturis confurgit ex duplici principio. Personalis autē discretio dicit singularitatem, & dignitatem. Inquātum dicit singularitatem: hoc dicit ex ipsa coniunctione principiorum, ex quibus resultat ipsum quod est. Secundum dignitatem dicit principaliter rōnem formæ: & sic patet, unde sit personalis discretio originaliter (in creaturis loquendo) siue in hōibus, siue in angelis. Quæ ergo obiciuntur ad primam partē, procedunt rōne nobilitatis, & dignitatis, prout tñ est in ipso supposito, siue quod est: cuius distinctio uenit in diuinis, ex origine: in creaturis ex principijs originalibus: sicut in 1. Lib. fuit ostensum. Si autē quæ ratur quid est illud cōe secundum qđ inest: Dicendum, qđ proprietas dignitatis incōdicabiliter existens in hypostasi: aliter tamē reperitur hic, aliter ibi. Oēs rōnes sequentes procedunt uia prædicta.

Quo d obicitur, ad oppositum, qđ non possit esse a forma, sed a materia. Dicendum, qđ rōnes illæ probant (ut patet) qđ nō totaliter est a forma: qa forma nulla est indiuidua, nisi pp coniunctionem sui cum materia. Et uniuersalia similiter, qa dicunt formas, non concernunt materiam, nisi rōne suorum indiuiduorum, pro quibus supponunt, qđ diffiniunt, uel subiiciuntur. Vnde illæ rōnes cōcedendæ sūt, qđ indiuiduū non addit alia for-

Collige
ex 2. editi
tione in
Porph.
cap. de
Pro-
prio.


1. Cel.
95.

mam, quæ sit indiuidualis de se. Quod obiicitur, quod indiuiduatio est a materia. Dicendum, quod per illas auctoritates non datur intelligi, quod materia sit principium indiuiduationis, nisi sit cæ sine qua non; non autem sicut tota causa. Nec tamen ita potest attribui materiæ personalis discretio, sicut indiuiduatio: propter hoc, quod dicit dignitatē, quæ principaliter respicit formam: sicut ostendunt rationes ad partem primam.

DISTINCTIO TERTIA.

PARS SECVNDA.

De habitibus malitiæ, & bonitatis Angelorum.



Illud quoque inuestigatione dignum, videtur, quod etiam a pluribus queri solet, utrum boni, uel mali, iusti, uel iniusti creati sint Angeli? & an aliqua mora fuerit inter creationem, et lapsum, uel sine mora in ipso creationis exordio ceciderint?

Opinio quorundam circa hoc.

Putauerunt enim quidam angelos, qui ceciderunt, creatos esse malos, & non libero arbitrio in malitiam declinasse: sed in malitia a Deo factos esse, nec aliquam fuisse moram inter creationem, & lapsum, sed ab initio apostatasse: alios uero creatos fuisse plene beatos. Qui opinionem suam muniunt auctoritate Augustini super Gen. ita dicentis, Non frustra putari potest ab initio temporis diabolus cecidisse, nec cum sanctis Angelis pacatum aliquando uixisse, & beatum: sed mox apostatasse: unde dominus ait. Ille homicida erat ab initio & in ueritate non stetit: ut intelligamus, quia in ueritate non stetit, ex quo creatus est, qui stare, si stare uoluisset. Idem in eodem, Non frustra (inquit) putandum est ab ipso initio temporis, uel conditionis suæ diaboli cecidisse, & nunquam in ueritate stetisse. Unde quidam in hanc malitiam libero arbitrio non esse flexum, sed in hac quamuis a Deo putant esse creatum secundum illud beati Iob. 8. Hoc est (inquit) initium figmenti Dei, quod fecit Deus, ut illudatur ei ab angelis eius. Et Propheta ait, Draco iste, quem formasti ad illudendum ei. Tanquam primo factus

Lib. 11
cap. 16

A.
Iob. 8.

sit malus, inuidus, & diabolus, nec uoluntate deprauatus. His alijsque testimonijs utuntur, qui dicunt angelos, qui ceciderunt, creatos fuisse malos, & sine mora corruisse: eos uero, qui persisterunt, perfectos, et beatos fuisse creatos asserunt auctoritate Augustini, qui super Gen. dicit, per cælum significari creaturam spiritualem, quæ ab exordio, quo facta est, & perfecta, & beata est semper.

Lib. 16
cap. 26

Aliorum sententia probabilis.

Alijs autem uidetur omnes angelos creatos esse bonos, & in ipso creationis initio bonos extitisse, id est sine uitio, iustosque fuisse, id est, innocentes: sed non iustos, id est, uirtutum exercitium habentes. Nondum enim preediti erant uirtutibus, quæ stantibus appositæ fuerunt in confirmatione per gratiam, alijs uero per liberum arbitrium superbientibus: & ideo cadentibus. Aliquam etiam fuisse morulam ante inter creationem, & lapsum, ac confirmationem: & in illa breuitate temporis omnes boni erant, non quidem per usum liberi arbitrii: sed per creationis beneficium, & tales erant qui stare poterant, id est, non cadere per bona creationis, & cadere per liberum arbitrium. Poterant enim peccare, & non peccare: sed non poterant proficere ad meritum uitæ, nisi gratia superadderetur, quæ addita est quibusdam in confirmatione. Et ad hoc confirmandum utuntur testimonio Augustini, qui super Gen. dicit angelicam naturam primo informiter creatam, & cælum dictam: postea formatam, & lucem appellatam, quando ad creatorem est conuersa, perfecta dilectione ei inhaerens: unde prius dictum est. In principio creauit Deus cælum & terram, & postea subditum, Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: quia in primo agitur de creatione spiritualis naturæ informis, postea de formatione eiusdem. Ratio quoque obuiat illis, qui dicunt angelos creatos fuisse malos. Non enim potuit creator optimus auctor mali esse: & ideo totum bonum erat, quod ex ipso illis erat, & totum bonum erat quoniam ex ipso totum erat. Hoc modo probatur, quod boni erant omnes angeli quando primo facti sunt: sed ea bonitate, quam natura incipiens acceperat.

Lib. 1.
c. 1. 3.
4. & 6
Gen. 1.

Probatio Augustini contra prius opinantes.

Ideoque Aug. exterminans opinionem eorum, qui angelos creatos fuisse malos putant, auctoritate & ratione probat bonos fuisse creatos, & uerba premissa beati Iob, quae illi pro se inducebant, quo modo sint intelligenda, aperit dicens super Gen. Omnia (inquit) fecit Deus ualde bona. Naturam ergo angelorum bonam fecit. Et quia iniustum est, ut nullo merito hic in aliquo, quod creauit Deus damnet, non naturam, sed uoluntatem malam puniendam esse credendum est: nec eius naturam significatam esse, cum dicitur, hoc est initium figmenti Dei &c. Sed corpus aereum, quod tali uoluntati aptauit Deus: uel ipsam ordinationem Dei, in qua eum inuitum etiam fecit utilem bonis, uel ipsius angeli futuram: quia etsi praesciret Deus uoluntate malum futurum, fecit tamen eum, providens quanta de illa sua bonitate esset futurus. Figmentum ergo Dei dicitur, quia cum sciret eum Deus uoluntate malum futurum, ut bonis noceret, creauit tamen illum, ut de illo bonis prodesset: hoc autem fecit, ut illudatur ei. Illudatur enim ei, cum sanctis proficit tentatio eius. Sicut & mali homines; quos Deus malos futuros prauidens, creauit tamen ad sanctorum utilitatem: illudantur, cum praestatur sanctis eorum tentatione profectus. Sed ipse est initium, quia praecedit antiquitate & principatu malitiae. Haec autem illusio fit angelis malis, & hominibus malis, per angelos sanctos: quia subdit angelos malos, & homines malos, ut non quantum nituntur, sed quantum sinuntur possint nocere. Ecce aperte ostendit qualiter praedicta uerba Iob intelligenda sint, & angelicam naturam bonam creatam esse asserit.

Decernit, angelos bonos creatos esse, & post creationem cecidisse.

Deinde qualiter uerba Domini, quae supra posuit, accipienda sint, Augustinus aperit, ubi etiam sua, quae praedixit, uerba determinat, euidenter dicens: angelos bonos fuisse creatos, & post creationem interposita aliqua morula cecidisse, ita inquit: Quod putatur diabolus nunquam in ueritate steterisse, nunquam beatam uitam duxisse, sed ab ini-

Lib. II
de Ge.
ad lite.
ra. c. 21
Gen. 1.
ca. 22.
ei. ad.
lib.
Iob. 40
Apoc.
12.

Aug.
li. 2. de
gen. ad
lite. ca.
23.

ria

tio cecidisse, non sic accipiendum est, ut malus a bono Deo creatus esse putetur, quasi ab initio non cecidisse diceretur. Non enim cecidit, si talis. s. malus factus est, a quo enim caderet? Factus ergo prius, statim a ueritate se auertit propria potestate delectatus: beatamque uitae dulcedinem non gustauit, quam non utique acceptam fastidiuit, sed nolendo accipere remisit. Sui ergo casus praescius esse non potuit, quia sapientia fructus est pietatis. Continuo autem ut factus est, cecidit, non ab eo quod accepit, sed ab eo quod accepisset, si Deo subdi uoluisset. Ecce hic aperte declarat, angelos bonos creatos fuisse, & post creationem cecidisse, et fuit ibi aliqua morula, licet breuissima. Quod Origenes confirmat super Ezechielem, dicens, Serpens hostis contrarius ueritati, non tamen a principio, nec statim supra pectus, & uentrem suum ambulauit: sicut Adam et Eua non statim peccauerunt, ita & serpens aliquando fuit non serpens, cum in paradiso delictiarum moraretur, Deus enim malitiam non fecit. Ecce aperte dicit, post creationem interposita morula cecidisse. Ideoque illa uerba, sic accipienda uidentur. Homicida erat ab initio, uel mendax, id est statim post initium, quando sibi a uoluntate Dei promisit, & se ipsum occidit: qui homo dicitur in Euangelio. Nec in ueritate stetit, quia in ea non fuit, sed ab initio temporis id est, statim post initium temporis apostatauit. Potest etiam & sic accipi illud, Ab initio homicida fuit, uel mendax: id est, ex quo homo fuit conditus, quem per inuidiam in mortem praecipitauit, & fallaciter seduxit. Ex praedictis ergo liquet angelos bonos omnes esse creatos, & post creationem quosdam cecidisse a bono, quod habuissent, si perstitissent.

Gen. 3.
Tom. 2.
Homi. 2.
circa il-
lud E-
ze. 1. V.
di qua
si spem
electri.
Ioh. 8.
Esa. 14.
Matt.
13. In
uicinis
ho. sup
seminas
nuit,
Aug.
homo. 1.
super
Ioh. 8.
Sap. 20

Quod triplex fuit sapientia in angelis ante casum, uel confirmationem.

Hic inquiri solet, quam sapientiam habuerunt ante casum uel confirmationem. Erat in eis triplex naturalis cognitio, qua sciebant quod facti erant, & a quo facti erant, & cum quo facti erant: & habebant aliquam boni, & mali notitiam, intelligentes quid appetendum, uel respiciendum illis foret.

B

C

An aliquam Dei habuerint dilectionem, uel sui inuicem.

Solet etiam queri, utrum aliquam Dei, uel sui dilectionem inuicem habuerint. Ad quod dici potest, quod naturalem dilectionem habebant, ut memoriam, intellectum, & ingenium, qua Deum & se aliquatenus diligebant: per quam tamen quidquam non merebantur.



Vpra egit Magister de naturalibus attributis ipsis angelis. In hac parte agit de habitibus superadditis; & hoc p naturā. Diuiditur at hæc pars in tres. In prima agit de naturali bonitate. In scda de naturali cognitione, ibi. *Hic inquiri solet, quam sapientiam.* In tertia de naturali dilectione, ibi. *Solet etiam queri. &c.* Prima pars hēt tres. In prima opinionem falsam ponit cū cōfirmatione sua. In tecūda uero ponit opinionem uerā, similiter cum sua cōfirmatione, ibi. *Alijs autem uidetur, &c.* In tertia opinionem falsam exterminat, & rationes eius, & auctoritates explanat, ibi. *Ideoque Aug. exterminans, &c.* Et sic in uniuerso tria determinat. Primò quales creati sunt angeli q̄rum ad bonitatem, & malitiam. Secūdo, quātū ad cognitionem. Tertio, quātū ad dilectionem.

Dub. 1. **H**oc est (inquit) initium figmenti Dei, &c.] Queritur de intellectu illius uerbi Iob; quare dicitur figmentū. Si ratione corporis aptati (ut infra exponit) quō hoc uerū est, cū illud nō habuit ab initio? Itē. Deus uult omnes saluos fieri; ergo fecit angelū illū, ut beatificaretur, non illudaretur; igitur male dī, ut illudaret ei &c. Dicēdū, q̄ oēs creaturæ rōne suæ fragilitatis figmentum

dicuntur; maximè rōnalis; quādo nō consolidatur p gratiam. Quoniā igitur lucifer excellens fuit inter cæteras creaturas, & ipse spreuit gratiā, & in ueritate nō stetit; ideo dicitur initium figmenti Dei. Vnde & alia trāslatio hēt, ipse principium uiarū Dei. Nūc aut quāuis Deus p̄sciret futurum esse malū, tñ eū fecit: quā & simul p̄uidit quibus bonis uisibus accōmodaret. s. sanctorum Victoriæ, & amplificandæ Coronæ. Pōt igitur intelligi hæc cōiunctio (ut) cōsecutiue, uel casualiter. Cōsecutiue, sicut frequēter accipitur in euangelio, hoc autē factum est, ut impleretur, q̄ cōsecutū est adhoc; sic diaboli ludificatio subsecuta est; quānis propter illam non fuerit factus. Si autē intelligatur casualiter, tunc ponitur consequens p antecedente. Finaliter. n. diabolus factus est ad exercitium, & propter motionem bonorū, ad quod consequitur ipsius diaboli ludificatio, qui dum intendit deicere, promouet. Vnde sensus est, quod Deus fecit diabolū, quem præuidit malum, ad exercitium bonorum, ad quod consequitur eius ludificatio.

B Sapientia fructus est pietatis; &c.] **Dub. 2.** Queritur quō sit intelligendū, quā magis uidetur esse principium pietatis, quam fructus. Item. Nihil uidetur ad propositū; quā p̄scientia

scientia casus non est sapientia; sed tantum scientia. Respon. Dicendum, q̄ sapientia nō dicitur hic a sapore, sed a sapere; & dicitur hæc sapientia cognitio deorsum descendens p̄ inspirationem, siue per reuelationē. Hæc autē est duplex, quædam est a uerbo, quædam est in uerbo. Præscientia enim casus nō potuit esse, nisi cognitio deorsum descendens, quia futurum est contingens: de quo nulla pōt haberi certitudo secundum causas inferiores: Aut igitur est in uerbo, aut a uerbo. Si in uerbo, sic est fructus pietatis, nemo. n. peruenit ad uisionem uerbi, nisi per pietatem animi; & quia hanc nō habuit diabolus, ideo nō potuit hoc nosse in uerbo. Si a uerbo, sic est fructus pietatis, quia anima Dei excludente ignorantia. Et hoc modo si p̄scientia casus daretur innocenti, non esset ex pietate; sed crudelitate sicut ifra patebit, quia cruciaretur innocens, sine culpa; & sic patet intellectus uerbi illius, & qualiter ualeat ad propositum.

Dub. 3. **C** Triplex naturalis cognitio, &c.] Queritur, an distinguat formaliter, an materialiter. Si materialiter, tunc sunt multo plures. Si formaliter, contra, unus erit modus cognoscendi. Resp. pōt dici, qd̄ est distinctio quantū ad numerum cognoscibilem, & quantū ad gradum. Quantum ad numerū, quia cognoscibile, aut est creator, aut creatura. Si creatura, aut corporalis, aut spiritalis. Ordo est, quia cognoscibile, aut supra, aut infra, aut iuxta; & sic clauditur omnis cognoscibilis differentia, ratione cuius

Magister distinguit cognitionē, magis quā rationem modi cognoscendi.

ARTICVLVS I. QVÆSTIO I.

An Deus malum condiderit angelum?



D intelligentiam huius partis, circa tria incidit hic quæstio secundum tria, quæ Magister determinat. Primò queritur de qualitate, quam angelus habuit in sua creatione. Secūdo queritur de naturali sua cognitione. Tertiò uerò de naturali dilectione. Circa primum queruntur duo. Primò utrum Deus fecerit ipsum malum. Secūdo dato, q̄ non, utrum in primo instanti suæ creationis ex propria uoluntate fuerit malus.

QUOD Deus fecerit ipsum malum, uidetur per auctoritates, quas adducit Magister in litera. Videtur etiā per rationes, quia oppositio mali ad bonum decorat uniuersum, & cōfert salutem, & gloriæ beatorum: cum ergo Deus posset in omnē decorē, & in omne, q̄ utile est salutem electorum, & iterum ipsū facere sit conueniens; uidetur, q̄ Deus non tantum fecerit angelos bonos; sed etiam malos, & caput malorum, scilicet ipsum Luciferū. Et hoc est, quod uidetur dici Eccl. 3. Contra malum bona, & contra mortem uita, & contra uirum iustum peccator, & sic intueri in omnia opera altissimi. Item. Hoc ut ex ordine. Inter naturā, q̄ est apta nata habere iustitiā, & hēt; & inter naturam, quæ non est apta nata

habere, nec habet, cadit media illa natura, quæ est apta nata habere, & non habet iustitiam: sed deus potest facere extrema, & congruit eum facere: ergo pari ratione potest, & congruit ei facere mediam ergo naturam, quæ est apta nata habere iustitiã, & non habentem congruit deum facere: sed talis est natura mala, scilicet creatura rationalis mala: ergo &c. **ITEM.** Hoc ipsum videtur a simili. Sicut natura rationalis est mala, quæ non habet iustitiam, ad quam est nata, ita creatura irrationalis. Unde canis cum sit natus ad latrãdum, si non habeat latratum est malus: ergo cum deus possit creaturas facere deficientes operationibus, ad quas natæ sunt ut puta canem non latrantem, & oculum cecum: pari ratione potest facere voluntatem carentem iustitia. **SI TV** dicas, quod non est simile: quia creatura rationalis immediate ordinatur ad deum, non sic irrationalis. Obiicitur tunc ulterius, quod intellectus noster immediate ordinatur in deum: sed deus potest facere intellectum carentem scientia, ad quam est, siue quam debet habere, scilicet ignorantem: sicut dicit August. de lib. arb. quod si deus talem condidisset hominem ante peccatum, qualis nunc est, nemo posset ex hoc accusare, **Item.** Hoc ipsum videtur a minori. Plus dependet materia a forma perfectiva, & magis est imperfecta in genere creaturarum, siue entium, quam faciat rationalis natura iustitia: sed hoc manifestum est, quod materia siue forma est ens oino incomple-

tum: sed creatura rationalis sine iustitia hæt quodammodo esse completum. Cum igitur deus fecerit materiam informem ad minus sine distinctione formarum: sicut dicunt multi sancti: ergo pari ratione potuit facere angelum sine iustitia, quã debeat habere: sed An. dicit, quod malum nihil aliud est, quã priuatio boni, ubi debet esse: ergo vñ, &c. **CONTRA.** Genes. i. vidit deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona: ergo cum valde bona supponat bonum: cuncta quæ deus fecit, erant bona: ergo nihil malum: **ITEM.** Diony. Optimi est optima producere: ergo si deus est optimus, non potest ergo producere malum, ita quod faciat maliciam in eo: Et eodem Lib. de di. no. dicit, quod sicut a calido non egreditur nisi calidum: ita nec a summo bono nisi bonum. Item, Omne, quod deus indidit unicuique rei a sua conditione, est ei naturale: ergo si deus fecisset angelum malum, malitia esset ei naturalis: sed pro naturalibus nemo est vituperandus, nemo puniendus: ergo nec vituperandus, nec puniendus esset diabolus. **ITEM.** Si aliquod vitium factum facit aliquem dignum pena, magis facit actorem dignum quã alium: si ergo diabolus ob suam malitiam dignus est pena: si deus fecisset eum malum: magis esset deus dignus pena quã diabolus.

RESOLVTIO.

Non potuit deus, qui perfectissimus est & optimus, malos condidisse Angelos.

RESPON. ponere quod diabolus a deo habuit originaliter sibi inratam malitiam voluntatis

tis, non tantum falsum est, imo hæreticum: & ita est falsum, quod in se habet euidentiã suæ falsitatis, si quis aduertat. Nam opus dei eo ipso, quod opus dei est, necesse est ipsum esse laudabile, esse ordinabile, esse acceptabile, esse perfectum uel perfectibile: nihil enim facit deus, quod non deceat suam maiestatem. Si enim magnus deus, & laudabilis nimis, & intantum laudabilis, quod non tñ in se, sed et in nullo opere potest vituperari iuste, imo in omnibus digne laudari, impossibile est quod faciat opus vituperabile, quantum est de ipso actore: sed malum, eo ipso quod malum culpæ, dignum est vituperio: ergo impossibile est, quod aliqua creatura ab ipso habeat istam conditionem. Rursus, non tantum malum dignum est vituperio, imo etiam quodammodo in dei vituperium. Si ergo deus faceret creaturam malam, ipse faceret sibi vituperium, & contumeliam. Necesse est et esse ordinabile, quia nihil facit, nisi quod deceat suam sapietiam: sed nihil, quod deus facit, est ordinabile in pena, quia tunc destrueret opera sua, & ita se præuicatorum constitueret: deus enim illius est ultor: cuius non est actor: ergo si deus facit creaturam malam malitia culpæ, erit ergo ordinabilis, & non in pena: ergo malum culpæ maneret inultum, siue impunitum, saluo ordine uersis: sed hoc est impossibile per se, quia tunc malum esset bonum per se, si aliter esset ordinatum: ergo si deus faceret creaturam malam, creaturam non esset malum. Necesse est etiam quod sit ac-

ceptabile: non enim facit deus nisi quod uult: sed omne quod uult deus, iusta, & bona uoluntate uult: ergo cum omne, quod iusta, & bona uoluntas approbat, sit omnibus acceptabile: si deus faceret malum, esset omnibus acceptabile: ergo acceptabile malum esset bonum, pari ratione & facere: ergo malum esset bonum. Necesse est etiam, quod omne, quod deus facit, sit perfectum, uel perfectibile: cum dei perfecta sint opera: ergo omne, quod est in opere dei a deo, uel est de perfectione, uel inclinatur ad perfectionem: si ergo malitia est a deo in creatura rationali: ergo uel est de perfectione angelum uel disponit ad perfectionem: sed nihil tale deordinat: ergo malum non deordinaret: & si non deordinaret: non noceret: ergo malum esset aliquid, & non noceret. Cum ergo hic sint quatuor impossibilia manifesta, manifestum est, quod falsum est & impossibile deum fecisse angelum originaliter malum: & uenit ista impossibilitas ex summa perfectione, & nobilitate operantis, & uilitate mali culpæ: priuat. n. illas quatuor condiciones nobiles, quas necesse est esse in omni diuino opere: non quod deus teneatur operi illas dare: sed quia non deceat eius uoluntatem aliter operari, uel facere.

AD ILLUD ergo, quod obiicitur, quod facit ad decorum, Dico quod est mali productio, & productio ordinatio. Productio mali sedat, & turpat: quantum est de se: sed ordinatio decorat. Et quod deus non potest sedare, sed decorare: ideo non potuit producere, sed

sed ordinare secundum antithe-
sim, & secundum hoc intelligit
Ecc. xxxiii. contra bonū malū:
non quia deus fecerit, sed quia
deus in suis operibus quod fa-
ctū inuenit, ordinavit. AD IL-
LVD quod obicitur de natura, quod
nata est habere iustitiā &c. Di-
cendū, quod cū dico naturā priua-
tā iustitiā, duo dico. scilicet quod natu-
ra est, & quod priuata: inquantū
natura tenet mediū, & sequitur
argumentū: inquantū uero pri-
uata, non tenet mediū, immo lo-
cū infimū, immo ipsa priuatio
nullū hēt mediū: quātū est de se-
quia nihil est, & iō nō ualet quod
eam priuatā fecerit. Et si tu obii-
cias, quod maior priuatio est non
hēre nec actū nec aptitudinem,
quā hēre aptitudinē & nō actū.
Dicendū, quod maior est priuatio
nō accipiatur large priuatio: sed
illa est deformis, illa uero non:
ut cum dico lignum non uidet,
dico negationē, sed non defor-
mitatē: cū dico homo nō uidet,
dico utrūque, & sic patet illud.
AD ILLVD, quod obicitur a si-
mili in aliis naturis, & a mino-
ri in prima materia: dico quod
nec est ibi locus a simili, nec a
minori, si bene cōsideretur. Ma-
lū, n. culpæ magis importat de-
ordinationē, siue priuationem
ordinis, quam malū naturę, uel
pœntē: quia sicut dictū est Dist.
43. Primi Lib. malū culpę dicit
deordinationē, siue priuationē
ordinis principalis, quod est ima-
ginis ad deum immediatē. Ma-
lum uero naturę, uel pœntē de-
ordinationē ordinis non princi-
palis, sed particularis. Et hęc est
quod deus salua condecencia suę
bonitatis, & sapientię: potest fa-

cere rem malam malitia pœnæ,
vel defectu naturę, non sic pri-
uatam ordine iustitię ex ea par-
te, qua procedit ab ipsa disposi-
tionē diuinę sapientię: unde nō
sequitur potest deus facere ho-
minem cæcum: ergo potest face-
re iniquum.

QVÆSTIO II.

An Angelus statim quod creatus
est, peccauit?

VT RYM angelus in primo in-
stanti suę creationis fuerit
malus actu proprię uoluntatis:
Quod sic, uidetur auctoritate.
1. Iohan. 3. Diabolus ab initio
peccauit: sed nihil est ante ini-
tiū durationis: ergo nulla crea-
tura præcessit duratione angeli-
cum peccatum. ITEM. Aug. 11.
super Gen. ad literam. Nec fru-
stra putari potest, in initio tem-
poris diabolū supbia cecidisse:
nec fuisse ullum antea tempus,
quo cum angelis sanctis paca-
tus uixerit, & beatus: sed in ipso
primordio creaturæ a suo crea-
tore apostatasse. SI TV DICAS
mihi, quod hoc non dicit secundū
suam opinionem, & bene: quia
ibidem ubi Aug. ponit istā opi-
nionē, multas etiam alias ponit
quas nō tenet. Obicitur, quod
hoc dixerit secundū suam opi-
nionē, quia ipsius opinio fuit,
quod omnia simul essent condita:
& per lucem intelligit angelicā
naturam formatā, per tenebras
intelligit auersam a deo: ergo si
simul lux facta est, & a tenebris
diuisa, simul cū rerū prima con-
ditione fuit peccatū angeli: &
ita ut, quod nulla fuit oīno ibi mo-
ra. ITEM. Rōne uir. Aliqua crea-
tura corporalis est, quod simul ī co-
dē īstātū est & operat, sicut lux
statim

statim cum est, lucet: & Aug. di-
cit, quod lux, & splendor sunt coe-
ua: & si esset lux eterna, splendor
esset eternus: ergo cū spūalis na-
tura sit magis, uel æq; actualis
ut corporalis: ergo potest esse, quod ī
primo instanti cū est, sit in tuo
actu: sed actus eius est uelle: er-
go cū statim est, potest uelle: ita quod
esse nō præcedit uelle tēpore, si-
ue duratione, sed solū natura:
sed qua rōne uelle potest bonū, ea
de rōne malū: ergo cū uolens
malum sit malus, in primo īstā-
ti potuit esse malus. SI TV DI-
CAS, quod potest hēre operationē coe-
uā naturalē: sed non lib. arb. Cō-
tra li. ar. est sub deo potentissi-
mum (sicut dicit Bernar.) & ni-
hil habens retardans in angelo
nec ligans: sed statim cū est, per-
fectū est & potest operationē illā
habere ITEM. Si oculus crearet
cū actualitate uirtutis uisus, &
impressionē speciei, simul esset,
& uideret: cum ergo angelus a
sui ppria cōdōne habuit itelle-
ctū agentē & spēs rerū innatas,
ut post patebit: ergo simul fuit,
& intellexit, pari rōne & simul
fuit, & uoluit. SI TV DICAS, quod
intelligere, & uelle fiūt in diuer-
sis īstātibus. Contra intellige-
re angeli est simplex, & in īstā-
ti potest esse, similiter & uelle: sed
nihil phibet duo īdiuisibilia es-
se simul: ergo nihil phibet intel-
ligere, & uelle: cū sint indiuisi-
bilia, saltē rōne indiuisibilis si-
mul esse: sicut ultima duarum
linearū cōtinguarū simul sunt.
ITEM. Hoc ipsū ostendit p simile.
Quia aīa rōnalis simul tpe cō-
dit, & uitiat: nec est ibi aliqua
oppositio: ergo similiter ut quod ī
angelo esse potuerit, quod simul

ficeret, & uitaret, nō tñ a deo, si-
cut nec originale peccatū est a
deo. Aut si nō simile: ergo quo
rōnē, quare aīa hęc duo pōt hēre
simul, & non angelus. Si di-
cas mihi, quod ab actu alieno
cū aīa. scilicet a corpore, sed angelus
a se: hoc nihil est, quia ita cito an-
gelus fuit cognitus a se, sicut ab
alio: ergo paritōne ita īstātī po-
tuit ab actu pprio, sicut ab alie-
no. SED CONTRA. Ezech. 33. In
delitiis paradisi fuisti plenus sa-
pientia, & pfectus decore: ergo
&c. ergo cū hoc itelligat de dia-
bolo (sicut exponit glossa) fuit
ergo aliquā sine peccato. ITEM.
Hoc dicit Augustinus de ciuitate dei.
In delitiis paradisi dei fuisti. oī
lapide precioso ornatus es: ubi
aliquā intelligit fuisse sine pecca-
to. ITEM. Rōne uir. Oī peccatū
actuale exit in esse p actū delibe-
rationis: sed ubi deliberatio, ibi
collatio, & successio de necessi-
tate: ergo si peccatū sequitur de-
liberationem angeli, peccatum
sequitur angelū non tñ natura,
uerum ēt deliberatione. SI TV
DICAS, quod angelus pp intelle-
ctum deformem deliberat in
instanti, & simul uidet, & deli-
berat: ostendo quod non potest
esse. Angelus enim ad hoc, quod
appeteret, necessario tria præco-
gnouit, appetibile, & cui appete-
bat, & rōnem mouētem: aliqua
enim ratio fuit, quæ excitauit:
sed ista sunt diuersa, & impossi-
bile est per naturam aliquā po-
tentiā simplicē simul, & semel
ad plura conuerti: pp quod ēt di-
cit Philosophus, quod intelligimus
vnū solū: ergo si non simul, suc-
cessiue ergo cognouit. ITEM.
Ang. quā cōditus ē, aut factus ē
cum

cum sua operatione actuali, aut absque operatione actuali. Si absque operatione actuali: ergo post tempus peccauit necessario. Si cum sua operatione: sed non deuit Deum concreare alicui rei nisi operationem suam naturam conuenientem, cum ergo actio deformis potius sit naturae inconueniens, patet &c. **ITEM.** Hæc duo sunt uera per se, quod nullus in illo primo instanti, quo peccat, potest uitare peccatum, & nullus peccat actuali peccato in eo, quod uitare non potest. Sed si angelus peccauit in illo instanti, non potuit in illo uitare, nec in aliquo, quod esset ante illud, nec post: ergo non potuit uitare: sed si non potuit uitare, non peccauit: ergo si peccauit in primo instanti, non peccauit. **ITEM.** Malum est corruptiuum boni: sed nihil corrumpitur, nisi quod est, uel fuit: ergo in angelo aliquid fuit, quod amisit per peccatum. Tunc ergo quaero, utrum in primo instanti peccauerit, an non: si sic, ergo peccauit subito. Sed cum in subita mutatione simul sit fieri, & factum esse: simul erit corrumpi etiam, & corruptum esse, & ita non esse: ergo bonum in primo instanti non est. Sed non corrumpetur nisi fuerit: ergo in eodem instanti fuit, & non fuit: & ita contradictorie opposita sunt simul uera: sed hoc est impossibile, & propter hoc uult Philosoph. quod inter mutationes contrarias de necessitate sit quies media: ergo inter illius boni productionem, & ademptionem fuit quies media, & ita morula. **SI TV** dicas (sicut dicitur

de anima rationali) quia similiter potest ibi obicitur quod non adimit bonum, quod in fuit: sed quod in fuisse si non peccasset: nunquam enim fuit iustus, & bonus: sed fuisse si non peccasset. Contra hoc est Aug. de correctione, & gratia. Ille in ueritate non stetit. (dictum est de diabolo: quia ibi fuit: sed non permansit) ergo illa responsio, nihil ualet hic.

RESOLVTIO.

Non quidem: sed paruula, quaedam morula intercessit.

RESPON. Dicendum, quod antiqua positio fuit aliquorum, quod simul tempore fuit diabolus, & peccauit: nec unquam fuit nisi malus, & uidetur Aug. illam approbare super Gen. ad literam: & ideo aliqui moderni eam tenuerunt. Sed quoniam (sicut expressè dicit August. in xi. de Ciuit. Dei.) prædicta positio accedit ad primam, quæ est hæretica, & ita quasi hæresim sapit: ideo communis opinio Magistrorum Parisiensium est, quod duratione conditionis angeli præcessit lapsus: & de communi consilio Magistrorum positio opposita excommunicata est ab episcopo Parisiensi. Ideo tanquam magis ueram, & catholicam, & magis probabilem, & communem opinionem dico illam, esse tenendam: quod morula fuit inter creationem, & lapsum, licet paruula: propter quam sancti, & expositores, & ipsa scriptura loquitur de malicia diaboli, quasi semper fuisse in ea: quia illud modicum quasi pro nihilo reputatur. **EX** HOC patet responsio ad primum: quia (ut dicit August.) sensus est, dia-

bo-

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An angelus quaecumque cognoscit, per species innatas cognoscat?



IRCA secundum principale, & circa angeli naturalem cognitionem duo quaeruntur. Primum est de cognitione ipsius creaturae. Secundum de cognitione creatricis essentiae.

VTRVM angelus omnia creatura, quæ cognoscit, cognoscat per species innatas, an aliqua per species acquisitas. Et quod omnia creata cognoscat per species innatas, uidetur sacra scriptura uelle. Ezech. 28. Tu plenus sapientia, & perfectus decore (dicitur ad diabolum) sed non esset a sui origine plenus sapientia, nisi esset in eo plenitudo specierum, per quas contingit res cognoscere: ergo cum plenitudo sufficiat unicuique, uidetur, quod species innatae sufficiant angelo ad omnia cognoscendum. **ITEM.** Per Aug. ix. de Trinit. Mens ergo ipsa sicut rerum corporarum noticiam per sensum corporis colligit: sic incorporearum per semetipsam. Et huius rationem aliam non assignat, nisi quia species incorporalium non potest fieri in sensu: & species acquiritur mediante sensu: sed angelus nullum habet sensum. (supponatur modo) ergo nullus noticiam acquirit suscipiendo, siue acquirendo speciem nouam. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur per auctoritatem in Lib. de Causis. Omnis intelligentia est plena formis: sed si species reciperet, non esset plena: ideo ergo &c. **ITEM.** Talis consue-

uit

Cap. 6.

Author
de cau-
sis pro-
positio.
10.

uit assignari differentia inter intellectum angelicum, & humanum: quod humanus propter conjunctionem cum corpore est possibilis: angelicus uero est actualis: si ergo recipere non est, nisi rei existentis in potentia secundum quod huiusmodi: patet &c.

ITEM. Quod ista differentia sit conueniens, uidetur. Intellectus enim diuinus est in omnimoda actualitate, ita quod omnino nihil potest recipere. Intellectus uero humanus, quando creatur, est sicut tabula nuda, & ita in omnimoda possibilitate: ergo si inter hæc extrema possibile est reperire medium: possibile, scilicet, in quo sit possibilitas actui coniuncta, & talem non est dare nisi angelicum: ergo &c. ITEM. Triplex est esse rerum: habent enim res esse in uerbo, & in intellectu angelico, & in mundo: secundum quod triplex esse dicit Augustinus, illud esse dictum; fiat, & fecit, & factum est. Sed esse rerum in intellectu angelico magis accedit ad esse rerum in uerbo, quam ad esse rerum in mundo: ergo cum in uerbo fuerit plenissime, in maiori plenitudine sunt in angelo, quam in mundo, uel in æque magna: sed Deus ab initio mundi indidit rebus rationes causales: secundum quas cætera fierent, & nihil diceretur nouum, quia requieuit Deus die septima: ergo multo fortius uidetur, quod in angelo impressit similitudines, & rationes: secundum quas posset cognoscere cætera facienda: ergo sine receptione noua.

SED CONTRA. Eph. 3. Ut innotescat principibus, & potentatibus multiformis sapientia dei.

Glo. dicit ibi, quod angeli multa didicerunt ab ecclesia: ergo multorum species receperunt, & acq-
suerunt. ITEM. Si per species innatas omnia cognoscit: ergo a natura sua omnia scit: ergo presentia, & futura, necessaria, & contingentia, naturalia, & uoluntaria: quod manifeste falsum est, & contra scripturas. ITEM. Si omnia cognoscit per species innatas, habet penes seipsum rationem cognoscendi omnia: ergo ita bene cognouit absentia, sicut presentia: ita longinqua, sicut propinqua: ergo diabolus existens in inferno, scit quidquid fit in mundo; & Angelus, qui est hic, quidquid fit in Anglia: quod manifeste falsum est, & contra scripturam, quæ de multiplici missione angelorum loquitur. ITEM. Si omnia cognoscit per species innatas, aut non cognoscit singularia, aut habet species omnium singularium. Primum est falsum, & inconueniens: quod angelus singularia non cognoscat, cum hominibus specialibus ministraret, & ad specialia, & singularia ministeria dirigatur. Si autem habet species omnium singularium: ergo cum possint augeri in infinitum, habebit species infinitas: aut fiet aliquando aliquod singulare, quod non poterit cogitare, seu cognoscere.

SI TRV dicas, quod angelus cognoscit singularia per species uniuersalium. Contra. In specie uniuersalium non distinguuntur: ergo non cognoscit distinctè. Præterea. Species uniuersalis non assimilatur cuilibet singulari assimilatione perfecta: ergo perfectius cognoscit homo,

quam

quam angelus. SI TRV dicas, quod angelus appropriat illas species applicando ad singularia. Contra. Omnem applicationem non fortuitam præcedit cognitio: si enim non cognoscit illum, cui applicat, quomodo uult illi speciem applicare? Et iterum, quare magis illi singulari applicabit speciem hominis, quam alicuius: ergo ante applicationem cognoscit singulare. PRÆTEREA. Aut cognoscit post applicationem, aut non. Si non: ergo angelus non potest tenere in memoria cognitionem alicuius singularis, quod manifestè falsum est. Si sic: ergo remanet in memoria aliqua noua species, cum aliquid cognoscit, quod prius non cognouit: & ita in illa recipit aliquam speciem; ergo &c.

RESOLVTIO.

Naturalia, atque necessaria per species innatas intelligit: fortuita autem, & contingentia per species receptas.

RESP. Dicendum, quod omnes qui aliquid intellexerunt, hoc posuerunt, quod angelus cognoscit res creatas per species, nisi sit talis, quæ essentialiter sit in angelo. Cognoscere autem rem omnino per seipsum, hoc est solius illius, qui est actus purus, & perfectissimus: & ideo idea, & causa omnium, & efficiens, & exemplaris scripto, non alio quodam: sed tamen in modo ponendi species diuersificati sunt. ALIQUI enim posuerunt, quod angelus omnia, quæ nouit per species, scit per species innatas: & huius positionis tradunt modum, & causam. Modus enim hic est. Quamuis in angelo sint innatæ spe-

cies in numero finito, scilicet rerum, quæ sunt de prima constitutione mundi: tamen sicut Deus in prima conditione indidit rationes causales, & seminales rebus ad se multiplicandas, ita tradidit etiam speciebus, quas impressit angelico intellectui: & ita omnia possunt sine extrinseca receptione cognoscere. Causam autem huius assignant: quia cum receptio fiat per quædam abstractionem, & proportionem, ad quæ concurrunt tamen dispositiua organum, & medium, & uirtutes inferiores, & hoc non sit in angelo reperire: dicunt, quod nihil ab extra potest recipere. Sed huius positionis modum facile non est intelligere, quia difficile est uidere, qua ratione species possunt multiplicari. Nam species unius rei non generat speciem omnino differentis rei: nec eadem species se multiplicat in anima secundum numerum, cum in una sit anima: sicut unius obiecti una est species in uno speculo indiuiso. Causam autem credo esse falsam: quia planum est, quod angelus habet intellectum possibilem, cum non sit purus actus. Planum etiam est, quod habet agentem maioris uirtutis, quam si esset corpori alligatus. Si ergo alligatus potest abstrahere, & possibili immprimere: quanto magis intellectus liber, & separatus hoc potest? IDEO est alia positio, quod angelus quædam cognoscit per species innatas, ut puta naturalia, & necessaria, & quæ sunt fortuita, & uoluntaria, & futura.

ra cōtingentia intelligit per species acq̄sitas, & receptas. Angelicus enim intellectus est possibilis respectu huiusmodi species: non tamen est tanta possibilitate possibilis ut humanus, quia humanus est possibilis omnino propter nuditatem. Est etiā possibilis propter coniunctionē cum phantasmatibus: angelicus uero neutro modo, sed possibilis est respectu prädicatorum cognoscibilium: Cum enim nō habeant causam certā: solus Deus, qui seipso cognoscit, est in actu respectu talis cognitionis: & ille qui cognoscit in Deo, uel per reuelationem factā a Deo: Angelus uero, qui indiget informatione speciei per naturam, est respectu talium in potentia, non in actu. Sed hæc positio uidetur in se claudere duo opposita. scilicet quod angelus habeat species uniuersalium, & suscipiat post species singularium. Species enim singularium eiusdem sp̄s nō differunt, nisi numero, & impossibile est accidentia eiusdem sp̄s diuersa numero esse in eodem subiecto: ergo nullus intellectus potest habere species plures hominis: sed si habet unam innatam, non potest aliam eiusdem speciei recipere, sicut nec duæ albedines sunt in eodem corpore. Quod si dicas, duarum albedinum similitudines esse in eodem aere, & diuersa lumina eiusdem naturæ (ut dicit Diony.) & facies duorum hominum in eadem imagine: non est simile: quia cū idola, & lumina in medio distinguantur per suas origines, diuersę figurę possunt in genere figurę differre specie.

Vel aliter sufficit species figuræ cum numero, sicut possum tres species omnino similes confingere: & sic uidetur dicta positio cōtraria implicare. Amplius. Si species est totum esse formale indiuiduorum (ut dicit Boet.) nec est indiuiduatio, nisi ex cōiunctione formæ cum materia: si sp̄s existens in intellectu omnino abstrahit a materia, nullo modo in eodē intellectu est ponere diuersas sp̄s, siue formas solo numero differentes: & sic redit idem quod prius. scilicet quod si intellectus angelicus habet omnium uniuersalium sp̄s innatas, nullam ulterius sp̄m recipit, sed sufficienter per illas omnia cognoscit. Et ideo est tertia positio, quod angelus omnia cognoscit per sp̄s innatas: nō quia non possit recipere species, tūc enim si Deus crearet aliquod nouum species, necesse esset angelū ignorare: quod si falsum est, possit recipere. Et ideo hæc non est ratio: sed hoc, quod Deus intellectum angelicum possibilem tot speciebus impleuit, quod per illas poterat omnia cognoscere sine omni receptione noua. Et ideo dicitur intellectus angelicus esse in actu respectu rerum, non quia seipso sit in actu, uel quia sit actus, sed per sp̄s factus est in actu: & modus, & intellectus istius positionis est hic. Deus enim in angelis creauit species uniuersales omnium siendarum rerum, & per illas certū est, quod potest omnia uniuersalia cognoscere: potest etiam in singularia, sed non nisi componat adinuicem, ut patet. Si ego habeo penes me speciem

Collige
ex 2. editione in
Porph.
cap. de
Pro-
prio.

Addas
quod hæc
sp̄s con-
creatas
ē quodā
modo pas-
sio pro-
pria in-
tellectus an-
gelici, et
natura
liter se-
quitur
eius in-
tellecti
ex quibus
facile est
sp̄s ad se
ad se
tum.

ciem figuræ, sp̄m hominis, speciem coloris, & temporis, & cōponam adinuicem, sine noua receptione speciei, cognoscam indiuiduum, ut in propria natura: sed quia talis compositio, nisi esset secundum certitudinem, & correspondentiam ad ipsam rē, esset fictio, & deceptio: ideo angelus huiusmodi indiuidua, & singularia non cognoscit, nisi dirigat aspectum supra ipsum cognoscibile: & secundum illud, quod est in re ipse componat sp̄s in se: & tūc habet ita claram, & certam cognitionem de re, sicut si sp̄m statim reciperet. Et hæc positio magis placet: quia concors est rationi, & philosophiæ, & sacrę scripturę: & patet responsio ad omnia obiecta si bene intelligantur.

AD ILLVD enim, quod obiicitur, quod angeli didicerunt, &c. Dicendum, quod hæc positio bene ponit angelos multa discere, sed non propter hoc sp̄s nouas recipere: nec illud est in compossibile. Ego enim habeo sp̄m hoīs, & animalis, dum scio unam cōclusionē de eis: sed per multiplicē conuersionem, & collationem poterit circa eandem res eandem sp̄s noua cognitio generari secundum diuersas operationes, & habitudines: & ita aliquid addiscam, sed non nouam sp̄m recipiam: sic & angeli multa didicerunt, tū ex propria industria, tum ex reuelatione, tū ex experientia. AD ILLVD, quod obiicitur, quod tunc cognosceret contingētia & absentia. Dicendum, quod (sicut tactum est) ad cognitionē harum rerum particulariū, & maximē contingentium, non

sufficit habere sp̄s innatas, nisi aspectus angelicus conuertatur: & conuersio requiritur. Sei existētia, uel in se, uel in causa: requirit etiam præsentiam, eo quod uirtus angelica ē finita: ideo in approximatione aliqua proportio nali est, cum se conuertit ad rē extra: & ita patet, quod non propter hoc cognoscit futura, uel etiam contingentia. AD ILLVD, quod obiicitur, quod aut non cognoscit singularia, aut habet sp̄s infinitas. Dico, quod cognoscit singularia per sp̄s uniuersalium, applicando, & appropriando. Unde per appropriationē propriē, & distinctē cognoscit: nec oportet nouas sp̄s recipi, nec oportet infinitas esse, quia singularia ad numerum finitum uniuersaliū reducuntur: sed finitæ species infinitis modis componi possunt: & ideo nunquam tot singularia cognoscit angelus, quā adhuc possit cognoscere plura sine receptione speciei nouæ, non tamē sine directione aspectus supra rē. Ex qua directione non recipit sp̄m a cognoscibili, cum sit in actu per sp̄m quā habet: sed dirigēdo aspectum, sp̄m appropriat, & appropriando componit: & rem singularem sub una proprietate cognoscit, & perficit: quia tota cognitio est a forma, & forma hæc sp̄s est, quæ est totum esse indiuiduorum. AD ILLVD, quod obiicitur de applicatione, quod supponit cognitionem. Dicendum, quod uerū est, quod supponit cognitionem, & relinquit cognitionem: sed tamen aliam præsupponit, aliam relinquit. Angelus enim sine conuersione aliqua habet cognitionem

dium immittat: sed missio hæc non est nisi per gratiam: ergo impossibile est, q̄ aliqua creatura, quantuncunq̄ nobilis, diuinam lucem in seipsa per naturam cognoscat.

RESOLVTIO.

Cum splendor diuine claritatis cuiuscunq̄ creata uirtutis uires summè excedat; minimè angelus diuinam essentiam in sua claritate naturali cognitione uidere poterat.

RESP. Dicendum, q̄ angelus naturali cognitione diuinam essentiam non poterat uidere in essentia, siue claritate sua: & hoc patet, quia hæc cognitio est primum præmiū, quo habito, mēs creata quiescit tanquam beata: & perfecta: hoc autem præmiū nemo obtinet nisi gratuita Dei influenza. Si autem quæretur ratio huius: sanè dici potest, q̄ diuina lux propter sui eminentiā est inaccessibleis uiribus omnis naturæ creatæ: & ideo per quandam benignitatis condescensionē facit se cognosci: ita q̄ in illa cognitione cognoscēs multo pius agatur, q̄ agat: illa autē condescensio bonitatis q̄d gratuitū dicit: sed constat, q̄ non dicit diuinæ essentiae humiliationem, quia non pot̄ minorari: sed dicit alicuius radii gratuitam immisionem, p̄ quam aīa clare cognoscit, cum est missio in abundantia, sicut erit in gloria: & ita angelus diuinam essentiam non potest per naturam cognoscere in seipsa, sicut ostendunt rationes inductæ, & sicut colligitur a Dionysio in principio mysticæ theologiæ.

AD ILLVD ergo, quod obii-

citur, q̄ est deiformis per naturam. Dicendū, quod hoc non dicitur, quia habeat deiformitatē, quā hēt intellectus gloriosus p̄ assimilationem, quæ est in statu p̄fecto: sed deiformis dicitur, quia sine susceptione specierū, p̄ id, quod hēt in se actu, cognoscit. AD ILLVD, q̄d obiiicitur, q̄ est speculum clarum. Dicendum, q̄ Deus refulget in omni creatura tanquam causa in effectu suo, & ex omnibus potest cognosci, & maximè in creatura, quæ ipsius Dei est insignita imagine: sed illa refulgentia luminis, per quam uidetur Deus facie ad faciem, non est naturæ: sed cōdescensionis, & gratiæ. Nec est simile de luce corporali, quæ naturaliter influit lumen in hæc inferiora: nō sic dēt intelligi de luce aterna. AD ILLVD, quod obiiicitur, q̄ Deus principaliter est in anima, &c. Dicendū, q̄ esse præsens alicui, hoc est dupliciter. Velut principiū cōseruās, & continens; uel ut obiectū immutans, & mouens. Primo modo est Deus p̄sens angelo, & lux cæco, secundo modo non: & iō non est simile de aīa, & eius habitibus, quoniam præsentēs sūt animæ utroque modo. Et ratio huius est: quoniam hæc cognoscibilia nō superexcedūt cognoscētis potētia, & naturam. AD ILLVD, q̄d obiiicitur, q̄ aut per speciē, aut p̄ essentia, &c. Dicendū, q̄ adhuc est tertius modus cognoscēdi. s. p̄ effectum: cognoscitur autē Deus p̄ effectus uisibiles, & p̄ substantias spirituales, & p̄ influentiā luminis cōnaturalis potētiae cognoscēti, q̄d est similitudo q̄dā Dei, non abstracta,

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An Angeli naturali dilectione dilexerint Deum propter se, & super omnia?



ONSEQUENTER tertio loco queritur de naturali angelorum dilectione, & de ipsa duo quærentur. Primò de dilectione, qua diligebāt Deū. Secūdò de dilectione, qua unus angelus diligebat alterum.

DE modo naturalis dilectionis ad Deum. Et est q̄stio: utrum angeli dilectione naturali dilexerint Deum propter se, & super omnia. Et q̄ nō uidet, quia Bernar. dicit, q̄ natura est curua, ergo cū seipsa reflectitur, magis diligit se, quā alia, & alia p̄ se; ergo &c. ITEM. Qui diligit aliquid supra se, eleuatur supra se (Amor. n. iungit amantē cum amato.) Si ergo magis diligit, q̄d est supra se, q̄ se; ergo supra se eleuatur: sed nihil p̄ se eleuatur supra se: ergo necesse est, q̄ talis amor aliud principium habeat, quā naturam. ITEM. Actus dilectionis est nobilissimus inter omnes actus aīæ: & motus iste, scilicet diligere p̄ se, & sup̄ oīa, est motus, quo nullus pot̄ cogitari nobilior, ergo si natura pot̄ in hunc sine gratia, multo fortius & in quolibet aliū: & ita nulla est oportunitas gratiæ naturæ institutæ. Et iterū. Si nobilissimus est, Deo est placitus, & acceptus: ergo dignus remuneratione: ergo gratia non est necessaria ad merendum. ITEM. Dilectio naturalis diligit, quod diligit, per modum dī-

dī proprie, quia magis subseruit potētiae cognoscēti, quā præsit.

fiderii, seu concupiscētiæ: sed oīs concupiscētia naturalis supponit aliquā indigentiam: sed quando- cunque aliquis diligit aliqd pp suam indigentiam magis diligit illud, in quo est indigentia, q̄ illud, quod supplet: ut cum appetito uestimentum propter indigentiam corporis, & similiter cibū, magis diligo corpus, q̄ uestimētum, uel cibū: ergo si angelus naturaliter diligit Deum propter suam indigentiam: ergo magis diligit se, quā Deum.

CONTRA. August. de fide ad Petrum Tales Deus creauit angelos, ut ipsum per se diligerēt, cuius ope se tales creatos esse cognouissent. ITEM. Ratione uidetur: quia affectus angelicus amabat bonum naturali dilectione: aut ergo quia bonum, aut quia bonū sibi. Si q̄a bonū, cū Deus esset summe bonus, magis ergo ipsum Deum, quā aliquid aliud diligebat. Si q̄a bonum sibi: sed Deus adhuc melius erat ei, quā aliquid aliud: quia bonus, immo optimus est affectui quærenti illum: ergo quocunque modo, uidetur, quod ipsum pp se, & sup oīa diligebat. ITEM. Gustus sanus non errans in iudicio, id magis desiderat & magis amat, qd̄ est magis delectabile: sed Deus est maxime delectabilis: ergo cū angelus a sua cōditione hoc nosset, & affectum sanum haberet: ergo in eo pp se & super omnia delectabatur: sed illud magis diligit, in quo magis est, & propter se delectatur: ergo &c.

ITEM. Hoc mandatum de diligendo Deum pp se & super oīa erat scriptū in corde angeli: ergo cōscientia distabat ei, q̄ ad

hoc tenebatur: ergo si non sic diligebat, contra conscientiam faciebat: ergo peccabat: ergo ante peccatum Deum super omnia diligebat. SI TV dicas, q̄ conscientia non obligabat eum nisi pro tempore gratie, quia ante nō poterat. CONTRA. Affectus angeli ante peccatum non repugnabat intellectui: alioquin ante peccatū erat bellum: sed intellectus dicit nihil esse diligendum super omnia nisi Deum: ergo cum oporteret angelum aliquid diligere super oīa: necesse erat, quod aut diligeret Deum propter se & super oīa, aut faceret contra cōscientiam, & ita peccaret. ITEM. Angelus diligebat Deum, aut ergo fruens, aut utens. Si fruēs: ergo propter se super omnia. Si utens: ergo cum summa puerio sit uti fruendis, erat puerus, & affectus erat in eo inordinatus: cum faceret de uia terminū, & econuerso, patet ergo &c.

RESOLVTIO.

Angelus & homo, simul ambo habiles fuere ad diligendum Deum propter se, & super omnia naturali dilectione: quandoquidem recti a Deo ipso creati sunt: quæ rectitudo in amore potissime consistebat.

RESPON. Dicendum, q̄ absq̄ dubio tempore naturæ institutæ tam homo, quam angelus habilis erat ad diligendum Deum propter se & super omnia. Et hoc patet: impossibile enim erat eum aliter esse rectum. Rectitudo enim mentis consistit radicaliter in amore. Amor autem rectus esse nō potest, si aliquid diligit supra Deum, uel æque, uel aliqd diligit propter se, & Deū

pro-

propter aliud: si ergo Deus fecit hominem & angelū rectum patet, q̄ unicuiq̄ dedit habilitatē ad amandum Deum super oīa, & propter se. Patet et hoc planius, si attendamus, quid est diligere propter se, & super oīa. Contingit enim aliquid diligi dilectione concupiscētiæ, sicut aliquis amat uinum, uel amicum, siue amat socium. Propter se uero aliqd diligit non alterius gratia, sed ibi sistere: sicut ebriosus diligit uinum propter se. Propter aliud, est alterius gratia, sicut sobrius diligit potum pp salutē. Similiter in amore amicitie propter se diligit non alterius gratia uelle alteri bonum: sicut dicit Philoso. q̄ diligimus amicos propter se, & si nihil omnino boni debeat nobis ab ipsis esse. Propter aliud uero est alterius gratia: sicut aliquis diligit hominem propter cōmodum suum: sicut dicit idem, quod inimicos nostros uolumus esse iustos: ut nihil nobis noceant. Diligere uero aliqd super oīa amore amicitie, est nullo cōmodo, uel incōmodo uelle ipsum offendere, nec amicitiam soluere: similiter dilectione concupiscētiæ est nullo cōmodo uel incōmodo uelle illud perdere. Quoniā igitur affectus angeli Deum habere cupiebat propter se, quia summe bonum & summe reficiens, non alterius boni gratia: & Deo uolebat bonum propter se, multo magis, quā amicus amico: similiter nullo cōmodo uel incōmodo uolebat Deum offendere uel perdere, ut manifestū est, & patet intuiti: dico, q̄ deū diligebat pp se, & super oīa.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur, q̄ motus naturæ curuus est. Dicendum, q̄ aut Bernar. intelligit de natura, qua cōicamus cum brutis: aut si de rationali, intelligit prout lapsa est: aut hoc uocat curuitatem, quod appetit sibi. Sed esto, q̄ Deum appetat sibi, nō tamē aliquid magis diligit sibi quā Deum: & ita nihilominus propter se, & super oīa. AD ILLVD ergo, qd̄ obiicitur, q̄ eleuatur supra se. Dicendum, q̄ eleuari supra se est dupliciter: aut supra suum posse: & hoc est impossibile nisi adiuuetur natura: aut supra suum esse, & hoc est possibile, & naturale: unde bene cōcedo, q̄ homo naturaliter natus est eleuari supra se. i. ad id, quod est supra se, contemplan- do, & amādo. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ motus iste uidetur nobilissimus, & difficilissimus, & Deo gratissimus. Dicendum, q̄ motus iste aliter est gratiæ, aliter est naturæ institutæ. Naturæ institutæ est ex quadā habilitate, & rectitudine respectu boni. Gratiæ uero est, q̄a captiuatur affectus in obsequium Christi, sicut intellectus per fidē: tūc at captiuatur intellectus in obsequiū Christi, quādo contra illud, qd̄ rō sua dicit, assentit primæ ueritati, sic & affectus quando id ad q̄ diligēdum naturaliter inclinatur, amore Christi paratus est odire: uel econuerso, quando ad id, ad cuius odiū naturaliter inclinatur, paratus est amare, & talis est affectus, qui contemnit uitam, & honores, & oē desiderabile, & amat odiētes se, & ledētes pp Deum: & hic est solus affectus, q̄ Deo

sa-

famulatur, & quem Deus accipiat, & remunerat: & hic nō est a natura, sed solum a gratia. Alio etiam differt hic motus ab illo: quia ille a cognitione naturali, scilicet qui est dilectionis naturalis alius est a cognitione fidei. Et differt hęc cognitio ab illa, quia cognitio naturalis cognoscit Deum summe bonum per diffusionem, siue cōicationem bonitatis in effectibus creatis: sed fides dicit Deum summe bonū per communicationem bonitatis in diuinis personis: & utraq; cognitio dicit Deum summe bonum, & summe diligendum; sed multo nobilius fides, siue cognitio gratuita: Per hunc modum utraque dilectio Deum diligit summe, sed magis & nobilius dilectio gratuita. Alia differentia consuevit dari, quod dilectione naturali diligit Deum animus, siue affectus rectus, quia bonus sibi: & ideo summe diligit, quia summe bonum sibi: & oē bonū, quod est, & quā hēt, pendet ex ipso; & nihil esset nisi per ipsū; ideo plus Deum diligit, quam est seipsum. Sed dilectione gratuita diligit quis Deum, quia bonus, & quia summe bonus, diligit summe, & quia nō est bonus ipse hō, nisi in quantum est ad Deū, non diligit se nisi propter Deū, & hoc dico dilectione gratuita. Et sic triplex est differentia, prima est a parte modi diligendi, secunda a parte cognitionis disponentis, siue principii: tertia est a parte motiui; omnes autē sunt rationabiles, sed prime magis innitendū. AD VLTIMUM, soluendū est per interemptionē, quia natura rationalis, de qua

nunc loquimur, nō tantū amat ratione indigentia; sed etiam ratione conuenientia, & complacentia: & ideo magis illud, quā natum est summe delectare, et summe placere.

QVAESTIO II.

Angelus naturali dilectione quem magis diligit, superiorem, inferiorem, an parem?

VTRVM Angelus naturali dilectione magis diligit superiorem, an parem, an inferiorē. Et quod magis superiorem, uideretur. Si angelus angelum naturaliter diligit, aut ergo, quia bonum, aut quia beneficū; sed quocunq; modo angelus superioris ordinis magis est bonus, et iterum magis est beneficus, quia angelus inferioris ordinis a superiori recipit illuminationes per eum modū, per quē Dionysius dicit; ergo etc. **ITEM.** Angelus per naturā institutā Deum super oīa diligebat; ergo si illud, quā magis approximat ad summū, in oī genere est magis intēsum; ergo si summe diligebat Deum, id est super oīa; ergo magis illud, quā Deo erat similis, et proximus; sed angelus superioris ordinis est huiusmodi; ergo etc. **ITEM.** Angelus inferioris ordinis uolebat æquiparari angelo superioris ordinis, quantum erat de naturali appetitu; ergo magis, et eminentius bonū illi uolebat, quā sibi; sed super omnes angelos pares, et inferiores se diligebat; ergo etc.

QUO D autem magis diligeret angelum eiusdem ordinis, uideretur. Dilectio naturalis conuenit similitudinē. Vnde Eccl. 13. omne animal diligit sibi simile; sed angelus eiusdem ordinis simi-

lior

lior est angelo sui ordinis quā alterius: ergo magis diligit. **ITEM.** Naturalis dilectio intenditur per familiaritatem: unde magis diligit homo naturaliter domesticum, & socium suum, quā extraneum: sed maior est familiaritas, & societas angelorum eiusdem ordinis: ergo &c. **ITEM.** Ecclesiu triumphans cōformis est ecclesie militanti: sed in ecclesia militante est distinctio ordinum, & religionum, & recto, & ordinato affectu, qui non repugnat gratia, plus iungitur homo ei, qui est eiusdem professionis: ergo pari ratione, & angelus naturali dilectione plus diligebat angelos eiusdem ordinis.

QUO D autem magis angelos inferioris ordinis uideretur. Primo, quia probatio dilectionis est exhibitio operis: sed angelus superioris ordinis plus se cōmunicat angelo inferioris quā paris, uel superioris, & ad hoc faciendum ordinatur per naturam, non solum per gratiam: ergo &c. **ITEM.** Per naturā plus amat rationalis creatura præesse, quā subesse: sed angelus medii ordinis ideo subest, quia habet superiores: ideo præest, quia habet inferiores: ergo si magis diligit præesse, magis per naturam diligit habere ordines inferiores quā superiores: ergo &c. **ITEM.** Nos uidemus in linea consanguinitatis carnalis, quod magis diligit homo eum qui est infra, quā eum qui est supra, uel iuxta, ut puta magis filium quam patrem uel fratrem, & hoc est per naturam: ergo uideretur pari ratione quod in ordini-

bus angelorum magis affectio conuertatur ad eum, qui infra est, cum nullum sit uinculum consanguinitatis nec supra nec iuxta.

RESOLVTIO.

Ratione maioris boni optati angelus superiorem angelū magis diligit. Ratione autem intensiōnis affectus, equalem. At uerò ratione impensī beneficij, inferiorē.

RESPONDEO. Dicendum, quod magis diligere aliquem, hoc potest esse tripliciter, Aut ratione boni optati, aut affectus intensi, aut ratione effectus impensī. Ratione doni optati, dicitur quis aliquem magis diligere quando ei maius bonum optat, & sic dicitur diligere magis, quia ad maius: hoc modo naturali dilectione procedēte ex iudicio rationis rectæ magis diligebat angelus angelum superiorem, uolebat enim ipsū excellere, & plus boni habere, sicut & deus conditor uoluit sic ordinare. Ratione affectus intensi dicitur magis alterum diligere, quando affectio eius plus trahit alterum, & magis consolatur de eius societate: & sic dicitur aliquis magis illum diligere, cum quo libentius cohabitatur: & sic angelus magis diligebat per naturā angelum eiusdem ordinis. Quia sicut naturali affectu magis diligit quis cōpatriotas suos, maxime quando conformatur sibi in moribus: & sicut magis diligit homo eum, qui est eiusdem professionis, & officii, ubi inuidia non interponit partes suas: sic angelus alterum angelū eiusdem ordinis magis dilectione naturali amplecti intelligendum est.

est, cum se uiderit a conditore officii æqualitate, & naturæ similitudine illi sociatum: nec esset tunc morū diuersitas, nec inuidiæ malignitas. Ratione effectus, siue beneficii impensi dicitur quis magis eum diligere, cui plura bona impendit, & circa quem magis sollicitatur, sicut magis mater confouet filiū tenellum, & sollicitior est circa illum, quam circa adultum, & magis circa infirmum quam circa sanum: & hoc facit consideratio maioris indigentia: & hoc modo dici potest, quod angelus superioris ordinis magis diligit angelum inferioris, quia angelus paris uel superioris ordinis non indiget sic sua instru-


ctione, siue purgatione secūdū qđ angelus inferioris ordinis. Et sic secundum diuersas uias, mēbra propositæ quæstionis se hñt sicut excedētia & excessa.

ET IDEO rationes ad tria p̄dicta membra decurrentes sibi nō obuiant, & cōcedi possunt: quamuis non sint multum cogentes. Si autem quis ex prædīctis omnibus simpliciter uelit inferre maioritātē dilectionis: unica responsione potest omnibus obuiare, scilicet quod omnes procedunt ab insufficienti, Si uero concluditur excessus dilectionis determinatæ uel in bono oprato, uel in effectu itēso, uel ī effectu impēso: satis d̄ plāno omnes possunt concedi.

DISTINCTIO QVARTA.

De habitibus beatitudinis & miserię angelorum.

Prone.
14.
Quod
nō fue
rūt ma
li ange
li p̄scij
sui ca
sus bo
ni uero
forte
fuerūt
p̄scij
futuri
boni.



POST hæc uidēdum est, utrum perfectos et beatos creauit deus angelos, an miseros & imperfectos.

Ad quod dici potest, quod nec in beatitudine, nec in miseria creati sunt. Miseri. n. ante peccatū esse

nō potuerunt, quia ex peccato miseria est. Nā si non fuisset peccatum, nulla esset miseria. Beati quoque nunquā fuerūt

illi, qui ceciderunt: quia sui euentus ignari fuerunt idest peccati & supplicij futuri. Si enim lapsum suum præsciuerunt,

aut uitare uoluerunt, sed non potuerunt, & ita erant miseri: aut potuerunt, sed noluerunt, & ita erant stulti & maligni.

Ideoque dicimus, quia non erant præscij euentus sui: nec eis data est cognitio eorum, quæ futura erant super eos. Boni uero & qui perstiterunt, forte suę beatitudinis præscij fuerunt. unde Aug. super Gene. Quomodo (inquit) beatus

Lib. 11. iter angelos fuit, qui futuri peccati atq; supplicij præsciens non fuit? Queritur autem cur non fuerit. Fortè hoc Deus reuelare diabolo noluit, quod facturus uel passurus esset: ce-
teris

teris uero reuelare uoluit, quod in ueritate mansuri essent. His uerbis uidetur Aug. significare, quod angeli, qui corruerunt, non fuerunt præscij sui casus: ideoque beati non fuerunt. Et quod angeli, qui perstiterunt, beatitudinem sibi affuturam præsciuerunt, atque de ea certi in spe extiterunt: unde quodammodo iam beati erant. Et reuera si ita fuisset, posset illos dici aliquo modo fuisse beatos; alios uero non, qui nesciuerunt euentum suum.

Intelligentia recta uerborum Augustini

Lib. 8. Sed hoc magis opinando & quærendo dicit Aug. quam
s. qđd. asserendo: unde & huic opinioni opponens consequenter subdit. Sed quare discernebantur illi a ceteris, ut Deus isti, quæ ad ipsos pertinerent, non reuelaret, alijs uero reuelaret: cū non prius sit ipse ultor quàm aliquis peccator, non enim dānat ipse innocentes. Hic uidetur innuere: quod nec peccatoris futurum malum, nec permansuris futurum bonum reuelauerit, Ideoque nec illi, qui ceciderunt unquam, nec illi qui perstiterunt usque ad consummationem beati fuerunt, quia beati non poterant esse, si de beatitudine certi nō erāt uel si damnationis incerti erant. Vnde Aug. in eodem, Di-
Augu. super Gen. li. 11. cere (inquit) de angelis, quod in suo genere beati esse possent
Cap. 19. damnationis uel salutis incerti, quibus nec spes esset, quod
Cap. 17. mutandi essent in melius: nimia præsumptio est. Quomodo enim beati esse possunt, quibus est incerta sua beatitudo?

Summa, & confirmatio dictorum

Ex prædictis consequitur, quod angeli, qui corruerunt, nunquam beati fuerunt, nisi beatitudinem aliquis accipiat

Vide illum statum innocentia, in quo fuerunt ante peccatum. Illi uero, qui perstiterunt aut suam beatitudinem futuram

Augu. lib. 11. Deo reuelante præsciuerunt, & ita spei certitudine aliquo modo beati fuerunt: uel incerti extiterūt suæ beatitudinis

Cap. 13. & ita aliter beati non fuerūt, quam reliqui qui ceciderūt. Mihi autem, quod posterius dictū est, probabilius uidetur.

Responsio ad id, an angeli essent creati perfecti, aut imperfecti.

Ad hoc autem, quod quærebatur, utrum perfecti, uel imperfecti fuerint creati: dici potest, quæ quodammodo perfecti,

fecti fuerint, & quodam alio modo imperfecti. Non enim uno modo aliquid dicitur perfectum, sed pluribus.

Quod tribus modis dicitur perfectum.

Dicitur nanque perfectum tribus modis. Est enim perfectum secundum tempus; & perfectum secundum naturam, & est uniuersaliter perfectum. Secundum tempus perfectum est, quod habet quicquid tempus requirit, & conuenit secundum tempus haberi: & hoc modo angeli erant perfecti ante confirmationem uel lapsum. Secundum naturam perfectum est, quod habet quicquid debitum est, uel expedit naturæ suæ ad glorificationem: & hoc modo perfecti fuerunt angeli post confirmationem, & erunt sancti post resurrectionem. Uniuersaliter & summe perfectum est, cui nihil unquam deest, & à quo uniuersa proueniunt bona, quod est solius Dei. Prima ergo perfectio est naturæ conditæ: secunda naturæ glorificatæ: tertia naturæ increatæ.

Addit, quales fuerunt angeli in conuersione, & auersione.

Dist. 6. Quales fuerunt angeli in creatione, ostensum est, boni scilicet, & non mali: iusti, id est, innocentes & perfecti quodam modo: alio uero modo imperfecti. Beati uero non fuerunt usque ad confirmationem, nisi beatitudo accipitur (ut iam dictum est) ille status innocentiae, & bonitatis, in quo conditi sunt.

UPRÆ egit Magister de habilitatibus naturalibus, & de habilitatibus ad perfectionem præparantibus. In hac parte agit de habilitatibus in statum perfectum constituentibus, unde inquit, utrum angeli mox ut creati sunt, fuerunt beati, & perfecti. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima prosequitur quæstiones de beatitudine. In secunda de perfectione ibi, Ad hæc autem quod querebatur. Prima pars hæt tres. In prima determinat quæstionem quan-

tum ad illos, qui ceciderunt: ostendens quod nunquam beati fuerunt. In secunda quantum ad eos, qui remanserunt, & hoc ibi Bonuero qui perstiterunt &c.) In tertia breuiter resumit prædeterminata de utrisque, ibi. Ex prædictis consequitur &c.) Similiter secunda pars, in qua prosequitur utrum angelici sint creati perfecti, habet tres particulas. In prima innuit, quod per distinctionem est respondendum. In secunda subiungit distinctionem, ibi, Dicitur nanque perfectum &c.) In tertia uero resumit prædeterminata

terminata breuiter ostendens quæ facta fuit natura angelica, ibi, Quales facti fuerunt angeli in creatione.

Beati quoque nunquam fuerunt &c.) Contra. Ad hoc quod aliquis sit beatus non oportet scire omnia, sed sufficit deum cognoscere. Item. Beatitudo non est aliud quam clara uisio dei: sed ad hoc requiritur cognitio euentus: ergo &c. Resp. Dicendum, quod ad beatitudinem non solum uisionis requiritur: sed perfectæ retentionis: perfecta autem retentio non est nisi quando est cum securitate, securitas autem non est nisi ubi est securitas de permansione: & quia hoc angeli non potuerunt habere, saltem qui lapsuri erant, quia falsum erat ipsi permanuros: ideo beati non fuerunt. Ad illud quod obiicitur, quod sufficit deum cognoscere. Dicendum, quod falsum est, immo oportet etiam perfecte tenere. Et quod subiungit, quod aperta, & clara uisio Dei est tota merces. Dicendum est, quod hoc est uerum per concomitantiam: uix enim in aut nunquam est ita aperta dei uisio, quin sit futuræ permansionis certitudo aut si non est, non est in illa perfecta beatitudo: hanc autem uisionem apertam, quæ est facie est facie ad faciem, non habuerunt angeli ante confirmationem, immo simul dei uisionem habuerunt & retentionem: licet ante aliquate nus cognoscerent, & amarent, siue ad hæc duo habiles essent.

Dub. 2. Quia beati esse non poterunt &c.) Contra. Certitudo damnationis potius est contraria beatitudini quam consona: sed si

certitudo nihil confert ad gloriam: ergo incertitudo nullo modo impedit gloriam, siue beatitudinem perfectam. Resp. Dicendum, quod de aliquo futuro dupliciter potest haberi certitudo uel in parte affirmatiuam, uel in partem negatiuam: & sicut ad beatitudinem oportet habere certitudinem de eius perpetuitate futura, ita oportet habere certitudinem de miseria nunquam futura: ista enim duo sunt omnino inseparabilia. Certitudo ergo damnationis nunquam futura confert ad gloriam: & quoniam incertitudo æque priuat certitudinem respectu affirmationis sicut & respectu negationis: ideo certitudo negationis ita repugnat sicut in certitudo permansionis: & sic habet intelligi illud uerbum.

Dicitur namque perfectum &c.) Ista diuisio perfecti uidetur insufficientis, quia non tantum est perfectio secundum naturam, sed etiam secundum gratiam, & gloriam et secundum gratiam est multiplex genus perfectionis. Item. Quæritur quare magis accipitur unum genus perfectionis secundum tempus quam secundum aliud accidens. Resp. Dicendum quod perfectum dicit complementum, siue completionem in qua est status. Status autem ponitur in aliquo dupliciter, aut simpliciter, aut in genere. Si simpliciter, sic est tertium membrum: si in genere creaturæ, hoc potest esse dupliciter aut in quantum exit a deo, & sic habet rationem uestigii, & reperitur hæc perfectio in omni creatura quando perducta est admodum

Dub. 3.

dum, speciem, & ordinem sibi competentem. Alio modo in quantum creatura redit in deū, & sic est pfectio gloriæ, & hęc vocat Magister perfectionē secundum naturam. Vnde ponendum, quod est pfectio secundum essentiam, & secundū participationem: & hoc dupliciter, uel secundum egressum, uel secundum regressum.

ARTICVLVS I. QVÆSTIO I.

An angeli in gloria uel beatitudine creati sint.



AD intelligentiam huius partis queruntur tria. Primū est, quales creati sunt angeli quātum ad gloriam. Secundum, quantum ad futuri euentus pscientiam. Tertium est quātum ad cognitionē matutinam. Circa primum queruntur duo. Primum est, utrum in sui creatione habuerunt gloriam. Secundum est, utrum habuerunt gratiam.

VTRVM angeli creati sint in beatitudine, siue gloria. Et quod sic, uidetur. Ezech. 28. Tu plenus sapiētia, & pfectus decore in delitiis paradisi fuisti: sed esse in delitiis paradisi, & esse plenum sapiētia, est ipsa beatitudo, quam dicimus æternam gloriam: ergo &c. **ITEM.** Aug. in Lib. de Mirab. sacræ scripturæ. Angelus in summo sui ordinis honore cōstitutus lapsus est (loquit de angelo ante lapsum) sed summus honor ordinis angelici est beatitudo & gloria: ergo &c. **ITEM.** Aug. de si. ad Pe. Angelici spiritus pro eo quod rationabiles sunt facti æternita

tis, & beatitudinis donum in ipsa naturæ suę spiritualis creatione diuinitus acceperunt.

ITEM. Idē de ecclesiasticis dogmatibus. Angeli, qui in illa, qua creati sunt beatitudine, perseuerant: non naturā possident ut non mutantur: ergo si modo habent ueram beatitudinem, patet quod in beatitudine creati sūt. **ITEM.** Ratione uidetur: quia angelus a sua creatione habuit habilitatem ad diligendū deū propter se, & super omnia: ergo habuit habilitatem ad fruendū deo: sed ipse nō habuit aliquod retardatiuū ex parte affectus, nec obumbratiuum ex parte intellectus: ergo totaliter ferebatur in ipsum deum amore fruitionis: ergo cum talis status, & actus sit beatitudo, & gloria, patet &c. **ITEM.** Deus fecit li. ar. uertibile; ergo cum possit habere creatura rationalis ipsum inuertibile, ut patet modo in sanctis angelis, aliquibus debuit hoc modo facere: sed non est inuertibilitas li. ar. in beato nisi per gloriam, ergo &c. Aut si dicas quod non debuit facere, hoc non uidetur, quia debuit facere res optimo modo: sed iste est optimus status ipsius angeli: ergo aliquem in hoc statu debuit facere.

CONTRA. Iohan. 8. Ille in ueritate non stetit: sed beatitudo est status omnium bonorum aggregatione pfectus: ergo est status in ueritate: ergo Lucifer non fuit actu beatus: sed inter omnes pfectus, & nobis est conditus: ergo &c. **ITEM.** Obicitur, quod perseuerantia, siue securitas est de essentia, siue substantia

stantia beatitudinis: beatus enim non est, qui potest amittere bonum, quod habet: sed angeli potuerunt amittere, quia amiserunt: ergo &c. **ITEM.** Nullus laudatur, uel uituperatur in his, quæ habet a natura, uel conditione: sed sicut damnationi essentialis est uituperium, ita beatitudini essentialis est laus: ergo impossibile est, quod aliquis beatus sit a conditione, immo est repugnantia in adiecto. **ITEM.** Aut omnes fecit Deus beatos, aut aliquos. Nō omnes, constat, quia plures ex eis ceciderunt. Nō aliquos, ut uidetur, quia tunc illi præcellerent alios quasi præ excellentia improporzionalis: ergo lucifer non fuisset ausus se eis præponere: quod si ausus est, uidetur quod nulli cōditi sunt beati. **SI TV DICAS,** quod maiorem audaciam præsumpsit. s. æquiparari Deo, quanto magis præesse beatis: adhuc non soluit. Si enim Deus beatos condidit angelos ab ipsa cōditione: hoc fuit, quia naturæ eorum consonabat ut sub tali pfectione, & tam nobili fierent: si ergo lucifer (ut dicunt sancti, & Magister dicit in sequētibus) splendidissima habuit naturalia, magis debuit, & congruum fuit ipsius naturam gloria insigniri, quod si ipse (ut patet) beatus factus non est: patet, &c.

ESOLVTIO.

Si beatitudo statum, bonorum omnium aggregatione pfectum dicat: neuiquam angeli beati creati sunt. At si priuationem, omnis mali connotet, ut sic & quidem beatos eos creatos dicimus.

RESP. Dicendū sicut præactū

est supra. Quorundā opinio fuit quod angeli, quia sunt spirituales, & actuales, in instanti suæ creationis fuerunt in actu conuersionis, & auersionis: & sicut in prima auersione sunt damnati essentialiter illi, qui auersi sūt, ita in prima conuersione illi glorificati sunt æternaliter, qui conuersi sunt: & ita dicunt intellexisse Aug. & fuisse eius positionem, quod aliqui sint creati beati, & formati: quia simul tempore, licet posterius natura factum est cœlum, & lux, id est angelica natura informis & formata. Lux enim (ut dicit Aug. xi. de Ciuita.) dicuntur angeli, quia illuminati sunt, ut beatè semperque uiuerent. Sed tamen hæc positio supra improbata est tanquam falsa, & erronea: ratio ne illius partis, quæ dicit, in primo instāti fuisse auersos. Rōne alterius partis pari rōne improbata est, & patet falsitas per Augusti. de correctione, & gratia: ubi dicit quod angeli, & si beati sint, erat tamen adhuc quod eorum beatitudini adderetur, si permansissent. Constat quod beatitudini, & glorię cum sit inuariabilis nō sit additio: constat etiā quod loquitur cōiter de bonis, & malis: cum dicit, si permansissent. Et ideo aliter est dicendū, quod beatitudo dupliciter potest dici. Vno modo status pfectus plenitudine omnis boni, & hæc ponit uisionem Dei claram, & tentationem pfectā: & hoc modo angeli non sunt creati, nec aliqui, nec omnes: sed habuerunt quidam ex eis in ipsa confirmatione. Alio modo dicitur beatitudo status pfectus priuatio;

ne omnis mali tam penæ, quam culpæ, & tales creati sunt angeli, quia innocentes, & impassibiles: & de hac beatitudine loquitur *S. Tho.* 1. par. 1. q. 62. Augu. sed hæc non est perfecta, nisi cum additur ei altera: & de hac currunt auctoritates probæ vocat beatitudinē naturalē. AD ILLVD enim, quod dicit Ezech. In delitiis paradisi fuiti. Dicendum, quod sicut primus homo conditus est, & positus in delitiis paradisi, quæ tamen non erant delitiæ beatitudinis perfectæ: & sicut data est ei sapientia ad cognoscendum omnia mundana, sed non illa, quæ est uisio Dei in patria: simili modo intelligendū est in angelo. QVOD dicit Augusti. de Mirab. sacræ scripturæ, intelligit quantum ad naturalia: quia ita bona habuit, quod non erat habiturus meliora, unde & in illo loco conditus est, in quo erat beatificandus. DVÆ uerò sequentes auctoritates loquunt de beatitudine secundū illas duas differētiās, quas dixi. AD ILLVD, quod obiicitur, quod habebant fruitionem sine retardatione. Dicendum, quod uerum est, nō tamen habebant in perfecta cōpletionē: quia Deum non uidebant facie ad faciem: sed in effectibus cognoscebāt, & in seipsis maximē: sicut melius patebit infra. AD ILLVD, quod obiicitur, quod debuit dari aliquibus lib. arbitr. inuertibile. Dicendum est quod (quantum est de conditione) nullis debuit dari, quāuis possit: quia homines, & angelos meliores iudicauit Deus, si ei liberaliter deferrent, ideo utruq; potuit ī manu cōsiliū sui.

Antiquis sequenti bus.

An angeli creati sint in gratia?
 Vpposito qđ angeli non sint creati in gloria; quæritur, si sint creati in gratia. Et uidetur, quod sic per Augu. xii. de Ciui. Dei. Creauit Deus angelos, simul in eis condens naturam, & largiens gratiam. ITEM. Super illud Osee. iii. Dilexerunt uinācia uuarum Glo. Hieron. Per uinaciarū intelliguntur demones, qđ creati sunt in magna pinguedine Spiritus sancti: sed per superbiam arefacti, de celo ceciderūt: constat quod pinguedo Spiritus sancti est gratia Spiritus sancti. ITEM. Damascē. expressius. Per uerbum Dei creati sunt oēs angeli, & a Spiritu sancto p sanctificationē perfecti: si ergo sanctificatio perfectā, non est, nisi per gratiam gratum facientem, & ipse loquitur de omnibus; ergo &c. ITEM. Ratione uidetur, quod Deus cū sit liberalissimus, promptus est gratiam dare oībus paratis recipere. Vnde & Anselm. Ideo homo non habet gratiam, non quia Deus nō dat: sed quia ipse non recipit: sed nulla melior præparatio ad gratiā quā pura innocentia, & uolūtas recta: ergo si hæc erant in angelis a sui origine, & creatione, per cōsequens & gratia. ITEM. Fecit Deus creaturam rōnalem ad inhabitandum in ea, & hoc, quia ipse Deus uult in ea habitare: unde Proverb. viii. Delitiæ meæ esse cum filiis hominum: ergo quod non inhabitet, uenit ex aliqua praua dispositione ex parte mentis; cum ergo in angelis nulla praua esset dispositio ex parte mentis, immo omni

moda

moda idoneitas ad gratiam, uideretur &c. ITEM. Prænotior est Deus ad miserendum, quā ad condemnandum: sed ipse fecit angelos in statu, in quo statim poterant de mereri, &c. ergo in statu, in quo poterant mereri: sed non contingit mereri sine gratia gratū faciente: ergo &c. CONTRA. Aug. Sup. Ge. ad litteram. Per cœlum intelligitur angelica natura informis per defectum formæ naturalis; ergo informis fuit per defectum formæ superadditæ naturæ: sed hæc est gratia; ergo &c. ITEM. Grego. xxxii. Moral. tractans illud uerbum. Ezech. xxviii. Aurū opus decoris tui, & foramina tua, in quibus conditus es, pparata sunt. Huius lapidis in die conditionis suæ foramina præparata sunt: quia uidelicet capax charitatis conditus fuit, quasi repleti uoluisset stantibus angelis, tanquā in ornamento Regis positus lapidibus inhærere potuisset. Habuit ergo iste lapis foramina; sed per superbie uitium charitatis auro non sunt repleta: ecce expressè, qđ non habuit charitatem. ITEM. Ratione uidetur, quia gratia in angelo nullā habet retardationem: ergo si haberet gratiam unientem Deo, totaliter angelus ferretur in Deū: ergo nunquā peccasset: sed peccauit; ergo nunquā charitatē, uel gratiā habuit. ITEM. Sicut se habet culpa ad dānationē æternā, ita gratia ad gloriā: sed statim ut habuerūt culpā, fuerūt dānati æternaliter, & obstinati: ergo statim ut habuerunt grām, fuerunt cōfirmati: ergo nunquā fuissent lapsi, si gratiam habuissent.

Quicquid dicant alij, cum Magistro probabilius sustineamus, angelos in gratia gratumfaciente non esse creatos.

RESPONDEO. Dicendum, qđ hæc quæstio facti est: & quia non inuenimus aliam rationem quā congruitatis, probabiliter possumus utruq; opinari, sicut, & alij ante nos. Fuerunt enim aliqui dicentes, quod angeli omnes creati sunt in gratuiis gratum facientibus. Et ratio, quæ mouit eos, fuit hæc ex parte Dei, scilicet perfecta liberalitas: & ex parte creatorum idoneitas. Quia enim ab instanti creationis erant uasa, & receptacula munda, & Deus est promptus suam gratiam impartiri, nisi habeat obstaculum ex parte suscipientis: non dimisit Deus illa ad momentum uacua: sed statim ut condidit, gratia illustrauit: & talia debuerūt de manu Dei exire receptacula, ut statim essent prompta in bonum usum. Vnde sicut probabiliter coniciunt aliqui, quod Deus fecerit arbores plenas fructibus, & alia in statu nobilissimo, & perfectissimo: sic etiam naturam angeli ornauerit gratia a sui cōditione, quæ in primo usu bono sine uictoria erat perpetuanda: & in prima deordinatione perpetuiter amittenda. Hæc est una positio: & satis uidetur cōsona sanctorum auctoritatibus, ut patet inspicienti. Fuerunt etiam alij, qui dixerunt angelos non habuisse gratiam gratum facientem ab instanti creationis, sed post. Et ratio, quæ eos mouit, est dispositio angelicæ naturæ.

K 2 que

quæ fertur in id, quod appetit sine retardatione. Vnde sicut ex conuersione ad malum ita, p̄funde conuersi sunt, ut nō possent redire: sic, immo multo magis ex conuersione ad bonum, siue ex habilitate, ita bono totaliter adhæsisent, si gratiam habuissent, q̄ nunquam lapsi essent. Vnde non, uidetur aliquo modo probabile, quod Lucifer habuerit gratiam: & si ipse non habuit, cum inter ceteros esset excelsus; a maiori arguitur, nec alios habuisse a sui origine. Hęc positionem, uidetur acceptare Magister: hanc positionem cōmuniter tenent Doctores: & ita huc tanquam probabiliori, & communiori concordant.

AD auctoritates in contrarium adductas respondendum per distinctionem gratiæ. Vno enim modo gratia dicitur communiter; prout comprehendit quidquid naturalibus est superadditum: naturalibus (inquam) quæ sunt de essentiali rei cōstitutione: sicut dicitur ex gratia habere bonum ingenium, bene legere, bene cantare, & huiusmodi. Alio modo dicitur, q̄ superadditum est lib. arb. ad rectitudinem faciens, & disponēs; sicut dicimus uirtutes naturales, sicut innocentia, mititas, pietas. Tertio modo, quod est superadditum tāquam rectificās, & complens, & eleuans: & hęc dicitur gratia gratumfaciens: quia facit hominem acceptabilem Deo: & ideo acceptabilem: quia conformem. Quando ergo dicitur, quod angelo data sunt gratuita: aut non intelligitur de gratuitis tertio modo dictis, sed

primo uel secundo: quia sic multa dona gratuita habuerūt. Aut si intelligitur de gratuitis proprie dictis, nō intelligitur ab instanti creationis: sed sicut intelligitur peccatum diaboli fuisse ab initio: quia statim post initium, & post primum motū de liberatiuum cecidit, ita intelligēdum est de gratia angelorū. Aut si intelligitur de gratuitis proprie dictis, & ab instanti creationis, hoc non intelligitur formaliter, siue essentialiter: sed dispositiuē: unde dicitur aliquis creatus in aliquo, quia in proxima dispositione ad illud. Et ita per hanc triplicem uiam ad auctoritates inductas, & multas alias, quæ possent induci, potest breuiter responderi. AD rationes autem sumptas a Dei liberalitate. Dicendum, q̄ liberalitas est saluo ordine sapientiæ, & iustitiæ. Quamuis enim ab instanti creationis cuiuslibet hominis possit eum beatificare, tamē lōgo tēpore tardat. Similiter quāuis possit cuilibet paruulo gratiam dare sine baptisate, sicut cum baptisate, tamen nō dat. Et ratio huius est, quia gloria est bonum laudabile, & ideo nō datur nisi per meritum laudabile: & ideo conuenit eam dare p̄cedēte aliquo merito congrui. Similiter, quando confert gratiam, si confert adulto, cum gratia faciat habentē dignū gloria, nō cōfert nisi ad motū lib. arb. si hēt usum: si uero nō hēt, ad motum fidei alienæ, siue ad meritum Christi: ideo secundum ordinem sapientiæ non statim debuit dare, sed expectare motum liberi arbitrii, quod & fecit: unde

de ad se conuersis sine mora dedit gratiam. Patet igitur responsio ad illud, quod obiicitur de liberalitate, & in habilitate: quia non tantum exigit mundiciam, ut dispositionem, sed motum liberi arbitrii. in adulto: paruulo uero potest alienum meritum suffragari, sicut & demeritum. AD ILLVD, quod ultimò obiicitur de statu, quod ī malo erat. Dicendum, q̄ falsum est: quamuis enim non possit mereri ex his, quæ acceperat: tamen quia dominus ita promptus erat dare, sicut ipse accipere, nullum habebat obstaculum in merendo, sicut nec in demerendo: & hoc patet. Sicut enim facilē fuit diabolo auerti, ita facilē bonis angelis conuerti: sicut auersio fuit demeritoria, ita conuersio facta fuit meritoria, statim appositā gratia. Vnde sicut aliquis nō indirectē dicitur habere aliquid, quod statim habet dū indiget, & petit, quamuis non penes se habeat: sic etiam non indirectē potuerunt dici angeli gratiam habuisse: q̄ si habuissent maiorem facilitatem ad malum, siue inclinationē, & diuinum adiutoriū in opportunitate decesset, rectē obiiceret.

ARTICVLVS II.

QVÆSTIO I.

An aliquibus angelis data sit futura gloriae glorificationis præscientia?



CONSEQUENTER circa secundum duo quærentur: Primum est utrum bonis reuelari debuerit futura permansio. Secundum est, utrū reuelari potuerit malis sua damnatio,

CVM nullis in creatione data sit gloria, nullis etiam data sit gratia, utrum aliquibus, data sit futuræ glorificationis præscientia. Et quod sic uideatur. Deus ab instanti suæ creationis angelos condidit repletos præscientia rerum mundanarū: sed Deo magis placet, quod serui sui habeant scientiā de his, quæ spectant ad salutem. Si ergo præscientia futuræ salutis erigit animum, & delectat: ergo cum aliqui essent saluandi; uidetur q̄ saltem debuit eis dari præscientia talis: constat enim: quod potuit. I T E M. Si non fuerunt de salute certi: ergo potuerunt rationabiliter dubitare, & timere: sed timor pœnam habet: ergo pœna ante culpam: sed hoc est inconueniens: ergo sequitur, q̄ illi saltem debuerunt certificari, qui erant saluandi. I T E M. Propinquiores erant angeli ad gloriam, quā nos in miseris constituti; ergo saltem tantam certitudinem, uel maiorem habebant, quantam nos habemus. Sed nos habemus certitudinem spei: ergo ipsi habebant hanc, uel aliam: sed hanc non habebant, quia spes est certa expectatio futuræ beatitudinis, proueniēs ex grā, & meritis. Cū ergo ipsi nō haberēt grām, & merita certitudinaliter, sperare eis fuisset p̄sumptio: non ergo habebāt certitudinē spei. Sed nō est aliā dare, q̄ certitudinem p̄scientiæ, uel reuelationis: ergo uidetur aliquibus saltem esset data.

CONTRA. Plus est dare certitudinem de gloria, quā dare gratiam: multis enim Deus dat gratiā, quibus tamen non reue-

at certitudinaliter suam gloriā: ergo cum nō habuerunt grām, sicut supra probatum est. patet, q̄ nec stabilitatis præsciētiam. **ITEM.** Diabolus, siue Lucifer non habuit præsciētiam de statu, quia non erat permanens: ergo si ipse fuit plenus sapiēt. a, & p̄fectus decore inter oēs, uideretur, q̄ nulli alii habuerunt. **ITEM.** Ostenditur p̄ deductiōnē ad duplex incōueniēs. Vnū inconueniens est excusatio diaboli, siue sui peccati. Possēt. n. de peccato suo quodāmodo se excusare, quia sciētiam non habuit, quam Deus aliis angelis dedit. Aliud incōueniens uidetur accusatio Dei: quia ante uidetur punisse malos, q̄ mali fuerint: et q̄ ante gratiam suam, siue donum scientiæ subtraxerit, q̄ aliis dedit, qui non præcallebant ipsos nec merito uitæ, nec dignitate naturæ.

RESOLVTIO.

Cum præscientia futura glorificationis notitia sit potius ad premiū, quā ad meritum spectans; minime arbitrandum est, alicui angelorum traditam fuisse.

RESPOND. Circa hoc duplex fuit opinio, sicut t̄git Magister in litera. Quidā. n. dicere uoluerunt, q̄ bonis, qui permansuri erant, data est reuelatio, siue p̄scientia suæ stabilitatis: & hoc loco spei, ratione cuius iam quodammodo beati erant. Et inniuntur illi uerbo Aug. quod dicit opinādo super Gen. ad literam: forte Deus diabolo reuelare noluit, quid facturus, uel passurus esset: ceteris uero reuelare uoluit, q̄ in ueritate mansuri essent. Alia est positio, q̄ nullis

data est præscientia sui status: quia habere certitudinē de sua permansione, est cognitio magis spectans ad statum premiū, q̄ ad statum meriti: & huius signū est, q̄ Deus, aut paucissimis, aut nullis reuelat quantuncunq; dilectis, & amicis se certitudinaliter glorificandos. Hæc. n. cognitio potius est expediens ad gaudendum, q̄ ad merendum: unde quia angeli erant in statu meriti omnes; quia nondum erant beati, ideo nullis data est hæc cognitio. Et hæc positio magis est rationalis, & magis placet Magistro, & magis consonat uerbis Aug. sicut patet in litera. & **Cap. 12** de Ciuit. ubi dicit, q̄ pares fuerunt angeli quantum ad conditiones ante lapsum. Vnde si alicubi uidetur dicere contrariū: si quis inspiciat adiacentia, aut opinando, aut q̄redo dicit: & iō hæc positio magis est tenenda.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur, q̄ Deus dedit angelis præcognitionem rerum mundanarum. Dicendum, quod non est simile, quia cognitio uniuersalis spectat ad perfectionem naturalis cognitionis: sed certa cognitio sui status spectat ad perfectionem gloriæ: & ideo solū debet dari quando in statu tali ponitur a quo non potest cadere: & sic patet illud. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod si nō erāt certis ergo uidetur, quod rationaliter poterant dubitare, & timere. Dicendum, quod est certitudo ex parte cognitiuæ, & ex parte affectiuæ. Certitudo ex parte cognitiuæ est duplex. Vna scilicet infallibilis, ut quando ita scit aliquid, quod falli nō potest.

QVAESTIO II.

An mali angeli præscire potuerint suum casum?

UTRVM malis angelis reuelari potuit suus casus. Et quod non, uidetur. Omnis certa cognitio futuræ pœnæ, & miserię est pœnalis: sed si angelus certitudinaliter sciret se peccaturū, cum certo iudicio cognosceret peccatum esse puniendum, & peccatorem a Deo separatam esse se miserum, haberet & præcognitionem certam suæ miserię: ergo pœnam ante culpam haberet: Sed hoc est contra ordinem diuinæ iustitiæ: ergo si Deus contra ordinem diuinæ iustitiæ non potest facere: Deus non potuit reuelare. **ITEM.** Omnis certa præcognitio de amissione alicuius boni cogit hominem desperare de illo: sed Deus neminem innocentem potest cogere ad separationem, q̄a non potest cogere ad peccatum: ergo non potuit angelo reuelare casum suum. **ITEM.** Fiat argumentum An. in Lib. de Casu Diaboli. Si

Cap. 21 diabolus sciebat casum suū, aut uolebat, aut non. Si uolebat: ergo iam ceciderat: ergo non præsciebat se casurū. Si præsciebat, & nolebat: sed quanto magis nolebat, tanto plus dolebat: & quanto dolebat magis iustior erat: & quanto magis dolebat, erat miserior: ergo quanto iustior, tanto miserior: sed hoc est inconueniens: ergo &c. **ITEM.** Fiat argumentum Magistri. Si præscierunt: aut ergo uitare uoluerunt, & non potuerunt, & ita miserii fuerunt: aut uitare potuerunt, & noluerunt: & ita fuerunt stulti, & maligni. Si ergo quodlibet

6. Spes autem non confundit, quia charitas Dei, &c.

istorum est impossibile: impossibile est, q̄ habuerint præscientiam sui casus.

SED CONTRA. Dominus potuit prædicere Petro sine peccato casum suū; sicut dicitur Mat. 26. Et in aliis euangeliis; ergo pari rōne potuit reuelare Luciferō. ITEM. Ber. de grad. humil. tractans illud uerbum Esa. 14. Ponam sedem meam ad aquilonem, Puto per aquilonem reprobandos homines fuisse designatos: per sedem, potestatem in illos. Et in sequentibus dicit; q̄ in præscientia Dei suum præuidit principatum. scilicet quod debebat præesse malis: & ideo dixit: ponam sedem. Ergo cum principatus sequebatur casum, & si potuit præuidere principatum, uidetur similiter, q̄ potuit præuidere casum. ITEM. Videtur, q̄ rationes de pœna non ualeāt duplici ex causa. Deus. n. potest separare, quæ naturaliter sunt coniuncta: ut in igne calorem a luce, sicut dicit Basilus: ergo multo fortius cognitionē prædictam a pœna. PRAETEREA. Quantuncunq; aliquid sit puniuium: tamē non punit nisi subiectum punibile sit. Vnde si anima Petri esset in inferno, non puniretur: ergo cum angelus esset in statu illo innocens, & nullo modo ad pœnam dispositus; patet &c. ITEM. Videtur, q̄ ratio de desperatione non ualeat, quia sicut præcognitio damnationis est occasio desperationis: ita præcognitio gloriæ est occasio præsumptionis. Sed præsumptio non impedit, quin Deus possit reuelare futuram glorificationem: ergo pari ratione despera-

tio non impedit, quin Deus possit reuelare lapsum. Si tu dicas, q̄ nō est simile: quia ex parte illa est occasio, hic est necessitas. Contra. Desperare est actus uolūtatis deliberatiuæ; & actus, qui est peccatum; sed nihil potest cogere uoluntatem ad aliquid, maximē ad peccatum: ergo &c. ITEM. Præscientia Dei nō ponit necessitatem; ergo nec præscientia diaboli: ergo si sciret, q̄ posset aliter esse; ergo posset adhuc sperare: non ergo cogretur desperare.

RESOLVTIO.

Certam præscientiam ex puris naturalibus non potuere angeli sui casus habere; cum is de numero contingentium extiterit: quæ sibi Deo nota sunt.

RESPON. Dicendum, q̄ angelus certam præscientiam sui casus habere non potuit. Cum. n. hoc esset contingens, scire certitudinaliter oīa non potuit: nisi ab eo, q̄ certitudinaliter omnia cognoscit, & tam necessaria. q̄ contingentia: quia eius cognitio ex re nō pendet: talis est Deus solus: nō ergo potuit præscire, nisi domino reuelante, Deus. n. sibi reuelare nō potuit, quia nō debuit prædicare, quod potuit, sicut prædixit Petro: quod non uoco reuelare: sed certam interiorius illuminationē dare ad præcognoscendū suū lapsum, hoc uoco reuelationē. Hanc autē dare Deus nō potuit de potētia ordinata: quia talis præcognitio de necessitate hēt annexam culpam, aut miseriam. Aut. n. sibi placeret, q̄ laboretur, & ita esset impius: aut displiceret, & ita esset miser, & dolorosus. Vtrumq; est Deo

im.

impossibile, & inordinatum: siue innocenti infligere pœnam, siue innocentem (dum est innocens) habere culpam: & hoc probat ratio prima Anselmi, & Magistri. Alia uero ratio de desperatione probat, quod nō potuit angelis reuelari sua dānatio: quia impossibile est certum de damnatione sperare: unde illa uia bona est, & concedenda.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur primò: q̄ potuit ei deus reuelare, sicut & Petro, Soluitur, quia Petro non reuelauit, sed prædixit: unde Petrus non intellexit simpliciter, sed sub conditione: uel etiam non bene aduertit usque ad lapsum: sic credo, quod potuit prædicere angelo. Tamen aliqui dicunt, q̄ non est simile: quia lapsus Petri erat reparabilis: non sic lapsus angeli AD ILLVD, quod obiicitur: quod præuidit suum dominium: quare similiter non suum præcipitium. Dicendum, quod de ipso Bernard. miratur, & soluit, quod ita potuit esse, sicut de Ioseph, qui uidit suum principatū, & nō præuidit suā uenturam. Sic etiam diabolo potuit dominus reuelare dñium, & non præcipitium: quoniā dominium illud non necessitate hēt annexum præcipitium: pot. n. aliquis bonus dominari malis. Aliqui tamē uoluerunt dicere, q̄ illud, qd̄ dictū est (ad aglonē) uerbū est Prophetæ. Diabolus. n. uolebat fesse, & aliis sedē dñarionis suę pponere: & ppheta p̄dicēs, qd̄ euēturū sibi fuerat dicit, aquilonem: & in hoc signans malos. AD ILLVD, quod obiicitur contra rationem de

pœna. Dicendum, quod ab ipsa cognitione separare pœnam, siue dolorem: est auferre bonā uoluntatem: quia qui præuidet se facturum malum, & non dolet, hoc ipso est malus: & ita ista cognitio necessaria dispositione disponit animam uel ad pœnam, uel ad culpam: nec debet deus auferre, & separare pœnā, ut ex hoc redundet culpa: & sic patet illud. AD ILLVD, quod obiicitur de desperatione. Dico, quod supposito, quod præuideret lapsum, & impossibilitatem resurgēdi, cogretur desperare, quia hæc cognitio non potest stare cum spe. Vnde si quis non credit aliam uitam, necessario desperat de futura uita, quia hæc necessario exigitur ad spem: sicut qui certus est de damnatione, desperat de salute. Vnde nō est simile de præsumptionis occasione, & præscientia dei: quia illa non auferunt, quod est necessarium ad humilitatem, & salutem: sed hæc præcognitio certa, necessario auferit certitudinem ad oppositum, & ita certitudinem spei.

ARTICVLVS III.

QUESTIO I.

An angeli in ipsa creatione matutinam cognitionem habuerint?



ONSEQUENTE tertio loco queritur utrum creati sint angeli illuminati cognitione matutina. Et circa hoc queruntur duo. Primum est, utrum cognitionem matutinā habuerunt in ipsa creatione. Secundū est, utrum uespertinā post glorificationem.

Quod

QUOD in ipsa creatione habuerunt cognitionem matutinam, ostenditur primo Augustin. enim super Genes. quasi per totum sic prosequitur illos septem dies: ut per hoc intelligat septuplicem conuersionem angelorum super res; & dicit, quod simul tpe oia facta sunt, & ab angelis cognita. Si ergo quilibet dies habet mane, & uesperam: & isti dies fuerunt a principio conditionis angelicæ, quilibet angelus habuit cognitionem matutinam, & uespertinam a suæ creationis primordio. **ITEM.** Idem August. 4. super Gen. ad literam. Mens angelica pura charitate inherens uerbo Dei, postea quam illi ordine creata est, ut præcederet oia; postea uidit in uerbo Dei faciendam, quæ facta sunt. Si ergo omnia simul condita sunt, necesse est, quod hanc cognitionem habuit angelus ab instanti creationis: sed cognitio in uerbo est cognitio matutina; ergo &c.

ITEM. Dion. dicit, quod angeli sunt lumina; ergo quod angelus uidet in se, uidet in lumine; ergo si cognitio matutina eo ipso dicitur matutina; quia est in lumine, cum angeli hoc habuerunt a sua creatione; patet &c. **ITEM.** Angeli ante lapsum in principio iuxta conditionis nullam habebant impuritatem peccati, nec obscuritatem mentis; ergo uidetur, quod cognitio eorum esset cognitio clara; ergo uidetur, quod matutina; & ita ab instanti creationis cognitione matutina perfecti sunt.

CONTRA. Cognitio matutina est cognitio, qua quis cognoscit in ipso uerbo; sed in uerbo

non potest aliquid aliud uidere, nisi uideat uerbum; uerbum autem nullus potest uidere, nisi beatus; si ergo angeli in principio suæ conditionis non fuerunt beati, sicut supra probatum est; ergo &c. **ITEM.** Lux faciebat uespere, & mane; sed lux dicit angelicam naturam formatam; sicut dicit August. & super Gen. & de Ciuit. & formata fuit per gratiam, & gloriam. Cum ergo angeli nec gratiam, nec gloriam habuerint in principio conditionis; quia non essent lapsi; ergo &c. **ITEM.** Si in principio conditionis habuerunt cognitionem matutinam, cum demones habeant sibi data integra, & splendidissima; maxime, quæ spectant ad cognitionem; ergo adhuc haberent cognitionem matutinam. Sed cognitio matutina est in uerbo, & in rationibus æternis; ergo demones adhuc haberent istam cognitionem in uerbo; quod est contra August. de Ciuit. qui dicit de Christo, quod innotuit demonibus non per id, quod est uita, & lumen, & incommutabile, sed per quendam lucis effectum. **ITEM.** Sicut patet ex Textu, uespera præcedit mane, unde dicitur Factum est uespere, &c. ergo cognitio uespertina matutinam; sed cognitio uespertina sequitur existentiam rerum (sicut dicitur super Genes. ad literam lib. 4. ubi dicit August. Nisi prius sit, quod cognoscatur, cognosci non potest) ergo cognitio matutina sequitur uespertinam; ergo oportet, quod sit post existentiam rerum; ergo non fuit concreata angelis a principio. **ET IGITUR** questio, quomodo si omnia simul creata sunt; qualiter angelus potuit cognoscere res factas de primo creatis.

Lib. 1. sup. Ge. ad literam r. 1. c. 1. To. 3. et lib. 11. ciuit. dei cap. 9. & 33.

creatis. Rursus. Si matutina cognitio est gloriosa, quomodo potuit esse in angelis a suo primordio, cum omnes æquales fuerint: sicut August. uidetur uelle dicere ad Orosium, & Magister dicit in litera.

RESOLUTIO.

Nequaquam cum inter eorum creationem & lapsum uel meritum morula liqua intercesserit.

RESPONDEO. Dicendum, quod circa hoc diuersæ sunt positiones, quæ consurgunt ex diuersificatione uerborum August. in hac materia. Quidam enim attendentes ad uerba August. super Genes. ad literam. dicunt, quod quædo queritur, utrum angeli a principio suæ creationis cognitionem habuerint matutinam, faciendam est uis: aut enim queritur de omnibus, aut de aliquibus. Si de omnibus: sic respondent, quod non omnes habuerunt. Lucifer enim nunquam habuit cognitionem matutinam, quia nunquam diuinam lucem uidit in seipso: sicut in antecedentibus monstratum est. Si autem queratur de aliquibus: sic dicunt, quod habuerunt, quia simul tempore sunt creati: & ad deum per gloriam conuersi: & in eodem instanti sunt formati, & a tenebris diuisi: & in eodem instanti res omnes cognouerunt secundum suum ordinem, & connexionem: & hoc in ipso uerbo. Quæ res, & si in eodem instanti, & simul cum angelis fuerunt conditæ: tamen angelorum conditione, & ipso rum ad deum conuersione sunt posteriores natura, & dignitate: & ideo dicitur, quod angeli in uerbo cognouerunt res faciendas,

& illud expresse uidentur sonare uerba August. in 4. super Genes. ad literam, circa finem. Sed quoniam August. 11. de ciuit. dei expresse uidetur sentire contrarium; ibi enim dicitur, quod fuerit mora inter creationem & lapsum, & quod ante lapsum nec boni præscii fuerunt beatitudinis, nec mali miseriam: nec illi lux, nec illi tenebræ erant: ideo ne sibi contradicere uideantur, distinguunt aliqui cognitionem matutinam dupliciter. Cognitionem enim matutinam uocat August. cognitionem in uerbo. In uerbo autem dupliciter dicuntur cognoscere. Vno modo perfecte scilicet speculari, & intendo ipsum uerbum, & in ipso alia: & hæc cognitio facit beatos. Alio modo suscipiendo illuminationem a uerbo: & in illa susceptione cognoscendo alia: & hæc cognitio fuit angelis innata, quia indidit eis deus omnium species: & lumen super mentes angelorum expandit, quo cognoscerent facta, & faciendam. Et hæc cognitio matutina est, de qua loquitur August. super Genes. ad literam, & hæc fuit in angelis: & per hoc soluunt contrarietatem ad utramque partem. Hanc etiam dicunt in demonibus remansisse; sed obscuratam propter culpam: ideo non matutinam esse dicendam. Et sicut distinguunt in cognitione; ita etiam distinguunt & in luce, & in tenebris. Quod scilicet uno modo dicuntur angeli lux per irradiationem ab illa superna luce procedentem secundum statum naturæ, per quam cognoscunt res in proprio genere cognitione, quæ dicitur uespertina,

Cap. 24

Li. cel. hier. c. 4.

spertina, & referunt ad deum: & sic dicitur matutina: & tenebra per oppositum dicitur ignorantia, quæ ab angelis est exclusa; unde dicuntur repleti fuisse sapientia. Alio modo dicitur lux ipse angelus propter irradiationem procedentem a summa luce secundum plenitudinem gratiæ consummatæ, siue gloriæ, qua dicuntur angeli illuminati ut beatè sapienterque uiuerent; & in hoc statu dicitur matutina cognitio proprie, quæ nunquam fuit nisi in angelis beatis: & sic diuersis modis loquitur Augustinus.

EX HIS patent rōnes ad utrāque partem. Quia rationes ad primam partem intelliguntur de cognitione matutina largè dicta, scilicet primo modo. Rationes uero ad oppositum intelliguntur de cognitione matutina ppriè dicta, quæ scilicet est per gloriam: & hoc curialius est dicere, quam dicere quod Augustinus dicat contraria: & tanquā instabilis modo dicat hoc, modo cōtrarium. Nisi enim distinguatur, quod dicitur super Ge. recte uidetur contrariari ei, quod dicitur 11. de ci. dei. Quicquid autem sit de opinione Augustini in productione rerum ita determinatur. Quia licet cū aliis sanctis contradicere uideatur, non est tamen credendum, quod tantus homo sibi contradicat, maxime in his, quæ non retractat. Verum qualitercūq; intelligantur uerba eius, magis standum est his, quæ dicuntur in lib. de ci. dei, ubi loquitur asserendo, quam super Gen. ad litteram, ubi ipsemet protestatur

se loqui inquirendo. Cum igitur ibi dicat, quod in angelo morafuit inter creationē, & lapsum: ac per hoc inter glorificationē, & creationem, & cognitio matutina proprie sit gloriosa: tenendum est, quod illam non habuerūt a sui conditione.

AD auctoritates igitur in cōtrarium, aut soluendum est, quod ipse locutus fuerit inquirendo, & opinando; aut certe respondendum est per distinctionem, ut prædictum est.

QVÆSTIO II.

An angeli habeant modo cognitionem uespertinam?

VT RVM in angelis sit cognitio uespertina post glorificationem. Et quod sic, uidetur Aug. 4. super Gen. ad litteram, loquens de Hierusalem superna dicit: ibi semp est dies in cōtēplatione incommutabilis ueritatis: semp uespere ī cognitio ne creature, ī seipsa semp mane ex hac cognitione in laudē creatoris est. ITEM. Ratione eadē. Lux est, quæ faciebat uespere, & mane: si ergo lux quæ facit mane, est illuminatio gloriæ: ergo in hac illuminatione est uespere: ergo in statu gloriæ est cognitio uespertina. ITEM, Cognitio uespertina est cognitio rerum in genere proprio: sed angelus gloriosus in proprio genere cognoscit res: ergo cognitionem habet uespertinam. ITEM. Angelus gloriosus amplius laudat deum, quam homo uiator: sed homo uiator non solū laudat deum in sua maiestate: sed in operum suorum multiformitate: ergo & angelus beatus: sed hæc laus præsupponit cognitio

nem

nem: ergo &c. CONTRA. 2. Cor. 13. Cum uenerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est: sed cognitio uespertina, iō dicitur uespertina, quia tenebræ est admixta: angeli autem uidēt in luce plena: ergo &c. ITEM.

Cognitio fidei, quæ est per speculum, euacuatur adueniente gloriæ cognitione, quæ consistit in uidēdo uerbū æternū. Si ergo cognitio uespertina iō uespertina ē: quā ī umbra creature; ergo non stat cum cognitione gloriæ. ITEM. Mane ueniens expellit uesperam, & similiter uespera expellit mane: sed in angelis continue est cognitio matutina, qua uident in ipso uerbo sine interpollatione: ergo non habet locum in eis uespertina cognitio. ITEM. Uespera est per declinationem solis ad occasū: sed in angelis beatis nunquam est approximatō ad occasum: sed continuus fulgor, & calor lucis æternæ; ergo nūquam est in eis cognitio uespertina. Et propter hoc est quæstio: cū tam mane, quam uespera utrunque importet approximationem ad noctem, & tenebras, & angeli distent distantia omnimoda tā a frigore peccati, quam ab ignorantia ueri; uidetur quod nec matutina, nec uespertina cognitio sit ponenda. sed potius meridiana. QVÆRITVR igitur pro quanto dicatur cognitio matutina, & pro quanto uespertina, & quare non ponitur differentia tertia, scilicet meridiana. Et iuxta hoc quæritur, ad quos pertineant istę cognitiones, & de ipsarum ordine, & prærogatiua: ut sic elucescat harum co-

gnitionum quidditas, & natura
RESOLVTIO.
Habent utique angeli boni modū cum matutina uespertinam cognitionem: non temporis, sed dignitatis ordine ad illam se se habentem.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod sicut uult Aug. Omnis creatura (quantum est de se) tenebra est, deus autem lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ, sicut dicitur in prima canonica Ioā. 1. ubi glo. Dies dicit illustrationem a luce procedentem super hæc tenebrosa, mane autem, & uespera dicunt media inter diē & noctem secundum accessum & regressum. Intelligēdum igitur, quod diuina lux illuminās angelum illuminatione perfecta, ad cognitionem sui facit angelum lucē: & cognitio ipsius dei in se dies dicitur, quia pura est lux, & cognitio, & cognoscēdi ratio. Lux ista angelica sic illuminata hēt cognoscere creaturam, & sic, quia cognoscit id, quod est tenebra, est eius cognitio mane, uel uespera appellata: sed uespera, put cognoscit creaturam in seipsa: mane prout ex illa cognitione cōsurgit ad laudem dei, siue ad laudandū deū, & refert ad cognitionē ipsius, quam habet in uerbo. Vnde August. de ciuit. dei. 11. cap. 7. Scientia creaturæ in comparatione scientiæ creatoris quodāmodo ad uespera scit, itemque lucefcit & manescit, cum ipsa refertur in laudem, delectationemque creatoris, nec in noctē uertitur, nisi cum creator amore creaturæ relinquitur. Vñ nota,

Vide
11. ci.
Dei ca.
7. 201
& 21.

ta, quod & si ad similitudinem huius lucis uisibilis dicatur ibi mane, & uespere, sicut dictum est, tamen est duplex differentia. Una, quia ibi uespera non uertitur in noctem, sicut de luce materiali. Altera uero, quia mane non succedit meridies, neque diei uespera: sed totum est simul. Vnde Aug. super Gen. 4. Simul (inquit) habent dies uesperam, & mane: Et sic patet, quod in angelis beatis est nunc cognitio uespertina cum matutina, nec habent successionem, uel ordinem temporis: habent tamen ordinem dignitatis. Quia dicit Aug. 1. de ciuit. cognitio creaturae in seipsa decoloratior est, quam cum dei sapientia cognoscitur. AD ILLUD ergo, quod obicitur quod euacuabitur, quod ex parte est. Dicendum quod falsum est, immo bene potest esse perfecta in proprio genere. Et si dicatur aliquo modo minus perfecta, hoc est respectu cognitionis in uerbo. Veruntamen non habent oppositionem, quia haec imperfectio non uenit ex parte cognoscentis, sed ex parte co-

gnoscebilis, uel ipsius medii. Et per hoc patet sequens de fide, quod ibi est imperfectio ex parte cognoscentis, non cognitum. AD ILLUD, quod obicitur, quod uespera declinat ad occasum, & non compatitur mane. Dicendum, quod uerum est in his, ubi est uespera, & mane propter lucis uariationem: non ibi, ubi simul conuertit se angelus ad creaturam, & deum. Nec est ista diuersitas nisi solum ratione diuersi modi cognoscendi, qui quamuis sint diuersi, non sunt tamen oppositi: sed unus famulatur alteri, & unus perficit alterum, non excludit. Ex his etiam patere possunt aliae quaestiones, scilicet in quibus sint istae cognitiones: quia proprie in beatis angelis, nisi nomina extendantur. PATET etiam quare non dicitur cognitio creaturae dies siue meridies, sed cognitio dei, quia omnis creatura, tenebra. Patet etiam quod cognitio matutina praecellit propter pleniorum lucem, ob quam clarior est, & certior, & altior: & sic patet totum.

DISTINCTIO QUINTA.

Quales facti sunt angeli auersione, & conuersione cadentium.



QUONIAM haec consideratio adducit inquirere, quales effecti sint, dum diuidentur auersione & conuersione. Post creationem nanque mox quidam conuersi sunt ad creatorem suum, quidam auersi. Conuerti ad Deum, fuit ei charitate adherere: auerti, odio habere, uel inuidere. Inuidia nanque mater est superbia, qua uoluerunt se parificare Deo. In conuersis quasi in speculo re

lucere

Gen. 1. **Lucere cepit Dei sapientia, qua illuminati sunt, auersi uero ro, excacati sunt. Et illi quidem conuersi sunt & illuminati a Deo, gratia apposita. Isti uero sunt excacati, non immisione malitiae, sed desertione gratiae, a qua deserti sunt: non ita quod prius debita subtraheretur, sed quia nunquam est apposita ut conuerterentur. Haec est ergo conuersio & auersio, qua dimisi sunt qui natura boni erant, ut sint alij supra illud bonum per iustitiam boni, alij illo corrupto per culpam mali. Conuersio iustos fecit, et auersio iniustos. Vtraque fuit uoluntatis, & uoluntas utriusque libertatis.**

Quid sit liberum arbitrium: breuibus.

Habebant enim omnes liberum arbitrium, quod est libera potestas, & habitus uoluntatis rationalis. Poterat. n. uoluntate eligere quodlibet, et ratione iudicare, id est, discernere, in quibus constat liberum arbitrium, nec creati sunt uolentes auerti uel conuerti, sed habiles ad uolendum hoc uel illud: & post creationem spontanea uoluntate alij elegerunt malum, alij bonum, & ita discreuit Deus lucem a tenebris, sicut dicit scriptura, id est, bonos angelos a malis, & lucem appellauit diem, noctem uero tenebras, quia bonos angelos gratia sua illuminauit, malos uero excacauit.

An quidquam datum sit angelis stantibus, quod deum diligerent.

Si autem queritur, Vtrum post creationem conuersis aliquid collatum sit, per quod conuerterentur, id est, diligerent Deum, Dicimus quia est eis collata gratia cooperans, sine qua non potest proficere rationalis creatura ad meritum uitae. Cadere enim potest per se: sed proficere non potest sine gratia adiuuante.

Qua gratia indigebat angelus, & qua non.

Non indigebat angelus gratia, per quam iustificaretur, quia malus non erat: sed qua ad diligendum deum perfecte & obediendum adiuuaretur. Operans quidem gratia dicitur, qua iustificatur impius, id est, de impio fit pius, de malo bonus. Cooperens uero gratia, qua iuuatur ad bene uolendum efficaciter, & deum pra omnibus diligendum & operandum bonum, & ad perseverandum in bono & huiusmodi

di

Dis. 26 di: de quibus postea plenius dicemus. Data est ergo angelis,
 & 29. qui perstiterunt, cooperans gratia, per quam conuersi sunt
 ut deum perfecte diligere. Conuersi ergo sunt a bono,
 quod habebant, non perditio; ad maius bonum quod non ha-
 bebant: & facta est ista conuersio per gratiam cooperan-
 tem libero arbitrio, quæ gratia alijs, qui ceciderunt, appo-
 sita non fuit.

An sit imputandum illis, qui auersi sunt.

Ideoque a quibusdam dici solet non esse imputandum il-
 lis, qui auersi sunt & non conuersi, quia sine gratia conuer-
 ti non poterant: sed illa non est eis data, nec culpa illorum
 fuit quod non est data, quia in eis nulla culpa adhuc præces-
 serat. Ad quod dici potest, quoniam quibus apposita est ip-
 sa gratia, non fuit ex meritis eorum, alioqui iam non esset
 gratia, si ex merito, quod esset ante gratiam daretur.

Rom 11

Qua culpa gratia non est data eis, qui ceciderunt.

Quod uero alijs non est data, culpa eorum fuit: quia cū
 stare possent, noluerunt, quousque gratia apponeretur: si-
 cut alij perstiterunt, donec illis cadentibus per superbiam
 eis gratia apposita est. Aperte ergo cadentium culpa in
 hoc deprehendi potest: quia licet sine gratia nequirent pro-
 ficere, quam nondum acceperant: per id tamen quod eis col-
 latum erat, in creatione poterant non cadere, id est, stare:
 quia nihil erat quod ad casum eos compelleret, sed sua spon-
 tanea voluntate declinauerunt: quod si non fecissent, quod
 datum est alijs, utique daretur & istis.

Quod angeli in ipsa confirmatione beati fuerunt.

Hic queri solet, Vtrum in ipsa confirmatione beati fue-
 rint angeli: & an ipsam beatitudinem aliquo modo merue-
 rint. Quod in ipsa confirmatione beati fuerint, plures con-
 testantur auctoritates, & ideo pro constanti habendum est.
 Vtrum uero per gratiam tunc sibi datam ipsam beatitudi-
 nem meruerint, ambiguum est. Quibusdam enim placet,
 quod eam meruerint per gratiam, quam in confirmatione
 perceperunt, simulque in eis meritum & præmium fuisse,
 dicuntur: nec meritum præcessisse præmium tempore, sed
 causa. Alijs autem uidetur quod beatitudinem, quam rece-

perunt

perunt in confirmatione, per gratiã tunc appositam non me-
 ruerint, dicentes tunc nõ fuisse eis collatam gratiam ad me-
 rendum, sed ad beatè viuendum: nec tunc eis datum esse bo-
 num, quo mererentur, sed quæ sæliciter fruerentur. Quod
 autem tunc in præmium acceperunt per obsequia nobis ex-
 hibita, ex Dei obedientia, & reuerẽtia mereri dicunt: & ita
 præmiũ præcessit merita: & hoc mihi magis placere fateor.



Vpra ostendit Magi-
 ster, quales facti sunt
 angeli i sua prima cõ-
 ditione, Hic secundo
 intendit agere quales facti sunt
 auersione, & conuersione. Diui-
 ditur aut hęc pars in tres. In pri-
 ma agit de auersione, & conuer-
 sione. In secunda de confirma-
 tione, & obstinatione, inf. Dist.
 vii. *Supra dictum est, quod angeli,*
& c.) In tertia, de ordinũ distin-
 ctione, infra Dist. ix. *Post prædi-*
cta superest cognoscere, & c.) Pri-
 ma pars habet duas. In prima ag-
 git de cõuersione, & auersione.
 In secunda de ruina, quæ conse-
 cuta est auersione: & hoc infra
 Dist. vi. *Præterea scri, & c.)* Pri-
 ma pars habet tres. In prima o-
 stendit quid sit auerti, & cõuer-
 ti. In secunda ostendit a quo sit,
 ibi *Habebant enim omnes, & c.)* In
 tertia quædã dubia circa cõuer-
 sionem mouet, & soluit, ibi. *Si*
autem queritur, vtrum post creatio-
nem, & c.) Et illa tertia pars ha-
 bet tres partes secundum tres du-
 bitationes quas determinat, &
 explanat. Primo enim determi-
 nat, utrum bonis gratia sit colla-
 ta, ad hoc ut efficaciter cõuerte-
 rentur. Secundo uero, utrũ ma-
 lis sit sua auersio imputanda, cū
 gratiã non habuerint, ibi. *Iacob;*
quibusdam uidetur, & c.) In tertia
 uero determinat, utrum conuer-

sio fuerit meritoria confirma-
 tionis, ibi. *Hic queri solet, vtrum*
in ipsa confirmatione, & c.) Et sic
 tria taguntur in uniuerso. Scuer-
 sio luciferi, conuersio aliorum
 minorum, & cõuersio bonorũ.

Veri est odio habere, vel inuide
re, & c.) Contra. Nullius cõ-
 scientia potest odisse Deum, cū
 oēs appetant naturaliter sum-
 mũ bonum; ergo uidetur secun-
 dũ hoc, quod nullus auertatur.
 Resp. Dicendũ, quod Magister
 nõ diffinit hic quacunque auer-
 sionem: sed auersionem consu-
 matam, in qua est obstinatio, &
 rebellio contra Deum, quæ fuit
 in diabolo, ex quo uidit se non
 posse consequi quod ambiebat.
 Ad illud ergo, quod dicitur, quod
 nullius conscientia põt Deum
 odisse. Dicendum, quod Augu-
 illud retractat. Attamen uerita-
 tẽ aliquo modo habet illud uer-
 bum, si intelligatur de Deo, in-
 quantum est summum bonum,
 ad quod participandum facta est
 creatura rationalis, unde cum
 semper appetat beatificari, nun-
 quam beatificans odit. Nihilo-
 minus contingit Deum conside-
 rari ut iustum, ponentem leges,
 & infligentem pēnas, & sic mul-
 ti odiunt, qui. i. peccant in Spiri-
 tum sanctum.

Est eis collata gratia cooperans
sine qua, & c.) Contra. Gratia
 S. Bon. Lib. 2. L co.

Dub. 1.

Dub. 2.

LIBRI SECVNDI

cooperans est subsequens respectu operantis: sed non habuerunt operantem, ut praedictum est, ergo nec cooperantē. Resp. Dicendum, quod eadem gratia dicitur operans, & cooperans ratione diuersorum effectuum, & ideo dicunt non habere gratiam cooperantem, quia non habuerunt gratiam mundificantem uoluntatē: habent tamen ipsam eandem gratiam, ut adiuuantē in bona operatione: & isti effectus sunt separabiles. Ad hoc ergo quod dicitur, quod illa est praueiciens. Dicendum, quod praueiciens non dicitur ratione gratiae subsequens: sed ratione uoluntatis. Vel dicendum, quod illae sunt differentiae, prout habent esse in lib. arbi. lapso. s. hoīs, & ideo non habent locū in angelis. Alia patet.

ARTICVLVS I.
QVAESTIO I.

An Lucifer peccauerit peccato superbiae?



Intelligentiam humanas partis, in qua quaeritur, quales facti sunt angeli per auersionem, & conuersionem tria quaeruntur. Primum quaeritur de auersione luciferi, qui fuit caput totius malitiae. Secundum, quaeritur de auersione minorum angelorum. Tertium, de conuersione bonorum. Quantum ad primum duo quaeruntur. Primum est, utrum peccauerit peccato superbiae. Secundum est, quid fuerit eius appetibile.

Quod peccauerit peccato superbiae, uidetur sic. Superbiae aliud. Luc. x. Videbam Sathanam, &c. Glor. Qui singulariter elatus erat, ut in eius cauce-

ri de elatione timerent. **ITEM.** Eccl. xxii. Initium omnis peccati superbia: sed primum inter omnia peccata fuit peccatum diaboli: ergo &c. **ITEM.** Aug. xi. Sup. Gen. ad literam. Factus, continuo se a luce ueritatis auertit, superbia tumidus, & propriae potestatis delectatione corruptus. **ITEM.** Iudo. de sum. bo. Lib. i. cap. x. Mox ut factus est, in superbiam erupit, & praecipitatus de caelo est. **ITEM.** Ratione uidetur, quia non contingit peccare, nisi tripliciter, uidelicet aut concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitae. Sed primum peccatum non potuit esse carnis concupiscentia, nec potuit esse appetitus diuitiarum, quia spiritus istis non indiget: ergo necesse est, quod fuerit superbia uitae. **ITEM.** Genera peccatorum spiritualium non sunt, nisi quatuor, praeter auaritiam, quae tenet quasi medium inter carnalia, & spiritualia. s. superbia, ira, accidia, inuidia. Sed in omnibus tribus generibus est ordinem: ergo cum omne odium causetur ab amore inordinato: ergo ante ista tria genera oportet aliuod peccatum spirituale praecedere in diabolo: sed hoc non potuit esse, nisi superbia: ergo &c. **ITEM.** Nunquam peruertitur affectus, nisi prius peruertatur iudicium: & nunquam peruertitur iudicium in his, quae sunt de necessitate salutis, nisi aliqua execratio sit in ratione: ergo execratio rationis praecedit omnem appetitum. Sed execratio non potest esse, quin praecesserit peccatum: & non potuit praecedere peccatum appetitus: ergo praecessit peccatum presumptionis:

DISTINCTIO V.

82

nis: sed hoc est peccatum superbiae: ergo &c.

CONTRA. Quod fuerit primum peccatum omissio, uidetur: quia si ipse deliberasset, utrum illud esset appetendum, nunquam peccasset, nec aliter uitare poterat: ergo tenebatur deliberare: & ante omisit deliberare, quam illud appetere: ergo ante omisit, quam superbiret.

SIFORTEDICAS, quod per intellectum deiformem poterat sine deliberatione uidere, quid faciendum. **CONTRA.** Ad hoc quod ipse hoc inspiceret, oportuit ipsum considerare circumstantias appetiti, & consequentia: & ista sunt multa. Sed simplex uirtutis finitae, quod cognoscit multa per multa, impossibile est simul multa cognoscere: cum se totaliter conuertat ad cognitum: ergo necesse habuit liberare. Propter hoc non soluit, quia quicquid esset, tenebatur uitare peccatum, tenebatur reprimere cogitationem suam, ne procederet ad consentium, & hoc antequam consentiret: ergo ante omisit: ergo, &c.

ITEM. Videtur, quod peccato ingratitude. Bernard. de gradib. humilitatis. Quia gratitudo bonitati Dei, a qua conditus es, ingratus existis, si iustitiam quam expertus non es, non metuis, iam audacter culpam committis: ergo ante fuit ingratus, quam committeret culpam illam superbiae. **ITEM.** Ratione uidetur. Tenetur gratias agere de beneficiis, quando illa considerat: sed diabolus considerauit beneficia Dei, quando respexit suam pulchritudinem, & excellentiam: & non egit gratias, immo oppositum fecit, quia

uoluit sibi attribuere, quod Dei erat: ergo &c. **ITEM.** Videtur quod peccato infidelitatis: quia Anselm. De peccato diaboli, & Bernar. De gradib. humi. dicunt, quod diabolus non credidit se esse puniendum, siue credidit se non debere puniri: sed qui credit peccatum a Deo impunitum relinquit, est infidelis: ergo diabolus antequam peccaret appetendo, peccauit per infidelitatem. **ITEM.** Ratione uidetur, quia diabolus nunquam appetiisset, nisi credidisset sibi esse bonum, uel possibile: sed omnis, qui credit creaturam posse aequari ipsi creatori, est infidelis: ergo diabolus antequam superbiret, infidelis fuit. **ITEM.** Videtur, quod peccatum curiositatis fuit primum. Bernar. De gradib. humi. c. xii. Per curiositatem a ueritate cecidit, quia quod prius spectabat curiosum, affectauit illicitum, & sperauit presumptuosum. **ITEM.** Hoc uidetur ratione. Quia curiositatis uitium est diligenter respicere, quod non licet appetere, secundum illud non licet intueri quod non licet concupisci, sed diabolus diligenter aspexit, quod supra se erat, quando dixit. In caelum ascendam, ergo manifestum, &c. **ITEM.** Quod inuidia fuit uidetur, Aug. De sancta uirginitate, loquens de superbia, & inuidia. His duobus diabolus est: sed in primo peccato factus est diabolus: ergo fuit simul inuidia, & superbia: ergo qua ratione superbia primum, & inuidia. **ITEM.** Ratione Magistri uidetur. Sicut conuerti, est charitati adherere: ita ab oppositis auertit: est odio habere, uel in uidere: cum ergo primo peccato diabo-

lus fuit auersus, inuidia fuit eius primum peccatum.

RESOLVTIO.

Peccatum Luciferi à presumptione sumpsit exordium: in ambitione complementum: in inuidia atque odij auersione stabilimentum.

RESP. Ad hoc notandū, qđ ali- qui uoluerunt dicere ad pđictas rōnes, & auctoritates, qđ diabo- lus simul tpe peccauit pluribus generibus peccatorū: naturali- ter tamen, & principaliter præ aliis peccatis fuit peccatū super- bie. Et sic rñdent unica, & breui rñsione ad oīa obiecta, qđ uerū concludunt. Sed hæc responsio, nec uerum dicit, nec soluit. Nō dicit uerum, quia cum effectus diaboli sit simplex sicut intelle- ctus, intellectus non pōt simul plura intelligere, uel plures cogitationes habere: similiter nec affectus simul, & in eodē instan- ti plura peccata cōmittere, ma- ximè, quæ spectant oīno ad di- uersas actiones, sicut infideli- tas, superbia, & inuidia. PRÆ- TEREÀ. Esto, qđ uera esset, non soluit: quia pđictæ rōnes nō tā- tum probant, qđ pđicta peccata comitentur superbiam, sed ante cedant. Et ideo aliter est dicen- dum, quod est loqui de peccato quātum ad triplicem statum. s. quantum ad inchoationem, cō- summationem, & confirmatio- nem. Peccatum diaboli initiatū est in p̄sumptione: statim enim ut suam uidit pulchritudinem, p̄sumpsit. Consumatum est in ambitione, quia p̄sumens de se, appetiit qđ oīno iupra se fuit, & ad qđ puenire non potuit. Sed confirmatū est inuidiæ, & odii auersione, quia ex quo obtinere

*Ista im- puritas
est a
Sco. di.
6. q. 2.
ibi. Quā-
tū ad se-
cundū.
concor-
dat. S.*

non potuit quod appetiit: ideo *Thom.* inuidere cepit, & affectu odii *1. par.* cōtraire. Et in hoc firmatū est, *qđ. 63.* quia hæc oīno ipsa a Deo se- *art. 2.* parauit, & perfectum obstaculū *et 2. sct.* posuit, sicut perfecta charitas p̄ *di. 5 q.*fectè Deo iungitur. Conceden- *1. ar. 1.* dæ sunt ergo rōnes primæ, qđ *et 3. cō-*superbia fuerit primum pecca- *tra gen.* tum: nā superbia p̄sumptionis, *c. 108.* & timoris primum fuit genera- tione, superbia ambitionis pri- mum fuit consummatione.

AD ILLVD, quod obiicitur de omissione. Notandum quod ommissio, nec fuit, nec potuit esse principale peccatū, siue primū: quia dimissio boni uenit ex ti- more malè humiliante, & oīs talis timor uenit ex amore ma- lè inflammante. Vnde nullus di- mittit aliqd facere quod debet, nisi aliquid amet, quod non de- bet, sicut aliquis omittit ire ad Matutinum, quia amat somnū, & quietem in lectulo: hac eadē rōne nō potuit peccatū primū esse ingratitude, nec etiam inui- dia. Dicendū est igitur, qđ non quæcunq; dimissio inducit pec- carum amissionis. Contingit n. omittere circumstantiam, & tūc nō est peccatum omissionis, sed negligentia quædam. Cōtingit omittere actū, & hoc dupliciter uel gāaliter, uel spāliter. Genera- liter, scđm qđ apprehendit p̄ce- ptū affirmatiuum, & negatiuū; specialiter cōtra affirmatiuum, sicut transgressio contra negati- uum: unde non omittit, qui nō uitat fornicationē: sed qui non honorat parentes: & scđm qđ est actus specialis pōt esse actus principalis, uel non principalis. Et non est ommissio peccatū prin- cipale,

cipale, nisi propter actū princi- palē: sicut patet de eo, qđ tenetur ire ad Matutinas, tenetur se in- duere, & surgerē de lecto, & sic de aliis: & quāuis sint multi a- ctus, una est ommissio. Ad hoc autē qđ peccatū aliqđ cēsendū sit esse peccatū omissionis, oportet, qđ sit ommissio actus non circumstā- tiæ, affirmatiui non negatiui, principalis nō annexi. Sicut autē patet, non est sic in proposito, quia diabolus actum principalē aliqđ, ad quē teneretur non di- misit: sed id appetiit, qđ non de- buit: & sic patet breuiter de omis- sione. AD ILLVD, qđ obiicitur de ingratitude. Dicendum, qđ ingratitude pōt esse duplici- ter. s. negatiuè, uel priuatiuè. Ne- gatiuè, quando quis nō est grā- tus Deo, ut dēt, & sic est circum- stantia omnium peccatorū. Pri- uatiuè, qđ non tantum non est gratus, immo contrarie mouet, ut puta, qđ cogitat de beneficio, ut est beneficiū, & paruipendit beneficiū, uel benefactorem, & sic est spālē peccatū. Sic autē nō peccauit diabolus: quia nō cogi- tauit de beneficiis Dei, inquantū erant Dei, sed inquantū erant bona propria, & ideo elatus est. AD ILLVD, qđ obiicitur de infi- delitate. Dicendum, qđ nec pecca- tum infidelitatis, nec curiosita- tis fuit primum peccatum: quia oculus sanus, & clarus ipsius in- tellectus non peruertitur in iu- dicādo, uel inquiredo, nisi prius aliqua elatione inclinetur. AD ILLVD, ergo quod obiicitur: qđ non credit &c. Dicendum, qđ ad infidelitatis peccatū duo cōcur- runt. Oportet enim, qđ sit cōsen- sus rationis cū iudicio uniuersa

li. Si enim aliquis cogitat, qđ for- nicari est sibi bonū, uel cogitat in uniuersali, qđ est bonū, & nō cōsentit iudicio rationis, nō est infidelis, ut patet; & de diabolo dico, qđ non cōsensit iudicio ra- tionis, sed æstimauit sibi bonū. AD ILLVD, quod obiicitur de curiositate. Dicendum, qđ duo faciunt considerationem dici cu- riosam. s. curæ attentio, & utili- tatis priuatio. Vnde si diabolus ex oībus, qđ respexit, suū bonum eliciuisset, referēdo illa in gloriā dei: illa cōsideratio nec esset cul- panda, nec curiosa dicenda. Qđ ergo fuit curiosa, ex hoc fuit, qđ nō suū bonum inde elicit, sed malum p̄sumptionis, & ambi- tionis incurrit: & ita fuit primo rō peccati & in p̄sumptione, & in consideratione. Et sic pa- tet, qđ quāuis in diabolo fuerit curiositas: non tamen fuit culpa antecedēs p̄sumptionē, nec alia: sed conditio illi annexa. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur de inuidia: patet responsio per uer- bum August. quod non fuit pri- mum peccatum. Nam Aug. di- cit, quod est proles superbiæ in Lib. de Virgi. & ita eam conseq- tur: & si non in eodē instanti, tamen in eodem tempore sine morē intermissione. Vnde in huius prolis generatione cōfirma- ta est supbia: & diabolus dictus est diabolus, qđ deorsum fluxit: & ex hoc ī malitia sua firmatus fuit. Et iō Magister describēs p̄fectam auersionē, qualis est in diabolo, nō qualis est in hoībus peccatoribus: dicit, qđ auerti est odio habere, uel inuidere: diabo- lus enim superbus non ualēs cō- scendere, sed compulsus descen-

dere, odit Deum iustum, & inuidet excellentiæ eius.

QVAESTIO II.

Quid Lucifer appetierit?

QUOD appetiit ipse Lucifer. Et quod appetuerit Deo æquiparari, ostenditur per textum Esa. 13. ubi describitur eius peccatum. Ascendam in cœlum: & ero similis altissimo: sed non dixit de cœlo empyreo, quia ibi erat: ergo de cœlo Trinitatis, sed in illo non est nisi equalitas: ergo &c. **ITEM.** Super illud Psal. 68. Quæ non rapui, Gl. Quia Adam, & diabolus uoluerunt raptare diuinitatem, amiserunt felicitatem: sed non uoluerunt raptare diuinitatem quantum ad idemnitatem: ergo quantum ad æqualitatem. **ITEM.** Bernar. de gradi. humi. Hæc iniquitas tua non ita momentanea, sed odio digna est sempiterno: quod tuo dilectissimo, & altissimo domino desiderares æquari. **ITEM.** Quod sit appetibile, uidetur ratione: quia similitudo est appetibilis: ergo maior similitudo magis, & maxima similitudo maxime appetibilis: sed similitudo æquiparantiæ est huiusmodi ergo uidetur, quod ualde facile fuit eam appetere, eo quod magna esset inclinatio. **ITEM.** Omne, quod potest cogitari delectabile, potest appeti: sed diabolus potuit cogitare delectabile esse tale, qualis est Deus, quia summe delectabile est esse Deum: ergo uidetur rationabiliter, quod hoc potuerit appetere. **ITEM.** Quod appetierit uidetur. Diabolus superbus appetiit aliquid, quod uidit supra se, quia hæc est ratio superbiæ: sed supra Luciferum in statu il-

lo nihil erat nisi Deus, & eius celsitudo: ergo appetiit diuinam celsitudinem. **ITEM.** Tantum excellens fuit superbia, quantum excelluit inuidia, & odii malicia: sed non tantum diabolus odit, & inuidet creaturis Dei, ut homini, immo etiam inuidet ipsi Deo: ergo non tantum ipsis creaturis præesse, sed etiam Deo se uoluit equare. **ITEM.** Licet est appetere similitudinem conformitatis: si ergo diabolus illicite appetiit, ultra hanc prægressus est: sed ultra similitudinem conformitatis non est nisi similitudo equalitatis: ergo hanc appetiit lucifer, ut uidetur.

CONTRA. **I.** Tim. 2. Adam non est seductus &c. Glo. Non est credendum, quod uir spiritualiter præditus appetiuerit esse sicut Deus. Si non est credendum de homine: cum adhuc sapiensior esset illo angelus, multo minus est credendum de eo. **ITEM.** Ansel. in Lib. de casu diaboli. Nihil appetiit, ad quod non peruenisset, si stetisset: sed nunquam fuisset parificatus Deo: ergo &c. **ITEM.** Quod hoc non sit appetibile, uidetur. Diuina immensitas non potest mente capi: ergo nullus potest cogitare equalitatem ad Deum: sed nihil potest appeti, quod non potest intellectu capi: ergo &c. **ITEM.** Hoc probat Ansel. Si Deus non potest cogitari nisi ita solus, ut nihil ei simile possit cogitari, quomodo potuit diabolus uelle, quod non potuit cogitare? **ITEM.** Quod diabolus hoc non appetierit ostenditur: quia nihil appetiit, nisi ad quod uenire posse se credidit: hoc patet: quia ipse dixit, Ponam

sedem

sedem meam. Sed nullus nisi deus posset unquam credere, quod creatura creatori posset equari: ergo cum diabolus adhuc omnino stultus non esset, hoc nunquam appetiit. **ITEM.** Diabolus diligebat se super omnia: ergo non uolebat esse alius, quam ille, qui erat: sed si esset par Deo, esse alius, quam ille, qui erat, quia esset Deus: ergo cum hoc non appeteret, non appetiit Deo omnino equari. Si tamen dicas, quod bene appetitur antecedens sine consequente: uerum est appetitu desideratiuo: sed electiuo nullus nisi stultus uult esse Abbas deliberatiue, quod uelit esse monachus. **ITEM.** Omne peccatum est per conuersionem ad bonum commutabile: ergo si diabolus petiit parificari Deo, diabolus non peccauit: sed peccauit: ergo hoc non petiit.

RESOLUTIO.

Aequiparantiæ, imitationisque similitudinem: propria auctoritate, nullisque meritis omnibus præesse, & nullis subesse.

RESPOND. Dicendum, quod duplex est similitudo Dei, scilicet æquiparantiæ, siue equalitatis, & imitationis. Similitudo imitationis potest appeti ordinate, & inordinate. Ordinate, ut appetatur similitudo in his, quæ nostræ sunt aptitudinis, & diuinæ acceptationis: cuiusmodi sunt perfectiones, & decores uirtutum. Inordinate uero, ut homo appetat id, quod non decet, uel quod Deo non placet: ut si appetat hominibus præesse, uel se de aduersariis uindicare. Similitudo omnimoda equalitatis nullo modo potest appeti ordinate: sed aliquo modo est appetibilis, aliquo modo

non. Nam omnimoda similitudo non est appetibilis: quia non potest cadere in cognitionem, siue in intellectum, & ideo nec in appetitu: & si quis fingat, non appetit equalitatem, sed suam fictionem. Alio modo est similitudo equalitatis in aliqua conditione, ut in domino præsentia, scientia: & sic credo, quod potest appeti. Notandum est igitur, quod diabolus quodammodo appetiit similitudinem imitationis, quodammodo equalitatis: & hoc apparet si attendatur appetibile, & modus appetendi. Diabolus enim appetiit aliis præesse: sua tamen auctoritate: quod appetiit præesse: hoc fuit imitationis: & hoc quidem aliquando obtinisset, si stetisset: quod autem propria auctoritate, ita quod sine meritis, & sine datore, ita quod nulli subesset: hoc est solius Dei: & hoc est æquiparantiæ: & ita patet, quid appetiit: & patet multæ auctoritates sanctorum: quia Greg. dicit, quod appetiit esse sui iuris, ita quod nulli subesset: Bernar. dicit, quod appetiit equalitatem potentie: Ansel. quod appetiit præesse sine meritis: & omnes uerum dicunt, & diuersæ auctoritates circumloquuntur hoc, quod est præesse omnibus propria auctoritate.

AD ILLUD ergo, quod obicitur, quod appetiit diuinam equalitatem, Concedendum est in aliquo: & sic currunt rationes ad illam partem inductæ, quia bene potuit appeti: & maxime ab illo, qui fuit superbissimus inter omnes: est appetita. **Q**UOD tamen obicitur ultimo, non ualet: quia quamuis licitum esset

L 4 appe-

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

*An minores angeli peccato superbiae
& ipsi peccauerunt?*



CONSEQUENTER
secundo loco quaerit
de auersione minorū
angelorum. Et circa
hoc duo quaeruntur. Primum
est, quo genere peccati peccane
runt minores angeli. Secundū
est de comparatione peccati mi
norum angelorum ad pecca
tum Luciferi.

VTRVM minores angeli pec
cauerunt peccato superbiae.
Et q̄ sic, uidetur. Gre. 2. Moral.
Tanto magis homines ad coele
stia ascendere inuident, quanto
se a coelestibus per immunditiā
elationis deiectos uident: loquit
tur de dæmionibus. I T E M. Hug.
de sancto Victore. Omnes in ea
dem malitia consenserunt, & v
num ordinem peruersæ socie
tatis fecerunt: sed si omnes consen
serunt in eadem malitia, cum
malitia diaboli fuerit superbia;
ergo omnes consenserunt in su
perbiam; sed nullus in superbiā
consentit, nisi superbus: ergo
&c. I T E M. Libido est fundamen
tū ciuitatis diaboli, & radix oīs
peccati; ergo cum libidinosus
amor sit amor ad se recuruus, &
amor priuatus; quia in hoc dif
fert ab amore casto: ergo quilibet
aliquid sibi appetiit; sed non
appetiit appetibile oculorū, nec
carnis; ergo superbiae, uitæ.

I T E M. Est amor commodi, &
amor honesti; ut uult Ansel. Si
ergo peccauerunt dæmiones, aut
igitur amore commodi, aut ho
nesti; cum omnis affectio ortū
ha-

appetere similitudinem imita
tionis, non tamen omnem simi
litudinem, sicut ostensum est.
Ad illa, quæ obiciuntur in con
trarium: facile est respondere p
iam dicta. Quid enim obici
tur de Adam non est simile: quia
Adam gratiam habuit, & præte
rea non habuit tantam occasio
nem efferendi se. AD ILLVD,
quod obicitur de Anselm. iam
patet responsio: quia uerum di
cit quantum ad ipsum appetibi
le, non quantum ad circumstan
tiam sub qua appetiit, scilicet,
quod propria auctoritate. DVA
sequentes rationes, quæ pro
bant, quod non potest appeti, lo
quuntur de omnimoda assimila
tione, quia si aliquis cogitet Deū
in generali, & cogitet ei simile,
non cogitat Deum: sed fingit,
& ideo non appetit esse similis
Deo: sed fictioni suæ. AD IL
LVD, quod obicitur, quod
non appetiit. Dicendum, quod
illæ rationes probant, quod nō
appetiit omnino, & hoc uerum
est. AD ILLVD, quod obici
tur ultimo, quod non peccauit,
si appetiit similitudinem, quia
non est conuersus ad bonum in
commutabile, ut esset propriū,
& ita ut ad commutabile, ac per
hoc inordinate. Et ad deum cō
uerti superbiendo, est auertia
Deo, & conuerti ad se: & hoc
patet; quia diabolus, quod Dei
erat, appetebat sibi, & ita fi
naliter ad se conuer
tebatur, non ad
Deum, &
sic pa
tent omnia quaesita.

habeat ex amore; sed nō ex amo
re honesti, ergo ex amore cōmo
di: sed hæc est amor proprii bo
ni: ergo &c.

CONTRA. Quod nō peccau
erunt peccato superbiae, vñ, quia
superborū est appetere præesse,
& non subesse: sed minores an
geli uoluerūt Luciferi subesse:
ergo nō superbierūt. Maior mā
nifesta est. Minor probatur per
Hugonē, & Magistrum, quorū
uterque dicit, q̄ Luciferi con
senserunt: ergo uoluerūt, quod
præesset, sicut optabat. I T E M.
Maioris dignitatis, & sublimita
tis est subesse summo domino,
quā minoris: ergo Deo, quā an
gelo: Ergo si superbus appetit,
quod maioris est dignitatis, si su
perbierunt, potius appetierunt
subesse Deo, quam Luciferi:
sed uoluerūt a dominio Dei trā
sire in oīmodum dominiū Luci
feri: ergo &c. I T E M. Oīs supbus
appetit aliquam excellentiam: si
ergo superbierunt, aliquid appe
tierunt. s. se parificari Deo, ut ui
detur dicere Magister in litera:
q̄ superbia uoluerunt se parifi
care Deo. Tunc igitur cum mi
nus haberent motiuum ad hoc,
quā Luciferi: ergo grauius pecca
uerunt: quod est contra totam scri
pturam, q̄ dicit ipsum caput ma
litiae: Si r̄ dicas, q̄ uoluerunt
quiescere sine meritis, & ideo su
perbierunt. Sed contra. Laus est
& gloria consequi p̄miū per me
rita: ergo cum superbus appetat
laudem & gloriā, appetere beati
tudine sine meritis non erit su
perbiae, immo ignauiae. I T E M.
Aut appetebāt sine meritis pro
pter uitandam dilationem, aut
propter uitandū laborem. Non

propter uitandū laborem: quia
angeli non lassantur, sicut nec
motor primi mobilis; ergo pro
pter dilationem: sed sancti uiri
uitant dilationem; qui cupiunt
dissolui, & esse cū Christo: ergo
vñ tunc, quod ipsi superbiant.

RESOLVTIO

*Vbi que: & non tantum consentien
do, sed sibi etiam excellentiam
appetendo.*

RESPON. Dicendum, q̄ planū
est ex dictis Sanctorū & Glorifis,
q̄ Angeli minores peccato su
perbiae sunt auersi: sed tamē in mo
do superbiēdi diuersitas est in
ter Doctores. Nam aliqui uolue
runt dicere, q̄ superbia eorum
fuit in consentiendo superbiae
Luciferi; & cōsentire su p̄bie nō
pōt esse nisi superbientis: sicut
etiam Adam dicitur superbisse,
quia mulieri superbiēti consen
sit. Sed tamen illud non uidetur
probabile, quod angeli minores
prius appetierunt alii aliquid
bonum commutabile, quā sibi:
cum uniuersuiusq; affectus maxi
mē sit iūctus sibi, ut primo appe
rat sibi inordinate, quam alii: &
si alii, propter se hoc facit. Secun
da uerō positio est, q̄ angeli mi
nores superbierunt, non tātum
consentendo, sed sibi excellen
tiam appetendo: & cū se nō cre
derēt posse ad illud puenire si
ne ipsius Luciferi sublimitate, q̄
erat quasi caput, & sibi & illi ap
petierunt, & ideo superbierunt
proprie, & superbiae etiam con
senserunt: & concedendæ sunt
rationes ad hanc parte inductæ.

AD intelligentiam autem ob
iectōrum in contrarium notan
dum, quod superbia demonum
conformis fuit capiti totius ma
litiae.

litiae principi. s. tenebrarum : ipse autem diabolus attendens suorum naturalium strenuitatem, & excellentiam, & praecellentiam uoluit praesse, & regescere sua auctoritate, hoc est sine meritis, & sine ministerio. Daemones uero ei subiecti non sunt ausi tantum appetere: sed considerantes naturalium strenuitatem, uoluerunt sub umbra illius requiescere: ita quod non ministrarent, sed quadam sub illo potirentur uoluntaria libertate, quam uidebant se non posse habere sub diuino dominio. Cognouerunt autem angeli se esse factos ad participandum quietis beatitudinem, & acquirendum per merita, & ministeria. In hoc ergo superbierunt, quia sine meritis uoluerunt beati esse, & sine ministerio quiescere, & sine limite propria uoluntatem implere: & hoc totum est superbire, quamuis non sit tantae superbiae, quantum fuit appetere omnibus precellere, & nulli subesse. His uisis, facile est ad obiecta respondere.

AD ILLUD enim, quod obicitur, quod non superbierunt, quia non appetierunt. Dicendum, quod quamuis non appetierunt praesse; noluerunt tamen debito modo subesse, quia non uoluerunt subesse illo domino, qui precepit solum, quod bonum est, & restringit uoluntatem: sed ei, qui permittit laxari frenum concupiscentiae: ideo mali homines, & superbi potius uolunt subesse diabolo, quam Deo: similiter potuit esse de angelis. Praeterea alia fuit ratio, quia non cupiebant ei subesse: sed sub eius dominio siue seruitio, uel ministerio requiescere, & hoc super-

biae est. Et ita patet sequens, quod obicit, quod gloriosius est Deo subesse: uerum est secundum ueritatem: sed non secundum aestimationem superbi. AD ILLUD, quod obicitur tertio, quod appetierunt, utrum parificari Deo. Dicendum, quod in aliquo uoluerunt parificari Deo, in hoc scilicet quod sine meritis, & obsequio uoluerunt esse quieti, & beati in aeternum, quod solius Dei est proprium: non tamen a Deo parificari uoluerunt, ut Lucifer: & ideo non a Deo peccauerunt. AD ILLUD, quod ultimo obicitur, quod gloria est obtinere cum meritis. Dicendum, quod superbus magis reputat esse gloriosum, & non ab alio, quam per merita ab alio obtinere: tamen quia dedignatur seruire, tum quia dedignatur ab alio recipere: & quia angeli uoluerunt propria auctoritate regescere, patet, quod secundum aestimationem superbi excellentiam appetierunt non ueram, sed falsam: sicut patet in superbis, qui appetunt magis gloriam, & excellentiam uanam, quam ueram. ET PER hoc patet, quod queritur: quare appetebant sine meritis. Dicendum, quod non quia laboriosum, nec quia tardum: sed propter desiderium: sed utile reputabant obsequium, & ministerium & hoc superbiae est.

QUESTIO II.

An peccatum minorum angelorum ordinem habeat ad peccatum Luciferi.

DE comparatione peccati minorum angelorum ad peccatum Luciferi, & queritur, Vtrum habeat ordinem ad ipsum. Et quod habeat ordinem causalitatis cuiusdam uidetur. Apoc. 12. Draco traxit secum tertiam partem stellarum.

Sancti,

sacri, & Magistri exponunt de Lucifero, & demonibus. Si traxit: ergo aliquo modo procurauit casum eorum: ergo &c. ITEM. Iohan. 8. dicitur. Ipse mendax est, & pater eius: ergo diabolus est pater mendacii: ergo cum mendacium ibi uocetur omne peccatum: ergo ipse fuit pater omnis peccati: ergo & peccati minorum angelorum: & ita uidetur, quod sit ibi ordo causalitatis. ITEM. Quod sit ibi ordo temporis, siue durationis uidetur, quia Hugo dicit, & Magister, quod peccauerint, peccato consentiendo: sed non potuerunt consentire peccato Luciferi, nisi quod praecesserat: prius enim uult aliquis aliquid, quam requirat consensus: ergo &c. ITEM. Videtur, quia diabolus aliquo modo fuit origo, siue suggerendo, siue exemplum praebendo. Non potuit suggerere, nisi postquam appetiit, nec etiam demonstrare aliis conceptum suum, nec illi consentire, nisi postquam cognouerunt: ergo in medio inter peccatum diaboli, & aliorum cecidit suggestio, uel saltem demonstratio, & perceptio, & diiudicatio de percepto. sed ista non possunt simul esse: ergo fuit ibi ordo temporis. SED contra, quod non potuerit ibi esse ordo causalitatis, siue occasionis, uidetur: quia statim, ut peccauit deformatus est: ergo cum angeli ante peccatum haberent limpidum uisum, si uiderunt deformitatem, potius debuerunt a peccato retrahi, quam eius exemplum, uel suggestionem imitari: ergo non peccauerunt eius exemplo, uel sugge-

sione. ITEM. Quod non fuerit ibi ordo temporis, uidetur: quia statim, ut diabolus peccauit, corruit: alioquin fuisset dedecus peccati sine decore iustitiae: sed omnes simul ceciderunt: unde Dam. dicit, quod simul cum eo, scilicet Lucifero conuulsa est innumera multitudo: ergo simul tempore omnes peccauerunt. ITEM. Potest obijci, quod neuter ordo ibi fuerit: quia boni simul conuersi sunt: ita, quod nec fuit ibi ordo causalitatis, siue suggestionis, nec temporis: ergo si statim diuisa est lux a tenebris, statim boni facti sunt lux & mali tenebrae: ergo simul non tantum tempore, uerum etiam natura. ITEM. Adhuc, quod neuter ordo ibi fuerit uidetur: quia si fuit ordo causalitatis: ergo uidetur, quod peccatum aliorum angelorum sit remediabile, sicut & peccatum hominis, quod aliunde habuit remedium, quia aliunde habuit occasionem. Si uero fuit ordo temporis: ergo uidetur, quod peccatum minorum angelorum sit grauius, cum non formidauerint diuinum iudicium, quod conspexerunt circa Luciferum.

RESOLUTIO.

Luciferi peccatum maius fuit, quam ceterorum, tum quo ad grauitatem delicti, tum quo ad occasionem, quia ceteris praebuit exemplum, tum quo ad durationem, quia prius ipse, quam ceteri peccauit.

RESPOND. Dicendum ad praedictorum intelligentiam: quod hic triplex consueuit poni positio. Quidam enim uoluerunt dicere, quod non fuit ibi nisi ordo secundum gradus: quia maius,

lus, & excellentius fuit peccatū
Luciferi, eo q̄ magis superbiuit,
nec tamē fuit prius peccato alio
rum tēpore, nec origine: sed sta-
tim in eodem puncto quilibet
propria uoluntate deprauatus,
sine exemplo peccauit, & quia
aspectum habuerunt ad idem,
ideo consimili modo & eodem
genere peccati peccauerunt: &
concedunt rationes ad hoc. Alio-
rum positio fuit, q̄ nō rātū fuit
ordo excessus, imo causalitatis:
ut causalitas large dicatur non
tantum ad causam uere, sed et
ad occasionē, non tantum ad p-
petrationē, sed et ad suggestio-
nem: nō tamen ordo temporis:
Et hoc uolunt sic dare intellige-
re, q̄ in Lucifero simul fuit tē-
pore appetitus, & eius expressio:
& in angelis simul perceptio, &
appetitio, & ita simul tempore
peccauerunt: tamen peccatum
diaboli præbuit eis uiam sicut
exemplum. Et ponunt simile. Si
oculus directe aspiceret in oriē-
tem existens in Occidēte, simul
fieret corruscatio, & appareret
in oculo: a minori uolunt hoc
esse posse in angelo, & per hoc
soluunt obiecta. Tertia positio
est, q̄ fuit ibi ordo & quantum
ad gradum, & quantum ad oc-
casionem, & quantum ad dura-
tionem. Quantum ad gradum,
quia illud Luciferi fuit maius.
Quantum ad occasionem, quia
aliis præbuit exemplum, Quan-
tum ad durationem, quia sicut
Lucifero necesse fuit tempore
ante esse cognitionem, qua pec-
care: quia non potuit in eodem
instanti habere cognitionem, q̄
exigitur ad peccatum cū deor-
dinata affectione: sic in minori

bus angelis dicunt fuisse in pec-
cādo, & primò peccauerūt aspi-
ciendo qđ angelus uolebat, &
exinde aspiciendo commodum
suum: & hæc positio uidetur in-
telligibilior. unde concedendæ
sūt rationes ad hoc inductæ.

AD ILLVD ergo, quod obii-
citur, quod deformis fuit statim,
potest respōderi, quod fuit: sed
illa deformitas erat intra con-
scientiam, & ideo nō apparuit,
quia non reuelauit. Vel potest
dici, quod est deformitas con-
tra naturam, & contra uolunta-
tem. Deformitatem contra na-
turam, statim natura cognoscit
& respuit, quia non mouetur
nisi in uno modo. Sed deformatem
uoluntatis non respicit
uoluntas, eo quod ipsa libera
est: & ideo frequenter placet ei
actus culpabilis, & deformis,
nec unquam talis actus displicet
ei, nisi in quantum adheret
aliquo modo iustitiæ. Et quia
quidam angeli adhererūt iusti-
tiæ: ideo eis displicuit motus an-
geli, & deformis uoluntas. Alii
uero non adhererunt: ideo im-
mundiciam non perceperunt,
sed magis, ut apparens bonum
acceptauerunt. AD ILLVD, qđ
obiicitur, quod simul ceciderūt:
potest dici quod simul, non ga-
in eo instanti, sed quia repeten-
tē, quasi in non perceptibili tem-
pore: & ibi bene potest esse or-
do, quamuis non percipiatur.
Vel aliter, & melius potest dici,
quod Sathanas non cecidit sta-
tim, ut appetiit, sed postquam
peccatum eius consummatum, &
confirmatum per odium, & in-
uidiam fuit: & postquam facta
est diuisio bonorum angelorū

a ma-

ARTICVLVS III.

QUESTIO I.

*An conuersio bonorum angelorum
ad deum fuerit uirtute natu-
ra, uel auxilio gratie.*



ONSEQUENTER
tertio loco quæritur
de conuersione bono-
rū. Et circa hoc duo

quærentur. Primo quæritur de
ipsa conuersione in comparatio-
ne ad suum principium. Secun-
do quæritur de eadem in com-
paratione ad primum.

VTVM conuersio beatorum
angelorum ad deum fuerit
uirtute naturæ, uel auxilio gra-
tiæ, Et quod uirtute naturæ, ui-
detur primo auctoritate Magi-
stri in litera. Non indigebat an-
gelus gratia, per quam iustifica-
retur: ergo iustus erat etiam p-
ter gratiam: sed qui iustus est, re-
cte & ordinate conuertitur ad
fontem omnis iustitiæ: ergo ui-
detur, quod hoc poterunt ange-
li sine auxilio gratiæ. ITEM.
Philosophus in 3. de ani. Intelle-
ctus semper est rectus: sed hoc
non esset nisi rectitudo esset ei
connaturalis: ergo angeli intel-
lectus & uerè, & proprie de na-
tura sua erat rectus. Sed nullus
est rectus, nisi is qui sursum est
conuersus, & qui habet caput
mentis erectum ad diuina: ergo
uidetur, quod hoc habuit per
naturam. ITEM. Facilius potest
quis aliquid, ad quod naturali-
ter ordinatur, quam illud, ad q̄
non ordinatur: sed angelus erat
ordinatus ad deum magis, quā
ad aliud, & natura erat ordina-
ta in ipso: ergo cum sine aliquo
adiutorio non posset conuerti

ad

ad bonum cōmutabile, & auer-
ti a deo, multo fortius absque au-
xilio aliquo potest conueri ad
ipsum. ITEM. Naturale est ali-
cui conueri ad illud quod natu-
raliter magis diligit, sed ange-
lus naturali dilectione magis di-
ligebat deū, quā aliquod crea-
tum, ut in præcedentibus habi-
tum est: ergo uidetur, quod natu-
raliter conuerteretur ad ipsū.
ITEM. Pono, quod simus in in-
stanti conuersionis, & auersionis:
tunc arguitur sic. Nulla est
differentia inter angelos ante
hoc instans; si ergo aliqua alia
incipit differentia esse, hoc est
auersione, & conuersione; ergo
prior est auersio, & conuersio,
quā gratiæ infusio: ergo con-
uersio non potuit esse a gratia.
ITEM. Si conuersio fuisset a gra-
tia, & non a natura: ergo illis an-
gelis, qui nunquam habuerunt
gratiam, sed sola naturalia, non
esset imputandum, quod ad deum
non sunt conuersi: ergo nec dia-
bolus esset culpandus, nec pu-
niendus, quod domino non ad-
hæsit.

AD OPPOSITVM arguit aucto-
ritate, & demonstratione.
Auctoritate sic. Magister dicit
in litera, Conuersio iustos fecit
sed auersio iniustos; sed nihil fa-
cit iustum nisi gratuitum sit: er-
go conuersio fuit a gratia. Si di-
cas, quod intelligit de iustitia
naturali, hoc nihil est, quia illā
habebāt omnes angeli a sua ori-
gine. ITEM. Conuersio creaturæ
spiritualis ad deum (ut dicit Au-
gustinus) est dies, quia ibi est ful-
gor cognitionis, & calor affe-
ctionis; sed per naturam lux præ-
cedit diem; cum ergo angelus

non sit lux nisi per informatio-
nem gratiæ, prius suscepit gra-
tiam, quam conuerteretur ad
bonitatem diuinam. ITEM. De-
monstratione sic. Non est meri-
tum sine gratia, ut patet infra:
quia non hominem propter o-
pus; sed opus propter auctorem
acceptat deus: sed angeli in sua
conuersione meruerunt, sicut
alii in auersione demeruerunt,
ergo &c. ITEM. Si per sola natu-
ralia fuisset conuersio; cum er-
go in naturalibus præcelleret
Lucifer, potius uidetur, quod
ipse esset conuersus, quam alii.
Si ergo non fuit conuersus, non
a uirtute naturæ fuit illa con-
uersio, sed magis ab auxilio græ

RESOLVTIO.

*Et si angeli ad deum conuersi, a na-
tura rectitudinem quandam ha-
bere potuerunt; meritoriam ta-
men non absque gratia.*

RESPONDEO. Ad intelligen-
tiam obiectorum prænotandū
est, quod in cōuersione ad deū
attenditur rectitudo substantiæ
spiritualis quantum ad eius mē-
tem, maxime ratione partis mo-
tiuæ: nec potest esse recta nisi
actu, uel habitu sit ad deum cō-
uersa. Quemadmodum igitur
duplex est rectitudo, sic duplex
est conuersio. Est enim quædam
rectitudo naturæ institutæ, &
penes hanc est iustitia originalis:
& est rectitudo gratiæ, & penes
hanc est iustitia meritoria, quā
acceptat iudex summus ad re-
tributionem æternam. Et quia
uidet in ea pulchritudinem gra-
tiæ, merito eius animam tradu-
cit in spōsam, & opera eius sunt
ipsi amabilia. Sic intelligendum
est, quod duplex est conuersio,
quæ-

quædam a naturali rectitudine,
quædam a rectitudine gratiæ.
Primam potuerunt habere an-
geli absque gratia: sed secundā
non sine gratia. Quando igitur
quæritur, de quo principio fue-
rit illa conuersio. Dicendum, quod
conuersio illa fuit meritoria, &
deo placita: & ideo non potuit
esse sine gratia. Rursus, quia p
illam cōuersionem obtinuerūt
gratiam: oportet ponere, quod
conuersionem illam inchoaue-
rit uoluntas libera: sed consum-
mauit gratia; & iō fuit ibi gra-
tia sublequens, non præueniēs:
gratia cooperans, non operans,
ut dicit Magister in litera. Con-
cedendum est ergo, quod illa ange-
lorum conuersio, in qua confir-
mati sunt, non fuit sine auxilio
gratiæ.

AD ILLVD ergo, quod obii-
citur, quod non indigebat ange-
lus gratia iustificante. Dicendū
quod iustificationis actus dupli-
citer intelligitur. Est enim iusti-
ficare, de nō iusto facere iustū.
Non iustum autem dupliciter
accipitur, scilicet priuatiue, &
negatiue. Priuatiue idem est nō
iustum, quod iniustum, & tunc
iustificare idem est, quod de im-
pio facere pium: & hoc modo
nō fuit gratia in angelis adhuc
effectū. Alio modo dicitur non
iustum negatiue, & sic non tan-
tum dicitur non iustum, quod
habet impietatem, sed quod nō
habet iustitiā gratiæ: & sic fuit
in angelis iustificatio p gratiā:
& ab hac iustitia fuerunt opera
eorum meritoria. AD ILLVD,
quod obii-citur, quod intellectus
semper est rectus, iam patet re-
spōsio: quia intelligit de rectitu-

dine naturali. Illud tamen uer-
bum Philosophi debet intelligi
ut dicatur semper esse rectus re-
spectu illorū ad quæ mouetur,
ut natura, siue naturaliter: & sic
nos dicimus in theologia syn-
theresim semper rectam. Si autē
intelligatur respectu eorum ad
quæ mouetur, ut deliberans, fal-
sum est: immo circumscripto oī
imaginabili, & phātalitate pos-
set intellectus peccare, siue præ-
uaricari: & sic forte fecit ange-
lus. AD ILLVD, quod obii-ci-
tur, quod facilius potest quis in-
id ad quod ordinatur, &c. Dicē-
dum, quod uerum est, si illud
sit intra terminos nature, sed cō-
uerti conuersione perfectā, &
meritoria, hoc est supra natu-
ram, sed deficere hoc est infra,
& ideo ratio illa non cogit. Vel
dic, quod illud est uerum, quā-
do genus operis ad potentiam
comparatum est æqualis diffi-
cultatis, sicut in se consideratur
alias nō habet ueritatem, sicut
patet in multis exemplis. AD
ILLVD, quod obii-citur de con-
uersione, quod sequitur dile-
ctionem. Dicendum, quod uni-
formiter sumpta conuersione
cum ipsa dilectione, non habet
instantiam. Sicut enim quædam
dilectio est a uoluntate natura-
li, ut qua desideratur deus, ut
beatificans, quædam a uolunta-
te electiua, qua quis optat deo
honorem, & gloriam, quædam
a gratuita, qua in obsequium
diuinum captiuatur ipsa uolū-
tas tota, sic & conuersio per ap-
petitum concupiscentiæ est a
natura: conuersio per affectio-
nem amicitiae, est a uoluntate
deliberatiua, siue electiua, con-
uersio

uerfio uero per obsequium obedientiae gratiae, est ab ipsa gratia, & sic patet illud. AD ILLVD, quod obiicitur, quod in nullo differebant. Dicendum, quod illud concludit, quod gratia non inchoauerit, sed non excludit quin confirmauerit: & hoc est uerum. AD ILLVD, quod obiicitur: quod non esset imputandum malis, si conuersio esset a gratia. Dicendum, quod falsum est: quia stare poterant, & non auertere si uolebant: & ideo auersio eis imputatur in culpam.

QVAESTIO II.

An in conuersione bonorum angelorum meritum praecesserit premium?

DE conuersione bonorum in comparatione ad premium. Et queritur, utrum in eorum conuersione meritum sequatur premium, uel praecedat. Et quod praecedat uidetur. Aug. de correctione, & gra. Angeli sancti, qui cadentibus aliis steterunt, illius uirtutis mercedem recipere meruerunt: si ergo mercedem meruerunt recipere, meritum praecessit receptionem mercedis. ITEM. Meritum est uia ad premium: sed recto ordine procedendo, prior est status uiatoris, quam comprehensoris, & uia, quam patriae: ergo in angelis fuit meritum ante premium. ITEM. Dispositio praecedit illud, ad quod disponit, uel tempore, uel natura: sed gratia est dispositio ad gloriam: ergo si deus dedit angelis gratiam qua possent mereri, & gloriam qua sunt beati, prius habuerunt gratiam, quam gloriam: sed gratia quam inuenit liberum arbitrium in actu debito, facit illum motum, siue actum esse meritum: ergo si liberum arbitrium angelum in in-

gressu gratiae, & gloriae erat in actu, ergo prius habuit motum meritum, quam gloriosum. ITEM. Per impossibile uidetur, quod deus dedit angelis gloriam, aut ergo dignis, aut indignis. Si indignis iniuste, & inordinate fecit, quod est impossibile: ergo dedit dignis: sed nullus est dignus corona nisi per merita: ergo &c.

ITEM. Si mereri contingit habitum, dum quis seruit deo, & bene utitur habito: ergo cum ois perseverans in gratia, bene utatur ea, quam perseverat in gratia, meretur eam: sed quod est ex meritis non est ex gratia: ergo merendo gratiam, desineretur esse gratia. ITEM. Si premium praecedit meritum, quare quod est illud meritum: aut quantum ad actum contemplationis, aut ministerii. Non quantum ad actum contemplationis: sic enim oes beati merentur. Si quantum ad actum ministerii: ergo uidetur, quod si non esset homo, angelus non posset mereri, ergo nec dignus esset beatificari: quod falsum est plane.

CONTRA hoc est quod Magister dicit in litera, quod magis placet. scilicet quod merentur iam habitum. ITEM ratione. Angeli dum ministrant nobis aliquid merentur. cum ex magna charitate, & liberalitate nobis condescendant: & ministerium non sit actus comprehensoris, sed uiatoris potius: aut ergo merentur habitum: aut habendum. Si habitum: habeo propositum, quod meritum sequitur premium. Si habendum: ergo tunc cum merentur beatitudinem non sunt beati. Si aliud, quam beatitudinem: ergo non est meritum eorum perfectum, nec necessarium.

Præte-

PRETEREA. Quicquid mereatur, cum spes, quae differtur affligat animam, uidetur, quod tale meritum respectu rei habende non possit stare cum statu beatitudinis. ITEM. Magna premia non debent dari sine magnis meritis: & magna merita non sunt sine magnis obsequiis: ergo cum angeli magna premia habeant, & magna obsequia non praecesserint in quibus meruerint: ergo debent sequi. ITEM. Secundum quod plus dat Deus, plus exigit Deus a creatura: si ergo maius robur uirtutis dedit angelo, quam homini, ergo & maiora obsequia requirit: sed homo non glorificatur, nisi per labores multos, & magnos: ergo nec angelus sine operibus debet glorificari: sed opera non praecesserunt, sed solus motus affectionis: ergo oportet sequi.

RESOLVTIO.

Quicquid dicit Magister, premium praecessit meritum: cum illud requirat fundamentum in perfectione uoluntatis, & non in multitudine operationum.

RESPONDEO. Dicendum, quod circa hoc (sicut dicit Magister) duplex fuit opinio. Quidam enim dixerunt, quod in angelis premium praecedit meritum, & huius positionis fuit Magister: & ad hoc ponendum moti sunt rationabiliter, & quantum ad motuum, & quantum ad modum. Quantum ad motuum: quia enim intellexerunt quod non est meritum sine gratia, nec magnum meritum, ubi non est magnum obsequium, & in angelis propter naturam uelo-

citatem, & idoneitatem simul duratione datur gratia, & gloria: dixerunt, quod in angelis meritum non potuit praecedere premium, meritum (inquam) condigni: sed solum aliquid praecedat, hoc est meritum congrui: sed sequitur meritum condigni. Hos etiam ad hoc ponendum instigauit, quod meritum rei habendae sonat in indigentiam, quae non uidetur posse stare cum gloria. Modum autem huius meriti satis aduertere possumus in militibus, qui bene pugnando, merentur equum ante merita datum. Haec autem opinio, quam uis sit probabilis, tamen plura habet sibi aduersaria, quae in opponendo tacta sunt. PROPTER quod fuit alia positio, quod in angelis meritum praecessit premium non tempore, sed natura. Et rationem huius assignant: quia gratia naturaliter praecedat gloriam: & gratia cum inuenit motum, in libero arbitrio ordinatum facit meritum: & pensatur meritum secundum quantitatem gratiae, non secundum multitudinem operum: ideo cum angelis data sit perfecta gratia, & liberum arbitrium, omnino sit cooperatum gratiae, dicunt, quod in tua conuersione sufficienter meruerunt glorificationem. Et haec positio rationabilior est, & melius habet fundamentum, quia meritum requirit, & fundatur in perfectione uoluntatis, non in multiplicatione operationis: hanc communiter tenent moderni Doctores: ideo huic adhaerendum est.

AD ILLVD, quod obiicitur, de Magistro. Dicendum, quod S. Bon. Lib. 2. M in

in hac opinione sicut in pluribus aliis non assentitur ei.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod merentur. Dicendum, quod est premium substantiale, & hoc meruerunt per conuersionem sui in Deum. Et est premium accidentale: & hoc merentur per ministerium, quod faciunt homini. Et quia accidit beatitudini: ideo sine tali premio cum eius merito potest stare beatitudo: nec affligimur expectatione, sicut nec animam beatam de se cundem stolam perceptione, & adhuc minus, quia minus inclinamur.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod magna premia requirunt magna merita. Dicendum, quod magnitudo meriti non consistit in ope exteriori principaliter, sed interiori. Vnde sicut diabolus multum peccauit propter improbam uoluntatem, & si nihil exterius fecerit: sic econuerso multum meruerunt angeli boni.

AD ILLVD, quod obiicitur, de homine. Dicendum, quod homo non ita cito mouetur, ut angelus, iam tempus meriti habet diuturnius: & ideo non est simile: sed hoc melius patebit infra Distinct. 7.

DISTINCTIO VI.

De ruina, quae consecuta est malorum angelorum auersionem.



Reterea sciri oportet, quoniam sicut de maioribus, & minoribus quidam perstiterunt: ita de utroque gradu quidam corruerunt. Inter quos vnus fuit omnibus alijs cadentibus excellentior, nec interstantes aliquis eo fuit dignior, sicut testimonijs auctoritatum monstratur. Ait enim Iob, Ipsa principium viarum Dei. Et in Ezech. legitur, Tu signaculum similitudinis plenius scientia, & perfectione, decorus in delitijs paradisi Dei fuisti. Quod Gregorius exponens ait, Quanto in eo subtilior est natura, eo plenius in illo imago Dei similis insinuatur impressa. Item in Ezechiele legitur, Omnis lapis preciosus operimentum eius, id est, omnis angelus quasi operimentum eius erat: quia (ut dicit Gregorius,) In aliorum comparatione ceteris clarior fuit: unde vocatus est lucifer, sicut testatur Esaias. Quomodo (inquit) cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? & caetera: qui non vnus ordo, sed vnus spiritus accipiendus est: qui (teste Isidoro) postquam creatus est, eminentiam naturae, & profunditatem scientiae suae perpendens, in suum creatorem superbiuit, intantum quod etiam Deo se aequare voluit: ut in Esa. dicitur, In caelum ascendam super

astra

astra caeli, & exaltabo solium meum, & ero similis altissimo. Similis quidem Deo esse voluit, non per imitationem, sed per aequalitatem potentiae.

Vnde, & quo deiectus fuerit merito suae superbiae.

Et tunc superbia merito de caelo, id est, de empyreo, in quo cum alijs fuerat, deiectus est in istum caliginosum aerem cum omnibus suae prauitatis consortibus. Nam (ut Ioanes ait in Apocalypsi,) Draco de caelo cadens secum traxit tertiam partem stellarum: quia Lucifer ille alijs maior non solus cecidit, sed cum eo alij multi, qui ei in malitia consenserunt, eosque cadentes huius caliginosi aeris habitaculum excepit. Et hoc ad nostram probationem factum est, ut sit nobis exercitationis causa. Vnde Apostolus: Colluctatio est nobis aduersus Principes, & potestates mundi huius, & aduersus rectores harum tenebrarum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus: quia demones, qui sunt spirituales, & nequam, in hoc turbulento aere nobis propinquo, quod caelum appellatur, habitant. Vnde et diabolus princeps aeris dicitur.

Quod non est concessum eis habitare in caelo, vel in terra.

Non enim est eis concessum habitare in caelo, quia clarus locus est, & amoenus: nec in terra nobiscum, ne homines nimis infestarent. Sed iuxta Apostoli Petri doctrinam in epistola canonica traditam, in aere isto caliginoso, qui eis quasi carcer vsque ad tempus iudicij deputatus est: tunc autem detrudentur in baratrum inferni, secundum illud, Ite maledicti in ignem eternum, qui preparatus est diabolo, & angelis eius.

Quod demones alij alijs praesunt.

Et sicut inter bonos angelos alij alijs praesunt: ita & inter malos alij alijs praesunt, & alij alijs subiecti; quamdiu durat mundus, angeli angelis, demones demonibus, homines hominibus praesunt. Sed in futuro omnis euacuabitur praesentio, ut docet Apostolus. Habent quoque secundum modum scientiae maioris, vel minoris, praesentiones alias maiores, vel minores. Quidam enim vni prouinciae, alij vni homini, alij etiam vni vitio praesunt. Vnde dicitur spiritus superbiae, spiritus luxuriae, & huiusmodi: quia de illo vi-

M 2 tio

Iob 40.
Mora.
lib. 32.
c. 24. et
25. Ho-
mi. 34
enā. su-
per 15.
c. Luc.
Esa. 14
Isid. de
summo
bonoli.
1. c. 12
Pbi et
praal-
legata
verba
habentur
E-
sai. 14.

Apo.
12.

Io. 14.
Alias
mundi.

Eph. 2.
Augu.
lib. de
Gene.
ad lib.
ca. 26.
2. Pet.
2. &
Iud. 1.
Matt.
25.

1. Cor.
15.

tio maximè potest homines tentare, a quo dominatur. Inde etiam est, quod nomine dæmonis diuitiæ vocantur, scilicet Mammona. Est enim Mammon nomen dæmonis: quo nomine vocantur diuitiæ secundum Syriam linguam. Hoc autem non ideo est, quod diabolus in potestate habeat dare, vel auferre diuitias cui velit: sed quia eis vtitur ad hominum tentationem, & deceptionem.

An omnes dæmones sint in hoc aere caliginoso, an aliqui sint in inferno.

Solet autem quæri, Vtrum omnes in isto aere caliginoso sint: an aliqui iam sint in inferno. Quod in inferno quotidie descendant aliqui dæmonum, verisimile est, qui animas illuc cruciandas deducunt: & quod illic aliqui semper sint, alter natis forte vicibus, non procul est a vero, qui illic animas detinent atque cruciant. Quod autem animæ malorum illuc descendant, atque illic puniantur, ex eo constat, quod Christus ad inferos descendit, vt iustos qui ibi tenebantur educe-

Zacha. 6. Osee 13. ret. Si enim iusti illuc descendebant, multo magis iniusti: & sicut tradidit auctoritas, cum iustos eduxit, iniquos ibi reliquit. Momordit enim infernum, non absorbit.

Opinio quorundam de loco luciferi.

De lucifero autem quidam opinantur, quod ibi religatus sit, & ad nos tentandos nunc accessum non habeat: quia in Apocalypsi legitur, Cum consummati fuerint mille anni soluetur Satanas de carcere suo, & exiet, & seducet gentes: quod erit nouissimo tempore Antichristi: quando erit tanta tribulatio, vt etiam si fieri potest, moueantur electi.

Apoc. 20. Matt. 24. Matt. 4. Quem ibi religatum dicunt ab eo tempore, quo tentauit Christum in deserto, vel in passione, & victus fuit ab eo. Ipsum putant primum hominem tentasse, & vicisse: & secundo Deum, sed ab eo victum esse, & ideo in inferno religatum. Alij autem putant ex quo cecidit, pro peccati sui magnitudine, illuc fuisse demersum.

Quod Lucifer non habet potestatem, quam habebit in tempore Antichristi.

Sed siue in infernum demersus sit, siue non, credibile est eum non habere potestatem accedendi ad nos, quam habebit

in tempore Antichristi: in quo fraudulenter, ac violenter operabitur, & ideo forte dicitur tunc soluendus, quia tunc dabitur ei potestas a Deo tentandi homines, quam modo non habet.

Quod dæmones semel uicti a sanctis, non accedunt amplius ad alios.

Alijs quoque, qui a sanctis iuste & pudicè viuētibus vincuntur, potestas alios tentandi videtur adimi. Vnde Origenes, Puto, inquit, sanè quia sancti repugnātes aduersus istos incentores, & vincentes minuunt exercitum dæmonum, & velut quā plurimos eorum interminant: nec vltra fas sit illi spiritui, qui ab aliquo sancto caste & pudicè viuendo videtur, impugnare iterum alium hominem. Hoc autem putant quidam intelligendum tantum de illo vitio, in quo superatus est: vt si de superbia aliquem virum sanctum tentat, & vincitur, vltius non liceat in illum vel alium de superbia tentare.

To. 1. Homi. 15. ad librum Iosue ca. 12. eiusdē.



Vpra egit Magister, de auersione, & conuersione angelorum. In hac parte agitur, de lapsu, siue ruina malorum. Et diuiditur hæc pars in duas. In prima determinat ueritatē. In secunda remouet dubitationem, ibi. Solet autem quæri, &c.) Prima pars habet tres. In prima determinat qui, & quales ceciderunt, ibi. Et tanta superbia, &c.) In tertia uerò qualiter ibi habet ordinem prælationum, ibi. Et sicut inter bonos, &c.) Similiter secunda pars habet tres. In prima mouet quæstionem de unitate loci, quantum ad angelos minores. Secundò, quantum ad Luciferum. Tertio, occasionaliter ostendit confligendi modum inter nos, & nostrum aduersariū. Primum facit, ibi. Solet autem quæri, &c.) Secundum autem,

ibi. De Lucifero, &c.) Tertium, ibi. Alijs quoque, quia Sanctis, &c.) Principaliter igitur in hac distinctione determinatur, vnde angeli corruerunt: & deinde quis locus post ruinam: & quis ordo in loco, & officio.

Et osq; eadentes huius caliginosi aeris, &c.) Contra. Ergo uidetur ex hoc, quod ultimo dicitur, quod debeant habitare in terra, cum ad nostrum exercitium sint deputati. Item. In Dialogis legitur, quod quidam comedit lactucam, & statim obsessa est a dæmonio: & ibidem ratio redditur, quia diabolus erat in lactuca, quam momordit: ergo uidetur quod sint in terra. Respondeo. Dicendum, quod diuina clementia, & prouidentia locum sequestratum prouidit dæmonibus, ne nimis acriter nos tentarent, nec tam in nimia aro-

bis longinquum, ut possent nos exercitare. Vnde q̄ inhabitent in caliginoso loco, hoc diuinæ sententiæ est: q̄ uero ad nos ueniant, hoc permissionis est. Vnde cum triplex sit aeris intersticiū: si quæretur in qua parte sunt? probabile uidetur q̄ sint in medio: ubi est turbulencia, & uexatio, & uarietas impressio- num: & hinc est q̄ frequenter cōmouent uentos, & tēpestates.

Dub. 2. *Aere isto caliginoso, qui est qua si carcere, &c.)* Contra. Vt q̄ nullo modo sit carcer, quia discurrunt quò uolunt: & iterum spirituales sunt, ergo nec prohibentur, nec detinentur corpore. Itē. Ventus non pōt cōmouere, nec conturbare radium: ergo multo fortius nec spiritum. Item. Cū non habeant uisum corporalē, uidetur q̄ nullus locus sit eis caliginosus: nec puniri uidentur tenebris corporalibus. Resp. Dicendum, q̄ sicut ex quadam congruitate cœlum empyreum est angelis sanctis locus cōueniens, & aptus, tum ex luce, tū ex spatio: ita q̄ recte pōt dici palatium, attestans claritati, & trāquillitati, & ampliacioni charitatis. Sic per oppositum, aer ille caliginosus carcer est, quia paruus, & arctus, & obscurus, nō obsecritate, quæ obscurat, uel arctitudine, quæ angustat: sed potius quæ attestatur mentis arctitudini, & frigori iniquitatis, & commotioni affectionum: & iō recte carcer dicitur. Et sicut alio modo locus corporalis locat spiritus, alio modo corpora: ita & etiam alio modo incarcerat. Et sic patent obiecta.

Dub. 2. *Tūc dabitur ei potestas a Deo etc.)*

Cōtra Iob. xli. Non est potestas super terram, quæ possit ei comparari: ergo si uires eius excedūt nostras, potius uidet, qđ Deus debebat nobis augere posse, quā dæmonibus: aut v̄ iniuste agere, & inæqualiter, dum exponit debilem forti, & fortificat fortē contra debile. Resp. Dicendum, qđ potestas illa, de qua loquitur Iob, est potestas uirtutis naturalis, non est potestas tentandi: nā potestas tentandi debilis est, nisi fortificetur per consensum tentandi. Debilis enim est hostis, q̄ non uincit, nisi uolentē. Quia tamen p̄p̄ nostram concupiscentiam, & ignorantiam multipliciter nos decipit, & allicit: iō fortis est, & adeo qđ pauci essent, q̄ non uincerentur, nisi Deus astutiam eius, & fallaciā reprimeret, & restringeret: quam in fine iusto iudicio permittit dilatari: & ideo potestatem tentandi dicit dare, non conferendo nouā potentiam, sed sinendo ipsam operari secundum iustam potentiā, & astutiam, quam iam habet.

Nec ultra fas sit, &c.) Innuit *Dub. 4.* Magister, quod non est fas ulli spiritui, qui uictus est, impugnare aliquem. Contra. Probabiliter creditur, quod diabolus magnus, qui tentauit Adam, tētauit Christum, & omni modo est uictus: ergo uidetur, quod nunquam ammodo tētet, quod est contra textum Apoca. Item. Si hoc est uerum, ergo uidetur exercitus dæmonum adeo diminitus in fine, quod tentare non possit: hoc autem falsum est, cum fortius tentet in fine. Respond. Dicendum, quod circa hoc difficile ē ueritatē determinare:

nare:

nare; quod autem fiat diminutio in eodem exercitu dæmonū, non uidetur improbabile, cum ita uideamus contingere secundū legē belli, ut qui superatur, amueatur a bello: quantum tamen, & quando, difficile est determinare; unde quicquid dicat Orige. melius est dubitare, quā super hoc aliquid diffinire.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

De quo ordine fuerit Lucifer.



Intelligentiam eorum, quæ in hac parte dicuntur de lapsu angelorum, tria incidunt quærenda. Primum est, de quo ordine, uel dignitate ceciderunt. Secundum est, in quid ceciderunt. Tertium est de ordine, siue prælatione eorum post casum. Circa primum duo quærentur. Primo, de quo ordine fuit Lucifer. Secundo de quo ordine lapsi sunt minores angeli.

De quo ordine fuerit Lucifer. Et quòd fuerit de supremo, hoc ostenditur. Iob. xl. Ipse est principium uiarum Dei: sed non ordine naturæ: ergo ordine dignitatis: ergo fuit præcellens inter creaturas cæteras: ergo, & inter angelos. Item. Grego. xxxij. moral. tractans illud Ezech. Tu cherub extentus, & protegēs &c. Quia comparationem claritatis suæ cæterorum claritatem obumbrasse creditur, & ideo ipse extentus, & protegēs perhibetur (loquit̄ de lucifero;) ergo &c. Et ibidem iterum, Dū cæteris agnibus angelorum prælatus eorum claritatem trāscendit, ex eorum cōparatione clarior fuit. Et

iterū i eo. Lib. Illa supernarū uirtutum procera altitudinis agmina in lititiæ æternæ uiriditate plantata, quamuis excelsa fuerit condita, huic tamen nec prælata sunt. nec cōquata. Item. Ratione. Lucifer appetijt oībus præfesse, & credidit se posse obtinere ut nulli subesset: sed hoc non est probabile, nisi uidisset se omnes præcellere: ergo fuit de supremo ordine. Item. Peccatum eius maximum fuit inter peccata omnium angelorum, immo omnium creaturarum: sed tanto magis est uirtutum, quāto in nobiliori natura: ergo si maximum peccatum habuit omnium aliorum, ergo quantum ad naturā cæteris maior fuit.

SED CONTRA. Ezech. xxvij. dicitur ad Luciferū. Tu cherub extentus, & protegēs, sicut exponit Greg. sed supremus ordo non est ordo cherub; sed seraphin, sicut uult Dion. ergo non fuit de supremo ordine. Item. Dam. 2. lib. c. 4. Ex his angelicis uirtutibus, quæ præerant terrestri ordini, id est eius, qui circa terrena est ordinis, & cui terræ custodia a deo cōmissa erat, lib. arbit. sui electione auersus est; ergo lucifer secundū Dam. fuit de iāmo ordine. Item. Ratione uidetur. Quia si ipse fuit supremus; ergo magis fuit deiformis; ergo magis ad peccatū in habilis; ergo non peccauit; aut si peccauit, non ita profundè, sicut alij, ut uidetur. Item. Si supremus inter omnes angelos; ergo inter omnes creaturas nobilior; ergo magis a Deo dilectus, qui diligit omnia quæ fecit; ergo cum facillimum fuerit domino ipsum conseruare, non uidetur probabile, quod ipsum permisit ruere.

Vide
Homi.
34. in
Euāg.
ante
mediū.

c. 6. &
7. cel.
hierar.

Lucifer si stetit, inter primos beatorum mentium ordines annumeratus fuisset.

RESPON. Dicendum, quod (sicut testantur auctoritates sacre scripturæ, & sanctorum) Lucifer ualde excellens fuit: & si stetit, in supremo ordine collocatus fuisset, cum ad hoc haberet idoneitatem ex parte nature. Sicut enim patet infra, distinctio ordinum consummata, uenit ex parte gratiæ; sed dispositio ex parte nature; unde concedendæ sunt rationes ad hoc inductæ.

AD ILLVD, quod obijcitur, quod dicitur Cherub. Dicendum quod Seraph. interpretatur incendium, & hoc est per charitatem: angelus autem licet a sua conditione habuerit plenitudinem scientiæ, nõ tamen habuit incendium charitatis nisi à gratia. Et quia cherubin dicitur plenitudo scientiæ; sed seraphin dicitur incendium charitatis, hinc est quod dicitur cherubin, non seraph. & hoc non ideo quia esset de ordine cherubin, sed quia habebat habitum illi ordini conuenientem, non sic habitum conuenientem ordini seraphin, quamuis ad illum esset præparatus. **AD ILLVD,** quod obijcitur quod præerat terrestri ordini. Dicendum, quod Damasc. hoc dicit quantum ad uim administratiuam, quia cæteri ei erant subiecti quantum ad actum ministerij: & quia actus ministerij omnibus aliquo modo competit ex natura, sicut infra patebit, quia omnes sunt administratorij spiritus; ideo ex hoc non habetur quod angelus fuerit de ordine infimo, imo potuit etiam de supremo, & præsi-

dere terreno ministerio. **SED** VNDC est quæstio; cum in angelo esset uis cõtemplatiua, quare magis per administratiuam eũ describit. Et dicendum, quod uis cõtemplatiua attenditur in comparatione ad superius; sed administratiua in comparatione ad inferius; & quoniam angelus sumptit occasionem peccandi, considerando suam præsentiam respecta inferiorum, ideo secundum illam uim eum describit. Vnde Aug. dicit, quod consideratio angeli in peccando fuit contrario modo cõsiderationi Centurioni, qui dixit Math. 8. Ego sum homo sub potestate constitutus, & habens sub me milites. Angelus econtrario primo considerauit milites, & ministros sibi subditos; ideo eleuatus est in superbiam. **AD ILLVD,** quod obijcitur, quod minus erat habilis ad peccandum. Dicendum quod uerum est; attamen uoluntas in oĩbus angelis libera erat, & uertibilis, & ideo sine omni pronitate poterat quod uolebat, inclinari: & hinc est quod ille grauius peccauit: unde ad peccatum non necessario concurrat pronitas, sed uertibilitas; nec peccatum intenditur ex pronitate, sed magis ex nature, & donorum dignitate, & cõuersionis profunditate. Et quia altior erat; ideo cecidit profundius. Et quia fortior, ideo ad malum se conuertit fortius, & inseparabilius. **AD ILLVD,** quod obijcitur ultimò, quod uidetur incredibile, quod Deus nobilissimam creaturam suam sic perire dimitteret. Dicendum quod mira in hoc Dei iustitia ostenditur, quæ tantam seruat iustitiam, ut ordinẽ institutum nullo modo infringat: tan-

tantũ peccatũ odit, ut pp peccatũ, quos charissimos reputauit, abiiciat. Vnde credo, quod tam spectandũ monstrũ diuinæ seueritatis in angelo nobilissimo, & primo hoĩe (quorum utrunque propriis manibus pla mauit, & decorauit) Deus nobis infirmis p̄posuit, & ostēdit, ut discamus quantum Deus odit peccatum, & maxime superbiam, quod pro uno motu cordis nobilissima creatura oĩum creaturarũ eternaliter, & sine spe ueniæ est dānata: & pro uno esu pomi, & ipse Adam & tota posteritas usq; ad finem mundi est mortalitati, & multiplici penalitati subiecta: & nisi dominus reliquisset nobis semẽ, quasi Sodoma fuissēmus. **EX** HIS efficacissimũ relinquitur argumētũ, quod horrēdũ est incidere in manus Dei uiuentis: si. n. Deus non pepercit nobilissimo angelo superbienti, quid erit de uilissimo cinere, & abiectissimo, in altum se extollenti, cum iacere debeat in cinere, & cilicio, imo in ipso sterquilinio?

QVÆSTIO II.

De quo ordine lapsi sint mores Angeli?

DE quo ordine lapsi sunt minores angeli. Et quod de oĩbus, v̄r. Hugo, de quo libet ordine aliqui ceciderunt, & unũ ordinẽ cõtrariũ fecerunt, ubi nõ est ordo, sed sempiternus horror inhabitat. **ITEM.** Grego. dicit in Hom. Pentecostes, quod ad oēs angelorũ ordines aliqui hoĩes assumuntur; sed hoc non erit nisi ad restaurandũ ruinam angelorũ; ergo de quolibet aliq; corruerunt. **ITEM.** Probatũ est, quod Lucifer fuit de supremo ordine: er-

go si de illo ceciderunt, uidetur, quod multo fortius de aliis. **ITEM.** Oēs angelorũ ordines procurant hoĩum salutẽ, unde oēs sunt ad ministratorij spiritus, &c. ergo v̄r, quod oĩbus ordinibus suo modo hoĩes recõpescant obsequiũ, ut nutriatur charitatis solatiũ; sed sicut angeli subueniunt hoĩbus ministrando, ita hoĩes angelis eorũ lapsum reparando: ergo quilibet ordo habuit ruinã.

SED CONTRA. 2. Pet. 2. Deus angelis peccantibus non pepercit: ergo omnes labentes sunt de infimo ordine: quia infimus ordo cõsetur nomine angelorum, ut inferius patebit. **ITEM.** Apostol. uocat dæmones Eph. vlti. principatus, & potestates, & diuersa nomina angelorum dicuntur de dæmonibus, præter seraphin, & thronos: ergo uidetur, quod de his ordinibus nulli ceciderunt, aut si ceciderunt, cum nõ possit probari p̄ scripturam, nullo modo est asserēdũ. **ITEM.** Angeli eiusdẽ ordinis sunt similiores in natura: sed quod sunt similiores in natura, similiores sunt in affectibus, quia oẽ animal ad sibi simile copulabitur: & qui similiores sunt in affectibus, similiores sunt in moribus, similiores sunt in bonitate, & malitia: ergo probabilius uidetur ponere, quod si de aliquo ordine ceciderunt aliqui, quod omnes persequens: & si ruerunt aliqui, quod omnes de illo ordine; ergo non est ponere, quod de omnibus ordinibus aliqui ruerint, aliqui steterint.

RESOLVTIO.

De quolibet ordine.

RESP. Dicendum, quod secundum

Libr 1
par. 5.
c. 30.

dum quid sancti dicunt, & accipiunt ex scriptura, de omnibus aliqui lapsi sunt, & hoc expresse dicit Hugo de sancto Vict. in Lib. de Sacramentis, & ratio persuadet. Cum enim de supremo ordine aliqui auulsi sint ut Lucifer: credendum est, quod omnes senserunt aliquam ruinam.

Dis. 10

AD ILLUD, ergo quod obiicitur, quod omnes dicuntur angeli. Dicendum, quod angelus secundum quid est nomen officii, quod est mitti, & commune est omnium, ut patebit infra: appropriatur tamen inferiori ordini, de quo frequentius mittuntur aliqui; & ideo beatus Petrus generaliter loquens comprehendit omnes. AD ILLUD, quod obiicitur, quod scriptura non nominat omnia nomina. Dicendum, quod sicut in malis quedam sunt, quae mox nominata coniuncta sunt malo, ut fornicari, & occidere: ita in bonis quedam sunt, quae mox nominata coniuncta sunt bono: ut seraphin, quia dicit charitatis incensum, & throni, quia dicit sedem, ubi dominus requiescit ad iudicandum: & ideo nomina horum ordinum daemones non attribuuntur, quamuis ipsi ex natura dispositi essent ad hos ordines, sicut ad alios, tamen aliorum nomina tenent, quia communia sunt bonis, & malis, ut principatus, & potestates. AD ILLUD, quod obiicitur de amore similitudinis. Dicendum, quod illud locum habet in amore naturali: in amore uero electiuo, ubi quis fertur secundum dominium uoluntatis, non habet ueritatem: nam *Malice occidit filium* li. 7. Metam.

fabul. & plus odit homo hominem, quam serpentem frequenter: & maior est discordia uoluntatum: sed quia lapsus, & status fuit secundum uoluntatem electiuam, non naturalem: ideo non habent hic locum.

ARTICVLVS II.
QVAESTIO I.

An angeli credentes in infernum ceciderint?

QVOD ceciderunt in locum infernalem, uidetur: quia casus tanto profundior, quanto gradus excelsior: ergo si ceciderunt de loco altissimo, ut de empyreo, uidetur, quod detrusi sunt in locum infimum, & ita in infernum. ITEM. Angelis sanctis propter mundiciam, & lucem sapientiae debetur locus mundissimus, & lucidissimus: sicut empyreum, ergo a contrariis, daemones immundis, & obtenebratis debetur locus tenebrosissimus, & immundus: sed iste locus est infimus, & subterraneus, qui dicitur infernus: ergo &c. ITEM. Homines mali post mortem statim descendunt ad infernum, sicut dicitur Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt: ergo cum hoc sit angelis casus, quod hominibus mors: ergo statim ceciderunt in locum infernalem. SIT V dicas, quod sunt relictii extra infernum ad nostram exercitationem. Contra. Homo de se pronus est sufficienter ad malum, & satis potest exercitari a passionibus carnis: ergo uidentur superfluae exercitationes daemones, & si Deus hoc permittit, ut immisericorditer agere.

CONTRA. Eph. 2. Non ambulatis

letis secundum principem potestatis aeris huius (demonstrat aerem materiale) ergo potestas diaboli maxime est in hoc aere: sed ubi est potestas eius, & substantia: ergo &c. ITEM. Constantis est, quod diabolus nos tentat, & tentauit Christum, ut dicitur Mat. 4. De nobis autem non tantum scriptura docet, sed etiam experientia: ergo cum angelus ibi sit, ubi operatur, & circa nos operatur: ergo &c. ITEM. In inferno nulla est omnino redemptio, unde qui descendunt in infernum, nunquam ascendunt: ergo si daemones deiectione essent in inferno, nunquam possent ad nos uenire: sed ueniunt, ergo in infernum nunquam descenderunt.

RESOLVTIO.

Locus malorum angelorum ad iudicium usque aer caliginosus est: tamen si probabile sit aliquos eorum ad torquendas animas ad infernum subterraneum descendere.

RESP. Dicendum, quod (sicut patet ex scripturis) locus daemones post lapsum usque ad diem iudicii, non est locus subterraneus, quem uocamus infernum: sed aer caliginosus, in quo generaliter daemones multitudo inhabitat: Vtrum autem aliqui detrusi sint in infernum, hoc ego nescio, nec inuenio a sanctis determinatum. Hoc autem bene credo, quod aliqui descendunt ad torquendas animas, secundum quod inter se habent deputata maledictionis officia. Ratio autem, quare in hoc aere sunt, est propter humanum exercitium. Sicut enim dicit Aug. nunquam Deus, quos praesciebat futuros malos, eos fecisset, nisi pariter

Lib. 2.
ei. Det.
c. 18.

nosset, quibus bonorum uisibus eos accommodaret. Unde diuina dispositio hoc exigit, ut etiam de praeruaricantibus angelis obsequium quodammodo electorum trahat, & eliciat: scit enim bene uti malorum prauis uoluntatibus: & ideo non eos detrusit in infernum, sed locum dedit aptum ipsis daemones, tum quantum ad statum peccati, tum quantum ad statum exercitii sive belli. Aer enim caliginosus propter caliginem conuenit tenebrositati culpae, sed propter mobilitatem, & subtilitatem conuenit angelicae uelocitati: unde (sicut aliquibus uiris sanctis ostensum est) frequenter circa nos uolitant, ut muscae.

AD ILLUD ergo, quod obiicitur: quod de altissimo in profundissimum. Dicendum, quod uerum concluderet, si esset omnino retributum, quod meruerunt: sed dominus non statim retribuit: sed simul cum hominibus eos illuc expectat proicere, quos ipsi sua peruersitate inducunt peccare. AD ILLUD, quod obiicitur, quod angelis beatis locus debetur altissimus. Dicendum, quod quamuis sit eis deditus, non tamen sunt ibi semper: sed & circa nos ad explendum suum ministerium. Similiter dico, quod quamuis locus infimus, & uilissimus sit daemones debitus: tamen eis differtur propter nostrum exercitium. AD ILLUD, quod obiicitur de hominibus malis post mortem &c. Dicendum, quod non est simile omnino, sed solum quo ad statum impenitentiae, non quo ad statum demeriti uel exercitii, sicut infra melius patebit: anima

anima enim nō est deputata ad ministrandum, sicut angelus. AD ILLVD, quod obiicitur ultimo, q̄ Deus misericorditer agit cum homine. Dicendum, q̄ nō, immo misericordia superexaltat iudicium: quia contra fomitem dat scintillam conscientiae, contra dæmones dat bonum angelum: & supra hoc dat suā gratiam, & Spiritum Sanctum suū, qui uincit omnem potestatem: quia neque mors, neq; uita, neque principatus, neq; potestates. possunt separare a charitate Dei: unde ille amor est adiutoriuū præualens omnibus, & omnia uincens. Propter hoc, ut habeant exercitium: (quia uirtus in infirmitate pficitur) dat deus suis sanctis angelum Sathanæ, qui eos colaphizet: sicut colaphizauit Paulum.

QVAESTIO II.

An dæmones ubicunque sunt, infernali cruciatus crucientur?

VTRVM ceciderunt in infernale supplicium, Vtrū, scilicet crucientur, ubicunq; sunt. Et q̄ sic. Super illud Iac. 4. inflammata a gehenna. Glof gehenna est diabolus, propter quē facta est. Sicut enim gehenna semper ardet, sic diabolus ubicunq; sit uel in aere, uel sub terra, semper fert secum tormenta flammarum. ITEM. Hoc uidetur ratione per simile. Angeli conuersi quamuis non sint a ministerio absoluti, tamen in ipso ministerio habēt p̄mium suae conuersionis. s. beatam uisionem: ergo pari ratione dæmones poenā infernalē. ITEM. Videtur a minori, quia grauius est in conspectu Dei iuste omnia ponderan-

tis, peccatū angelicum, quam humanū: sed hō decedens in peccato sine aliquo interuallo statim punitur poena gehēnali, & incēdio: ergo multo fortius uidetur de angelis malis. ITEM. In peccato duo sunt. s. auersio, & cōuersio, & utriq; correspondet sua poena. s. carētia uisionis auersioni, & afflictio ignis cōuersioni: sed statim, ut peccauit, amisit irremediabiliter uisionē, & punitus est carētia uisionis: ergo pari ratione poena afflictionis: sed hęc est poena illius ignis: ergo &c.

CONTRA. Mat. 8. dicitur. Iesu fili Dei, ut qd uenisti ante te pus torquere nos? ergo angeli nondū torquebantur. ITEM. Si punirentur poena ignis materialis, cū ille agat in creaturā passibile, & cōdignā pati; ergo cum diabolus corporaliter obsidet aliquē, si secū fert ignē, v̄r, q̄ eū totū cōburat, nisi uirtutē ignis p̄ miraculū Deus restringat: sed nō est ibi ponendū miraculū: ergo &c. ITEM. Si ita torqueretur igne materiali, cū ille sit summē afflictiuus, nō delectarentur in peccato hoīs, siue in faciendo alios peccare: ergo cū multū hoc desiderēt, nō v̄r esse probabile. ITEM. Si torquentur igne materiali, cum nō sint, nisi tres spēs, s. carbo. f. āma, & lux, q̄ro qua specie. Nō luce: cōstat, quia non affligit, nec decet eos secum ferre lucem: ergo uel flamma uel carbone: sed neutra istarum laetetur sensus: ergo &c.

RESOLVTIO.

Vtraque pars tutatur à diuersis: sed negatiua probabilius uidetur.

RESPONDEO. Dicendū, q̄ circa hoc sunt diuersae positiones

Do-

Doctorum. Quidam enim innitentes prädicte Glo. & considerantes ultionem diuinæ iustitiæ siue rigorē: dicunt dæmones ubi cūq; sunt, puniri supplicio ignis materialis, licet minus intense. quā post ultimā damnationē. Et cum hoc non sit intelligibile, quod ignem cremantē ubiq; secum circumferant, nisi habeāt corpora alligata, coguntur ponere, quod dæmones a sui lapsu primario habuerunt sibi aptata corpora, in q̄bus punirentur, & in q̄bus circumferrent, quasi intrinsecus materiale incendium, quocunq; decurrant: sicut febri citans ubiq; circumfert ardorē, in qualicunq; loco ponatur. Sed quoniā illud est difficile sustinere, q̄ dæmones habeant corpora inseparabiliter unita, sicut infra melius patebit: & præterea cum non uideantur acriter puniri tum ex uerbis euangelii, tum etiam quod intenti sunt mala facere, & mala multa multiplicare: ideo aliorū positio est, q̄ dæmonibus differtur poena ignis usq; post iudiciū: tum ut eorum exercitium nō ommittatur, tum etiam, ut diuina misericordia, ostendatur: q̄ sustinet uasa iræ apta in interitum in multa patientia, usque in diem: quo retribuet omnibus secundum fructū adinventionum suarum. Quæ harum positionum sit uerior nescio: hęc tamen, quæ ultimo data est, uidetur probabilior.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur de Glo. patet respōsio, si aspiciantur sequentia: quod non intelligit de flamma ignis materialis, sed de flāmis uitiorum. s. iræ, inuidiæ, quibus etiam torquen-

tur. AD ILLVD, quod obiicitur de angeli bonis. Dicendum, q̄ non est simile: quia Deus prior est ad miserendum, quam ad puniendum. Præterea, ministerium angelorum nō impeditur ex gloria, sed expeditur: sed poena oīno retraheret malos ab exercitando. AD ILLVD, quod obiicitur de damnatis oībus. Dicendū, q̄ non est simile: quia damnati sunt extra statū demeriti, & ideo non oportet, q̄ differatur suppliciu: nō sic dæmones, quia demerentur: ut infra melius patebit. AD ILLVD, quod obiicitur de auersione Dicendū, q̄ non est simile: quia uisio Dei non potest stare cum culpa: unde inseparabilis poena a culpa est uisionis carētia: non sic est de poena afflictiuā.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An in dæmonibus sit ordinum distinctio?



CONSEQUENTER tertio loco q̄rit qualiter dæmones sint post lapsum ordinati. Et q̄runtur, circa hoc duo. Primò q̄runtur, utrum inter eos sit ordinum distinctio. Secūdò, utrum inter malos angelos sit prælatio.

VTRVM inter eos sit distinctio ordinum. Et q̄ sic, uidetur. Apostolus Ephe. vlt. uocat eos principatus, & potestates, & alii sancti nominibus aliorum ordinū: ergo uidetur, q̄ si tenuerunt nomen & nō frustra, q̄ aliquo modo tenuerunt rem: & ita, q̄ ordines sint distincti in eis. ITEM. A natura sua sunt conditi distincti, & perfecti, & ordi-

Lib. de
Dno no
min. c.
4. par.
4. circa
mediu.

ordinati: sed Diony. dicit q̄ ha-
bent sibi naturaliter data inte-
gerrima: ergo adhuc manet in-
ter eos ordo. **ITEM.** Nihil in uni-
uerso est iordinatum, quamuis
sit inordinatum in se, quia feda-
ri non potest: ergo demones tuo
modo sunt ordinati ut angeli: er-
go & inter eos est ordo. **ITEM.**
Natura angelorum quantum in
se erat, habilis erat ad ordines:
& gratia adueniens perfecisset
ordines, quia data eis fuisset se-
cundum naturalium strenuita-
tem: ergo cum similiter per ma-
iorem naturalium strenuitate
fuerit ordo: & minoritas, siue
maioritas i culpa: uidetur quod
similiter per culpam non aufera-
tur ordo; sed magis perficiatur.

Lib. 1.
d. sacr.
par. 5.

CONTRA. Hugo de sc̄to vict.
Omnes in eandem malitiam cō-
fenserunt, & unum ordinē per-
ueriæ societatis effecerunt: ergo
non est inter eos ordinū distin-
ctio. **ITEM.** Malū est corruptio
modi, speciei, & ordinis: sed per
peccatum facti sunt mali, ergo
inordinati: ergo nō est inter eos
ordo, cum oēs sint mali. **ITEM.**
Maior est deordinatio in culpa,
siue per culpam, quā in pena:
nam pœna reducit culpā ad or-
dinem aliquem: sed in suppliciis
nō est ordo naturæ: ergo nec in
existentibus in peccatis. Proba-
tio minoris. Iob. x. ubi nullus or-
do: sed sempiternus horror iha-
bitat (loquitur de loco penarū.)
ITEM. Quanto melior est natu-
ra, tanto maior est in ea culpa:
ergo quāto quis superior per na-
turam, tanto inferior per culpā,
quia maior culpa facit peiorē:
ergo culpa peruertit totum or-
dinem naturæ, & aufert omni-

no ordinem gratiæ: ergo nullus
ordo est inter eos.

RESOLVTIO.

Et quidem, ratione naturalium; sed
peruerse & tenuis demerito
culparum.

RESPON. quod de angelis ē lo-
qui quantum ad statum triplicē
s. gloriæ, & naturæ institutæ, &
lapsæ. Quantum ad statum glo-
riæ, est in eis ponere ordinū di-
stinctionem perfectam. Quantū
ad statum naturæ, ordinum di-
stinctionem, sed imperfectam.
Quantum ad statum culpæ, or-
dinum distinctionem: sed imper-
fectam, & peruersam. Imperfe-
ctam, propter priuationem gra-
tiæ, quæ habilitatem naturæ p̄fi-
cit. Peruersam, propter præsen-
tiam culpæ, quæ quamuis sub-
stantiam naturalium nō corrū-
pat, tamen foedat, & deordinat,
& illud manifestum est, si atten-
datur. Nam illi, qui meliora ha-
buerunt naturalia, illi grauius
peccauerunt, & peccant: tū pro-
pter hoc quod ardentius appe-
tierunt, tum quia magis ingrati
fuerunt, tum etiam quia modo
acrius uexant. Ratione nobilita-
tis naturæ præcellunt in ordine
naturæ, & præcellunt in magni-
tudine culpæ: & quantū ad hoc
deteriores sunt, & ideo inferio-
res esse debuerunt. Concedo er-
go quod inter demones est or-
do secundum præcellentiam na-
turalium: sed tamen peruersus
adiunctione cu parum. Conce-
do igitur rationes probantes q̄
i eis sit aliquis ordo, licet tenuis,
ut dictum est.

AD ILLVD tamen, quod ul-
timo obiicitur: quod culpa con-
sonat naturæ. Dicendū q̄ illa cō-
sonantia

sonantia magis est discordan-
tia, quam consonantia: nam ma-
gnitudo culpæ facit in ueritate
minus quāto maior est: & ita in
magno natura nō seruat digni-
tate ordinis, imo magis peruer-
tit: quia magnificari in culpa, est
deteriorari, in natura bene con-
dita siue instituta. **QVOD**, autē
Dion. dicit, q̄ habent naturalia
integerrima: uerum est quantū
ad substantiam, non quantum
ad habilitatem ad operationem
determinatā. **QVÆ** VERO ad
oppositum opponuntur, conce-
denda sunt, eo q̄ uerum conclu-
dunt. s. quod non est in eis ordo
perfectus, imo magis peruersus:
& sic patent omnia.

QVÆSTIO II.

An in angelis malis sit prælatio?

VTRVM inter angelos malos
sit prælatio. Et quod sit ibi
de facto, uidet. Iob penultimo.
Non est potestas super terram,
quæ possit ei comparari. Et ite-
rum. Ipse est rex super omnes fi-
lios superbæ: sed demones sunt
huiusmodi: ergo &c. **ITEM.** Mat.
25. Ite maledicti in ignem æter-
num, qui paratus est diabolo, &
angelis eius. Vocat minores dæ-
mones angelos diaboli: ergo cū
angelus diaboli nullus dicatur
quantum ad naturæ cōditionē,
dicitur ergo quantum ad mini-
sterii subiectionem: ergo &c.
ITEM. Quod de iure unus præ-
sit alteri, uidetur. Seruitus enim
introduc̄ta est iter homines (ut
dicit Ambro.) merito peccati:
sed nullum peccatum adeo me-
retur seruitutem sicut peccatum
ambitionis, & superbæ: cum er-
go demones maxime illo pecca-
uerunt, inter eos maxime debet

esse seruitus, & dominiū, & ita
prælatio. **ITEM.** Habens liberi
arbit. uoluntatem secundum le-
gem, pōt se facere seruum sem-
piternū, sicut dicitur Exod. 21.
Sed demones liberæ potestatis
existentes Lucifero se uolunta-
rie subiecerunt, dum eius super-
biæ cōfenserunt: ergo &c.

SED contra, quod ibi non
sit prælatio, de facto uidetur. In-
ter superbos semper iurgia sūt,
sicut dicitur Prouer 13. Ergo cū
ipsi sint ualde superbi, uidetur,
quod refugiāt omne dominiū:
ergo aut non est ibi prælatio,
aut si est, nullius stabilitatis est.
ITEM. Si est ibi, aut ergo natu-
ra, aut uolentia, aut electione
uoluntatis. Non natura, quia na-
tura etiā post culpam, & in pœ-
nis eadē manebit: sed tamē post
iudicium cessabit omnis præla-
tio (ut dicit Magister) Si uiolen-
tia: ergo quilibet si potest, subi-
gat sibi alium: sed hoc non est si-
ne quadam colluctatione, & pu-
gna: ergo uidetur, quod conti-
nue sit inter demones frixa, &
discordia: q̄ manifeste falsum
est, quia miro modo concordēs
sunt ad peruertendū homines:
quod non esset si inter se bella-
rent. Restat igitur, quod est ibi
prælatio electione uoluntatis.
ITEM. Videtur, quod nō sit ibi
de iure. Si enim seruitus, & do-
miniū introduc̄ta sunt propter
peccatum, ita quod seruitus est
pœna peccati: ergo magis debe-
ret seruitute deprimi, qui magis
peccauit: sed Lucifer magis pec-
cauit, ergo omnibus deberet es-
se subiectus: sed nulla est præla-
tio, in qua unus subiicitur mul-
tis: ergo &c. **ITEM.** Licet homo
tencatur

teneatur hominis imperio obedire, cui subiugatus est, & subditus factus, sicut dicit scriptura, Serui obedite per omnia dominis: tamen quando præcipit contra deum, non tenetur, nec debet: & si semper præciperet contra deum, nunquã deberet subici, uel obedire: ergo si nunquã posset aliquid præcipere nisi cõtra deũ, nullo modo posset, nec deberet eide iure subesse si ergo diabolus contra deum præcipit in omni eo quod mandat: nec aliter potest præcipere: patet quod &c.

RESOLVTIO.

Est et in demonibus prelatio: idque et ex emulatione ad filios lucis & ex oppugnatione ad homines.

RESP. Dicendum, quod sicut dicit Magister in litera. Prelatio est inter dæmones, & alii imperant, alii obediunt, sicut tãgit Magister in litera. Et hoc factis uidetur probabile: tum quia filii tenebrarũ quodãmodo imitari conantur (licet falso, & imperfecte) filios lucis: unde sicut uident angelos ordinate officia sua exequi secundum imperia sapientiorum, & maiorum: similiter ipsi faciũt maleficia: Tum et quia filii tenebrarum prudentissimi sunt in generatione sua. Et quia habent colluctationem aduersus genus humanum, & regimen, seu regnum eorũ, & exercitus si esset diuisus, & sine capite non posset stare: ideo sicut homines præliantes in exercitu, quantuncunq; ue sint presumptuosissimi: tamen propter odiũ inimicorum libenter subiacent duci imperanti, & habent multos proprios, & unum principa-

lem ducem: sic credendum est esse in dæmonibus. Concedẽdũ est ergo, quod inter dæmones est prelatio. Et patet responsio ad illud, quod primo obiicitur de superbia: quia malitia, & inuidia, quam non potest superbus exercere sine adiutore, facit eum libenter alii subici, tum propter odium inimici. AD ILLVD, quod obiicitur, quomodo sit ibi prelatio. Dicẽdum est, quod non electione, nec uolẽtia, sed credo, quod natura, & diuina institutione. Sua enim conditione data est eis uis ministratura: & potentior uni, quã alii, & deus ordinauit, ut minus potentes & sapientes magis potentibus, & sapientibus subessent in ministrando. Et Hugo dicit, quod id in malum ministerium exercent, quod perficiendum ex conditione acceperunt: & ita sibi inuicẽ præsumunt, sicut præessent, si essent boni: & cum cessabit status ministerii, cessabit status prelatio. AD ILLVD, quod queritur utrum de iure: Dicẽdum, quod nulla omnino est ibi prelatio de iure: quia cum ipsi dæmones subiectis nihil præcipiant nisi contra ius, eo quod ruperunt ius, & dissipauerunt fœdus sempiternum, ideo nulla manet ibi iuris obligatio: sed solum malius

lens confederatio. Nec est simile de homine, qui iuste potest præcipere seruo: & ideo non valent rationes ad hoc inductę.

DISTINCTIO VII.

PARS PRIMA.

Quales facti sunt angeli confirmatione, & obstinatione.



Vpra dictum est, quod angeli, qui perstiterunt, per gratiam confirmati sunt, et qui ceciderunt, a gratia Dei deserti sunt. Et boni quidem intantum confirmati sunt per gratiam, quod peccare nequeunt.

Mali uero per malitiam adeo sunt obstinati, quod bonam uoluntatem habere, siue bene uelle non valent, et si bonum sit, quod aliquando uolunt. Uolunt enim aliquando aliquid fieri, quod Deus uult fieri, & utique illud bonum est, & iustum fieri, nec tamen bona uoluntate illud uolunt.

Quod utrique liberum arbitrium habent, nec tamen ad utrumque flecti possunt.

*Sed cum nec boni peccare possunt, nec mali bene uelle, uel bene operari, uidetur quod iam non habeant liberum arbitrium: quia in utranque partem flecti non possunt, cum liberum arbitrium ad utrumque se habeat. Unde Hiero. in tra-
ctatu de prodigo filio dicit. Solus Deus est, in quem peccatũ
cadere non potest: cetera cum sint liberi arbitrij in utran-
que partem flecti possunt. Hic uidetur dicere, quod omnis
creatura in libero arbitrio constituta, flecti potest ad bonũ,
& malum. Quod si est, ergo & boni angeli, & mali ad utrum-
que flecti possunt: ergo & boni possunt fieri mali, & mali bo-
ni. Ad quod dicimus. Quia boni tanta gratia confirmati sunt,
ut nequeant fieri mali: & mali in malitia adeo obdurati
sunt, ut non ualeant fieri boni, & tamen utrique habent li-
berum arbitrium: quia & boni non aliqua cogente necessi-
tate, sed propria, ac spontanea uoluntate per gratiam qui-
dem adiuti bonum eligunt, & malum respuunt: et mali simili-
ter spontanea uoluntate a gratia destituti, bonum uitant,
& malum sequuntur: & mali habent liberum arbitriũ, sed
depressum, atque corruptum, quod surgere ad bonũ nõ ualet.*

Quod boni post confirmationem liberius arbitrium habent quã ante.

Boni uero arbitrium habent multo liberius post confirma-

tionem quam ante. Vt enim Aug. tradidit in Ench. Nō ideo carent libero arbitrio; quia male velle non possunt: multo quippe liberius est arbitrium, quod non potest seruire peccato. Neque culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda non est: quia beati esse, sic uolunt, vt esse miseri non solum nolint, sed nec prorsus uelle possint. Nō possunt itaque boni angeli uelle malum, uel uelle esse miseri, neque hoc habent ex natura, sed ex gratiæ beneficio. Ante gratiæ namque confirmationem potuerunt peccare angeli: et quidam etiam peccauerunt, & demones facti sunt. Vnde Aug. in lib. cōtra Maximinum. Creaturarum natura cælestium mori potuit, quia peccare potuit. Nam angeli peccauerunt, & demones facti sunt, quorum diabolus est princeps: & qui nō peccauerunt, peccare potuerunt: & cuicumque creaturæ rationali prestatur, ut peccare non possit, non est hoc naturæ propriæ, sed Dei gratiæ. Ideoque solus Deus est, qui non gratia cuiusquam, sed natura sua non potuit, nec potest, nec poterit peccare. Ecce hic insinuatur, quod angeli ante confirmationem peccare potuerunt, sed post confirmationem non possunt. Quod potuerunt fuit eis ex libero arbitrio, quod est eis naturale: quod uerò modo non possunt peccare, non est eis ex natura, id est, libero arbitrio, sed ex gratia, ex qua gratia etiam est, ut ipsum liberum arbitrium iam non possit peccato seruire.

Quod post confirmationem angeli non possint ex natura peccare, sicut ante.

Non ergo post confirmationem angeli de natura, sicut ante peccare potuerunt: non quod liberum arbitrium eorum debilitatum sit per gratiam: sed ita potius confirmatum, ut per illud non possit bonus angelus peccare: quod utique non est ex libero arbitrio, sed ex gratia Dei. Quod ergo Hieronymus ait, Cetera cum sint liberi arbitrii, possunt flecti in utranque partem: accipi oportet secundum statum, in quo creata sunt. Talis enim & homo, & angelus creatus est, qui ad utrumque flecti poterat: sed postea boni angeli ita per gratiam sunt confirmati, ut peccare non possint: & malitia in uitio obdurati, ut bene uiuere nequeant. Similiter

Quo- modo p̄ dicta uerba Hiero- sint in- tell' gē da. t. ib. 1. de sib mo bo- no ca. 12.

etiam

etiam illud Isidori intelligendum est, Angeli mutabiles sunt natura, immutabiles sunt gratia: quia ex natura in primordio suæ conditionis mutari potuerunt ad bonum, siue ad malum: sed post per gratiam ita bono addicti sunt, ut inde mutari nequeant. Ad hoc enim repugnat gratia, non autem natura.



Vpra egit Magister de auersione, & conuersione. In hac parte agit de cōfirmatione, & obstinatione. Et diuidit hæc pars in duas partes. In prima agit de confirmatione, & obstinatione. In secunda uero de cōsequentibus ad hæc, infra Dist. eadem. Et licet mali angeli, &c.) Prima pars habet quatuor particulas. In prima ostendit quod angeli per cōuersionem, & auersionem sunt per gloriā confirmati: & aliqui per malitiā obstinati. In secunda quærit, utrum habeant libertatem arbitrii, & opponit ad hoc ibi. Sed cum nec boni peccare possint, &c.) In tertia determinat ibi. Ad quod dicimus, quod boni tanta gratia, &c.) In quarta & ultima explanat quandam auctoritatem inductam, ibi. Quod ergo Hieronymus ait, &c.) Et ita duo hic determinantur. Primò, qualiter mali in malitiam sunt obstinati, & boni in gratia cōfirmati. Secundò, quò confirmatio, & obstinatio stet cum libero arbitrio.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An affectus, et uoluntas demonum rectificari possit?



Intelligentiam huius partis circa duo incidit hæc quæstio. Primū est de obstinationis malignitate quantum

ad malos. Secundum est de liberi arbitrii mutabilitate quantum ad bonos, & malos. Circa primum tria quærentur. Primò, quæritur, utrum in demonum uoluntate sit possibilis rectificatio. Secundo, utrum sit in eis malæ uoluntatis cōtinuatio. Tertiò, utrum sit in eis malæ uoluntatis intensio.

UTRUM affectus, uel uoluntas demonum possit rectificari. Et quod non uideatur. Primò, Damascenus dicit, quod hoc est angelis casus, quod hominibus mors: sed homo post mortem non potest recuperare bonam uoluntatem, & rectam, quam amisit in uita; ergo, &c. ITEM. Aug. in Lib. de fid. ad Petrum. Sic creauit Deus angelos, ut qui uellent perpetuò boni essent: & qui nolent, nunquam eos diuina misericordia repararet. ITEM. Hoc uidetur ratione. Similis est ratio cōfirmationis in bono, & obstinationis in malo: sed angeli statim ut bene moti sunt, cōfirmati sunt in bono: ergo & mali statim ut peccauerunt, obstinati sunt in malo: sicut ergo boni non possunt cadere, ita, nec mali resurgere. ITEM. Grauius peccauit angelus, quam homo: ergo & grauius debet puniri: sed peccatum hominis punitum fuit aliqua pœna irremediabili, ut pœna mortis, de qua nullus euadit: ergo necesse est peccatum angelum, quod erat mors spiritus ange-

li puniri pœna mortis : sed non potuit puniri pœna mortis naturæ : ergo necesse fuit ipsum puniri pœna damnationis æternæ.

SED CONTRA. Ad rectificationē uoluntatis duo sufficiūt : scilicet condonatio diuinæ misericordiæ, & contritio penitentia: sed utrumque eorum est possibile circa angelos lapsos esse : ergo & uoluntatem eorum rectificari. Quod autem possit esse cōdonatio misericordiæ diuinæ ostenditur : quia misericordia Dei est infinita, peccatū luciferi, & demonum est finitum : sed infinitum uincit & superat finitum : ergo diuina misericordia potest remittere illud peccatum. S I T V D I C A S, quod potest de potentia, sed nō de condecencia. Contra. Decet misericordiam Dei summē manifestari, cū sit summa : ergo si sic manifestatur in summo, scilicet in remittendo maximū omnium peccatorum, & hoc fuit peccatum Luciferi : ergo decet ipsum illud condonare. Quod autem possit esse dolor penitentia: in diabolo, ostenditur. Quandoquocunque aliquis sentit sibi adesse quod odit, & abesse quod diligit, dolet, & tristatur. Quia sicut dicit Augu. xiiii. De Ciuitate Dei, dolor est diffusus ab his rebus, quæ nobis nolentibus accidunt : sed diabolus scit ex peccato suo amisisse illam nobilitatem quam habebat in cœlo, & incurrisse pœnam in inferno : & primum maximē odit, & secundum maximē fecit, uel de hoc quod uoluit : uel certe possibile est ipsum ali-

Cap. 15
circa finem.

quando ad hunc statum deuenire, si modō non est : ergo potest ex parte angeli esse dolor pœnitentiæ, & ex parte Dei cōdonatio misericordiæ; ergo &c. I T E M. Ostenditur. Quia si uoluntas angeli non potest rectificari, aut hoc est ex parte Dei, aut ex parte angeli, aut ex parte peccati. Ostenditur igitur primo, quod non sit ex parte Dei triplici ratione. Prima est hæc. Obstinatio male uoluntatis, uel impossibilitatis ad rectitudinē uoluntatis est defectus, non positio; ergo non habet causam efficientem, sed deficientem : sed Deus nullus est causa deficiens, ergo non est causa, uel ratio huius impossibilitatis. S E C V N D A est hæc. Deus antecederet omnes homines, & angelos uult saluos fieri, ut dicit Damascē. Quia non creauit, siue plasmauit ad pœnam, sed ad gloriam. Si ergo non uult angelos malos beatificari, hoc est solum uoluntate consequente : sed uoluntas consequens est excessus ex causa nostra, uel ex parte nostra : ergo alia ratio est ulterior, quare hoc cōcedit : nō ergo uoluntas Dei.

T E R T I A est hæc. Si diabolus ueniam peteret, Dominus non repelleret : quia sicut dicit Ambrosius, ipse recipit confugiētes ad se : hoc iustitiæ est, sed contra iustitiam Deus nullo modo facit. P R A E T E R E A. Quantumcunq; homo Deo seruiert, si penitet de bonis, Deus bona præterita non acceptat : ergo similiter si penitet de malo, uidetur quod mala remittat, & hoc spectat ad summē misericordiam

dem : ergo ratio quare uoluntas diaboli non potest rectificari, non potest principaliter uenire ex parte Dei, ut patet ex hac triplici ratione.

O S T E N D I T V R etiam quod non ex parte naturæ angeli uenit hæc impossibilitas. Primō, auctoritate Augustini, de fide ad Petrum. Si humana natura postquam a Deo auersa, bonitatem perdidit uoluntatis, ex se ipsa rursus habere potuisset : multo possibilis hoc natura angelica haberet : quæ quanto minus grauatur pondere terreni corporis, tanto magis hac esset prædita facultate. I T E M. Hoc uidetur secunda ratione. Quia angelus peccando non amisit arbitrii libertatem, quoniam libertas arbitrii est ei naturalis : sed ratio ne liber. arbitr. erat susceptibilis rectitudinis a sui natura, ergo adhuc quantum est ex parte naturæ suæ susceptibile est.

I T E M. Si natura angeli est causa illius impossibilitatis, & cuiuscunq; res per modum naturæ est causa, Deus similiter est causa : quia sola uoluntas aduersatur Deo : ergo Deus esset causa, qui talem naturam fecit : si ergo nullo modo Deus est causa impossibilitatis ad bonum, ergo nec natura angeli.

O S T E N D I T V R etiam quod ratio non sit ex parte peccati angelici : quia peccatum angelicū non excedit peccatum hominis in infinitum quantum ad aliquam conditionem : ergo non nocuit in infinitum pliusquam peccatum hominis : sed peccatum hominis, & si auferat rectitudinem, nō tamen abstulit pos-

sibilitatem ad rectitudinem : ergo uidetur quod peccatum angeli, & si magis elongauerit, nō elongauit infinite : ergo uidetur quod elongauit cum possibilitate ad reditum : & ita non uidetur ratio ex parte peccati.

I T E M. Quantulacunque gratia si adueniret uoluntati diaboli, expelleret totam culpam (loquor de gratia gratum faciente) sed morbus, qui modico remedio adueniente potest curari non dicitur de se incurabilis, sed propter defectum remedii, si illud non adsit : ergo impossibilitas rectificationis, uel rectitudinis in uoluntate angeli non est ratio culpe principalis. I T E M. Culpa non inducit necessitatē uoluntati, quia est in uoluntate, secundum quod uoluntas est, & ita secundum quod libera & uertibilis : ergo si non inducit necessitatē, ergo non aufert possibilitatem ad oppositum, & ita rectitudinem : ergo non uenit illa impossibilitas ex parte peccati : ergo nullo modo.

R E S O L V T I O .

Quamquam impossibile Deo non sit, bonam uoluntatē diabolo restituere : de potentia tamen, habente ordinationem ad actum, nullatenus id fieri posse censemur.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod (sicut Sancti dicunt & Auctores) uoluntas diaboli nullo modo potest rectificari secundum, quod hoc uerbum (potest) prædicat quandam potentiam habentem aliquam ordinationem ad actum. Nam si intelligatur de potentia efficientis absolute, absque dubio potens est Deus diabolo restituere bo-

Solens
nominare
re potest
tiam pro
nominare
Theolo.

nā uoluntatem: tamen ex parte diaboli non est ordinatio aliqua ad hoc, imo facta est uoluntas eius impossibilis, ut sancti dicunt, & rōnes ostendunt. Si autē quæratur causa impossibilitatis ad rectitudinem: intelligēdum est ad hoc, q̄ ad rectitudinē uolūtatis per actuale peccatum lapsæ duo concurrunt. scilicet ex parte uoluntatis, pœnitentia: ex parte Dei, gratia sanans: & utrunq; deest diabolo: & ideo omnino deest ei uia rectificationis. Si quæratur ulterius, quod horum est ratio defectus alterius. Dicendū, q̄ defectus pœnitentiæ est rō, quare deficit gratia gratumfaciens: quia ad illam disponit pœnitentia informis. Rursum si quæratur, quare deficit pœnitentia? Dicendum, quia deficit gratia gratis data, quæ præuenit uolūtatem ut pœniteat: & sine qua nemo unquam se præparat ad gratiam, sicut infra patebit. Si quæratur unde ueniat defectus gratiæ gratis datæ, uel quæ sit ratio? absque dubio defectus gratiæ gratis datæ non potest habere, nisi causam deficientem, & ita neque Deus, neque natura angeli potest esse prima causa: sed necessarium est quod ipsa culpa, qua diabolus ita ægrotat, & ægrotat, ut non pateat aditus gratiæ: & in hoc consentiunt communiter omnes, qui recte sapiunt circa materiā istā. Sed unde habeat culpa diaboli hanc irremediabilitatem diuersificati sunt uariè opinantes.

QVIBAM enim sumpserunt rationem ex comparatione culpæ ad seueritatē iudicantis. Quia enim diabolus, & angeli eius gra-

uissimè peccauerunt Dominus seuerus iudex statim cōdemnauit eos: sicut iudex magnum latronem in turpi latrocinio deprehensum, statim facit suspendi, quamuis differat suspēdium unius parui latronis, qui potuit habere aliquam exultationem. Sed hæc ratio congruitatis est. Quia esto quā diabolus minus peccasset, tunc uideretur posse redire: & nos uidemus, quod Deus misericordiam facit cum sceleratissimis frequenter: & aliquos aliquando, qui modicum peccauerunt, demergit in infernum, & ideo congruitas tñ est. ALII sumpserunt rationem ex comparatione culpæ ad naturā peccantis: quia peccans fuit substantia spiritualis omnino non habens pondus carnis, & quia substantia spiritualis est semper in actu suo, unde non lassatur, imo cōtinuè habet inordinatā uoluntatē: continuè gratiā impugnat: iō non offertur ibi gratia. Sed istæ non sunt rōnes necessitatis. Tñ, quia pondus carnis non inclinabat hoīem primum ad peccatū: iō nec adeo excusabat, ut peccatū eius caperet remediū rectitudinis: nec ecōtra carentia carnis adeo angelū impediēbat. Similiter, nec alia rō, quia Deus gratiā gratis datā frequenter dat hoī existēti in actuali uoluntate peccandi: hæc enim simul stat cum culpa. Et huius exemplū patet in Paulo, qui cōuersus est, & circūdatus luce in actu persecutionis. Sunt tñ congruitates quædam a latere.

ALII sumpserunt rōnē ex parte culpæ relatæ ad modū peccandi oppositū ad peccatū hoīs: quia enim

enim homo alio suggerente peccauerat, ideo dignum fuit alio releuari. Rursum. Quia totū genus humanum ceciderat: ne totum periret, congruum fuit reduci ad rectitudinem. Econtra est in angelicis spiritibus, quia non peccauerunt per tentationem, maximè Lucifer: ideo non rediit: unde Grego. in Moral. 4. Nunquam lumen pristini status accepit, quia non persuasus amisit. Similiter quia cecidit secundum partem, ita quod peccatum fuit particulare, & personale: ideo non debuit rectificari. Vnde Augus. in Enchi. Placuit uniuersitatis conditori, ut quoniam non tota multitudo Angelorum Deum deserendo perierat: ea, quæ perierat, in æterna damnatione remaneret. Sed istæ similiter sunt rationes congruitatis, quia si homo peccasset propria uoluntate, sine suggestione, uel particulariter, non uideo quomodo non posset recuperare bonam uolūtatem, dño restitute. ALII sumpserunt rationē per cōparationem ad statū peccantis: quia tēpus meriti, & status merēdi erat ipsis p̄fixus usq; ad primam bonā operationem uel malā: & ideo sicut homo post quā tēpus merēdi p̄transit, quantum cunq; peccauerit parum, dum tamen mortaliter, & qualitercunque peccauerit, ultra nō pōt bonam uoluntatē reacquirere, & sic de angelis intelligēdū est. Et hoc modo assignauit Dam. cum dixit. Hoc est angelis casus, quā hoībus mors. Et similiter Aug. de si. ad Pe. cum dixit. Sic creauit Deus angelos, ut qui uellent perpetuò boni essent, & qui nol-

lent nunq̄ eos diuina misericordia repararet: ita & tēpus meriti, & statum p̄fixit usq; ad primū conflictū. Et hanc rationem credo propriam, & necessariā. Et hoc patet: quia si aliqua passio inest aliquibus subiectis, inest eis secundum aliquod cōc. Diabolus autem non pōt uoluntatem recuperare, ita est obstinatus: & similiter Iudas, & alius homo peccator dānatus. Cōstat q̄ hoc esse nō pōt rōne naturæ, nec ratione modi peccandi, quia non est cōc: si ergo non inuenitur cōmunitas nisi ex parte status, quia uterq; est extra statum meriti, manifestū est, quā ista est rō potentissima, & necessaria. Et hoc clarius patet in peccato hoīs, si diligentius consideretur. Nā peccatū Iudæ in principio nō abstulit possibilitatem ad iustitiā: et tamen sine additione, & sine inuouatione solo tempore merēdi transeunte, factus est impossibilis ad bonā uoluntatem. Deus enim decreuit offerre gratiam, quādiu est tēpus merēdi: quo transeunte (cum nō faciat cōtra dispositionē) non offert gratiā, quæ præueniat uoluntatem, & format ad potentiā: & ita remanet uoluntas in impœnitentia sempiterna, & ita culpa. Et si tu obiecias, quod cum Deus p̄uiderit, quod diabolus lapsurus erat, siue peccaturus, quare præfixit ei ita modicū tēpus merēdi, ut nō haberet spacium redeundi. Notandum adhuc, quod in conditione rerū non attenditur rō misericordiæ, & iustitiæ principaliter: sed sapientiæ. Decreuit enim diuina sapientia in uniuerso facere duplicē creaturā rationalem,

ad hoc, quod esset uniuersum completum. Vnā corpori unitam, ut animam rationalē; aliā absolutā, & spiritalē, ut angelum. Et quoniam substantia omnino spiritalis omnino est incorruptibilis, & ingenerabilis, non potuit unus angelus ex alio produci, ideo simul producti sunt: & sicut simul sunt producti, ita etiā simul glorificandi, siue dispositi ad simul glorificari. Et quia sunt spirituales, & incorporales, & incorruptibiles, nullo modo habentes retardatiuum: hinc est, quod in loco gloriæ sunt conditi. scilicet in empyreo, & ita de proximo ad gloriam dispositi, & ratione naturæ, & loci: & ideo tempus meriti est eis ita præfixum, sicut potuit, & ideo usque ad primam auersionem, & conuersionem deliberatiuam. Homini uero: quia conditus est in corpore animali ad procreandam prolem ad cultum Dei, et ita in dispositione remotiori a gloria, datus est locus diuersus ad merendum a sui conditione, scilicet paradysus terrestris, & præfixus est ei terminus diuturnus propter officium procreandi prolem; & propterea cum peccauit angelus, statim exiit tempus meriti statuti, homo uero non: & ideo iste potuit rectificari, ille uero non. Et hoc est, quod dicit Aug. de Mirab. Sacræ scripturæ. Angelus de sublimissimo sui ordinis statu cecidit; ideo resurgere non potuit. Patet igitur, quod uoluntas angeli non est rectificabilis, nec fuit a tempore, ex quo cecidit: quia enim fuit extra statum meriti, certissime reuelata est ei sua damnatio, & ideo sicut beati non possent

timere damnationem, ita angelus malus propter certitudinem damnationis non potest sperare salutem, & propter absentiam gratiæ non potest poenitere, & ideo nec bonus esse. His uisis facile est omnia obiecta soluere.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod potest esse condonatio misericordię. Dicendum, quod potest de potentia absoluta: sed de potentia ordinata, quæ operatur secundum ordinem sapientiæ, & illud ordinem Deus non corrumpit, immo inuolubiliter seruat, non debet esse, nec potest esse: quia consilium Dei, & dispositio non potest mutari aliqua ratione.

AD ILLUD, quod dicit, quod summe debet manifestari misericordia. Dicendum, quod ita debet manifestari misericordia, ut manifestetur & iustitia: & ideo decreuit diuina bonitas in homine infirmiori, & miserabiliore, manifestare misericordiam: & summe manifestauit, quando unigenito non peperit: in angelicis spiritibus placuit iustitiam manifestare: & sapientissime, & elegantissime factum est, quia misericordia non aufert iustitiam, nec econuerso. Et ideo errauit

Orig. qui totum dedit misericordię Dei, & abstulit locum iustitię: quod quamuis non sit tantę impietatis in superficie: tamē equalis erroris est auferre a Deo actum iustitię, sicut auferre actum misericordię. AD ILLUD, quod obiicitur de dolore penitentię, quod potest esse in diabolo. Dicendum, quod dolor penitentię est duobus modis. Aliquis enim dolet de culpa propter dānum, quod incurrit, & læsionem, & sic dolere

videli.
1. Peri
archon
c. 5. c.
6. to. 4.

lere potest quis ex puris naturalibus, sine gratia gratis data: & tunc dolet quando maiorem sentit læsionem, quā delectationem. Hęc diabolus modo non habet propter habitudinem peccandi: sed tamē habiturus est cum absorbebitur a penis post iudiciū: sed poenitentia hęc non disponit ad gratiā, immo solum est pena, quia sic poenituit etiam Iudas. Alio modo est dolor poenitentię, quando quis dolet de culpa, quia Dei offensa: & hic dolor disponit ad poenitentiā, & hic non est sine gratia gratis data: & hunc dolorem diabolus, uel dæmones habere non possunt, quia sunt extra statum, in quo datur gratia, & irregressibiliter sunt extra: & ita patet illud. AD ILLUD ergo, quod obiicitur secundo, unde ueniat impossibilitas. Concedendum, quod non uenit ex parte Dei, sicut ostendunt tres primę rationes, nec ex parte naturę angeli quātum est de se, sicut ostendunt tres rationes secundo loco positę: nec etiā ex parte magnitudinis peccati quātum est de se, sicut ostendunt tres rationes ultimę: sed hoc habet culpa ratione status. Quia enim est uoluntas extra meriti statum, abest omnis gratia, quia in statu damnationis adest desperatio certissima, quæ duę sunt conditiones omnino disponentes uoluntatem ad impossibilitatem rectitudinis. TAMEN illud, quod obiicitur, quod non potest uenire ex parte peccati, quia non excedit infinitum peccatum hominis: quidam uoluerunt soluere, quod immo, quia intellectus angelicus est deiformis, & ideo intelligit in instanti:

rationalis, siue collatiuus in tempore. Et ideo quia peccatum angeli est contra deiformem intellectum, excedit impropotionaliter peccatum hominis, sicut linea impropotionaliter excedit punctum, & tempus instantis. Sed hoc non oportet dicere, quia non oportet, quod morbus incurabilis curabilem excedat in infinitum: quia unus morbus, qui in uno statu est curabilis; per incrementum, siue per diuturnitatem fit incurabilis, ita est manifeste in morbo corporali. Similiter uidemus manifeste in morbo spiritali. Peccatum enim ante mortem est curabile, solo autem excessu mortis fit incurabile. Similiter uidemus in casu: qui enim cecidit de loco parum eminenti, non moritur, qui autem de turri cecidit, sine remedio læditur: sed tamen magnitudo, & altitudo non est impropotionalis altitudini, & ideo non ualet illa ratio.

QUESTIO II.

An in demonibus sit male uoluntatis continuatio?

Supposito, quod in uoluntate dæmonum non sit possibilis rectificatio, queritur secundo, Vtrum sit in eis malę uoluntatis continuatio. Et quod sic, uideatur 2. Corin. 6. Quæ conuenticio Christi in Belial? Glo. Sicut Christus omnia bene facit, ita diabolus omnia male facit: sed semper facit aliquid, quia est substantia spiritalis non lassata in operando: ergo &c. ITEM, 1. Io. 3. Diabolus ab initio peccat, Glof. Ab initio creationis suę incipiens peccat continue usque in presens. ITEM, Aug. de si. ad Pet. loquens de dæmonibus dicit.

dicat. Nec mala possunt uoluntate carere, nec pena. Si tu dicas, quod loquitur de habitu, non de actu; obiicitur, quod de actu per Hieron. quod dicit, quod diabolus adhuc idem sibi arrogat, quod prius praesumpserat. **ITEM.** Hoc uidetur ratione. Diabolus est obstinatus: sed obstinatio est confirmatio in priori malo: ergo diaboli uoluntas est confirmata in malo, quod commisit: ergo ab illo non potest recedere: ergo &c. **ITEM.** Angeli confirmati in bono, continue habent bonam uoluntatem habitu, & actu, & eandem, quam habuerunt in sui glorificatione: ergo ab oppositis: similiter uidetur de demonibus, cum sint obstinati in malo, sicut illi confirmati in bono. **ITEM.** Si posset ab actu malae uoluntatis desistere, posset aliquo modo se ad gratiam preparare, quia dimittere actum peccati, est preparare se ad gratiam: sed ipse nullo modo potest hoc, sicut supra probatum est: ergo &c.

CONTRA. IACO. 1. Demones credunt, & contremiscunt: sed credere, & timere non sunt actus malae uoluntatis: ergo uidetur, quod aliquando mouentur sine obliquitate, & ita aliqua est interpollatio. **ITEM.** Si contremiscunt, & timor retrahit a malo actu, ergo uidetur, quod desistant aliquando. **ITEM.** 2. Pet. 2. Demones non portant aduersus se execrabile iudicium Glo. Magnitudine penarum territi, a iudicio praesumptionis desistunt: ergo uidetur, quod cessauerit in eis plumbendi peruersitas, saltem quantum ad actum. **ITEM.** Demones naturaliter diligunt Deum, ut dicit Aug. quod nullius conscientia potest Deum

odisse: & si non diceret, uerum uidetur, quia uitium non delet extrema naturae uestigia. Si igitur diligere Deum, est naturale: ergo adhuc sunt habiles, & apti ad hunc actum. Esto ergo, quod exeant in actum, cum non moueantur simul pluribus motibus: tunc (ut uidetur) cessant ab actu uoluntatis malae. **ITEM.** Diabolus tentans hunc hominem, potest desistere ab actu exteriori, ita quod nihil mali exterius, nec illi, nec alii faciat: sed plus sumus domini actuum interiorum, quam exteriorum: ergo potest desistere, ut nihil actu male uelit. **ITEM.** Videtur, quod uoluntas prima superbiendi in eo desierit, quia cessante causa cessat effectus: sed ratio, quae mouit diabolum ad appetendum diuinam celsitudinem, fuit pulchritudo & strenuitas naturalium, & praexcellencia respectu omnium: ideo sperauit posse obtinere, & appetiit: sed modo non habet in se istam celsitudinem, ergo (ut uidetur) nec illam uoluntatem: ergo uidetur in eo uariata affectio. **ITEM.** Differt dilectio, & appetitus: quia dilectio est boni, sed appetitus est boni, ut unibilis, quia homo appetit bonum sibi, & bonum sibi non est unibilis sibi: sed diabolus bene uidet, quod non potest ad Dei celsitudinem peruenire: quia reuelata est ei sua damnatio, (ut dicit Aug. de Mirab. Sacrae scrip.) ad suam damnationis cumulum desperauit.

RESOLVTIO

Cum demonis uoluntas idem semper appetat; quod appetiit iam; continue malam esse, arbitrandum est.

RESPON. Dicendum, quod loqui contingit de mala uoluntate tripliciter

haec Seco. in 2. d. 7. q. u. nica. ibi. Re statim dicitur. Et ibi. Ad primu arg.

pliciter, scilicet quantum ad deformitatem, quantum ad pronitatem, & quantum ad actualitatem. Quantum ad deformitatem est in mala uoluntate diabolus continue: ita quod nulla interuenit uariatio per deformitatis desitionem, siue minorationem: quia ita adhaesit macula peccati uoluntati diaboli, ut nullo modo possit ab illa separari. Quantum ad pronitatem est continuatio eiusdem: ita tamen, quod interuenit uariatio quantum ad modum inclinandi. Diabolus, nam ad id ipsum, quod primo appetiit, etiam nunc pronitatem habet, sed differenti modo, quam prius. Prius, nam appetiit cum proposito obtinendi: unde dixit. Ponam sedem meam ad Aquilonem, &c. Nunc appetit quantum in se est: sicut ambitiosus, qui sperat obtinere episcopatum: & si non obtineat, non recedit ambitio, sed modus ambiendi uariatur: sic & in diabolo est. Quantum ad actualitatem est continuatio in actu peccandi: tamen interuenit uariatio quantum ad genus, quia non peccat continue peccato unius generis, cum non moueatur simul motibus diuersis. Modo, nam peccat superbia, modo inuidia, modo aliis modis: tamen uoluntas eius nunquam requiescit: quia nunquam lassatur; cum sit incorruptibilis: & cum in ea regnet peruersitas, semper omnem actum, quem elicit, deformat & deprauat, & ita continue peccat. Et concedendae sunt rationes ad hoc inductae:

AD ILLUD, quod obiicitur, quod credunt & contremiscunt. Dicendum, quod actus iudicatur bonus dupliciter. Aut ex se, ut puta, quando est actus uirtutis elicien-

tis ipsum, ut abstinere a uoluptatibus, & conformes. Aut ex adiuncto: sicut ire ad sanctum Iacobum. Sic actus malus dicitur dupliciter: aut quia directe elicitur a uoluntate, ut uelle praesistere; aut quia uoluntatem deformans committitur, ut dare eleemosynam pro uana gloria. Vel cum murmure, & impatientia: & hoc modo deformat diabolus actum credendi: quia cum murmure, & impatientia, & displicentia illius, quod credit mouetur in actum illum: & ita credendo peccat, non quia credit: sed quia non eo modo, quo credere debet, credit. Similiter iudicandum est, si diabolus Deo obediat. **AD ILLUD,** quod obiicitur de timore; dico, quod uerum est, quod timet: sed tamen timor ita exilis est, & uoluntas peccandi adeo est improba, quod propter hoc non cessat: sicut in latrone, qui licet timeat furcas, tamen propter appetitum furandi non cessat a furto, & in ipso timore peccat, quod displicet ei diuina iustitia, quam formidat.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod a iudicio praesumptionis desistunt. Dicendum, quod (sicut dictum est,) quauis non audeant appetere, quod primo ausi sunt; tamen improba uoluntate non desistunt appetere: & si uiam possent inuenire, per quam crederent attingere, absque dubio idem praesumerent nunc. Unde quauis sit iudicium uariatum propter penarum intuitum, tamen appetitus non est auulsus, nec malum desiderium, immo regnat actu. **AD ILLUD,** quod obiicitur de motu naturali. Respondent quidam: quod natura, & si non sit extincta, est tamen adeo contopita, & liberi arbitri-

malitia superata, quod in actū suū non potest exire. Aliter tamen potest dici: quod sicut libera uoluntas deformat actum credēdi, ita etiam deformat actum naturalē cum ei adiungitur. Exemplū huius est hoc. Licet auarus naturaliter appetat beatitudinē; tanta est tamē pueritas iudicii in eo, & uoluntatis, ut non dicat esse beatitudinem nisi in diuitiis: & ita nunquā exiit ad appetitum beatitudinis, nisi ut est in diuitiis: & ita appetendo illam beatitudinē peccat, quia motū illum, quem natura inhoat incitando, uoluntas cōsumat deformando. Sic intelligendum est, quia diabolus naturaliter diligit Deum, ut cōseruatorē: sed uolūtas diaboli illam dilectionem refert ad propriam utilitatē: ideo peccat, quia & si Deum diligit, tamen propter se diligit: bene igitur cōcedo, quod exit in actū naturalem: sed nunquam in pure naturalem. **ADILLVD**, quod obiicitur, quod potest desistere ab actu exteriori. Dicendum, quod non est simile, quia diabolus cū non obdormiat, semper in eo uigent interiores uirtutes, & ita semper sunt in actu, uelit nolit, sicut in homine uigilante: sed opus ad alterum subest omnino lib. arbit. ideo potest cessare ab hoc uel ab illo secundum diuersas conuersiones, sed nunquam ab omni. **QVOD** ergo obiicitur, quod magis sumus domini actū interiorum: si intelligatur quantum ad cohibitionem propriā, manifeste falsum est: si quantum ad cohibitionem alienam uerū est, quia aliquis potest me cohibere ab actu exteriori, & cōpel-

lere, non sic est, de interiori.

ADILLVD, quod obiicitur, quod non uidetur modo superbire, quia cessauit causa. Dicendum, quod est causa inducens, sed tamē non efficiens, nec conseruans, & hac cessante non cessat effectus, sicut patet manifestē, & talis fuit in diabolo pulchritudo. Est alia efficiens, & conseruans: & talis fuit uoluntas diaboli obliqua, & aduersa, & hæc semper est in diabolo, ideo semper in eo est superbia: & quāuis non exurgat ad illud obtinendum, tamen adhuc assurgit ad illud, quod potest & amplius, quā potest, quia ad dominium hominum, & maximē sanctorum. **ADILLVD**, quod ultimo obiicitur, quod appetitus est rei unibilis. Dicendum, quod appetitus absolutus, & deliberatus est rei unibilis, & possibilis, & iste est appetitus cū eligentia. Sed appetitus uelletatis, qui est impossibilium, non est rei unibilis secundū ueritatē, sed rei, quā desideratur, sicut aliquis appetit esse uelox sicut hirundo, & similia. Diabolus autē, quā prius appetit, eo modo quo appetit, uoluntate eligentiæ non appetit: sed solum quantum est de se. Si tamen aliquis contēdat, quod appetit: fatendum est, quod iudiciū eius est peruersum siue estimatio, saltem intellectus practici, quo iudicat se ad illud posse peruenire, quamuis iudiciū speculationis dicat contrariū.

QVÆSTIO III.

An mala uoluntas in demonibus intendatur.

VTRV in dæmonibus sit male uoluntatis intensio. Et quod sic. **Isidor. de sum. bo.** Diabolus non

non per hoc contētus est, quod deo æqualem se extimans cecidit: sed etiam se superiorē deo dicit: ergo uidetur creuisse superbia. **ITEM.** Rōne uidetur. Quia mala facimus, mali sumus ergo quanto plura mala, tanto peiores sumus: sed diabolus plura mala fecit post lapsum: ergo peior est nunc quā quando cecidit: ergo creuit in eo uolūtas deordinatio. **ITEM.** Diabolo debetur maior pœna nunc, quā quando cecidit (hoc non est dubium) sed præmiū in bonis non augetur, nisi crescat bona uolūtas: ergo nec in malis supplicium, nisi crescat mala uolūtas: ergo &c. **ITEM.** malum est priuatio modi, sp̄s, & ordinis: sed in sano potest totaliter ab aliquo remoueri, alioquin caderet in non ens: quia dicit Aug. quod ubi hæc nulla sunt, nullum bonū est: ergo si non sunt oīa ablata, potest adhuc minui: sed hæc diminuunt per peccatū cum ergo diabolus peccet, tanto magis diminuuntur, quāto magis peccat: sed quāto magis diminuuntur, tātō peior est uolūtas: ergo &c. **ITEM.** Qui procurat homicidium corporale, est homicida, & quanto plura homicidia procurat tātō peior est in eo uolūtas: ergo pari ratione, imo fortiori qui mortem spiritualement procurat, homicida est, & qui plurius mortem procurat, peior est: sed diabolus post mortem primi hominis dicitur fuisse homicida ab initio, quia procurauit eius lapsum: sed processu temporis procurauit mortem plurium: ergo in malitia creuit. **SI** TR dicat, quod creuit mala uoluntas in compara-

tionē ad hominem, non in comparatione ad deum: ostenditur quod ista rōsis nulla est. primo, quia diabolus inordinate mouetur in deum sicut in hominem: si ergo multiplicando, & iterando peccatum in hominem, intēditur, & crescit in eo malitia: pari rōne cū odit, & blasphemat deū: quod nullo mō potest fieri. **PRETEREA.** Non est peccatū, in quo non contēnatur, & offendatur deus, & in quo peccās non auertatur à deo: ergo in omni peccato crescit mala uolūtas in comparatione ad deum.

CONTRA. Opposita nata sunt fieri circa idē: sed dæmones non possunt proficere: ergo non potest magis deficere, siue peiores eē.

ITEM. Hoc uerū per simile in hominibus dānatis: quia diabolus, & homo mortuus, siue dānatus sunt in consimili statu, sicut dicit Damasc. quod hoc est hominibus mors, quod est angelis casus: sed post mortē mala uolūtas in homine non crescit: ergo nec in dæmone post casum. **ITEM.** Ostenditur hoc per simile in bonis angelis. Similis. n. est status bonorum in bono, & malorum in malo: sed in bonis non potest crescere bona uolūtas: ergo nec in malis mala. **ITEM.** Angelus simplex est, & nullum hēt retardatiuum: ergo in prima conuersione tām se conuertit, quod non potest amplius conuerti: ergo similiter tām se auertit, quod non potest amplius potest: ergo &c. **ITEM.** In nullo crescit mala uolūtas, in quo non crescit demeritū: sed demeritū non crescit in eo, quia non potest euitare peccatū: ergo si necesse est diabolū male uelle, impossibile est malā uolū-

tatem

Lib. 2.
ortho.
fidei
c. 13.

ratem in eo crescere. I T E M. Diabolus, & dæmones sunt red-
diti oīno impossibiles ad gra-
tiam in primo lapsu: nec possunt
magis impossibiles esse. Sed quā-
to crescit mala uoluntas, fit ma-
ior elongatio à gratia: si ergo
non possunt magis elongari, si-
cut cæcus non potest plus cæca-
ri: ergo &c.

R E S O L V T I O.

*Augetur quidem quò ad uim admi-
nistratiuam, & in comparatione
ad hominem: non autem quantū
ad uim contemplatiuam, qua sim-
pliciter à Deo auersus est.*

R E S P. Triplex est hic modus
dicendi. Quidam. n. senserunt,
quòd sicut in angelis bonis uo-
luntas bona creuit in prima con-
uersione usque ad terminum,
ita quòd amplius in se non po-
test crescere, sed solum in effe-
ctibus bonis, quos efficiūt circa
homines: similiter in angelis ma-
lis dicere uoluerunt, quòd in
prima auersione auersa est uo-
luntas eorum in termino, ita quò
tantum fuit deprauata uolūt. s
malorum quòd amplius nec de-
prauatur, nec crescit: sed solum
in effectibus malis, quoniā plu-
ra mala ex æquali uolūtate sem-
per facit. Et quia supplicium nō
tantū respicit intentionem uo-
luntatis, sed etiam actum exte-
riore: ideo grauius punitur dia-
bolus ex malis, quæ committit.
Rōnem autem huius positionis
assignant simplicitatem, & spi-
ritualitatem angelicam quæ nul-
lum habet retardatiuū: & ideo
totaliter, & in termino in prima
conuersione se conuertit: homo
autem non sic. ALIORVM posi-
tio est ista: quòd in malis ange-

*Hæc rē
positio
D. Tho.
1. par.
q̄. 64.
art. 2.*

lis (simpliciter loquēdo) crescit
malitia, & malæ uoluntatis de-
ordinatio. Sicut enim patet ex
Problemate præcedenti, diabo-
lus cōtinue peccat, & nouas ma-
litas quotidie excogitat. Et quo-
niam quia mala facimus mali su-
mus, & quodlibet malum ad-
mit ex habilitate uoluntatis, qa
aliter non esset malum: iō sem-
per habilitas minuitur, & uolū-
tas magis, & magis deordina-
tur. Nec est simile de bonis: qa
bonum opus non ita apponit ad
bonitatem gratiæ uel uolunta-
tis, sicut peccatum quodlibet
adimit. Sed quia durum uī dice-
re, quòd diaboli malitia non in-
tendatur, cum dicatur in Psal.
Superbia eorum, qui te oderūt,
ascendit semper, (& exponitur
de dæmonibus:) & iterū irratio-
nabile uidetur, quòd ita crescat
in diabolo malitia sicut in puro
uiatore, cum iam sit in statu dā-
nationis, & necessitatem habeat
ad aliqua mala. I D E O est tertius
modus dicendi, quòd in diabo-
lo crescit malitia uoluntatis q̄
tum ad uim administratiuam,
qua conuertitur ad hominem:
sed non quantum ad uim con-
templatiuam, qua est simplici-
ter, & necessariō auersus à deo.
Ratio autē huius positionis est
ista. Ad clementem. n. uolunta-
tis malæ, siue demeriti non suf-
ficit inordinata affectio: quia
hæc est in damnatis: & erit in
sempiternum: sed requiritur ul-
tra tempus meriti, & status me-
rendi uel demerendi: diabolus
autem est in statu demerendi,
quantum ad uim administrati-
uam, non quantum ad contem-
platiuam. Et ideo crescit demer-

*Inuehi-
tur in
hæc scō.
libr. 2.
d 7 q̄.
unica.
ibi. Re-
statuāt
dicēda
Et ibi.
Ad p̄-
mū ar-
gum.*

ritum.

ritum, & peccatum quātum ad
uim administratiuam, & non
quantum ad contemplatiuam.
Ratio autem huius patet, si re-
uocentur ad memoriam prædi-
cta in solutione præcedentis pri-
mi Problemat: ubi tactum est
de præfixione temporis ad me-
rendum ipsi angelo. Dicitur enim,
quòd angelus spiritualis,
& incorruptibilis, & propinquus
ad gloriam est conditus: ideo
est illi tempus breue præfixum:
homini uero terminus longus.
Sed quia deus sic condidit uni-
uersum, ut maior & potentior
minorem adiuuet: ideo non tan-
tum angelo dedit uim contem-
platiuam: qua mereretur, & ad
deum conuerteretur: sed e iam
administratiuam, qua homini
suffragaretur. Quia ergo uis cō-
templatiua erat ipsius angeli in
se: quantum ad illam præfixū
est ei spatium merendi, & deme-
rendi usque ad primam conuer-
sionem, uel auersionē. Sed quia
administratiua respectum ha-
bet ad hominem: ideo præfixū
est angelis spatium merendi, &
demerendi usquequo homines
assumentur totaliter ad gloriā.
Mansit ergo quantum ad uim
istam status merendi, uel deme-
rendi: & manet usque ad diem
iudicii. Sed quoniam meritum,
& demeritum non est in ui ad-
ministratiua, nisi per uim con-
templatiuam, & in bonis contē-
platiua ita est cōuersa ad bonū,
quòd non potest auerti: ideo ad-
ministratiua non habet nisi lo-
cum merendi. E contra, quia in
malis ita est auersa contem-
platiua, quòd non potest conuer-
ti: iō quantum ad administratiuam nō

habet nisi locum, & spatium de-
merendi: Et in hoc patet quò diu-
num decretum manet iustum,
& inuiolatum: quia tempus quò
à conditione præfixerat, non de-
buit auferre nec bonis, nec ma-
lis. Et illis quidem diligentibus
deum spatium illud conuersum
est in bonum, impiis autem, &
peccatoribus angelis cōuersum
est in malum: & ideo patet, quo-
modo crescit mala uoluntas in
malis. s. quantum ad uim admi-
nistratiuam solum. Nec est om-
nino simile in bonis, & malis:
quia uoluntas in bonis propter
influentiam perfectam statim p-
uenit ad terminū: & ideo quāuis
plura bona faciant, tamen uolū-
tas bona propter hoc non intē-
ditur: sed in aliis non est ita, qa
corruptio uenit ab ipsis: & non
potuerunt ita se inficere, quin
adhuc magis quādiu durat tē-
pus: unde & crescit in eis mali-
tia, & etiam appetitus nocendi,
& dominandi hominibus: non
sic in angelis bonis. Conceden-
dæ sunt igitur rationes, proban-
tes quòd mala uoluntas in dæ-
monibus intendatur, & crescat
quantum ad uim administrati-
uam, siue in comparatione ad
hominem.

AD ILLVD, ergo, quòd obii-
citur: quòd iordinate mouetur
in deum. Dicendum quòd sicut
in damnatis inordinatus motus
uoluntatis conuersus est eis in
pœnam, & imputatur in suppli-
cium, non in demeritum: sic in
angelis malis in pœnam est con-
uersus ille inordinatus motus.
AD ILLVD, quòd obiicitur: quò
in oī peccato contēnitur deus.
Dicendum quò nō est peccatum,
quia

quin ad sit uis contemplatiua, & quin sit in deū aliquo modo: sed tamen distinguntur hic ad inuicem quantum ad principalem actum. Dicitur n. aliquod peccatum esse in deū, aliquod in proximum, aliquod quantum ad uim administratiuam, aliquod quantum ad uim contemplatiuam: & secundum q̄ distinguuntur, sic loquimur. AD ILLVD, quod obiicitur in contrarium: q̄ opposita nata fieri sunt circa idē. Dicendum q̄ illud habet instantiam in accidentibus inseparabilibus, siue sit inseparabile per naturam, siue per acquisitionem: quia ergo in angelis bonis est gratia inseparabiliter, ideo impossibile est quod insit culpa. Contra intelligendum est in malis angelis. Accidens n. inseparabile aut ē naturale, aut quia si in naturam conuersum: & in his, quæ naturaliter insunt, habet illud uerbum instantiam ē secundum Philosophum. AD ILLVD, quod obiicitur de statu hominis mortui, iam patet q̄ non est simile, quia simpliciter exitatum meriti: angelus non. AD ILLVD, quod obiicitur de angelis bonis, quod non augetur in eis bona uoluntas: patet q̄ non est simile, quia uoluntas bona non ita est ab operatione, ut malitia. AD ILLVD quod obiicitur de simplicitate angeli. Dicendum quod illud argumentum deficit dupliciter. Primo quia uoluntas deliberatiua, cum sit libera, non mouetur secundum suum totum posse, quamuis nullum habeat retardatiuum. Et illud manifestum est: quia angelus magis diligit unum, quam aliū,

& magis odit unum, quam aliū: sed hoc non esset si totaliter moueretur in quemlibet: ideo ratio non ualeat. Præterea. Alius defectus est ibi: quia esto quod quantum posset se conuerrere prima uice, adhuc posset magis peccare: quoniam posse peccare, est posse deficere, & posse moueri inordinate: & quamuis non possit intensius moueri quantum ad motum, potest tamen magis deordinari, quia semper crescere potest pronitas, & inclinatio ad malum: & ita patet illud. AD ILLVD, quod obiicitur, quod non potest euitare. Dicendum, quod falsum est. Quamuis n. malitiā uoluntatis non possit immutare: potest tamen cessare a nocimento quod homini facit: & propterea ipse induxit se in hanc necessitatē, & non poenitet: & id non excusatur, nullus enim excusatur per necessitatem inductam, nisi poeniteat de inductione. AD ILLVD, quod obiicitur, quod diabolus est omnino impossibilis ad gratiam. Dicendum, quod non crescit mala uoluntas quantum ad impossibilitatē suscipiendi gratiam, & hoc est æqualiter in omnibus damnatis: sed quantum ad indignitatē: & diabolus est indignus, & potest esse magis indignus, secundum q̄ magis offendit, & abutitur bonis naturalibus sibi datis.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An confirmatio mouet liberū arbit.



ONSEQUENTER secundo queritur de libertate tam in confirmatis, quam in obstinatis. Supposito, quod

quod angeli in sua conditione habuerint liberum arbitrium, si cut homo, queruntur hic tria. Primum est, utrum confirmatio mutauerit liberum arbitriū. Secundum est, utrum obstinatio auferat libertatis usum. Tertium est, utrum hæc uel illa minuat libertatis dominium.

VTRVM confirmatio mutet lib. ar. ita quod sit aliud ante confirmationem, aliud post? Et quod sic, uidetur. Veritabilitas inest libero arbitrio creato per naturam: ergo quod aufert lib. arbit. uertibilitatem, mutat eius naturam, & uariat: sed confirmatio hæc aufert lib. ar. uertibilitatem: ergo mutat, & uariat. **ITEM.** Nihil idem manens, idē potest oppositas differentias participare: sed mutabile, & immutabile sunt oppositæ differentie: sicut mortale, & immortale uiuentis: si ergo lib. ar. ante confirmationem est mutabile, post confirmationem est immutabile: ergo est aliud, & aliud.

ITEM. Rationales potestates sunt ad opposita, sicut dicit Philosophus: ergo cum potentia desinit esse ad opposita, desinit eē rationalis: sed post confirmationem lib. ar. desinit esse ad opposita, ergo desinit esse rationalis potestas: sed nulla potentia rationalis potest fieri non rationalis, manens eadem: ergo &c. **ITEM.** Potentiæ distinguuntur per actus, & actus per obiecta, ubi ergo sunt diuersa obiecta, necesse est etiā potentiās diuersificari: sed lib. arbi. ante confirmationem potest malum, post confirmationem non potest: ergo est aliud, & aliud.

CONTRA. Anselmus. De libero arbitrio dicit, quod liber. ar. est potestas seruandi rectitudinem propter se: sed hæc potestas in confirmatione non tollitur, sed fortificatur: ergo liber. arbit. non mutatur. **ITEM.** Gratia naturam perficit, & confirmat: sed nihil quod alterum secundum naturam perficit, & cōplet, mutat eius naturam: ergo gratia adueniens lib. ar. ipsum non mutat: sed confirmatio est per gratiam: ergo &c. **ITEM.** Omne confirmans alterum, est conseruans. & nihil conseruans est corrumpens, & nihil mutat aliquid, nisi corrumpat aliquid: quia non est mutatio sine deperditione: ergo nihil confirmans mutat: sed confirmatio ideo dicta est, quia liber. arbit. angeli confirmat: ergo ipsum non mutat. **ITEM.** Gratia confirmationis facit esse liberum a miseria in angelis: sicut gratia gratumfaciens facit liberum a culpa: sed libertas a culpa non mutat liber. arbitri. nec eius libertatem: ergo nec libertas a miseria: ergo nec confirmationis gratiam.

RESOLVTIO.

Confirmatio liberum arbitrium mutat, sed non quod ad substantiam: nec reddit illud aliud, sed alterum: secundum statum, scilicet actum.

RESPONDEO. Dicendum, quod est mutatio alicuius dupliciter. Vno modo quantum ad substantiam, siue essentiam: alio modo quantum ad statum. Vel per alia uerba. Est mutari quantum ad primum esse, & esse mutari quantum ad bene esse. Si

loquamur de mutatione primo modo, sic sine dubio dicendum, quod confirmatio liberum arbitri non mutat, cum perficiat, & conferuet: sicut ostendunt rationes secundo inductæ. Si autem loquamur de mutatione secundo modo, scilicet quantum ad statum, uel bene esse, sic etiam absque dubio planum est, quod liberum arbitrium aliud habet statum nunc, & aliud complementum, quam haberet prius. Huic autem mutationi non obuiant rationes secundo inductæ: sed solum primo: de qua erat quaestio in partem negatiuam terminata, scilicet quod liberum arbitrium per confirmationem, & si alteretur, non tamen sit aliud.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur primo, quod uertibilitas est liberum arbitrium naturalis. Dicendum, quod aliquid est naturale propter naturam complementum, utpotè igni, quod tēdat sursum. Aliquid est naturale propter naturam defectum, sicut ignem posse extingui. Sic liberum arbitrium est aliquid naturale propter naturam complementum, ut posse in bonum: aliquid propter naturam defectum, ut posse uerti in malum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod aliquid mutatur secundum substantiam, quando perdit illud quod habet per naturam. Dicendum, quod si hoc possit habere ueritatem in eo naturali, quod consequitur complementum: non tamen est uerum in eo, quod consequitur defectum, & tale quid est uertibilitas. Sicut enim dicit

Cap. I. de lib. arb.

Anselm. posse peccare non est libertas, nec pars libertatis. AD ILLVD, quod obiicitur, de oppositione differentiarum. Dicendum, quod sicut mortale, &

immortale dupliciter possunt comparari ad substantiam uiuentem: sic mutabile, & immutabile ad libertatem. Si enim mortale, & immortale utrumque sit per naturam: sic dicunt differentias oppositas essentialiter diuersificantes supposita. Si autem mortale sit per naturam, immortale per gratiam auferentem defectum naturæ: sic non sunt differentiae oppositæ, sed sunt compossibiles: uel saltē quod est sub una, potest esse sub altera sola alteritate, quantum ad bene esse, siue complementum gratiæ. Per hunc modum mutabile, & immutabile per naturam, impossibile est esse circa idem manens idē, nec simul, nec successiue: sed mutabile per naturam, & immutabile per gratiam, non sic opponuntur, nec essentialiter distinguuntur: & ideo non uariant secundum substantiam liberum arbitrium. AD ILLVD, quod obiicitur, quod rationales potestates sunt ad opposita. Dicendum, quod uerum est: sed non omnia opposita, sed ad aliqua, utpotè ad facere aliquid, & non facere, ad incidere tunicam, & non incidere, ut dicit ipse Philosophus, & hoc modo liberum arbitrium confirmatum, ad opposita potest esse: & ideo rationalis potestas est sicut & ante. Quod ergo obiicitur: non est in malum, & bonum, ergo non est ad opposita: manifestum est, quod ista ratio est peccans secundum consequens. AD ILLVD, quod obiicitur de diuersitate obiecti, quod liberum arbitrium confirmatum non est in malum. Dicendum, quod hoc ueritatem habet de obiecto per se: malum autem

I. Periherm. 64. ult.

autem non est obiectum per se liberum arbitrium in quantum liberum, sed solum in quantum deficiens: & ideo non sequitur: si non potest in malum, quod non sit liberum, uel quod sit aliud: sed sequitur, quod non est deficiens, confirmante influenza manus omnipotentis, quæ nullo modo sinit deficere, quamuis liberum habeat posse, & uelle.

QVAESTIO II.

An obstinatio libertatis usum demonibus tollat?

VERVM obstinatio tollat demonibus libertatis usum.

Et quod sic, uiderur. Liberum arbitrium. (ut dicit Anselmus) est potestas seruandi rectitudinem propter se; ergo seruatio rectitudinis est usus liberum arbitrium. sed hanc non habent, nec possunt habere angeli obstinati; ergo &c.

ITEM. Anselmus. Potestas peccandi non est libertas, nec pars libertatis; ergo peccare nullo modo est uti libertate: sed demones per liberum arbitrium nunquam faciunt actum, qui non sit peccatum: nec possunt facere: propter obstinationem in malo: ergo perdidit libertatis usum.

ITEM. Libere uelle, & necessario uelle sunt opposita: sed demones necessario habent malam uoluntatem, ergo necessario uoluntatem, non ergo libere: sed libere uelle est usus libertatis: ergo amiserunt libertatis usum. ITEM. Phrenetici, & insani non habent libertatis usum, quoniam plus in eis regnat appetitus phantasticus, quam rationalis: sed in demonibus est furor irrationalis, amens concupiscentia, phantasia proterua (si

cut dicit Dionysius,) ergo uideatur, quod amiserunt liberum arbitrium. ITEM. Bestiæ non habent usum liberum arbitrium: quia mouentur secundum imperum: sed diabolus maiori impetu mouetur ad malefaciendum, quam bestia; ergo non habent libertatis usum. Quod autem maiori impetu moueatur, uidetur in Lib. 83. quaestione. Quia dicit Augustinus. Videmus ferocissimas bestias timore poenarum a maximis uoluptatibus abstrahi: sed diabolus timore poenæ non dimittit superbire, ergo maiori impetu fertur in malum; ergo &c.

CONTRA. In quocumque est usus rationis, & appetitus, est usus liberum arbitrium. sed in demonibus est usus rationis, quia conferunt, & disponunt: ergo &c. ITEM. Ei, quod non habet usum liberum arbitrium, non imputatur aliquid quod faciat: sed demonibus obstinatis mala, quæ faciunt, imputantur: ergo habent usum liberum arbitrium. ITEM. Potentia incorruptibilis non alligata organo semper est in suo actu, & usus: sed liberum arbitrium in demonibus est huiusmodi: ergo nullo modo potest impediri a suo usu. ITEM. Nihil, quod causatur ab usu liberum arbitrium, & sine illo non potest causari, aufert liberum arbitrium usum: sed obstinatio est huiusmodi: ergo obstinatio non aufert liberum arbitrium usum. Prima patet per se, quia effectus proprius non destruit causam. Secunda patet, quia obstinatio est a mala uoluntate.

ITEM. Per quæ quis peccat, debet puniri: sed demon liberum arbitrium peccauit, ergo in ipso debet puniri, ergo demon habet liberum arbitrium.

Lib. De diu. no. 6 4. p. 4 in me- dia.

& constat, quòd ipsum non est ociosum: ergo habet aliquem usum.

RESOLVTIO.

Non simpliciter; ita quòd liberè non eliciant actum: sed quantum ad usum, quia non possunt elicere actum ordinatum ad finem.

Dis. 46
q. 3.
Li. hoc
Dis. 44
art. 1.
q. 2.

RESPON. Dicendum, quòd & si multis modis dicatur usus, sicut habitum est in Primo Lib. tamen quantum ad præsens sufficit, dico, quòd usus alicuius potètiæ dicitur dupliciter. Vno modo actus elicitus a potentia. Alio modo actus elicitus a potètia ad eum finem, ad quem est. Primo modo dicendo, usus liber. arbitri. est liberè uelle, siue eligere. Secundo modo, usus liberi arbitrii est rectitudinem seruare, quoniam ad illam est. Dicendum est igitur, quòd obstinatio dæmonibus nō aufert usum primo modo, quia liberè uolunt, quòd uolunt. Sed usum secundo modo sic, quia eorum potentia, & si in actum exeat, non tamen in actum ordinatum in finem. Rationes autem probantes, quòd dæmones habent usum liber. arbitri. procedunt de usu secundum primam uiam: unde concedendæ sunt.

AD ILLVD ergo, quòd obiicitur ad oppositum de Anselmo. Dicendum, quòd Anselmus dicitur finit liber. arbitri. per actum ordinatum in finem, qui est seruare rectitudinem, & ita quantum ad usum secundo modo dictū: & tunc amittunt dæmones obstinati. AD ILLVD, quòd obiicitur, quòd potestas peccandi nō est libertas, nec pars libertatis. Dicendum, quòd uerum est: nū-

quam tamen est sine libertate: sicut nec peccare est sine usu libertatis, siue liberè uoluntatis: oīs enim, qui peccat, liberè uult. Et ideo continuatio peccati usum liber. arbitri. non excludit, sed includit. AD ILLVD, quòd obiicitur, quòd liberè uelle, & necessariò uelle opponuntur. Dicendum, quòd duplex est necessitas. Quædam a causa extrinseca, ut potè necessitas coactionis, & hæc opponitur ei, quòd est liberè uelle. Quædam uero est a dispositione intrinseca, & hæc huic non opponitur, immo stat simul cum libertate: talis est in liber. arbitri. dæmonum, quòd ita cōglutinant sibi malum, ut nullo modo uelint ab eo separari. AD ILLVD uero, quòd obiicitur de phreneticis. Dicendum, quòd phrenetici, sic habent usum phantasiæ, quòd absorbetur usus rationis, & magis aguntur, quā agant: dæmon autem sic habet phantasiam proteruam, quòd usus, & actus rationis nō excludit. Illa enim proteruitas potius est a libero arbitrio, quā sit ab infirmitate naturæ: sic ponimus in phrenetico. AD ILLVD, quòd obiicitur de bestiis, quòd abstrahuntur: ergo minori impetu mouentur. Dicendum, quòd illud impetu mouetur, quòd non habet retrahens. Habere autem retrahens, hoc est dupliciter, scilicet intra, & extra: impetus aut, qui magis repugnat lib. ar. est illud, quòd excludit retinaculum interius, non quòd exterius excludit: Quoniā igitur impetus bestię excludit retinaculum intra, quamuis possit retrahi per illud, quòd est extra: ideo non ha-

bet

bet libe. arb. Dæmon autem habet potentiam interiorē, per quam sine aliquo exteriori repellente potest retrahi, & quæ a nullo extrinseco potest superari: & ideo impetus dæmonum in malum libero arbitrio non repugnat, sed consonat: & sic patet illud & totum.

QUESTIO III.

An confirmatio in bono, obstinatio in malo augeant, vel minuant libertatis dominium?

VT RVM confirmatio, uel obstinatio diminuat libertatis dominium. Et quòd confirmatio minuat, uidetur. Liberior est potentia, & magis suorum actuum domina, quæ omnino nulli subiact necessestati, quā quæ subest: sed liberū arbitriū confirmatum necessitatem habet ad bene faciendum, non cōfirmatum uerò minimè: ergo cōfirmatio diminuit dominium. I T E M. Quāto potètia amplior, tanto liberior: sed confirmatio arctat liber. arbitri. ad bonum, ante uero erat indifferens ad bonum, & ad malum: ergo uidetur, quòd liberius erat ante, & magis domina actuum. I T E M. Potentia, quæ exit in actum ex seipsa, magis est suorum actuum domina, quā quæ exit mediāte alieno beneficio, siue gratia: sed liberū arbitriū non confirmatum ex seipso faciebat, quòd uolebat: confirmatum autem, quòd facit, implet per gratiam: ergo liberius erat ante cōfirmationem, quā post. I T E M. Hoc ipsum uidetur, de obstinatione primo per Anselmum, De libero arbitrio. capitu. 1. Qui dicit quòd potentia peccandi addita

liber. arbitri. ipsum diminuit: ergo multo magis actus peccandi: sed hoc est in obstinatione: ergo &c. I T E M. Liberius est aliquid, quòd nulli subiact seruituti, quā quòd subiact: sed liber. arbitri. in obstinatis subiact seruituti peccandi, ante uerò minimè: ergo &c. I T E M. Liberior est potentia quanto facilius exit in actum, ad quem est, & tanto minus libera, quanto difficilius est ad illud: sed difficillimum est in angelo obstinato uelle bonum: ergo uidetur, quòd in eo liberū arbitriū maximè sit diminutum.

CONTRA. Quòd obstinatio non diminuat uidetur. Dionysius, de diuinis nominibus, data (inquit) ipsis angelis dona nequaquam mutata dicimus: sed sunt integra, & splendidissima: ergo si liber. arbitri. fuit eis datum naturaliter: ergo non est diminutum. I T E M. Liberū arbitriū dicitur liberum eo, quòd non potest cogi: ergo si libertas diminuitur, aliqua coactio introducit: sed lib. arb. obstinati nullo mō potest cogi: ergo nullo modo potest diminui. I T E M. Si diminuitur per obstinationem, & peccatum: ergo cum non sit infinitum, omnino poterit auferri: ergo uidetur, quòd aliquando perdant dæmones liber. arbitri. quòd est supra improbatum. Quòd autem confirmatio non diminuat, sed augeat: uidetur per Anselmum, Cap. 1. in Libro de libero arbitrio, qui sic dicit. Qui habet, quòd decet, & expedit, nec potest illud perdere, liberior est: quā qui potest, sed liber. arbitri. confirmatum

Cap. 4.
par. 1.

Cap. 1.

nō potest perdere iustitiam, & rectitudinem, quam expedit, & decet habere: non confirmatū potest: ergo &c. **ITEM.** Quanto magis aliquid assimilatur illi, quod est liberum in finitā libertatis, tanto liberius est: sed liber. arb. confirmatum magis assimilatur Deo, & eius arbitrio, quā non confirmatum: ergo est liberius. **ITEM.** Omnis potentia, quæ habet dispositionem eleuatam, & reddentem faciliorem ad illud, ad quod est, est liberior, quā illa, quæ caret hac dispositione: sed liber. arb. confirmatum sic se habet respectu non confirmati: ergo &c.

RESOLVTIO.

Confirmatio in bono auget; obstinatio in malo minuit libertatis dominium. Neutra quidem libertatis dominium, quod seruitute coactionis opponitur; sed utraque dominium, quod seruituti subiectionis è regione diuiditur.

RESP. Dicendum, quod quando queritur de diminutione dñi libertatis ar. distinguendū est in dñio. Quoddā est. n. dominium, quod opponitur coactioni: quoddā, quod opponitur subiectioni. Si autem loquamur de dominio libertatis, quod opponitur seruituti coactionis, sic priuat coactionē, & hoc dominium est essentialiter liber. ar. & idō non minuitur, nec augetur. Rursus, quia oēm priuat coactionē æqualiter in oibus tām in bonis, quā in malis, tām in creatore, quā in creaturis, sicut dicit Bern. in Lib. de libero ar. ubi dicit, quod manet libertas uoluntatis integra, tām in malis, quā in bonis: tām in creatore, quā in creaturis. Si autem dicatur dominium, quod oppo-

nitur seruituti subiectionis: sic recipit magis, & minus, nec inest æqualiter omnibus. Nam in miseris subiacet miseria, in beatis est liberum; in malis subiacet culpa, in bonis est liberum; & tanto liberius, quanto magis distat a malo: in creaturis subiacet mandantis, in Deo uero est supra oēm mādatum. Et hoc modo accipiendo dominium per confirmationem augetur, quæ magis elongat a subiectione culpæ & miseria: & per obstinationē minuitur, quæ ceruicem submittit utrique. Concedendæ sunt igitur rationes, quod obstinatio minuit, & confirmatio auget: quia hæc uia procedunt, & ideo uerum concludunt.


AD ILLVD ergo, quod obiicitur primo, quod confirmatio diminuitur propter necessitatem. Dicendum, quod necessitas immutabilitatis ad bonum nullo modo repugnat liber. ar. nec in quantum liberum a culpa, uel miseria, & ideo nō diminuit: illa ergo propositio solum habet ueritatem de necessitate coactionis, uel penitentie ad malum. **AD ILLVD**, quod obiicitur de amplitudine. Dicendum, quod potentiam ampliari est dupliciter. Aut respectu eorum, quæ posse est posse: & de talibus uerum est, Aut respectu eorum, quæ posse est nō posse, sed deficere, & respectu talium non est uerum, & tale est malum; unde diuina potentia, quæ est amplissima, & liberrima nō est respectu mali. **AD ILLVD**, quod obiicitur de beneficio, & gratia. Dicendum, quod illud uerum est

si æque bene per se posset, sicut potest cum gratia: sed hoc nō est uerum, quia illud beneficiū gratiæ eleuat potentiam ad ea, ad quæ erat, & per se attingere nō poterat. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod obstinatio non minuit, quia integra manet data. Dicendum, quod illud intelligit quantum ad substantiam naturalium, nō quantum ad habilitates, ut melius infra uidebitur. **AD ILLVD**, quod

obiicitur, quod libertas est dñium per priuationem coactionis. Dicendum, quod quantum ad illud nō diminuitur, sicut predictum est. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod totaliter posset tolli libertas. Dicendum, quod uerum est de ea, quæ diminuitur, qualis est libertas a culpa, & miseria: de alia uero non est uerum: & sic patet illud. Patent etiam omnia alia literalia per hæc dicta.

DISTINCTIO VII.
PARS SECUNDA.

Quod angeli mali uiuacem sensum non perdiderunt, & quibus modis sciunt.



Et licet mali angeli ita per malitiam sint obdurati: uiuaci tamen sensu non sunt penitus priuati.

Nam ut tradit Isidorus, triplici acumine scientiæ uigent demones: scilicet subtilitate naturæ, experientia temporum, reuelatione supernorum spirituum. De hoc etiam Augustinus ait, Spiritus mali quædam uera de temporalibus rebus noscere permittuntur, partim subtilitate sensus, partim experientia temporum callidiores propter tam magnam longitudinem uitæ: partim a sanctis angelis, quod ipsi ab omnipotenti Deo discunt, iussu eius sibi reuelantibus. Aliquando iidem nefandi spiritus, & quæ facturi sunt uelut diuinando predicunt.

Quod magicæ artes uirtute, & scientia diaboli ualent.

Quorum scientia, atque uirtute etiam magicæ artes exercentur: quibus tamen non tam scientia, quam potestas a Deo data est, uel ad fallendum fallaces, uel admonendum fideles, uel ad exercendam, probandamque iustorum patientiam. Unde Augustinus in Libro Tertio de Trinitate. Video (inquit) infirmæ cogitationi quid possit occurrere: cur scilicet ista miracula etiam magicis artibus fiant. Nam & Magi Pharaonis serpentes fecerunt, & alia. Sed illud est amplius admirandum, quomodo Magorum potentia, quæ serpentes facere potuit, ubi ad muscas minutissi-

Lib. 1.
de summo bono
no c. 12
Lib. 2.
super
Gen. 6.
17. i. s.

Cap. 7.
Exod. 1.
7. et 8.

Ibid.

mas, scilicet cinifes uentum est, omnino defecit: qua tertia plaga Aegyptus cedebatur. Ibi certè defecerunt Magi dicētes, *Digitus Dei est hic*. Vnde intelligi datur, nec ipsos quidem transgressores angelos, & aereas potestates in imam istam caliginem tanquam in sui generis carcerem ab illius sublimis aetherae puritatis habitatione detrusos: per quos *Magicae artes* possunt quidquid possunt: non autem aliquid ualere possunt, nisi data desuper potestate. Datur autem uel ad fallendum fallaces, sicut in Aegyptios: & in ipsos etiam Magos data est, ut in eorum spirituum operatione uideretur admirandi, a quibus fiebant, a Dei ueritate damnandi: uel ad monendum fideles, ne tale aliquid facere pro magno desiderant: propter quod etiam nobis in scriptura sunt prodita, uel ad exercendam, probandam, manifestandamque iustorum patientiam.

Quod transgressoribus angelis non seruit ad nutum materiam rerum uisibilem.

Li. eod. cap. 8. Nec putandum est istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hanc uisibilem rerum materiam: sed Deo potius, a quo haec potestas datur, quantum incommutabilis indicat.

Quod non sunt creatores, licet per eos Magi ranas, & alia fecerint.

Nec sanè creatores illi mali angeli dicendi sunt, quia per illos Magi ranas, & serpentes fecerunt: non enim ipsae eas creauerunt. Omnium quippe rerum, quae corporaliter uisibiliterque nascuntur, occulta quaedam semina in corporeis mundi huius elementis latent, quae Deus originaliter eis indidit. Ipse ergo creator est omnium rerum, qui creator est inuisibilium seminum: quia quaecumque nascendo ad oculos nostros exeunt, ex occultis seminibus accipiunt progrediendi primordia, & incrementa debita magnitudinis, distinctionesque formarum ab originalibus (ut ita dicam) regulis sumunt.

Tametsi per angelorum ministerium fiant creaturae: ipsi tamen creatores non sunt.

Li. et e. eisdē. Sicut ergo nec parentes dicimus creatores hominum, nec agricolas

agricolas creatores frugum, quamuis eorum extrinsecus adhibitis motibus ad ista creanda Dei uirtus interius operetur: ita non solum malos, sed nec bonos angelos fas est putare creatores. Sed pro subtilitate sui sensus corporis semina istarum rerum nobis occultiora nouerunt, & ea per congruas temperationes elementorum latenter spargunt: atque ita & gignendarum rerum, & accelerandorum incrementorum praebent occasiones. Sed nec boni haec, nisi quantum deus iubet, nec mali haec iniuste faciunt, nisi quantum iuste ipse permittit. Nam iniqui malitia uoluntatem suam habent iniustam: potestatem autem non nisi iuste accipiunt, siue ad suam poenam, siue ad aliorum: uel poenam malorum, uel laudem bonorum.

Sicut iustificationes mentis, ita creationem rerum solus Deus operatur.

Sicut ergo mentem nostram iustificando formare non potest nisi Deus, predicare autem extrinsecus euangelium etiam homines possunt, non solum boni per ueritatem, sed etiam mali per occasionem: ita creationem rerum uisibilem deus interius operatur. Exteriores autem operationes, atque contemperationes, siue occasiones ab angelis tam bonis, quam malis, uel etiam ab hominibus exhibentur. Sed haec ab hominibus tanto difficilius adhibentur, quantum eis desunt sensuum subtilitates, & corporum mobilitates in membris terrenis, & pigris. Vnde qualibuscumque angelis uicinas causas ab elementis contrahere quanto facilius est, tanto mirabiliores in huiusmodi eorum existunt celeritates: sed non est creator, nisi qui principaliter ista format: nec quisquam hoc potest, nisi unus creator deus. Aliud est enim ex intimo, ac summo causarum cardine condere, ac ministrare creaturam: quod facit solus creator deus: aliud autem pro distributis ab illo uiribus, ac facultatibus aliquam operationem forinsecus ad mouere: ut tunc, uel tunc, sic, uel sic, exeat quod creatur. Ista quippe originaliter, & primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creata sunt: sed acceptis oportunitatibus postea prodeunt.

Lib. 3. cap. 8.

Cap. 9. eisdē.

In principio eisdē.

Quod

Quod angeli mali multa possunt per naturæ uigorem, quæ non possunt, quia non permittuntur.

Illud quoque sciendum est, quod angeli mali quædam possunt per naturæ subtilitatem, quæ tamen non possunt propter Dei, uel bonorum angelorum prohibitionem, id est, quia non permittuntur illa facere a Deo, uel ab angelis bonis: possent utique fecisse cinifes, qui ranas, serpentesque fecerunt. Quædam uerò non possunt facere, etiam si permittantur ab angelis superioribus; quia non permittit Deus. Unde Augustinus in Libro Tertio de Trinitate. Ex ineffabili potentatu Dei fit, ut quod possent mali angeli si permittentur: ideo non possunt, quia non permittuntur. Neque enim occurrit alia ratio, cur non poterant facere cinifes, qui ranas, serpentesque fecerunt, nisi quia maior aderat dominatio prohibentis Dei per Spiritum Sanctum: quod etiam magi confessi sunt, dicentes: Digitus Dei est hic. Quid autem per naturam possint, nec tamen possint propter prohibitionem, & quid per ipsius naturæ suæ conditionem facere non sinantur, homini explorare difficile est, immo impossibile. Nouimus hominem posse ambulare, & neque hoc posse si non permittatur: uolare autem non posse, etiam si permittatur. Sic & illi angeli quædam possunt facere, si permittantur ab angelis potentioribus ex imperio Dei; quædam uerò non possunt, etiam si ab eis permittantur, quia ille non permittit, a quo est illis talis naturæ modus: qui etiam per angelos suos illa plerunque non permittit, quæ concessit, ut possit.



Vpra egit Magister de confirmatione, & obstinatione angelorum: in hac parte agit de cōsequētib; adhæc. Diuiditur aut hæc pars in duas. In prima agit de his, quæ consequuntur obstinationem. In secunda de his, quæ consequuntur confirmationē, infra Dist. 9. Post prædicta superest, &c.) Prima diuiditur in duas. In prima

agit de dæmonū statu post obstinationem: quantum ad cognitionē. Secundo uerò quantum ad uim operatiuam, ibi. Quorum scientia atque uirtute, &c.) Et illa secunda pars duas habet. In prima determinat potentiam dæmonū respectu creaturarum generaliter. In secunda uerò respectu hominum, & hoc infra Dist. 8. Solet etiam in questionem uersari, &c.) Prima pars habet tres partes

partes. In prima ostenditur, quod possint, in secunda uerò qualiter, in tertia uerò quantum permittuntur. Primum facit, ibi. Quorum scientia atque uirtute, &c.) Secundum ibi. Nec putandum est istis transgressis, &c.) Tertium uero facit ibi. Illud quoque sciendum est, &c.) Et ita duo generaliter continet ista pars. Primum est de dæmonum cognitione. Secundum de uirtute.

Triplici acumine scientiæ, &c.] **Dub. 1.** Videtur Isid. in diuisione ista diminute procedere, quia Aug. super Genes. 3. quatuor modos ponit, quos et Magister adducit in litera. Itē. Videtur superflua: Philosoph. n. nō ponit nisi duos modos: dicit. n. quod omne, quod quod nouit, discens, uel inueniens nouit. Resp. Dicendum, quod diuisio Isid. sufficiens est, & cōsona uerbis Aug. Sufficiens autem patet sic. Oē. n. quod dæmones sciunt, aut sciunt cognitione innata, & sic dicuntur scire acumine sensus: aut cognitione acquisita: sed cognitio acquisita potest esse dupliciter, aut de rebus, quæ sub sunt rationi, & hæc per experientiam addiscuntur: aut de rebus, quæ sunt supra, & sic per reuelationem superiorum spirituum. Quod ergo obicitur de Augu. Dicendum, quod duo modi reducuntur ad unum. Et iterum. Aug. magis assignat modos prædicendi futura, quam cognoscendi. Philosoph. autē loquitur de cognitione acquisita: uel si generaliter de omni, tunc sub inuentione cōprehendit sensus acumē, & experientiam temporum.

Partim a sanctis angelis, &c.] **Dub. 2.** Inuit Magister, quod dæmo-

nes aliqua cognoscunt a sanctis angelis, quæ ab omnipotēti Deo discunt iussu eius sibi reuelantibus. Contra. Dæmones sunt inimici Dei, & angelorum: si ergo ab inimicis abscondenda sunt secreta consilia: ergo uidetur, quod Deus eis nunquam reuelari faciat. Item. Ipsi sunt in tenebris damnationis: ergo cum nō sint idonei ad gratiam, & reuelatio sit cognitio gratiæ, non nature, uidetur, quod nullo modo fiat ipsis dæmonibus. Respō. Dicendum, & pro uero habendum est, quod dicit Isid. & Aug. quod aliqua præsciunt reuelatione superiorum spirituum, cuius reuelationis attendendus est finis, & modus. Finis, quia mirabilis sapientia per inimicantes sibi implet uoluntatē suam: unde sicut reuelatio somnii de exaltatione Ioseph, facta insidiantibus secundum mirabilem Dei dispositionem, fecit ad eius impletionem, licet secundum intentiones illorum esset ad impedimentum: sic Deus ita ostēdit per angelos suos dæmonibus ut dum illi obuiant, aliquid ualde decens, & competēs ordinatissime impleat, & eliciat. Et ex hoc patet primū, quod non est simile. Humanum enim consilium potest irritari, non tamen diuinum. Attendendus est etiam modus, duplici enim modo fit reuelatio. Aliquando mentis illustratione, sicut fiebat sanctis Prophetis, & hæc est gratiæ. Aliquando uerò sola prædictione: sicut homo reuelat aliquando uoluntatem suam: & hoc nō est gratiæ aliquo modo perficiētis, uel eleuantis naturam: sed potest esse opus misericordiæ, si illud

illud ordinetur ad bonum eius, cui prædicitur: uel iustitiæ si ordinetur ad punitionem alicuius mali, utpote si ad fallendum fallaces: uel utriusque, si simul ad utrunque: & ita est qua si semp, quia huiusmodi futura prædicuntur demonibus & permittuntur miracula fieri ab eis, ut boni talia paruipendant; in quibus se uident a damnatis, & miseris superari: & mali, & fallaces proficiant in pœnis errantes, & in errorem mittentes occulto Dei iudicio, tamen iudicio iusto: unde ualde stultum est desiderare facere miracula, uel præscire futura, & quasi magna hæc reputare, cum inimicos Dei in his uideamus abundare.

Dub. 3. *Nec sanè creatores, &c.*) Innuit Magister, quòd angeli mali, immo etiam boni non sunt creatores, quia non operantur nisi exterius. Sed contra. Hæc non uidetur ratio, quia si solus creator operatur interius, tunc ergo natura nihil producit. Item. Creare est producere aliquid de nihilo: sed si dæmon propria uirtute extraheret semen de potentia in actum, non de nihilo faceret: ergo non esset creator. Respond. Dicendum, quòd quædam est uirtus, quæ in productione rerum solum operatur exterius: quædam quæ perfecte operatur interius: quædam partim interius, partim exterius. Virtus artificis solū operatur exterius, amouendo, siue iungendo, & applicando unam naturam cum alia. Virtus Dei operatur perfecte interius: quia ipsa primordialia, quæ sunt intima, producit semina. Virtus uerò, quæ est partim in-

terius, partim exterius: est uirtus naturæ, quæ extrinsecus est respectu rationum seminalium; sed interius respectu producendorum ex ipsis. Natura enim dum operatur, immittit uirtutem suam usque ad intima passi, & in illa immisione ipsam essentiam formæ, quæ erat in potentia incompleta non producit: sed productam a Deo supponit, ipsam tamē adiuuando ad actum perfectum adducit: solus igitur ille potest illas seminales rationes facere, qui potest creare, quoniam ipsæ non sunt ex aliis: sed ex nihilo, & ex ipsis fiunt omnia, quæ naturaliter producuntur. Igitur nec pater est creator filii, nec agricola segetum: quia licet pater operetur interius, sicut natura: tamen operatur exterius, & circa aliqd, & ex aliquo, non ex nihilo: licet non operef adeò exterius, sicut agricola. Operatio autem dæmonis magis est similis operationi agricolæ, quàm paternæ.

Sicut ergo mentem nostram, &c.) *Dub. 4.* Contra. Si hoc uerum est, tunc sicut gratia est a Deo, nullo modo a natura, uel potentia creata: uidetur, quod similiter omnis alia forma sit a solo Deo: ergo agēs creatum nullam formam inducit. Respond. Dicendum, quod beatus Augustinus ualde subtiliter loquitur, & ueraciter, si uerba eius sanè intelligantur. Vult ergo dicere, quod sicut mentem nostram iustificando formare non potest nisi Deus: quia gratia non est ex aliquo, sed potius ex nihilo, uel esset abire in infinitum: sic formarum seminales rationes, siue formarum primas essentias solus

Deus

An in demonibus cadat deceptio, uel error circa presentia?

D intelligentiam huius partis secundum duo, quæ Magister determinat, duo queruntur. Primum est de cognitione demonum. Secundum est de ipsorum uirtute super rerum productione. Circa primū tria queruntur. Primum, utrum cadat in dæmonibus deceptio, siue error circa presentia. Secundū, utrum obliuio circa præterita. Tertiū, utrum præcognitio circa futura.

QUOD deceptio cadat in dæmonibus circa presentia, uidetur ratione. Primò, quoniam non probauerunt habere deum in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum, hoc dicit Apostolus de hominibus. Si ergo æque, uel magis seuerus est deus in angelos: ergo uidetur, quod dati sunt in reprobum sensum: sed in oibus talibus cadit error: ergo &c. Si tñ dicas, quòd illud intelligitur de sensu in agendis, non in cognoscendis. Contra Aug. dicit super Gen. ad lit. quod mali angeli intelliguntur per tenebras, boni uero per lucem: sed tenebra magis dicit priuationem luminis quàm calor: ergo uidetur quod cognitio eorum sit obsecurata, ergo & errori subiecta. **I**TEM. Videtur quod errori sit penitus subiecta: quia Dion. de di. nom. dicit quod in dæmonibus est furor irrationalis, amēs, & concupiscentia, phantasia proterua: sed phantasia est principium erroris: ergo uidetur

*Lib. 1.
cap. 17*

*Par. 4.
cap. 4.
circa
mediū.*

quod

deus potest producere: alias in. aut necesse est esse ex nihilo, aut in infinitum abire: non ergo intelligit Aug. quòd ad deductionem formæ de potētia in actum, quam uocat actionem quodam modo exteriorē: sed potius quòd ad productionem illius seminalis rationis, quæ est essentia rei, aliter se habens cum est in potentia, & in actu.

Illud quoque sciendum, &c.)

Dub. 6. Innuit Magister, quod angeli mali, uel dæmones quædam possunt per naturæ subtilitatem, quæ non possunt propter dei prohibitionem. Contra hoc est, quod deus sic dedit uirtutes rebus, & sic administrat eas, ut eas agere proprios motus sinat, sicut dicit Aug. vii. de ciu. dei. unde peccare uolentes non cohibet, sed finit, prout uolunt peccare: ergo pari ratione non debet angelorum potentiam cohibere. Resp. Dicendum, quod deus uoluntates non cohibet propter legem libertatis, quàm eis statuit: sed iusto iudicio de malo in peius ruere permittit: sed uirtutem restringit iudicio æque iusto: quia operatio potentia, ut frequenter in his, quæ potentia abutuntur, est ad aliorum afflictionem, & punitionem. Quoniam igitur omnis pœna debet esse iusta, si habes potentiam iniuste affligit, uel uult affligere, debet potentia compesci non ratione eius, qui agit, sed ratione eius, quæ patitur, nisi altissima dei iudicia aliud requirant. Quod ergo obicitur, quòd res agere proprios motus finit, non intelligitur, quod non compescat uirtutem per contrarias potestates: sed quia tantum finit agere, quantum suam iustitiam decet permittere.

quod rō eorum penitus sit sub-
iugata errori. **ITEM.** Per simile.
Homini inflūta est pro peccato
ignorantia, non tantū agendo-
rum, sed etiam cognoscendorū:
ergo si non minus peccatū an-
gelicū debuit puniri, patet &c.
ITEM. Hoc uidetur per simile.
Sicut se habet affectus ad bonū,
ita intellectus ad uerum: sed af-
fectus demonum adeo ē depres-
sus, quod non potest moueri in
amōre boni: aut in ordinate mo-
uetur, si amat: ergo nec intelle-
ctus in speculationē ueri. **SIRV.**
dicas, quod peccatū magis cor-
rumpit affectum dæmonū, quā
intellectum. Contrarium uide-
tur: nam omnē prauam electio-
nem præcedit prauū iudiciū,
quia non eligit uoluntas delibe-
ratiua, nisi præcedat iudiciū: er-
go uidetur, q̄ prima ratio deor-
dinādi sit in iudicio, & ita in co-
gnitione: ergo in cognitiua ma-
gis quā in uoluntate, uel æque
debet esse punitio. **ITEM.** Hoc
confirmatur: quia excæcatio, &
obstinatio sunt pœnæ peccati:
ergo sicut affectio præsupponit
cognitionē, ita obstinatio, quæ
est pœna affectionis excæcatio-
nem, quæ est pœna cognitionis:
ergo cū diabolus sit obstinatus,
et est excæcatus. **ITEM.** bonum
est diffusiuum sui, & uerum si-
militer; & magis est diffusiuum
sui bonum, quā uerum: quia
hoc habet de sua ratione: si ergo
deus in quantum bonus subtra-
hit influentiam bonitatis affecti-
uæ ipsorum dæmonum: ergo in
quāntum uerum diffusionem lu-
minis ipsi cognitiue. **ITEM.** Quic-
quid sit de conseruatione lumi-
nis dati, tamen dæmonibus, cū

sint in statu damnationis, noua
dona non debent dari a deo: sed
nihil pōt aliquis addiscere nisi
Christo docēte, sicut dicit Aug.
in lib. de Magist. ergo si Chri-
stus, nō debet noua dona eis do-
nare: ergo nec nouam cognitio-
nē: ergo in his, quæ an lapsū
non cognouerunt, ex quo non
habent doctorem ueritatis, ne-
cessario errant, & decipiuntur.

SED CONTRA. Lucæ. xvi. dici-
tur, quod filii seculi huius pru-
dētiores sunt filiis lucis in gene-
ratione sua: loquitur de malis er-
go &c. **ITEM.** Dio. de di. no. Da-
ta ipsis dona nequaquā mutata
dicimus: sed sunt integra, & splē-
didissima (loquitur de dæmoni-
bus) ergo si habuerunt naturale
iudicatoriū illuminatū, & potēs
dirigi in cognoscendis, uiderur
&c. **ITEM.** Isid. de sum. bo. Præ-
uaricantes angeli, et sanctitate
amissa, sensum angelicæ nature
nō amiserunt. **ITEM.** Peccatum
non est contra actū, sed contra
ordinē actus: ergo non est cōtra
cognitionem simpliciter, sed cō-
tra cognitionē ordinatam in fi-
nē: si ergo cognitio speculatiua
quantum est de se, non dicit co-
gnitionem ordinatam in finē,
patet, quod per peccatum non
debet deprauari.

RESOLVTIO.

*Dæmones in multis speculabilibus,
& maxime in cōiugentibus deci-
pi possunt, cū eorum intellectus
p̄ culpam obnubilatus fuerit. At
uero in agibilibus, cum habeant
intellectum practicū em̄: no sub-
uersum, dicuntur facti tenebra.*

RESP. Dicendum quod dece-
ptio, & error uenit ex deordina-
tiōe, siue deuiatione iud. ci-
diciū

diciū autē duplex est in quoli-
bet ratiocināte. Vnum quod est
cognoscendorum, quod est ue-
ri sub ratione ueri. Aliud agen-
dorum, quod est boni sub rōne
boni. Et primum est intellectus
speculatiui, nec spectat ad lib. ar.
secundū uero est intellectus pra-
ctici, & est pars lib. ar. Primum
iudiciū, & si maneat itegrum
quantum ad substantiam potē-
tiæ, nihilominus per culpam est
in angelis aliquo modo obnubi-
latum: quia errant frequēter in
iudicando de multis & in mul-
tis decipiuntur, maxime cum iu-
dicāt de contingentibus. Aliud
iudiciū est in eis omnino sub-
uersum, & quantum ad hoc ex-
cæcati sunt angeli mali, sicut
quantum ad affectum obstina-
ti: & propter istius iudicii sub-
uersionem dicuntur facti tene-
bra, & dati ī reprobū sensum,

ET SIC patet r̄sio ad primū.
AD ILLVD. quod obicitur de
Dio. q̄ est in dæmonibus phan-
tasia proterua. Dicendum quod
phantasia dupliciter accipitur.
Aliquando pro ui sensitiua col-
latiua sensibilium receptorum
a sensu particulari. Aliquando
phātasia dī apparitio secundum
quod dicitur a phanos, quod est
apparitio. Et primo modo est ī
solis corporibus, secundo modo
in spiritibus. Hæc autē phātasia
proterua dicitur esse in dæmo-
nibus: qm̄, & si dæmones intelli-
gētes sint, & multa uera cogno-
scant, tamen alios nolunt doce-
re, sed a ueritate seducere: & iō
quia non pnt nisi per apparen-
tes similitudines, hinc est quod
studium dæmonum maxime cir-
ca talia est intentum: sicut ma-

gnus clericus, q̄ uellet alios pa-
ralogizare, studeret ī sophisma-
tibus: Et ideo phantastici dicun-
tur propter rationes phantasti-
cas, & apparetēs, quasi ueniunt,
& hanc phantasiā dicit proter-
uam. Quia cum secundum iudī-
cium tuum ueritatē cognoscāt,
tā cognitā sciēter impugnat.
Et hoc est proteruire s. ueritari
intellectæ obuiare, ideo habent
phantasiā proteruam. Habēt
et concupiscentiā amentē: quia
cum non deberent appetere ni-
si honestum, & conferens appe-
tunt res maximē nociuas, sicut
peccare, & alios in peccatum
præcipitare, quamuis hoc non
intendant finaliter. Ibi et est fu-
ror irrationalis, quia cum solis
malis deberēt ex ratione irasci,
irascuntur, & furiant contra bo-
nos. **AD ILLVD.** q̄ obicitur, q̄
homini inflūta est ignorantia
secundum speculationem intel-
lectus. Dicendum quod uerum
est in pōsteris: sed Adæ non est
inflūta ignorantia cognoscēdo-
rū quia habuit cognitionem si-
bi innatā. Sic & dæmones, quia
habuerunt cognitionē sibi inna-
tam, & deus uix subtrahit dona
sua naturalia, scilicet gratis da-
ta: ideo inflūxit istā ignorantia
in intellectu speculatiuo: sed ta-
men ignorantia pœna cōtraria
est: & cæcitas in intellectu pra-
ctico. Paruulis aut dicitur inflū-
gere ignorantia, non subtrahen-
do scientiam: sed non apponen-
do, Præterea. Moles carnis cor-
ruptæ aggrauat intellectus iudī-
cium, & ideo nō est simile. **AD
ILLVD.** quod obicitur, quod
affectus est priuatus rectitudi-
ne uoluntatis. Dicendum quod
pecca-

peccatum magis respicit uoluntatem, & magis directe opponitur bonitati affectionis, quā ueritati cognitionis: & ideo dæmones non sunt ita priuati lumine cognitionis per culpā, sicut bonitate affectionis. Verum tamē (sicut prius tactū est) est quoddā iudicium, quod est coniunctum uolūtati, & est subuersum in malis angelis, & excæcatur: ideo patet solutio ad alia duo sequentia.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod bonum est diffusiuum sui. Dicendum quod est loqui de diffusione boni simpliciter, uel boni gratuiti. Si loquimur de diffusione boni simpliciter: ad tot se extendit ratio boni, ad quot, & ueri quia utrunque conuertitur cum ente, & in omnibus entibus. Si autem de diffusione boni gratuiti, non est uerum: quia multi sunt, qui idonei sunt ad capiendam intelligentiam, qui tamē idonei non sunt ad capiendam gratiā. AD ILLVD, quod obiicitur, quod non debent eis dari bona. Dicendum, quod donū dupliciter potest accipi, proprie & communiter. Proprie donū dicitur, quod simpliciter aliunde est, cuiusmodi sunt gratiæ infusæ, siue dona infusa: & talis est gratia gratum faciens, uel ad eam habilitans. Alio modo dicitur donum, quod est per adiutorium diuinum, nihilominus tamen per acquisitionē nostram, & illud non dicitur proprie donū, sed habito respectu ad hoc, quod non acquiritur sine dei adiutorio: & hoc modo deus dat dona bonis, & malis. Quia enim deus dedit lumē co-

gnitionis ab initio, quod poterat in acquisitionem multorum scibilium: & ipse non subtrahit quod dedit, nec etiam conseruationem, cum talia possint stare cum peccato mortali: & ideo quod habet primum donum, potest multiplicare, etiam reprobis existens, & deus dicitur docere non inspirando, siue infundendo, sed cooperando lumini dato, & conseruando illud. Exemplum huius est. Deus dedit frumentum auaro, & dedit terram potentem fructificare: cum recolligit multum de blado, de bona terra deus dat, sed non ita sicut si ipse sterilem terram sine iactu seminis faceret fructificare, hoc enim proprie esset donum. Primo modo solum large, sic deus dat dona bonis, & malis, & dæmonibus, & hominibus: quamuis ipsis hæc ipsa bona in mala cōuertantur. AD E A autem, quæ obiiciuntur ad oppositum. Dicendum quod intelliguntur de iudicio speculatiuo: tamen de illo non est intelligendum, quod magis uigeat in malis quā in bonis, uel etiā tantum sicut ante lapsum: quia reuera quamuis multa clare cognoscant, maxime illa, quorum cognitio est eis innata, ratione quorum dicit Dion. quod habent sibi data integra: tamen in multis errāt, & falluntur illi nefandi spiritus, quia presumptuosi, & curiosi sunt, & ideo frequenter iudicant de his, quæ eorum iudicio non subsunt, & ideo a ueritatis tramite in errorem labuntur: & sic patent omnia obiecta.

Quæ-

QVAESTIO II
An in dæmonibus cadat obliuio circa præterita?

UTRVM in dæmonibus cadat obliuio circa præterita. Et quod sic, uidetur. Nullus de sapiente fit stultus, nisi aliquid obliuiscatur, dæmones autem de sapientibus facti sunt stulti, maximè Lucifer, de quo Ezech. xxviii. Tu plenus sapientia. Et de quo Ecclesiast. iiii. Melior est puer sapiens Rege senes, & stulto. Glo. exponit de Lucifero, siue Diabolo: ergo &c. ITEM. Gratia reparat, & reformat totam imaginem: ergo & peccatum deformat: sed deformatio memoriæ, & corruptio est per obliuionem: ergo uidetur quod peccatum in uim memoratiuam inducat in angelis obliuionem. ITEM. Intelligere, & memorari ipsorum dæmonum est cum uariatione, ergo in tempore: sed omne, quod mensuratur a tempore, senescit, & tendit ad corruptionem, quia tempus facit distrare quod est (ut dicit Philosophus) unde est principiū corruptionis per se: ergo cum corruptio circa uim memoratiuam sit tantum per obliuionem, patet, &c. ITEM. Sicut se habet in intelligentia ad errorem, ita memoria ad obliuionem: sed in intelligentia angeli cadit deceptio, & in uoluntate obliquatio: ergo in memoria cadit obliuio. ITEM. Opposita nata sunt fieri circa idem: sed memoria angeli potest proficere ad idiscendo, ergo pari ratione deficere obliuiscendo, cum status ille sit magis aptus ad defectum, quā ad profectum. ITEM. Mente humana

solus Deus superior est, sicut uult Augustinus, sed contingit in mentem nostram cadere obliuionem: ergo si pars est angelicæ, multo fortius in mente dæmonum. Quod autem in mentem nostram cadit obliuio quantum ad superiorem partem, patet: quia Augustinus, dicit quod eorum cognitio, quæ spectant ad diuinitatē, est superioris partis, sed frequenter talium obliuiscimur: ergo &c.

SED CONTRA. Quod est naturale est indelebile: sed species existentes in angelica memoria sunt ei innatæ, & concreatæ, ergo sunt indelebiles: si ergo obliuio uenit per deletionem specierum, patet &c. ITEM. Omne, quod recipitur in aliquo, est ibi per modum recipientis: ergo species, quæ est in angelica memoria: est ibi per modum recipientis: sed memoria angelica est incorruptibilis, nec depēdet a corruptibilibus, nec quantum ad substantiam, nec quantum ad operationem, nec per se, nec per accidens: ergo species, quæ ibi recipitur est simpliciter incorruptibilis. ITEM. Hoc uidetur a minori. Vertibilior est uolūtās, quā aliqua interiorum potentiarum: sed culpa quæ adhæret uolūtati adhæret inuertibiliter: ergo multo fortius species, quæ est in memoria est in ea indelebiter: si ergo obliuio est propter deletionē speciei, patet &c. ITEM. Omne, quod corrumpitur, aut corrūpitur, quia habet contrarium, aut quia est ex contrariis, aut quia est in aliquo, quod habet contrarium, uel est ex contrariis. Hæc scripta est a

S. BON. LIB. 2. P. Phil.

Phil. in Libro de mor. & ui. sed species existens in memoria dæmonis nullo prædictorum modorum est incorruptibilis: ergo &c. **ITEM.** Philosophus dicit, quod uirtus sensitiua non senescit quantum est de se, sed solum ratione organi. Vnde in primo de Anima dicit. Si senex acciperet oculum pueri, uideret utique sicut uideret puer: ergo cum uirtus memoratiua ipsius dæmonis non pedit ex organo, non senescit, nec lassatur in operando, ergo nec in recipiendo species: & ita (ut uidetur) nihil obliuiscitur.

RESOLVTIO.

Quantum ad memoriam, habitum: nulla cadit in demonibus obliuio: sed bene quod ad actum memorandi dicuntur obliui, tum in primis sua salutis, & beneficiorum Dei.

RESPONDEO. Dicendum, quod actum memoriæ contingit accipere & per modum habitus: & iste est retinere speciem. Et esse dicitur per modum habitus, quia cõtinuè tenet: & dicit magis statum sine conseruationem, quã actionem. Est & alius actus memoriæ per modum usus siue actus, qui est meminisse siue recordari. Primus quidem actus naturalis est, & non subest uoluntati: nec penes illum attenditur meritum, uel demeritum. Secundus uero actus potest ordinari ad bonum, & eius oppositum, scilicet ad malum. Et secundum hunc duplicem modum distinguendum est in obliuione. Nam si dicatur obliuio per oppositionem ad retentionem speciei, sic est deletio speciei de memoria. Si autem dicatur per oppositum

ad recordationem: sic dicit de habilitationem siue dehabilitationem quantum ad istum actum, quod est meminisse. Et hoc potest esse bonum, scilicet cum obliuiscimur maiorum illatorum nobis: & malum, cum obliuiscimur beneficiorum nobis a Deo collatorum: uel obliuiscimur eorum, quæ nobis essent expedientia ad salutem. Contra. Quia dicitur Deuter. iiii. Caue, ne unquam obliuiscaris domini Dei tui, &c. Si igitur loquamur de obliuione primo modo: sic dico quod non cadit in dæmonibus: nulla enim est in eis deletio speciei. Si secundo modo: sic dico quod cadit, immo cecidit magna obliuio: quia obliui sunt salutis. Sunt etiam obliui beneficiorum Dei: quia cum conuertuntur ad mala, inhabiles fiunt ad recolendum bona: hoc modo concedo quod obliui sunt.

ET SIC procedunt duæ primæ rationes. Prima, quæ sumpta est a stultitia. Secunda, quæ sumpta est ab imagine deformata: nam procedunt hac via.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod intelligere cadit in tempore. Dicendum, quod cadit in tempore extensio nomine temporis, non prout est motus primi mobilis mensura: quia nec dæmonum esse, nec intelligere pendet ex illo. Tamen aliter potest dici, quod quamuis actus, ut actus cadat sub tempore, uel in tempore: non tamen actus, ut habitus: quia habet modum substantiæ intra, siue in qua est, nec habet uariationem: & ideo sicut substantia dæmonum non corrumpitur, nec senescit in tempo-

re,

re, nec habitus: ita etiam nec actus, ut habitus, & talis est retentio speciei. **ET** per hoc patet aliud, quod non est simile de intelligere, & obliuisci: quia intelligere non tam est actus naturalis, quã etiam conformis uoluntati, & si militer errare: sed speciem tenere, uel amittere est ex potentia, uel impotentia naturali.

PRAETerea Ratio illa non ualet, quia cum memoria habeat naturam specularẽ, siue speculi: intelligentia naturam luminosam, siue luminis: angelus plus habet de natura speculi, & de potentia recipiendi, quam de natura luminis, illa enim in solo Deo est potissime: uel in his, quæ sunt Dei formes per gloriã: ideo non ualet, nec est simile. Magis enim potest in tenendo speciem, quã in recte iudicando: aliqua enim sunt supra iudicium angeli, non sic est de retentione speciei. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod opposita nata sunt fieri circa idẽ. Verum est, nisi alterum naturaliter insit: & natura angeli possibilis est ad receptionem per naturam, ad delectationem uero minimè. **AD ILLVD**; quod obiicitur, quod solus Deus est maior mente humana. Dicendum quod uerum est quantum ad rationem perficiendi: tamen quia mens humana ex conjunctione cõ corpore terrestri aliquas contrahit proprietates, & defectus deprimentes: quantum ad hoc est inferior mente angelica: & ideo sicut mens humana impeditur ab actuali consideratione propter depressionem corporis, ita etiam compellitur obliuisci: intellectus autem angelicus sem-

per est in actu intelligendi, & ideo non est mirum si memoria semper est in actu conseruandi: & sic patent obiecta.

QVAESTIO III.

An dæmones futura contingentia præcognoscant?

VT RVM in dæmonibus fit præcognitio quod ad futura. Et quod sic, uidetur per simile: quia astronomi, & mathematici per cursum astrorum præcognoscunt, & dicunt multa futura, & uidemus quod in multis uera dicunt: ergo si maior est intelligentia, & cognitio in dæmonibus: uidetur &c. **ITEM.** Hoc ostenditur ab effectu: quia isti Magi, & Diuini per pacta cõ dæmonibus multa uera prædicunt, & non possunt, nisi per reuelationem dæmonum: ergo uidetur, quod ipsi futura præcognoscunt. **ITEM.** Videtur hoc a minori: quia intellectus agens in somnis, & ecstasi multa uera futura præuidet. sicut patet, quia frequenter somniamus, quod euenit nobis post longa tempora: sed dæmones sunt omnino abstracti a sensibus: ergo, &c.

ITEM. Ratione uidetur: quia anima quodammodo est oia: quia in ea est, quod est omnia fieri, quantum est ex parte intellectus possibilis: & quantum est ex parte intellectus agentis est in ea, quod est omnia facere: ergo si intellectus agens esset liber, uel possibilis reductus ad actum per agentem, tunc non solum esset in potentia ad cognoscendum futura, sed etiam in actu: & hoc est in dæmonibus, qui creati sunt in actualitate plenæ cognitionis: & quorum intellectus agens

P 2 est

Textu
com. 61.3. de A-
ni. text.
18.

est liber a corpore : ergo &c.

S E D C O N T R A . Quod non præsciant futura contingētia uideatur. Quanto aliquid magis est præsens alicui, tanto certius est ei : sed uoluntas uniuscuiusque sibi præsentior est, quam alii ; ergo certior est sibi quid uelle debeat, quæ alii : sed homo nullus certitudinaliter scit quod debeat cras uelle, uel cogitare : ergo multominus, nec alia creatura, quantum est de se, potest præscire. **I T E M .** Omnis cognitio creaturæ pendet a re scita, quia scibi se non se habet in comparatione ad scientem creatum per modum possibilis : sed potius per modum actualis & motiui : sed nulla cognitio pendens a cognoscibili potest esse certa de re incerta : sed futurum contingens est res incerta, ergo non potest certitudinaliter ab angelo cognosci. **I T E M .** Si cognoscit futura : aut ergo scientia acquisita, aut innata. Si acquisita : sed hæc incipit ab existentia rei, quia a re ipsa generatur in cognoscente : cum ergo res nondum sit, non potest cognitionem eius acquirere. Si innata, ergo non potest ignorare aliqua eorum, quæ futura sunt : ergo præsciuit casum suum antequam caderet, quod supra improbatum est tãquam impossibile : ergo &c. **I T E M .**

Dist. 4.

art. 2.

q. 2.

Si præscit futura : ergo scit quis debeat uincere, utrum ipse, an is, quem tentat : ergo cum ipse refugiat uictoriam bonorum, nunquã tentaret, nisi illos, quos præsciret sibi succumbere : sed aliquos alios tentat, sicut patet in Iob : ergo, &c.

R E S O L V T I O .

Minime, cum hoc solius Dei sit : tamen si ob ingenij acrimoniam, longam experientiam, & alienam doctrinam uera quandoque prædicere contingat.

R E S P . Dicendum, quod futurorum est triplex genus. Quædam enim sunt futura, quæ habent causam determinatam, & infallibilẽ, utpotè sunt illa, quæ attenduntur circa motum corporũ superiorum, in quibus est determinatio, & omnis impediementi remotio : talia possunt certitudinaliter sciri non solum a Deo, sed a creatura : & hoc in sua causa, sicut tempus eclipsis, & cõsimilium. Quædam sunt, quæ habent causam determinatam : sed tamen infallibilem, utpotè sunt illa, quæ sunt secundum inferiorem naturam. Quæ ideo habent causam determinatam, quia intentio naturæ mouet determinate ad unum. Ideo uerò fallibile, quia multipliciter potest occurrere impedimentum : utpotè ager seminatus, si terra pinguis est, & bona : dispositio superiorum corporum afferet pinguem fructum : & ista possunt quodã modo sciri, & præsciri, non tantum a Deo, sed etiam a creatura, quæ nouit naturas : erum superiorum, & inferiorum : non tamen ita certitudinaliter sicut prædicta. Quædam autem sunt, quæ habent causam indeterminatam & fallibilem : sicut sunt ea, quæ sunt a uoluntate nostra, quæ indeterminata est propter hoc, quod est ad opposita. Fallibilis est, quia possunt etiam uolenti proficere, occurrere multa impedimenta : & talia non possunt certitudinaliter sciri ab aliqua creatura in seipsa, sed solum a Deo, uel per reuelationem diuinam. Ratio autem huius ista est, quia cognitio creaturæ pendet ex re : quoniam igitur res incerta est, & in se, & in sua causa : ideo creatura non potest certitudinaliter illam noscere, aut præscire. Diuina autem cognitio nõ pendet a re aliqua : immo omnia, quæ nouit, secundum modum suæ ueritatis nouit : & quia ueritas sua est certissima, certissime cognoscit contingētia, ut necessaria : hoc melius explanatum fuit in Primo Libro : & sicut certissime nouit, ita potest certitudinaliter denunciare, & reuelare : id hæc præcognitio futurorũ, uel Dei est, uel a Deo : & ideo cum talia prædicuntur, prædictio dicitur diuinitio, quia talis est actus diuinus : & quia dæmones superbi maxime desiderant honorari, ut Deus : maxime conantur ostendere hoc in se habere : & ideo dicere, quod dæmones per seipsos futura contingētia præsciant certitudinaliter, hoc est eis attribuere, quod Dei est : ideo est ibi infidelitas, & infidelitati frequenter annexa idololatria : ideo diuinitio est prohibita. Quamuis autem dæmones non possunt per seipsos futura contingētia scire certitudinaliter : tamen frequenter uera prædicunt, quia euentum futurum aliquo modo præsentunt. Hoc autem est quadrupliciter, sicut dicit Augustinus in iii. Super Gen. ad litteram. Aut enim sensus, uel ingenij acrimonia, aut multa experientia, aut dolosa cautela, aut aliena doctrina. Sensus acrimonia,

titudinaliter sciri ab aliqua creatura in seipsa, sed solum a Deo, uel per reuelationem diuinam. Ratio autem huius ista est, quia cognitio creaturæ pendet ex re : quoniam igitur res incerta est, & in se, & in sua causa : ideo creatura non potest certitudinaliter illam noscere, aut præscire. Diuina autem cognitio nõ pendet a re aliqua : immo omnia, quæ nouit, secundum modum suæ ueritatis nouit : & quia ueritas sua est certissima, certissime cognoscit contingētia, ut necessaria : hoc melius explanatum fuit in Primo Libro : & sicut certissime nouit, ita potest certitudinaliter denunciare, & reuelare : id hæc præcognitio futurorũ, uel Dei est, uel a Deo : & ideo cum talia prædicuntur, prædictio dicitur diuinitio, quia talis est actus diuinus : & quia dæmones superbi maxime desiderant honorari, ut Deus : maxime conantur ostendere hoc in se habere : & ideo dicere, quod dæmones per seipsos futura contingētia præsciant certitudinaliter, hoc est eis attribuere, quod Dei est : ideo est ibi infidelitas, & infidelitati frequenter annexa idololatria : ideo diuinitio est prohibita. Quamuis autem dæmones non possunt per seipsos futura contingētia scire certitudinaliter : tamen frequenter uera prædicunt, quia euentum futurum aliquo modo præsentunt. Hoc autem est quadrupliciter, sicut dicit Augustinus in iii. Super Gen. ad litteram. Aut enim sensus, uel ingenij acrimonia, aut multa experientia, aut dolosa cautela, aut aliena doctrina. Sensus acrimonia,

Dis 39

nia, ut quando uident diligenter, & considerant ad quid inclinetur affectio nostra : uel quæ sint inducentia, uel retrahentia. Experientia temporum, quia ex talibus uidet accidere talia. Dolosa cautela, quando præponit aliquid facere, & prædicat, quod aliquid sit facturum. Aliena doctrina, quando iusto Dei iudicio permittitur addiscere ab angelis. Et sic patet, quod dæmones futura contingētia, & si possunt probabiliter præsentire, nõ possunt tamen certitudinaliter præscire, sicut ostendunt rationes ad hoc inductæ.

A D I L L V D ergo, quod obiicitur de astronomis, siue mathematicis, quod dicunt frequenter uera. Dicendum, quod hoc solum est coniecturando, siue secundum legem astrorum, siue secundum diabolica cõmercia. Secundum legem astrorum, ut potè, quando dominantur stella, quæ habet impressionem super diuersos humores, disponit secundum hoc hominem ad diuersos mores, & affectiones. Secundum diabolica commercia, ut quando uolunt ui astrorum ultra procedere, quã ad illud, super quod posunt : tunc enim nisi diabolus ad esset, ita frequenter falsum, sicut uerum dicerent : nunc aut cum toto auxilio dæmonum frequenter falsa prædicunt, & decipiuntur. Sed tanta est dæmonũ astutia, quod ita sciunt occultare fraudem suam, ut ostendant errorem, siue defectum fuisse in astronomo considerante, nõ in arte, aut diabolo assistente. In hoc igitur stat resp. quod astronomi de contingētibz habentibus causam

fallibilem, & indeterminatā nō
præsciunt uera, nisi ex coniectu-
ra; & diabolus ex maiori conie-
ctura illa præsentit, non tamen
certitudinaliter præscit. AD
ILLVD, quod obiicitur de Ma-
gis, & Diuinis, quod dicunt uera.
Dicendum, quod uerum est: sed
cum aliquando dicant falsa, pa-
tet quod potius dicunt uerū ca-
sualiter, quā certitudinaliter,
coniectura potius, quā scientia.
Qui enim semel dicit futurū in
uero domini, & non euenit (si-
cut in lege dicitur) somnator
est, & non propheta domini, &
ideo præcipitur occidi. AD IL-
LYD, quod obiicitur de somniis, in
quibus præuidentur futura. Di-
cendum, quod (quicquid de hoc
senserint philoso. quorum posi-
tiones longum est retexere) quod
de eis dicit sacra scriptura, indu-
bitanter est tenendum. Repre-
hendit enim eos, qui confidenti-
ā habent in somniis: unde Eccl.
34. Sicut parturiētiscor tuū phā-
tasias patitur, nisi ab altissimo
fuerit missa uisitatio. Intelligen-
dum, quod quinque de causis fiūt
somnia. Quædam cōtingunt ex
dispositione corporis. Quædam
ex solitudine mentis. Quædam
ex illusionē diabolica. Quædam
ex reuelatione angelica. Quædam
ex uisitatiōe diuina. Prima duo
somnia sunt præfagia futurorū,
quæ habent causam in nobis: ut
somnia, quæ contingunt ex cau-
sis corporis, sunt signa infirmi-
tatis: Somnia quæ cōtingunt ex
solitudine mētis sunt signa eo-
rum, ad quæ faciēda, uel deside-
rāda nostra inclinatur affectio.
Aliorum uero nō sunt signa de
se: immo si ad alia applicentur,

Dente,
33.

potius præbent occasionē erran-
di, quā præsciendi. Somnia,
quæ sunt a diabolica illusionē,
nullius sūt roboris, sicut nec di-
uinationes aruspicum. Somnia
uero, quæ sunt ab angelis bonis,
aut a Deo, sunt in nobis signa,
sunt uera, & recta: & ita ex hoc
non habetur, quod præcognitio
futurorum contingentium ali-
ter habeatur, quam a Deo, nisi
per aliquam coniecturam.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod
anima quodāmodo est omnia.
Dicendum, quod intellectus a-
gens non est ens actu plenē re-
spectu omnium, quia nō est ple-
nē agens, & ideo indiget iuari
a cognoscibili ad hoc, quod fiat
in actu, uel a Deo, qui est omni-
no actus respectu omnium en-
tium, & uerorum: & quia futu-
rum contingens nō habet esse,
nisi indeterminatum: ideo nō
potest intellectu iuare ad certi-
tudinalē cognitionem habē-
dam de se. AD ILLVD, ergo, quod
obiicit, quod intellectus agens
est in actu respectu omnium, ad
quæ possibilis est in potentia: sol-
uendum est per interemptio-
nem, non solum in hominibus,
uerumetiam in angelis. Quæ-
dam enim sunt, ad quæ tā agēs,
quam possibilis est in potentia,
quia sunt supra posse creaturæ:
unde illa propositio non habet
ueritatem, nisi de his tantum,
quæ sunt infra posse intellectus
creati: respectu quorum habet
intellectus se, & in ratione
agentis, & possibilis:
non autē respectu
eorū, quæ sunt
supra: & sic pa-
tet illud.

AR.

ARTICVLVS II.

QVÆSTIO I.

An omnes forme inducantur a crea-
ture; uel aliquæ sint ab a-
gente creato?



CONSEQUENTER
quæritur de secundo
articulo. scilicet de uirtute
dæmonum. De qua
tria quærentur. Primū est qua-
si præambulum, utrum omnis
formæ inductio sit a creatore, an
aliquæ sint ab agente creato. Se-
cundum est, utrum uerarū for-
marum inductio sit a spiritu ma-
ligno. Tertium est, utrum mini-
sterio dæmonum possit quis uti
in homini operibus sine peccato.

UTRUM omnis formæ indu-
ctio sit a creatore: an aliqū
agens particulare siue creatum
possit aliquam inducere. Et quod
omnis sit a creatore, uidetur: pri-
mo auctoritate domini in Ioan-
ne. Pater meus usque modo ope-
ratur, & ego operor: sed si res
producerentur quantum ad for-
mam a natura, non propter hoc
diceretur Deus usque modo ope-
rari: ergo uidetur, quod omnis
forma sit ab ipso. ITEM. Ratione
uidetur. Nobilius principium ē
forma, quā materia, & magis
dicit, quid diuinum: ergo cū na-
tura non possit in minus, quia
non potest in productionē ma-
teriæ, immo est a sola creatione:
multo fortius uidetur de forma.
ITEM. Principia rerum sunt in-
corruptibilia, ut uult Philoso-
phus: ergo tam materia, quam
forma: sed incorruptibile est in-
generabile, ergo tam materia,
quā forma est ingenerabilis:
ergo si producitur in esse, hoc

1. Ph
11. 5

non erit a natura, sed solum per
creationem. ITEM. Omnis actio
creaturæ terminatur ad hoc ali-
quid: sed forma non est hoc ali-
quid, ergo non terminatur ad
formam: ergo cū productio na-
turalis ad illud terminetur, quod
producitur per naturam, impos-
sibile est formā produci ab agē-
te creato. Nec materiam: hoc cō-
stat: & omne, quod producitur,
secundum aliquod horum pro-
ducitur: ergo nihil producitur
ab agente creato. ITEM. Cum
producitur forma, aut ex aliquo,
aut ex nihilo. Si ex aliquo: sed
omne, quod est ex aliquo, habet
aliquid sui constitutum tan-
quam principium intrinsecum:
ergo forma est cōposita ex ma-
teria & forma, quod absurdum
est. Si ex nihilo: sed omne, quod
ex nihilo creatur, est a creatore:
ergo nulla forma est ab agente
creato. ITEM. Cum forma est in
potentia materiæ, aut est in po-
tentia, in qua, aut a qua, aut ex
qua. Non ex qua, hoc probatum
est: cum forma nō habeat mate-
riale principium, ex quo cōstet,
immo sit in simplici essentia cō-
sistens: ergo in qua, uel a qua.
Non a qua, quia materiæ nō est
agere: ergo solum in potentia,
ut in qua: sed forma, quæ solum
est in potentia, ut in qua, totali-
ter est ab extrinseco, & nulla ta-
lis forma est naturalis, uel a na-
tura: ergo nullum agens creatū
pōt naturalē formā producere.

CONTRA. Omnis res sicut
uult Aug. Dam. & Philosoph.
habet propriam operationem,
alioquin aliquid esset ociosum
in natura: sed omnis operatio
boni alicuius est operatrix, alio-

Aris. 7
Met. 6.

P. 4. quia

*Aris. 8
phys.
com. 1.*

quin est frustra: ergo uidetur, quod omnis res aliquid possit producere, siue operari ad alicuius productionem: aut ergo materiae, aut formae: non materiae; ergo formae. **ITEM.** Vnius corruptio est contrarii generatio, nunquam enim abiicitur frigus, nisi per introductionem caloris, nec econuerso: sed constat, quod agens creatum potest abiicere, & corrumpere contrarium; ergo potest se, uel simile sibi introducere. **ITEM.** Certum est, quod calidum calefacit: qui hoc non nouit, indiget esu: ergo calor ignis generat calorem; ergo pari ratione qua calidum generat calidum, ignis generat ignem: cum non sit minoris uirtutis. **ITEM.** Certum est, quod obiectum generat sui similitudinem in speculo: quod patet, si obiectum amoueat, nullo modo resultabit ibi similitudo: ergo pari ratione si ad sit materia disposita, agens potest generare sibi simile in natura; ergo &c.

RESOLVTIO.

Quidquid dicant alij: in materia sunt rationes seminales formarum; has agens particulare educit, & producit.

RESPONDEO. Dicendum ad hoc, quod de educatione formae in esse, quadruplex fuit positio. Quidam enim posuerunt limitationem formarum, sicut imponitur Anaxagorae. Et illud potest dupliciter intelligi: Aut quod ipse poneret formas actualiter existere in materia, sed non apparere extrinsecus, sicut pictura cooperta panno; et iste modus impossibilis est omnino, quia tu ne contraria simul ponerentur in eodem. Alio

modo potest intelligi sic, ut essentiae formarum sint in materia in potentia: non solum latentes: sed entes in potentia: ut materia habeat in se seminales omnium formarum rationes, sibi a prima conditione inditas: & illud concordat & philosophiae, & Sacrae scripturae: & per actionem agentis educeretur in actum. Sed hic intellectus non fuit huius positionis, sed primus fuit, secundum quod expositores dicunt. Haec enim positio fuit, quod agens particulare nihil agat, sed tantum detegat. **ALIA** fuit positio Philosophorum modernorum, quod omnes formae sunt a creatore.

*Albr.
Map.*

Et haec positio potest dupliciter intelligi: uno modo, quod Deus sit principaliter agens, & producat in omni rei educatione, & sic habet ueritatem: uel ita quod Deus sit tota causa efficiens: & agens particulare non facit nisi materiam adaptare: ut sicut producat animam rationalem, ita & alias formas: & iste intellectus, uidetur fuisse illorum philosophorum. Et iste intellectus est impossibilis, quia agens particulare, aut inducit aliquid, aut nihil, Et si nihil: ergo nihil agit. Si aliquid inducit: ergo uidetur, quod aliquam efficiat dispositionem; sed qua ratione potest in unam, & in aliam; quare ista positio non est rationabilis.

TERTIA positio est, quod formae naturales ferè omnes (ad minus corporales, cuiusmodi sunt elementares formae, & formae mixticis) sunt in potentia materiae, & per actionem agentis particularis educuntur in actum: & ista est positio, quam uidetur tenuisse

le

se Philosophus, & modo tenent communiter Doct. in philosophia, & theologia. Sed tamen haec duas habet uias. Nam quidam dicunt, quod huiusmodi formae sunt in materia, & in potentia receptiua, & quodammodo actiua, siue cooperatiua; quoniam materia & habet possibilitatem ad recipiendum, & etiam inclinationem ad cooperandum; & in agente est huiusmodi forma producenda, sicut in principio effectiua, & originali; quia omnis forma per naturam suae speciei recipit uirtutem multiplicandi se, unde inductio formae est ab agente, formam suam multiplicante. Et ponit exemplum in candela, quomodo una inflammat multas: & ab uno obiecto relucet multae imagines in pluribus speculis: & huiusmodi formae (ut dicunt) non habent ex quo sint materialiter, sed ex quo originaliter: & ideo non dicuntur creari, nec dicuntur esse ex nihilo. Illud enim creatur, quod nullo modo est: sed talis forma sic producta, aliquo modo est, tum ratione agentis, tum ratione materiae. **ALIA** uia est, quod formae sint in potentia materiae: non solum in qua, & a qua aliquo modo, sed etiam ex qua; & hoc dicunt, non quia ipsa essentia materiae sit, ex qua res producitur: sed quia in ipsa materia aliquid est concreatum, ex quo agens dum agit in ipsum, educit formam; non (inquam) ex illo tanquam ex aliquo, quod sit tanquam aliqua pars formae producendae: quia illud potest esse forma, & fit forma; sicut globus rosae fit rosa. Et ista positio ponit, quod in mate-

ria sint ueritates omnium formarum producendarum naturaliter; & cum producitur naturaliter quidditas, nulla ueritas essentiae inducitur de nouo, sed datur ei noua dispositio, ut quod erat in potentia fiat in actu. Differunt enim actus, & potentia: non quia dicant diuersas quidditates, sed dispositiones diuersas eiusdem: non tamen sunt dispositiones accidentales, sed substantiales. Et hoc non est magnum si est in potentia agentis creati, ut quod est uno modo, faciat esse alio modo. Et haec positio inter omnes praedictas uidetur esse intelligibilior, & ueritati uiciniior. Haec positionem credo esse tenendam; non solum, quia eam suadeat ratio; sed etiam, quia confirmat auctoritas Augustini super Gen. ad literam, quam Magister allegat; quod quae producuntur a natura, secundum rationes seminales producuntur. Quid autem sint istae rationes seminales, uidebitur infra quando de his erit sermo. Secundum hanc igitur positionem sustinendum, quod agens particulare educit formas, & inducit, & res naturales producit: & rationes ad hoc inductae sunt concedendae.

AD ILLUD ergo, quod obicitur, quod Deus operatur usque modo. Dicendum, quod uerum est, quia uel per se operatur, uel cum aliis; unde argumentum non ualeat; Deus usque modo operatur; ergo agens creatum ei non cooperatur. **AD ILLUD**, quod obicitur, quod non potest in materiam. Dicendum, quod non est simile; quia materiale principium non est in alio

Dis. 18

RE

ut in potentia, cum sit de se potentia; tunc enim esset in potentia, & educeretur potentia de potentia, quod non est intelligibile: secus est in forma, ut uisum, est: & ideo non est simile. Potest et sumi ratio ex parte agentis: quia productio creaturæ cum sit agens limatum, est productio similis a simili: sed constat, quod nihil agit ratione materiæ, sed forme: ideo magis potest in formam, quam in materiam. AD ILLUD, quod obicitur, quod principia rerum sunt incorruptibilia: illud intelligitur in uniuersali, non in particulari: uel intelligitur secundum essentiam, non secundum esse: & ideo forma in particulari generatur, & corrumpitur. Vel potest dici, quod essentia eius remanet in potentia post corruptionem, sicut ante generationem. AD ILLUD, quod obicitur, quod actio naturæ ad hoc aliquid terminatur. Dicendum, quod (sicut dicit Philosophus) proprie loquendo forma non generatur, sed compositum. Cum enim producit forma, non producit in se, nec per se, sed ut in materia, & sic facit compositum, & ad illud terminatur generatio: nihilominus generatio, uel productio naturalis respicit compositum principaliter gratia formæ. AD ILLUD, quod obicitur, utrum ex aliquo, aut ex nihilo. Dicendum, quod secundum tertiam positionem tenendo primam uiam illius positionis, formæ producuntur ex aliquo: nec non ex aliquo materialiter, uel constitutiue: sed non ex aliquo originaliter. Vel secundum tertiam opinionem tenendo uiam secundam illius positionis; sicut

7. Metaphy.
sex. 32
8.
Met. 3.

ex aliquo: non quod (ex) dicat partem: sed quod dicat consubstantialitatem, sicut rosa ex globo: quia globus fit rosa. Et per hoc patet ultimum. Concedo enim, quod forme naturales sunt in materia quantum ad potentiam, & in qua, & ex qua, & a qua, secundum predictum modum. ET SI TR OBICIAS, quod materia non agit, nec constituit. Dicendum, quod essentia materiæ solum se habet per modum receptiui: sed seminarium inditum se habet quodam modo per modum actiui: quodammodo per modum passiuum, quoniam cooperatur agenti: nihilominus ipsum uariatur ab una dispositione in aliam; ut dictum est. Hæc igitur est summa positionis, quod agens creatum nullam quidditatem, nec substantialem, nec accidentalem omnino producit: sed entem sub una dispositione facit esse sub alia.

QUESTIO II.

An demones ueras rerum formas rebus inducere possint?

UTRUM ueratum formarum inductio possit esse a spiritu maligno. Et quod sic, uidetur. Primo auctoritate Sacre scripture. Exod. 7. dicitur. Fecerunt autem malefici similiter: sed constat, quod uirga Moysi conuerfa fuit in uerum draconem, alioquin non esset uerum miraculum: si ergo malefici similiter fecerunt, & hoc non nisi uirtute demonum; ergo demones ueros serpentes de uirgis facere possunt; ergo & ueras formas inducere. ITEM. In Glof. habetur idem. Demones discurrunt per mundum, & subito semina afferunt, sic quod nouas rerum species producant.

ducunt: ex hoc patet, quod specierum, siue formarum inductio fit a spiritu maligno. ITEM. Maior est potestas demonum, quam hominum per artificium: sed homines mediante arte alchimie diuersorum metallorum species faciunt; ergo multo fortius hoc demones possunt. ITEM. Quod subiacet potentie inferiori, subiacet superiori: sed potentia demonum per naturam superior est potentie rerum naturalium; quia dicitur Iob. 40. Non est potestas super terram, quæ ei possit comparari: si ergo natura inferior ueras, & nouas species potest inducere, & inducit: ergo & potentia demonum. ITEM. Formæ secundum seminales rationes latent in materia, ut habetur in litera, & prædeterminatum est supra: & ad hoc, quod fiant in actu, non indigent nisi extrinseco adiutorio; si ergo diabolus scit modum educendi, & posse habet ad adiuuandum: ergo ueras formas potest inducere.

Arif. 1. ITEM. Ordo uniuersitatis est, ut Meteo. superiora per naturam influant in inferiora: sicut patet, quod celestia influunt in hæc inferiora; sed spiritualia multo sunt superiora respectu corporaliu, quam corporalia respectu corporaliu; ergo si corporale a deo potest influere in corporale, quod sua influentia, & uirtute, & actione educit formam de potentia in actum: sicut patet tam in actione elementorum, quam corporu celestium: ergo multo fortius potest hoc spiritus siue bonus, siue malus.

CONTRA. Exod. 7. Absorbuit uirga Moysis uirgas Magorum;

quod exponens Aug. ait, & habetur in Glof. Moysi uirga absorbuit uirgas, non dracones. Absorbere enim potuit, quod erant, non quod non erant; ergo uirgæ, quæ uidebantur uersæ in dracones, erant uirgæ non uersæ in serpentes; si ergo demones tunc operati sunt ita excellenter, ut potuerunt uidetur, quod species rerum non possint uere transmutare, aut educere. ITEM. 2. Thess. 2. dicitur, quod manifestatio Antichristi erit in signis, & prodigiis mendacibus secundum operationem Sathanæ; si ergo mendacia erunt prodigia, & signa; ergo non uere faciet, quod uidebitur facere; sed tunc maxime operabitur diabolus secundum posse suum; ergo non potest ueras formas inducere. ITEM. Super illud. Immissiones per angelos malos. Glof. Aug. Ea, quæ mirabiliter in creaturis fiunt, attribuere malis angelis non audemus; sed subito de uirgis facere ueros serpentes, est miraculum, quia contra solitum cursum nature; ergo hoc non potest malus angelus. ITEM. Ratione uidetur hoc ipsum sic. Omne, quod dat alteri speciem, & actum; est ens actu respectu eius, quod dat. Hoc probat Philosophus, & dicit in 7. primæ philosophiæ: nihil enim dat, quod non habet; sed angelus malus, nec genere, nec specie conuenit cum istis rebus corporalibus; ergo non potest eis formas, & species dare. ITEM. In productione, siue in transmutatione rerum naturalium angelus operatur; aut ergo naturaliter, aut artificialiter. Si naturaliter; cum natura sit uis insita rebus

bus

bus similia ex similibus pcreas, tunc faceret angelos. Si artificialiter: sed quod est ab operante artificialiter, est artificiatum: ergo formæ, quas inducit, sunt artificiales: sed asinus artificialis non est asinus uere, sed æquiuoce, & similiter manus, & consimilia: ergo nunquam inducit ueras formas. **ITEM.** Si inducit ueras formas: ergo facit uera miracula: ergo miracula non attestantur potentie diuinæ: ergo non sunt in robur fidei Christianæ. Si dicas, q̄ differunt ab istis, quæritur quomodo differunt, & quomodo possunt discerni.

RESOLVTIO.

Artificiales formas possunt quidem demones & propria uirtute inducere; at naturales, non nisi in aliena, scilicet in uirtute met, rerum.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum. Quod quando quæritur, utrum dæmon possit inducere ueras formas, aut trāsmutare de forma in formā: non est quæstio de forma artificiali, q̄a planū est, q̄ potest facere imagines, & figuras sicut homo: sed de formis naturalibus, utrum. s. possit uerum serpentē, & ueram ranā producere: & sic de aliis. Ad hanc quæstionē respondendum est per distinctionem: quoniā q̄ dæmon formā inducat, dupliciter potest intelligi: aut q̄ uirtute propria, aut q̄ uirtute aliena. Si intelligatur, q̄ inducat uirtute propria: sic absque dubio falsum est: & hoc dicit Aug. Si intelligatur, q̄ uirtute aliena. s. per uirtutem rerum naturalium, quas coniungit ad inuicem, pōt: sicut est exemplū

in agricola, qui segetes median- te semine iacto, & terra germi- nante, & aqua irrigante fructifi- care facit, & hoc est uirtute alie- na: uirtute autem propria gene- rat sibi similem. Et ratio huius est: quia forma naturalis nō p- ducitur nisi a conditore nature, uel a natura condita operante p- modum nature: & ideo rem natu- ralem uirtute sibi indita pro- ducit: sed operando in agricultura operatur, ut artifex; & ideo naturam potest expedire, & ad- iuuare: sed rem nature non po- test producere. **DICENDVM** igitur, q̄ spiritus maligni possunt formas artificiales inducere per uirtutem propriam, & formas naturales per uirtutem alienā; per propriam autē non possunt; & ratio huius est: quia operatur p- modū artis in hoc, & non per modum nature: unde sicut natu- ra non producit formam artifi- cialem; sic nec ars formam natu- ralem. **SI QVAERATUR** ratio huius: dico, q̄ est limitatio potē- tiæ agentis ad talem, & talē effe- ctum secundum dispositionem Dei, & primariam ordinationē causarum. **RVRSVS**, si quæras rationem quare Deus sic dispo- suit: dico, q̄ ordo sapientie hoc requirit. Cum. n. sit triplex agēs. s. Deus, natura, & intelligentia: ista sunt agentia ordinata: ita q̄ primum præsupponitur a secun- do, & secundum præsupponitur a tertio. Deus enim operatur ex nihilo: natura uero non facit ex nihilo: sed ex ente in potentia; ars supponit operationem natu- ræ, & operatur super ens cōple- tum; non enim facit lapides, sed domū de lapidibus. Unde sicut

natura

natura non potest anticipare operationem dei, quæ est de ni- hilo producere, sic nec ars ope- rationem nature. Sed tunc quæ- res, quare non est econuersio, ut ars præcedat naturam. Dicen- dum, quod operatio naturalis per naturam prius est in eodem quā operatio artis. Et præterea est alia ratio. Quia agens per na- turam producit sibi simile secū- dū ueritatē: sed agens secundū artem simile solū scđm speciē, uel ideā, uel exemplar. Quia er- go in productione rei naturalis siue formæ naturalis agēs aliqd impartitur passo, & nihil impar- titur aliquid, nisi id, respectu cu- jus est in actu secundum uerita- tem: ideo formas illas de poten- tia in actū deducere nō potest, nisi quod agit per modum natu- ræ. In artificialibus autem nihil impartitur agens passo, sed au- fert, uel mutat secundū locum, sicut patet ī forma cōpositionis & figura incisionis: & hinc est, q̄ agens per artem non potest per uirtutem propriā formas na- turales pducere: nisi ille solus, qui est actus plenus, & pfectus respectu oīm tam in cognoscen- do, q̄ in operando. s. solus deus. Dicamus igitur breuius, q̄ has formas (de quibus loq̄r) dæmo- nes possunt uere trāsmutare, nō tñ uirtute sua, sed nature. Unde tñ sunt ministri, non principa- les agentes: quia si essent princi- pales agentes, cū non producāt per cōueniēs, noīe & specie. pro- ducerēt sicut creator, & ita es- sent creatores, q̄ Aug. expresse negat. Unde tres rōnes primæ uerū concludunt: qm̄ non pro- bant, q̄ faciant uirtute sua: sed

uirtute seminum adductorum. **AD ILLVD**, quod obiicitur, q̄ uirtute propria, quia potentia eius est excellentior. Dicendū, quod illa propositio non habet ueritatem nisi de uirtute, quæ per omnem modū est superior: uel si in aliis habet locum, oportet intelligi in his, ad q̄ utraque uirtus habet similiter ordinari: aliter patet esse falsum: homo enim potentior est asino, non tamen potest generare asinum, sicut asinus facit, quia uirtus eius non est ad hoc: similiter in- tellige ī proposito. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod formæ sunt in materia seminaliter. Di- cendum, quod illa ratio semina- lis ualde remota est ab actu cō- pleto, nec potest ad actum re- duci, nisi multa adminiculanti- a habeat, ex quorum influen- tia sibi, & nature suæ conueniē- te proficiat, quousque ad actū perueniat. Talis non est influē- tia spiritus propter disconueniē- tiam in forma, & natura: influe- re enim potest ad motum loca- lem, & regimen, non ad gene- rationē. **AD ILLVD**, quod obi- citur, quod spiritualia influāt in corporalia, & superiora in inferiora. Dicendum, q̄ influūt scđm proportionem unius ad alterum, & secundum quod cō- petit nature suscipientis: aliter enim influit sol, aliter angelus. Sol potest influere corporalē, uel formalem proprietatē, com- municando scilicet lucem, & ca- lorem; angelus non sic potest influere in corporalia: sed solū localiter mutando, non ad for- mam, sed ad situm: cum non habeat conuenientiam in for- ma,

ma,

ma, & natura. AD ILLVD, quod obiicitur, quod nihil uere faciunt primò per uirgā Magorum. Dicendum, quod ueritas est, quod Glose uidentur sibi obuiare ibidem: ueruntamen hoc magis sonat, quod ueros serpentes fecerunt: & denominant ibi serpentes à materia præexistente, sicut serpentem Moyse uocant uirgam, licet uerus esset serpens: sic & de aliis intelligendum. AD ILLVD quod obiicitur, quod Antichristus faciet signa mendacia. Dicendum, quod illud intelligitur, non quia non faciet aliqua signa ueracia secundum transmutationem formarum: sed non ueracia habendo aspectum, uel respectum ad finem, siue ad intentionem: quia ad hoc faciet, ut mendacium, & falsum persuadeat. AD ILLVD quod obiicitur de glo. Aug. Dicendum, quod Aug. non negat quin aliquid possit demonibus attribui: sed quod non omnia sunt eis attribuenda, imò quædam attribuantur bonis angelis. AD DVAS sequentes rationes non oportet respondere: uerum enim concludunt, scilicet quod angelus propria uirtute non potest formas naturales transmutare, siue inducere, uel adducere de potentia in actum. AD ILLVD, quod ultimo obiicit: si uere educit, uere facit miracula: ergo miracula sunt signa fallibilia: ergo non sunt efficacia nostræ fidei testimonia. Dicendum ad hoc, quod & si sint uera opera, non tamen sunt uera miracula: quoniam miracula non sunt per uim naturæ, sed per uim supra naturam, quæ est agentis primis: sunt enim supra facultatem naturæ:

& ideo attestantur omnipotentia facientis: sed opera, quæ faciunt demones, & si miracula uideantur, quia fiunt in tempore non perceptibili, non tamen sunt uera miracula, quia fiunt uim naturæ. ATTAMEN si obiicias quod natura non potest ita cito operari: Dicendum, quod uerum est de hac natura per se: sed taliter potest esse adiuta, & confortata, uel consita rebus conuenientibus: ut quasi repente prorumpat in effectum: sicut patet de generatione ranarum, quas de quibusdam foliis in modico tempore nasci contingit. SI AVTEM quæras, quomodo discernantur huiusmodi miracula. Dicendum, quod & si conueniant in materia, differunt tamem ex parte principalis agentis, & ex parte ministri, ex parte finis, & ex parte facti. Ex parte principalis agentis: nam in miraculis diuinis operatur agens potentia infinitæ, & supra naturam. In miraculis demonum operatur uirtus naturæ multipliciter adiuta per naturas alias. Ex parte ministri: nam dei miracula fiunt per publicam iustitiam secundum ueritatem, uel secundum appareniam. Sed miracula demonum fiunt per priuatos contractus, & quædam arcana. Et hoc est, quod dicit Augustinus, quod boni faciunt miracula per publicam iustitiam, hoc est per fidem ueram, quæ uere iustificat: quam ueritas omnibus prædicat. Mali Christiani per signa publicæ iustitiæ, quia fidem habent, & uidentur habere opera: sed magi per priuatos contractus: & hoc est quod dicitur in Exodo per incantationes

&

& arcana quædam. Huius signum est, quod ibi sunt tenebrarum opera: quia qui male agit, odit lucem. Ex parte finis differunt similiter: quia miracula dei fiunt ad utilitatem, & diuinam gloriam: sed Magorum ad deceptionem, & gloriam uanā, & excellentiam: unde sunt quasi inutilia. Differunt etiam ex parte facti, quia demones faciunt huiusmodi uilia, & inutilia: miracula uero diuina sunt ualde necessaria, & utilia. Unde demones maxime faciunt ranas, & serpentes, quia hæc de facili producuntur operatione naturæ, & quia diuino iudicio magis permittuntur ad prioris facti memoriā. Unde sicut deus temperat potentiam, & astutiam diabolicam, ut sic patiat eum peruerse imitari, ut in ipsa imitatione possit seducere malos iuxta eorum merita mala, possit etiam deprehendi à bonis: & ut fides sinui cum miraculis habeat locum. Si enim solus deus, & eius serui miracula facerent, quis non credidisset in deum, miraculis compulsi? Nunc autem cum mali faciunt, qui diuinitus illustrantur, ut inter hæc possint discernere, per uera miracula adiuuantur, & per demonum miracula exercentur, & probantur.

QUESTIO III.

An magi possint abstinere a peccato.

VERVM aliquis possit uti ministerio demonum in facie dis huiusmodi miraculis absque peccato. Et quod non, uidetur. Non potest à demonibus requiri consilium absque peccato: ergo non recipi ministerium, siue consi-

lium. Prima probatur auctoritate, & exemplo. Auctoritate, quæ Leuit. 20 præcipitur occidi, qui sciscitat magos, & ariolos. Exemplo probatur. 4. Reg. 17. ubi reprehenditur, & punitur ex Israel, qui misit ad consulendum deum Acaron. ITEM. Aug. de doctrina Christiana dicit: diuinationes esse damnandas, & fugiendas, quia ibi intercidunt pacta demonum: si ergo plus est facere, quam docere, & primū non est sine pactationibus damnabilibus: ergo nec secundum. ITEM. Diabolus est dolosus: & constat quod nullum diligit nisi in malum suum, & ut ipsum peruertat: ergo qui suscipit ab eo obsequium, committit se discrimini: & omnis talis peccat mortaliter: ergo &c. Item Diabolus est inimicus Iesu Christi, & dei: ergo qui suscipit ab eo auxilium, uel facit commercium, cum nulla sit conuenticio Christi ad belial, efficitur Christi inimicus: sed non potest esse sine peccato: ergo &c.

CONTRA. Hoc uidetur auctoritate Apostoli, qui tradebat incorrigibiles Sathanæ in interitum carnis, sicut patet. 1. Cor. 5. ergo utebatur ministerio demonum ad adimplendam iustitiam: ergo pariratione potest homo quando indiget, uti ad alia obsequia. ITEM. Si indigeo elemosina, non tantum à bono, sed à peccatore, & impio possum accipere, & petere: ergo si indigeo pane, & uino possum hoc petere à demonio, ut procuret, si non adest homo, qui statim tribuat. ITEM. A malo seruo potest quis exigere seruitium, & recipere: ergo si quis sanctus diabolum superauit,

rauit,

rauit, potest ei licite imperare, & eius obsequium in creaturis transmutandis accipere. **ITEM.** Esto quod huiusmodi artes solis, characteribus exercentur sine immolationibus, & aliis commerciis, uidetur, quod ibi nullum sit peccatum, quia illi characteres aut habent aliquam uirtutem compellendi daemones, aut nullam. Si nullam: ergo daemones nihil faciunt. Si aliquam: sed omnis uirtus est à deo, & uti aliquo ad id, quod est, non est peccatum: ergo uidetur, quod miracula ista daemonum possunt exerceri absque peccato. **ITEM.** Si aliquis suscipiat obsequium daemonum in his, quae expediunt sibi, siue in miraculis, siue in aliis, bene sciens, quantum potest in quo peccat: uidetur, quod in nullo. Quia in fide non peccat: quia nihil credit diuinitatis esse in diabolo. In moribus non peccat: ergo nullo modo, ut uidetur. **ITEM.** Si ego amissem librum meum, non esset peccatum, si requirerem à quocunque, qui sciret ubi esset: ergo si aliquis amisit cappam, & ego scio bene, quod diabolus potest nosse: uideretur quod illud saltem sine peccato potest fieri: Quæritur ergo, utrum huiusmodi artes, uel diuinationes possunt esse absque peccato.

RESOLVTIO.

Quod commercium Christianorum cum aduersarijs suis, & Christiani eijciantur procul huiusmodi magica artes. Num. non suspectus erit aut infidelitatis, aut idololatriæ, & inobedienciæ, malefactorum operator?

RESP. Dicendum, quod hu-

ijsmodi artes magicæ, siue diuinationes non possunt esse absque peccato: nec potest à diabolo requiri consilium, uel etiam auxilium, siue ministerium absque peccato: nisi fortassis in hoc casu, ubi deus diabolum subiiceret homini iusto suo iudicio, & sicut de aliquibus uiris sanctis audiui narrari: uoluntario autem commercio non potest sine peccato. Aut enim est ibi peccatum infidelitatis, utpote si daemone credendo, attribuit diuinum aliquid. Aut est ibi peccatum idololatriæ, utpote in oblationibus & sacrificiis. Aut in obedienciæ saltem, quia facit contra prohibitionem diuinam, & ecclesiæ. Ratio autem huius prohibitionis est: quia talis peccat in seipsum, dum se committit discrimini, Peccat in ecclesiam: quia habet commercium cum illo, qui est omnino præcisus, & ecclesiæ aduersarius. Peccat etiam in maiestatem diuinam; dum recurrit ad diabolum, quasi non sit omnipotens, & omnino sufficiens, & benignus deus Christianorum: & ideo prohibitum est, & sine peccato fieri non potest: unde concedendæ sunt rationes ad hoc inductæ.

AD ILLVD, ergo, quod obiicitur, quod Paulus utebatur ministerio diabolico in puniendo malos: Dici potest, quod hoc non erat diabolico commercio, sed magis diuino iudicio, & ipsius Apostoli imperio, cui subiciebantur spiritus maligni, non confederabantur, sicut Magi, & Diuini. Vel dicendum, quod illud tradere non erat aliud, quam exponere uexationi daemonum.

AD

AD ILLVD, quod obiicitur, de elemosyna quæ possum accipere ab impio. Dicendum, quod non est simile duplici ex causa. Primum quidem, quia & si membrum non sit actualiter unitum, non tamen est membrum omnino præcisum, sicut daemone: & possunt recipi, & impendi ex charitate pietatis officia: non sic est de diabolo, & angelis eius, quorum certa est damnatio. Amplius. Elemosyna, quæ habet impius, tunc necessitatis est uiri iusti: ergo uir iustus cum exigit eam, & recipit, quod suum est, accipit, & ideo iuste facit. Non sic est de ministerio diaboli in faciendis miraculis: nunquam enim diabolicis miraculis, uel præsidis indigemus: quia aut Dominus subuenit per se, aut per angelum suum, aut per proximum nostrum, aut tribuit patientiæ meritum.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod diabolus est seruus. Dicendum, quod eius seruitium, & ministerium non est ad hoc deputatum a Deo, nisi fiat speciali privilegio: sed potius deputatus est ad tentandum, & exercendum, & sic seruit, licet intendat expugnare, quia de malo suo Deus facit bonum nostrum. **AD ILLVD,** quod quæritur, quod peccatum sit in characteribus. Dicendum, quod magnum peccatum est, quia ad hoc fiunt, scilicet ad ministerium daemonum implorandum, quod non licet: & ideo malo sine fit. **QVO D** aut quæritur, aut habet uirtutem, aut non. Dicendum, quod ex se non habent uirtutem, sed solum ex diabolica pactio: sic. non pepigit diabolus cum illis, qui fuerunt ei familiares, quod talia si-

gna recognosceret, & ad talia se præsentem offerret. Ostendit autem per illa se cogi, ut ostendat aliquid ueritatis esse in homini artibus, in quibus sunt multa nefanda; per quæ adducitur homo, & a fide, & a cultu Dei. Unde nullo modo credendum est, quod tales characteres aliquid possint, maxime super spiritus, nisi ex pactio eorum: & ideo omnia talia carmina uana sunt, & perniciosa, nec facit diabolus, quia in illis delectetur, sed in infidelitate facientium.

AD ILLVD, quod quæritur, in quo est peccatum. Dicendum, quod si aliquis hoc faciat, non credens eos habere posse, nec offerens quicquam, peccat peccato inobedienciæ, & peccato morum: quia ex hac ipsa inuocatione daemonum facit contumeliam Deo suo, & cetui Christiano: & dum iungit se schismatico, & mendaci, se periculo committit: sed uix, aut nunquam ex hoc solo diabolo satisfacit, nisi aliqua infidelitas, uel idololatria immisceatur. Sicut. non ad diuina miracula plurimum facit fides recta, sicut sonant euangelia: sic ad daemonum miracula facit multum fides peruersa, quoniam diabolus peruersus est imitator Dei.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod non sit peccatum quærere de perditis. Dicendum, quod peccatum est, quia contra prohibitionem, & prohibitum est prædictis de causis. Potissima tamen causa est, quia ipse mendax est, & pater eius: & frequentissime ueris immiscet falsa. Et ideo periculum magnum est credere sibi, quia posset hominem de facili inducere in errorem, & dicere quod il-

le habet rem, qui non habet: & uidet per hoc posse oriri mala: & quia et ad se allicit per hmōi reuelationes, & ad suam societa- tem, quæ perniciofa est ualde: ad quā desiderat diabolus ut de- cipiatur. Et iō ut hoīes minus ca- ueāt, in suis diuinationibus quæ- dam honesta prætentit: ut pote quia puero uirgini suas diuina-

tiones ostendit: cum tamen in occultis ad turpissima incitet: & ideo dicit Aug. iiii. Super Gene. ad literam in fine. bono Chri- stiano siue mathematici, siue q- libet impiè diuinantes, maxime uera dicentes, cauendi sunt: ne consortio dæmonum animā de- ceptam pacto quodam societa- tis irretiant: & sic patet totum.

DISTINCTIO VIII.

PARS PRIMA.

De potestate dæmonum, quam habent super corpora simi- lia humanis.

Aug. in 2. lib. re- trac. di- xit de- mōnes aliquā do ho- minum dispositioes nō solū vo- ce prola- tas, ve- rō et co- gitatio- ne cōce- ptas, cū firma q- dā ex a- nimō ex- primun- tur in corpore tota fe- cilitate perdisce- re. Tūc rē dixi oc-

Olet etiam in quæstione versari apud doctos, utrum angeli omnes boni, scilicet ac mali corporei sint. i. corpo- ra habeant sibi vnita. Quod aliqui putant, inniten- tes verbis Aug. Qui dicere videtur, quod angeli omnes ante confirmationem, vel lapsum corpora aerea habuerūt de pu- riori ac superiore aeris parte formata, ad faciendum habi- lia, non ad patiendum: & angelis bonis qui persisterunt, ta- lia sunt obseruata corpora, ut in eis possint facere, & pati: quæ tantæ sunt tenuitatis, ut a mortalibus videri non va- leant, nisi superuestita aliqua grossiori forma: quæ assumpta videntur, deposita q; videri desinunt. Angelis vero malis mu- tata sunt in casu corpora in deteriore qualitate spissio- ris aeris. Sicut enim a loco digniori in inferiorem locum. i. ca- liginosum aerem deiecti sunt: ita illa corpora tenuia mu- tata sunt & transformata in deteriora corpora, & spissio- ra, in quibus pati possent a superiori elemento. i. ab igne. Et hoc Aug. sensisse videtur super Gene. Ita dicens, dæmones dicuntur aerea animalia, qui corporum aereorum natura vigent: nec per mortem dissoluuntur, quia præualet in eis elementum aptius ad faciendum quam ad patiendum. Ad patiendum enim humor & humus, ad faciendū aer & ignis aptitudinem præbent. Transgressores uerò angeli cum prin- cipe suo nunc diabolo, tunc archangelo, non mirū si post pec- catum in hanc caliginem detrusi sunt. Neque etiam hoc mi-

rum est si conuersi sunt ex pena in aereā qualitatem, qua possunt ab igne pati. Caliginosa tamen aeris tenere tantum permitti sunt, qui eis quasi carcer sit vsque ad tempus iudi- cij. Ecce his verbis videtur Aug. ita tradere, quod quidam opinantur de corporibus angelorum. Hoc autem eum alij di- xisse astruunt non ita sentiendo, sed opinionem aliorum re- ferendo, quod ex ipsius verbis diiudicare volunt; quibus ait, Dæmones dicuntur aerea animalia: non ait, sunt: ita enim quidā dicebant, De habitatione uero caliginosi aeris, in quē detrusi sunt non opinando, sed rei ueritatem asserendo eum tradidisse dicunt, quod ipsius locutionis distinctio ostendit. Dicunt quoque plurimos catholicos tractatores in hoc con- uenisse, atque id concorditer docuisse, quod angeli corporei sint, nec corpora habeāt sibi vnita, assumant autem aliquan- do corpora Deo preparante, ad impletionem ministerij sui sibi a Deo iniuncti, eademque post expletionem deponunt: in quibus corporibus hominibus apparuerunt atque locuti sunt. Et aliquando quidem locuti sunt ex persona Dei sine distinctioe alicuius personæ: aliquando ex persona patris, vel filij, sine spiritus sancti.

culissi- mā au- daciōri assertio- ne quā debui. Nā pue- nirenta ad noti- tiam de- monū p- nonnulla experi- mēta cō- peruum est, etc. Lib. 3. ca. 10. Verum lib. 8. de Ci. Dei. ca. 16. suam de hac re a- perit sē- tentiā.

Quæstio Augustini circa corporales Dei apparitiones. Nec dubitandum est Deum in corporalibus formis appa- ruisse hominibus: sicut Augustinus, in secundo Lib. de Tri- nitate, ostendit conferens diuersa scripturæ testimonia, ex quibus Deum in corporeis figuris hominibus apparuisse pro- bat: & aliquando ex persona Dei sine distinctioe: aliquan- do sub distinctioe personarum sermonem eis factum esse. Sed ubi Deum hominibus in corporalibus imaginibus appa- ruisse asserit: perplexam quæstionem proponit, quam nec ab- soluit: quærens, Vtrum in illis corporalibus apparitionibus creatura aliqua crearetur ad illud opus tātū, in qua Deus hominibus appareret: an angeli qui ante erant, ita mitteren- tur, ut manentes in suis spiritalibus corporibus assumerent ex corpulentia inferiorum elementorum materia aliquā spe- ciem corporalem: quam coaptatam quasi aliquam uestem mutarent in quaslibet species corporales ueras quidem: aut corpus suum proprium uerterent in species aptas actiōni-

Ca. 5. 6 & 7. & plurib. sequen- tibus. Li. 3. de Tri. c. 1. & li. 2. cap. 7.

bus suis per virtutem sibi a Deo datam. Ait enim ita *Auguſtin. in 3. Lib. de Trinita. Quærendum est in illis antiquis corporalibus formis & visis, vtrum ad hoc opus tantum creatura formata sit, in qua Deus: sicut tunc oportuisse iudicauit, humanis ostenderetur aspectibus: an angeli, qui iam erant, ita mittebantur, vt ex persona Dei loquerentur, assumptes corporalem speciem de creatura corporea in vsu ministerij sui: an ipsum corpus suum, cui non subduntur, sed subditum regunt; mutantes atque vertentes in species quas vellet accomodatas atque aptas actionibus suis secundum*

Ibidem attributam a creatore sibi potentiam. Sed fateor excedere vires intentionis meæ, vtrum angeli manente spiritali sui corporis qualitate, per hanc occultius operantes assumant ex inferioribus elementis corpulentioribus corpus, quod sibi coaptatū quasi aliquam vestē mutant, & vertant in quælibet species corporales & ipsas veras: sicut aqua in vinum

Ioā. 2. verum conuersa est a domino. An ipsa propria corpora, & sua transformant in id, quod volunt accomodatum ad id quod agunt. Sed quod horum sit (quoniam homo sum) nullo experimento comprehendere valeo: sicut angeli, qui hoc agunt. Attende lector quia questionem propositam non soluit, sed indiscussam reliquit, vtrum angeli, qui mittebantur seruatis suis proprijs spiritalibus corporibus, superuestirentur aliqua corpulentiori specie, in qua possent videri: an ipsum corpus mutarent & transformarent in quamcunque vellet speciem, in qua possent cerni. In quibus uerbis videtur Aug. attestari angelos esse corporeos, ac propria & spiritalia habere corpora.

Quod Deus in specie, qua est Deus, nunquam mortalibus apparuit.

Ceterum hæc velut nimis profunda atque obscura relinquentes, illud indubitanter reneamus, quod Deus in specie essentia suæ nunquam mortalibus apparuit. Sicut famulo suo Moysi dicit: Non uidebit me homo, & uidet. Et in euangelio Ioan. legitur, Deum nemo uidit unquam, Visibile enim quicquam non est, quod non sit mutabile. Ideo substantia siue essentia Dei, quoniam nullo modo mutabilis est, nullo modo

do per seipsam uisibilis est. Proinde illa omnia, quæ patribus uisa sunt; cum Deus illis præsentaretur, per creaturam facta esse manifestum est. Et si nos latet, quomodo ea ministris angelis fecerit Deus, per angelos tamen facta esse dicimus. Audeo ergo fiducialiter dicere, nec Deum patrem, nec uerbum eius, nec spiritum eius, qui est unus Deus per id, quod est, atque idipsum est, ullo modo esse mutabilem: ac per hoc multo minus esse uisibilem.



Vpra egit Magister de potestate dæmonum respectu creaturarum corporalium communiter: in hac parte agit de eorū potestate respectu hominum. Diuiditur aut hæc pars in duas. In prima agit de potestate dæmonum siue angelorum super corpora simili a humanis. In secunda uero agit de potestate dæmonum quam habent super homines: infra Distinctio. eadem. *Illud etiam consideratione, &c.)* Prima pars habet duas. In prima determinat qualiter angeli assumunt corpora. In secunda uero incidenter dubiam questionem Augustini, inducit: quæ tãgit hanc materiam, ibi. *Sed ubi Deum hominibus in corporalibus, &c.)* Prima pars habet duas, In prima determinat modum, per quem angeli habent corpora sibi coniuncta. In secunda uero terminat actum, ibi. *Assumunt autem aliquando corpora, &c.)* Similiter secunda pars habet duas. In prima mouet questionem. In secunda determinat. Primum facit, ibi. *Sed ubi Deum hominibus, &c.)* In secunda uero determinat certa relinquens dubia, ibi. *Ceterum hæc velut uisus, &c.)*

Dub. 1.

D *Eum in corporalibus formis appa-
paruisse, &c.)* Videtur quod

talis apparitio potius sit occasio erroris, quam ueritatis. Deus enim caret forma, & figura in corpore, & corporeitate secundum ueritatē, & qui credit uel opinatur contrarium, errat. Si ergo frequenter opinamur, quæ apparēt sensibus, uidetur quod talis apparitio sit erroris occasio. Respondeo. Dicendū, quod forma & figura corporalis non ducit immediate in cognitionē Dei: sed mediante spiritu rationali, cuius ministerio fiebat illa apparitio: & quia in ascendendo prius fit abstractio a corporali forma & figura, quam perueniatur ad Deum; dum a corpore ad Deum ascenditur mediante spiritu in corporeo: ideo talis apparitio potius scala est perducens ad cognitionem ueritatis, quam sit occasio deuidi. Quod ergo obiicitur, quod illa opinamur interiorius, quæ apparent exteriorius. Dicendum, quod illud uerum est, si opinio, uel ratio descendat ad sensum, & ei innitatur: cum autem a sensu abstrahit, & innititur fidei, & reuelationi, non habet occasionem errandi, sed potius ueritatem inquirendi.

Non uidebit me homo, & uidet, &c.) Contrarium huius habetur Exod. xxiii. Loqueba-

Dub. 2.

tur Dominus ad Moy. facie ad faciem, & Numeri. xii. palam & non per figuras, & ænigmata Deum uidit: dicitur de eodem Moyse. Respondeo. Dicendum est ad hoc, quod in prima auctoritate significatur quod Deus non potest uideri a uiatore in sui essentia & claritate: sed in duobus sequentibus insinuat familiaribus Dei. Ad Moyse quantum ad apparitionem, & quantum ad cōtemplationem: in quarum utraque prophetas alios excellebat. Familiaritas apparitionis notatur, cum dicitur: quod loquebatur ei facie ad faciem: subintelligendum est in subiecta creatura. Eminentia cōtemplationis, cum dicitur: palam, & non per figuras, & in ænigmatē Deum uidit, quia nō rātum fulgebat uisione corporali, aut imaginaria: sed etiam in relectuali.

Dub. 3. *Visibile enim quicquam non est, &c.* Contra. Corpus cœli empyrei uisibile est, & tamen non est mutabile. Item. Quæro de qua mutatione intelligat, aut de mutatione ad situm, aut de mutatione ad formam. Si de mutatione ad situm, hoc nihil est, quia ista nihil facit ad uisum. Si de mutatione ad formam, illud similiter falsum est: quia corpora supercœlestia sunt incorruptibilia, & inalterabilia, & tamen uisibilia. Item. Quæritur etiam de quo uisu intelligat. Aut enim intelligit de uisu corporali, aut de uisu mentali. Si de mentali, falsum est. Si de uisu corporali: Quæritur quæ necessitas sit, quod uisibile sit mutabile, cum ita bene sensus

iste participet corpora in corruptibilia, sicut corruptibilia. Respondeo. Dicendum, quod Augustinus, intelligit de uisu corporali, & de hoc uerū est quod dicit, quod omne uisibile est mutabile. Nihil enim potest uideri sensus corporalis sine extensione quantitatis: ubicunque autem est extensio quantitatis, ibi est compositio: ubi uero compositio est, possibilis, est resolutio, & mutatio: ad minus quantum est de natura rei. Solum enim omnino simplex est immutabile simpliciter, & ideo necessario sequitur, quod si aliquid uidetur sensu corporeo, quod sit mutabile. Ad illud ergo, quod obiicitur de empyreo, & de aliis corporibus cœlestibus. Dicendum, quod nec empyreū, nec aliud corpus cœleste, nec corpus quod est, uel potest esse, omnino est immutabile. Quamuis enim non mutantur mutatione, quæ est de esse, in aliud esse, siue de una forma in aliam: mutata tamen sunt mutatione, quæ est de non esse in esse: & mutabilia sunt per naturam mutatione, quæ est de esse in non esse: & hoc quia sunt composita: & ideo non sunt suum esse. Nullum enim ens est suum esse, nisi summè simplex: sicut nullum agens est suum agere, nisi summè simplex: & propter hoc quod mendicat suum esse aliunde, dicit Hilarius, quod omnibus creaturis accidit esse, & ideo per naturam suam omnia sunt possibilia ad non esse: & sic patet responsio ad totum.

AR.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An angeli habeant corpora sibi unita?



Intelligentiam huius partis tria quæruntur circa assumptionem corporum ab angelis tam bonis, quam malis. Primum spectat ad corporis, & spiritus unionem. Secundum ad corporis assumpti formationem. Tertium spectat ad corporis formati, & assumpti operationem. Circa primum quæruntur duo. Primum quæritur, utrum angeli habeant corpora naturaliter sibi unita. Secundum utrum habeant corpora sibi uoluntarie assumpta.

ATRVM angeli habeant corpora naturaliter sibi unita.

Et quod sic, ostenditur primo auctoritate Aug. 8. de Ci. Dei, ubi diffiniens dæmones dicit, Dæmones sūt genere animalia, mēte rationalia, animo passiuā, corpore aērē duratione eterna: si ergo eadem est natura bonorum spirituum, & malorum, patet &c. I T E M. Grego. in Homil. de Epiphania. Iudæis tanquam ratione utentibus rationale animal, id est angelus nunciare debuit: sed omne animal hēt corpus naturaliter sibi unitum: si ergo angelus est animal: ergo &c. I T E M. Bern. Canticorum Homil. 6. ser. 6. circa initium Liquet omnem creatum spiritum corporeo prorsus indigere solatio: sed angelus habet omne illud, quo naturaliter indiget: cū ergo sit spiritus creatus, habet si corpus naturaliter unitum.

Ca. 14. & de m. corp. p. 14.

Homil. 10. 112 euang. circa prim.

I T E M. Ad hoc est ratio. Quanto substantia est nobilior, tanto in potentiis est multiplicior: sed angelus est nobilior substantia, quam anima: ergo si anima nata est uiuificare corpus, multo magis & angelus: sed habet illud naturaliter sibi unitum, ad quod uiuificandum est naturaliter natus aptus: ergo &c. I T E M. Nobiliori modo uiuit, quod uiuit & influit uitam, quam quod nō influit: influentia enim signum perfectionis est, & completi: ergo si angelus est ita nobile uiuens, sicut anima, & anima potest aliquid uiuificare: ergo & angelus: sed non potest uiuificare nisi corpus naturaliter sibi unitum: ergo, &c.

AD oppositum. Dam. diffiniens angelum dicit, quod angelus est substantia intellectualis, incorporea: ergo angelus non habet corpus sibi unitum, quia si haberet corpus sibi unitum naturaliter, sicut homo dicitur esse corporeus, ita & angelus.

I T E M. Dion. in pluribus locis dicit, quod angeli sunt diuinæ mētes, & spiritualia lumina, immateriales, & incorporei. I T E M. Hoc ipsum, ostenditur rationibus sic. Tanto substantia est nobilior, quanto est Deo similior: sed Deus omnino caret corpore: ergo substantia spiritualis omnino carēs corpore est nobilior inter substantias creatas: ergo uel est eam ponere in uniuerso, uel in uniuerso deficiet nobilissima creatura: & tunc uniuersum esset acephalū, quod est incōueniēs. I T E M. Si aliquid compositum ex diuersis naturis, & alteram illarū est reperire per se: cōtingit similiter

P. de li. de diu. nominib. c. 4. nō loq. a primis

Q. 4. liter

liter per se reperire; & reliquam; sed homo componitur ex substantia corporali, & spiritali: ergo cum sit reperire substantiam pure corporalem, per se est reperire substantiam pure spirituale: hanc autem dicimus angelum: ergo angelus non habet corpus. **ITEM.** Quia homo componitur ex corpore, & anima, cum peccauit factus est passibilis, & mortalis: ergo si angelus haberet corpus sibi unitum, sicut & homo, uideretur saltem, quod angelus, qui peccauerunt, sint mortales, & corruptibiles: quod si plane falsum est, manifestum est, &c.

RESOLVTIO.

Nec boni, nec mali angeli corpora, aut naturaliter, aut inseparabiliter sibi unita habent: sed simpliciter spirituales substantie sunt.

RESPON. Ad predictorum intelligentiam est notandum, quod circa istam questionem dubitauerunt aliquando magni Doctores, utrum angeli habeant corpora naturaliter sibi unita: unde super hoc dubie loquitur tam Augustinus quam Bernardus. sed nunc satis certitudinaliter tenetur: & Magister, & Ricardus affirmat, quod angeli sunt naturaliter incorporei, nec habent corpora naturaliter sibi unita. De hoc tamen plures dubitant, utrum daemones habeant corpora sibi inseparabiliter alligata, in quibus torqueantur. Sed satis planum est, quod sicut boni angeli non habent corpora nisi uoluntarie sumpta, sic nec mali: & huius signum est (sicut dicit Ricardus.) quod corpus modice quantitatis a maxima multitudine demonum aliquando obsidetur, sicut legitur Marc. v. de illo, qui dicit, Legio

mihī nomen est, legio enim (ut idem Ricardus dicit) continet sex milia sexcentos lxxvi. unde si demones corpora haberent, cum suis corporibus nullo modo possent subintrare corpus ita modicum. Propter quod satis probabiliter dici potest, quod non solum non habent corpora sibi naturaliter unita, uerum etiam nec boni, nec mali habent inseparabiliter alligata quantum est de lege communi. Nec obstat eorum cruciatus: quia (sicut in Quarto Lib. ostenditur) spiritus ab huius corpore secundum ordinem diuinae iustitiae potest ab igne materiali puniri. Concedendae sunt igitur rationes ad hanc partem.

AD ILLVD uero Augustini, quod inducitur 8 de Ciui. Dei. Dicendum, quod ibi loquitur Augustinus secundum opinionem Apuleii, & frequenter circa hanc materiam plus loquitur secundum aliorum, quam secundum sententiam suam. **AD ILLVD**, Gregorius, quod angelus est animal. Dicendum, quod aliquid esse animal dupliciter dicitur. Aut ratione formae, aut ratione operationis animalis debita: tibi autem dicitur angelus animal non ratione formae, sed potius ratione operationis consequentis. Vel aliter. Esse animal dupliciter potest dici, uel secundum ueritatem, uel secundum ostensionem, siue apparentiam. Gregorius autem loquitur de secundo modo, quia angelus apparet esse animal cum assumit corpus; ipse autem obiicit secundum primum modum accipiendi animalis.

AD ILLVD, quod obiicitur de Bernardus, quod omnis spiritus creatus indiget corporeo solatio.

Di-

Dicendum, quod indigere corpore potest esse dupliciter: aut propter se, aut propter alios. Spiritus indiget propter se, est spiritus brutalis, uel humanus: & de hoc uerum est, quod habet corpus naturaliter sibi unitum. Spiritus uero indigens propter alios, est spiritus angelicus, & iste non habet corpus sibi naturaliter unitum, sed assumptum uoluntarie, ut minister aliis. Unde Bernardus. Angelici spiritus ad ea capienda, quae beatam faciunt creaturam, nullo modo suis corporibus adiuuantur: & ideo non habent ea coniuncta propter indigentiam supplendam in seipsis, sed in nobis: & quia hanc suppleant ad tempus: ideo non habent ea unita simpliciter, sed ad tempus. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod substantia nobilior est, quam multiplicior est in potentiis. Dicendum, quod uerum est in illis potentiis, quae simpliciter attestantur perfectioni, potentia autem uiuificandi corpus, & si quodammodo sit perfectionis, nihilominus propter coniunctum habet quandam indigentiam, & imperfectionem: & ideo ab illa substantia, quae perfectissima est inter creaturas, est aliena; haec autem est substantia angelica, nec de hac potentia concludit ratio supradicta. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod influens uitam, & habens uitam nobilior est, quam habens tantum. Dicendum, quod aliquid communicare, siue dare uitam aliis potest esse dupliciter: Aut per modum efficientis: & hoc simpliciter perfectionis est, & sic competit soli Deo. Aut per modum informantis: & sic non est

simpliciter perfectionis, immo perfectionis cum imperfectione iunctae. Et ideo neutrum conuenit angelo, quia perfectio sua maior est, quam sit perfectio uiuificantis per modum formae: & minor, quam sit perfectio dantis uitam per modum cause. Et loquor de uita, quae competit rationali substantiae.

QVAESTIO II.

An angeli assumant quandoque corpora?

UTRVM angeli aliquando assumant corpora. Et quod sic, uideretur. Bernardus in Cant. Homil. 3. Discurrere, & de loco ad locum moueri non est nisi corporum: sed angelus malus ad ministerium discurret, & de loco ad locum uenit: ergo uel est corporeus, uel habet corpus naturaliter unitum, uel corpus assumptum: sed non primo modo, nec secundo: ergo tertio. **ITEM.** Nulli potest impendi hospitalitatis obsequium, nisi habeat corpus naturaliter unitum, uel assumptum: sed angelis aliquando impensa sunt haec officia, sicut dicitur uultu ad Hebr. quod quidam placuerunt Deo, angelis hospitio receptis: ergo uel habuerunt corpora unita, uel assumpta: sed non habuerunt naturaliter unita: ergo &c. **ITEM.** Nulla substantia spiritalis ex sui consortio praebet solatium sensui, nisi per inhabitationem corporis fiat uisibilis: sed angeli frequenter praebent solatia non solummodo secundum spiritum, sed etiam secundum sensum, sicut patet in angelo Thobiae: ergo inhabitant corpora: sed illa non habet semper unita; ergo uoluntarie

tarie assumpta. IREM. Nullus spiritus potest uisibiliter demonstrari ad demonstrationem corporis, nisi sit aliquo modo corpori illi coniunctus: sed angelus, qui loquebatur Thobiae, uisibiliter poterat demonstrari, & uere dici, hic est Raphael, uel, hic est angelus: ergo habebat sibi corpus illud aliquo modo coniunctum, sed non per naturalem coniunctionem: ergo per uoluntariam assumptionem. IREM. Nihil est organum, uel instrumentum alicuius immediatū, nisi immediate assumatur ab illo, uel naturaliter coniungatur illi: sed angelus multa exercet opera circa nos sicut loqui, & manducare: quae non possunt exerceri nisi mediante corpore organico, uel instrumento: ergo &c.

CONTRA. Maiorem conuenientiam habet anima rationalis ad corpus, quam habeat angelicus spiritus: sed anima exuta corpus non assumit, ergo nec spiritus angelicus. IREM. Proportio dicitur esse assumptis ad assumptum: sed spiritus angelicus est omnino incorporealis: ergo non habet proportionem ad corpus: ergo nunquam assumit illud. IREM. Aut competit angelo habere corpus, aut non competit. Si competit habere: ergo uidetur, quod angelus non sunt perfecti, quando non habent corpus. Si non competit: ergo quando assumit, habet quod non decet ipsum, ergo si angelus bonus non facit, nisi quod decet ipsum, non assumit corpus. IREM. Si assumit, aut propter aliquid, aut propter nihil. Si propter nihil: ergo frustra. Si propter aliquid, aut est bonum, aut malum. Si bo-

num: ergo per corpus assumptum meretur. Si malum: ergo propter corpus assumptum demeretur: ergo angelus dicitur & potest puniri, & praemiarum cum corpore assumpto, quod est inconueniens, & plane falsum. IREM. Ubique est assumptio, ibi est aliqua unio, uel in persona uel in natura: sicut patet in assumptione humanae naturae a filio Dei: ergo si angelus assumit corpus, unit sibi uel in persona, uel in natura. Sed non in natura unit sibi, quia non resultat tertium. Nec in persona, quia non est communicatio idiomatum: ergo nullo modo est ibi unio: ergo nec assumptio.

RESOLUTIO.

Utique, uel ad operationes aliquas exercendas; uel ad seipsum manifestandos; uel ad nos consolandos.

RESP. Dicendum, quod in angelis duplex est uis, scilicet contemplatiua, & administratiua. Secundum contemplatiuam, conuertuntur ad Deum, & sic non indigent solatio corporis assumpti. Secundum administratiuam, descendunt ad nos, & condescendunt nobis: & ut nobis congruentius condescendant, indigent solatio assumpti corporis. Indigent (inquam) ad aliquas operationes exercendas, indigent ad seipsum manifestandos, indigent ad nosmetipsos laetificandos, siue confortandos. & ideo assumunt corpora, sicut instrumenta, uel organa ad operandum, sicut signa ad manifestandum, sicut cooperimenta, uel habitacula ad conuersandum. Unde corpus assumptum coniungitur illis, sicut instrumentum motori, sicut signum significato, sicut habitaculum inha-

inhabitatori. Hoc autem magis exigit indigentia ex parte nostra quam indigentia ex parte sua: & quia finis imponit necessitatem his, quae sunt ad finem: & corpus effigiatum uel organizatum humana effigie maxime competit operationibus spiritus rationalis, & expressius significat, & tanquam pulchrum indumentum quodam modo decorat: ideo angelus assumit corpus, non qualecunque, sed humana effigie insignitum: & concedenda sunt rationes hoc ostendentes.

AD rationes ad oppositum iam patet responsio. AD ILLUD enim, quod obiicitur de anima exuta, satis plana est responsio: non enim est simile: quia non habet uim administratiuam, nec usum administrandi, & ideo nec corpus assumit, nec habere debet potentiam assumendi. AD ILLUD, quod quod obiicitur, quod proportio est assumptis &c. Dicendum, quod proportio attenditur, & inuenitur ibi per eum modum, per quem est assumptio. Cum enim non assumat in unitate naturae, non requiritur, quod sit ibi proportio, sicut perfectionis ad perfectibile: sed sufficit, quod sit proportio, sicut motoris ad mobile. AD ILLUD, quod queritur, utrum competat angelo habere corpus, &c. Dicendum, quod competit habere corpus, ut uoluntarie assumptum ad completum ministerium, sed non competit ad suum esse completum: ideo nec carētia generat indigentiam, nec assumptio generat indecentiam. AD ILLUD, quod queritur: propter quod assumit, utrum propter aliquid, uel propter nihil. Dicendum, quod propter aliquid

sicut predictum est: illud tamen, propter quod assumit non perficit propter corpus tanquam anima per corpus proprium: sed tanquam artifex per instrumentum: & ideo sicut instrumentum, per quod quod meretur, non remuneratur: sic nec corpus ab angelo assumptum. AD ILLUD, quod obiicitur, quod ubi est assumptio, debet esse unio in persona, uel in natura. Dicendum, quod non sufficienter diuidit, quia homo assumit uestimentum, cum se induit: non tamen unit sibi in persona nec in natura: sed illud locum habet in illa assumptione, in qua est unio perfecta: qualis est cum Dei filius assumpsit humanam naturam. Ex predictis igitur patet quaestio proposita, & responsio ad obiecta: patet etiam pro quanto dicitur angelus corpus assumere: quia non solum propter hoc quod moueat uel operetur aliquid circa corpus: sed quia illud accipit ad se, ut in illo operetur, ut in illo manifestetur, ut in illo conuersetur: & quia in illa coniunctione siue acceptioe corpus potius sequitur modum spiritus quam e conuerso, quia ab illo formatur, & conseruatur, & regitur: ideo angelus se habet in ratione assumptis, & habentis, corpus uero in ratione assumpti, & habiti.

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An corpus, assumptum ab angelis ueram humani corporis formam habeat?



ONSEQUENTER queritur de secundo articulo. scilicet de formatione corporis assumpti. Circa quod duo queruntur. Primo

Primò quæritur de ipso corpo-
re assumpto quantum ad princi-
piū formale. Secundò quantum
ad principium materiale.

VTRVM illud corpus habeat
ueram formam corporis hu-
mani. Et q̄ ita sit uidetur: quia
cum appareat esse corpus huma-
num, aut est uerū, aut est ibi er-
ror, & deceptio; sed error, & de-
ceptio nō competit angelis san-
ctis. ergo cū assumunt corpora,
q̄ uidetur esse humana, uere há-
bent formā humanā. **IT E M.** Ad
corpus humanū nihil plus requi-
ritur nisi æqualis completio, &
bita organizatio: sicut dicūt na-
turales: sed corpus, qđ angelus
assumit, debitā hēt organizatio-
nē: si ergo organizatio præsup-
ponit cōpletionē: ergo uidetur,
quod habeat totum, quod est de
ueritate humani corporis.

IT E M. Quod angeli uere possint
formare corpus humanum uide-
tur. Corpus humanū, sicut dicit
Aug. est in rationibus semina-
libus, sicut & alia corpora: sed
quia formæ quorundam anima-
lium, ut serpētum, & huiusmo-
di habent rationes seminales di-
spersas in rebus: ideo dicit **Aug.**
qđ ministerio dæmonum uere
educuntur: ergo pari ratione, ut
uidetur, & corpora hoīum. **S**
IT V dicas, quod non ualet, quia
maior requiritur dispositio ad p-
ducendum corpus humanū: hoc
non soluit: quia qđ pōt dispone-
re a remotis in principio operis
cōtinuando actiōem, cum non
sit distantia infinita, poterit ue-
nire ad dispositionem immedia-
tam: ergo si angeli possunt uelo-
ci operatione producere corpora
animalium minus perfecta:

ergo & pari ratione corpora ani-
malium magis perfecta: ergo &
corpus humanum. **IT E M.** Si ali-
quod agens indifferenter se hēt
ad aliqua producenda, qua rōne
potest in unū, pōt in alterū: sed
angeli non habēt maiorem con-
uenientiā cum corporibus serpē-
tum, quam cum corporibus ho-
minum, immo magis ecōuerso:
ergo si possunt auxilio naturæ
producere uera corpora serpen-
tiū, possunt auxilio naturæ pro-
ducere uera corpora hoīum: er-
go & assumere. **IT E M.** Quod po-
test in maius, potest in minus:
sed anima quantuncunq; sit
modicæ nobilitatis excellit no-
bilitatē cuiuscunq; corporis, si-
cut dicitur in 8. de Ciui. Dei, &
in aliis locis multis: cū ergo mi-
nisterio angelorū educi possint
& educantur animæ uegetabi-
les & sensibiles quorundam ani-
malium: multo fortius produce-
re possūt uera corpora hoīum.

A D oppositum sic. Eiusdē
uirtutis creatæ est corpus for-
mare & informare, quia uis for-
matiua est ab informatiua siue
perfectiua. Si nullus spiritus an-
gelicus potest humanū corpus
perficere: ergo nec formare.

IT E M. Angeli non possunt ope-
rari circa creaturas nisi cum ad-
iutorio naturæ: sed nulla natura
pōt generare corpus humanū:
nisi illa, quæ ei est similis in spe-
cie: ergo angelus non potest for-
mare uerum corpus humanum
nisi mediāte homine, sed homo
non potest corpus humanū edu-
cere nisi generando, ergo nec
angelus uera corpora humana
formare nisi per generationem:
hominis: sed cum assumit cor-
pus

pus nō indiget humano auxilio,
ergo nunquam uerum assumit
corpus humanum. **IT E M.** Si pos-
sunt corpus de nouo formare,
ergo pari ratione & corruptum
reparare: ergo possunt mortuos
suscitare, quod est solius dei p-
prium. **IT E M.** si corpora assum-
pta ab angelis essent uera corpo-
ra humana, haberent appetitum
ad animam rationalem: sed deus
complet appetitum naturæ: ergo
statim infunderetur eis anima
rationalis. **IT E M.** Si corpora ue-
ra humana assumerent: aut secū-
dum statum gloriæ, aut secun-
dum statum uix. Non secundū
statum gloriæ: hoc cōstat, quia
iam ulterius corpus illud nō ef-
set corruptibile, nec ab angelo se-
parabile. Si ergo assumunt, hoc
est secundum statum uix: sed
corpora humana secundū statū
uix sunt ponderosa, & graui si-
ue in statu naturæ corruptæ, si-
ue in statu innocentie: ergo nō
essent habilia ad motum, nec ad
uē: ox ministerium: ergo si non
assumunt corpora nisi propter
ministerium: ergo non assumūt
uera corpora humana.

RESOLVTIO.

*Vera corpora humana, completè, s.
organizata atque pfecta angeli
non assumunt: cum talia nec ad
exequenda ministeria sibi deser-
uant; nec ueram horum natura-
lem formam se ipsis absque natu-
ra adminiculo adducere queant.*

R E S P O N. Dicendum, q̄ corpo-
ra assumpta ab angelis non ha-
bent ueram formam, & comple-
tionem corporum humanorū,
nec etiam organizationem com-
pletam, sed solum effigie. Et hu-
ius ratio est duplex. Vna quia

non competit angelis tale cor-
pus ad ministerium, sicut nunc
ultimo ostensum est. Alia ratio
est: quia angelus non pōt edu-
cere formam naturālē in esse ni-
si adiutus a uirtute naturæ, sicut
habitū fuit in precedenti Distin-
ctione. In uirtute aut naturæ est
producere corpora omniū ani-
malium: uerum tamen aliter, &
aliter. Ad quædam. n. educenda
sufficit causa uniuersalis sine ad-
iutorio agentis particularis con-
similis in specie naturæ: cuius-
modi sunt animalia, quæ gene-
rantur per putrefactionem. Quæ-
dam autem sunt, ad quæ nō suf-
ficit, nisi adiuuetur ab agente cō-
similis speciei: sicut corpora ani-
malium, quæ produciuntur eodē
modo p propagationē, & istud
planum est ad sensum. Si autē q̄-
ratur rō huius. Prima est diuina
institutiō: cōm quam est limita-
tio in uirtutibus, & naturis rerū
& hoc scđm legē quā indidit eis
ab initio. Vñ sicut dicit, Germinet
terra herbam uirentē, nō dixit,
q̄ germinaret hoīem. Homini
aut dixit, q̄ se multiplicaret:
sic terra germinat herbā, & hō
gñat hoīem. Hæc aut lex, siue in-
stitutio non est absq; rōne: quia
quædam sunt aīalia imperfecta
tam in organizatione, quam in
duratione: quædam uero perfe-
cta utroq; modo. Quia uero qđā
corpora aīaliū sunt imperfecta
& in organizatione, & in cōple-
tione: id non indiguerunt agen-
te tāte uirtutis: sed potuit uirtus
productiua ipsorū dari terræ tan-
quā matri, & soli tanq̄ patri, cū
adiutorio aliorū corporū simpli-
ciū tā elemētariū, q̄ celestium.
Quia uero sunt i pfecta duratio-
ne, &

*Seco. ubi
datur
tenere
quod
possunt
assumere
re cor-
pora
mortua
d. præ-
senti. q̄
unica.*

ne, & aliquando pereunt: ideo oportuit hoc communicari agēti alterius naturæ, quia ad hoc data est uis generatiua rebus, ut dicit Philosophus: ut perpetuentur in esse. Econtrario est de animalibus utroque modo perfectis: & ideo uirtus productiua ipsorum maiorem exigit actualitatem, & rō seminalis cū maiori difficultate profertur in actu: ideo maiori indiget adiutorio. Illa igitur animalia, siue corpora eorum, quæ ad primū genus spectāt, educi possunt ab angelis mediante naturæ adiutorio uelociter, & quasi subito: ueraciter tamen, quia per uim naturæ. Sed animalia, & eorum corpora, quæ spectant ad secundum genus, educi non possunt ueraciter nisi cum auxilio naturæ, & cum diurnitate, & tempore: & quoniam assumptio corporum ab angelis est uelociter, & quasi repente: ideo uera corpora humana non assumunt: quia non pnt illa per se formare ueraciter, & cum alterius adiutorio non pnt facere, quod exeant in esse uelociter: & esto quod educerentur: adhuc non competērēt, sicut tactum est in obiciendo, tum propter appetitum quem haberent ad animā rationalem: tum propter grauitatem: quæ duo repugnant finitillius corporis. Nam si haberet animam rationalem: non esset competens signum ad apparentem. Si haberet grauitatem, nō esset competens instrumentum ad operandum maximè ad motum: non esset etiam competēs habitaculum ad inhabitandum. Concedendæ iunt igitur rōnes

probantes, quod angeli non assumunt uera corpora humana, siue boni, siue mali.

AD ILLVD, quod obiicitur in contrarium, quod est ibi error, & deceptio. Dicendum, quod falsum est, quia non assumunt illa corpora ut ostendāt se esse homines: & ueros homines: sed ut ostēdant se rationales, & ad hoc formata sunt finaliter: ideo uera sunt, quamuis non sint uere humana sicut ī Primo Libro dictum fuit de igne, & columba.

AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ ē ibi organizatio, & equalis cōpletio. Dicendum, quod falsum est: non enim est ibi uera organizatio, quæ competit corpori humano, quæ quidem est à uirtute formatiua cum seminibus delata: sed potius quædam lineamentorum protractio secundū illius conformitatem: & hæc nō supponit æqualitatem completionis, quia talis protractio pōt fieri ab artifice in ligno, & lapide: nec quæcunque qualitas mixtionis est illa quæ facit ad ueritatem humani corporis: sed illa quæ habet uirtutē specificatiuā hominis completiuam, & directiuam. AD ILLVD, quod obiicitur, quod corpus humanū est in rōnibus seminalibus: iam patet rōnsio, quia quamuis sit ibi, nunquam tamen educitur, nisi concurrat uirtus agētis exterioris, quæ residet in lumbis uiri, & matris: ce mulieris: & iō sine his nunquam potest illa rō seminalis ad actum perfectum educi. Et si obiiciat, quod potest disponere dispositione remota, &c. Dicendum, q̄ illud habet locū, ubi dispositio remota fit necessa-

Dis. 16
9.3.

saria sola intensio: tunc enim sufficit uirtutis actiue continuatio, & intensio: non autem quando requiritur nouæ formæ, uel alterius formæ secundum speciē operatio: & sic est in proposito. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ indifferenter se hēt angelus ad omnia corpora animaliu. Dicendum, q̄ & si hoc uerum sit de ipso angelo in se, non est tamen uerum de uirtute naturæ, ex cuius adiutorio angelus operat: & ideo sicut angelus per se non pōt educere corpus humanū: ita nec corpus alicuius animalis: & sicut natura quædam potest facilius, quædam cum maiori difficultate, ut prius uisum est: sic & angelus ipsius uirtute adiutus. AD ILLVD, quod obiicit, quod potest in magis nobile. Dicendum, q̄ illud non hēt semper ueritatē, quia homo potest generare hominem, qui est nobilior, & non potest generare asinum: maxime autem tunc deficit: quando res nobilior est facilius productionis: sicut frequenter contingit. Et sic in proposito: nam facilius educitur anima uegetabilis, siue sensibilis anima per putrefactionem eucti: quæ educatur, & organizetur uerū corpus hominis.

Potes
dicere,
quod ē
uera, de
illis, q̄
sunt e
iusdē or
dinis.

Q V A E S T I O I I .

An corpora ab angelis assumpta, de natura celesti, uel de elementari fiant.

DE corpore assumpto ex parte principii materialis. Et q̄ritur, utrum corpus illud, quod assumit angelus, fiat de natura celesti, an elementari. Et quod sit de natura celesti uidetur, Finis imponit necessitate his quæ

sunt ad finem: sed angelus assumit corpus ad sui ipsius ostensionem: cum ergo angeli per naturam sint lumina, debent ergo assumere corpora de materia lucis, ergo de natura celesti. I T E M. Organum, siue instrumentum debet conformari mouenti, siue motori: sed angelus assumens corpus, ut instrumentum, est immutabilis, & impassibilis, & incorruptibilis per naturam: ergo in de corpus assumptum formatum, debet esse incorruptibile, & impassibile: tale autē nō est nisi corpus celeste: ergo &c. I T E M. Locus maxime cōpetens angelo est corpus celeste, ut cælum: si ergo angelus in corpore assumpto locatur tanquā in habitaculo: uidetur, q̄ corpus illud sit sumptum de cælo, aut non competit ipsi angelo. I T E M. Corpus assumptum aut est de natura celesti, aut elementari. Si de natura celesti: habeo propositum. Si de elementari aut graui, aut leui: Sed si est de graui, cū difficultate mouetur sursum, si de leui, uolenter mouētur deorsum. Ergo si neutrum horū cōpetit uelocitati angelicæ: corpus quod assumunt, non est elementare: ergo corpus celeste. I T E M. Si est elementare, aut est mixtum, aut simplex. Si simplex: ergo non est aptum ad colorem, nec ad effigiem, nec ad organizationem. Si mixtum: ergo cum corpus mixtum sit resolubile, & rarefactibile: uidet, quod sicut corpus humanū ex separatione aīe fit putridū, sic & corpus ab angelo assumptū, quod apparet esse falsum: restat ergo, quod non est corpus elementa-

menta-

mentare, habet contrarium, siue sit simplex, siue sit mixtum: ergo si transeat per regionē ignis: uidetur, quòd quicquid est in eo humidum, consumatur. Si uero per regionem aquæ, quicquid est in eo igneum extinguitur. Quòd si hoc cōstat esse falsum: ergo si angelus sine læsione pertransit regiones omnium elementorum cum corpore assumpto, constat illud non esse de natura elementari: sed est de natura elementari, uel cœlesti: ergo &c.

AD oppositum arguitur sic. Primo auctoritate Greg. ait enim sic. Nunquam Abraam angelos uidere potuisset, nisi corpus ex aere assumpsissent. Et Beda de natura rerum. Angeli ad nos uenientes, corpus ex aere sumunt. ITEM ratione sic. Angeli assument corpora maxime propter motū, & discursum: sed corpus cœleste non est habile ad motū rectum, sed circularem. ergo nō competit in ministerio angelico assumere corpus de cœlo. ITEM. Angelus assumit corpus ad apparendum, & hoc in humana effigie: sed corpus cœleste nec est terminatiuum usus, nec est figurabile: ergo non uidetur ad constitutionem corporis assumpti ab angelo tunc habile. ITEM. Si assumit corpus de cœlo: cum non assumat de toto, assumit de parte: ergo separat, & diuidit partem cœli a toto: sed omne diuisibile est corruptibile: ergo uidetur, quòd natura cœlestis sit corruptibilis: sed hoc est falsum: ergo & primum. ITEM. Si assumit corpus de cœlo, cum assumat partem, quam fert deorsum secum, aut aliquid subintrat lo-

cum eius, aut nihil. Si nihil: ergo remanet uacuum. Si aliquid, aut oportet illud de nouo creari, aut oportet corpus illud rare fieri: sed si hæc omnia sunt incōueniētia, patet &c. ITEM. Angelus Sathanæ frequenter se transfiguratur in angelū lucis: & tunc cōstat, quod assumit corpus ita pulchrū, sicut & angelus bonus: sed dæmones non assument corpora de natura cœlesti, quia usque ad illam non conscendunt, sed solum de natura elementari: ergo similiter uidetur quòd & angeli boni.

RESOLUTIO.

Non cœlestia sed elementaria corpora angeli assument, tum in primis aere, nec dum etiam perfecte mixta.

RESP. Ad horū intelligentiam est notandum, quòd circa hoc diuersæ fuerunt sapientium opinioniones. Quidam enim dicere uoluerunt, quòd angeli assument corpora ex natura elementari: ita tamen, quòd non ex unctatum, sed ex omnibus simul mixtis, aliquo tamen eorum prædominante: unde dicunt corpus illud ab angelo assumptum, esse uere corpus mixtum: quamuis non sit uere corpus humanum. Illam autem formā mixtionis dicunt esse ab angelo tanquā a præparante solum, sed a domino tanquā a dante, dante (inquam) non per creationem, uel infusionem, sed per intrinsecam operationem: secundum quod dictum est supra, quòd indidit rebus naturam, & uirtutes semina- rias, secundū quas Deo cooperantes cūctę naturales formę producuntur in esse. Sed cū corpus il-

lud

lud quasi repente formetur, & destruetur: aliis non uidetur probabile, quòd sit plena mixtione mixtum: maximè cum in eius resolutione non appareat tēpore longitudo, nec putrefactionis corruptio: & ideo dixerunt, quod corpus illud est de natura elementari simplici, ex qua dicunt illud corpus assumptum formari hoc modo. Natura enim elementaris, ex qua corpus sibi format angelus, est aeris elementum, quod de sui natura est rarefactibile, & cōdensabile: si ad sit uirtus, quæ hoc possit. Unde sicut nūc uidemus aquam solidari in crystallum, uel glaciem ex frigore: sic contingit aliqua uirtute occulta, quæ non latet angelos, aerem cōdensari posse secundum plus & minus ad uoluntatem angeli operantis: hoc autē corpus dum condensatur potest suscipere figuram, & effigiem: & ita corpori organico effici conforme. Potest nihilominus in una parte condensari plus, in alia minus, in alia minimè, & sic conformari neruo, ossi, & carni. Potest et una sui parte intercipere plus de luce, in alia minus, & in alia minimè: & secundum hoc habere in se diuersos colores: & ita corpori humano effici quasi in omnibus cōforme, quāuis non sit in suis principiis multiforme: & ita idoneum esse instrumentum signū, & habitaculum, ut ab angelo assumatur. Sed adhuc, quia hoc difficile est intelligere, quō ex aere, siue alterius elementi cōmixtione fiat corpus solidum, & diuersis coloribus coloratū: cum colores producere non sit

artis, nisi mediante auxilio naturæ: ideo tertia uia uidetur ad huc esse probabilior, scilicet quod corpus assumptum ab angelo corpus elementare est: non quia sit ex quatuor elementis plena mixtione cōmixtum, sicut corpus complexionatum: nec quia sit ex puro, & simplici elemento formatum: sed quia principaliter formatum ex aere cum aliqua admixtione alterius elementi. Sicut uidemus in nube, quæ non est corpus plene mixtum, habet enim in se naturas pluriū elementorū: Per hunc modum, & corpus ab angelo assumptum principaliter ab aere intelligitur esse formatum, concurrente ad hoc natura alicuius uaporis terrei, uel aquei: quicquid faciat tam ad uarietatem condensationis, quā ad multiformitatem coloris: hanc autem non oportet angelum de longinquo mendicare: cum aer pro magna sui parte sit cōmixtus uaporibus. Et hanc positionem mediam inter utrāque, tanquā ex utraque constitutam ad præsens possumus sustinere.

AD quæstionē igitur propositam respondendum breuiter. Quòd angelus tā bonus, quā malus assumit corpus ex natura nō cœlesti: sed elementari, nō simplici, nec plenè cōmixta: sed medio modo, utpotè ex aere uaporabili: angelus tamen malus ex parte inferiori, bonus uero ex parte superiori, nō (inquam) superiori in qua nulla reperiatur natura alterius elementi: sed superiori cōparatione, & respectu eius partis, de qua assument corpora angeli mali: ideo cōcedendæ

S. Bon. Lib. 2. R. sunt

Nō probantur satis. Sco. hæc.

sunt rationes, quod corpora ab angelis assumpta non sint de natura coelesti: sed elementari.

ADILLVD, quod obiicitur, quod angelus assumit corpus ad suam ostensionem. Dicendum, quod angelus non tantummodo ostendit se pensata dignitate, siue nobilitate sua: sed etiam idoneitate signi, & necessitate ex parte nostra. Licet igitur eius dignitas omnis corporis nobilitatem precellat, quia tamen corpus elementare sufficit ad eius manifestationem, secundum quod nostra exigit indigentia, & ad hoc est idoneum, ut sit corporis organici materia ideo magis competit, ut angelus de ipso sumat corpus, quam de coelesti natura. **ADILLVD**, quod obiicitur, quod instrumentum debet conformari motori. Dicendum, quod uerum est, quando organum, siue instrumentum est ei perpetuo coniunctum: sed quando coniungitur solum ad tempus, sufficit ut sibi per opportunitate loci, & temporis & operis conformetur: & sic est in proposito reperire. **ADILLVD**, quod obiicitur, quod angelus locatur in corpore assumpto tanquam in habitaculo, iam patet responsio: quia non est habitaculum debitum angelo quantum ad excellentiam suam dignitatis, sed quantum ad indigentiam nostram infirmitatis. Et quoniam statui nostre infirmitatis plus conformatur elementaris natura, quam coelestis: ideo & si habitaculum coeleste plus competat angelo ad contemplandum: tamen habitaculum ex corpore elementari plus comperit angelo ad ministrandum. **ADILLVD** ergo, quod obiicitur, aut est corpus graue, aut leue. Dicendum,

quod nec simpliciter graue, nec simpliciter leue: tamen quia ex aere, tamen quia ex aere commixto uapori: & ideo est habile ad motum secundum omnem positionem: quod non esset si esset corpus simplex ponderosum, aut leue. **ADALIVD**, iam patet responsio, quia nec omnino simplex, imo quodammodo mixtum, ut competat colori, & organizationi: nec adeo mixtum est, ut subiacet putrefactioni: sed medium tenet, ut praedictum est. **ADILLVD**, quod obiicitur, quod patitur a contrario. Dicendum, quod sicut formatio illius corporis: quauis sit ex adiutorio naturae, tamen principaliter est a uirtute spiritalis substantiae per hoc quod effigies illius corporis plus est artificialis, quam naturalis: sic & conseruatio illius corporis est a uirtute angelica. Vnde sicut sua uirtute abique manibus corpus illud effigiat, sic sua uirtute protegit, & conseruat, & ipso deserente, redit corpus ad praesentem materiam. Ideo sicut eius conseruatio non pendet ex simili, ita nec corruptio fiet a contrario.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

Angelus in corporibus assumptis an exercent operationis animae uegetiuae?



CONSEQUENTER quaeritur de tertio. scilicet quas operationes exercent angelus in corpore assumpto. Et circa hoc duo quaeruntur. Primo quaeritur, utrum ibi exercent operationes animae, seu potentiae uegetiuae. Secundo, utrum ibi exercent operationes potentiae sensitiuae.

Utrum

UTRUM angelus in corpore assumpto exercent operationes animae uegetiuae. Et uideatur tam de bonis, quam de malis, quod sic. De bono: Cibari, siue comedere est actus spectans ad potentiam uegetatiuam: sed hunc actum exercent angeli in corpore assumpto, sicut probatur ex eo quod scribitur Gen. 18. ubi Abraam exposuit angelis cibaria, & (sicut ibidem legitur) comederunt. **ITEM**. Non decet nuncios ueritatis falsis ostensionibus decipere oculos hominis intuentis: sed angeli apparentes comederunt cum his, ad quos mittebantur, sicut frequenter legitur in scriptura: ergo uere cibabantur: sed iste est actus uegetiuae potentiae: ergo &c. **ITEM**. Lingua congruit in duobus operibus naturae in locutionem, & cibationem: sed angeli in assumptis corporibus per linguam uere, & proprie loquebantur: ergo uere cibabantur: redit ergo idem quod prius, scilicet quod boni angeli in assumpto corpore uegetiuae potentiae actum exercent. **ITEM**. Hoc ipsum ostenditur de malis. Generare enim est actus potentiae uegetiuae: sed daemones mediante corporibus assumptis generant: sicut dicit Iosephus, narrans illud, quod scribitur Gen. viii. De generatione Gigantum. Videntes filii Dei: ergo &c. **ITEM**. Communis opinio est de Merlino, quod generatus fuit a daemone incubo: sed si hoc daemone incubus non potuit, nisi mediante corpore assumpto, ergo idem quod prius. **ITEM**. Actus ordinatus ad generationem est

per mixtionem cum sexu foemineo, uel uirili: sed daemone succubus se uiro subiicit subiectione, in qua est effusio feminis, & daemone incubus mulieri incumbit: ergo uidetur, quod si possint coire, quod possint etiam generare: ergo in assumpto corpore exercent actum potentiae uegetiuae.

AD oppositum arguitur sic, & ostenditur, quod bonis angelis non competat actus cibandi. Scribitur enim Thobiae ultimo, & est uerbum Raphaelis angeli. Videbar uobis quidem comedere, & bibere: ego uero cibo & potu inuisibili utor: ergo non uere angelus comedebat cibum corporalem, & si uideretur comedere. **ITEM**. Vbicunque est uera cibatio, ibi est deperditio refectionis: sed in corporibus assumptis ab angelis nulla fit deperditio, quia non ibi caloris consumptio: ergo &c. **ITEM**. Vbi est uera cibatio, ibi est separatio puri ab impuro: hoc autem non facit angelus beatus in corpore assumpto: ergo, &c. **ITEM**. Quod malo angelo non competit generatio, uidetur. Quia generatio est similis in specie: sed daemone assumens corpus non assimilatur homini, sed daemone: ergo non generat hominem: sed si generat, generat daemone, quod patet esse falsum: ergo, &c. **ITEM**. Ad hoc, quod fiat generatio, necesse est secundum medicos, quod concurrat triplex spiritus, naturalis, uitalis, & animalis: secundum Philosophum triplex calor, uidelicet calor animae, calor caeli, & calor elementari: ergo cum daemone, nec spiritum animale, nec calorem ani-

R 2 ma-

malē in corpore assumpto possit habere, uidetur q̄ nullo modo possit generare. **ITEM.** Generare non est actus animæ, & corporis, sed coniuncti: sed ex dæmone, & corpore non fit unum: ergo nunquam potest per corpus exire in actū generandi.

RESOLVTIO.

Angeli cum nec vegetatiuam, nec generatiuam virtutem habeant; in assumptis corporibus naturales, & vitales operationes uerè exercere nequeunt, sed solum ijs conformes, & semi plenas.

RESPONDEO. Dicendum, q̄ spiritus angelicus siue bonus, siue malus in corpore assumpto non habet operationem animæ uegetatiuæ, nec quantum ad cibationem, nec quantum ad generationem: quia nō habet uim nutritiuam, nec habet uim generatiuam: habet tamē aliquo modo operationes his conformes, licet non plenè: & hoc patet si attendatur natura cibationis, & generationis. In cibatione enim est cibi sumptio, & cōsumptio: est nihilominus conuersio, & unio. Et quantum ad primum competit angelo in corpore assumpto cibatio, siue comestio non simulatè, sed uerè: quia cibum, siue appositum uerè sumebant & consumebant: uerū tamen cibus assumptus eorum indigentiam, uel deperditionē non restaurabat, quia talis cibatio ex potentia, non ex indigentia est in angelis: his uerò, qui uegerantur non tantum est potentia, sed etiam indigentia. Et hoc est quod dicit Augu. Quod sicut aliter absorbet aquam terra sitiēs, aliter radius calefaciēs:

*Conferat
dit Sec.
dis. præ
senti.*

sic aliter competit cibatio homini, aliter competit angelo, siue aliter homini uiatori, aliter beato. Per hunc etiam modum circa actū generationis in aliquo conformatur spiritus assumens corpus, in aliquo uerò non. Nā in actu generationis & est seminis constitutio secundum neruos, & uirtutes, & calores tali speciei competentes: & est seminis sic perfecti transfusio, & susceptio. Primū est solius illius, cui Deus dedit uim propagatiuam: & hoc nullo modo competit dæmonibus assumentibus corpus. Secundum uerò, scilicet seminis susceptio, & transfusio pōt eis competere. Primo enim succumbunt uiris in specie mulieris, & ex eis semen pollutionis suscipiunt, & quadam sagacitate ipsum in sua uirtute custodiunt, & postmodum Deo permittente fiunt incubi, & in uasa mulierum transfundunt, ex qua trāsusione homines generari possunt.

Hi suis facile respondetur ad quæstionem propositam, & ad argumenta. **A**d quæstionem, quia simpliciter conceditur, q̄ non habent opera potentia generatiuæ, & uegetatiuæ, quæ sunt generare, & alimento uti, sicut ostendunt rationes ad hoc inductæ: habent tamen aliquas operationes his cōformes, non in toto, sed in parte: & hoc probant rationes ante oppositū inductæ, ostendentes, scilicet q̄ angeli boni comedunt, & quod mali generant. Verum est enim q̄ boni angeli cibū sumpserūt, sed non ad suam refectionem, sed ad dātium consolationem:

&

& ideo non erat ibi error, nec deceptio, nec illusio, quantum erat ex parte ipsorum angelorum: licet aliquis ignorans naturam illorum posset ex hoc accipere occasionem opinandi falsum. Et sic patet responsio ad tres rationes primas. Concedendum est etiam, q̄ dæmones secundum uiam prædictam semē possunt suscipere, & transfundere, si Deus permittat: sed nō possunt alimētum in uerum semē per propriam uirtutem conuertere: ideo dicuntur quodammodo generare, sicut ostēdunt tres rationes sequentes. Attamen ultima ratio non cogit: plus enim est generare, q̄ coire: & ideo nō sequitur, si possunt coire cum muliere, q̄ propter hoc possint eam impregnare, uel ex ea prolem generare.

QVAESTIO II.

Angeli in assumptis corporibus exerceant operationes, potentia sensitua conuenientes?

VTRVM angeli in assumptis corporibus habeant operationes conuenientes potentia sensitua, & q̄ sic uidetur. Idē est principium motus, & sēsus, sicut dicit Philosophus: sed angelus corpori assumpto dat motum, ergo & sensum. **ITEM.** Si cut angelus assumit corpus habens organa apta ad motum, ita assumit corpus habens organa apta ad sensum. Sicut enim corpus illud assumptum habet manus, & pedes: ita habet oculos, & aures: sed organa sentiendi sine sensu sunt inutilia: ergo si non frustra assumit illa organa uidetur quod illa sensificet, & per illa sentiat. **ITEM.** Quod

habet operationem consequentem proprium speciei, habet operationem consequentem proprium generis: sed sicut proprium hominis est risibile, ita proprium animalis est esse sensibile: ergo sicut angelus in corpore assumpto pōt uidere, uel lugere, sic & potest uidere, & audire. **ITEM.** Angelus de natura sua, aut habet sensum, aut nō habet. Si non, cum sensus sit cognitius particularium, non cognoscit particularia: quod est planè falsum. Si uerò sensus habet, cum sensus sit potētia, qua mediante sensificantur organa corporalia: patet &c. **ITEM.** Angelus existens in corpore assumpto cognoscit hæc sensibilia: aut igitur potentia immateriali, aut potentia, quæ nata sit alligari corpori. Si potentia immateriali: ergo ita bene cognoscit distans, sicut propinquum: igitur angelus, qui est Romæ audit nos loquentes Parisiis: ergo nō indiget moueri, & discurrere: quod si hoc est falsum, restat, quod illa cognoscit potentia, quæ est corpori proportionabilis, & concernit determinatam distantiam, si ergo ista est sensus: patet &c. **ITEM.** Nihil patitur a corpore, nisi sensum habeat corpori proportionabilem: sed angelus crematur ab igne: ergo si sensus eius potest pati a corpore, multo fortius potest per corpus sentire, cum per naturam magis sit natus in corpore agere, quam a corpore pœnam suscipere. **ITEM.** Angelus aspiciens me in assumpto corpore, suscipit in oculo meo similitudinē: & cū oculi

Ius sit corpus p̄ uiū, & teriū, alterius de sua multitudine iudicat, hoc planū est: si ergo ad sensum nihil plus requiritur quā receptio, & iudiciū: uideretur q̄ sentiat per corpus assumptum.

AD oppositum. Sensus p̄supponit uitā, sed angelus corpus assumptum non uiuificat, sicut probatū est supra, ergo nec sensu fiat: ergo per ipsū nō sentit. **ITEM.** Sensus p̄supponit actū uegetatiuū: sed angeli in assumptis corporibus nō habēt opera uegetatiuā: ergo nec opera sensitiuā. **ITEM.** Si angelus sentiret p̄ corpus, cum sensus ille, qui fit mediante organo corporali, sit naturā corporeā alligatus: angelus natus esset, sicut & anima p̄ naturā uniri corpori: ergo quando non haberet corpus, non haberet esse perfectū. **ITEM.** Si angelus sentiret p̄ corpus, cū sentire sit actio cōiuncti, angelus suas operationes ministeriales cōicaret corpori: ergo deberet cōicare p̄nā, & gloriā, quod falsum est. **ITEM.** Sentire est propriū aīalis: ergo nulli competit sentire, nisi cui cōpetit esse aīal: sed hoc nullo modo cōpetit angelo: ergo &c. **ITEM.** Si sentire est mediante organo corporeo: ergo non cognosceret hoīem clauso oculo, nec cognosceret hoīem a tergo, nec cognosceret hoīem in obscuro: q̄ oīa cum sint falsa, restat q̄ angelus in assumpto corpore non habet opera cōpetentia potētiae sensitiuē: quæritur igitur, quæ opera conueniant, uel exercentur ab angelo in corpore assumpto.

Nec has operationes exercent; cum corpus non sensuificent: tametsi operationes motricis uirtutis in ipso exercent.

RESP. Ad prædictorum intelligentiā est notandum, qđ cum aīa uniatu corpori, ut p̄fectio, & motor: quædam sunt operationes, quæ cōsequuntur ipsam aīam in corpore, ut est motor: quædam ut p̄fectio, quædam partim sic, & partim sic. Differenti autē mō exercet anima in corde operationes, quæ sequuntur ipsam ut motorem, & ut p̄fectionem. Nam operationes, quæ consequuntur aīam ut motorem, sic exercet p̄ corpus: quod illas easdem exercet in corpus, quia non solum mouet alia corpora, sed etiā corpus proprium. Operationes uero, quæ consequuntur aīam in corpore ut est p̄fectio, sic exercet aīa in corpore per corpus, quod exercet eas cū corpore, sicut patet: nā aīa clauso oculo, corpus aliquod uidere non potest. Tertiās autē operationes exercet in corpore quasi utroque modo: & ideo primæ cōpetunt anime ut est hoc aliquid, & motor differens a mobili: secundæ uero ut est forma iūcta materię. Quoniam igitur angelus uniu corpori assumpto non ut p̄fectio, sed ut motor: ideo primas operationes exercet plenē in eodem corpore: secundas minimē, tertiās uero quodam modo sic, quodam modo non. Et hoc melius patet, si descendamus exemplificando. Motus progressiuus, siue quicumque alius sit membrorū exteriorum: est ab anima in corpore

corpore, ut est motor, uel motrix, & i seo competit angelo: sentire uero per organa corporis competit animæ, ut est illorum organorum p̄fectio. Sicut enim anima p̄ficit totum corpus: ita uisus, siue potētia uisua p̄ficit oculum: & hæc nō competit angelo in corpore assumpto. Ridere uero est operatio, q̄ partim competit animæ, ut est motor, partim ut est p̄fectio. Ibi enim est quædam cordis exhilaratio: & hæc est ab anima, ut est p̄fectio. Est etiam ibi quædam genarum motio, & hæc est ab anima, ut est motor: ratione primi non conuenit angelo, sed solum ratione secundi. Ex hoc patet responsio ad quæstionem p̄positam. Si enim uocentur opera potētiae sensitiuæ ipsi actus sentiendi per organa, sic breuiter dicendum, q̄ angelus non exercet ea per corpus assumptū. Si autem extendantur opera potētiae sensitiuæ ad ea, quæ sunt ab anima, ut mouente: sic comunicat ea corpori. Rationes igitur probantes angelum non sensuificare corpus assumptum, concedendæ sunt.

AD ILLVD uerò, quod primo obiicitur in contrarium, qđ idem est principium motus, & sensus. Dicendum, q̄ Philos. loquitur in animalibus, in quibus uult, quod cor sit principiu sensus, sicut & principium motus. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ corpus illud habet organa apta ad sentiendum. Dicendum, q̄ angelus non tantū assumit corpus humanum, ut instrumentū ad operandum, sed etiam, ut signum conueniēs ad se ostendē-

dum: & quia corpus carēs organis debitis homini, non esset cōuenienter angelici spiritus ostēsiuum: ideo corpus habens omnia organa assumit, non ad ipsorum organorum sensuificationē, sed potius ad sui ipsius ostensionem. AD ILLVD, quod obiicit, quod comunicat corpori operationem consequentem speciē, &c. Dicendum, quod ridere nō est actus consequens speciē hominis, prout dicit motum solū genarum exteriorum: quia sic consequitur animam, ut motorem: sed prout cum hoc dicit aliquid quem actum interiorem, qui cōsequitur existentiam animæ in corpore, ut est p̄fectio: hoc autem modo non competit angelo, sed solū primo. AD ILLVD, quod obiicitur, qđ angelus hēt sensum, quia cognoscit singularia. Dicendū, q̄ (sentire) potest accipi cōmuniter, propriē, & magis propriē. Cōmuniter sentire idem est, q̄ rem, ut præsentē cognoscere, secundum quē modum accipit Aug. ad Paulinam in Lib. de uidendo Deo. Secundo modo sentire idem est, quod rem, ut hic, & nunc cognoscere: & sic accipit Philosophus, cum dicit, quod sensus est particularium, & intellectus uniuersaliū. Tertio modo sentire idem est, quod peciem existentem in materia præter materiam mediante organo corporeo suscipere: & sic accipit Philosophus in Secundo de Anima, cum dicit: q̄ sensus est susceptiuus specierum in materia præter materiam. Primis duobus modis non differet sensus ab intellectu re, sed ratione tantum: & hoc modo bene po-

*Episto.
112.
Tom. 2.*

*Elicitur ex
1. phy.
49.*

nitur in angelo, angelus enim p suam potentiam intellectuā cognoscit rem, ut presentem, & ut hic, & nunc, dirigendo aspectū sup ipsam. Tertio uerò modo differt potētia sensitua ab intellectuā re, & rōne: & illo tertio modo sensus est potētia alligata corpori: & hoc modo spiritui angelico nō cōuenit. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ si cognoscat potētia immateriali, tunc nihil facit ad hoc distātia. Dicendū, q̄ dum singularia cognoscit, & sētit, potentia immateriali cognoscit, aspectū tamē super rem, cognitam dirigit: & ideo si res illa non est ei p̄sens, siue immediate cōiuncta, necesse est, uel uirtutē angeli deferri usq; ad ipsā, uel econuerso: & quoniam tam uirtus angeli, quā obiecti est uirtus finita, ideo nec cognoscit, nec pōt cognoscere in quantacūq; distantia: hoc autem non est pp uirtutis materialitatem, sicut est in sensu corporis: sed propter uirtutis finitatem.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod patitur ab igne. Dicendū, quod illud non concludit, sicut melius ostenditur in 4. sensus enim, & affectus spiritualis suf

ficit ad sentiendum uerum dolorem, sicut ostenditur ibidem. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ recepit, & iudicat. Dicendum, quod cum ista duo sint in sensu, uidelicet receptio, & iudiciū: receptio est principaliter ratione organi, sed iudicium ratione uirtutis. In sensu autem corporeo sic est receptio in organo, q̄ est receptio pariter & in uirtute, & sic est iudicium uirtutis illius in organo, quod non prater organum, & ideo tam receptio, q̄ iudicium est totius coniuncti. In oculo uero angeli sic est receptio in organo, quod non est receptio in uirtute aliqua illi organo alligata: & sic est iudicium a uirtute in organo, quod etiā p̄ter organum. Vnde angelus, ita bene perciperet aliquē clausis oculis, ut apertis: & ideo non est ibi receptio, & iudicium secundum q̄ competit sensui, ac per hoc non est ibi sensus exterior. Nec etiam oculus angeli dicitur oculus nisi æquiuoce, & tale corpus plus habet rationem instrumenti, quam organi, licet organum cū possit dici propter assimilationem, q̄ habet cū corpore naturali: & sic patet totum.

DISTINCTIO VIII. PARS SECVNDA.

De potestate demonum, quam habent super corpora humana.



Illud etiā consideratione dignissimū uidetur, utrum demones, siue corporei, siue incorporei sint, hominū substantialiter intrent corpora, eorumq; animabus illabantur: an ideo intrare dicantur, quia malitiæ suæ ibi effectum exercent Dei permissione, opprimendo

primendo atque uexando eas, uel in peccatum pro uoluntate sua trabendo. Quod in homines introeant, atque ab eis expulsi exeant; euangelium aperte declarat, commemorās Mat. 8 Mar. 1. demonia in quosdam ingressa, & per Christum eiecta: sed utrum secundum substantiam fuerint ingressa, an propter mali effectum dicantur ingressa, non adeo perspicuum est. De hoc autem August. in Lib. de Ecclesiasticis dogmatibus Cap. 83 Tam. 3. ait, Demones per energiam operationem non credimus substantialiter illabi animæ: sed applicatione & oppressione uniri. Illabi autem menti illi soli possibile est, qui creauit: qui natura subsistens incorporeus capibilis est suæ facturæ. Ecce hic uidetur insinuari, quod substantialiter non illabantur demones uel introeant corda hominum. Be da quoque super illum locum Act. Apostolorum, ubi Petrus ait Ananiæ, Cur tentauit Satanus cor tuum? dicit, Notandum quod mentem hominis iuxta substantiam nihil implere possit, nisi creatrix Trinitas: quia tantummodo secundum operationem, & uoluntatis instinctum anima de his, quæ sunt creata impletur. Implet uerò Satanus cor alicuius, non quidem ingrediens in eum & in sensum eius, neque introiens aditum cordis (si quidem potestas hæc solius Dei est) sed callida & fraudulenta deceptione animam in effectum malitiæ trahens per cogitationes & incentiua uitiorum, quibus plenus est. Impleuit ergo Satanus cor Ananiæ non intrando, sed malitiæ suæ uirus inserendo. Sup e. 28. Act. circa illud uiperæ cū processisset a calore. Idem, Spiritus immundus flamma uirtutum de cordibus fidelium expulsus, doctoribus ueritatis luctantibus uenenum persecutionis infundit. His auctoritatibus ostenditur, quod demones non substantialiter intrant corda hominum, sed propter malitiæ effectum: de quibus pelli dicuntur, cum nocere non sinuntur.



Vpra egit Magister de uirtute demonum, & etiam bonorum spirituum respectu corporum humanorum similibus. In hac parte agit de uirtute, & potestate demonum respectu ho-

minū. Diuiditur autē hæc pars, in quatuor particulas. In prima Magister quærit. In secunda de terminat p̄ auctoritatē euangelii, ibi. Quod in homines introeant, &c.) In tertia uerò explanat per auctoritatem Gennadii, ibi.

De

De hoc autem Gennadius, &c.) In quarta, & ultima illam explanat per auctoritatem Bedæ presbyteri, ibi. *Beda quoque super illum locum, &c.*

ARTICVLVS I. QVÆSTIO I.

An dæmones habitare possint in corporibus humanis?



Ad intelligentiam huius partis sex incidunt dubitabilia. Primum ergo queritur utrum dæmones habitare possint in humanis corporibus. Secundum, utrum illabantur animabus. Tertium, utrum possint ludificare sensus humanos. Quartum, utrum possint cogitationes immittere. Quintum, utrum possint affectiones incendere. Sextum, utrum possint scrutari secreta nostræ conscientiæ.

VTRVM dæmones in humanis corporibus possint habitare. Et uidetur, quod sic. Quia nullus spiritus eicitur de aliquo corpore, uel habitaculo, in quo non est: sed dæmones (sicut legitur in euangeliis) de obsessorum corporibus sunt eiectione a Christo, & eius Apostolis: aliquando ergo habitauerunt in eis. **ITEM.** August. de Diuinatione dæmonum loquens de dæmonibus dicit. Suadent miris, & inuisibilibus modis per illam subtilitatem suorum corporum hominum corpora non sentientium penetrando. Sed si potest corpus penetrare, cum possit ibi quiescere, potest & inhabitare. **ITEM.** Constans est, quod aliqui a dæmonibus obsidentur: ergo obsessi dicunt, aut quia dæmon habet in eis effectum: aut quia est in eis secun-

dum substantiam. Si quia habent in eis effectum: ergo omnes peccatores essent obsessi a diabolo, quod falsum est: ergo quia sunt in eis secundum substantiam, obsessi dicuntur: ergo, habitant in suis corporibus. **ITEM.** Nullum corpus potest præbere obstaculum spiritui: ergo si dæmones spiritus sunt, nullum corpus est eis obstaculum: ergo sicut lumē penetrat aerē usque in profundū, & ibidem manet, sic spiritus dæmoniacus corpus humanū subintrare potest per totū: ergo si non expellatur ab agente maioris potentiae, uidetur, quod ibi possit inhabitare.

AD oppositum arguitur sic. Super illud Abacuch. 2. Dominus in templo sancto suo. **Glos.** Simulachris asidere potest immundus spiritus, intrinsecus esse non potest: ergo si non potest in simulachris, multo minus, nec in corporibus humanis. **ITEM.** Beda dicit, & Magister adducit in litera super illud Act. v. Cur impleuit Sathanas cor tuum? Implet Sathanas cor alicuius, non quidem ingrediens in eum, nec in sensum eius: ergo non uidetur, quod dæmon ingrediatur secundum substantiam corpus alicuius hominis. **ITEM.** Anima unitur corpori, ut motor, aut ut perfectio: sed quia coniungitur, ut perfectio, impossibile est in eodem corpore esse aliam naturam perfectiorem: ergo cum coniungatur, ut motor, impossibile est in eodem corpore esse aliū spiritum, ut mouentem: si ergo dæmon in corpore humano non potest esse, nec ut motor, nec ut perfectio: ergo nullo modo. **ITEM.** Si-

cut

cut supra dictum est; nullo modo competit duos spiritus angelicos esse simul in eodem loco primo: ergo pari ratione, non uidetur, quod in eodem loco primo possit esse anima, & angelus: sed anima est in toto corpore suo: sicut uult Aug. ergo in nulla parte corporis potest esse dæmon.

RESOLVTIO.

Et ex subtilitate, & potestate nature, (cum spiritus sint) simul & ex diuina permissione possunt dæmones humana corpora obsidere, Cur autem id Deus præcisè permittat, non est, qui sciat.

RESP. Dicendum, quod (sicut in nullo textu euangelico, & Augustiniam in Lib. de Diuinatione dæmonum,) dæmones per naturam suæ subtilitatis, & spiritualitatis possunt quæcunq; corpora penetrare: & in eis sine aliquo obstaculo, & impedimento subsistere: ratione uero suæ potestatis possunt ea corpora, in quibus sunt; commouere, & conturbare. Sicut enim spiritus spiritui impenetrabilis esse non potest, sic nec corpus potest resistere spiritui: ideo dæmones quantum est de potestate & subtilitate nature, possunt corpora humana intrare, possunt etiam & uexare: nisi prohibeantur a superiori uirtute, & cum permittuntur introire, & uexare, tunc dicuntur corpora obsidere. Permittit autem hoc dominus siue ad gloriæ suæ ostensionem; siue ad peccati punitionem; siue ad peccantis correctionem; siue ad nostram eruditionem. Sed ex qua istarum causarum determinatè permittat, latet hoc humanam industriam; propter hoc, quod occulta sunt Dei iu-

dicia: hoc tamē planū est, quod non sunt iniusta, & ideo non permittit talia sine causa. Cōcedendæ sunt igitur rationes, quod dæmones possunt humana corpora subintrare.

AD ILLVD, quod obiicitur de **Glos.** quod intrinsecus esse non potest. Dicendum, quod esse intrinsecus in aliquo, hoc potest esse dupliciter. Aut sicut contentum respectu continentis, ut aqua respectu uasis: & sic dæmon bene potest esse intrinsecus in simulachris. Alio modo esse intrinsecus dicitur aliquid, quod influit in intima rei, & influendo conseruat, & perficit: & hoc modo non congruit dæmoni, nec respectu simulachri, nec respectu hominis, & sic loquitur illa **Glos.**

AD ILLVD, quod obiicitur de Beda, quod non ingreditur in hominem. Dicendum, quod non loquitur de ingressu in hominē, qui attenditur ex parte corporis: sed qui attenditur ex parte spiritus rationalis. **AD** ILLVD, quod obiicitur, quod anima comparatur ad corpus, ut perfectio, & motor, &c. Dicendum, quod non est simile de comparatione per modum motoris, & per modum perfectio- nis: quia unius perfectibilis una sola est perfectio: perfectio enim appropriat sibi perfectibile, & eōuerso; sed unius mobilis potest esse multiplex motor: & unus motor multa potest mouere, maximē quando illa habent aliquem ordinem. Et quia diuino iudicio anima peccatrix subiicitur dæmoni obsidenti, sicut tortori, & affligenti: hinc est, quod simul in eodem corpore esse possunt. Et per hoc patet responsio ad ultimum, quod obiiciebatur de

de coexistētia duorum spiritū. Non enim est simile, pro eo, quod illi (ut supra dictū est) repugnat ordo uniuersitatis, huic autem consonat ordine æquitatis, secundum quā anima peccatrix affigitur. Nec repugnat ordo uniuersitatis, quia diuersimode ad illud habitaculum comparatur.

QVÆSTIO II.

An demones animabus illabi possint?

VTRVM demones illabi possint animabus. Et quod sic, uidetur Luc. 4. Ecce homo habens dæmonium sibi Glo. Intrauerat diabolus, unde exierat Christus: sed Christus non exierat de corpore: sed de spiritu: ergo diabolus subintrat spiritum. **ITEM.** Si impartibile adiungatur impartibili, secundum totū applicabitur ei: & quod applicatur alicui secundum totum, applicatur ei secundum suū intimum: sed illabi non est aliud, quā secundum intimum profundari: ergo cum dæmon sit impartibilis, & obsidendo hominem animæ applicetur, uidetur, quod eidem necessario illabatur. **ITEM.** Sicut est ordo in corporibus, ita est ordo in spiritibus: sed in corporibus uidemus, quod agens influit uirtutē suam passo usque ad intimum, aliter enim non alteraret totū: ergo pari ratione, & in spiritibus: ergo dæmon potest influere uirtutem suam passo uim animæ, usque ad intima animæ: sed uirtus dæmonis non est spiritua lior, quā substantia: ergo uidetur, quod dæmon usque ad intima animæ illabi possit. **ITEM.** Sicut homo efficitur templum

Ari. 12
Meta.

Dei per gratiam, ita efficitur templum diaboli per peccatum: sed omnino ibidem, ubi prius erat gratia, incipit esse culpa: ergo ubi prius habitabat Deus, potest habitare diabolus.

CONTRA. August. de fid. ad Perr. Inest singulis spiritibus naturalis terminus, quo ad seiuicem distinguuntur, & unus in altero non est: sed anima humana spiritus est: ergo non potest esse in dæmone, nec dæmon in ea: ergo nec illabi: ergo &c.

ITEM. Si unus spiritus illabitur, aut alter potest illabi, aut non. Si sic: ergo pari ratione & tertius, & quartus, & sic de aliis, & ita omnes spiritus mali possent illabi uni animæ, quod plane falsum est. Si non potest: ergo unus spiritus implet totā animam: sed hoc est falsum, quia imaginem Dei nihil minus Deo implere potest, sicut dicit Aug. & Beda. **ITEM.** Si dæmon illaberetur animæ, esset intimus animæ: ergo per totum dominaretur ei: ergo posset pertrahere ad mala, quæcunque uellet, & ita anima lib. arb. nō haberet. Quod si anima lib. arb. non potest amittere: ergo nec dæmon ei illabi potest. **ITEM.** Si illaberetur animæ, nihil esset, ita intimū in anima, in quo non esset, & super, quod non posset dæmon: sed sicut Deus illabendo animam reificat, & conseruat: sic dæmō, quod potest, deordinat, & deprauat: ergo si dæmon illaberetur animæ, dæmon posset synthetisim, uel uoluntatem naturalem deprauare, & ad malum inclinare, quod est impossibile.

Cap. 3.

De eccl.
dignit.
cap. 83

RE-

RESOLVTIO.

Minimè: nam hoc solius dei est: sicut eis intimus est, & intimè operatur.

RESP. Dicendum quod illabi aliquid alicui importat, quod illud intimum sit ei, & quod intimè operetur in illo: nihil autem tale est respectu animæ nisi solus deus: ideo solus diuinus spiritus aīæ pōt illabi. In aīa namque humana idem est intimum & supremum: & hoc patet quia secundum suū supremū maxime approximat deo, similiter suū intimum: unde quanto magis redit ad interiora, tanto magis ascendit, & unitur æternis. Et quia solus deus superior est mēte humana, secundum sui supremum solus deus potest menti esse intimus: & ideo illabi spiritui rationali est diuinæ substantiæ proprium. Concedendæ sunt igitur rationes ostendentes quod animabus humanis illabi non pōt malignus spiritus.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur de Glo. quod intrauit diabolus, &c. Dicendum quod hoc non dicitur de ingressu secundum substantiam, sed secundum effectum, siue conformitatis malitiam, unde non uult Gl. plus dicere, quā quod ubi finit gratia, ibi incipit esse malitia. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod impartibile impartibili applicatur secundum totum. Dicendum quod aut intelligitur de iūctura situati, aut de iūctura uirtuali. Si de situati, sic pōt habere ueritatem, sic autem non est intelligere applicationē substantiarum spiritualiū, quia non sunt situales. Si autem intelligatur de applicatione uirtuali,

sic secundum nō habet ueritatē, quā in simplici substantia reperitur magnitudo uirtutis, & secundum illam considerari pōt in aīa maior, & minor rō dignitatis secundum accessum ad originē illius uirtutis. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod sicut est ordo incorporibus, ita est in spiritibus. Dicendum quod & si sit aliqua similitudo, nō tñ omnimode perfecta, nec quātū ad ordinem, nec quantum ad intimitatem. Non quantum ad ordinem, quia oēs substantiæ rōnales immediatē sunt natæ ferri in deum, nec quantum ad hoc una præest alteri: hoc autem nō contingit in corporibus inueniri. Non est etiam simile quantum ad intimitatē, quia quod est intus, & extra in re corporali, est eiusdem naturæ, nō differens dignitate, sed magis partiū positione: in aīa uero quod est intimum, hoc est maxime supremum, & deo proximū: ideo in rebus corporibus quod potest influere exterius magis & magis agendo, potest peruenire ad interius, & ad intimum: non sic in spiritu ubi idē dicitur intimum esse, quod est in eo supremum, & dignissimū. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod ibidem est culpa, ubi fuit gratia. Dicendum quod uerum est: sed ex hoc non uidetur, quod ibidē sit diabolus, ubi deus: quia aliter gratia est a deo: aliter culpa est a diabolo. Gratia n. est a deo ut p̄sente, & influente, & intime operāte, & medullas affectionis penetrāte, secundum quod inuit Apostolus ad Heb. iiii. Viuus est sermo dei & efficax &c. sed culpa d̄r cē a diabolo: solum sicut a suggerēte & impellente quodammodo quasi exte

exterius instigante: & ideo non oportet diabolū habitare in intimo cordis peccatoris quantum cūque medullitus adhæreat peccatum. Vltorius. Peccatum non ponit aliquid, sed potius priuat: ideo secundum ipsum non dicitur aliquid illabi animæ: sed potius ab eo aliquid corrumpi: & sic patet quod non est simile de culpa, & gratia quamuis sint circa unum & idem.

QVÆSTIO III.

An dæmones possint illudere sensus?

VTRVM dæmon possit sensus illudere. Et quod sic, uidetur super illud Exod. vii. Fecerunt magi per incantationes & arcanam quædam similiter: dicit Glos. Rabani. Diabolicis figmentis spectantium oculos illudebant: ut res in sua specie remanentes aliæ uiderentur. **ITEM.** In itinerrario Clementis dicit Niceta ad Petrum, narrās præstigia Simonis, Vidimus canes cantare, & imagines ambulare. Constat quod hoc non fiebat nisi uirtute dæmonum: si igitur dæmones hæc, & his similia plura faciunt; quæ nullo modo nisi miraculose, fieri possunt; ergo oculos spectantium illudunt, maxime cum illa facere uidentur; ad quæ per auxiliū naturæ iuuari non possunt. **ITEM.** In uitis patrum legitur, quod quidam adduxerunt quandam puellam ad sanctum patrem, quæ uidebatur eis esse æqua; sed sanctus pater deprehendit, quod esset puella: ergo si hoc fiebat arte diaboli, apparet ergo &c. **ITEM.** Plus est decipere intellectum quam sensum, sed dæmones multos decipiunt &

seducunt quantum ad intellectum: ergo multo fortius seducere uel illudere possunt quantum ad sensum.

CONTRA. Sensus particularis non errat, ut dicit Phil. 2. de aīa circa propriū obiectum, ergo non precipit nisi illud quod uerū est: sed delusio sensuum non potest esse sine errore & deceptione, ergo &c. **ITEM.** Cum diabolus facit aliquem uidere asinū, uel aliquod aliud animal, ubi non est secundum ueritatē, necesse est quod faciat similitudinem illius animalis in oculo: sed illa similitudo non potest generari nisi ab illo animali, cum non possit educi de nihilo: ergo uel oportet quod afferat asinum, uel nunquam faciat eum uideri: sed si asinum affert, non est ludificatio: si non affert, non immutat: ergo nunquam potest deludendo immutare, uel immutando illudere. **ITEM.** Cum hominē facit uidere capram: aut similitudo hominis puenit usque ad oculum, aut non. Si sic: ergo cum iudicet secundum similitudinē receptam, iudicabit illam esse hominem: ergo non decipietur. Si non peruenit: quæro quid impedit: & uidetur quod nihil possit. Existente enim medio illuminato, necesse est obiectum multiplicari per medium, si non adsit corporeum obstaculum: ergo uideretur quod nullo modo possit esse ibi ludificatio sensus. **ITEM.** Cum facit uideri quod non est: aut hoc facit immutando uirtutem, aut immutando oculū, aut obiectum. Si immutando obiectum: ergo est uerum miraculū, non ergo præstigium. Si immutando

tando organum, uel uirtutem: cum hæc sint digniora, tunc erit maius miraculum: ergo falsa miracula erunt maiora ueris: quod si hoc est falsum, redit idē quod prius.

RESOLVTIO.

Possunt: idque præsens ostendendo, quod est absens est: uel aliter ostendendo quā sit: uel abscondendo, quod præsens est.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam attendendum est, quod absque dubio dæmones possunt sensus deludere, sicut multiplex experientia docet: modū autem assignare est ualde difficile: & ad hoc plures doctores conati sunt diuersimode. Quidā nāque uoluerunt modum huius delusionis assignare, dicentes hoc supra naturam esse. Tripliciter autē hoc est fieri posse. Pōt enim hoc facere dæmon à superiori influendo: ab intrinseco, phantasma mouendo: ab extrinseco, species obiciendo. A superiori influendo dicunt hoc modo fieri posse: quia dæmon per naturam superior est sensu corporeo: & quia superiora nata sunt influere in inferiora, dæmon potest species, quas habet in se, sensui imprimere tam interiori, quam exteriori: quæ tamen minus sunt spirituales in suscipiente, quam indante: quia quod recipitur in aliquo, est per modū recipiētis, non per modum recepti. Similiter ab interiori phantasmata mouēdo, dicunt sic posse accidere, sicut accidit in somnis ex motu phantasmatum: & de fluxu ab organo excitari uirtutem sensitiuam interius, & fieri somnium: in quo uidetur homini quod uideat, uel audiat ueritatem, cum phantasma

rei peruenit ad organum uisus, uel auditus. Sic & in proposito: dæmon potest phantasmata existentia in organo interiori facere diffuere ad organa sensuum: & sic uidetur homini quod uideat, uel sentiat ipsam rem, dū ex rei phantasmate formatur organum: & intērior sensus super illud cōuertitur: & iudicatur de similitudine ac si esset ueritas. Ab exteriori uero, species obiciendo, potest hoc modo sensum ludificare. Vnaqueque enim res nata est speciem suam suscipibili dare. Et si esset aliquid, quod non tantū speciem susciperet, sed etiam tenere posset, posset circūferri, & alicui pro ueritate offerri: sicut ostenditur luna in puteo. Quia ergo non latet dæmonem naturam specularis, non solū susceptiua specierum, sed etiam retentiua: mediante illa potest quancunque uult, & cuiuscunque rei uult speciem pro ueritate sensibus nostris offerre: quam cū pro ueritate accipiunt, ludificantur. Hunc igitur triplicem modū dicunt dæmoni esse possibilem: & modo uti hoc, modo illo, & modo tertio. Sed quilibet horū modorū interius consideranti habet aliquid improbabilitatis. Nō enim uidetur possibile, quod substantia spiritualis quæ habet in se species omnino imateriales, possit eas sensibus imprimere, cum omnino sit uirtus improporcionabilis: nec etiam uidetur quod species ab organo interiori retrogradus. Præterea mirum est ualde, si dæmon inuenit ita magnum speculum: in quo in magnitudine sua, & latitudine possit

fit ostendere unum castrum, sicut pluribus aliqñ est ostensum. Mirum est etiam, si uidet quis ita rem, q̄ nō potest uidere speculū: Mirabilis est et natura talis rei corporalis, quæ pōt spēm suscipere, & tenere: cum uideamus speciem ab obiecto speculo sensibilibiter separari non posse. IDEO alius modus dicendi est, qui magis est consonus naturæ, & intelligentiæ: quod dæmon potest ludificare sensus, siue ostendendo præsens esse qđ non est, siue aliter ostendendo quā est, siue abscondendo qđ præsens est. Primum quidem facit speciem offerendo: secundum facit sensum, uel obiectum diuariando: tertium uero facit impedimentum præstando. Primum potest intelligi sic. Quando phantasmata existentiā interius offeruntur forti oblatione ipsi uirtuti interiori, uel uirtus interior fortiter illis intendit: similitudo rei uidetur esse ueritas. Hoc manifestum est per naturam: nā phrenetico propter ascensum fumositatum ad cerebrum ex modica occasione exteriori, uidetur ei qđ uideat multa, quæ nō sunt sibi præsentia, uel qđ audiat. Similiter per fortem conuersionē intentionis, phantasma uiderur ueritas: sicut Aug. exemplificat in Libro de Trini. qđ quidam tāta conuersione recogitabat cuiusdam mulieris imaginem, qđ ei carnaliter commisceri uidebatur, etiam uigilando. Per hunc modum dæmō potest siue intentionem ad imaginem conuerrere, siue fumos aliquos imittendo, spiritū animalē imutare, & phantasmata diuersimode uaria

re, & intentioni offerre, & sic diuersa homini facere apparere: & hoc modo utitur frequenti similitudine. Et huius signū est: quia nunquam facit hominē aliquid sentire, cuius imaginē non habeat in interiori organo uirtutis imaginariæ. Nunquam enim cæcos naturaliter facit somnare de coloribus, nec surdos de sonis, nec eis talia repræsentat in uigilia, uel in somnis. Secundum modū possumus intelligere sic. Quod res alio modo ut substantia, alia dispositiōe appareat sensui, quā sit naturaliter. Quod potest contingere propter uariationem aliquā ex parte organi: sicut quando humor sanguineus, uel uapor igneus descendit ad oculos, uidetur homini quod ea quæ exterius sunt, sint rubea: Vel propter uariationem aliquā ex parte obiecti: sicut contingit aliquādo quod ex positione candelæ factę de serpētis pinguedine, & dispositione palearum uidentur paleæ serpentes esse operatione naturali. Simile est in aliquibus uirtutibus quarundā rerum mineralium. Et quia iste modus non latet dæmones, & sunt ministri ueloces: potentes quæ necessaria sunt, adhęc statim offerre: ideo sensus nostros frequenter deludunt, ostendentes rem aliter quam sit, dum eam faciūt, aliter quam se habeat, apparere, quod quidem fit per uariationē modicam inducendo circa organum, uel obiectum: quæ quidem uario non mutat formam, sed solum ex quadam accidentali adhærentia, & est ut passio, non passibilis qualitas. Tertium modum sic possumus intelligere.

re. Res si quidem, quæ præsto est, sensum nostrum sine uisibili obstaculo potest dupliciter latere: aut quia impeditur uirtus sensus, ne perueniat ad sensibile, aut quia impeditur species sensibilis, ne perueniat ad sensum: & utroque modo impeditur sensus, ne percipiat qđ sibi est præsto. Vtrūque autem horum factis credendum est esse possibile uirtuti dæmonis, & ideo dicitur posse facere per hanc uiam, ut hominem reddat inuisibile, qđ tamen certum non est: si tamen est, hac uia posse fieri non est multū incredibile. His uisis patet responsio ad quæstionē propositam, quoniam terminanda est in partem affirmatiuam: patet etiam in parte responsio ad obiecta.

AD ILLVD enim, quod obiicitur, qđ sensus non errat circa proprium obiectum. Dicendū, quod hoc intelligitur quantum est de sui natura salua. scilicet media dispositione organi, medii, & obiecti. Intelligitur etiā de sensu particulari per se. In hac autē deceptione sensus communis, siue phantasia, quæ dicitur collatiua, admiscetur sensui particulari: & iudicat esse alterius qđ est suum. AD ILLVD, quod obiicitur, qđ nulla res potest uideri, nisi per suam speciem. Dicendum quod speciem, nec de nouo dat, nec de nouo offert: sed illam, quæ erat in phantasia tam uiuaciter uirtuti illi interiori obiicit, ut credat se rem exteriorē sensibilibiter intueri. AD ILLVD, quod obiicitur, quod facit hominē uideri capram: utrū illa species hoīs deferatur ad ui-

sum. Dicendum, quod fortassis impedit ne perueniat ad uisum, uel uisus ad eam: uel saltem impedit ne perueniat ad iudicium, dum loco illius offert speciem caprę, quam habet in phantasia, & sic dum aspicit ad corpus humanū, æstimat se uidere caprā. AD ILLVD, quod quæritur, ubi facit immutationē, uel circa organum, uel obiectum, uel uirtutem. Dicendum, quod potest facere, & facit circa omnia hæc, pro loco, & tempore sicut sibi uidetur expediri: nec tamen uidetur quod sit uerum miraculū, quia non est ibi uera formarum transmutatio, aut inductio, sed solū quædā transitoria: & quasi momentanea immutatio, quæ cum ostendat circa rem ueram esse transmutationem, non est uerū miraculum: sed uanum, & falsum præstigium.

QUESTIO IIII.

An dæmones cogitationes immittere possint?

UTRUM dæmon possit cogitationes immittere. Et qđ sic: uidetur primo auctoritate ueteris testamenti. In Psal. 33. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum: si bonus angelus potest immittere, cum bonus, & malus sint eiusdem naturæ, patet &c. ITEM. Auctoritate Iohan. xiiii. Cum diabolus misisset in cor, ut traderet eum Iudas: sed mittere in cor non est aliud quā immittere: ergo, &c. ITEM. Gregorius, in Moralibus. Maligni spiritus in cordibus malignorum cogitationes immittere nō desistunt. ITEM. Suggestio ē aculeus diaboli: S. Bon. Lib. 2. S. boli:

bol: suggestio nihil aliud est q̄
prauæ cogitationis immissio: si
ergo diabolus potest mala sug-
gerere: ergo & p̄t malas cogi-
tationes immittere.

C O N T R A. Math. vii. Super
illud. Nihil q̄ in os intrat, coin-
quinat aīam, dicit Glof. Bedæ,
quod diabolus non est malarū
cogitationum immissor. **I T E M.**
Si potest cogitationem immitte-
re, cū in cogitatione formetur
acies intelligentiæ: ergo potest
mentem nostram formare, q̄
falsum est: cum hoc dicat Aug.
esse proprium ueritatis primæ.
I T E M. Nihil nobis intimius est
quàm nostra cogitatio: ergo si
diabolus p̄t cogitationes im-
mittere, ergo p̄t quando uult
ad interiora nostra spiritualia
introidere: sed hoc nihil aliud est
quàm illabi; ergo menti nostræ
illabi potest, quod supra impro-
batum est. **I T E M.** Si potest cogi-
tationes immittere; ergo potest
quando uult, malum facere cogi-
tare: sed ipse continuè nobis
optat malum; ergo nunquam
permitteret nos a cogitationi-
bus malis desistere, quod mani-
festè falsum est. **E S T** igitur
quæstio, quantum posse habeat
diabolus respectu cogitationū
generandarum in nobis, utrum
scilicet possit efficere, uel tantū
offerre: & si offerre, utrum ne-
cessario possit nos compellere
ad hoc, quod nos recipiamus ob-
latum. Et quod sic uidetur, quia
si aliquid præsentatur aspectui
oculorum nostrorum, necessa-
riū est nos uidere, & sic de aliis
sensibus; ergo similiter uidetur
de cogitationibus. Quod si ue-
rum est, uidetur quod a malis

cogitationibus non possumus
euadere, & quod mala cogitare
non sit reprehensibile, cum ta-
men dñs reprehendat Matth. 9.
Quid cogitatis mala in cordi-
bus uestris?

R E S O L V T I O .

*Possunt, sed non ut principales agē-
tes huius: sed ut excitantes, uel
impellentur.*

R E S P O N D. Dicendum, quod im-
missio dicit actū, cuius effectus
terminatur ī eo, quod intus est.
Hunc autem actum dupliciter
potest dicere respectu illius effe-
ctus. Aut sicut causæ principali-
ter agentis, & efficientis, aut si-
cut excitantis, uel impellentis.
Primo modo propriè accipitur,
& sic competit soli Deo respectu
animæ: ipse enim solus est, qui p̄
modum principalis agentis p̄t
in eius intimis cogitationes, &
affectiones gignere, & formare.
Alio modo accipitur largè, &
minus propriè: quoniam im-
missio de rōne sui nominis quā-
dam uirtutem, & auctoritatem
sufficientē respectu effectus im-
portat: & ideo quando solum
modo dicit excitationem, uel
impulsionē, largè accipitur, &
minus propriè: & sic competit
demoni respectu animæ, quo-
niam eius officium est, siue per
uersum studium eidē malas cogi-
tationes suggerere. Et sic patet
responsio ad rōnes ad utran-
que partem. Nam rationes, &
auctoritates ad primam partem
inductæ procedunt de missione,
& immissione communiter di-
cta: rationes uerò ad oppositum
procedunt de immissione pro-
priè dicta.

A D I L L V D uerò, quod qua-
ritur

ritur ultimò: quantum posse ha-
beant dæmones respectu mala-
rum cogitationum nostrarum.
Dicendum, q̄ phantasmata pos-
sunt offerre. **A D I L L V D**, autem
quod quaeritur, utrum necessa-
riò possint compellere: diuersi-
modè a diuersis responderetur.
Quidam enim dicunt q̄ necessa-
riò possunt compellere ad cogi-
tationes malorum, non tamen
malas. Cogitatio enim, quæ est
de malo, nō est mala, nisi æquè
comitetur affectio mala, quæ ē
in potestate nostra. Aliis uerò
uidetur, & probabilius, quod
non possunt facere aliquid, quo
facto, necessariò cogitemus ma-
lum, nisi in casu, uidelicet cum
cogitatio animæ nō est circa uti-
lia occupata. Cum enim euaga-
tur, & est ociosa ratio, tunc po-
test ei diabolus offerre imaginē
turpem, & uanam: & ideo uolē-
ti malas cogitationes, & imagi-
nationes effugere, sollicitè & di-
ligenter cauendum est, ne con-
tingat aliquando animum a bo-
nis, & ab utilibus cogitationi-
bus reuocari: hoc tñ difficile est,
nisi ei qui solitus est in bonis a-
nimum exercere: cui multò faci-
lius, & delectabilius est in bonis
uersari cogitationibus, quam sit
uiris carnalibus in fœdis, & tur-
pibus imaginibus.

Q V A E S T I O V .

*Ad demones malas affectiones in-
cendere possint?*

V T R V M demones possint ma-
las affectiones incendere.
Et quod sic, uidetur. **O s e a .** vii.
Omnes adulterantes sicut cliba-
nus succensus a coquēte: & **G l .**
exponit q̄ clibanus est fornica-
tor, & coquens diabolus; ergo

&c. **I T E M.** Beda. Super **A c t u .** 6.
dicit, q̄ diabolus fraudulenta,
& callida deceptione animā in-
affectum maliciæ trahit: sed hoc
nihil aliud est, quam prauā affe-
ctionem incendere; ergo &c.

I T E M. Diabolus potest carnem
nostram commouere, sicut dici-
tur **I o b .** 6. Super illud, terra tra-
dita est in manu impii: exponit
G r e g o . id est caro in manu Dia-
boli: si ergo carne commota ex-
citatur stimulus concupiscētiæ,
qui est in nobis, tanquam igni-
culus prauæ affectionis: uidetur
quod diabolus possit ī nobis in-
cendere affectionē concupiscen-
tiæ. **I T E M.** Ignem incendere nō
est aliud, quàm igni pabulū mī-
nistrare: sed malę imaginatio-
nes, & exteriores oportunitates
& occasiones sunt fomenta con-
cupiscētiæ: ergo uidetur quod
diabolus hunc ignem concupi-
scentiæ possit in nobis accende-
re. **I T E M.** Calidum potest cale-
facere, ergo inflammatum p̄t
inflammare: sed diabolus totus
est inflammatus, immo & in eo
sunt flammæ, & incentiua uitio-
rum, sicut dicitur **I a c o .** ii. & **B e -**
d a dicit. & **M a g i s t e r** dicit in lit-
tera: ergo potest diabolus nos
ad malum inflammare, ergo &
incendere.

A D oppositum. Imago ma-
ximè perficitur in affectione, &
uoluntate: ergo si diabolus non
habet posse super animam in-
quantum est Dei imago, ergo
non uidetur q̄ possit affectionē
nostram incendere. **I T E M.** Li-
bertas arbitrii consistit maximè
in affectu, siue in uoluntate: sed
liber. arbi. est illud; super quod
minimè potest diabolus; ergo

uidetur, quod minimè possit in nostrum affectum: ergo si non potest intellectui cognitionem, uel cogitationem immittere; ergo multò minus affectionem incendere. **ITEM.** Cogitatus præambulus est ad affectionem: sed quod non potest in dispositionem, non potest in complementum; ergo si diabolus non potest immittere cogitatum, non etiam potest incendere affectum.

ITEM. Si potest malas cogitationes incendere: cum huiusmodi affectiones semper sint culpabiles, continuè posset nos facere peccare, quod nefas est dicere.

EST Igitur quæstio, quæ differentia sit inter incendere, & immittere? & pro quanto diabolus magis dicitur incensor, quàm immissor? cum e conuerso uideatur, cum multo plus sit affici, quam cogitare.

RESOLVTIO.

Possunt quidem at non generando: sed excitando, & ministrando.

RESP. Dicendum, quòd incendere est actus translatus a corporalibus ad spiritualia. In corporalibus autem incendere est non ignem generare, sed potius igni pabulum ministrare, uel applicando ignem combustibili, uel combustibile igni: sic & in spiritualibus. Ignis autem iste concupiscentia est, siue libido peruersa: pabulum istius ignis sunt cogitationes, & affectiones carnales, & terrenæ, & delectationes foedæ: & ita incendere in spiritualibus non tantummodo accipitur respectu affectionum, immo & cogitationum: & respectu utrarumque non dicit actum sicut

principaliter agentis: sed solum sicut excitantis, & ministrantis. Quoniã igitur diabolus potest nos ad malas cogitationes, & affectiones excitare: licet non possit eas in nobis sua potestate efficere: ideo rectè, & propriè a sanctis, & a doctoribus sacræ scripturæ incensor dicitur non immissor, & concedendæ sunt rationes ad hoc.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod diabolus non potest super imaginem, nec super libe. arbi. Dicendum, quod non potest sicut agens, & mouens principale: potest tamen sicut suggerens, & inducens: & hoc est quod dicit Damascenus. Violentiã alicui inferre non possunt, in nobis enim est suscipere eorum immissiones. **AD ILLVD,** quòd non possit in cogitationem. Dicendum, quòd sicut non potest cogitationem formare, sic nec affectionem principaliter causare, uel mouere: sicut autem potest affectionem incendere, sic etiam cogitationem. **AD ILLVD,** quòd ultimò obiicitur, quod tunc posset facere nos peccare. Dicendum, quòd uerum est, si potentia incendiendi importaret necessitatem, uel præcipuam, & effectiuam potestatem respectu affectionis prauæ: sed (sicut prædictum est) non dicit causam efficientem, sed disponentem, quæ quidem dispositio efficaciam non habet: nisi nos demus ei uigorem ex nostra negligentia, uel consensu.

QUÆSTIO VI.

An demones scrutari possint secreta conscientie nostræ?

VT RVM demones possint scrutari secreta nostræ conscientie.

scientiæ. Et quòd sic uidetur. Dæmonum officium est accusare, secundum quòd legitur in Apocalip. xii. Proiectus est accusator fratrum, &c. ergo si in iudicio arguemur de secretissimis cogitationibus, uidetur, quod hæc non lateant accusatorem nostrum. **ITEM.** Peccatum est character bestie: secundum quòd insinuatur Apocalip. xiii. Sed unusquisque cognoscit proprium signaculum, ubicumque ponitur: ergo diabolus cognoscit peccatum ubicumque sit: sed nihil est in nobis secretius, quàm sint peccata cogitationum nostrarum, & affectionum; ergo si hæc diabolus potest uidere, secreta conscientiarum nostrarum rimari potest. **ITEM.** Augustinus. xii. Super Gen. ad literam. Mali angeli cogitationem nouerunt, quia multa prædicunt, quæ non prædicerent, si cogitationes non nouissent. **ITEM.** Hoc uidetur per rationem. Notior est operatio, quàm potentia: & potentia, quàm substantia: quia per cognitionem operationis, & potentie peruenitur ad cognitionem substantie: sed substantia animæ non potest latere diabolum: ergo nec eius operatio, nec uirtus: ergo si cogitatio, & affectio sunt actiones animæ: ergo non possunt latere dæmonem. **ITEM.** Substantie spirituales (sicut dicit Dionysius) per sui naturam sunt specula: sed sic est in speculo materiali, quòd quando unum obiicitur, alteri, non solum representat ipsum, sed etiam mouet, quod relucet in ipso: ergo si maioris communicationis sunt specula

spiritualia, uidetur quòd quando dæmon intuetur, & aspicit animam, non solum ipsam uideat, sed omne quod est in ipsa.

ITEM. Nihil potest oculus meus uidere in me, quod non possit uidere oculus alienus: si ergo sic est in oculo corporali respectu rei uisibilis corporalis, pari ratione similiter erit in oculo spirituali respectu cognoscibilis spiritualis; ergo si oculum meum spiritualem non latet secretum conscientie meæ: pari ratione, nec oculos Dæmonum.

AD oppositum. iii. Reg. 8. Tu solus nosti corda filiorum hominum: non ergo dæmon, uel alius. **ITEM.** Hierem. xvii. Ego Dominus scrutans corda, & renes: ergo si Dominus hoc sibi attribuit tãquam proprium, uidetur quòd non communicet Diabolo. **ITEM.** i. Chorint. ii. Nemo scit, quæ sunt hominis: nisi si spiritus hominis, qui est in illo: sed dæmon, nec est spiritus noster, nec est in nobis: ergo non nouit secreta conscientie nostræ. **ITEM.** Augustinus, in Libro de Ecclesi. dogma. Internas cogitationes nostras diabolum non uidere, certum est. **ITEM.** Ratione uidetur. Quia si internas cogitationes cognosceret, cognosceret & uirtutes: ergo Iob patientiam cognouisset: quod si cognouisset, non tentasset, cum nolit superari: sed tentauit: ergo nec uirtutes, nec cogitationes eius cognouit.

Coniungere possunt, scrutari non possunt: ne dum ipse; sed nec etiam angeli boni.

Hoc in loco an maduer tēda est sēt. Sco. di. s. hū. us q. 2. ibi ad arg. 2. qōnis, ubi vide tur tene re, quod angelus alteri angelo non pōt celare es sentiā.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum: quod sicut Deus uoluntati creaturæ rationalis dedit dominium, siue arbitrium, cui nulla potentia præstet, nisi diuina: sic eius cognitio dedit conscientie secretum: cuius secreta, & profunda non penetrat, nisi diuina sapientia. Et ideo dico, quod nulla creatura, nec humana, nec angelica potest conscientie humanæ nosse secreta, nisi per signa, uel coniecturas: uel nisi nouerit Dei reuelatione, aut hoīs denunciatione. Et quoniam pauca sunt ita secreta, quin prodeant in opera exteriora, uel appareāt per signa exteriora faciei, uel per signa cordis: quod mouetur diuersimodè secundum diuersitatē affectionum: hinc est, quod multæ cogitationes, & affectiones nostræ deprehendi possunt a malignis spiritibus, nisi arceantur Dei uirtute: hæc autem cognitio potius est coniectura, quam certæ scientiæ. Et ideo concedendæ sunt rationes ostendentes, quod angelus malus secreta conscientie nostræ perscrutari non potest.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur primo in contrarium de accusatoris officio. Dicendum, quod non solum ipse dæmon erit accusator, immo etiā cor nostrum: unde & si de exterioribus uisibilibus accusari possumus a diabolo: de secretis, & occultis non: neutra tamen impunita relinquuntur, quia non deerit accusator, & testis. AD ILLVD, quod

obiicitur, quod peccatum est character diaboli. Dicendum, quod peccatum tunc dicitur esse character, quando scribitur in fronte: hoc autem est cum peccat sine rubore, & publicè, ut iam possit ei dici, Fronis mulieris meretricis facta est tibi, noluit erubescere: & tunc absque dubio peccatum nostrum cognitum est a diabolo, quia iam non est secretum, sed manifestum. AD ILLVD, quod obiicitur, de Augustino, quod cogitationes nouerunt. Dicendum, quod loquitur de cognitione coniecturæ, non certæ scientiæ. AD ILLVD, quod obiicitur, quod notior est operatio, quam substantia. Dicendum, quod uerum est de operatione extrinseca: de intrinseca autem non habet semper ueritatē. Multæ enim res sunt nobis notæ, quarum uirtutes, & operationes nos latent. Vel dicendum, quod hoc locum habet in operatione naturali, non in operatione uoluntaria. Operatio enim naturalis secundum quod naturalis est, ita se naturaliter nata est representare, nec se occultare potest, sicut nec substantia: immo per ipsam manifestatur substantia, dum plus habet de ratione actualitatis, ac per hoc manifestationis, & lucis. In operatione autem uoluntaria secus est. Nam cum substantia se naturaliter representet, sicut naturaliter est, sic se occultare non potest. Operatio uoluntaria sicut uoluntariè exit in esse, ita & uoluntariè manifestatur, & ita occultari potest: immo non manifestatur, nisi homo uelit: talia autem sunt, quæ latent in secreto conscientie nostræ: ideo

Iere. 1.

li. 12. ca. 17.


ideo quauis diabolus possit uideri aiam propria uirtute, tamen non potest illam conspiceri. AD ILLVD, quod obiicitur, quod speculum representat aliud speculum, & quæ sunt in eo contenta. Dicendum, quod est duplex speculum, quoddam naturale, & quoddam uoluntarium. Speculum naturale sicut naturaliter suscipit, ita & naturaliter reddit, & ita nihil occultat: ideo speculum sibi oppositum non solum ipsum, sed etiam omne, quod luget in eo representat. Speculum autem uoluntarium non est in actu manifestationis eorum, quæ in se continent, nisi cum hoc facit uoluntas, et tale est speculum spirituale: & ideo non est simile. AD ILLVD, quod obiicitur de oculo corporali, per hanc ipsam rationem iam patet responsio. Oculus unus corporalis uidet quod quod uidet alius, si obiectum sit utrique reuelatum: si autem uni aperitur, & alteri tegitur, unus potest uidere, quod non uidet alius. Quia ergo nullus se sibi nec uult, nec potest uelare, quia sibi se presentis est: ideo oculum proprium, si quod in se est, non potest latere: alienum uero oculum potest subterfugere, & se illi reuelare, quoniam non est ipsi presentis, nec super eum potest: & ideo omnem oculum spirituale potest conscientia nostra latere, excepto se, & illo, quod est supra se. Et ideo dicit Augustinus super Gen. ad literam, quod sicut substantiæ corporales habent aliquam uelamentam, quibus se alienis aspectibus occultant, sic & in his substantiis spiritualibus suo modo intelligendum est: hæc est uerborum suorum inia. Et si tu quæras quomodo potest hoc esse, uel intelligi: cum substantia spiritualis simplex sit & uniformis per totum: & ita uidetur, quod qui uidet modicum, nihil latet, &

cum uniformis sit, non potest esse ibi aliquid occultans, & aliquid occultatum. Dicendum, quod obstaculum illud non habet intelligi per interpositionem alicuius naturæ opacæ, sicut est in uisu nostro corporeo, uel obscure, uel minus clare: sed ibi abscondere idem est, quod nolle manifestare. Et licet non sint ibi diuersitates plurimarum naturarum, sunt tamen in anima gradus potentiarum, & statuum, secundum quos quedam dicuntur esse animæ magis intima: utpote, quæ respiciunt potentias superiores, & simpliciores, siue puriores; secundum quas anima magis in seipsa recolligitur, & ei quod summe unitum est unitur, & simplicificatur, & penes has maxime residet conscientie secretum: & sic patet solutio obiectorum: ex quibus etiam manifestantur omnia, quæ in littera dicuntur. Hoc solum autem indiget explanatione, quod dicit Gennadius, quod dæmones per energiam operationem, &c. quid appellet energiam. Et dicendum, quod energia dicitur ab eo quod est intus, & ergon, quod est labor, & mene, quod est defectus, inde energia quasi interior labor, uel interior defectus. Unde illi dicuntur energumeni, qui interiorius laborant per uexationem dæmonis interioris obfidentis, & animam laborare faciunt, & hoc est, quod Gennadius dicere intendit.

Cætera patent, quæ in littera dicuntur.

DISTINCTIO IX.

De consequentibus confirmationem Angelorum bonorum quantum ad ordinum distinctionem.



Libr. 1. de cæl. hierar. Cap. 6. Non a Dyoni. sed a Grego. positus ordo in hac enumeratione ser- watur. Sup ca put. Lu. 15. Ho. 34. eun de ser- uat or- dinē D. ber. li. 5. de cōfi. ad Eu- ge. simi le pont expla- nationem.

Post prædicta superest cognoscere de ordinibus angelorum, quid scriptura tradat: quæ in pluribus locis nouem esse ordines angelorum promulgat, scilicet angelos, archangelos, principatus, potestates, uirtutes, dominationes, thronos, cherubin, & seraphin. Et inueniuntur in istis ordinibus tria terna esse, & in singulis tres ordines, ut Trinitatis similitudo in eis insinuetur impressa; unde Dionysius tres ordines angelorum esse tradit, ternos in singulis ponens. Sunt enim tres superiores, tres inferiores, tres medijs. Superiores, seraphin, cherubin, throni: medijs, dominationes, principatus, & potestates: Inferiores, uirtutes, archangeli, angeli.

Quid appelletur ordo, & quæ sit ratio nominis cuiusque. Hic considerandum est, quid appelletur ordo: deinde, utrum ab ipsa creatione fuerit distinctio illorum ordinum. Ordo autem dicitur multitudo cælestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiæ simulantur, sicut & in naturalium datorum munere conueniunt. Ut v.g. Seraphin (ut beatus Gregor. ait) dicuntur, qui præ alijs ardent charitate. Seraphin enim interpretatur ardens, uel succedens. Cherubin, qui præ alijs in scientia eminent. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientiæ. Thronus dicitur sedes. Throni autem uocantur, qui tanta diuinitatis gratia replentur, ut in eis sedeat Deus, & per eos iudicia decernat, atque informet. Dominationes uero uocantur, qui principatus, & potestates transcendunt. Principatus dicuntur, qui sibi subiectis, quæ sunt agenda, disponunt, eisq; ad explenda diuina mysteria principantur. Potestates nominantur hi, qui hoc ceteris potentius in suo ordine acceperunt, ut uirtutes aduersæ eis subiectæ eorum refrenentur potestate: nec homines tantum tentare ualeant, quantum desiderant. Virtutes uocantur illi, per quos signa, & miracula frequenter fiunt. Archangeli, qui maiora nunciant. Angeli, qui minora.

Cur

DISTINCTIO IX.

Cur isthæc nomina eis imposita sunt: & unde deprompta.

Hæc nomina illis non propter se: sed propter nos eis data sunt. Qui enim sibi noti sunt contemplatione, nobis innotescunt cognominatione. Et nominantur singuli ordines a donis gratiarum, quæ non singulariter, sed excellenter data sunt in participatione. In illa enim cælesti curia, ubi plenitudo boni est, licet quedam data sint excellenter, nihil tamen possidetur singulariter. Omnia enim in omnibus sunt, non quidem æqualiter, quia alij alijs sublimius possident, quæ tamen omnes habent. Cumque omnia dona gratiarum superiores ordines sublimius, & perfectius perceperint, tamen ex præcipuis sortiti sunt uocabula, inferioribus cætera relinquentes ordinibus ad cognominationem: ut Seraphin, qui ordo excellentissimus estimatur, tam dilectionem, quam cognitionem diuinitatis, & cætera uirtutum dona ceteris omnibus sublimius, & perfectius percepit: & tamē ab excellentiori dono, idest, a charitate nomen accepit ille superior ordo. Maius enim donum est ipsa charitas, quam scientia. Item. Maius est scire, quam iudicare: scientia namque informat iudicium: ideoque secundus ordo a secundo dono, idest, cognitione ueritatis appellatus est, scilicet Cherubin: ita & de alijs intelligendum est. Assignatur ergo excellentia ordinum secundum excellentiam donorum: & tamen, sicut Gregor. ait, illa dona omnibus sunt communia. Omnes enim ardent charitate, & scientia pleni sunt: sic & de alijs. Sed superiores alijs excellentius, ut iam dictum est, ipsa acceperunt: a quibus & nominantur: unde Gregor. in illa summa ciuitate quisque ordo eius rei censetur nomine, quam plenus accepit in munere.

1. Co. 13

Ho. 34. euange liorū. Ibid.

Quæstio ex uerbis Gregorij orta.

Sed oritur hic quæstio talis. Si quisque ordo ab illo dono nominatur, quod plenius possidet, tunc cherubin in scientia præeminet omnibus, quia a scientia nominatur. Sed qui magis diligit, plus cognoscit. Tantum enim (ut tradit auctoritas) cognoscit ibi quisque quantum diligit. Itaque seraphin non solum in charitate, sed etiam in scientia præeminet. Ideoque auctoritas illa sic uidetur intel-

ligenda,

ligenda, ut comparatio non referatur ad omnes ordines, sed ad quosdam, scilicet inferiores. Ille enim ordo non plenius seraphin accepit scientiam in munere, sed plenius alijs ordinibus, qui sunt inferiores. Nec nominatur quisque ordo ab omni re, quam plenius alijs accepit, sed ab aliqua rerum, quas accepit. Vel potest comparatio referri non ad ipsos ordines, sed ad alia dona, nec ad omnia alia dona, sed ad quaedam. Sicut enim homines cum plura habeant dona, quaedam alijs excellentius possident: ita forte & angeli quibusdam muneribus magis pollent, & alijs quibusdam minus.

Vtrum ordines ab initio creationis ita distincti fuerint.

Iam nunc inquirere restat, utrum & isti ordines a creationis initio ita fuerint distincti. Quod ita fuerint distincti a primordio suae conditionis, uidetur testimonio auctoritatis insinuari: quae tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine namque superiori Lucifer ille fuit, quo nullus dignior conditus fuit. Apostolus etiam principatus, & potestates tenebrarum nominat, ostendens de ordinibus illis cecidisse: qui cum in malis ministerium exerceant, non tamen penitus nominibus ordinum suorum priuati sunt. Sed non uidetur illud posse stare. Non enim tunc charitate ardebant, nec sapientia pollebant, neque in eis Deus sedebat: si enim hoc habuissent, nec cecidissent. Non ergo tunc erant cherubin, uel seraphin, uel throni. Ad quod dicimus, quia ante casum quorundam non erant isti ordines, quia nondum habebant dona, in quorum participationibus conueniunt. Sed quibusdam cadentibus, alijs apposita sunt, eisque qui ceciderunt, collata fuissent eadem dona, si perstitissent. Ideoque scriptura dicit de singulis ordinibus aliquos cecidisse: non quod fuerint in ordinibus, & postea corruerint,

Dist. 2. li. Sap. sed quia si perstitissent, eorum aliqui in singulis fuissent ordinibus, qui & in naturae tenuitate, & in formae perspicacitate differentes gradus habebant, sicut illi, qui perstiterunt. Alij enim (ut praediximus) superiores, alijs inferiores conditi sunt. Superiores, qui natura magis subtiles, & sapientia magis perspicaces: inferiores, qui natura

tura minus subtiles, & intelligentia minus perspicaces facti sunt. Has autem inuisibiles differentias inuisibilium solus ille ponderare potuit, qui omnia in numero, & mensura, & pondere disposuit, idest, in seipso, qui est mensura, omni rei modum praefigens, & numerus omni rei speciem praebens, & pondus omnem rem ad stabilitatem trabens, idest, terminans, & formans, & ordinans omnia.

Vtrum omnes angeli eiusdem ordinis sint aequales.

Præterea considerari oportet, utrum omnes angeli eiusdem ordinis aequales sint. Ita esse quibusdam placuit, sed non est hoc probabile, nec assertione dignum: quia Lucifer, qui fuit de collegio superiorum, ipsis etiam dignior extitit, qui alijs excellentiores creati fuerant. Ex quo percipitur, quod si perstitisset, in ordine superiori fuisset, & alijs eiusdem ordinis dignior extitisset. Sicut enim unus est ordo Apostolorum, & alter martyrum, & tamen in Apostolis alij alijs sunt digniores, similiter & in martyribus alij alijs sunt superiores: ita & in ordinibus Angelorum rectè creditur esse.

Quomodo dicat scriptura, decimum ordinem ex hominibus compleri; cum non sint nisi nouem ordines.

Notandum etiam, quod decimus ordo legitur de hominibus restaurandus. Sed cum non sint nisi nouem ordines, nec plures fuissent, etiam si illi, qui ceciderunt perstitissent, mouentur lectores quomodo scriptura dicat decimum ordinem compleri ex hominibus. Gregorius nanque ait homines assumendos in ordine Angelorum, quorum alij assumuntur in ordine superiorum, qui scilicet magis ardent charitate; alij in ordine inferiorum, qui scilicet minus perfecti sunt. Ex quo apparet non esse de hominibus formandum decimum ordinem, tanquam nouem sint angelorum, & decimum hominum: sed homines pro qualitate meritorum statuendos in ordinibus Angelorum. Quod ergo legitur decimus ordo complendus de hominibus, ex tali sensu dictum fore accipi potest, quia de hominibus restaurabitur, quod in Angelis lapsum est, de quibus tot corruerunt, ut possit fieri decimus ordo. Propter quod Apostolus dicit

Eph. 1.

restaurati

1. Cor. 6 restaurari omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ etiam in
 1. terris sunt, quia per Christum redemptum est genus huma-
 num, de quo fit reparatio ruinae angelicæ: tamen non mi-
 nus saluaretur homo, si Angelus non cecidisset.

Quod homines assumuntur iuxta numerum
 stantium, non lapsorum.

Non enim iuxta numerum eorum, qui ceciderunt, sed eo-
 rum, qui permanserunt homines ad beatitudinem admittun-
 tur. Vnde Greg. Superna illa ciuitas ex angelis; & homini-
 bus constat, ad quam credimus tantos humani generis ascen-
 dere, quantos illic contingit angelos remansisse, sicut scri-
 ptum est in Cantico Deuteronomij, Statuit terminos popu-
 lorum iuxta numerum Angelorum Dei.

Opinio quorundam adhæc.

A quibusdam tamen putatur, quod homines reparen-
 tur iuxta numerum Angelorum, qui ceciderunt, ut illa
 cælestis ciuitas, nec suo tum ciuium numero priuetur, nec
 maiori copia regnet. Quod August. in Ench. sentire uide-
 tur, hoc asserens de hominibus plus saluari, quam corruit
 de Angelis, sed non minus, ita dicens: Superna Hierusalem
 mater nostra, ciuitas Dei nulla ciuium suorum numerosita-
 te fraudabitur, aut uberiore etiam copia fortasse regnabit.
 Neque etiam numerum aut sanctorum hominum, aut im-
 mundorum demonam nouimus, in quorum locum succeden-
 tes filij catholice matris, quæ sterilis apparebat in terris, in
 ea pace de qua illi ceciderunt, sine ullo temporis termino
 permanebunt. Sed illorum ciuium numerus, siue qui est,
 siue qui fuit, siue qui futurus est, in contemplatione eius
 artificis est, qui uocat ea, quæ non sunt tanquam ea, quæ
 sunt. Ecce aperte dicit, non minus de hominibus saluari,
 quam corruit de Angelis: sed plus non asserit.

Loco p allega. Dente. 32. Sic legitur secundum interpretes, non vulgar. edition.

Ca. 29. et li. 22 de Cui. Dei c. 1.

Gal. 4. Esa. 54. Rom. 4.



Upra egit Magister de
 consequentibus ad ma-
 lorum obstinationem:
 in hac parte agit de
 his, quæ consequuntur bonorū
 confirmationem. Hæc autem
 sunt duo, scilicet distinctio or-

dinum, & consequens ministe-
 rium: ideo hæc pars habet duas.
 In prima agit de angelicorum
 ordinum distinctione. In secun-
 da de angelorum ministerio, &
 missione infra Distinct. x. Hoc
 etiam inuestigandum est, &c.

Pri-

Prima pars habet duas partes. In prima agit de distinctione or-
 dinum quantum ad propriam
 conditionem. In secunda uero
 quantum ad reparationem, ibi
 Notandum etiam, quod decimus or-
 do &c.) Prima pars habet qua-
 tuor partes. In prima determi-
 nat, qualiter angelorū ordines
 distinguuntur. In secunda qua-
 liter nominantur, ibi. Hic consi-
 derandum est.) In tertia determi-
 nat quod sit huius ordinationis
 principium, ibi. Iam nunc inqui-
 rere restat &c.) In quarta uero,
 & ultima determinat modum
 ibi. Præterea considerari oportet
 &c.) Secunda uero pars princi-
 palis, quæ incipit. Notandum &c.
 duas habet. In prima determi-
 nat de reparatione ordinum an-
 gelicorum facienda quantum
 ad gradū: in secunda uero quantum
 ad numerum, ibi. Non enim iux-
 ta numerum &c.)

AD intelligentiam autē eo-
 rum quæ in hac parte dicitur,
 primo procedendum est uia nar-
 rationis. Scdō uero uia inquisi-
 tionis. Via narrationis autē est
 diffinitiuā, & diuisiua: & ideo
 oportet hic prenotare quarundā
 rerum diffinitiones, & diuisio-
 nes. Oportet igitur primo uide-
 re quid sit hierarchia. Secundo
 uero quid angelus. Tertio quid
 sit ordo angelicus. Quibus prin-
 cipaliter maxima uia præstabitur
 nobis ad sequentia terminanda.
 Sciendum igitur, quod præter
 diffinitionē quid nominis, qua
 hierarchia dicitur a hierō, quod
 est sacrū, & archō principatus,
 quasi sacer principatus, uel ordo
 ipsius hierarchie. Beatus Dion.
 tres ponit diffinitiones in lib. de

angelica hierarchia quarū pri-
 ma est hæc. Hierarchia est diui-
 na pulchritudo ut simpla, ut op-
 tima, ut consummata, uel ut cō-
 summatiua. Scdā est hæc. Hierar-
 chia est ordo diuinus, scientia,
 & actio, deiforme (quantū possi-
 bile est) similans, & ad inditas
 ei diuinitus illuminationes pro-
 portionabiliter in dei similitudi-
 nem ascendens. Tertia est hæc.
 Hierarchia est ad deum (quantū
 possibile est) similitudo, & uni-
 tas, ipsum hñs scientiæ sanctæ,
 & actionis ducem, & ad suum
 diuinissimum decorem immu-
 tabiliter diffiniens: quantum uero
 possibile est reformat suos lau-
 datores. Istarū diffinitionū di-
 stinctio, & explicatio pōt sic ha-
 beri. Quia prima diffinitio ē hic
 rarchie icreatę, duę uero sequē-
 tes creatę. Differunt autē, quia pri-
 ma illarum principaliter atten-
 ditur penes egressum a deo: sed
 ultima penes regressum, licet ut-
 robique tangatur utrumq;. Pri-
 ma autē diffinitio, quæ est hierar-
 chie icreatę exprimit ipsam quātū
 ad trinitatem, & unitatem, ita
 quod nec trinitas præiudicat unitati,
 nec unitas trinitati: sed unitas
 spectat ad perfectionē trinitatis,
 & trinitas unitatis. Ut igitur o-
 stendatur ibi esse unitas in trini-
 tate dicit, Hierarchia est diuina
 pulchritudo. Pulchritudo o. n. cō-
 sistit in pluralitate, & æqualita-
 te, sicut dicit August. in libr. de
 vera re. Ut autem ostendatur quod
 pluralitas non præiudicet unitati,
 dicit: ut simpla, quia sic est ibi
 pluralitas, ut tamen non tollatur
 unitatis simplicitas. Ut au-
 tem ostendatur quod unitas nō
 præiudicet trinitati, siue plurali-
 tati

tati subiungit. Vt optima, quia sic est in Deo unitas, ut tamen sit summa bonitas, per quā est perfecta communicatio, & sic per sonarum pluralitas. Postremo, ut ostendat quod unitas spectet ad perfectionem pluralitatis, & econuerso, subditur, ut cōsummata: in quo signatur quod in trinitate, & unitate consistit omnimoda, & summa perfectio. Secundae uero definitionis intellectus sic potest haberi. Diffinitur enim ibi angelica hierarchia secundum egressum à Deo. Egre ditur autem à Deo secundum rationem imaginis, & similitudinis sicut & homo, & ideo in illa notificatione primo describit ipsam hierarchiam egredientem à Deo per modum imaginis, cum dicit. Hierarchia est ordo diuinus, scientia, & actio: ut ordo, id est ordinata potestas respondet patri, & scientia filio, & actio spiritui sancto, secundum memoriam, intelligentiam, & uoluntatem. Secundo uero describit quantum ad rationem similitudinis, cum subiungit, Deiforme in quantum possibile est similans &c. & tangitur ipsa assimilatio quantum ad habitum, cum dicitur. Deiforme in quantum possibile &c. quantum ad actum cum subinfertur. Et ad inditas ei illuminationes &c. Similitudinis enim, siue gratiae assimilationis actus est sursum ducere, sicut eius origo est desursum descendere. Tertiam autem definitionem sic possumus intelligere: describitur enim (ut praedictum est) angelica hierarchia per regressum ad Deum principaliter. Notatur igitur in praedicta diffini-

tione hierarchia per regrediens, siue per regressum eius, primo quantum ad habilitatem, cum dicit. Hierarchia est ad deum quantum possibile est similitudo, & unitas. Secundo quantum ad actualitatem, cum dicit: ipsum habens scientiae sanctae, & actionis ductum. Tertio quantum ad immutabilitatem, cum subiungit: Et ad suum diuinissimum decorem immutabiliter diffiniens. Quarto ad plenitudinis ubertatem cum subinfert: quantum uero possibile est reformans suos laudatores. in hoc scilicet quod non solum sibi sufficit, sed etiam propter plenitudinem charitatis & gratiae potens est alios adiuuare. Et sic patet ex praedictis definitionibus quid sit hierarchia tam diuina, quam angelica. Per quarum intellectum elicitur quaedam diffinitio magistralis quae competit omni hierarchiae, licet non uniuoce, quae talis est. Hierarchia est rerum sacrarum, & rationalium ordinata potestas, in subditis debitum retinens principatum. Hoc autem non solum competit hierarchiae angelicae, sed etiam ecclesiasticae, uel humanae: de qua nihil ad praesens, sed solum de hierarchia angelica.

ET QUONIAM haec non potest cognosci nisi cognoscatur quid sit angelus: notanda sunt & angeli definitiones. Angelus autem sic notificatur à Dam. Angelus est substantia incorporea, intellectualis, semper mobilis, arbitrio libera, Deo ministrans, gratia, non natura immortalitatem suscipiens: Dionysius autem alias diffinit angelum sic. Angelus est imago dei, manifestatio

occulti,

occulti luminis speculum clarum, splendidissimum, immaculatum, incontaminatum, incoinquatum, suscipiens sicut conueniens est, totam speciositatem boniformitatis, & deiformitatis, & in se resplendere faciens bonitatem silentii, quod est in abditis. Diferunt autem haec duae notificationes, quia prima describit angelum quantum ad esse, secunda uero non solum quantum ad esse, sed et quantum ad bene esse. Primae definitioni intellectus haberi potest sic. Describitur. n. ibi angelus quantum ad substantiam, quantum ad uirtutem, quantum ad operationem: substantia tangitur in eo quod dicitur, angelus est substantia incorporea uirtus: in hoc quod subiungit, intellectualis, semper mobilis, arbitrio libera: ubi notatur triplex uirtus angelica, scilicet cognitiua, operatiua, & imperatiua. Cognitiua, in hoc quod dicitur semper mobilis, quia sine fatigatione potest operari: Sed imperatiua, in hoc quod dicitur arbitrio libera, quae non oportet distinguere ab aliis praedictis in re; sed sufficit quod distinguatur ratione. Operatio uero tangitur, cum dicitur, deo ministrans. Duratio, cum subiungitur, gratia, non natura immortalitatem suscipiens. Vocatur autem hic gratia non aliquis habitus gratis datus: sed gratia dicitur gratuita dei influentia. Intellectus autem secundae definitionis sic potest haberi. Diffinitur namque ibi angelus non solum quantum ad esse naturae, sed etiam quantum ad bene esse, & ideo notificatur hic angelus, in quantum habet dei imaginem per naturam, in quan-

tum habet similitudinem per gratiam, in quantum habet deiformitatem per gloriam. Ratio autem imaginis exprimitur quantum ad duo scilicet quantum ad id, quod sursum est, & quantum ad id quod deorsum est. Primum tangitur cum dicit, Angelus est imago dei. secundum cum subiungit, manifestatio occulti luminis. Imago enim est, in quantum dei capax est, & participes esse potest: sed manifestatio luminis est, in quantum illuminationes, quas suscipit inferioribus ostendit. Similiter quantum ad similitudinem gratiae describitur quantum ad duplicem respectum: ad sursum per positionem, ad deorsum per priuationem. Comparatio ad sursum tangitur cum dicitur, speculum clarum splendidissimum: ubi notatur quod gratia desursum ueniens naturam conseruat, naturam decorat, naturam confirmat: & quantum ad haec tria dicit, speculum clarum splendidissimum. Comparatio uero ad id quod deorsum est per modum priuationis, notatur cum dicit: immaculatum, incontaminatum; per quae tria remouet triplicem foeditatem ab angelo, quae repugnat gratiae. Primo foeditatem actiuam, & haec est foeditas actualis: & remouetur per hoc quod dicitur, immaculatum. Secundo foeditatem adhaerentem, siue aduenientem, & haec est foeditas uenialis, & remouetur per hoc quod dicitur, incontaminatum. Tertio remouet foeditatem contractam, & haec est foeditas originalis, & remouetur per hoc quod dicitur, incoinquatum. Similiter deiformitas

mitas gloriæ tangitur secundū duplicem comparationem, scilicet ad id quod sursum est, & ad id quod deorsum est. Ad id quod est sursum, per hoc quod dicit [suscipiens sicut cōueniens est totam speciositatem boniformitatis, & dei formitatis.] Cōparatio enim ad deum deiformis efficitur, cum speciositatem a deo suscipit. Comparatio uero ad id quod inferius, est notatur, cū dicitur, (& in se resplēdere faciēs bonitatē silentii, quod est in abditis:) hoc autem est dum refulgentiam diuinæ bonitatis, quā ipse habet, ostendit aliis. Hoc autem uocat silentium, quia nemo potest intime deo coniungi, quin in illo quietetur, & quin omnis strepitus exterior quiescat, & iō uocat silētium in abditis. Et sic patet quid sit hierarchia, & quod sit etiam angelus.

TERTIO restat uidere quid sit ordo angelicus. Diffinitur autem sic a Gre. & in litera adducitur hæc diffinitio à Magistro. Ordo est multitudo cælestium spirituum, qui inter se aliquo munere gratiæ simulantur: sicut & in naturalium donorum participatione conueniunt. Huius notificationis explanatio in promptu est. Notificatur enim hic ordo quantum ad suum fundamentum, quantum ad suum complementum, quantum ad dispositionem, quæ inter hæc medium tenet locum. Fundamentum tangitur cum dicit. Ordo est multitudo cælestium spirituum: ordo enim fundatur in naturam, Cōplementum uero tangitur in hoc quod dicit. Qui inter se aliquo munere gratiæ simulantur: ordo

enim complementū habet a gratia. Dispositio media inter utrumque notatur in hoc quod dicitur, Sicut in naturalium donorum participatione conueniunt: quia meliora naturalia disponunt ad maiora gratuita. Ex prædictis notificantur nobis illa tria, quæ prius proposita sunt secundum descriptiones cōuenientes, quas facile esset scdm topicum calūniari, & destruere: sed omittendum est: quia ualde parū utile.

POST hæc ad diuisiones procedendum est. Sunt autem diuisiones tres prænotandæ ad faciliorem explicationem distinctionis angelicorum ordinum. Prima est hæc, hierarchiarū alia supercælestis, alia cælestis, alia subcælestis. Secūda hæc est. Hierarchiarum cælestium, alia superior, alia media, alia inferior, siue (quod idem est) alia epiphania, alia hypophania. Tertia hæc est, quia ordo primæ hierarchiæ triplex est scilicet seraphin, cherubin, & throni. Ordo secundæ hierarchiæ similiter triplex est secundum beatum Dion. dominationes, potestates, & uirtutes: secundum Grego. & Bern. dominationes, principatus, & potestates. Similiter tertiæ hierarchiæ triplex est ordo secundum Dion. principatus, archangeli, & angeli: secundum Grego. & Bern. uirtutes, archangeli: & angeli. Primæ diuisionis manifesta est ratio, & intelligentia: Quoniam enim hierarchia non est nisi in substantia intellectuāli, hæc autem est triplex, diuina scilicet angelica, & humana: si deo triplex distinguitur hierarchia, & diuina dicitur supercælestis, ange-

angelica cælestis, humana autem subcælestis. Secundæ autem diuisionis ratio, et manifestatio est duplex, uel secundum ea, quæ essentialiter respiciunt hierarchiam, quæ sunt ordo, scientia, & actio, uel secundum status, & officia. Si primo modo, sic triplicem oportet esse hierarchiam: Vnam penes scientiam, et hæc est suprema. Alteram penes ordinem, et hæc est media. Tertiam uero penes actionem, et hæc est infima. Prima enim hierarchia principaliter attenditur penes scientiā diuinā, media uero penes potētiā ordinatā, tertia uero penes actionē administratiuā. Si uero secundum statum, et officia, sic similiter oportet esse tres. Nā quædam est status contemplatiuorum, quædam actiuorum, quædam prælatorū. Penes statū contemplatiuorū est hierarchia suprema: penes statū actiuorum est hierarchia infima: penes statum medium. scilicet prælatorū assignatur hierarchia media. Tertiæ autem diuisionis ratio, & exemplificatio ex rōne secundæ diuisionis habet ortū. Quia enim suprema hierarchia secundum utrumque modum accipiendi attenditur in scientia, & statu contemplationis, quæ consistit in conuersione ad Deum: ideo cum ad conuersionem necessario requiratur triplex actus, & triplex donum. scilicet attentionis, cognitionis, & dilectionis: ideo triplex ordo ibi ponitur. Quātum ad perfectam attentionē, est ordo thronorum: quātum ad perfectam cognitionē, est ordo cherubin: quātum ad perfectam dilectionē, ordo seraphin: & hoc patet ex suis interpretationibus. Quia igitur tam prima ratio, quam secunda comprehendit hæc tria: ideo omnes tractatores in hac distinctione cōcordant, scilicet Dionysius, qui distinguit hierarchias penes essentialia: & Gregorius, qui distinguit penes officia. Similiter subdiuisio secundæ hierarchiæ pendet ex duplici rōne præassignata. Dictum enim est, quod secundæ hierarchia uno modo accipitur penes ordinem, siue ordinatam potestatem: habet enim substantia ordinari mediante potētia. Perfectio autem uirtutis, siue potētiæ, consistit in tribus, scilicet in præsidendo, & penes hoc attenditur ordo dominationum. In resistendo, & penes hoc ordo potestatum. Et in operando, & penes hoc est ordo uirtutum. Et ordinantur hi ordines secundum maiorem dignitatem, & minorem: quia plus est præsidere, quam repugnare, & repugnare, quā per se operari posse: ideo recte sic ordinantur ordines mediæ hierarchiæ a Dionysio, ut primo ponantur dominationes, secundo potestates, & tertio uirtutes. Si autem secunda hierarchia sumatur penes statum medium, scilicet prælatorū, sic similiter tres habet ordines secundum triplicem prælationem angelorum. Præstant enim angeli angelicis spiritibus, & ibi dicuntur dominationes. Præstant etiam bonis hominibus, & hi dicuntur principatus. Præstant etiam demonibus, & hi dñr potestates: & sic patet ordo secundū dignitatē prælationū. Quia. n. plus est præsidere

dere angelis, quā hoībus; & bonis hoībus quam dæmonibus: ideo primò dominationes, secūdo principatus, & tertio potestates enumerantur a Gregor. & a Bern. Diuisio aut̄ tertie hierarchie ex duplici rōne p̄ assignata dependet. Si. n. tertia hierarchia sumatur penes actionē ministerialem, sic triplex est ordo angelicus, secundū quod tripliciter contingit deputari ad regimen alterius, uel ministerium. Quidam, n. sunt angeli ordinati ad regimen Principū, & hi principatus sunt. Quidā uerò ad regimen multitudinis, & hi dicuntur archangeli. Quidā ad custodiā personæ singularis, & hi dicuntur angeli. Et sic patet etiā ordo, & sufficientia illorū ordinum: quia plus est p̄sidere Principi, quā omni gēti: Princeps. n. p̄ est toti gēti. Et plus est deputati ad custodiā multitudinis, quā ad custodiā personæ singularis: & p̄ istum modum distinguit, & ordinat Dion. Si uerò accipiatur penes operationē uitæ actiue, sic etiā triplex est ordo secundū quod triplex est ministerium. Aut. n. ministerium eōsistit in operando, aut docēdo; & in docendo, aut maiora, aut minora. Primum est uirtutum, secundum archangelorum, tertium angelorum. Et patet ordo, quia plus est facere, quam docere: siue dicere, & reuelare maiora, maius est quā reuelare minora: & penes hunc modum sumpsit distinctionem tertie hierarchie Greg. & Bern. Ex his apparet rō harū diuisionum: apparet et̄ diuersificatio inter Grego. & Diony. Quia. n. diuersimodē di-

stinctionē hierarchiarū considerauerunt: iō diuisiones ordinū in ipsis diuersimodē assignauerunt. Sed cū utrūq; horū simul non possit esse uerum, s. q̄ principatus sit de media hierarchia, & infima, & similiter uirtutes, quin confundantur hierarchie, & ordines: q̄ritur quod istorum sit uerius, & cui magis innitendum sit. Et dicendū ad hoc, qd̄ magis innitēdū est dicto Dion. tum quia ipse didicit (sicut dicit a Paulo, & ita tradidit, sicut audiuit, tum quia Greg. in confirmatione eorum; q̄ de hac materia dicit, ipsius auctoritatē inducit: tum et̄ quia (sicut ex p̄dictis patet) Diony. distinctionē hierarchiarum sumpsit penes ea, q̄ sūt ipsis angelicis spiritibus intrinseca, & essentialia: & iō sic ordines distinxit, sicut habent collocari in cœlis, Greg. uerò plus p̄sauit opera, & officia: & ideo sic distinguit secundum quod plus p̄t ualere ad eruditionem nostrā: nec unus contradicit alteri, nec uerbum alterius retractat: sed alium modum distinguendi assignat, tum pp̄ diuersitatē cōsiderationis in principio, tū pp̄ diuersitatē cōsideratiōis i fine.

ARTICVLVS I. QUESTIO I.

An angeli omnes etiam diuersorum ordinum ei usdem speciei sint?



Ad intelligentiam prædictorum, & eorum quæ Magister dicit in litera, ut nia inquit uia p̄cedamus, circa ordines angelorum, q̄runtur nouē. Primo, q̄ritur de ordinibus in comparatione ad naturam substratam

ram. Secundò, in comparatione ad causam completiuā. Tertio, in comparatione ad dispositionem p̄ambulam. Quarto, q̄ritur quantum ad noīationē. Quinto, quantum ad reparationem. Sexto, quantum ad p̄lationis euacuationem. Septimò, quantum ad numerum. Octauo, in cōparatione ad suum oppositū. Nonò, & ultimò in comparatione ad disparatum.

De ordinibus angelorum, in comparatione ad naturam substratā, utrum. s. angeli diuersorum ordinum sint diuersarū specierum per naturam. Et qd̄ sic, uidetur. Multiplicatio angelorum maximē manifestat diuinam potentiam, & sapientiam, & bonitatem; & maior multiplicatio spectat ad maiorē manifestationē: sed maior est multiplicatio, quæ est secundum numerum, & speciem, quā quæ est solum secundum numerum. Sed in angelis reperitur utraque: ergo angelus differt ab angelo secundum speciem: sed differunt maximē angeli diuersorum ordinum: ergo uidetur, quod distinguantur secundum speciem. **ITEM.** Angeli diuersorum ordinum magis differunt, quam angeli eiusdem ordinis i simplicitate, quod est primum attributum: ergo pari ratione, & in personalitatis distinctione: ergo cum angeli eiusdem ordinis saltem differant numero: angeli diuersorum ordinū differunt plusquā numero: sed maior differentia quā ea, quæ est secundum numerum, non est, nisi ea, quæ est secundū sp̄m: ergo &c. **SITVDICAS,** quod differunt

magis aliqua differentia accidē tali, sicut aqua diuersorum fontium, magis quā aqua eiusdē fontis. Obicitur contra hoc: quia magis differunt in simplicitate essentie: sed simplicitas essentie non est accidens angelo, cū nullo modo possit intendi, & remitti in eodem angelo: sed essentialis proprietas: ergo facit essentialiter differre: ergo idem qd̄ prius. **ITEM.** Hoc uidetur a simili, Cum sint tria genera uiuētium. s. uegetabilium, sensibiliū, intellectualium. in genere eorū quæ uiuunt uita uegetabili: est ponere diuersitatem non solum secundum numerum, sed etiam secundum speciem, sicut in plantis: & similiter in genere eorū, quæ participant uitam sensibilem, sicut in animalibus: ergo pari ratione in his, quæ participant uitam intellectualem: sicut in angelicis spiritibus: si ergo est ibi differentia secundum speciem, cum maximē attendatur angelorum differentia in diuersis ordinibus, patet &c. **ITEM.** Sicut corpora luminosa sua ueritate decorant cœlum, & tamē sunt omnia luminosa, ita angeli suo modo decorāt empyreū, unde dicuntur astra matutina. Iob. xxxi. Sed cœli luminaria differunt specie non numero solo: quia habent operationes, & impressiones omnino diuersas, & speciales: ergo pari ratione, & angeli, qui sunt ornatus empyrei.

CONTRA. Omne, quod est procul ab origine, dispargitur: & quod approximatur origini, colligitur & unitur: sicut patet in numeris, patet etiam in lumi-

ne, & in aliis. Sed angeli sūt proximi causæ originali omniū. s. Deo: ergo debent habere unitatem: sed non possunt uniri secundum numerum: ergo debent secundum speciem completam. **ITEM.** Contingit reperire spirituales, siue rationalem naturā coniunctam, & separatam: sed coniuncta nō est, nisi unius speciei: ergo nec separata.

Si tu dicas, quod hoc uenit ex parte corporis: hoc nihil est: quia nō anima propter corpus: sed corpus propter animam. Et iterum, quid impediret corpora secundum speciem diuersa fuisse facta ab initio, si congrueret spiritus rationales esse secundū species diuersas? **ITEM.** Angelorum multitudo facta est ad illius ciuitatis plenitudinē, & decorem: sed in illa ciuitate maxime attenditur unitas, & nexus, & conformitas: ergo cum conformitas unius naturæ faciat cōnexionem in charitate, & ipsam adiuuet propter quod etiam (ut sancti dicunt) Deus uoluit non tantum homines facere similes, sed etiā omnes homines ex uno homine; ergo uidetur, &c. **ITEM.** Angelica natura est caput uniuersi: ergo cum caput sit ratione unius speciei, nō unius indiuidui, & caput & status debet esse in uno sicut archa consummata est in cubito: ergo maxima debet esse unitas: ergo & secundum speciem. **ITEM.** Ruina angelica reparatur per hominem, qui est idem speciei: si ergo competenter & congruē reparatur, uidetur quod omnes ruentes fuerunt unius speciei: sed de quolibet ordine sunt lapsi; er-

go omnes eiusdem speciei.

RESOLVTIO.

Probabile ad modum uidetur, angelos omnium ordinum eiusdem speciei esse, tametsi ordinibus, dignitatibus, officijs re impares sint.

RESP. Dicendum, quod circa hoc duplex est opinio, & utraq; probabilis. Vna est, quod in angelis est diuersitas secundū speciem & etiam secundū genera subalterna: ut hierarchia sit quasi unum genus: & ordines tres faciant species: & ad hoc ponendum moti sunt tum propter diuinæ bonitatis ostensionem, tum propter simile in aliis creaturis, tum etiam propter gradus repositos in ipsis angelis. Cum enim angeli eiusdem ordinis aliquomodo se excedant, uidetur quod angeli diuersorum ordinum, & hierarchiarum adeo se excedant, quod etiam habeant in specie, & in genere diuersitatem. Alia positio est: quod angeli oēs sunt eiusdem naturæ, tum propter unionē illius ciuitatis, tum propter uniuersi perfectionē. Licet autem utraque harum positionum habeat probabilitatem: quæ tamen per scripturam non innotescit nobis diuersitas operationum: & uidetur quod illi, qui aggressi sunt hanc materiam determinare (sicut Dionysius) diuina inspiratione cognouerint, & officium, & naturam, & ipsi dicunt quod omnia, quæ sunt omniū in omnibus reperiantur, licet magis excedenter in uno: uidetur magis theologica & probabilis positio (nisi occurrat manifesta auctoritas in contrarium) quod omnes angeli sint eiusdem speciei, sicut & omnes homines.

Et

Et quemadmodum in hominibus sunt gradus, & ordines, & quo ad naturalia, & quo ad officia commissa, siue dignitates, & quo ad gratuita: salua tamē unitate speciei: sic intelligendum est in angelis. Vnde concedendæ sunt rationes ad hanc partem inductæ.

AD ILLUD, quod obiicitur de manifestatione. Dicendum, quod Deus non manifestat bonitatem, nisi saluo ordine sapientie ordinantis mundum, & salua proprietate naturæ: similiter salua condecencia, & perfectione ciuitatis superne. Quoniam igitur creatura cōpletior in mundo dat ei consummationē: ideo una est in specie. Rursus. Quia supremum, & optimum angeli (quod ē deiformis intellectus) unus est, nec habet coniunctionem cum inferiori, ideo natura angelica debet eē una. Rursus. Quoniam illa ciuitas debet esse unita, & perfecte restaurata, iō debet esse una: & hæ rationes possunt assignari suo modo circa homines. Si quis autem uellet per hoc ostendere, quod homines, & angeli essent unius speciei: dicemus quod angeli non coniunguntur hominibus unitate naturæ, sed obsequio beneficentia: & homo similiter angelis, quia ille istū adiuuat: iste illum reparat: quod non esset, si essent eiusdem naturæ: & ideo utrunque conuenit ciuitati superne. **AD ILLUD**, quod obiicitur de magis, & minus. Dicendum, quod intensio, & remissio secundum proprietates inseparabiles non uariant speciem per se: & aliquando concomiten-

tur diuersitatē speciei in his formis, quæ concernunt diuersam mixtionem elementorum: quæ attenditur secundum qualitates actiuas: sicut dicitur calidum in quarto gradu differre a calido in primo. Simpliciter tamen loquendo non habet ueritatem: quod patet, quia maior est intensio, & gradus in gratiis, & premiis, quam in naturalibus proprietatibus: & tamen non differunt specie, sed solum accidente: nec ualet: si non intenditur in eodem, ergo est essentialis: sicut nec de gloria. **AD ILLUD**, quod obiicitur per simile de aliis uiuentibus, & de luminariibus, patet responsio, quod non est simile, nec in re, nec in ratione. In re non: quia illa habent diuersas operationes específicas: non sic angeli. In ratione non: quia illa sunt ordinata ad diuersas necessitates: angeli uero oēs ad unum principalem. Rursus. In uita contemplatiua unitas, & in actiua multiformitas, & habitatio angelorum est uniformis: & præterea magis distant ab uno, & summo, & summè: ergo &c.

QVAESTIO II.

Angeli natura, an gratia in hominummodi ordines distincti sint?

QVAESTIONIS ORDINIS principalis causa: utrū scilicet sit a natura, uel a gratia. Et quod a natura, uidetur per illud quod dicit Magister in littera. Superiores sunt, qui natura sunt magis subtiles, & intelligentia amplius perspicaces: ergo si ordo attenditur secundum sub, & supra: uidetur quod ordo angelorum sit a natura.

T 3 ITEM.

ITEM. Supra Distinctione iii. In exordio suae conditionis alii superiores, alii inferiores Dei sapientia constituti sunt: sed quod habuerunt ab exordio suae conditionis est eis naturale: ergo distinctio ordinum est in eis a natura. ITEM. Quaecumque Deus facit a primaria conditione, facit in modo, specie, & ordine: ita quod ista sunt naturalia unicuique: ergo nobilissimam creaturam, scilicet angelicam a principio suae conditionis debuit facere in perfecto modo, specie, & ordine: si ergo, hoc est a natura, quod est eis ab initio inditum, patet, &c. ITEM. Gratia gratum facientis est unire, & assimilari: si ergo quod est principium unien- di, non est principium ordinis distinguendi, ut quod distinctio ordinum non sit a gratia: sed est a gratia, uel a natura: ergo &c.

CONTRA. Hoc obiicitur per definitionem ordinis, quam Magister ponit in litera. Ordo est multitudo caelestium spirituum, qui inter se aliquo munere gratiae simulantur: ergo uidetur quod absque munere gratiae in angelis non sit ordo. ITEM. Supremus omnium ordinum est ordo seraphin: sed ordo seraphin est ab eminentia dilectionis, & charitatis: ergo primus & principalis ordo est a gratia: si ergo omnes alii ex illo pendent, uidet quod nullus ordo in angelis sit, sine dono gratiae. ITEM. Throni dicuntur (sicut dicit Greg.) Quia tanta diuinitatis gratia replentur, ut in eis sedeat Deus: si ergo Deus non dicitur sedere, nec in habitare, nisi super gratiam gratumfacientem: ergo ordo Thronorum non est, nisi

a gratia: ergo pari ratione uidetur de aliis. ITEM. Deus non praefert hominem homini propter naturalia, sed propter merita: ergo si distinctio ordinum est secundum diuinam acceptationem, non est secundum naturalia, sed secundum gratiam.

RESOLUTIO.

Et a natura, & a gratia: a natura tanquam a disponente: a gratia sicut a complete.

RESPON. Dicendum, quod sicut patet ex definitione ordinis supra posita, ordo est a natura, & est a gratia: sed a natura tanquam a praebula dispositione; a gratia tanquam a completiua perfectione. Hoc dico de illis ordinibus, secundum quos attenditur distinctio hierarchiarum in supremis spiritibus: sicut manifeste apparet ex officio, & actione, & nominatione ipsorum ordinum: inter quos praecipuus ordo est ordo seraphin, qui nominatur ab ardore dilectionis, quae non est in angelis consummata, & perfecta: nisi per gratiam: & ideo concedo quod ordinum principalis distinctio non potest esse a natura.

AD ILLUD ergo, quod obiicitur in contrarium de duplici auctoritate Magistri: quod per naturam alii aliis sunt superiores. Dicendum, quod hoc non concludit quod ordines sint a natura sicut a causa completiua: quia non quaelibet superioritas, & inferioritas facit ordinem completum: sed ea solum, in qua consistit rerum ordinabilium complementum quantum ad officium, & statum. AD ILLUD, quod obiicitur: quod modus, & species,

&

& ordo est a natura. Dicendum, quod aequiuocatio est in ordine: ipse enim loquitur ibi de ordine, quo creatura dicitur ordinata per comparationem ipsius ad finem: ordo uero angelorum attenditur secundum praecellentiam ipsorum ordinabilium inter se: & haec completa non est inter angelos natura conformes, nisi per dona gratuita capacitate naturae completiua. AD ILLUD, quod obiicitur, quod gratia uniat: ergo ordines non distinguit, siue perficit. Dicendum, quod est loqui de gratia quantum ad habitum, & quantum ad usum, & quantum ad statum. Et si gratia gratumfaciens uniat, & conformet quantum ad habitum, quia omnes habitus gratuiti sunt in omnibus: distinguit tamen quantum ad usum, & ordinat quantum ad statum: pro eo, quod usus diuersificantur in diuersis, & status unius in gratia est excellentior statu alterius: & hoc est, quod facit in habitibus conformem gratiam, ordinem, & gradum: & hoc modo esse in angelis intelligendum est.

QUESTIO III.

An angeli iuxta maiorem naturalium capacitates; maiora a Deo recipiant dona gratuita?

DE ipsis ordinibus quantum ad dispositionem praebulam: & cum haec sit naturalium capacitas & praecellentia: est questio, Vtrum secundum maiorem capacitate naturalium dentur a Deo maiora dona gratuita. Et quod sic, ut per illud, quod dicitur Matt. 25. Dedit unicuique secundum propriam uirtutem: constat est, quod loquitur ibi de dono, siue dato superaddito naturae: ergo si secundum uirtutem naturae dedit, ut, quod secundum meliora natu-

ralia sunt & maiora dona gratuita. ITEM. Magister supra Distinctione 3. Qui natura magis subtiles, & sapientia plus perspicaces creati sunt, hi maioribus gratiae muneribus praediti sunt: & hoc ipsum dicit in litera: ergo uidetur, quod maior gratia detur secundum maiora naturalia. ITEM. Ad hoc uidetur esse ratio materiae dispositae ad formam: secundum enim quod dignius & melius disponitur, Deus nobilior dat formam: ergo cum naturalia sint, sicut dispositiones quaedam ad gratuita: quanto quis habet meliora naturalia, tanto Deus dabit ei maiora dona gratuita. ITEM. Ratio quare Deus non dat homini gratiam, est quia homo non accipit: ergo cum ipse sit semper promptus, & paratus dona sua liberalissime infundere, & liberalitas eius superexcedat omnem capacitatem: uidetur, quod de capacitate naturae nihil dimittat uacuum, quantum quod plene se conuertit ad Deum. Et si hoc: restat, quod qui maiora habet naturalia, cum maioris gratiae sit capax, maiorem etiam habebit gratiam: & hoc uidetur sonare uerbum Platonis dicentis, quod dedit unicuique beatitudinem in quantum capax erat. ITEM. Sicut gratia est dispositio ad gloriam, ita bona natura est dispositio ad gratiam: sed Deus ei, qui habet amplior gratiam, amplior dat gloriam: ergo ei, qui habet meliora naturalia, dat maiora gratuita. Si tamen dicas, quod non est simile: quia gratia meretur gloriam, non sic natura gratiam. Obiicitur tunc: quia qualiscumque sit comparatio dispositionis, hoc tamen uerum est: quia gloria perfecta complet naturam, ita quod nul-

T 4 lus

lus in ea remanet appetitus incōpletus. Si ergo gloria implet naturæ capacitatem: aut natura magis capax magis habebit de gloria, aut non erit glorificata: si ergo secundum maiorem capacitatem naturæ est maioritas gloria: & quantitas gloriæ respondet quantitati gratiæ; ergo secundum maiorem capacitatem naturalium attribuitur maioritas gratiæ. **ITEM.** Finis imponit necessitatem his, quæ sunt ad finem: sed natura facta est pro gloria, non e converso: si ergo Deus præsciens, & prædestinans facit animam ad hoc, quod eam glorificet: tantam dabit ei naturalium capacitatem, quantum scit ei esse daturum gloriam: aut si ultra tribuatur, faciet aliquid frustra: quod si hoc est falsum, restat, quod capacitas naturæ, & quantitas gloriæ secum commensuratur; ergo redit idem, quod prius.

CONTRA. Eccl. 1. secundum datum suum præbet illam diligentibus se; ergo videtur, quod distributio sapientiæ, & gratiæ non pensatur ex parte suscipientis; sed ex parte Dei conferentis.

ITEM. Possibile est eum, qui meliora habet naturalia, nihil habere de gratia, & omni tempore uitæ suæ carere gratia: eum uero, qui habet minora naturalia abundare in gratia: quod si hoc uerum est, ergo non est dispensatio gratiæ secundum mensuram naturalium. **ITEM.** Deus dat gratiam homini secundum quod se præparat; ergo si habes minora naturalia, frequenter se melius præparat, quam habens maiora: ergo uidetur, quod maiora suscipiat dona gratuita, quamuis minora habeat naturalia. **ITEM.** Qui meliora habet naturalia, frequenter remanet in

statu imperfectionis: quod uero minora, frequenter assumit statum perfectionis, siue religionis: ergo si maior est gratia, in perfectis, pariter &c. **ITEM.** Gratia in nobis nullam potentiam ita principaliter respicit, sicut arbitrii libertatem; sed libertas arbitrii æqualiter est in omnibus: ergo si maior est gratia in uno, quam in alio, non est a natura, sed magis a distributione diuina. **ITEM.** Distributio gratiæ Dei procedit ex uisceribus pietatis, & misericordiæ: sed misericordiæ est magis compati ei, qui magis miser est, ceteris paribus. & qui magis indiget: si ergo, qui habet minora naturalia, magis indiget sustentari a gratia, quam qui habet meliora: ergo ubi nulla merita, uel demerita præcedunt, Deus ei, qui minora habet naturalia, dedit dare maiorem gratiam; ergo distributio gratiæ non est præcise secundum maiorem capacitatem naturæ; sed secundum beneplacitum pietatis diuinæ.

RESOLVTIO.

Recipiunt quidem; sed non ita ut naturæ capacitas causa efficiens donorum sit, aut necessitans; sed solum ut congruitatem ponens.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum; quod gratiam dare secundum maiorem capacitatem naturalium potest intelligi tripliciter. Aut ita quod hoc, quod est (secundum) dicat efficaciam causalitatis: & sic secundum omnes falsum est; quia naturalia non sunt causa gratiæ. Aut ita, quod dicat dispositionem congruitatis: & sic ubi non est obstaculum, secundum omnes uerum est, quia naturalia bona de congruo disponunt ad gratiam. Aut ita, quod dicat

dicat dispositionem necessitatis; & sic secundum eandem opinionem est falsum, & a Doctoribus reprobatum; tamen secundum aliquorum opinionem aliquando positum est tanquam uerum. Ratio autem huius positionis fuit ista. Isti enim ponebant, quod gratia non erat aliud, quam Deus, & quod charitas non esset aliud, quam S. S. & quod intentio gratiæ, uel charitatis non erat nisi secundum maiorem depurationem anime, & remissionem concupiscentiæ, quæ obstitit ne anima possit perfecte deo uniri; & ideo concupiscentia omnino extincta, anima tantum unitur Deo, quantum eius potest eleuari natura: & tantam dicitur habere gratiam; & ideo ponebant, quod anima finaliter, quæ meliora habebat naturalia, maiorem haberet gratiam. Sed huius positionis fundamentum improbatum est in Primo Lib. Dist. 17. & amplius improbatum infra Dist. 26. Ipsa autem positio de se improbabilis est, & contra bonos mores esse uidetur; dum tantum tribuit ei, qui parum laborat, & parum Deo seruit, quantum ei, qui magis; immo plus; si maiora habeat naturalia, & perseverat in gratia; quod omnino absurdum est, & per rationes præcedentes improbatum; & ideo concedendæ sunt rationes, quæ hoc ostendunt. Ultima tamen ratio non cogit, quia in distributione gratiarum, nec capacitas naturæ, nec eius indigentia principaliter pensatur, sed diuinæ prædestinationis dispositio, & mensura; secundum quam partitur deus mensuram fidei, sicut dicit Apostolus secundum quod in sua prædestinatione mensus est ei.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur in contrarium, quod dedit unicuique secundum propriam uirtutem. Dicendum, quod (secundum) dicit ibi solummodo causam disponentem de congruo. Et iterum. Virtus ibi uocatur conatus cordis; qui non solum dicit capacitatem, sed etiam actualem præparationem; & ideo auctoritas illa non cogit. **AD ILLVD**, quod obiicitur de auctoritate Magistri similiter dicendum, quod ibi dicit dispositionem de congruo; & magis congruam dispositionem dicit circa angelos, quam circa homines, de quibus loquitur Magister. Boni enim angeli, qui ad Deum conuersi sunt, secundum hoc plus se præparauerunt, secundum quod meliora naturalia habuerunt; quia quilibet mouebatur in Deum secundum cordis conatum, cum non haberet retardationem; non sic autem est in hominibus; & ideo illa auctoritas exponi debet, ampliari non debet. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod materiæ melius dispositæ imprimat Deus nobiliorem formam. Dicendum, quod non est simile, quia materia disponitur ad formam naturalem dispositione, quæ est necessitas; sed maior capacitas naturalium non disponit ad maiorem gratiam dispositione necessitatis, sed solum congruitatis; & quia dispositio congruitatis multis modis potest impediri, siue per oppositum, siue per maiorem congruitatem, quæ potest ex aliquo accidente superuenire in alio; ideo illa ratio non concludit. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod homo non habet gratiam, quia non accipit. Dicendum, quod uerum est; sed ex hoc

nō sequitur, q̄ ideo habeat gratiam, quia accipit, sicut dicit Anselmus. quia in priuatiuis, & contra dictionē oppositis non tenet consequentia in ipso, sed eōuerso: & ideo sicut non conceditur, q̄ maiorē habeat gratiā, quia accipit: sic non est concedendum, q̄ maiorem habeat gratiam ex maiori capacitate. AD ILLVD, qđ obiicitur, q̄ natura disponit ad gratiam. Dicendum, sicut dicebatur, q̄ non est simile: quia natura non sic meretur gratiā, sicut gratia gloriam. AD ILLVD uero, quod subiungitur, q̄ gloria perficit totam capacitatem naturæ. Dicendum, q̄ sicut forma perficit capacitatem materiæ nō simpliciter, sed prout exigit dispositio superinducta: sic gloria perficit naturam non simpliciter: sed secundū q̄ exigebat gratia, quæ prius lib. arb. data erat. Cū autem sic perficitur, sufficiens perfecta est: quia rectitudo iustitiæ limitat appetitum naturæ, ut non ultra appetat, q̄ gratia promeruit, maximè cū plenè sufficiat, quod Deus sibi retribuit. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, q̄ capacitas naturæ ordinatur ad gloriam finaliter. Dicendum, q̄ sic ordinatur a Deo, ut tamen presupponatur dispositio ex parte uoluntatis. Vnde sicut homo, qui capax erat beatitudinis, & propter beatitudinem factus; per deordinationem uoluntatis deputat æternis suppliciis, & perdit gloriam: sic homo, qui maioris beatitudinis capax est, quia non ex totis uiribus suis se disponit ad gratiam, minorem assequitur gloriam, quam assequatur alius minoris capacita-

tis, qui magis se disponit ad gratiam. Nec sequitur, q̄ aliquid sit ibi frustra: quia ex hoc ostendit Deus quantum possit gratia supernaturali. Veruntamen hoc in bonis angelis non habet instantia: cum enim ex totis uiribus suis se disposuerunt ad gratiam, secundum quod habuerunt meliora naturalia, data sunt eis maiora gratuita.

QVAESTIO IIII.

A quo quisque Angelorum ordo denominatur?

DE ordinum nominatione, super quod dicit Greg. q̄ unusquisque ordo ab eo denominatur, qđ plenius accepit in munere. Obiicitur autem contra hoc, qđ quod non contingit cognoscere, nō contingit nominare: sed angelici spiritus sunt nobis ignoti: ergo sunt innominabiles. Si respondas, q̄ ipsi se nobis notificandum reuelant: tunc ex hoc sequitur, q̄ uno solo nomine debeant nominari: sic enim nominamus, sicut cognoscimus: ergo si per reuelationem cognoscimus, oēs debemus nominare, & dicere reuelatores: ergo non est ibi ponere nomina distinctiones. ITEM. A digniori debet fieri denominatio: sed charitas est excellentissimum donum, qđ est in angelis: ergo oēs debent denominari a charitate: ergo omnes debent dici seraphin. ITEM. Omnia dona sunt oibus cōia, sicut dicit Greg. & Magister in littera: sed denominatio angelicorum ordinum fit a donis gratuitis: ergo omnia nomina eorum debent esse communia, quemadmodum & dona. ITEM. Si unusquisque ordo denominatur ab eo, quod plenius accepit in munere,

&c

nerere, & supremus ordo omnia dona gratiarum plenius accepit, q̄ ordines inferiores: ergo debet denominari ab oibus donis: ergo habebit nomina oīum ordinum, sicut dona. ITEM. Si dicitur ordo denominari ab eo, q̄ plenius accepit in munere, aut excessus plenitudinis notatur respectu aliorum ordinum, aut respectu aliorum donorum. Si respectu aliorum ordinum: cum ergo ordo inferior in nullo dono aliquem superiorum ordinum excellat, a nullo debet denominari. Si uero dicitur respectu aliorum donorum: tunc aut dona angelorum erunt inæqualia, aut a nullo fiet denominatio. Sed dona gratiarum in eodem sunt æqualia, sicut infra patebit in Tertio: ergo a nullo donorum potest denominari inferior ordo. ITEM. In imagine reformata dilectio adæquatur cognitioni: ergo si ordo cherubin denominatur a plenitudine scientiæ, erit in eo similiter plenitudo dilectionis gratuita: ergo nomen cherubin, & seraphin eidem ordini angelorum debet attribui, & non aliis. ITEM. Cū ordo cherubin denominetur a plenitudine scientiæ, aut denominatur a plenitudine scientiæ, aut respectu inferiorum, aut respectu superiorum. Non respectu inferiorum: quia talis in eis non est nobilissima cognitio: denominatur ergo a cognitione respectu superiorum: sed hæc cognitio est sapientiæ: ergo denominatur a plenitudine sapientiæ. Sed sapientia est excellentissimum oīum donorum: ergo cherubin denominatur ab excellentissimo dono: ergo uidetur, quod sit ordo

supremus, uel q̄ dignior ordo non denominetur a digniori nomine. ITEM. Cū angeli habeant quædam nomina, quæ sunt eis propria, quædam quæ sunt communia, quædam quæ sunt propria, & possunt esse communia: quæritur quæ sit istorum nominum ratio, & differentia?

RESOLVTIO.

A donis gratiarum & ab istis, que quisque plenius accepit.

RESPONDEO. Ad horum intelligentiam est notandum, q̄ angeli denominari possunt per ea, quæ sunt eis naturalia: nominari etiam possunt per ea, quæ sunt eis gratuita: nominari etiā possunt per aliqua, quæ quodammodo sunt eis naturalia, quodammodo gratuita. Si denominatur per ea, quæ sunt eis naturalia: cū eorum natura nō innotescat nobis in singulari, sed in communibus, habent nominari nominibus communibus. umptis a natura, & forma cōi; & hoc dupliciter, uel a cōi remoto, & sic dicuntur celestes essentia, uel a cōi propinquo, & sic dicuntur celestes spiritus. Si autem denominentur secundum dona gratuita: sic quia in ipsis differenter habent statum, & gradum, & ita distinctionem: sic per illam habent ordines nominari nominibus propriis; propriis (inquam) siue respectu demonum, siue respectu aliorum ordinum, sicut dicuntur seraphin, & throni. Si autem fiat denominatio ab his, quæ possunt esse naturalia uero modo accipiendo, & alio modo accipiendo gratuita: sic nomina possunt esse communia, & propria: nomina (inquam) cōia bonis,

&c

Dis. 36
15.

& malis, & propria bonis, sicut principatus, & potestates. Quæ si dicantur a naturali proprietate, conueniunt demonibus: si uero a dono gratuito, conueniunt spiritibus sanctis: uel cõia oibus ordinibus: propria uero aliquibus: sicut angeli, & uirtutes. Si. n. dicantur a naturalibus donis, utpote ab amplitudine sciẽtiæ, & fortitudine potẽtiæ: sic quia hæc duo sunt in omnibus, oēs possunt dici angeli. s. habiles ad reuelandũ; oēs etiã uirtutes. i. fortes ad operandum. Si autem dicantur a dono gratiæ secundum quod sunt ad hæc officia specialiter deputati, s. ad mysteria reuelanda, & miracula facienda: sic sunt quorundam ordinum nomina propria. Ex his igitur colligitur, quod denominatio angelorum; quantum ad nomina propria singulis ordinibus, sumpta est a donis gratiarum secundum diuersos status, & gradus, in quibus distinguuntur, & ordinantur, sicut prædictum est. In modo autem accipiendi nomina ista tria sunt notanda. Primum quidem, quod unum donum dignius est altero: sic charitas dicitur esse donum excellentius inter alia. Secundum uero est, quod ordo superior in omnibus donis excellit inferiores. Tertium uero est, quod denominatio debet fieri a digniori. Secundum hoc igitur cum nouem sint status, in quibus ordines angelici habeant disponi secundum differentem gratuitorum præcellẽtiam: ordo supremus uendicat sibi nomen a dignissimo dono, & statu: ordo sequens, a dono, & statu magis accedente ad summum, & hæc est plenitudo sciẽ-

tiæ: & sic de aliis descendendo usque ad infimum. Vnde in denominatione consideratur duplex excessus, & doni ad donum, & ordinis ad ordinem: & istud uult dicere Gregorius, quod uisusque ordo eius rei censetur nomine, quam plenius accipit in munere: plenius (inquam) respectu inferiorum: nisi donum illud sit tantæ dignitatis, & excellentiæ, quod ab eo debeat denominari aliquis ordinum superiorum: sicut patet, quia ordo cherubin plenius accepit charitatem, quam aliquis inferiorum ordinum: ab ipsa tamen non denominatur: quia cum sit donum præcellentissimum, excellentissimo ordini appropriatur. His uisis facile est respondere ad obiecta.

AD ILLVD enim, quod obiicitur, quod non sint noti. Dicendum, quod uerum est de cognitione, quæ est per acquisitionem; sed non de cognitione, quæ est per reuelationem: qualiter cognouit beatus Paulus, & beatus Ioannes Euangelista: & ideo ipsi potuerunt denominare, & alios erudire, sicut Paulus erudiuit Dionysium. Omnium tamen angelorum nomina sumpta sunt de Sacra scriptura, sicut seraphin de Esa. 6. cherubin de Psalmis, & de aliis locis scripturæ: throni, de Daniel. 7. dominationes, principatus, potestates, uirtutes, ex diuersis locis Epistolarum Pauli. Angeli, & Archangeli tam ex noui, quam ex ueteris testamenti diuersis locis. Quoniam igitur Sacra scriptura fuit diuinitus inspirata, non humanitus adinuenta, impositio nominum angelorum potius fuit

EX

ex dei reuelatiõẽ, quæ ex humana inuestigatione. AD ILLVD, quod obiicitur, quod denominatio debet fieri a digniori. Dicendum, quod non solum hoc attendendum, quod de nominatione fiat digniori, sed etiam quod nomen quod pluribus conuenit, attribuatur digniori: & ideo quauis omnes ordines a dono charitatis, & ardoris denominari possent: quia tamẽ donum illud in supremo ordine præcellit, solus ille ordo ab eo debet denominari. AD ILLVD, quod obiicitur, quod omnia dona omnibus sunt communia. Dicendum (sicut supra tactum fuit) quod & si sit in donis communitas quantum ad habitum, est tamẽ distinctio quantum ad statum. Denominatio autem non solum respicit substantiam habitus; sed etiam præcellentiã status. AD ILLVD, quod obiicitur, quod ordo debet denominari ab eo munere, quod plenius accepit. Dicendum, quod hoc non est intelligendum de omni eo quod plenius accepit, sed de eo quod plenius accepit, & est in ipso dignissimum: maximè si ille ordo sit ordo dignissimus: & si ordo sit immediate sequens illum, debet denominari ab eo quod immediate sequitur præcellentissimum donum: & sic consequenter descendendo usque ad infimum. Et sic patet responsio ad hoc, & ad sequens: quoniam supremus a supremo debet denominari, quia illud dignissimum est, & plenissime accepit. Infimus uero ab infimo dono: quia cum in omnibus excedatur ab aliis, nomen sumptum a dono ultimo sibi debet relinquere: non quia illud plenius aliis

possidet, sed quia alii denominati sunt ab eo, quod plenius possidebant. Et ex hoc consequenter factum est, ut infimus ordo denominaretur ab infimo dono. Et si obiicitur, quod unum donum non est excellentius altero, quia dona sunt æqualia. Dicendum, quod & si sint equalia intensiue: nihilominus est tamen in eis prerogatiua alicuius excellentiæ; sicut charitas ab Apo. dicitur maior esse fide, & spe. AD ILLVD, quod obiicitur: ubi maior est cognitio, maior est dilectio. Dicendum, quod uerum ad minus in gloria. Vnde sicut in seraphin est maior plenitudo dilectionis, est amplior plenitudo cognitionis; nec cherubin dicitur, quia sit in eis amplior plenitudo cognitionis simpliciter, sed respectu inferiorum ordinum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod donum sapientiæ est excellentissimum. Dicendum, quod sapientia secundum quod est donum excellentissimum, est dicta a sapore non a sapere: & ita includit charitatem; sed sapientia, siue scientia, a qua denominatur cherubin, nominat cognitionem dei, quæ & si sit nobilissima cognitio, & ordinata ad affectionem, & ideo possit dici sapientia; non tamẽ est ita nobilis ut dilectio, a qua est sapor; & ideo illa ratione in nomine sapientiæ fit equocatio. AD ILLVD, uero quod ultimo dicitur, iam patet responsio ex prædictis.

QUESTIO V.

An ad singulos ordines angelorum fiat assumptio saluandorum?

DE ordinum reparatione. Et quaeritur utrum ad singulos ordines angelorum fiat assumptio

prio

I. Cor.
cap. 13

ptio saluandorum. Et quod sic uidetur. Quia sup illud Psa. 44. Constitues eos principes super omnem terrā: dicit Glo. Elegit pauperes. ut exaltaret ad ordines cœli, qui fiunt ex hoibus, & angelis. ITEM. sup illud Iosue. 1. Omnem locum, quem calcauerit pes uester, &c. dicit Glo. Si diabolus uincere potuero, & meruero, ut deus conterat eum sub pedibus meis: consequenter locum eius in cœlo habebō: ergo si diabolus fuit de excellentissimo ordine (sicut supra monstratum fuit di. 6.) uidetur, q̄ homo possit ascendere ad supremum ordinem angelorū. ITEM. Ruina angelorum restauranda est, aut superna ciuitas remanebit imperfecta: sed non restauratur ex angelis, quia casus angelorum est irreparabilis: ergo restaurabitur ex hominibus bonis. ITEM. Distinctio ordinum principaliter uenit ex donis gratiarum: sed in uia uidemus, q̄ aliq̄ assimilatur seraphin in usu gratiæ, aliqui cherubin, & sic de aliis; ergo si deus retribuit unicuique secundum quod meruit, uidetur quod ad diuersos ordines angelorum homines debeat assumi, & ex eis angelorum ordines restaurari.

CONTRA. Maior est unitas ī superna Hierusalē, quam in ecclesia militante: sed nunc in uia ordo hoīum non admittit intra sui unitatem diuersum in natura: ergo uidetur cum homō differat ī specie ab angelo, quod ex angelis, & hominibus nō debet fieri unus ordo. ITEM. Sicut ordo notat quandam differentiā inter eos, qui sunt ordinum di-

uersorum: sic ponit quandā conuenientiam inter eos, qui sunt eiusdem ordinis, quod patet ex ipsa diffinitione ordinis: sed plus differt homo ab angelo, quam differat ordo ī finis à supremo si ergo angelus superioris ordinis, & infimi non possunt in eodem ordine collocari, multo minus de hoibus, & angelis idem ordo integrari. ITEM. Corpus nunquam sublimatur ad dignitatē spiritus: ergo nunquam debet ibidē collocari corpus humanum, ubi collocatur spiritus angelicus: cū semper sit minus dignum quātumcunque gloriosum: si ergo qui conueniunt in ordine, conueniant in sedium collocatione: uidet ex hoibus, & angelis eundem ordinem cōstare non posse. ITEM. Angelus in naturali capacitate excelsit animam: sed gratia data est angelis secundum suæ naturæ capacitatem, sicut supra dictum fuit, & Magister dicit in l. tera: ergo cū nō possit dari gratia animabus supra suam capacitātē, nunquā possunt animæ, & angeli in gratuitis adæquari: ergo nec ex eis idem ordo constitui.

RESOLVTIO.

De quolibet ordine inuenti sunt, qui ceciderunt: ergo & in quolibet restaurari debuerunt angeli per homines: qui licet in natura minorentur ab illis: gratia tamen eisdem coequantur.

RESP. ad prædictorum intelligentiam est notādum, quod (sicut prædictum fuit) ad perfectionem ordinis duo concurrunt scilicet natura, & gratia. Natura tanq̄ fundamentum, & dispositio: gratia uero ut complementum, &

con-

consummatio. Et quia aliquid tunc dicitur esse secundū quid, quando est in sola dispositione: tunc esse simpliciter, quādo est in sua perfectione: cū demones, & angeli in naturalibus cōmunicēt, dicitur aliquando demones fuisse de diuersis ordinibus angelorum, quamuis nunquā plene fuerint in aliquo ordine: unde hoc intelligitur secundum quid, non simpliciter. Quia uero hoīes possunt ad eminentiā gratiæ, & gloriæ, in qua sunt angeli eleuari, potē ex hoibus, & angeli idē ordo cōstitui: quia quāuis non conueniant in natura, assimilantur tamen: & æquantur in hac gratia, & per hūc modum reparatur angelorum ruina. Et si tu obicias, quod non potest esse conformitas in perfectione, ubi non est conuenientia in præambula dispositione. Dicendum, quod hoc nō habet locū in proposito: quia illud uerbum est de dispositione necessitatis, non autem in dispositione solius congruitatis. Concedendum est ergo, quod sicut de singulis ordinibus aliq̄ ceciderūt: sic etiā singuli angelici ordines per homines restaurantur: sicut primæ rationes ostendunt.

AD ILLVD, quod obicit in cōtrariū, quod ad unitatē ecclesiasticam nō admittit homo rē alterius speciei. Dicendū, quod non est simile, quia nullum animal inuenire potest homo sibi simile in conformitate rationis: homo autē, & angelus in participatione cōmunicant rationis, & (quod plus est) in deformitate gloriæ: & ideo nō possunt in eandem societatem, & eiusdem

societatis ordinē conuenire: cū maior sit unitas uoluntatū quā facierum: & plus facit ad unitatē pacis, & societatis, & ordinis conseruandam. AD ILLVD, q̄ obicitur, q̄ plus differt homo ab angelo, &c. Dicendū, quod uerum est de difformitate, quæ opponit unitati naturæ: sed nō est uerum de difformitate, quæ opponitur unitati gratiæ in statu, & dignitate: unitas autē ordinis plus respicit hanc, quā præcedentem: & ideo illud non ualet. AD ILLVD, quod obicitur, quod corpus non sublimatur ad dignitatem spiritus. Dicendum quod uerum est: sed tamen ex hoc non sequit, quod non debeat locari cum angelis. Sicut enim in statu uiæ, & meriti anima sequitur locum corporis, & in terra habitat: cum sit nata esse sursum: sic econtra in statu patriæ, & præmii corpus sequitur locum spiritus & ibidem erit, ubi natus est esse ipse spiritus: non propter se, sed propter eū, cui cōiungitur: & iō in eisdē sedibus locatur cum angelicis spiritibus, ad quorum dignitatem per gratiam est humanus spiritibus sublimatus. AD ILLVD, quod obicitur, quod angelus habet capacitem maiorem, quam anima. Dicendum, q̄ ratio illa calumniabilis est, & quantum ad maiorem, & quantum ad assumptionem. Quāuis enim angelus excedat animam in naturalibus secundum comparisonem creaturæ ad creaturam: tamen secundum comparisonē ad trinitatē summā, cuius est imago tam angelus, quā anima: non oportet esse præcel-

lea

lentiam, cum magis uideamus humanam naturam exaltatam, quam angelicam, tum per gratiam unionis in Christo, tum et per gratiam comprehensionis in Virgine beata. Sed esto, quod si adhuc ista propositio haberet ueritatem, adhuc remaneret in assumptione dubietas. Cum enim dicitur, quod angeli susceperunt gratiam secundum capacitatem naturalium: non est intelligendum precise ita, quod tantam susceperint, quod plus non potuerunt capere, quia hoc non de facili posset probari, nec auctoritate, nec ratione: sed ita intelligitur, quod naturalia meliora habentibus, plus datum est de gratia, quam habentibus minora: quamuis isti, & illi plus possent accipere. Et ex hoc non uidetur, quod anima humana non possit ad aequalitatem cum angelis ascendere: imo absque dubio concedendum est posse: cum in Christo, & beata uirgine uideamus praecellere.

QVAESTIO VI.

An praelatio angelorum euacuabitur post iudicium?

DE ordinibus angelorum quantum ad praelationis euacuationem. Et est quaestio, utrum praelatio, quae est in ordine respectu ordinis, euacuetur post iudicium. Et sic uidetur. 1. Corin. 15. Cum euacuauerit omnem principatum, potestatem, & uirtutem: ergo in die iudicii principatus, & potestates, & uirtutes euacuabuntur. ITEM. supra Distin. 6. Et sicut inter bonos quantumdiu durat mundus angeli angelis, daemones daemionibus, homines hominibus praesunt: sed in futuro euacuabitur omnis pra-

latio. ITEM. Nomina ordinum accipiuntur penes officia ministrandi, ut in pluribus, maxime in his, quae subiiciuntur: ergo cum cessabit ministerium, cessabit subiectio: ergo & cessabit praelatio. ITEM. Praelatio ordinis ad ordinem est secundum actum illuminandi, & purgandi, & perficiendi; sed post iudicium erit status in completionem scientiae, & gratiae: ergo non erit ultra illuminatio, purgatio, & perfectio: igitur nec aliqua in ordinibus praelatio.

AD OPPOSITVM. Praecellentia ordinis ad ordinem est secundum maioritatem, & minoritatem gratiae: ergo si quantitas gratiae in angelicis spiritibus non mutatur, praecellentia ordinis ad ordinem non tollitur, nec euacuatur. ITEM. Angeli statim, ut confirmati sunt, beati effecti sunt beatitudine perfecta: ergo nihil remansit in eis, quod esset ex parte. Sed praelatio ordinis ad ordinem fuit in eis, ergo non fuit ex parte; sed nihil euacuatur, nisi quod ex parte est: ergo &c. ITEM. Pulchritudo consistit in ordine, & ordo in praecellentia unius ad alterum: & praecellentia ponit praelationem ordinis ad ordinem: ergo si ab angelicis spiritibus tollitur; & pulchritudo. ITEM. Sicut summus ordo denominatur ab eo, quod est sibi inseparabile, sic medii & infimi: sed seraphin nunquam desinit esse seraphin; ergo nec principatus desinit esse principatus; ergo nunquam desinet principari: ergo non cessabit ibi praelationis ordo.

R E-

RESOLVTIO.

Utrique quo ad influentiam, & imperium unius ad alterum, sed non quod ad dignitatis excessum.

RESP. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod tripliciter aliquid dicitur praeferi alteri. Aut per modum excedentis solum, sicut praefertur aurum, argento. Aut per modum excedentis, & influentis, sicut praefertur caelestis natura elemento. Aut per modum imperantis, sicut praefertur dominus ministro. **A**D RATIONEM, aut perfectae praelationis, ista tria concurrunt, ut qui praefertur, natus sit eum, cui praefertur excedere, & in ipsum aliquo modo influere, & eidem praecipere: hoc modo est nunc in praelatione, quae attenditur inter ordinem, & ordinem in hierarchiis angelicis; & etiam in hierarchia ecclesiastica. In angelis. n. ordo, qui ordini praefertur excedit in naturalibus, & gratuitis: etiam quodammodo influit purgando, illuminando, & perficiendo, & etiam ministeria complenda iniungit. Cum ergo, quae ritur, utrum cesset praelatio ordinis ad ordinem? Dicendum, quod si intelligatur de praelatione quantum ad primam conditionem. scilicet ratione excessus, non euacuabitur, sed manebit: quia ordo excedit ordinem, tam ingratuitis, quam in naturalibus, ita post iudicium, sicut & nunc. Si autem intelligatur ratione duorum sequentium, scilicet ratione praesidentiae, & influendo, & imperando, sic cessabit, & euacuabitur: quia illuminatio, quam dicitur recipere angelus ab angelo, & imperium (si quod est ibi) attenditur per comparationem ad nos, quibus ministrant; non

per comparationem ad Deum, in quo quiescunt: & beatitudinis completionem perfecte illuminant: & secundum uiam hanc procedunt rationes, & auctoritates, ostendentes quod post iudicium cessabit praelatio ordinis ad ordinem. Sic enim dicit Magister, & Apostolus, quod Deus euacuabit praelationem, euacuando potestatem, & principatum, dum enim tollitur ministerium, tollitur subiectio, & imperium. **A**D ILLVD ergo, quod obiicitur, quod praelatio ordinis ad ordinem attenditur in praecellentia naturalium, & gratuitorum. Dicendum, quod haec non est tota causa: unde si ex hoc arguat, ab insufficienti arguit. **A**D ILLVD, quod obiicitur, quod angeli beati beatificati sunt perfecte. Dicendum, quod licet ex parte uirtutis contemplatiuae perfectam sint beatitudinem assecuti, & illa parte nihil sit in eis ex parte, sunt tamen ad hoc uiatores ratione ministerii: nam quantum ad illam uiam (ut supra dictum fuit) sunt in statu merendi, & ideo adhuc aliquid habent, quod euacuabitur post diem iudicii. **A**D ILLVD, quod obiicitur, quod pulchritudo consistit in ordine. Dicendum, quod uerum est: nam sicut ab angelis non tollitur pulchritudo, ita etiam nec tollitur ordo. Sed ex hoc non sequitur, quod non tollatur praelatio, quia praelatio non tantummodo includit in se praecellentiam, sed etiam praesidentiam, quae plus respicit indigentiam uiae, quam pulchritudinem, & perfectionem patrie: & ideo cum tollitur praelatio, pulchritudo non minuitur.

S. Bon. Lib. 2. V A B

AD ILLVD, quod obiicitur, quod ita est inseparabile ab ordine angelorum, quod est esse principatum sicut esse seraphin. Dicendum, quod principatus secundum, quod notat ordinem, non dicit praesidentiam actualem, sed donum gratiae, uel datum; secundum quod angelus natus est aliis praesidere, & hoc manere potest ab lata actuali praelatione: & ideo non sequitur, desinit principari, ergo desinit esse principatus, quia principatus non dicit actum, sed habitum, uel statum.

QVAESTIO VII.

An angelorum ordines nouem numero sint, nec ulterius protendi possint?

DE illis ordinibus angelorum quantum ad numerum. Et quaeritur, utrum sit status in nouenario, an protendatur numerus usque ad denarium. Et quod sic, uidetur. Sicut habetur Luc. xv. in parabola de dragma, homo intelligitur per dragma decimam: sed non dicitur dragma decima, nisi respectu nouenarii, quod est in angelis: ergo si decima dragma reinuenta est, uidetur quod nouem ordinibus decimus ordo adiunctus est. ITEM. Si angelus nunquam peccasset, homo factus esset, & ad beatitudinem perueniret: sed non assumeretur ad restaurandos angelorum ordines: ergo si non careret ordine, in aliquo ordine poneretur: sed siue in uno, siue in pluribus, nouem ordinibus adiceretur ordo ulterius. Si ergo ciuitas Hierusalem per Christum perfecte restaurata est, uidetur quod non sit status ordinum in nouenario, immo quod eis adiciatur saltem de-

decimus ordo. ITEM. Proportio reperitur in numeris: & quia omnia producta sunt secundum debitam proportionem, omnia dicuntur esse producta secundum rationes numerales tam ab Augustino quam a Boetio. Si ergo ciuitas supernae Hierusalem est ciuitas perfecta, & optime proportio nata, uidetur quod numerus ordinum, & graduum eius non stabit circa eum numerum, in quo est perfectio, & status: sed hic non est nouenarius, sed denarius: ergo uidetur quod saltem usque ad denarium protendatur. ITEM. Beatissima uirgo Maria in patria non erit praeter ordinem: cum ergo sit supra omnes ordines, per se constituet ordinem, ergo uidetur quod sint ibi plures, quam nouem ordines.

AD oppositum. Arguitur sic. Omnis ordo reducitur ad aliquam hierarchiam: sed non sunt ibi, nisi tres hierarchiae, sicut patet ex sufficientia prius assignata, suprema, media, & infima: & quilibet earum sufficienter completur triplici ordine: ergo non uidetur, quod debeant esse plures. ITEM. Trinitas manifestatur in omnibus creaturis secundum plus, & minus: maxime autem manifestari debet in beatis: sed numerus maxime expressiuus Trinitatis, est ille, qui consistit in Trinitate super se reflexa, sicut sunt tres trini: ergo uidetur quod in tali numero ordines beatorum habent a summa Trinitate institui. ITEM. Distinctio ordinum est secundum dona gratiarum, sed nullum donum gratiae est in hominibus, quod non sit in angelis: ergo nullum ordinem constituent

stituunt homines praeter ordines angelorum: sed illi non sunt, nisi nouem: ergo non uidetur, quod sit ponere numerum maiorem. ITEM. Si ponitur ordo hominum per se praeter assignatos ordines angelorum, cum in omni ordine angelorum sint de hominibus, tunc homines distinguere se cundum decem gradus: ergo uidetur quod perfectioris numeri sit ordo in hominibus, quam in beatis spiritibus: quod non uidetur, cum ipsi per naturam sint Deo proximiores, & similiores, ac per hoc constitui debeant in ordinis, & numeri nobilissima perfectione.

RESOLVTIO.

Post iudicium addetur alter, & decimusque; constituet: qui erit iustorum saluatorum: quique meritis inaequalis ceteris ad angelorum sublimitatem ascendere nequirit.

RESP. Dicendum, ad hoc, quod quia rationes praedictae solum sunt congruitatis, & auctoritates super hoc non inueniuntur expressae, quod super hoc sunt opiniones uariae. Quidam nanque dicere uoluerunt, quod omnes homines assumerentur ad angelorum ordines: nec essent in illa superna Hierusalem, nisi ordines nouem: & sic competebar ut esset expressa configuratio ad supermundanam hierarchiam, quae in trinitate consistit: & si angeli steterunt, ad ordines eorum assumpti essent, sicut nunc assumuntur. In hoc tamen differt, quod tunc illa assumptio esset hominum beatificatio solum, nunc autem est hominum beatificatio, & ruinae angelorum per quandam aequiualentiam repa-

ratio. Nec obstant rationes ad hoc inductae, quia solum congruitatis sunt. Nec illud, quod obiicitur de beata Virgine: quia sicut priuilegium speciale non est reducendum ad legem communem: sic singularis praerogatiua quae est in beata Virgine, non est numeranda cum ordinum distinctione, quae est secundum legem communem. Et ista opinio satis probabilis esse uidetur. Veruntamen, quia textus euangelicus hoc sonare uidetur, dum hominem decimam dragmam uocat, & Anselmus, hoc uidetur innuere in Lib. De casu diaboli, uidetur aliis magis esse probabile, quod homines per se constituent communiter unum ordinem, quem uocant decimum, respectu nouem ordinum angelorum. Non enim decet (ut dicunt) quod homines assumantur ad ordines angelorum, nisi illi, qui in hac uita eis similes extiterunt. Hi autem sunt uirgines, qui nec nubunt, nec nubent: ideo solae uirgines ad ordines angelorum debent assumi, & ex eis solum ruina angelica restaurari, pro eo quod angelis multum est cognata uirginitas. Sed haec positio non uidetur esse conueniens, tum quia per decimam dragmam non solum modo corrupti, sed etiam uirgines homines intelliguntur, tum etiam quia multi carne corrupti multis uirginibus praeferruntur, ut beata Maria Magdalena, & Petrus Apostolus multis aliis uirginibus masculis, & foeminis absque dubio sunt superiores. Et ideo tertia positio est adhuc, quod supra nouem ordines angelorum addetur ordo deci-

mus ex his, qui in uita ista non peruenerunt ad tantam meritum excellentiam, ut exaltentur ad ordines angelorum: sed meritis Christi saluati decimum tenent gradum, sicut pro eorum salute sol iustitiae Christus per decem gradus descendit: quod signatum fuit in facto miraculo Ezechiae quarto Regum xx. Et ista positio uidetur esse satis probabilis, tum propter perfectionem meritorum, quam habent multi in uia, tum propter perfectionem electorum quantum ad numerum, quae erit in Hierusalem superna. Perfectio autem maxima in denario consistit, sicut infra dicetur, quando agetur de decalogo, uel decimatione: & ideo positionem istam possumus sustinere, quia eam probabilem reddit decimationis signatio, & decimae dragmae inuentio, & Solis per decem gradus descensio, & ipsius denarii perfectio.

AD ILLUD, quod obiicitur, quilibet ordo est in aliqua hierarchia. Dicendum est, quod sicut praeter angelicam hierarchiam, est nunc ponere hierarchiam ecclesiasticam: sic praeter illas angelicas hierarchias erit intelligere in decimo saluari gradu similitudinem ordinis, & hierarchiae: hierarchiae, inquam, per comparationem ipsorum adinuicem, quia non habebunt omnimodam aequalitatem: sed ordinis per comparationem ad ordines superiores. AD ILLUD ergo, quod obiicitur de expressa representatione summae Trinitatis. Dicendum, quod sicut unitas addita nouenario nouenarium non perimit, sed saluat, & ad perfectio-

nem numerum deducit: sic decimus ordo ex hominibus constitutus representationem summae Trinitatis ab angelicis spiritibus non tollit, sed salua illa expressa representatione, facit ad supernae ciuitatis maiorem perfectionem. AD ILLUD, quod obiicitur, quod est distinctio secundum dona gratiarum. Dicendum, quod non est secundum dona tantum, sed secundum dona quantum ad statum. Infra autem omnes status ordinum angelorum adhuc est intelligere statum magis infimum in hominibus, & ita ordinem decimum: quauis ex diuina benignitate, & largitate contingit in gratia homines equiparari angelis, quibus sunt inferiores per naturam.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod tunc erit maior perfectio in hominibus. Dicendum, quod falsum est, quia hoc non est propter maiorem perfectionem, sed propter maiorem a Deo elongationem. Infimus. n. ordo inter omnes magis distat a Deo, sicut primus maxime appropinquat: & quia homo pluribus gradibus natus est distare a Deo, quam angelus: licet ex diuina misericordia factus sit ei magis proximus: ideo tenet decimum locum: ut sic ostendatur, quod excellat angelus hominem per naturam: ostendatur etiam nihilominus quantum Deus sibi inuiserauerit ipsum hominem per misericordiam.

QUESTIO VIII.

An angeli omnes eiusdem ordinis aequales sint?

DE ordinibus angelorum in comparatione ad suum op-

po

positum. Et est quaestio, utrum in angelis ordo compatiatur se cum aequalitatem. Et quod sic, uidetur per Dionysium. Dicit enim Dionysius, quod illi, qui sunt in una hierarchia, aequipotentes sunt: sed qui sunt aequipotentes, sunt aequales: ergo in eadem hierarchia angeli sunt aequales: ergo multo fortius in eodem ordine. I T E M. Augustinus, De uera religione. In omnibus actibus conuenientia placet, qua una salua, etiam pulchra sunt omnia: ipsa uero conuenientia unitatem, aequalitatemque appetit: ergo si in angelicis spiritibus est perfecta pulchritudo ergo conuenientia, & aequalitas: sed non aequalitas inter angelos diuersorum ordinum: ergo inter angelos eiusdem ordinis. I T E M. Quorum donum, & praemium unum est, ipsa habent aequalitatem: sed donum, & praemium angelorum eiusdem ordinis est unum, & status unus: ergo uidetur quod habeant aequalitatem. I T E M. Hierarchia angelica, maxime est representatiua supremae hierarchiae: sed in illa ordo non excludit aequalitatem: ergo uidetur, quod in hierarchia angelica debeat esse ordo cum aequalitate: sed non est aequalitas in angelis diuersorum ordinum: ergo in angelis eiusdem ordinis.

CONTRA. Magister dicit in litera. Sicut in Apostolis alii alii sunt digniores, ita in ordinibus angelorum creditur recte esse. I T E M. Perfectiori modo participatur ratio ordinis, ubi est ordo in omnibus, quam ubi est ordo in aliquibus tantum:

sed angeli perfectissimo modo inter caeteras creaturas participant ordinem: ergo non solum inter angelos diuersorum ordinum, sed inter angelos eiusdem ordinis contingit ordinem assignare. I T E M. Sapientis est ordinare, & magis sapientis magis ordinare: ergo & maxime sapientis in eius effectu nobilissimo est res maxime ordinatas producere: ergo uidetur, quod non solum sit ibi ordo inter angelos diuersorum ordinum, sed etiam inter angelos eiusdem ordinis. I T E M. Lucifer dicitur fuisse maximus inter omnes angelos: & constat, quod de aliquo ordine fuit: ergo angeli illius ordinis non erant sibi aequales, pari ratione uidetur, quod in aliis ordinibus, alii sunt superiores, alii inferiores.

RESOLUTIO.

Improbabile non est, inter eos gradationem quandam reperiri: et se non tantum, quantum inter eos, qui alterius, & alterius ordinis sunt.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut in suprema hierarchia propter summam perfectionem reperitur pulchritudo ex perfectissima aequalitate, & similitudine parium, sic in angelica hierarchia reperitur pulchritudo perfecta, in genere creaturae ex quadam gradatione disparium. In his enim duobus modis consistit pulchritudo, & conuenientia, sicut dicit Augustinus, De uera religione: sed in suprema hierarchia ex sola similitudine, & aequalitate potest esse perfectissima pulchritudo.

V 3 do

*Arist.
I. Met.
in proo-
mio.*

do: quia in qualibet personarū æqualiū est omnimoda, & summa perfectio, in angelica uero hierarchia, quia illi spiritus, qui ordinantur, non habent sigillatim summam perfectionem, necesse est quod ex quadam conuenienti diuersitate in quadam proportionabili gradatione conueniat quædam conueniētia ordinata, & pulchritudo in genere creaturæ perfecta. Et ideo sicut in sanctis intelligimus, quod unus est ordo apostolorum, alter martyrum, alter confessorū, & sic de aliis, & tamen in his ordinibus est gradatio quædam, nec potest omnimoda reperiri æqualitas, cum de quolibet sancto possit dici. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelſi: sic suo modo intelligendum est in spiritibus angelicis: ideo & in eodem ordine ponenda est quædam gradatio, & quidam ordo: licet non sit tantus excessus, quantum reperitur in angelis diuersorum ordinū: unde rationes hoc probantes concedende sunt, quamuis non sint multum cogentes, hoc enim uidentur sentire tam Magister in littera, quam Dionysius, in lib. De angelica hierarchia.

AD ILLUD, quod obiicitur quod æquipotentes sunt. Dicendum, quod æqualitas illius posse, attenditur, uel accipitur secundū conformitatē conuersionis, secundū quā attribuitur distinctio unius hierarchie ab aliis, sicut prima hierarchia, & ordines qui sunt in illa accipiuntur penes actum conuersionis in Deum, non quia omnino æqualiter conuertantur, sed quia ad hoc indiffe-

renter omnes ordinantur, & principaliter ab isto actu omnes denominantur. AD ILLUD, quod obiicitur, quod conuenientia facit pulchritudinem. Dicendum, quod (sicut ibidem dicit Aug.) conuenientia non tantum surgit ex æqualitate, sed etiam ex disparium congruenti gradatione: & sic in angelis intelligendū est esse. AD ILLUD, quod obiicitur, quod habent idem donū, & præmium. Dicendum est, quod si intelligatur de præmio cōmuni, & increato, quod Deus est, uerum est. Si autē intelligatur de beatitudine creata, uel de donis gratiarum quantum ad statum, & dignitatem, & prærogatiuam aliquam, sic non habet ueritatem, sic enim quilibet respectu alterius aliquam habet prærogatiuā secundum plus, & minus. AD ILLUD, quod obiicitur, quod hæc hierarchia repræsentat summam, &c. Dicendum, quod repræsentat in quantum potest, & cū in illa suprema hierarchia sit ordo, & perfecta pulchritudo in summa unitate, & æqualitate, & hæc in hierarchia creata non possunt simul coexistere, propter limitationem creaturæ: & ideo est ibi ponere ordinem, & pulchritudinem cum diuersitate, & quadam disparitate: ut quæ non poterat hoc fieri ex unitate, saltem impleretur ex pluriū diuersitate.

ET HÆC est rō, quare Deus cum habeat unū filium, non tamen produxit unū solum angelum, sed multos: quia filius perfecte implet patrem, & imitatur, ut dicit Augustinus: sed angelus perfecte non exprimit creatorem: ideo

ideo decuit eos creari in magna multitudiue, uel in multiformi ordine.

QUESTIO IX.

An alijs præter angelos; conueniat per ordines distinguere?

DE ordinibus angelorum in comparatione ad suū disparatum. Et est quæstio, utrū alijs substantiis rationalibus, quam angelis competat per ordines distinguere. Et quod sic, uidetur. Sicut enim in angelis est præcellentia naturalium, & gratuitorum, ita etiā in animabus rationalibus: ergo si penes hoc attenditur ordo in angelis, pari ratione in animabus exutis. ITEM. Sicut diuina bonitas, & sapientia manifestatur in conditione angelorum, ita etiam in conditione spirituum humanorum: ergo sicut facit angelos in diuersis ordinibus, ita uidetur, quod faciat homines. ITEM. Ad reparationē ruinæ angelicæ ex diuersis ordinibus assumuntur homines: ergo eisdem gradibus, & eisdem ordinibus ordinabuntur in gloria, quibus ordinantur & angeli: ergo uidetur, quod non solum angelis, sed etiam hominibus competat. ITEM. Ordo est nunc in ecclesiastica hierarchia, & ordines uarii, cum tamen ipsa ecclesiastica hierarchia ex puris hominibus constet: ergo uidetur, quod homines nati sunt ordinari.

AD oppositum arguitur sic. Si ita competat ordo hominibus, sicut competat angelis: ergo sicut angelorum beatorum nouē ordines assignantur, ita uidetur, quod & hominum: ergo saltem

erunt decem & octo, quod tamen non ponitur. ITEM. Omnes homines ex uno processerunt: ergo uidetur, quod quantum est de natura sua sint pares: ergo non uidetur, quod hominibus competit ordo per naturam. Quid si tu dicas, quod competit eis per gratiam. Contra. Gratia præsupponit naturā: ergo & ordo gratiæ, ordinē naturæ: ergo si non est ordo naturæ, nec gratiæ. ITEM. Ordines angelorum distinguuntur penes uim cōtemplatiuam, & uim administratiuam: sed in animabus exutis non est ponere uim administratiuam: ergo nec ordinum distinctionem. ITEM. Si ponatur ordo in gloria, debet poni ordo correspondens ordinibus repertis in uia: ergo cū in clero sint multi ordines, in religiosis sunt etiam multæ ordinū distinctiones, in sanctis etiam multi ordines, ut ordo patriarcharum, prophetarum, apostolorum, &c. uidetur, quod multo plures essent ordines hominū, quam angelorum.

RESOLUTIO.

Nequaquam, proprie loquendo. Tamen si ecclesiastica ordinata uideatur.

RESPONDEO. Dicendum, quod cum ad perfectam rationem ordinis concurrant præcellentia naturalium, & gratuitorum sibi correspondentium: in eis solum proprie, & perfecte est ponere ordinum distinctionem, in quibus est hæc duo simul concurrentia reperire. Quoniam ergo in angelis gratia correspondet naturæ, & creati sunt in naturalium præcellentia, & beatificati in differenti donorum prærogatiua: ideo

hinc est, quod proprie est in eis & ordo, & hierarchia: maxime cum illa prerogativa, ita habeat stabilem permanentiam, & distinctionem, quod nullam admittat confusionem. In hominibus uero & si sit reperire precellentiam in naturalibus, & etiam in gratuitis, tamen haec duo ut plurimum sibi non correspondent: quia ubi melior est natura, frequenter minor est gratia: & qui hodie minor est in merito, cras fortassis erit maior in premio. Ideo in hominibus secundum statum praesentem non est proprie ordinum distinctio, secundum gratuita, licet aliquo modo secundum auctoritates, & officia, & status professionum ordinetur ecclesia. Dicendum est igitur, quod proprie, & perfecte in solis angelis ponenda est distinctio ordinum: in hominibus uero & si aliquo modo reperitur in praesenti, reperitur imperfecte, & incerte. In futuro uero quamuis reperitur stabiliter, non tamen reperitur undique: ut sic oporteat eos, qui praecellunt in gratia, praecellere in natura.

Ex his patet responsio ad rationes ad utranque partem. Rationes autem probantes, quod non solum angelis competit ordo; loquuntur de ordine secundum qualemcumque completionem, siue perfectam, siue semiplenam. Rationes uero ad oppositum ostendentes, quod in hominibus non sit ordo, procedunt alia uia: non enim concludunt, quod nullus sit ibi ordo, sed quod ipsa humana natura non habeat tantam ordinum di-

stinctionem, quantum habet angelica: quia haec habet solummodo per quandam confirmationem ad illam. Illa tamen ratio non concludit, Non est ibi ordo per naturam; ergo non per gratiam. Cum enim non oportet gratiam adaequari naturae, non oportet ordinem gratiae praesupponere ordinem in natura: quamuis gratia praesupponat naturam, tanquam accidens praesupponit subiectum. Et quia gratia nostra conformis est gratiae angelorum, quamuis natura nostra non sit eiusdem speciei cum eorum natura: ideo si qua in nobis erit ordinum distinctio, attenditur per conformitatem ad ordines angelicos; ideo non oportebit plures, & novos ordines ex hominibus esse: nisi fortassis decimum, qui ad angelorum perfectionem non poterit peruenire. Hoc tamen, quod nunc dictum est, dubium est: & Magister non uidetur acceptare, quamuis (sicut praedictum fuit) uideatur satis probabile. Nec

illa ratio cogit de ui ministratiua: quia in distinctione ordinum magis confideratur status gratiae, quam operatio alicuius potentiae. Ex his manifesta sunt, quae tanguntur in littera.

DI-

DISTINCTIO X.

De ministerio, & missione angelorum, quantum ad angelos ministrantes.

Hoc etiam inuestigandum est, Vtrum omnes illi celestes spiritus ad exteriora nuncianda mittantur. Quidam putant aliquos in illa multitudine esse, qui foras pro officio exeunt, alios qui intus semper assistunt: sicut scriptum est in Dan. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Item Dion. in Hierarchia, quae sacer principatus dicitur, de praelatione spirituum ait, Superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt: quoniam ea, quae praeminent, usum exterioris officij nunquam habent. His auctoritatibus innituntur, qui angelos mitti nisi inferiores, inficiantur.

Confutatio.

Quibus obijcitur, quod Esaias ait, Volauit ad me unus de seraphin: qui ordo superior est & excellentior: ideoque si de illo ordine mittuntur, non est ambigendum quin etiam & de alijs mittantur. Apostolus quoque ait, Omnes sunt administratores spiritus in ministerium missi. His testimonijs asserunt quidam omnes angelos mitti. Nec debet indignum uideri si etiam superiores mittantur: cum et ille, qui creator est omnium, adhuc inferiora descenderit.

Quaestio.

Hic oritur quaestio, Si omnes mittuntur & nuncij Dei existunt, quare unus tantum, inter nouem ordines angelorum nomine censetur? Ad quod quidam dicunt, omnes quidem mitti, sed alios saepius, & quasi ex officio iniuncto, qui proprie angeli uel archangeli nominantur: alios uero rarius mitti, scilicet maiores, causa extra communem dispensationem oborta: qui cum angelorum ministerium suscipiunt, etiam nomen assumunt. Vnde in Psal. Qui facit angelos suos spiritus & ministros: quia illi natura spiritus sunt, aliquando angeli, id est, nuncij fiunt.

Putant

Putant quidam Michael, Gabriel, Raphael de superiori ordine fuisse.

Et putant illi, Michael, Gabriel, Raphael de superiori ordine fuisse. Michael interpretatur, quis ut Deus? Gabriel, fortitudo Dei: Raphael, medicina Dei, nec sunt ista nomina ordinum, sed spirituum. Et dicunt quidam singulum horum unius proprie ac singulariter spiritus esse nomen. Alij uerò non unius singulariter, & determinate, sed nunc huius, nunc illius esse nomen, secundum qualitatem eorum ad quæ nuncianda uel gerenda mittuntur: sicut & demonum quadam nomina sunt, quæ quidam putant esse unius propria, alij uerò pluribus communia. Diabolus quippe, qui Græcè ita uocatur & criminator interpretatur uel deorsum fluens, Hebraicè dicitur Satan, idest, aduersarius. Dicitur & Belial, idest, apostata & absque iugo, dicitur etiam Leniathan, idest, additamentum eorum: & alia plura reperies nomina, quæ uel unius spiritus sunt propria, uel pluribus communia.


Quomodo prædicti opinantes auctoritatibus opinionum aduersantibus respondeant.

Qui autem omnes angelos mitti aasserunt, prædictas auctoritates Danielis, scilicet & Dionysii ita determinant. Dicuntur superiora agmina Deo assistere, & ab intimis nunquam recedere, non quin aliquando mittantur, sed quia rarissime ad exteriora prodeunt: neque tunc ab intimis recedunt, sed Dei præsentia & contemplationi semper assistunt: quod etiam faciunt, qui frequenter mittuntur.

Qui mittantur, & qui non mittantur ex angelis?

Alij uerò dicunt tres ordines supremos, scilicet cherubin, seraphin, & thronos, ita creatori assistere, quod ad exteriora non exeunt: Inferiores autem tres ad exteriora mitti: tres uero medios inter utrosque consistere, non modo dignitate uel loco, sed etiam officio: quia præceptum diuinum a superioribus accipiunt, & deferunt ad inferiores. Ideoque cum supremi mediis, & mediis imis, atque hi hominibus præceptum Dei nuncient, merito omnes angeli nominari debent. Et ob id forte Apostolus ait, Omnes spiritus administrato-

res esse filij, & mitti in ministerium: uel per (omnes) non singulos ordines, sed de inferioribus ordinibus singulos angelos complexus est. Illud uerò, quod Esaias ait, per uerba Dionysii determinat dicentis, Hi spiritus, qui mittuntur, percipiunt horum uocabulum, quorum gerunt officium. Unde dicunt illum angelum, qui missus est ad Esaiam, ut mandaret & incenderet labia propheta, fuisse de ordine inferiorum. Sed ideo dictus est forte de seraphin, quia ueniebat incendere & consumere delicta Esaiæ.



Vpra egit Magister de de cōsequentibus cōfirmationem angelorum, quantum ad distinctionem ordinum: in hac uero parte agit quantum ad ministerium. Et quoniam ministerium respectum habet & ad eum, qui ministrat, & ad eum cui ministratur: & ideo pars ista duas habet partes. In prima determinat de ministerio angelorum quantum ad ipsos angelos ministrantes. In secunda uerò determinat per cōparationem ad homines, quibus ministrant infra Distinctionem 11. Illud quoque sciendum est, &c.) Prima pars, in qua quærit, quibus angelis competit ministrare, siue mitti, habet tres partes. In prima ponit diuersas opiniones cum suis confirmationibus. In secunda uerò parte mouet dubitationes, & determinat, ibi. Hic oritur questio, si omnes mittuntur, &c.) In tertia uerò parte illas duas opiniones reducit ad quandam concordantiam, formans quasi ex illis duabus opinionem unam inter utranque mediam: ibi. Alij uerò dicunt, tres ordines supremos, &c.) Harum partium subdiuisiones manifestæ sunt in litera.

Q Via illi a natura spiritus, &c.) Dub. I. Contra. Cum non sint tantum boni angeli, sed etiam mali: uidetur, quod Deus non tantum modo bonos spiritus, immo etiam malos mittat. Et hoc uidetur per illud, quod dicitur 3. Reg. vlti. ubi dominus dixit ad spiritum mendacii, Egredere: & fac ita: uideatur enim, quod Deus miserit angelum malum. Et expressius in Ps. 77. super illud. Immissiones per angelos malos: ibi dicitur Glo. quod angeli mali mittuntur. Et expressissime Matt. 8. Mitte nos in porcos. Ad oppositum. Quia cum intentio malorum angelorum sit perdere oēs, & Dei intentio sit saluare: non uidetur, quod aliquo modo debeat eos mittere, immo potius impedire. Itē. Si hos mittit: tunc ergo sunt nuncii domini: ergo debent dici angeli domini: quod tamē non dicit scriptura. Respon. Dicendū, quod in exercitio quo nos diabolus excitat, duo considerantur: & potestas, & usus. Potestas a Deo ei collata est: usus uerò potestatis non est a Deo præcipiente, sed potius permittente. Quoniam igitur missio proprie dicit imperium, & auctoritatē: ideo demones non dicuntur proprie mitti a Deo, ut angeli,

angeli, sed potius dicuntur angeli diaboli: quia a suo principe diriguntur, & ei obedire intendunt. Ad oēs aut illas auctoritates respondendum est: quod intelliguntur non imperatiuè, sed potius permissiuè.

Dub. 2. Tres uerò medior, &c.) Innuunt Magister, quod medii ordines perceptum diuinum a superioribus accipiunt, & referunt ad inferiores. Contra. Ex hoc uidetur, quod unus angelus mittat alterum: cui concordat expositio Gregor. in Moral. arguens ex eo, quod legitur in Zacharia, quod unus angelus dixit ad alium, Loquere ad puerum illum: ubi dicit Grego. Ad Prophetam angelus angelum mittit: & quem secum gaudere dederò, communiter prospicit, & docet, & erudit. Hoc etiam simile probatur tam in daemonebus, quam in hominibus, ubi superiores mittunt inferiores. Ad oppositum. Si angeli mittuntur ab angelis; ergo angeli sunt nuntii angelorum, & angelus est minister angeli, & angelus habet auctoritatem super angelum: si ergo, solus Deus est, penes quem residet auctoritas, & solius Dei dicuntur angeli ministri, & nuntii, sicut dicitur in Ps. 103. Qui facit angelos suos spiritus; uideat, quod a solo Deo debeant mitti. Respon. Dicendum, quod mittere dicit auctoritatem; potest igitur dicere auctoritatem principalem, uel potest dicere potestatem aliquo modo, uel auctoritatem subiectam auctoritati principali. Si mittere dicat primam, & precipuam auctoritatem; sic solius Dei est mittere angelos tam superiores, quam inferiores; totum

enim ministerium angelorum ad diuinam auctoritatem, & eius complendam uoluntatem referatur; & ideo dicuntur nuntii, & ministri solius Dei. Si autem mittere dicat auctoritatem secundo modo; sic unus angelus ab altero potest mitti: sicut dicit Gregor. & ostendunt auctoritates; & sic intelligitur illud uerbum Magistri in litera.

Hic spiritus, qui mittuntur, &c.) *Dub. 3.* Contra. Hoc repugnat uerbo Dion. Aut enim spiritus mittuntur ad suum officium, aut ad non suum. Si ad suum: cum ergo de nominetur a suo, non debet sortiri aliud nomen, quam proprium. Si ad non suum; ergo usurpat sibi, quod est alienum, & hoc est inordinatum Respon. Dicendum, quod mitti ad suum officium dupliciter est. Aut ad suum per ueritatem, quia ad hoc deputatus est: aut ad suum per appropriationem. Primo modo omnis, qui mittitur, mittitur ad suum officium, id est, ad illud, ad quod est idoneus. Secundo modo aliquando mittitur angelus ad perficiendum illius doni usum, quod sibi non appropriatur: ideo nec ab illo secundum primam impositionem nominis denominatur: nihilominus tamen sortitur nomen competens illi dono, ut ostendatur ad quid mittatur.

ARTICVLVS I.

QUESTIO I.

An boni angeli mittantur?



Quod intelligentiam huius partis incidit hic quaestio circa tria. Prima quaestio est, utrum boni angeli mittantur.

Secun-

Secundo quaeritur ad quid mittantur. Tertiò quaeritur qualiter illud officium exequantur. Circa primum duo quaeruntur. Primo quaeritur, utrum aliqui angeli mittantur. Secundo quaeritur, utrum omnes mittantur.

CIRCA quam sic proceditur, & ostenditur, quod angeli mittantur. Luc. 1. Missus est Gabriel angelus a Deo, &c. & in pluribus aliis scripturae locis. ITEM. Ang. nomen est nuntii, & officii; sicut dicit Gl. supra illud Ps. 103. Qui facit angelos suos spiritus; ergo si uerè & proprie dicitur angeli, uerè & proprie sunt nuntii: ergo si nuntiorum est mitti: patet &c. ITEM. Quanto aliquis habet maiorem charitatem, tanto sollicitior est circa eum, quem potest inuare: sed angeli habent perfectam charitatem, & possunt nostram indigentiam subleuare: ergo uidetur, quod sint solliciti nos adiuuare: sed hoc non faciunt propria auctoritate, sed Dei: ergo uidetur, quod mittantur a domino. ITEM. Angeli quantum ad statum, & dignitatem sunt medii inter nos, & Deum: ergo uidetur, quod ad Deum ferant petitiones nostras, & a Deo nobis reuelationes referant diuinas: sed hoc proprium nuntiorum est: ergo &c.

CONTRA. Frustra mittit quis nuntium, ubi ipse praesens est, & melius potest facere pro se ipsum: ergo si Deus nobis praesentissimus est, & oia potest facere pro seipsum; ergo ad nos frustra mittit angelum: sed ipse nihil frustra facit: ergo &c. ITEM. Deus pater misit filium, & Spiritum sanctum ad procurandum nostram salutem: aut ergo sufficienter procuratur salus nostra per filium, & Spiritum

sanctum, aut non. Si non: ergo imperfectus mediator est filius, & etiam S. S. quod profanum est dicere. Si sic: ergo frustra mittitur angelus. ITEM. Cum angelus mittitur ad nos: aut ad nos conuertitur, aut non. Si non: ergo frustra mittitur. Si sic: cum non possit simul, & semel moueri diuersis motibus: ergo desinit esse beatus. ITEM. Videtur ex hoc generari angelo praedictum: quod quantumcumque quis sit feruentis charitatis, feruentius mouetur, quando mouetur in Deum, quam quando mouetur in proximum: ergo feruentius mouetur angelus cum Deo assistit, quam cum nobis ministrat: sed cum minuitur feruor dilectionis, minuitur dilectio deuotionis: ergo missio angelorum ad nos & minuit in eis feruorem charitatis, & delicias iocunditatis: ergo & in praedictum eorum. ITEM. Hoc ipsum, uidetur. Anima quamuis habeat plures potentias, tamen quia illae potentiae in una substantia simplici radicanter, cum intenditur una, remittitur altera: ergo pariter ratione in angelis, cum angelus sollicitatur circa ea, quae sunt uirtutis ministratiuae, minuitur eius contemplatio: ergo & dilectio. ITEM. Angelus beatus locatur in caelo empyreo tanquam in loco sibi congruo, & deputato; ergo appetit ibi esse. Si ergo egreditur extra empyreum: aliquis appetitus erit in eo incompletus: ergo uidetur, quod missio in angelis ponat incompletionem. Si ergo angeli beati sunt in statu omnimodae perfectionis: uidetur, quod nullo modo competat eis mitti.

RE-

RESOLVTIO.

Angelos mitti, decet diuinam maiestatem: angelicæ erga nos beneuolentia congruit: & paruula nostra charitas deponit.

RESPON. Dicendum quod absque dubio beati angeli ad nos mittuntur a deo: & si de hoc possint assignari plurimæ rationes, una tamē potissima sumitur ex lege charitatis. Hæc. n. missio concordat, seu competit charitati diuinæ, & charitati angelicæ, & humanæ. Charitati diuinæ, quia in hoc manifestat diuina bonitas quantum nostram salutem diligit, dum nobilissimos spiritus, qui ei intima charitate iungunt, dirigit, & transmittit ad procurandam salutem nostram. Et competit etiam charitati angelicæ: cum enim charitatis ardentis sit maximè desiderare aliorum salutem, ob quam etiam dicit dñs sicut dixit Esa. 6. Ecce ego dñe, mitte me: & angeli possint nos iuuare pro eo quod uident nos suo auxilio indigere, & malos angelos indefinèter nos impugnare: ideo quod ad nos mittantur lex exigit charitatis angelicæ. Competit etiam hoc charitati humanæ, quoniam paruula est quamdiu sumus in uia, indiget foueri, & nutriri, & excitari. Et quoniam angeli sunt cõciues hominibus, cum non sint eis iuncti per similitudinem naturæ, quæ excitat ad amorem, oportuit iungi per obsequium beneficentiæ: unde rationes ad hoc inductæ concedendæ sunt.

AD ILLVD, quod obiicitur in contrariū, quod deus nobis præsens est. Dicendum est, quod quāuis deus sit præsens: tamen pro-

pter cecitatē, & caliginem intellectus nostri, in qua sumus, ipsum cognoscimus, ut absentem. Et quia illi spiritus propter claritatem luminis, & beatitudinis perfectionem semper uidēt deū facie ad faciem, & sunt ei præsentēs, quemadmodum illi qui sunt in camera regis, indicāt his, qui sunt exterius, regis uoluntatem: & ad hoc mittuntur à suo domino: sic intelligendum est in proposito. Nec ualet: dominus per se potest facere, ergo nō debet ad hoc nunciū mittere. Multa. n. potest ille, qui præest, per se facere, quæ tamen iniūgit seruo, uel nuncio: ut saluetur in ministerio, & actionibus decēs, & congruus ordo. AD ILLVD, quod obiicitur, quod filius, & spiritus sanctus sufficienter procurant salutem nostram. Dicendum, quod & si sufficienter procurent quantum est ex se, non tamen excludunt nostri arbitrii libertatem. Aduutores enim dei sumus, sicut dicit Apostolus. 1. Cor. 3. & quia nostrum arbitrium pigrum est, & non bene gratiæ cooperatur: ideo indiget excitatore: ad hoc autē nullus est magis idoneus quam sit angelus: & ideo conueniens est ut ad nos mittatur, non propter indigentiam procurationis salutis nostræ ex parte filii, uel spiritus sancti: sed propter negligentiam cooperationis ex parte nostri. AD ILLVD, quod obiicitur, quod si conuertitur ad nos, non ergo ad deum. Dicendum, quod illud argumentum peccat dupliciter. Primo quidem: quia non mouetur erga nos nisi propter deum: unde motus eius nō quiescit in nobis, sed nos semper refert

refert ad deū: & ideo motus iste non aufert motum in deum: sed potius disponit ad illum. Alia est ratio est: quia quamuis una substantia, unica potentia simul, & semel non possit se conuertere ad diuersa per naturam, potest tamen per dispensationem diuinam, siue per gratiam perfectā, cuiusmodi est gloria: unde angelus simul & semel, & de nobis cogitat, & de deo: Sic etiam erit in beatis. Et per hoc patent duosequentia. scilicet de amissione feruoris charitatis, & remissione actionis uirtutis agentis: hoc. n. uerum est, ubi una conuersio impedit alteram, quod quidem nō est in proposito. Et istud satis clarum est intelligere ei, qui potest hoc capere, quomodo anima beatificata simul & semel intelligit multa. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur de loco. Dicendum, quod (sicut in precedentibus habitum est) locus non debetur angelo propter eius necessitatem, uel indigentiam: sed solum propter quandam congruentiam. Hæc autem congruentia recompenfari potest per maiorem: & tunc nullam ponit imperfectionem, uel indecentiam per sui ipsius absentiam: & sic est in proposito. Plus enim delectatur angelus implere uoluntatem domini sui, & adiuuando hominē placere deo, quam delectetur esse in empyreo.

QUESTIO II.

An omnium angelorum sit mitti?

VT RVM omnium angelorū sit mitti. Et uidetur, quod nō. Dan. 7. Millia millium ministrabāt ei, &c. ergo ibi sit distinctio inter ministrantes, & assistētes:

ergo non omnium est ministrare, ergo nec mitti. IREM. Dionysius in Lib. de angel. hierar. Superna illa agmina ab intimis nūquam recedunt: quia ea, quæ præminent, usum exterioris officii nūquam habent. IREM. ratione uidetur. Plus distat actus ministrandi ab actu contemplandi, quam ministeriū a ministerio: & hoc patet, quia penes primam differentiā fit distinctio hierarchiarum, penes secundam fit distinctio ordinum: si ergo secundum diuersos ordines distincta sunt ministeria, ut unus ordo ministeriū alterius ordinis non assumat: uidetur quod aliqui ordines angelorum ita contemplationi assistant, quod ad ministeria complenda non mittantur, nec exeant. IREM. Maior est ordinatio in hierarchia angelica: quam sit in ecclesiastica: sed in ecclesiastica ita sunt aliqui inter contemplationi, quod non assistenti: ergo multo fortius uidetur in Hierusalem superna: ergo nō oīum angelorum est mitti.

AD oppositum arguitur sic. Primo auctoritate Hebr. 1. Oēs sunt administratorii spūs missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. IREM. Esa. 6. Volauit ad me unus de seraphin: ergo aliquis de ordine seraphin missus fuit ad Esaiam prophetam: sed constat, quod ordo seraphin est ordo supremus: ergo si ille mittitur, uidetur, quod oēs alii mittantur. IREM. ratione uidetur. Tantum deus dilexit salutē nostram, ut mitteret filiū & spiritum sanctum: sed non fecit, nisi quā decebat: ergo si missio ad nos, non derogauit filio, uidetur

Dist. 2.
part. 2.

cap. 13.

uidetur

uidetur quod non deroget alicui angelo: ergo uidetur omnibus competere. **ITEM.** De hominibus assumuntur ad omnes ordines angelorum; ergo si quilibet angelus debet restaurationem sui ordinis procurare, & deus debet ad hoc mittere; uidetur, quod omnes angeli aliquando ad nos mittantur. **ITEM.** Caritas angelorum eminens facit eos sollicitari circa salutem nostram, & per hoc ad nos uenire diuina iussione: si ergo in supremis ordinibus est maxima caritas: uidetur quod ipsi maxime salutem nostram procurant; ergo & eos maxime debet deus ad nos mittere. **ITEM.** Promptior est caritas ad adiuuandum, quam sit nequitia ad nocendum: ergo si ab angelis, qui ceciderunt de omnibus ordinibus, impugnamur; multo fortius uidetur, quod ab angelis praesistentibus de singulis ordinibus adiuuemur: ergo si ad hoc mittuntur, ut nos iuuent, patet quod &c.

RESOLVTIO.

Missione interiori omnes; exteriori uero inferiores tantum.

RESP. Ad hoc dicendum, quod (sicut dicit Magister in littera) diuersae sunt opiniones propter diuersas auctoritates; quae uidentur in hac materia sibi contrariae. Unde quidam adhaerentes quibusdam, & intelligentes eas ad litteram, alii uero exponentes, formauerunt sibi opiniones uarias. Quidam enim dixerunt, quod soli angeli ultimae hierarchiae ad nos mittuntur, & dicunt hoc sensisse Dionysium, nec esse hoc contra Apostolum; quia illa distributio quam facit Apostolus, in-

telligenda est esse accommodata, cum dicit. Omnes sunt administratorii, &c. intelligitur de illis, qui sunt de ultima hierarchia. Sed quia ista expositio sensui, & intentioni Apostoli non concordat: uult enim hoc probare, quod Christus melior est omnibus angelis; non tantum inferioribus, sed superioribus: ideo est opinio secunda, quod omnium angelorum est mitti: quae innititur illi auctoritati Apostoli. Et haec opinio dicit uerbum Apostoli non esse contrarium uerbo Dionysii. quia dicit superiora agmina non mitti, aut quia non ita frequenter mittuntur, aut quia non ex officio competit eis mitti, sicut angelis inferioris hierarchiae. Sed quia expositio ista uerbi Dionysii uidetur esse ualde extranea: cum ipse dicat, quod usum exterioris officii nunquam habet: sed pro indubitanti credendum est esse uerum in hac parte tam uerbum Apostoli, quam uerbum Dionysii: ideo est tertius modus dicendi, per distinctionem utrumque uerbum saluans, & ad concordiam reducens, & ex illis duobus expressam ueritatem eliciens: distincti enim oportet in missione. Est enim missio exterior, quae est ad nos. Et est missio interior, quae est ad angelos: sed propter nos. Si de missione exteriori loquamur: sic non competit omnibus angelis, quia non competit superioribus agminibus: sicut dicit Dionysius: quia ea quae praesistentibus eminent, usum exterioris officii nunquam habent: in quo significat, quod intelligit de missione exteriori, quae est ad nos. Si autem intelligamus de missione inte-

Hunc modum dicendi sequitur. Sic, hic, li. est uideatur dicere quod alii qui ex superioribus extra mittantur.

interiori, quae est ad angelos propter nos: sic mitti competit omnibus quoniam superiores mittuntur ad medios, & medii ad infimos, dum reuelando purgant, & illuminant ea, quae nobis expediunt, & hoc totum est propter nos: & ideo signanter dicit Apostolus, missi propter eos: non inquit missi ad eos. Concedendae sunt, ergo rationes ostendentes, quod non omnium est ad nos mitti, & patet ex iam dictis responsio ad uerbum Apostoli.

AD ILLVD, quod obiicitur. **6. Esa.** Dicendum, quod angelus missus ad eum non dicitur esse unus de seraphin, quia esset de supremo ordine: sed quia mittebatur labia eius incendere, & haec responsio sumitur a Dionysio in Lib. de angelica hierar. **AD ILLVD,** quod obiicitur: quod missio competit filio, ergo cuilibet ordini angelico. Dicendum, quod non ualet. Missio enim aut est ad redimendum, & ad saluandum, aut est ad ministrandum. Prima est tantae dignitatis, quod nulli alii potest competere, nisi soli Deo. Secunda uero non est tantae dignitatis, quod competat agmini supremo.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod angelorum ordines omnes restaurantur per homines. Dicendum tam ad hoc, quam ad duo sequentia, quod reuera omnes angeli sunt nobis in adiutorium, & oes nos iuuant, uel mediate, uel immediate, siue in ministrandis reuelationibus, siue in perferendis, siue in offerendis nostris orationibus. Dum enim agmina superiora, quae sunt nobis necessaria inferioribus agminibus reuelant, dum simul cum illis pro no-

bis ad Deum interpellant, & petitiones nostras Deo exponunt, non ut Deum instruant: sed ut petitiones nostras igneis suis affectionibus Deo acceptas faciant, sicut aduocati decoris orationibus aliorum causam defendunt, & ornant, absque dubio magni auxilium nobis praestant: & sic faciunt ad ordinum suorum reparationem, & nihilominus sequuntur charitatis sollicitudinem: & efficacius nos adiuuant, quam alii impugnent.

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An angeli mittantur ad accendendum effectum?



ONSEQUENTER queritur de secundo articulo. scilicet ad quid mittuntur. Et est prima quaestio: utrum mittantur ad accendendum affectum. Secundo, utrum mittantur ad illuminandum intellectum.

Quod mittantur ad inflammandum affectum nostrum uidetur. Angelus, qui missus est ad Esa. (sicut dicit Dionysius) dicitur esse unus de seraphin, quia missus ad incendendum, & inflammandum: sed inflammatio respicit affectum: ergo &c. **ITEM.** Actus hierarchiarum (sicut uult Dionysius, de angelica hierar.) sunt illuminare, purgare, perficere: ergo si purgatio respicit remotionem sordium, & sordidatio respicit affectum quantum ad concupiscentiae uitium, uidetur e contrario, quod angelus mittatur ad inflammandum affectum per amorem sanctum, & mundum. **ITEM.** hoc uidetur ra-

zione. Bonum secundum quod bonum est diffusivum sui: sed angelus beatus est perfecte bonus: ergo potest bonitatem suam diffundere. Sed bonum, ut bonum respicit affectum: ergo videtur, quod cum affectus noster secundum susceptionem bonitatis habet perfici, & inflammari, quod ad hoc possit, & debeat angelus mitti, ut nostrum affectum inflamet, & perficiat. **ITEM.** Nos videmus in naturalibus, quod illud, quod est inflammatum, dum alteri rei inflammabili approximatur, ipsam inflammatur: ergo si affectus angelicus est igne divini amoris inflammat, & repletus, & in sua missione nobis approximatur: ergo affectus nostros inflamat.

A D oppositum. Arguitur ita. Secundum affectum nostrum potissime consistit libertas arbitrii: sed nihil, nisi solus Deus potest super libertatem arbitrii. cum sit sub Deo potentissimum: ergo nulla creatura quantumcumque nobilis, & perfecta potest inflammare, vel perficere affectum nostrum. **ITEM.** Secundum affectum nostrum maxime consistit iustitia, & aequitas: iustitia enim est rectitudo voluntatis propter se servata, ut dicit Anselmus: sed solius summæ iustitiæ est voluntatem nostram rectificare: ergo ipse solus est affectum inflammare. **ITEM.** Secundum rectam inflammationem affectus consistit charitas: ergo si charitas, vel est spiritus sanctus, vel immediate a Spiritu sancto, inflammatio affectus nostri (ut videtur) ab aliquo alio non potest esse. **ITEM.** Secundum affectum nostrum maxime consistit animæ nostræ dei

formitas: si ergo solius Dei est deiformem efficere, solius Dei est affectum nostrum inflammare: ergo illud non spectat ad ministerium angeli.

RESOLVTIO.

Mittuntur quidem ad hoc, sed non tanquam causæ agentes: sed veluti excitantes, & adiuvantes.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod affectum nostrum inflammarum ab aliquo dupliciter potest intelligi. Aut ita quod inflammatur ab aliquo sicut a principali agente, & efficitur: aut sicut ab excitante, & adiuvante. Et secundum istum duplicem modum intelligendi dupliciter intellexerunt aliqui affectum nostrum ab angelis inflammarum, & perfici: sed primus intellectus est hæreticus, secundus catholicus. Primum vero intellectum habuerunt aliqui philosophorum. Posuerunt enim quod anima esset instrumentum intelligentiæ, & quod intelligentia influeret super animam, sicut influit agens super instrumentum: unde dixerunt, quod anima triplicem habet operationem: animalem, intellectualem, & divinam. Animalem ex seipsa, intellectualem ex influentia angelica, & divinam ex influentia divina. Sed ista positio est contra veritatem catholicam, & piam. Qui enim hoc posuerunt, non intellexerunt libertatem arbitrii, nec animæ dignitatem, nec beatitudinis sublimitatem, qui si intellexissent (sicut beatus Augustinus egregius doctor, qui posuit animam immediate a Deo compleri, & moveri, & beatificari) dixissent, ut beatus Augustinus. Unde beatus

tus

tus Augustinus ubicumque de mente loquitur, istum errorem extirpat: ostendens, quod ita immediate anima secundum mentem unitur Deo, sicut & mens angelica. Si autem intelligatur secundo modo, sic habet veritatem: & hoc modo intellexit beatus Dionysius in libro de hierarchia, & per hunc etiam modum ab angelo dicitur Propheta fuisse incensus. Et per hoc patet responsio ad duo prima obiecta.

A D ILLUD vero, quod obiicitur, quod bonum est diffusivum sui. Dicendum, quod diffusio dupliciter potest esse a bono. Aut per modum multiplicationis: sicut calor, vel lumen dicitur se diffundere. Aut per modum utilitatis operationis: per quem modum dicitur bonus homo bonitatem suam diffundere, dum ad hoc operatur, & laborat, ut alii bonitatem non ab ipso, sed a Deo suscipiant, & per hunc modum intelligenda est diffusio in bonitate, vel charitate angelica. **A D** ILLUD, quod obiicitur, quod inflammatum iunctum inflammabili inflammat. Dicendum, quod verum est, quando illa inflammatio est per educationem alicuius de materia: ubi enim quod est in actu, potest educere a liquid, quod est in potentia. Quando vero aliquid habet inflammari per caloris infusionem, non habet veritatem: quia hoc modo non inflammatur aliquid, nisi per conjunctionem sui cum principio caloris, quod calorem natum est infundere: & per hunc modum est inflammari in spiritualibus; ubi flamma est amor divinus non ex ipsa anima productus, sed po-

tius a Deo infusus: & ideo hunc calorem non potest in nobis angelicus spiritus efficere, quantum aliquo modo ad eius susceptionem possit nos excitare.

QVABSTIO II.

An angelus mittatur ad illuminandum nostrum intellectum?

VTRUM angelus mittatur ad illuminandum nostrum intellectum. Et quod sic, videtur. Quia ita dicit Dionysius in libro de angel. hierar. Ordinatio congruæ dilucidationis claritatem primo apparentem, & in copiosis effusionibus excellentissimas manifestat essentias: & per eas, quæ possunt essentias, divini participare radium. Ex hac littera manifestè colligitur, quod Deus nos illuminat mediatis angelis. **ITEM.** In libro de motu cordis, ita definitur anima. Anima est substantia incorporea, intellectualis, earum illuminationum, quæ sunt a primo ultima revelatione perceptiva: ergo inter revelationem animæ, & Deum, cum percipit illuminationem, cadit ibi alia revelatio media: sed hæc non est, nisi revelatio substantiæ angelicæ: ergo videtur, quod anima illuminetur a Deo mediante angelo. **ITEM.** Angeli sunt lumina spiritualia: sed quia intellectus noster agens lumen est, dum se convertit super phantasmata abstracta, & deputat, & hoc modo illuminatur: ergo si angelicus intellectus multo magis in actu est, quam noster: ergo multo magis intellectum nostrum possibilem illuminare potest. **ITEM.** Planum est, quod angeli multa nobis revelant spiritualia, quæ non sunt

nata cadere, & recipi nec in sensu, nec in imaginatione: ergo uideatur, quod immediate possint intellectui nostro similitudines imprimere: sed talis impressio non potest esse sine illuminatione: ergo &c. **ITEM.** Angelus dicitur purgare, illuminare, & perficere: ergo si hoc solum conueniret ei per modum excitationis, cum similiter unus homo excitet alterum, uideatur, quod homo diceretur purgare, illuminare, & perficere: quod si homo non dicitur esse purgator, nec illuminator, sicut angelus, uideatur, quod angelus possit animam a superiori illuminare. **ITEM.** Multo plus potest angelus beatus, quam diabolus: sed daemon potest in nobis uarias cogitationes excitare, & ab inferiori suggerere: ergo uideatur, quod angelus illuminatus per gloriam, cum sit anima nostra superior, & illuminatio superior, ipsam possit a superiori illuminare.

AD oppositum. Augustinus in Lib. 83. q. Mentem dicimus, quæ ita ad imaginem Dei facta est: ut immediate a prima ueritate formetur: & in pluribus locis dicit, quod inter mentem, & Deum nihil cadit medium: ergo cum intelligentia nostra attenditur secundum animam supremam, uideatur quod non possit illuminari ab angelo. **ITEM.** Super illud Psalm. Manus tuæ domine fecerunt me, &c. dicit Glos. Deus per semetipsum irradiat pijs mentes: ergo non uideatur, quod per angelicum ministerium. **ITEM.** Facilius est producere formas corporales, quam sit dare illuminationes spirituales: sed an-

gelus formam naturalem non potest producere tãquam principale agens: sed solum exterius disponere: ergo multo fortius, nec illuminationem spirituales dare. **ITEM.** Si angelus illuminat animam, aut illuminat immittendo ei lumen proprium, aut dando nouum. Si immittendo lumen proprium: cum lumen suum non sit extra ipsum: ergo angelus illabitur animæ: quod est solius Dei proprium. Si dando nouum: aut producendo ex aliquo, aut de nihilo. Si ex aliquo: quæro ex quo: quod cum non sit dare, sequitur, quod angelus producat ex nihilo: & ita, quod sit creator. **ITEM.** Si angelus illuminat animam, aut per medium, aut sine medio. Si per medium: quæro quid sit illud medium deferens spirituales illuminationem: & cum deferens spirituales illuminationem non possit esse, nisi spiritus: inter animam illuminatam, & angelum illuminantem est ponere medium spiritum.

ET ITERVM quæritur: de illo sicut de primo: ergo uel erit abire in infinitum, uel non est ponere medium. Et si immediate illuminat ipsam animam: ergo uideatur, quod sit in ipsa anima, & ita illabitur animæ.

ITEM. Ita immediate nata est ferri in Deum intelligentia, ut uoluntas: ergo si angelus non potest uoluntatem rectificare: non poterit illuminare intelligentiam. **UXTA** hoc quæritur penes quid accipiantur isti tres actus, uidelicet illuminare, purgare, & perficere.

R E-

RESOLVTIO.

Mittitur sed ad inferiorem portionem, nec irradiando, vel deferendo; sed exprimendo, & suggerendo.

RESPONDEO. Ad hanc dicens, quod animam quo ad superiorem portionem rationis illuminare, solius Dei est proprium, sicut in pluribus locis ostendit Augustinus: quauis aliqui non intelligentes totius ueritatis principium, posuerunt aliud: uidelicet intellectum nostrum non peruenire ad lumen primum: sed perfici, & illuminari a primo lumine per lumen intelligentiæ medium. Sed hoc est simpliciter tãquam erroneum respuendum, cum multis locis beatus Augustinus ostendat contrarium, & etiam sacra scriptura hoc dicat: sicut Iohan. 1. dicitur. Erat lux uera, quæ illuminat, &c. Quæ quidem non est lux creaturæ: sed lux diuinæ sapientiæ, & ueritatis æternæ. In qua hæc animaduertenda sunt, quod est quod intelligit, & quod cætera intelligere facit: sicut uidemus in isto sole materiali respectu sensibilibus. Et huius potētissimum signum est: uel fuit, quod intellectus noster in aspectu summi luminis natus est beatificari, nec unquam aliquo potest esse contentus, quousque producat ad illius clarum aspectum. Animam igitur quo ad supremam partem angelus non potest illuminare: sed quātum ad inferiorem partem rationis posuerunt catholici tractatores animas nostras a beatis angelis per eorum reuelationes illuminari: hoc autem tripliciter potest intelligi. Vno modo

ut intelligatur angelus inferiori portionem illuminare per modum luminis irradiantis. Alio modo, ut intelligatur illuminare per modum speculi deferentis. Tertio modo, ut intelligatur illuminare per modum lingue uiuaciter exprimentis. Omnes hi modi, & si aliquo modo sint intelligibiles, cum angelus sit lumen, & speculum, & habeat etiã spiritualis interpretationis, siue locutionis officium, sustineri possunt. Tertius tamen modus intelligibilior est. Non enim multum benè apparet quando angelus irradiat, nec quomodo se offerat aspectui animæ: sed hoc satis intelligibile est quando angelus possit animæ, quod concipit suggerere. Et sicut doctor dum exterius loquitur incitat intellectum, & uiam parat ad intelligendum, & uiua, & efficax locutio quãdam sua uiuacitate ad intellectum nostrum habet ingressum, dum sonat in aure corporis exterius, ratione cuius etiam libentius audit homo bonum clericum, cuius sermo est efficax, & uiuus, cum habeat aliquid latentis energiæ uiuæ uocis actus, ut dicit Hieronymus. sic & suo modo intelligendum est, quod angelus hoc possit facere interiorius, & sic illuminare non lumen infundendo, nec solum offerendo sicut obiectum uel speculum, sed etiam uiuaciter excitando, sicut doctor exterior, & adhuc efficaciori modo.

His uis patet responsio pro magna parte ad obiecta ad utramque partem. Nam rationes ostendentes, quod angelus non potest intellectum no-

X 3 *strum*

rum illuminare: loquuntur de intellectu quantum ad superiorem portionem, scilicet mentem; & de illuminatione, quae quidem est per luminis infusionem, & hoc solius Dei proprium est, sicut praedictum est: unde rationes illae concedendae sunt.

AD ILLVD uero, quod obiicitur de Diony. iam patet responsio. Dico enim, quod loquitur de illuminatione secundo modo, non primo. AD ILLVD, quod obiicitur, de illa definitione animae. Dicendum, quod ultima, uel secunda reuelatione dicitur anima illuminationes a Deo percipere, non quia angelus cadat medium inter Deum, & animam per modum influentis: sed quia perfectius, & nobiliter illuminatur a Deo angelus, quam anima per naturam: & ideo dicitur ista illuminatione secunda, non ordine causalitatis, sed dignitatis.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod angeli sunt lumina. Dicendum, quod uerum est: sed non ideo dicuntur lumina, quia lumen suum diffundant exterius in alia, sed quia intra se nitent. Non enim est simile de corporali lumine, & spirituali. Lumen enim spirituale propter sui dignitatem a fonte luminis immediate procedit, cum non possit habere medium deferens. Lumen autem corporale per medium recipitur, & defertur, & sic potest deferri, & recipi, sic etiam potest reddi; & sic illuminatum potest illuminare, sicut patet in luna. AD ILLVD, quod obiicitur, quod multa nobis reuelant, quae nobis per sensum non exprimunt. Dicendum, quod illud non concludit,

quod immediate influant in intellectum, hoc enim potest fieri si immediate intellectui suggerant. Nec adhuc illud oportet, sed et potest fieri mediante uirtute phantastica. Sicut, n. uidemus, quod ego non possum tibi aliquid ostendere, nisi mediantibus sensibus, & uiribus inferioribus: quia intellectus tuus non est natus a superiori aliquid recipere, nisi a Deo influente: tamen nihil est in me ad eo spirituale, quin mediante uerbo sensibili possim illud intelligentiae tuae de promere, & ita tecum loqui spiritualibus, sicut de corporalibus, multo fortius potest hoc angelus facere in uirtute inferiori, quia eleuatus est quam sensus exterior quadam spirituali locutione. AD ILLVD, quod obiicitur, si solum posset per modum excitantis, tunc non posset amplius quam homo, uel etiam malus angelus. Dicendum, quod & si non posset alia uia nos instruere, & nobis loqui, quam posset homo, uel angelus malus, tamen ex hoc non uideretur, quod adaequatur in potentia, & uirtute exprimendi, quia per eandem uiam contingit, & bene, & melius docere, sicut patet. Per aures. n. exteriores addiscimus a sapiente doctore, & fatuos sed multo melius nos docet, qui lumen sapientiae habet, quam qui illo caret: sic in angelo intelligendum, esse se habere. ET PER hoc patet illa duo ultima, quia non est simile, nec de homine, nec de demone, neuter. n. potest instruere, ita efficaciter, cum non habeant tantum lumen sapientiae. AD ILLVD, quod ultimo querebatur, quomodo fiat distinctio istorum actuum. Di-

cent-

Scod. di.
9. qone
unica
nullum
laborat
ad inue
stigandis
quid
possit
ange-
lus cir-
ca uir-
tutem
phant-
astica si-
ne uo-
cis in-
forma-
tione,
non ui-
detur
angelum
illumi-
nare uo-
ce tenet
S. Bon.

endum, quod unus modus dicendi est, quod illi tres actus respiciunt intellectum, ut purgatio sit in initio, illuminatio in progressu, & perfectio in termino. Vel aliter, ut notetur ibi tria, ad quae ordinatur eruditio, uel doctrina angelica. Primum est ad remotionem impedimentorum. Secundum est ad cognitionem uerorum. Tertium est ad dilectionem beatorum. Ad haec autem ordinatur per modum excitantis, sicut sermo bene praedicantis: & ideo non irrationabiliter bonus doctor, & praedicator dicitur illuminare, & purgare, & perficere suos auditores, sicut expressè beatus Dionysius in Lib. de Angelica hier. dat intelligere.

ARTICVLVS III. QVAESTIO I.

An locutio angeli idem sit, quod eius cognitio?



ONSEQUENTE quaeritur de tertio articulo. scilicet qualiter iniunctum sibi officium exequantur: & cum hoc faciant discutendo, & denunciando: incideret hic quaestio de angeli motu, & de locutione. Sed quia de motu est dictum in Primo Lib. Distin. 37. nunc querendum est de locutione angelica: & supposito, quod competat angelis loqui absque assumpto corpore (sicut dicunt plures auctoritates scripturae) locutione spirituali, quae quidem est sine uoce, circa modum loquendi duo quaeruntur. Primum est, utrum locutio angeli idem sit, quod eius cognitio. Secundum est, utrum eadem locutio possit esse a Deo, & ab angelo.

CIRCA quam sic proceditur, & ostenditur, quod spiritualis angeli locutio non est idem quod eius cognitio, uel cogitatio. Primo per illud, quod dicitur, 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, &c. ibi Glo. Angeli praepositi significant minoribus, quod de Dei uoluntate praesentiant, quod fit aliquibus nutibus, aut signis: si ergo nutus cognitionis aliud est, quam cognitio: ergo cognitio aliud est, quam locutio.

ITEM. Differt in angelo actus uirtutis intellectiuae, & operatiuae: ergo pari ratione differt actus uirtutis cognitiuae & interpretatiuae: si ergo cogitare est actus uirtutis intellectiuae, & loqui actus uirtutis interpretatiuae: ergo non sunt idem. ITEM. Non est eadem conuersio, qua intellectus conuertitur ad se, & qua conuertitur ad alterum: si ergo cogitando conuertitur intellectus ad se, & loquendo conuertitur ad alterum: ergo cogitare, & loqui in angelo non est idem, sed diuersum. ITEM. Per locutionem est manifestatio cogitatus angelici: si ergo idem esset loqui, & cogitare, quod quid cogitaret alteri manifestaret: ergo nihil, quod est in uno angelo, lateret, quod esset in alio: ergo quid quid sciret angelus superioris ordinis, sciret ille, qui est inferioris ordinis, quod est plane falsum: ergo &c.

CONTRA. Greg. in Moral. diffinitis uocem angelorum dicit. Vox angelorum in laude conditoris est: admiratio intima: contemplatio: si ergo admiratio, siue contemplatio non est actus differens a cognitione: ergo nec locutio, siue vociferatio. ITEM. Dam. Non lin-

gua, & auditu indigēt angeli, nā sine sermōne uoce prolato tradunt sibi suas intentiones: ergo uideretur, q̄ aut locutio angelica nihil sit, aut si aliquid est, nō est aliud, quā cogitare. **ITEM.** Locutio non est aliud, quā conceptus manifestatio, angelus autē inquantū est substantia cognitiua, hēt naturam luminis, & speculi: sed lux corporalis p̄ hoc, q̄ lucet, se manifestat, & speculum p̄ hoc, q̄ speciem recipit, & retinet, speciem representat: ergo uideretur, q̄ angelus hoc ipso, qđ intelligit, cogitationes suas declararet: ergo cū cognitionis declaratio sit locutio, idē est in cogitatio, & locutio. **ITEM.** Loqui nō est aliud, q̄ dicere, & dicere non est aliud, q̄ uerbum gignere, siue formare: sed cogitatio nihil aliud est, q̄ uerbi formatio, uel uerbi conceptio, sicut uult Ansel. & Aug. ergo cogitatio nihil aliud est, q̄ interior locutio: sed locutio, quæ conuenit angelo secundum se, est tantum interior: ergo idem est, quod cogitatio. **ITEM.** Si locutio differt a cogitatione cum præsupponit eā, quæro quid addit supra ipsam. Si tu dicas mihi, q̄ addit manifestationē, q̄ fit per quandam speciei oblationem, & trāsfusionem in alterum quasi in audientem, tūc uideretur cum angelus superioris ordinis nihil recipiat ab angelo inferioris, quod angelus inferioris ordinis nō possit loqui alicui angelo superioris ordinis, quod plane falsum est. Si enim potest angelus loqui Deo, multo magis pōt loqui alteri angelo. **ITEM.** Locutio quæ differt a cogitatione, addit aliquod signum expri-

mēs: si ergo angelus uult speciem intelligibilem, quam hēt in se alteri angelo manifestare loquendo, & in ipso differt locutio, & cogitatio, oportet ergo, q̄ differat spēs, q̄ intelligit, q̄ signum, quo exprimit: tunc quæro de illo signo, aut est spēs, aut res. Si species: ergo pari rōne indiget alio signo, & similiter quæreret de illo alio tertio, nec erit ibi status, sicut nec in primo. Si autē est res: aut intelligibilis, aut sensibilis. Sensibilis non quia quidquid est in angelo est spirituale. Si intelligibilis: q̄ro quare magis illā apprehendit angelus cui fit sermo, quā ipsam speciem, quæ est in intellectu angelico, & iterum illa res, q̄ est in uno angelo nō pōt fieri in ueritate in alio angelo; ergo oportet, q̄ fiat secundū similitudinē, & tūc pari ratione species existens in intellectu unius angeli potest generare sui similem in alio: aut si non, quæratur quare non. **ITEM.** Quomodo potest illud intelligi, q̄ quid est ibi mediū deferēs, & quæ est ibi lux abstrahens, & quæ est ibi uis, uel uirtus excitans, & exprimens: oīa. n. hæc uidentur esse necessaria si differt in angelo locutio, & cogitatio.

RESOLVTIO.

Non idem est angeli locutio, quod cogitatio: nam locutio supra uerbum addit respectum ad alterum, scilicet protendendo speciem intelligibilem ad alterum.

RESP. Ad p̄dictorū intelligentiā est notādū qđ loqui dupliciter est. Vno mō loqui dicit actū in se siue intrinsecū. Alio modo actū ad alterū, siue quodāmodo extrinsecū. Primo modo loqui idem

idem est, q̄ uerbum formare siue gignere. Secundo modo idē est, q̄ uerbum formatum de promere siue exprimere. Primo modo locutio siue in Deo, siue in hoīe, siue in angelo, nō ē aliud, quā cogitatio. Secundo modo plus dicit, q̄ cogitationē, sed differenter in diuersis. In Deo. n. loqui ad alterū supra intellectū notat effectum, uel reuelationē. Non. n. dicitur Deus nobis loqui solum; quia intelligit, sed ēt q̄a reuelando aliquid aliquam illustrationem in nobis efficit. Unde Greg. in Moral. Dei locutio ad nos intrinsecus facta; uideretur potius, quā auditur, q̄a dum semetipsum sine mora sermonis insinuat, repentina luce nostræ ignorantie tenebras illustrat. In homine uerō nō solum addit effectū in alterum, sed ēt actū, & signū mediū: cum. n. homo loquitur alteri nō solum cogitat, sed cogitationē suā formando uocem sensibilem alii interpretat, & explicat. Ratio autē, quare locutio hoīs non solū addit actū, sed etiam signum medium hæc est: quia in anima alius est actus conuersionis supra se, & alius actus cōuersionis ad alterum: & in cogitatione cōuertitur anima supra illud, quod hēt in se, in locutione uero offert alteri, & ita oportet, quod alius sit actus cogitare, & loqui, & ita addit actū locutio supra cogitationē in homine. Addit etiam signum, quia anima quamdiu est cū corpore, nō est nata suscipere nisi mediāte ui sensitiua, unde qui amittunt unū sensum necesse habēt amittere unā scientiam. Ideo ad hoc; quod anima conceptum

suum alteri exprimat; oportet quod ipsum uoci sensibili per organa formatæ mediante uia imaginaria coniungat: & sic similitudo intelligibilis, siue signatum intelligibile, per illud suum signum sensibile median- tibus uirtutibus sensitiuis ad intellectum alterius animæ ascendat. Et hoc conueniens est, ut sicut homo compositus est ex anima, & corpore, ita eius locutio aliquid habeat spirituale, aliqd corporale. In spiritualibus autē substantiis medio modo est: nā locutio supra cogitationem addit effectum, siue respectum: sed non addit sensibile signum. Respectum quidem, & effectum addit propter hoc, quod cogitatio, quantum est de sui natura, est secreta; & ideo nunquam fit manifesta nisi ipse cogitans aliquid tanquam audienti offerat: & se aperiendo, se quasi quodam nutu mediante q̄ in se hēt ad intellectum alterius; quasi ad aurem pertingere faciat. Necessarius est etiam actus nouus; quia non eadem conuersione se supra se conuertit; & supra alterum uel ad alterum; sed tamen non est necessarium sensibile signum; nec deferens medium; quia cum ipse intellectus angelicus sine potentiis sensitiuis natus sit suscipere; angelus loquēs sine sensibili medio natus est similiter offerre; et ideo ad loquēdum sufficit ipsi angelo ipsa species intelligibilis; quæ ex uirtute intellectiua ipsius angeli per vim voluntatis potest ad alterum protendi. Et sicut illa species dū eam sibi; et in se contuebatur; intellectus erat uerbū in

terius;

terius, sic dum eam protēdit ad alterum, efficitur quasi nutus, & uerbum exterius: & quia tā illa species, quā uirtus protēdēs illā ad alterū, & ipsa protensio spiritalis est: ideo nō indiget corporali medio deferēte. Sed quia uirtus illa finita est, necesse est ad hoc, quod unus angelus intellectū alterius angeli loquēdo, hoc est illā speciē protendendo excitet, quod finita distantia adinuicē distent. Ex his igitur patet, quod non tantum differat in angelo locutio, & cogitatio, quantum differt in homine, differt tamen aliquo modo. Ideo rationes inductæ ad hanc partem concedendæ sunt.

AD ILLVD, quod obicitur de Greg. Dicendum, quod Greg. loquitur de locutione angeli in comparatione ad Deū, apud quē loqui cogitare est, quia aurē eius nihil latet. AD ILLVD, quod obicitur de Dam. Dicendum, quod quāuis locutio angeli non differat a cogitatione propter hoc, quod ultra cogitationem dicat uocē sensibili: nihilominus tamen non est omnino indifferēs, quia & si non addat ultra cogitationē exterius signū, addit tamen ulteriorē actū, atque respectū, rōne cuius cōcernit distantia finitam, quamuis cogitatio, & intellectus ab oī distantia abstrahat. AD ILLVD, quod obicitur de manifestatione lucis, & speculi. Dicendum, quod non est simile: quia lucis, uel speculi manifestatio est naturalis. Unde nec lux potest lucere, nec speculū suscipere, quin etiam se manifestet: sed non sic est de angelica cogitatione, cuius manifestatio est uoluntaria, sicut dicit Aug. super Gen.

ad literam. Ipsi angeli cogitationes suas ad nutū uoluntatis modo occultant, modo cōicant quibusdam spiritualibus obstaculis positis, uel remotis, sicut sensibilibus uidemus circa corpora. AD ILLVD, quod obicitur, quod nihil aliud est loqui, quā dicere. Dicendum, quod sicut loqui est dupliciter, in se, & ad alterū, sic etiā & dicere, & quamuis dicere in se idē sit, quod cogitare, uel cogitando intelligere; tamen dicere ad alterū ulteriorē hēt actum. AD ILLVD, quod obicitur, quod si locutio addit aliquid supra cogitationē, quod tunc non poterit angelus inferioris ordinis loqui ad angelū superioris. Dicendum, quod uerum est, si loqui adderet influētiam ueram in alterū: sed actus locutionis superadditus actui cogitationis non dicit nisi quādam speciē protensionē ad alterum, quod quidē protensio nō est illius speciē impressiua: sed potius excitatiua intellectus audiētis, ut propria uirtute suscipiat, & in seipso faciat. Unde locutio ex parte loquētis nō ponit, nisi excitationem actiuā: ex parte audientis non nisi excitationem passiuā. Ex hoc patet, quid sit auditus angeli, & quō differat audire & uidere: nā tam audire, quā uidere est in angelo intelligere: sed tūc uidet, cū ex proprio motu intelligit aliquid. Tunc audit, quādo per oblationem speciē intelligibius ab alio intelligente excitatus, ipsum, quod profertur; intelligit, & sic competit angelo nō solum respectu superioris, sed et respectu paris uel inferioris: quia sic audit supremus angelus ab infimo, sicut Magister audire potest

discipulo, non quia ab eo suscipiat doctrinam, siue illuminationem; sed quia melius cognoscit eius defectus per sui ipsius defectiōnem. AD ILLVD, quod obicitur, quod si locutio differt a cogitatione, quod nutus differt a specie. Dicendum, quod illud non oportet, quod differat re: sed sufficit, quod differat cōparatione. Eadem enim species est, quæ consideratur in se, & quæ potest protendi ad alterum relatione differēs: sed actus cōsiderandi eā in se (qui quidem est cogitatio) & actus protēdendi ad alterū (qui est locutio) actus est alius, & alius: nā his actibus intellectus angelicus eadem similitudine diuersimode utitur: ita quod in uno illa similitudo, & intelligibilis spēs dicitur tantū species, & uerbū: in altero uerō non tantū species, sed etiam nutus. Veruntamen posset dici: quod sicut species, quæ est in speculo dum protendit se ad oculū non est omnino eadem, sed se multiplicat: sic etiam potest intelligi spirituali modo de specie, quæ est in intellectu angelico. SI AVTEM quærat de medio. Dicendum, quod nulla est quæstio, quia cum sit actio spiritalis, & intellectualis, non indiget medio corporali. Si uerō quærat de uirtute per quam sit, siue de luce spiritali. Dicendum, quod concurrat ibi lux intellectus angelici offerentis, & lux etiam supernæ ueritatis. Nam sicut in luce corporali ad immutandum uisum uidemus concurrere; & lucem incorporatam, & lucem insuper influentem, & absolutam, utpote lucem solis: sic etiā & in spiritali cognitione dupli-

cem lucem concurrere intelligamus, secundum quod in pluribus locis innuit August.

QVÆSTIO II.

An eadem locutio à Deo, & ab angelo esse possit?

UTRUM eadem locutio possit esse à Deo, & angelo. Et quod sic, uidetur. Apocal. i. loquens per angelum suum seruo suo Ioanni &c. Sed quandoque aliquis artifex agit per instrumentum, eadem est actio agentis, & instrumenti, sicut cum quis incidit per securim, eadem est incisio: ergo eadem est locutio Dei, & angeli. ITEM. Cum loquitur Deus nobis per prophetam, locutio illa dicitur esse Dei, & spiritus sancti, & similiter locutio illa est ipsius propheta: sed constat, quod non est nisi unica: ergo pari ratione cum Deus loquitur nobis per angelos.

ITEM. Quando audita fuit uox illa: Hic est filius meus dilectus. Luc. 3. constat, quod illa fuit locutio Dei, quia nullus poterat hoc uere dicere nisi Deus: sed illa locutio successiōnem habuit, & uariationem: ergo fuit ab aliqua creatura spiritali: ergo uidetur, quod una, & eadem locutio possit esse dei, & angeli. ITEM. Videtur, quod nulla locutio sensibilis possit esse Dei, quin etiam sit angeli. Locutio enim sensibilis fit mediantibus organis: ergo sicut Deus per se non potest currere, quia cursus fit mediantibus organis corporalibus, quæ non habet Deus: ergo similiter, nec per seipsum sensibilibus loqui: ergo saltem locutio sensibilis Dei sic est Dei, quod angeli.

Contra.

CONTRA. Diuersarū substā-
tiarū agētū diuersi sunt actus :
sed Deus, & angelus oīo sunt
diuersi agentes, ergo diuersas fa-
ciunt locutiones. ITEM Locutio
dei nō est aliud quā uerbū dei,
& uerbū angeli est oīno aliud,
& aliud: ergo locutio Dei, & an-
geli est oīno alia, & alia. ITEM.
Nullus actus qui per se, & pro-
prie conuenit deo ut subiecto, si
dicat de creatura est idē, ut dī
de Deo, & de creatura, sicut pa-
tet, aliud. n. est intelligere hoīs,
aliud intelligere Dei; ergo pari-
rōne alia erit locutio dei, alia lo-
cutio angeli. ITEM. Cū Deus lo-
quit̄ mentibus nris, loq̄t̄ aīe q̄-
tū ad suprēmā partē, cum uero
angelus loquit̄, suggerit ab infe-
riori, ergo non uidetur q̄ eadē
possit esse locutio dei, & angeli.
Iuxta hoc queritur. Cum ange-
lus appareat & loquatur in per-
sona Dei: utrum similiter possit
adorari in persona Dei. Querit̄
ur et̄ utrū apparitiones oēs in
subiecta creatura q̄bus deus ap-
paruit, & locutiones etiā factae
sint mediantibus angelis.

RESOLVTIO.

*Eadem quandoque: sed à deo per mo-
dum imperantis, ab angelo per
modum ministerii: tamen si per se-
metipsum etiam aliquando nobis
ille loquatur; mentibus nostris
quidquam reuelando.*

RESP. Dicendum, q̄ sicut tri-
pliciter dicimur uidere deū sui-
sione corporali, imaginaria, & i-
tellectuali. In uisione intelle-
ctuali uidetur Deus in seipso lu-
cens. Visione autem imagina-
ria, & corporali uidetur Deus
in subiecta creatura apparens.
Sic etiam tripliciter dicimur au-

dire. Aut per aliquod signū ex-
terioribus auribus oblatū; sicut
pluries auditū fuit & i ueteri &
in nouo testamēto. Aut per ali-
quod signū in interiori sensu, uel
in interiori imaginatione forma-
tum. Aut per aliquod inspiratio-
nis uerbū nostris mētibus insfil-
latū. Et sicut tripliciter auditur:
ita et̄ dicitur tripliciter loqui se-
cundum quod in nobis triplicē
excitat auditū. Sicut. n. sensum
nostrum ad sui ipsius appren-
sionem excitat mediante signo
sensibili, in quo apparet angelus
ex persona Dei, uel Deus appa-
ret ex ministerio angeli, mentē
aut̄ nostrā per semetipsum i for-
mat, ut ipsum uideat, & cogno-
scat: sic in locutione intelligen-
dū est. Nā locutio illa qua Deus
loquitur per signum sensibile, si-
ue exterius, siue i terius, aut sem-
per, aut frequenter fit per angē-
lum sicut dicit Greg. in moral.
Ait enim, Cū loquitur deus no-
bis per angelum, aliquando uo-
luntatē suam rebus indicat, ali-
quando imaginibus oculis cor-
dis ostensis, aliquando imagini-
bus ante corporeos oculos ex ae-
re assumptis, aliquando substan-
tiis coelestibus, aliquando terre-
nis, aliquando simul coelestibus
& terrenis: & de omnibus exem-
plificat. Locutio uero qua Deus
inspirat aliquid cordibus nris,
& si possit fieri per angelum ex-
citantē ab inferiore, sicut dicit
Greg. quod nonnunquā Deus
humanis cordibus ita per ange-
lum loquitur, ut ipse mentis ob-
tutibus presentetur: fit tamē prī-
cipaliter ab ipso deo. Primus igitur,
& secundus modus loquēdi
& angeli est, & dei; sed Dei tan-

quam

quā imperantis, angeli uero tā-
quam exequentis: ita quod ser-
mo exequentis referatur ad per-
sonam imperantis. Hoc aut̄ pōt
esse dupliciter. Vel cum angelus
loquitur i persona Dei: sicut cū
formauit illam uocem Luc. iiii.
Hic est filius meus dilectus: siue
sicut locutus ē ad Moysen Exo.
iii. Vel cum loquitur ut nūcius
dei proferens illud uerbum qua-
si à deo, per quem etiam modū
dicitur dñs loqui per prophetas.
Tertius uero modus loquendi
est proprius ipsius Dei: & ita nō
potest eadē esse locutio Dei, &
angeli secundum illum modū.
Ex his patet responsio ad quæ-
stionem, & pro magna parte ad
obiecta. Nā rationes q̄ probant
q̄ eadem locutio possit esse dei,
& angeli, procedunt scđm eum
modum loquendi scđm q̄ deus
loquitur p̄ angeli ministerium
& tunc eadem est locutio, sicut
eadē est operatio & principaliter
mouentis, & instrumenti, quā-
uis sit ibi diuersa relatio: & oēs
illę rationes hac uia procedunt,
ut patet: & ita concedēde sunt.

AD ILLVD uero, quod obiici-
tur in contrarium q̄ diuersarū
substātiarum agentium diuersi
sunt actus. Dicendum q̄ illud in-
telligitur de actu primo, & im-
mediato respectu uirtutis agen-
tis. Si enim intelligatur de opere
operato: sic non habet ueritatē
simpliciter, maxime quādo plu-
ra agentia nata sunt concurrere
ad unum affectum: & sic est in
proposito. Nam locutio angeli
sic est ab angelo ut non exclu-
dat, sed includat operationem
Dei: actio tamē Dei quæ est idē
quod ipse deus, non potest esse

eadē cum locutione angeli: sed
istius locutionis affectus & dei,
& angeli esse potest. AD IL-
LVD, quod obiicitur: quod lo-
cutio Dei non est aliud quam
uerbum Dei. Dicendum quod (si-
cut prius dictum est) sicut lo-
qui est interior, & exterius, ita
est sermo interior, & exterior.
Et sermo, siue uerbum interior
non potest esse idem cū sermo-
ne, uel uerbo angeli: sed sermo
exterior potest. Sermo enim in-
terior Dei, siue uerbū eius est
ipse deus, sermo uero exterior
est illius uerbi effectus. AD IL-
LVD, Dicendū, quod loqui, ut
Deus dicitur loqui per angelū,
nō comparatur ad Deum sicut
ad subiectum, sed sicut ad cām.
Non enim dicit̄ illa locutio esse
Dei quia sit dei dispositio, sed quia
est ab eius ip̄erio, ipse aut̄ obi-
cit de locutione iterna, & increa-
ta, de qua nihil ad propositum.
AD ILLVD, q̄ obiicit̄ quod ex
alia & alia parte loquitur deus,
& angelus. Dicendū q̄ obiectio
illa procedit de locutione secun-
dum tertium modū. AD ILLVD,
q̄ queritur, utrum similiter cō-
petat ei adorari ex p̄sona Dei,
sicut competit ex persona Dei
apparere, & loqui. Dicendum q̄
sicut sermo quē format angelus
in subiecta creatura dupliciter
potest referri ad Deum, aut me-
diate, aut i mediate. Immediate,
cum angelus pronunciat tāquā
si Deus pronunciat. Immediate
te, quādo angelus pronunciat ut
nūcius Dei: sic intelligendum
est in apparitione sensibili, quia
forma illa aut principaliter du-
cit in angelum qui est nūcius
Dei, aut principaliter ducit in
Deum,

deum: & primo modo potest adorari dulciter, & secundo modo potest adorari latria, sicut adoravit Abraham: AD ILLVD, quod ultimo queritur: utrum huiusmodi apparitiones, & locutiones sensibiles fiant semper mediante ministerio angeli. De hoc dubie respondet Aug. in Lib. 3. de Tri. Magis tamen hac parte innuit, quod omnes fiant mediante angeli ministerio, siue fuerint in veteri testamento, siue in nouo. Sed Gregor. expressius hoc affirmat, quod omnes fiant mediante rationali aliqua creatura. Ait. n. sic in

moralibus. Per angelum loquitur dominus, cum supernae reuelationis uerba audiuntur: sicut dicitur Io. 11. Clarificauit, & iterum clarificabo. Neque enim deus, qui sine tempore uel intimae impulsione clamat, in parte uocem suam per substantiam edidit, quam circumscriptam tempore per humana uerba distinxit: sed de celestibus loquens uerba sua, quae audiri ab hominibus uoluit, rationali administrante creatura formauit. De his autem apertius habitum est in Primo Lib. di. xvi. ubi habitum est de apparitione, siue uisibili missione.

DISTINCTIO XI.

De angelorum ministerio, & missione per comparationem ad hominem, cui ministrant.

Mat. 18
Tom. 9
Comen-
tario.



Lib. 3.
ad 18.
caput

Matth.
Non re-
peritur
in Gre.

sed in
Hugo.
de S. V.
tore.

Lib. 3.
senten.
Thob. 5
6. & 8.
Act. 12

LLV D quoque sciendum est, quod angeli boni deputati sunt ad custodiam hominum, ita ut quisque electorum habeat angelum ad sui profectum, atque custodiam specialiter delegatum: Unde in euangelio ueritas a pusillorum scandalo prohibens ait, Angeli eorum semper uident faciem patris. Angelos dicit eorum esse, quibus ad custodiam deputati sunt. Super quem loquitur Hieron. tradit, unamquamque animam ab exordio natiuitatis habere angelum ad sui custodiam deputatum, in beat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Gregorius quoque dicit, Quod quisque bonum angelum sibi ad custodiam deputatum, & unum malum ad exercitium habet. Cum enim omnes angeli boni nostrum bonum uelint, communiterque saluti omnium studeant: ille tamen, qui deputatus est alicui ad custodiam, eum specialiter hortatur ad bonum: sicut legitur de angelo Thobie, & de angelo Petri in Act. Apostol. Similiter & mali angeli cum desideret malum hominum; magis tamen hominem ad malum inci-

ta

rat, & ad nocendum fortius instat ille, qui ad exercitium eius deputatus est.

Utrum singulis hominibus singuli angeli, an pluribus deputatus sit unus.

Solet autem quari, Utrum singuli angeli singulis hominibus, an unus pluribus ad custodiam, uel exercitium deputatus sit. Sed cum electi tot sint, quot & boni angeli sunt, plures constat esse omnes simul bonos & malos homines, quam boni angeli sint. Et cum tot sint electi quod angeli boni, & angeli boni plures sint quam mali, pluresque sint homines mali quam boni, non est ambigendum plures esse bonos homines quam sint mali angeli, & plures esse malos homines quam sint mali angeli, uel boni angeli.

Confirmatio superiorum.

Ideoque dici oportet unum eundemque angelum, bonum uel malum, pluribus hominibus deputari ad custodiam uel exercitium, siue eodem tempore, siue diuersis temporibus. Ideo autem dicimus eodem tempore uel diuersis temporibus, quia uidetur quibusdam quod omnes homines, qui sunt simul in aliquo tempore, singuli singulos angelos habere possint, bonos uel malos: quia licet maior sit numerus hominum computatis in unum omnibus, qui fuerunt, & sunt, & futuri sunt, quam angelorum: tamen quia homines decedentibus hominibus succedunt, & ideo nunquam simul sunt in hac uita: angeli uero nunquam decedunt, sed simul omnes sunt, ideo esse potest ut singuli hominum dum in hac uita sunt, singulos habeant angelos bonos uel malos ad sui custodiam, uel exercitium destinatos. Ceterum siue ita sit, siue non, non est dubitandum unumquemque habere angelum sibi deputatum, siue pluribus simul destinatus sit, siue uni singulariter. Nec est mirandum unum angelum pluribus hominibus ad custodiam deputari, cum uni homini plurium custodia deputetur, ita ut eorum quisque suum dicatur habere dominum, uel episcopum, uel abbatem.

Utrum angeli proficiant in merito, uel in premio usque ad iudicium.

Præterea illud considerari oportet, Utrum angeli boni

Eccl. 1.
& 14.

im

Quibus in premio, uel in merito proficiant usque ad iudiciū. Quod
 dā ut in meritis proficiant, atq; quotidie magis ac magis merean
 tur, quibusdam uidetur, ex eo quia quotidie hominum utili
 tatibus inseruiunt, eorumq; profectibus student. Quibus e-
 tiam nihilominus uidetur, quod & in premio proficiant, sci
 licet in cognitione, & dilectione dei. Licet enim (ut aiunt)
 in confirmatione beatitudinem acceperint æternam atque
 perfectam, augetur tamen quotidie eorum beatitudo, quia
 magis ac magis diligunt, atque cognoscunt: & est eorū cha
 ritas qua deum & nos diligunt, & meritum, & præmium.
 Meritum, quia per eam, & obsequia ex ea nobis impensa me
 rentur, & in beatitudine proficiunt: & ipsa eadem est præ
 mium, quia ea beati sunt.

Quorundam opinio & confirmatio.

Et quod angeli proficiant in cognitione, ac per hoc in bea
 titudine, testimoniis sanctorum confirmant. Dicit enim Esa
 ias ex persona angelorum Christi ascendentis magnificentia
 admirantium. Quis est iste qui uenit de Edom, tinctis uesti
 bus de Bosra? Et in psal. Quis est iste rex gloriæ? Ex qui
 bus apparet, quod mysterium uerbi incarnati plenius cogno
 uerunt angeli post impletionem, quam ante. Et sicut in co
 gnitione huius mysterij profecerunt: ita dicunt eos in deita
 tis cognitione proficere, Quod autem in huiusmodi mysterij
 cognitione profecerint, euidenter docet Apostolus dicens,
 Quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in deo,
 ut innotescat multiformis sapientia dei per ecclesiam prin
 cipibus, & potestatibus in cælestibus. Super quem locum di
 cit Hiero. Angelicas dignitates præfatum mysterium ad pu
 rorum non intellexisse, donec cōpleta est passio Christi, & Apo
 stolorum prædicatio per gentes dilatata.

Quod in hac sententia uidetur August. aduersari Hieron.
 His autem uidetur contradicere Aug. super eundem lo
 cum epistolæ dicens, Non latuit angelos mysterium regni ce
 lorum, quod oportuno tempore reuelatum est pro salute no
 stra. Illis ergo a seculis innotuit supra memoratum myste
 rium: quia omnis creatura non ante secula, sed a seculis est.
 Attende lector, quia uidentur dissentire in hac sententia il
 lustres

lustres doctores. Ideoq; ut omnis repugnantia de medio tol
 latur prædicta uerba Haimonem sequentes ita determine
 mus, ut illis angelis, qui maioris dignitatis sunt, & per quo
 rum ministerium illa nunciata sunt, ex parte cognita a se
 culis fuisse, utpotè familiaribus, & nuncijs. Illis uero, qui
 minoris dignitatis sunt, incognita extitisse dicamus, usque
 quo impleta sunt, & per Ecclesiam prædicata: & tunc ab
 omnibus angelis perfectè fuerunt cognita. Constat itaque
 omnes angelos in cognitione diuinorum mysteriorum secun
 dum processum temporis profecisse. Vnde non incongruen
 ter ipsi iidem dicunt angelorum scientiam ac beatitudinem
 augeri usque ad futuram consummationem, quādo in scien
 tia, ac beatitudine ita perfectissimi erunt, ut nec augeatur
 amplius, nec minuatur.

Aliorum opinio circa idem.

Alij autem dicunt angelos in confirmatione tanta deita
 tis dilectione atq; notitia fuisse præditos, ut in his ulterius
 non profecerint, nec profecturi sint. Profecerunt tamen in
 scientia rerum exteriorum, sicut in cognitione sacramenti
 incarnationis, & huiusmodi, sed non in contemplatione dei
 tatis: quia Trinitatem in unitate, atque unitatem in Tri
 nitate non plenius intelligunt siue intellectu sunt, quam
 ab ipsa confirmatione perceperunt. Ita etiam dicunt eos in
 charitate non profecisse post confirmationem, quia eorum
 charitas postea non est aucta: & sic dicunt eos non profe
 cisse in meritis, sed hoc quantum ad vim merendi, non quan
 tum ad numerum meritorum. Plura enim bona fecerunt
 postea, quæ tunc fecerant: sed eorum charitas ex qua illa
 processerunt, non est aucta, ex qua tantum meruerunt an
 tequam ista adderentur, quantum postea his adiectis. Il
 lud uero, quod alij superius dicunt, probabilius uidetur,
 scilicet quod angeli usque ad iudicium in scientia, & alijs
 proficiant.

Auctoritates obuiantes probabiliori sententiæ.

Quibus tamen uidentur obuiare quorundam auctori
 tatum uerba. Ait enim Isidorus de summo bono, Angeli in
 uerbo Dei, omnia sciunt antequam fiant: sed nec om
 nia

nes, nec omnia perfectè angelos scire dixit, & ideo eos in
 2. Mo- *scientia proficere non remouit. Greg. in Lib. dialogorū ait,*
 ra. cap. *Quid est quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt? Vbi*
 3. *videtur dicere quod omnia sciant angeli, & nihil sit quod*
nesciant. Sed accipiendum est hoc de his, quorum cognitio bea-
tum facit cognitorem, ut sunt ea quæ ad mysterium Trini-
tatis, & vnitatis pertinent,

Vpra determinauit Ma-
 gister de angelorū mi-
 nisterio quantum ad
 ipsos angelos mini-
 strantes. In hac parte determi-
 nat de angelorum ministerio p
 comparationē ad hoīem, cui mi-
 nistrant. Et qm̄ omne officium,
 siue ministeriū laudabile, & bo-
 num debet habere præmiū: iō
 pars ista habet duas partes. In
 prima determinat qualiter an-
 geli hominibus ministrādo eos
 custodiunt. In secunda quærit,
 utrum angeli ex ipso actu mini-
 strādi in merito, uel in præmio
 proficiāt: & incipit secūda pars
 ibi. *Præterea illud considerari oportet,*
&c.) Prima pars habet duas.
 In prima ostendit q̄ boni ange-
 li deputantur ad custodiam, &
 mali ad exercitium hominum.
 In secunda quærit, & determi-
 nat, utrum singuli deputentur
 ad custodiam singulorum, ibi.
Solent aut quæri, vni singuli, &c.)
 Similiter secunda pars principa-
 lis duas hēt secūdu duas opinio-
 nes, secundum quas dupliciter
 determinat quæstionem propo-
 sitam. In prima parte ponit pri-
 mam opinionē, quæ incipit ibi.
Præterea illud considerari oportet,
&c.) In secunda secundam, ibi.
Alij autem dicunt angelos in confir-
matione, &c.) Subdiuisiones aut
 partium, & intellectus Magistri

patent in litera. Nam totalis in-
 tentio distinctionis uersatur cir-
 ca custodiam, & eius consequē-
 tia, uel annexa.

V*Namquamque animam ab ortu*
natiuitatis, &c.) Videtur hoc
 uerbum Hier. falsum, quia cum
 anima paruuli in ortu suæ nati-
 uitatis nō possit mereri, nec de-
 mereri, nec sit capax disciplinæ,
 uidetur quod frustra angelus se
 occupet circa illam pro illo tpe:
 sicut si aliquis doctor uellet eru-
 dire paruulum uagientem. Qd̄
 si tu dicas: q̄ angelus custodit
 non erudiendo quantū ad spiri-
 tum, sed defendendo quantum
 ad corpus: tunc uidetur, q̄ cum
 in pari periculo sit puer non na-
 tus, & natus quantum ad cor-
 pus, q̄ debeat custodiri ante na-
 tiuitatis ortum. Respon. Dicen-
 dum, q̄ (sicut dicit Hieron. au-
 thoritas) q̄ ad custodiā hoīs an-
 gelus intelligatur deputari ab or-
 tu natiuitatis, non solum intel-
 ligit de natiuitate ex utero,
 sed etiā de natiuitate in utero.
 Ex tunc enim non ante debet
 angelica custodia circa eū, qui
 nasciturus est deputari: quia il-
 la custodia principaliter respicit
 spiritum, quam corpus: & ideo
 non debet specialem angelū ad
 sui custodiā habere, anteq̄ spiri-
 tus infundatur. Non debet etiā
 differre, quia extunc defendere
 potest

potest, & adiuuare: magis tamē
 secundum tempora diuersa. Dū
 .n. in utero est paruulus, potest
 interim, & damnari: dū est ex-
 tra uterū, ante adultā ætatē; pōt
 a baptisinate impediri: dum est
 in adulta ætate ad diuersa pecca-
 ta potest pertrahi. Contra Hæc
 oīa in his tribus statibus debet
 angelica custodia sibi deputari,
 ut per eam ab his malis possit
 erui, & ab aduersario defendi:
 & hi effectus satis dicuntur pla-
 ni, qui sunt per liberationem a
 malo. Vtrum aut paruulus, quā
 diu caret usu rationis, aliquem
 occultum effectum habeat quā-
 tum ad habilitationem, & dire-
 ctionem in bonum, assignare
 est difficile: sed negare non est
 tutum.

Dub. 2. *Constat itaque omnes angelos,*
&c.) Hoc uē esse contra Grego.
 qui dicit in Dialog. Quid est
 quod non uideāt, qui uidentem
 oīa uident? Si ergo uident quasi
 a principio temporis exemplar di-
 uinum, uidetur, q̄ in nullius co-
 gnitione defecerūt. Si tu dicas,
 q̄ intelligit de oībus, quæ sunt
 de necessitate salutis, sicut dicit
 Magister in litera. Obicitur cō-
 tra hoc. Vnum solum est illud,
 quod est de essentia salutis: ergo
 non deberet dicere, ratione
 illius, q̄ oīa sciāt, quasi beatitu-
 do esset ī multis. **PRAETEREA.**
 Si illud exemplar diuinū est rō
 oīm: & qui cognoscit rōnē rei,
 cognoscit ipsam rē: uidetur, q̄
 angelus oēs res creatas cogno-
 scat, dum illud unū cognoscit:
 & si profecerunt secundum pro-
 cessum tps, ergo uidetur, q̄ eo-
 rum cognitio subiaceat trāsmu-
 tationi tpsali: & ita non uiderē-

tur esse beati. Resp. Dicendum,
 q̄ cognitio in angelis quædam
 est a natura, quædam uero est
 a gratia. Cognitio uero, quæ est
 a naturæ duplex est. Quædam .n.
 dicitur esse a natura, quia natu-
 liter inserta, ut cognitio eorū, q̄
 sunt de prima mundi constitu-
 tione: & quantum ad hanc ange-
 li non proficiunt, nec deficiūt,
 quia quantum ad hanc habent
 uniuersales spēs oīm. Alio mō
 cognitio a natura dicitur cogni-
 tio, q̄ est p̄ naturalē potentiā, si-
 ue sit innata, siue sit acquisita:
 & quantum ad hanc profecerūt
 angeli secundū processum tps
 p̄ multiplicē experiētiā, & cō-
 uersionem super his, q̄ de nouo
 fiūt. Similiter cognitio a gratia
 duplex est. Quædam a gratia fi-
 xa, quædam a gratia influente.
 Sicut .n. in mēbris corporalibus
 ponūtur quædam uirtutes influē-
 tes, quædam fixæ: siue uita, quæ
 dam influens, quædam fixa: sic
 intelligendum est, & in spiritua-
 libus mēbris, siue spiritibus an-
 gelicis. Quia gratia fixa dicitur
 esse gratia confirmationis. Co-
 gnitio procedens ab hac gratia
 est uisio eterne lucis, in qua nec
 proficiūt angeli, nec decrescūt:
 Cognitio uero, quæ est a gratia
 influente, est cognitio reuelatio-
 nis: quæ ideo uocatur influens,
 quia non semper reuelat Deū
 mysteria, sed pro loco, & tpe: &
 secundum hanc intelligit Magi-
 ster angelos magis, p̄fecisse, nō
 quia apertius uiderint uerbum:
 sed quia reuelatio aliqua facta ē
 eis a uerbo. Ad illud, quod obii-
 citur, q̄ non proficiunt, quia ui-
 dent oīa uidendo uerbum. Di-
 cendum, q̄ illud dictum est nō

per proprietatem, sed per æquivalentiam, & sufficiẽtiam: quia cognitio solius uerbi adeo sufficit angelis, sicut si haberent cognitionem omnis rei, etiam in particulari. Ad illud, quod obiicitur, quod uident omnem rationem. Dicendum, quod speculum æternum est speculum uoluntariũ, & exemplar illud est uoluntariẽ ductiuum: ideo quãtuncumque quis in eo aspiciat, nihil in eo uidet, nisi quantum uult reuelare. Ad illud uerò, quod obiicitur de transmutatio-
ne temporis. Dicendum, quod & si cognitio beatitudinis temporis non subiaceat: tamen cognitiones, & affectiones, & etiã cogitationes angelorum circa res creatas nihil impedit uariari per tempora. Dicit enim Augustinus, super Gene. ad literã, quod Deus spiritualem creaturam mouet per tempora, non per loca. Et hæc de Angelis dicta sufficiant.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An angeli deputari debuerint ad custodiam hominis lapsi?



Intelligentiam huius partis circa duo incidit hæc dubitatio. Primò, circa angelorum custodiam. Secundò, circa eis annexa. Quantum ad primum quærentur tria. Primò quæritur, utrum angeli deputari debuerint ad custodiam hominis lapsi. Secundò, utrum si homo stetit, deputati fuissent ad custodiam hominis in-
firmitati. Tertiò, utrum aliquis

angelus deputatus sit ad custodiam Christi.

CIRCA quam sic proceditur, & ostenditur, quod angeli non debuerint deputari ad custodiam hominis. Et primò ostenditur ratione sumpta ex parte hominis sic. Cui nulla potest fieri uiolentia, nulla indiget custodia: sed liberũ arbitr. humanum ad peccatum non potest uiolentari, ergo nõ indiget ab angelo custodiri: frustra ergo sunt angeli ad eius custodiã deputati: sed Deus nihil facit frustra, ergo &c. **ITEM.** Quanto aliquis paucioribus auxiliis extrinsecis triumphat de aduersario, tãto gloriosior est uictoria: ergo gloriosus eẽt homini uincere diabolum per seipsum, quã per angelicum suffragium: ergo carentia angelici præsidii auget gloriã: igitur ab oppositis, custodia angelica minuit nostram gloriã: sed Deus nihil debet facere quod sit nostre gloriã detrimentum: ergo, &c.

ITEM. Hoc ipsum ostenditur rationibus, sumptis a parte angeli: maior est qui recumbit, quã qui ministrat: ergo si angelus, qui custodit hominem, ei ministrat, homo uiator est maior angelo beato: quod si hoc falsum est, ergo angelus nõ ministrat homini: igitur angelus non custodit hominem, aut in custodia peruertitur ordo. **ITEM.** Si angelus custodit hominem, aut hoc habet a natura, aut a gratia. Si a natura: cum eadem sit natura in bonis, & in malis, uideatur quod mali sint custodes hominum. Si a gratia: cum una anima excedat aliam in gratia: uide-

uidetur quod una debeat ad custodiã alterius deputari. **ITEM.** Hoc ostenditur a parte ipsius Dei: Deus enim custos perfectus est: secundum quod dicitur in Psalm. Ecce non dormitabit, neque dormit, &c. ergo si sufficiens est diuina custodia, uidetur quod superfluat angelica: aut si angelica eẽ necessaria, uidetur diuina custodia esse diminuta. **ITEM.** Custodia est ad conseruandum in bonum: sed non minus est conseruare in bono, quã liberare a malo: nam, non minor est uirtus quærere, quã parua tueri. Si ergo non decuit hominem liberari, nec erui de potestate diaboli, nisi per Deum: uidetur, quod nõ debeat custodiri per angelum: aut honor diuinus trãsfertur in angelum.

SED CONTRA. Esa. 62. Sup muros tuos Hierusalẽ, &c. Glo. Muri sunt Apostoli, custodes sunt angeli. **ITEM.** Eccl. 17. In unãquamque gentem præpositi sunt rectores. Glo. id est angelos. **ITEM.** Matth. 18. Angeli eorũ semp uident faciem patris mei. Gl. Non sunt contemnendi, ad quorum custodiam mittuntur angeli. Ex his auctoritatibus colligitur, quod angeli deputati sunt ad custodiam hominum. **ITEM.** Hoc ipsum ostenditur ratione. Ordo uniuersi hoc exigit: ut omne malum habeat bonum sibi oppositum: quod confirmatur per illud, quod dicitur Eccle. 33. Contra malum bonũ: si ergo tẽtamur per angelos malos, uidetur, quod defendi debeamus per bonos. **ITEM.** Lex diuinitatis hoc exigit: ut media re-
ducantur per prima, & postre-

ma per media ad suum primum principium: & hoc confirmatur per illud, quod dicit Dionysius, in Libro de hierarchia ange. Lex diuinitatis eẽ in nullo negligere ordinẽ, sed per prima media, & per media postrema reducere: ergo si angelus beatus superior eẽ hoĩe uiatore, uidetur quod hoĩe mediante auxilio angeli ad beatitudinem debeat peruenire: auxilium aut illud maximum eẽ in custodiẽdo: ergo &c. **ITEM.** Lex pietatis hoc exigit, ut sustentetur indigens a potente. Si ergo hoĩe uiator fragilis est, & indigens sustentatione, & custodiente, & angelus beatus fortis est, & potens: uidetur, quod homo committi debeat angelicæ custodiæ.

RESOLVTIO.

Dei potentiam, sapientiam, & misericordiam maximè decuit; & hominis calamitati summopere expedire, angelorum custodiam institui.

RESP. Dicendũ, quod conueniens est hominẽ lapsum deputari angelicæ custodiæ, & angelum deputari ad custodiendum hominem: tum quia decet altitudinem diuinæ potentia, tum quia decet ordinem sapientia: tum quia etiam decet dulcedinẽ misericordia. Altitudinem namque decet diuinæ potentia dupli-
plex. ex causa. Una est, quia Deus non solummodo uult honorari in se: sed etiam in suis seruis. Vnde non sufficit altitudini diuinæ potentia, quod angeli ministrent sibi: sed etiam quia ad ostensionem excellentis suæ potentia hoc ab eis exigit, ut ministrent etiam creaturæ suæ. Alia

est ratio: quia cum Deus habeat diabolum, & eius daemones aduersarios, magis decens est, quod ipse eos uincat p suos ministros, ut p hoc ostēdat potentia manus Dei, qua non solū potens est in se, sed etiam in seruis suis, & ut nō indebitē possit dñs exercituum appellari. Ordine uerò sapientiae similiter decet. Nam hic est ordo, quē diuina lex in suis operibus exequit, & conseruat, ut postrema p media deducat ad summa. Quoniā igitur angelus tū rōne immortalitatis naturae, tum ēt rōne gratiae consummatū medium tenet inter Deum, & hoīem lapsum: decens fuit, ut Deus hoīem adiuuaret, & custodiret p angelū. Dulcedinē etiā decet diuinę misericordiae, quae aperuit sinum hoī lapsō, nec in aliquo ei defecit, quod spectat ad salutis suae promotionē. Et ideo cum hō lapsus esset uenūdatus, ut faceret malum, ei ministravit precium sanguinis filii sui, per quē est redemptus, ut faciat bonū. Et quia habet aduersarium impugnantē, dedit ei ministrum custodiētē, uel custodē auxiliantē: ut sic ex nulla parte miseria remaneret humana sine diuinę misericordiae subsidio, & beneficio. Cōpetebat igitur hoī lapsō dari ex hac triplici rōne angelicam custodiam. Sunt etiam aliae rōnes, quae in obiciendo tactae sunt. Rationes ergo ad hanc partē inductae concedendae sunt.

AD ILLVD, quod obicitur, q̄ hoī non potest fieri uolentia. Dicēdum, q̄ & si nō possit fieri uolentia quantum est ex parte liberi arbitrii, posset ta-

men fieri quantum est ex parte sui. Et iterū. Quamuis angelus non possit sufficienter liberum arbitrium uiolentare, nisi haberet contrariam potestatem arcētem a Deo, posset tamen inducere, & circūuenire, q̄ ualde pauci essent, quos non deiceret: & ideo pernecessaria est custodia angelica, quae comprimat potestatem diabolicam. AD ILLVD, quod obicitur, q̄ carentia angelici praesidii auget gloriam, & triumphum. Dicendum, q̄ uerum esset, si ita bene triumpharet homo absque angelo, sicut cum adiutorio angelico. Nunc autem non est ita: si. n. ei deesset angelicum subsidium, multo frequentius uinceretur, quam uinceret: & multo melius est cum angelico praesidio uincere, quam sine praesidio perdere. Et iterū. Praesidium angeli non excludit liberum arbitrium, nec minuit de substantia meriti, uel praemii, uel de nobilitate triumphum quantum ad id, quod est substantiale. AD ILLVD, quod obicitur, quod non conuenit ex parte angeli, quia maior est, qui recumbit, quam qui ministrat. Dicendum, quod uerum est quando minister recumbenti ministrat propter seipsum: sicut seruus Regis ministrat Regi propter eius dignitatem, & imperium: sed non habet ueritatem quando aliquis ministrat alicui habendo respectum ad alium: sicut aliquando magnus miles deseruit non tantum Regi: sed etiam toti familiae: nec aliquem abiicit, nec despicit, ut ei non ministraret propter utilitatem personae: non. n. considerat quis est,

sed

sed cuius seruus est; sic & in proposito intelligendum est se habere. Angelus enim homini nō propter se ministrat, sed propter Deū, cuius gerit imaginē. Vel aliter dici potest, q̄ uerbum illud intelligitur de ministerio subiectionis, non praesidentiae: custodire autem hominem, & si ministerium dicat, magis tamen importat angelum praesidentem homini, quam esse subiectū. AD ILLVD, quod quaeritur: utrum habeat a gratia, uel a natura. Dicendum, q̄ ab utroque habet. Quia. n. de natura sua fortior est homine, & potentior, & similiter in gratia est excellentior & stabilior: adeo ut plus excedat hominem, quam excedit pedagogus paruulum; ideo conuenit angelo & ex natura, & ex gratia, ut homo committatur eius custodiam, & tutelae. AD ILLVD, quod obicitur ex parte Dei, q̄ dominus est custos perfectus. Dicēdū, q̄ perfectio diuinę custodiam non excludit utilitatem angelicam. Sicut enim Deus operatur in omnibus rebus, & tamen eius operatio operationes creaturarum non excludit, sed conseruat, & adiuuat, nec tamen eius operatio est imperfecta, aut operatio creaturae superflua: sic intelligendum est de custodia. Sicut enim Deus propter suae bonitatis manifestationem, & ordinis sapientiae ostensionem creaturis communicauit posse operari, & in alias creaturas effectum suum imprimere, ipso tamen nō deserente, sed cooperante: sic dedit angelis posse hominem custodire, cum tamen a seruorum suorum custodia ipse nunquam

desistat: quia tale posse competebat angelicae naturae, & gratiae. Et una istarum custodiarum alteri non praesudicat: immo diuina facit ad angelicae custodiam perfectionem: angelica uerò ad perfectionis diuinę custodiam manifestationem. AD ILLVD, quod obicitur, q̄ Deus per seipsum debuit redimere, ergo per seipsum debuit custodire. Dicendū, quod non est simile. Redimere enim aequae magnum est, sicut condere: & ideo sicut nullus debuit esse conditor nisi solus deus, sic nullus alius debuit esse redemptor: custodire autem dicitur alii quem effectum beneficentiae, q̄ magis est exterius, quam interiorius, & ideo non est tantus. Nec ualet illud, quod obicitur, quod non minor est uirtus ueri bona, quam acquirere. Dicendum enim, quod tunc illud uerum est, quando conseruatio, & acquisitio est in potestate eiusdem uirtutis.

QVAESTIO II.

An stante homine; angeli eidem deputati essent ad custodiam?

VERVM si homo stetit, fuissent angeli deputati ad hominis conditi custodiam. Et q̄ non uidetur. Angelus deputatur ad custodiam hominis propter supplendos eius defectus: sed in homine secundum statum naturae institutae nulli erant defectus: ergo ad eius custodiam non debebat deputari aliquis angelus. ITEM. Homo secundum statum naturae institutae non erat magis pronus ad malum, quam unus angelus in suis naturalibus constitutus: ergo si angelus conditus nullius custodiam est

Y com.

commiffus, nisi foli diuine, uide-
tur fimiliter, q̄ nec homo in fla-
tu innocētiæ cōstitutus. I T E M.
Custodia dicit quādam præsi-
dentiā in custodiēte respectu
custoditi: sed aīa humana folus
Deus maior est, nisi deprauetur
per culpā: ergo si homo in statu
innocētiæ nulla culpa erat de-
prauatus, nō debuit ei p̄ officiū
custodiæ p̄sidere aliquis ange-
lus. I T E M. Si ad custodiam hoīs
īstituti deputatur angelicus spi-
ritus: ergo cum uirtus hoīs sit
modo p̄ peccatum multipliciter
deiecta, uidetur, q̄ uni hōmini
nō sufficiat unius angeli custo-
dia: ergo si nunc uni homini
lapso sufficit uñus, uidetur, q̄
tunc non indigebat custodia
alicuius.

CONTRA. Super illud Matt.
18. Angeli eorum, &c. Glo. Hic
ronymi. Magna dignitas est ani-
marū: ut unaquęq; ab ortu nati-
uitatis suæ habeat ad sui custo-
diam angelum deputatum. Si er-
go deputatio angelicæ custodię
pertinet ad dignitatem animæ,
cum animæ secundum statum
naturæ institutę dignior esset, q̄
secundum statum naturę lapsę,
uidetur, quōd si nunc habeat an-
gelum ad sui custodiam deputa-
tum, quōd multo magis tunc.
I T E M. Pronior est Deus ad
miserēdum, quā ad condē-
nandum: ergo si homo in statu
naturæ institutę habuit angelū
malum tentantem: ergo multo-
fortius misericordia diuina de-
buit sibi dare angelum custodiē-
tem. I T E M. Angeli deputati
sunt nobis custodes, ut per eorū
operationem retrahamur a

malo: sed homo in statu inno-

centię indigebat a malo retrahi,
cum posset peccare: ergo debe-
bat ab angelo custodiri. I T E M.
Homo uiator committitur ange-
licæ custodię, ut per sustentatio-
nem, & auxilium angelicum, &
per subsidium operationis eius
possit de bono in melius ascen-
dere: sed homo in statu innocen-
tię proficere poterat: ergo uide-
tur, q̄ ad ipsius custodiam ange-
lus deputari debebat.

RESOLVTIO.

*Deputati essent & tunc: sed non ita
opus fuissent, ut nunc.*

RESPONDEO. Dicendum, q̄
& si angelus deputatus ad custo-
diam hominis in multis proficit
ei, & subueniat: specialiter tanē
ad hoc deputatur, ut ab inuisi-
bili aduersario defendat. Quia
enim homo non habet collucta-
tionem aduersus carnem, & san-
guinem: sed aduersus mundi re-
ctores, & aduersus spiritualia ne-
quitię in cœlestibus, qui sunt
hostes inuisibiles: debet per op-
positum habere inuisibiles adiu-
tores ad sui ipsius defensionem.
Et quia aduersarius undiq; nos
impugnat, nam rationem sedu-
cit per astutias, uoluntatem alli-
cit per blanditias, uirtutes oppri-
mit per uolentiam: ideo bonus
angelus specialiter ad hoc nobis
datur, ut hominem defendat ab
oppressionē contra uolentiam:
ut hominem erudiat, & dirigat
contra fallaciam: ut hominem
exhortetur, & inducat ad bo-
num contra blanditias. Quia igitur
aduersarius noster diabolus
etiam homine instituto, erat for-
tior, & astutior, & in proposito
malitię pertinacior: ideo compe-
tebat homini dari angelicam cu-
stodiam

stodiam, quę comprimeret pote-
ratem aduersariam, non solum
secundum statum naturę lapsę,
sed etiam institutę: licet magis
nunc, quā tunc indigeret: unde
concedendę sunt rationes ad
hoc inductę.

AD ILLVD uerō, quod obiici-
tur primo, quōd Angelus datur
homini ad custodiā propter sup-
plendos defectus. Dicendum,
quōd illa non est tota causa, nisi
large uocetur suppletio defe-
ctus, siue quantum ad defectū,
qui inest, siue etiam quantum
ad defectum, qui potest inesse,
ut non inest: & licet in primo ho-
mine non esset defectus actua-
lis, erat tamen in eo defectibili-
tas: & si ex se non haberet defe-
ctum, in defectum tamen præci-
pitari poterat per suum aduer-
sarium. AD ILLVD, quod obiici-
tur, quōd angelus non deputa-
tur ad custodiam alteris angeli.
Dicendum, quōd & si angelus
possit alteri angelo præsidere,
tamen propriē non dicitur ip-
sum custodire: nam ille solus in-
diget custodia, qui potest impu-
gnari, & per custodiam supera-
re, uel absque custodia perdere:
& ille solus debet custodire, qui
non potest expugnari, nec per-
dere. Et hinc est, quōd ange-
lus potest deputari ad custodiā
hominis instituti, & non alte-
rius angeli: nam angeli simul
conditi sunt, & simul etiam, q̄
beatificantur, beatificati sunt: &
simul etiam, qui peccauerunt
irrecuperabiliter lapsi sunt: &
ideo angelus non potest deputa-
ri ad custodiam alterius angeli:
quia bonus post confirmatio-
nem non indiget, malo autem

post obstinationem nō prodest:
ante uero confirmationem, &
obstinationem non erat, qui
posset defendere: nec erat, qui
posset impugnare, cum omnes
essent æqualiter uertibiles. In
homine uerō uiatore secus est.

Nam homo erat in statu uertibi-
litate, & pugnæ, in quo poterat
amittere, uel lucrari: angelus in
statu, beatitudinis erat, a quo
non poterat commoueri. AD
ILLVD, quod obiicitur, quōd
menti humanę, quę non est per
peccatum corrupta, solus Deus
debet præfici. Dicendum, quōd
uerum est de ea prælatione, quę
habet oppositam seruitutem:
sic enim homo conditus soli
Deo dicebatur esse subiectus: &
solius Dei erat seruus, non alte-
rius. De prælatione uerō, quę
attenditur secundum excellen-
tiam status, & secundum præsi-
dētiā respectu alicuius actus,
non habet ueritatem: sic enim
angelus præest angelis, in qui-
bus nunquam fuit peccatum.

AD ILLVD, quod obiicitur,
quōd & si homo, tunc habue-
rit angelum ad custodiam depu-
tatum, quōd nunc unus homo
debet habere multos. Dicendū,
quōd illud argumentum non
cogit: quia effectus angelicę
custodię dupliciter potest cre-
scere, uel propter multitudi-
nem custodientium, uel pro-
pter maiorem succursum custo-
diētis: & ideo licet homo lapsus
maiori īdigeat officio custodię,
quā institutus: tamen quia
idem angelus secundum diuer-
sas oportunitates potest magis,
& magis succurrere, & indigen-
tias releuare: ideo non oportet

tet per augmentationem indigē-
tiæ in custodito numerum cu-
stodum multiplicare.

QVÆSTIO III.

An Christus angelum custodem
habuerit?

VTRVM aliquis angelus de-
putatus fuerit ad custodiā
Christi. Et q̄ sic, uidetur per il-
lud Psal. 90. Angelis suis Deus
mandauit de te, ut custodiant te
in omnibus uis tuis: ergo si hoc
intelligitur de capite, sicut Glo.
exponit ibidem: patet, &c. **ITEM.**
super illud. Luc. 22. Ecce appa-
ruit ei angelus domini confortans
eum. Beda. In testimoniū
utriusque naturæ, & angelus eū
confortasse, & angelus ei mini-
strasse describitur: si ergo actus
confortandi pertinet ad officiū
angeli custodientis, uidetur &c.
ITEM. Videtur hoc ratione.
Quia Christus secundum natu-
ram humanam, maximè secun-
dum statum passibilitatis mino-
ratus est paulominus ab angelis:
ergo si erat mortalis, & passibi-
lis, & etiam minoratus ab ange-
lis, indigebat, & competebat (ut
uidetur) ab angelis præsentibus.
& immortalibus custodiri.
ITEM. Ordo uniuersitatis hoc
exigit: ut contra malum sit bo-
nū: cum igitur Christus habuit
malum angelum ad exercitium,
& pugnam, sicut legitur Matth.
4. quod tentatus est a diabolo:
ergo debuit habere bonum an-
gelum ad custodiam. **ITEM.** Ad
dignitatem spectat humanæ ani-
mæ, quod committatur tam no-
bili custodiæ, sicut angelicæ: er-
go si anima Christi fuit nobilif-
sima omnium, uidetur, quod ibi
maximè competeat custodia an-

gelorum. **ITEM.** Sapiens domi-
nus illud, quod habet charius, fa-
cit custodiri diligentius: sed Deus
chariorem habebat Christum,
quàm aliquem alium: ergo uide-
tur, quod si aliis non deest ange-
lorum custodia, quod nec ani-
mæ Christi, quæ inter omnes,
& sup̄ oīa erat Deo charissima.

CONTRA. Christus ab instan-
ti suæ conceptionis fuit beatus,
& perfectissimè beatus: si ergo
beati potius est custodire, quàm
custodiri, uidetur, quod Chri-
sto nullo modo competeat custo-
dia angelica. **ITEM.** Christus ab
instanti suæ conceptionis & se-
cundum animam, & secundum
corpus fuit diuinitati unitus tan-
ta unione, qua maior nequit in-
telligi: ergo si diuina uirtus, quæ
omnipotentissima est, & p̄ om-
nia ad nutū suæ uoluntatis prō-
pta erat: ergo uidetur, q̄ nulla
indigeret aliena custodia. **ITEM.**
Qui ab alio custoditur, ex hoc
quod custoditur, est quodāmo-
do illi obnoxius: ergo si Chri-
stus nulli debet esse obnoxius,
a nullo angelo debuit custodi-
ri. **ITEM.** Esto, quod Christus
non habeat angelum ad sui cu-
stodiam, quero utrum ex hoc
incurrat aliquod damnum, uel
incommodum, uel peccatum, uel
omittat aliquod bonum: &
cum nullum horum sit, nihil tol-
lit a Christo absentia angelicæ
custodiæ, ergo nihil adicit præ-
sidentia: ergo si ponitur Chri-
stus ab angelo custodiri, uide-
tur, quod aliquid circa ip-
sum fiat frustra, q̄
est inconue-
niens:

RESOLVTIO.

Quid angelum custodem ei depu-
tari? si ne dum uinci; sed et
nec suaderi a diabolo
potuit.

RESPON. Dicendum, q̄ Chri-
sto non est datus angelus ad cu-
stodiam, tum quia Christus nō
indigebat, tum etiam quia non
competebat. Non egebat, quia
aduersarius eius, nec poterat op-
primere per uolentiam corpus
diuinitati unitū: nec poterat se-
ducere p̄ astutias intellectum a
uicibus plenariè illustratum: nec
poterat allicere per blāditiās af-
fectum plenitudine gratiæ con-
firmatum: ideo Christus non in-
digebat angelo bono, nec quan-
tum ad defensionem corporis,
nec quantum ad defensionē cor-
poris, nec quantum ad eruditio-
nem rationis, nec quantum ad
incitationem affectionis. Non
solum autem non indigebat an-
gelica custodia, sed nec etiam ei
competebat. Custodia enim in
custodiente respectu custoditi
dicit præsentiam quandam: &
q̄ angeli Christo domino sub-
erant, non præerant, ideo nec ali-
quod officium præsentia ip-
sis angelis respectu Christi com-
mitti debebat, & propterea nul-
lus angelus debuit deputari ad
custodiendum Christum, sed
angelorum multitudo debuit
deputari ad eius ministerium.
AD ILLVD, quod obiicitur in
contrarium de Psalm. Angelis
suis Deus mandauit de te, &c.
Dicendum, q̄ illud intelligitur
de capite ratione membrorum.
Vnde sicut dicit Aug. diabolus
male exposuit siue intellexit, dū
capiti attribuit rōne sui, q̄ scri-

ptura attribuit ei rōne membro-
rum. **AD ILLVD,** quod obf̄, q̄
angelus eum confortabat. Dicē-
dum, q̄ angelus non conforta-
bat eum cōfortatione potestati
ua, sicut confortat illos quos cu-
stodit: sed solum ministeriali, si-
cut cōfortat armiger strenuum
militē. **AD ILLVD,** q̄ obiicitur,
q̄ Christus est ab angelis mino-
ratus. Dicendum, q̄ & si Chri-
stus minoratus dicatur ratione
passibilitatis, nunquam tamē sic
minoratus est, ut aliq̄s angelus
auderet ei præsidere: cū ita bene-
fit adorandus Christus in cruce,
& in sua infirmitate, sicut etiam
cū in sua apparebit uirtute. **AD
ILLVD,** q̄ obiicitur, q̄ habuit
malum angelū ad exercitiū. Di-
cendum, q̄ illud exercitium so-
lum fuit exterius non interius,
nec fuit ad ipsius probationem,
sed potius ad nostrā instructio-
nē, & aduersarii cōfutationem:
ex quo Christi dignitas nō mi-
nuebatur: sed manifestabatur.
Sed non sic est in officio custo-
diēdi: nam si angelus ad eius cu-
stodiam deputaretur, potius es-
set defectibilitatis ostēsiō, quam
uirtutis, & dignitatis manifesta-
tio, uel etiā alicuius instructio.
AD ILLVD, quod obiicitur, q̄
dignitatis est habere custodiam
angelicam. Dicendum, q̄ quæ-
dam sunt dignitatis simpliciter,
quædam uero sic sunt dignita-
tis, ut etiam annexum habeant
aliquid indignitatis siue infirmi-
tatis: custodiri autem ab angelo
ita dicit dignitatem in aīa respe-
ctu illarū creaturarū, quæ com-
mittuntur angelicæ custodiæ, ut
tñ dicat imperfectionē respectu
beatorum, q̄ aliena custodia nū-
quam

quam egent. Et quia aīe Christi non est attribuendū aliquid quod derogat eius beatitudini: ideo & si ab angelo custodiri aliquo modo dicat dignitatē; non tamen Christo dēt attribui: quā simul cum hoc in custodito quādam importat defectibilitatem. AD ILLUD, quod obiicitur, quod id, quod charius est, melius custoditur. Dicendū, quod uerum est quando illud, quod magis est charū, ita indiget custodia, sicut illud, quod minus: sic autē non est in proposito: nā Christi aīa non sic indigebat custodiri, quā peccare nō poterat. Vel aliter potest dici: quod Deus diligentius custodiat aīam Christi, quā aīam alicuius alterius hominis, plus enim facit per seipsum, quā ulli alii animā faciat per se, & per angelum.

ARTICVLVS II. QVAESTIO I.

An angeli custodire desinant, ubi nos obstinatos compererint?



ONSEQUENTER de secundo articulo, scilicet de annexis angelicæ custodiæ quæruntur tria. Primò quæritur utrū angelus propter nostram obstinationē subtrahat custodiæ beneficiū. Secundò quæritur, utrū ex nostra beatificatione accrescat ei nouum gaudium. Tertio quæritur, utrū angelus custodit ex damnatione custodiri incurrat aliquod detrimentum.

CIRCA quam sic proceditur, & ostenditur, quod angelus subtrahat ab homine custodiæ beneficiū propter obstinationem per illud Hier. 51. Curauimus Babilonem, & non est cura

ta: derelinquamus eam, &c. ibi Glo. Medici sunt angeli, quos a nobis repellimus, dum eorū consilio non acquiescimus. ITEM. Per aliam Glo. ostenditur illud idem. ibidem. Caue, ne quando relinquat te medicus: si enim reliquerit, patet quod abscessio medici damnatio tua sit: ergo angelus hominē, quem custodit, aliquando derelinquit: sed hoc nō est, nisi quando obfirmat faciē suam per obstinationem; ergo &c. ITEM. Dam. dicit, quod Antichristus carebit angelorum presidio: sed hoc non est nisi, quia ipse erit obstinatus in malo: ergo uidetur, quod presidium custodiæ obstinatis subtrahatur ab angelis. ITEM. Angelus neminē inuitum potest compellere ad bonum: sed obstinatus factus est inuitus ad bonum: ergo frustra circa ipsum laborat angelus: ergo si stultus est, qui aliquid frustra facit, maximē, qui hoc nouerit, uidetur, quod propter obstinationem perdat homo angelicum presidium. ITEM. Maioris benignitatis & misericordiæ Deus est, quam sit angelus: sed Deus propter peccati commissionem relinquit cordis humani habitaculum: ergo multo fortius, uidetur, quod propter obstinationem angelus subtrahat ministerium. ITEM. Propter rebellionem, & obstinationem excommunicatur quis, & eiicitur extra ceterum fidelium, & subtrahitur ei orationum ecclesiasticarum beneficiū: ergo si tantus zelator iustitiæ, uel maior est angelus, quam sit ecclesiæ prelatus, & prelatus rebeli, & obstinato subtrahit beneficiū com-

mu.

munionis, & orationis, ut quod multo fortius angelus subtrahat presidium custoditionis. ITEM. Grauius peccat ille, cui suggerunt bona, & facit mala: quā qui facit mala sine aliqua exhortatione bonorū, & hoc propter contemptū: ergo obstinatus in malo grauius peccat, quā quā contempta exhortatione angelica, persistit in malitia, quā si esset omnino ab angelo derelictus: ergo si angelus bonus non debet aliquid facere, quod uergat in malū eius quē custodit ut quod ex quo obstinatus est: nō debeat eū amplius custodire.

CONTRA. Paratior est bonus angelus ad conseruandū in bono, quam sit malus angelus ad precipitandū in malū: sed malus angelus quantuncunq; hō sit bonus, utque ad mortē nō desinit ipsum inestare; ergo ut quod nec bonus quantuncunq; malū usque ad mortem desinat custodire. Maior propositio manifesta est. Minor probatur per illud, quod dicitur in gl. Thob. vi. in p illud Apprehende branchiū eius. Diabolus usque ad crucē secutus est Christū. ITEM. Quāto aliquis peior est, tanto est prior ad malū, & quāto prior ad malū, tātō magis indiget retrahēte: ergo si angelus deputatus ad custodiā, ad hoc ordinat ut retrahat a malo, uidetur quod non debeat subtrahi obstinato. ITEM. De nemine desperandū est, dū est in uia: ergo quātūcūque quis sit obstinatus, non est desperandū de eo: ergo si medicus non relinquit ægrotum nisi illum de quo desperat, ut quod angelus nullum relinquat, quantuncunq; obstinatus. ITEM. In

ægritudine corporali sic est, quod quāuis aliqua egritudo sit in curabilis, tamē si potest intēdi, per utile est habere consilium medici: si ergo nullus est a Deo obstinatus in hac uita, quin possit in eo malicia intēdi, uidetur quod cuilibet competat custodia angeli: si ergo angelus non subtrahit custodiā ab eo, qui est idoneus custodiri, uidetur quod nullus quātuncunq; obstinatus beneficio angelicæ custodiæ quādiu est in uia debeat destitui.

RESOLVTIO.

Nunquam ad malum uitandum, quousque in humanis degimus, sed bene ad bene exequēdis.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam notandum est, quod communiter tenetur a doctoribus sacre scripturæ, quod angelus non omnino relinquit obstinatos, quādiu sunt uiatores: nec tamen adeo diligenter custodit sicut custodit bonos, aut medio ceter malos: ideo cōter dicitur quod quodammodo deserit, & quodammodo semper custodit. Explicatio autem huius potest diuersimodē fieri. Nā aliquē custodiri ab angelo, hoc potest dupliciter intelligi, uel secundum habitum, uel secundum actum. Voluerunt ergo aliqui dicere, quod angelus obstinatum secundum actum custodiēdi relinquit, pro eo quod ipse custodiēti angelo nō obedit, imo contra eius monita faciem obfirmavit: quantum uero ad habitum non deserit, quia semper proptus est ei subuenire, si quo modo ipsum ad ueritatis uideat inclinari. Et hic quidem modus dicendi nō sufficit, quia nullus est adeo malus,

malus, & peruersus, quin angelus bonus possit ei aliquod beneficiū custodiēdi largire, ergo si semper est ei promptus facere bonum, ut quod nunquam subtrahat omnem actum. Et ideo secundus modus dicēdi est, quod duplex est custodia angelicæ actus, unus respectu corporis, alter respectu spiritus. Vnus cōstitit in repulsione hostis, ne opprimat corpora: alter in arcēdo ipsum, ne peruertat animas. Primi actus efficacia est in angelo: secundi uero non solum est in angelo, sed etiam in nobis. Quā tum ad primū actum bonus angelus hominem usque ad mortē non derelinquit, quia non patitur ipsum a dæmone opprimi uel occidi, nisi quādo aliter exigit fieri sententia diuini iudicii. Quā tum uero ad secundū actū, quia actus illius efficacia non tantum est in angelo, sed etiam in nobis, subtrahit custodiē beneficiū ab his, circa quos uidet se frustra exerceri: utpote ab excæcatis, & obstinatis, qui nec recipiunt instructionem, nec exhortationem. Sed cum custodia magis respiciat animam, quā corpus: adhuc non uidetur omnino probabile quod angelus omnē actū custodiē subtrahat respectu animæ. Et ideo est adhuc tertius modus dicēdi probabilior prædictis, quod effectus angelicæ custodiē & est respectu boni, & respectu mali. Respectu boni cōseruandi, uel acquirendi, uel augendi. Respectu uero mali deserendi, uel euitandi, uel minuen di. Bonus igitur angelus obstinatos non deserit quā tum ad actū custodiæ, qui respicit malū, quā

semper retrahit hominem ne labatur in peius: & hoc ostendunt rationes prædictæ secundo inductæ, & concedendæ sunt. Quā tum uero ad actum qui respicit bonū, obstinatos deserit, & antichristum non custodiet: & sic intelliguntur tres auctoritates ad illam partem inductæ. Vna quæ dicit, quod angeli nos relinquunt, & nos eos repellimus. Alia quæ dicit, quod abscissio angeli est damnatio infirmi. Et tertia Dañ. q̄ dicit quod antichristus carebit angelorū præsidio. In omnibus enim his intelligitur angelus recedere, uel abesse: non quia non defendat ab aduersario, uel non retrahat a malo: sed quia non conseruat in bono, nec perducit ad bonū, & per hoc patet ratio sequēs. Non enim probat quod angelus simpliciter derelinquit obstinatum: sed solum quantum ad effectum custodiæ, qui est in exhortando, & promouēdo ad bonum.

AD ILLUD, quod obiicitur quod Deus deserit habitaculū cordis propter peccatum. Dicendum quod non est simile, quia peccatum priuat gratiæ habitū, per quem disponitur anima, ut homo sit Dei habitaculum, & ideo efficit cor hominis ineptū ad hoc, quod in ipso habitet Deus. Habitatio enim Dei in eo, in quo habitat, requirit dignitatem. Custodia uero angelica in custodito non exigit dignitatem, sed potius respicit indigentiam, & necessitatem. AD ILLUD, quod obiicitur, quod ecclesia subtrahit orationis beneficiū ab eis quos excommunicat. Dicendum quod hoc facit ad ipsorum confusionem,

tionem, & correctionē, sicut patet infra, cum agitur de excommunicatione: nunquam tamen subtrahit omnino orationū beneficiū. Sic & in proposito intelligendum est, quod angelus aliquando iusto Dei iudicio non compellit hominem quod ambulet in inuis, & abominatibus, & ignominie passionibus secundum impetū cordis sui, nūquam tamen sic deserit, quin aliquo modo a malo retardet, licet non omnino impediatur. AD ILLUD uero, quod obiicitur, quod ex hoc peccatū hominis aggrauatur. Dicendum quod sicut peccator ex Dei misericordia, & patientia thesaurizat sibi iram, & cōuertit misericordiam Dei ad cumulum reatus sui, & hoc non est a deo, sed ab ipso peccatore, Dei tamen iudicio permittente: sic in proposito intelligendum est se habere. Potest etiam dici, quod nunquam sic conuertitur peccator in malum, quin melius sit sibi custodiri quā desereri: quia & si contemptus aggrauet peccantis reatum, tamen frequētia peccatorum, quā homo incurreret si angelus desereret, aggrauaret multo fortius quā cōtemptus. Credendum est enim, quod multis modis angeli, qui nos custodiunt, & studeant promouere ad bonum, & studeant retrahere a malo, quāuis hoc non percipiat hebetudo spiritus nostri: propter quod multi superbiunt, multi sunt ingrati, & frequenter sibi attribuunt quod est ex beneficio angelico, & ex hoc minus efficiuntur digni, ut ab angelis adiuuent: & propter hoc perutile est effectus angeli

cæ custodiæ nosse, & intelligere. CONSERVAVNT autem a Magistris effectus xii. assignari, qui eliciuntur ex scripturis. Primus est pro delictis increpare. Iud. ii. Ascendit angelus domini de Galgala ad locum flentium, & ait: Eduxi uos de terra Aegypti & post, non audistis uocē meā. Secundus est a uinculis peccatorum absolueret. Actus xii. Angelus astitit: & post, ceciderunt catenæ de manibus eius; hoc tamen intelligendum est dispositiue. Tertius est impediencia ad bonum auferre, quod signatur Exod. xii. ubi angelus percussit primogenita Aegypti. Quartus est demones arceret. Thob. ult. Demonium ab uxore mea percussit. Dicit Thob. de Raphael. Quintus est docere. Dañ. ix. Nūc egressus sum, ut docerē te, & intelligeres. Sextus est secreta reuelare. Genes. xviii. tres angeli ministerium trinitatis, & unitatis expresserunt: & ibidem sequitur. Nū celare possum Abraham &c. Septimus est cōsolari. Tho. vi. Forti animo esto; in proximo est a Deo cureris &c. Octauus est in uia Dei confortare. iii. Rex. xix. Surge, & comede, grandis enim tibi restat uia. Nonus est in uia deducere, & conducere. Thob. v. Ego ducā, & reducam eum &c. Decimus est hostes deiicere. Esa. xxxvii. Egressus angelus domini percussit in castris Assyriorū &c. Undecimus tentationes mitigare: & hoc assignat Gene. xxxii. Vbi Iacob luctatus est cum angelo, ubi benedictione accepta, confortatus est post luctam, & emarcuit neruus femoris eius.

Duodecimus est orare, & orationes deferre. Thob. ult. Quando orabas cum lachrymis ergo obtuli &c. Hi omnes sunt effectus custodiae angeli, ex quibus omnibus tã Deo, quam angelis debemus esse obnoxii, & grati.

QVAESTIO II.

An angelis augetur gaudium ex salute custoditorum ab eis?

VTRVM ex beatificatione custoditi angelo custodienti amplifietur gaudiũ. Ex quòd sic uidetur Luc. xv. Gaudiũ est angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente, quam supra nonagintanouẽ iustis. Ex hoc textu patet q̄ ex conuersione peccatoris angelis Dei accrescit gaudiũ, ergo multo fortius de beatificatione eiusdẽ. **ITEM.** Angelus in ministrando hoĩ aliqd meret: sed nõ meret illud q̄ habet, sicut probatum ẽ supra: ergo meretur habendum: sed q̄ retribuitur pro merito hoc est gaudium: ergo meretur maius gaudium. **ITEM.** Angelus habet perfectam charitatem, ergo diligit proximum sicut seipsum: sed ubi est par dilectio de pari bono, est par gaudium: si ergo angelus diligit illum, quem custodit sicut seipsum, tantũ gaudet de eius saluatione, quantum de sua: ergo uidetur eius gaudium duplicari. **ITEM.** Vbicunq; est desiderii completio, ibi est gaudium, & delectatio: ergo vbi de nouo completur aliquod desiderium, de nouo accrescit gaudiũ: sed angelus desiderat illũ, quẽ custodit, saluari: ergo cum saluatur, necesse est ipsum gaudere de eius salute: sed prius de hoc non gaudebat, quia non erat: er-

go uidetur q̄ nouũ gaudium sibi accrescat. **ITEM.** In angelis custodientibus homines crescere potest cognitio, sicut probat in litera Magister: sed qua rōne crescit cognitio, eadem ratione & dilectio: & si dilectio, ergo gaudiũ, & delectatio. **ITEM.** In eo, q̄ ordinate gaudet, sicut crescit materia gaudẽdi, ita crescit & gaudium: sed in superna Hierusalem creuit, & crescit materia gaudii ex Christo, & eius membris, quibus ministrant angeli beati: ergo uidetur quod in illis crescat gaudium. Quod autẽ materia gaudii creuit, patet tum propter Christi exaltationem, tum propter ruinã angelicæ reparationem, tũ propter hominis perditam reuentionẽ: quæ omnia affectui ordinato sunt materia gaudii, maxime affectui angelico, cum sit maxime ordinatus.

SED CONTRA. Beatitudo est status omnium bonorũ aggregatione pfectus: sed ubi est status perfectus, ibi non est perfectius: ergo si in angelis beatis ẽ perfectum, & plenum gaudiũ: ergo non uidetur, quod ex aliquo suscipiãt incrementũ. **ITEM.** Gaudium est de essentia beatitudinis, sicut & charitas: ergo si potest in eis crescere gaudium, potest etiam in eis charitatis habitus crescere: sed si charitas potest crescere, potest in eis alterari: ergo potest in eis amitti. **ITEM.** Bonum creatum comparatum ad increatum est sicut punctus ad lineam: ergo si angelus beatus gaudet de unoquoq; sicut gaudendum est, impropotionabiliter plus gaudet de eo, quã gaudeat

deat de aliquo creato: ergo sicut punctus adueniens lineæ nõ auget lineam, sic creatura cũ creatore nõ est maior gaudendi materia, quã ipsa creatrix essentia per seipsam: ergo cum angelus gaudeat de ipsa veritate æterna p̄ aliquod creatum, non uidetur quod gaudiũ in eo crescat. **ITEM.** Si crescit gaudium in angelo p̄ beatitudinem eius quẽ custodit, & ille qui custoditur, potest impedire suam beatitudinẽ, ergo potest impedire gaudii angelici perfectionem: quod si hoc est falsum, cum sit contra rationem veræ beatitudinis, ergo & primum.

RESOLVTIO.

Nullatenus essenziale, sed fortasse accidentale.

RESP. Dicẽdũ, qd̄ gaudiũ in angelo crescere, potest intelligi dupliciter, vel extẽsiue, uel intensiue. Extẽsiue dicitur crescere, quando quis de pluribus gaudet. Intensiue uerò quãdo affectus eius de aliquo copiosius gaudet. Si uerò intelligamus de incremento gaudii secundum primũ modum, sic absque dubio uerũ est, & doctores cõiter hoc sentiunt, qd̄ ipsis beatis angelis accrescit gaudium, quia de pluribus gaudent, secundum quod plures saluantur. Si autẽ loquamur de incremento gaudii quantum ad modum secundum. s. quantum ad intentionem, sic distinguendum est. Nam gaudium duplex est. Est n. gaudium, in quo consistit p̄mium substantiale: & hoc est gaudium de bono increato, qd̄ habet angelus de Deo, & in Deo. Est iterum gaudium, in quo consistit p̄mium accidentale: &

hoc est gaudiũ, quod habet angelus de bono creato siue proprio, siue alieno. Fuerunt igitur qui dixerunt, quod in angelis beatis crescit utrunque gaudiũ intensiue, quia nondum sunt p̄fectẽ beati, quamuis sint confirmati, de quorum opinione uidetur fuisse Magister. Sed quia hoc non uidetur probabile, sicut supra improbatum fuit Distin. v. Vbi agitur de conuersione angelorum: ideo fuerunt, q̄ dixerunt, quod neutrum gaudium in eis crescit intensiue, sed solum extensiue: sicut charitas eorum non est maior quã fuit, ab initio, quamuis plures nunc diligant, quã tunc. Sed quia illud, nõ uidetur adhuc multum probabile, quod angelis accrescat gaudii materia, quin etiam aliquo modo intẽdatur, & gaudium. **IDEO** est tertius modus dicendi, quod angelis nullo modo accrescit gaudium, in quo consistit p̄mium essenziale, quia quantum ad illud perfectẽ beati sunt: sed gaudium in quo consistit p̄mium accidentales; accrescere potest non solum extensiue, uerum etiam intensiue, & ratione boni proprii, & ratione coniuncti, quia ministrando aliis, bona opera faciunt, in quibus p̄mium accidentale merentur, & etiam conciuēs suos ad beatitudinem perducunt: super quibus absque dubio gaudent, & gratulantur: & hæc positio tertia uerẽ esse probabilior.

ET secundum hanc patet responsio ad partes oppositas. Nã rōnes ostẽdentes, q̄ ex nra beatificatione angelis accrescat gaudiũ, concludunt solũ de gaudio

accidēali, quod est circa bonū creatū, in quo tñ non consistit essentialis præmiū augmētatio. RATIONES verò ad oppositū procedunt, siue concludunt de gaudio substāiali, rōne cuius ē angelus pfectē beatus, & qđ rñdet quātitati habitus, & qđ ē circa bonū increatū, & hoc qđem non crescit in ea; sicut illę rōes ostēdunt. VLTIMA verò rō nō concludit, qđ hō possit gaudiū angelicū impedire, qđ (sicut iā melius patebit) sic angelus congratulatur de hōiū salute, ut tamen non tristetur de damnatione. Et ita nræ salutis impedimentū, nullum in angelico gaudio, uel p̄mio ponit defectū, nullum tamen inconueniens eē videtur si concedatur, qđ impediti possit ipsius angeli aliqđ accidētale gaudiū: sed illud melius declarabitur p̄ sequēs p̄blema.

QVAESTIO III.

An ex damnatione custoditorū eueniat angelis quidquā detrimētū?

VTRVM ex dānatione custoditi incurrat angelus aliqđ detrimentum: & qđ sic, uidetur 3. Reg. 20. Scribitur, Custodi uirū iustū: qui si lapsus fuerit, erit aīa tua pro aīa illius: Ex quo colligitur, qđ dñs eo pacto cōmittit ad custodiēdū, qđ si custoditus amittitur, de manu custodis requiratur. Si ergo hō perditur: uidetur qđ angelus ipsū custodiens incurrat salutis suę periculū: & hoc uidetur dicere Orige. super illud Nu. 25. Initiati sunt Beel. Gl. Præ est angelus bonus, qui pro delictis culpatur, & pro benè gestis laudat. ITEM. Esa. 33. Angeli pacis amare flebunt: constat aut qđ non flebunt, nisi

pp̄ miserā, & damnationē hominū: ergo si illis maximē cōpatiuntur quos custodiunt, uidet qđ de dānatione eorū incurrant gemitū, & planctū, & ita aliqđ gaudii detrimentū. ITEM. Si oppositū est cā oppositi, & propositū est cā oppositi, sed saluatio hominū custoditorum generat in angelis custodientibus gaudiū, & congratulationē: ergo dānatio gñabit gemitū, & compassionē. ITEM. Sicut cōpletio desiderii delectat aīam, ita frustratio cōtristat: sed angelus, quia cupit saluari eū, quē custodit: gaudet eū ille saluatur: quia desiderii eius impletur: ergo eū ex eius damnatione frustratur, uidetur &c. ITEM. Pœna Arrii semper crescit pp̄ multitudinē eorum, quos per errorē suū trahit ad dānationē: ergo p̄ oppositū ex nostra saluatione crescit angelorum p̄miū nos custodientium: si ergo nos dānamur, eū ipsi gloriari debeāt in nobis, siue de nobis; uē qđ patiant glorię detrimētū. ITEM. Angeli mali gaudent dū possunt hōiem p̄trahere ad supplicia, & hoc est: quia hōies odiunt: quos excitant & tentāt. ergo si boni angeli diligūt illos quos custodiunt, uidetur quod doleant per oppositum.

CONTRA. Bonus angelus est beatus est, cui ad uotum cūcta succedunt: ei aut qui hmōi est, non pōt aliqđ accidere detrimētū: ergo vē qđ ex dānatione eorū quos custodiunt nullū detrimentū incurrunt. ITEM. Angelus bonus uoluntatē suā diuinæ uoluntati conformat: ergo si Deus nō uult saluare, nisi p̄destinatos; vē qđ nec angelus bo-

ANS:

nus: ergo si nullus p̄destinatus damnatur, nullus dānatur, quē angelus bonus non uelit damnari: ergo uidetur qđ ex nullius dānatione tristetur. ITEM. Dolor, & tristitia non est sine pœna, & pœna non est sine culpa præuia: si d in beatis angelis nūq̄ fuit culpa, ergo nec fuit, nec esse potest tristitia. ITEM. Angelus non magis meretur in ministrando bono, quā malo: cū ex uoluntate æqualiter bona ministrat utrique: ergo si remuneratio pensatur secundum meritū, non minus remuneratur angelus cum custodit p̄scitū, quā cū custodit p̄destinatū: ergo uē qđ ex illa damnatione nullū incurrat angelus detrimentum.

Q. late ralis. Iuxta hoc q̄ritur: utrū angelus uelit illum, quē custodit saluari, cū reuelatū est sibi eē præscitū. Si non uult ipsū saluari: ergo vē eū custodire inuite. Si uult: ergo vē qđ uoluntas eius uoluntati diuinæ nō conformetur, nec qđ ēt impleatur. ITEM. Cū custodit p̄scitū: quæro qđ p̄miū ei ex hoc redditur. Substantiale non: constat Accidentale non ut uē: quia illud consistit circa saluationē eorū, quos custodiunt: sicut patet in p̄mio aureola, qđ habent p̄dicatores.

RESOLVTIO.

Minimè: cum pro tanto custoditorum salutem inhiant; pro quanto illi spiritu sancto omnino nō resistunt. Esto quod etiam gloriosissimo eorum statui nulla uergeri possit calamitas.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam ē notandum: qđ circa hoc diuersimodē sentierunt diuersi. Quidam. n. dicere uoluerunt,

qđ angeli beati ex dānatione eorum, quos custodiunt, & si non incurrant detrimentum glorię, concipiunt tamen gemitum misericordię. Quāuis. n. sint ex sublimitate glorię immortales, & impassibiles, non tamen sunt incōpassibiles: & hoc accipiunt ex quodam uerbo Bernar. qui uidetur hoc dicere: & dicunt uerbum Esaiæ superius dictum sic intelligendum esse. Sed tamē illud nō uidetur intelligibile: quomodo aliquis possit cōpati, & non pati: nec illud uidetur probabile, quod angeli aliqua pietate, & misericordia flectantur ad reprobos; cum ipsi maximē zelent iustitiā, & diuinam gloriā: utpotē qui iam confirmati in p̄fecto statu iustitiæ. Propter qđ dicit Greg. in quadam homilia, qđ ad reprobos non habent compassionem iustorum animę. Ait enim sic. Iustorum animæ, & si bonitate naturæ suæ misericordiam habent; iam tamen actoris sui iustitiæ coniunctæ, tanta reuerentia cōstringuntur, ut nulla ad reprobos compassione moueantur (de beatis loquitur.)

ET PROPTER hoc est alia positio: quod angeli custodientes ex damnatione eorum, quos custodiunt, nec concipiunt gemitum nec incurrunt aliquod glorię detrimentum. Gemitum nō concipiunt propter plenitudinē gaudii, quod adeo p̄fectum est, ut nullo modo suscipiat admixtionem contrarii. Detrimētum etiam nō patiuntur propter stabilitatē boni adepti: nihil enim habent quod possint amittere, nec ex parte meriti, nec ex parte præmiū, cum sint in gloria, &

in iustitia confirmari. Et quoniam detrimentum dicit amissionem alicuius boni habitus, ideo ex nullo euentu detrimentum aliquod possunt pati: & concedendæ sunt rationes, quæ ad hoc inducuntur.

AD ILLVD uero, quod obiicitur: quod Deus requirit animam custodiri de manu custodientis. Dicendum, quod uerum est, cum perit propter custodis negligentiam. Et quia in beatis angelis nulla cadit negligentia: ideo de manu ipsorum nullus damnatus requiritur. Et propterea uerbum Origenis, quod sequitur, si simpliciter intelligatur, est falsum. Nullo modo angeli boni culpabuntur, nec in iudicium adducuntur: nisi forte quis dicat hoc debere intelligi, quod adducuntur in iudicium non ad suam condemnationem, sed ad manifestandum quod reprobi ex malitia sua sunt damnati, non ex suorum custodum negligentia. Vel nisi quis intelligat uerbum Origenis, ut angeli dicantur ibi prelati: & per hunc modum uerbum Esaiæ. quod subsequitur potest intelligi, uel exponi, ut angeli pacis dicantur ibi boni prelati. Si tamen quis intelligit de angelis beatis secundum ueritatem, amaritudo fletus non indicat ueritatem doloris, sed aliquam conformitatem indicat in signo, uel effectu exteriori: & potest illud intelligi dictum per antiphrasim: sicut dicitur Deus tactus fuisse dolore cordis intrinsecus. Gene. vii. AD ILLVD, quod obiicitur, quod si oppositum est causa oppositi, &c. Dicendum, quod ista maxima habet instantiam, ubi alterum inest per naturam, siue ad

modum naturæ: sicut & illa opposita nata sunt fieri circa idem: & quoniam angelus beatus est susceptibilis gaudii, sed non tristitiæ, ideo gaudere potest de salute, quamuis non tristetur ex damnatione. AD ILLVD, quod obiicitur: quod frustratio desiderii contristat. Dicendum, quod tunc desiderium frustratur, quando quis aliquid appetit in omnem euentum, siue absolute, & illud non euenit: quando uero appetit sub conditione, & illa conditio non stat, si illud quod appetit, non euenit, propter hoc non dicitur desiderium frustrari: & sic est in proposito. Nam angelus appetit eum, quem custodit beatificari, si ipse uoluerit fideliter adherere Christo: & hoc nunquam fallit quin eueniat: & quia ille qui damnatur, recedit ab apposita conditione, ideo in desiderio angeli nullam ponit frustrationem, dum non ad id peruenit, quod sibi angelus appetebat.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod ex nostra saluatione crescit angelorum premium. Dicendum, quod uerum est, quod crescit premium accidentale: non tamen sequitur ex hoc, quod ex defectu salutis incurrant angeli detrimentum, uel damnum: quia detrimentum, uel damnum est respectu rei iam habentis. Si autem sit respectu rei habendæ, hoc solum est quando ex impedimento aliqua remanet indigentia, & imperfectio in eo, qui impeditur. Sic autem non est in proposito. Quia quantumcunque ille, qui custoditur, dānetur: nihilominus angelus habet suum premium saluum, & quantum ad

gau.

gaudium, quod habet in Deo, & quantum ad gaudium, quod habet in seipso, siue de bono proprio. Gaudebit enim de bonis operibus, quæ circa illum fecit, quem custodiuit. Et quantum etiam ad gaudium, quod habet in altero: quia cum unus cadit, alter coronam suam accipit: sicut fuit expositum in Primo Libro. Ideo, & si ruina angelica non reparatur ex illo, quem custodit, reparabit tamen ex alio. Quamuis ergo propter culpam illius ne de eo gaudeat, patiatur impedimentum, & ex tali tropo fortassis dicat Origenes ipsum esse culpandum: nullum tamen ex hoc incurrit detrimentum. AD ILLVD, quod obiicitur: quod angelus malus gaudet de damnatione: ergo, &c. Dicendum, quod non est simile. Quia sicut non est reperire malum omnino impermixtum bono: est tamen reperire bonum omnino impermixtum malo: sic reprobatio angelorum aliquo modo admittit gaudium, licet impurum, sed perfecta beatitudo nullum patitur secum tormentum, uel gemitum. Ex predictis patet illa duo, quæ ultimo quærebantur. scilicet de uoluntate, & premio angelorum custodientium malos. Voluntatem malos, quos nouerunt esse preceptos, uoluntate absoluta dānari: quantum autem in se est, uellent eos saluari: & ideo non custodiunt inuicem. Quia quāuis sciant se frustra laborare ad perducendum eos ad salutem: tamen sciunt se fructuose laborare in hoc quod retrahunt, ne incurrant maiorem damnationem. QUADRUPLEX enim consuevit principalis esse usus custodiae angelicæ assigna-

ri circa animas. Unus est, ut proficiat anima in bonum gratiæ. Alius, ut non cadat in malum culpe. Tertius est, si cadat, quod postmodum resurgat. Quartus, ne totiens, uel in tantum malum cadat, quotiens, uel ad quantum aduersarius incitat. Posset tamen aliter dici: quod non est angelis reuelatum, qui ex eis, quos custodiunt, saluari debeant, uel damnari: hoc tamen non est certum. De premio uero dicendum: quod sicut duplex est finis artificis, unus in se, & alter in alio: sicut patet in rhetore, cuius finis est loqui ornate, & hic finis est in se: & alter alii persuadere, & sic est finis in alio: Sic etiam duplex est premium angeli accidentale: unum quo gaudet de bonis operibus, quæ fecit: aliud quo gaudet de salute eius quem custodiuit. Et quem admodum artifex si habet finem primum, & caret secundo, nihilominus perfecte dicitur habere methodum: si ex contingentibus nihil omisit: sic angelus, qui fideliter custodiuit eum, qui ex sua culpa damnatur, perfectum habet premium, & meritum: dum de bonis suis operibus gloriatur. Gaudium autem illud, quod est de multiplicatione bonorum operum, non est premium substantiale, cum non sit de summo bono, sed accidentale: nec tamen est aureola, quia non

omne premium accidentale est aureola, sed illud solum, quod habet preexcellenciam.

DISTINCTIO XII.

De corporalis creaturæ conditione quantum ad principiū materiale, quæ productio dicitur creatio.



Ac de angelicæ naturæ conditione dicta sufficiat.

Nunc superest de aliarū quoq; rerū creatione, ac præcipue de operum sex dierum distinctione non nulla in medium proferre. Cum Deus in sapiētia

sua angelicos cōdidit spiritus, alia etiam creauit, sicut ostendit supradicta scriptura Gene. quæ dicit, In principio Deum creasse cælum, i. angelos, et terram, s. materiam quatuor elementorum adhuc confusam & informem, quæ a Grecis dicta est chaos, & hæc fuit ante omnem diem. Deinde elementa distinxit Deus, & species proprias atque distinctas singulis rebus secundū genus suum dedit: quæ non simul, vt quibusdam sanctorum patrum placuit, sed per interualla temporū ac sex volumina dierum, vt alijs visum est, formauit

Gen. 1.
Angu.
Hiero.
Greg. et
Beda.

Quid doctores sancti de ordine creationis rerū senserint?

Quidam nanque sanctorum patrum, qui verba Dei atque arcana excellenter scrutati sunt, super hoc quasi aduersa scripsisse videntur. Alij quidem tradiderunt omnia simul in materia & forma fuisse creata: quod Augustinus sensisse videtur. Alij verò hoc magis probauerunt ac asseruerunt, vt prima materia rudis atque informis, quatuor elementorum commixtionē atque confusionem tenens, creata sit: postmodum verò per interualla sex dierum ex illa materia rerum corporalium genera sint formata secundum species proprias. Quam sententiam Gregor. Hierony. & Beda alijsque plures commendant ac præferunt. Quæ etiā scripturæ Geneleos (vnde prima huius rei ad nos manauit cognitio) magis congruere videtur.

Sup Ge
ne. li. 1.
cap. 15.
Hier. in
quibus
in Gen.
Tom. 3.

Gre. li.
32. mo
ra. 6. 10.

Quomodo per interualla temporis res corporales.

Secundum hanc itaque traditionem, ordinem, atque modum creationis formationisque rerum inspiciamus. Sicut supra memoratum est. In principio creauit Deus cælum, id est, angelicam naturam, sed adhuc informem, vt quibusdam placet. Et terram, id est, illam confusam materiam

Dist. 2.
lib.

quatuor

DISTINCTIO XII.

quatuor elementorum, quam nomine terra, ut August. ait Lib. de contra Manicheos, ideo appellauit Moyses: quia terra inter omnia elementa minus est speciosa: & illa inanis erat, & incomposita propter omnium elementorum commixtionem. Eandem etiam uocat abyssum dicens, Et tenebræ erāt super faciem abyssi, &c. quia confusa erat & commixta, specie distincta carens. Eadem etiam materia informis dicta est aqua, super quam ferebatur spiritus domini, sicut superfertur fabricandis rebus uoluntas artificis: quia subiacebat bonæ uoluntati creatoris, quod formandum perficiendumque inchoauerat: qui sicut dominus & cōditor præerat fluitanti & confusæ materiæ, ut distingueret per species uarias, quando uellet, & sicut uellet. Hæc ergo ideo dicta est aqua: quia omnia, quæ in terra nascuntur siue animalia, siue arborcs, uel herba & similia, ab humore incipiunt formari atque nutriri. His omnibus uocabulis uocata est illa informis materia, ut res ignota notis uocabulis insinuaretur imperitijs, & non uno tantum: nam si uno tantum significaretur uocabulo, hoc esse putaretur, quod cōsueuerāt homines in illo uocabulo intelligere. Sub his ergo nominibus significata est materia illa confusa & informis, quæ nulla specie cerni ac tractari poterat, id est nominibus uisibilium rerum, quæ inde futuræ erant propter infirmitatem paruulorum, qui minus idonei sunt inuisibilia comprehendere: & tunc erant tenebræ, id est, lucis absentia. Nō enim tenebræ aliquid sunt, sed ipsa lucis absentia: sicut silentium non aliqua res est, sed ubi sonus non est, silentium dicitur. Et nuditas non aliqua res est, sed in corpore ubi tegumentum non est, nuditas dicitur: sicut & inanitas non est aliquid: sed inanis dicitur locus esse, ubi non est corpus, & inanitas est absentia corporis.

Cap. 5.
Ibid. 4.
tom. 6.
lib. com
tra epi.
Mani.
cap. 3.

Quo sensu tenebræ dicantur non esse aliquid, & quo dicantur esse aliquid.

Attende quia hic Augustinus tenebras dicit non esse aliquid, cum alibi tenebræ inter creaturas ponantur, quæ benedicunt Dominum. Vnde dicitur, Benedicite lux & tenebræ Domino. Ideoque sciendum est tenebras diuersis modis

Z 4 accipit

accipi. s. uel pro lucis absentia, qualiter supra accepit August. iuxta quam acceptionem non sunt aliquid: ut pro aere obscurato, siue aeris obscura qualitate, et secundum hoc aliqua res creata sunt. Ideo ergo dicit tenebras tunc fuisse super faciem abyssi, quia nondum erat lux: quae si esset, & superesset, & superfunderetur: sed nondum lucis gratia opus suum Deus venustauerat, quae postea in primo die formata est.

Cur materia illa informis dicta sit: & quantum in altitudine ascenderit.

De qua re priusquam tractemus, duo nobis discutienda occurrunt. Primum, quare illa materia confusa informis dicitur: an quia omni forma caruerit, an propter aliud. Secundo, ubi ad se prodierit, & quantum in altum ascenderit. Ad illud ergo, quod primo positum est, breuiter respondentes, dicimus illam primam materiam non ideo dictam fore informem, quod nullam omnino formam habuerit: quia non aliquid corporeum tale existere potest, quod nullam habeat formam: sed ideo non absurde informem appellari posse dicimus, quia in confusione, & permixtione quadam subsistens, nondum pulchram, apertamque, & distinctam receperat formam qualemodi cernimus. Facta est ergo illa materia in forma confusionsis ante formam dispositionis. In forma confusionsis prius omnia corporalia materialiter simul, & semel sunt creata: postmodum in forma dispositionis sex diebus sunt ordinata. Ecce absolutum est, quod primo in discussione propositum fuit, scilicet quare illa materia dicatur informis.

Responsio ad secundum partem propositae quaestionis.

Nunc superest, quod secundo proponebatur explicare, ubi scilicet illa materia substiterit, & quantum in altitudine porrigebatur. Ad quod (nihil temere asserentes) dicimus, quod illa prima rerum omnium moles, quando creata est, ibidem adesse videtur produsse, ubi nunc formata subsistit. Eratque terreum hoc elementum in uno loco, eodemque medio subsistens, ceteris tribus in una confusione permixtis: eisdemque circumquaque in modo cuiusdam nebulae † oppressis ita obuolutum erat, ut apparere non

† oppā
sis.

posset

posset, quod fuit illa uero tria in una permixtione confusa circumquaque suspensa, eoque in altum porrigebatur quousque nunc summitas corporeae naturae pertingit. Et sicut quibusdam uidetur, ultra locum firmamenti extendebatur illa moles, quae in inferiori parte spissior, atque grossior erat: in superiori uero, rarior, ac leuior, atque subtilior existebat: de qua rariori substantia putant quidam fuisse aquas, quae super firmamentum esse dicuntur. Talis fuit mundi facies in principio, priusquam reciperet formam, uel dispositionem.

Bed. cir
ca illud
Gen. 1.
Et tene
brae e-
rant su-
per etc.


Qualis fuit mundi facies in ipso primordio.

Nunc superest, ut dispositionem illam qualiter perfecta sit, ordine prosequamur. Sex diebus, sicut docet scriptura Genesis, distinxit Deus, & in formas redegit proprias cuncta, quae simul materialiter fecerat. Profecitque opus suum in die sexto: & sic deinde die septimo requieuit ab omni opere suo, idest, cessauit nouam creaturam facere. Sex enim diebus sex rerum genera distinxit, nihilque postea fecit, quod in aliquo illorum non contineatur: operatus est, tamen postea, sicut ueritas in Euangelio, ait, Pater meus operatur usque nunc, & ego operor illud.

De quatuor modis diuinae operationis.

Quatuor enim modis, ut ait Alcuinus super Genesim, operatur Deus. Primo, in uerbo omnia disponendo. Secundo, in materia informi quatuor elementorum, de nihilo eam creando: unde, Qui uiuit in aeternum creauit omnia simul. Omnia, scilicet elementa, uel omnia corpora materialiter simul creauit. Tertio, per opera sex dierum varias distinxit creaturas. Quarto, ex primordialibus seminibus non incognitae oriuntur naturae, sed notae sed saepius reformantur, ne pereant.

Eccl. 18



Vpra egit Magister de conditione naturae spiritalis: in hac secunda parte agit de conditione corporalis. Et quoniam creaturae corporalis duo sunt principia, uidelicet materiale, & for-

male: ideo pars ista habet duas. In prima agit de productione corporalis creaturae quantum ad principium materiale: & haec productio dicitur creatio. In secunda agit de productione ipsius quantum ad principium formale;

male: & hæc productio dicitur distinctio, infra Dist. 13. *Prima autem distinctionis operatio fuit, &c.*) Prima pars continet præsentem Distinc. in qua intendit agere de materiæ rerum corporalium productione. Et quoniã circa productionē materiæ corporalis duæ fuerunt solemnes opiniones: ideo pars illa duas habet. In prima unam ex illis eligit. In secunda iuxta illam opinionem de materia illa tractat, & inquit, ibi. *De quare priusquam tractemus, &c.*) Prima pars habet quatuor particulas: In prima dicta dicendis continuat. In secunda diuersas sanctorum opiniones circa productionem materiæ corporalium explicat, ibi. *Quidam nanque sanctorum, &c.*) In tertia alteram ex illis opinionem eligit, & explanat, ibi. *Secundum hanc itaque traditionem, &c.*) In quarta, & ultima quoddam dubium determinat, ibi. *Attende, quia hic dicit Aug. &c.*) Similiter secunda pars principalis, in qua de ipsa materia secundum opinionem plus electam inquit, quatuor habet partes. In prima determinat qualiter fuerit informis, & confusa. In secunda determinat, ubi fuerit locata, ibi. *Nunc superest, quod secundo proponebatur, &c.*) In tertia uerò anticipando determinat, quibus diebus, uel in quot fuerit distincta, ibi. *Nunc superest, ut distinctio nem, &c.*) Quarto uerò, & ultimo auctoritate Alcuini confirmat, ibi. *Quatuor enim modis, ut dicit Alcuinus.*

Dub. I. *Illam confusam materiam quatuor elementorum, &c.*) Contra hoc, uidetur esse, quod dicit Ha-

go, Per terram hoc elementum terræ signari puto, cum dicitur. In principio creauit Deus cœlum, & terram; ergo non uidetur signare illam materiam informem in sua generalitate. Item. Si per terram signatur materia informis, cum in illa conuenit cœlum, & terra, uidetur, quod non bene distinguatur illa duo. Iuxta hoc est quæstio, propter quid istis tribus nominibus illa informis materia appellatur, scilicet nomine terræ, abyssi, & aquæ; cum non magis esset ibi de ratione terræ, & aquæ, quam ignis, uel aeris. Resp. Dicendum, quod & si multæ sint expositiones huius uerbi, In principio creauit Deus cœlum, & terram: quatuor tamen sunt principales; & secundum has differenter exponitur nomen terræ. Vna expositio, quod cœlum, & terram unam & eandem materiam nominant, scilicet materiam informem omnium corporalium; prout tamen de ipsa debebant fieri duorum corporum genera, scilicet cœlestia, & elementaria: ut sit sensus. In principio creauit Deus cœlum, & terram, id est materiam ex qua debebat fieri cœlum, & omnia elementa: & ista expositio confirmatur per subsequenter litteram. Subsequenter enim exprimitur, qualiter factum est cœlum, & qualiter facta est terra. Alia uerò expositio est ab hac expositione ualde longinqua: quia nomine cœli uult intelligere naturam spirituales: nomine terræ naturam corporalem: ut sit sensus. In principio creauit Deus cœlum, & terram, id est angelicam naturam, & materiam primam.

mam: & hæc expositio confirmatur per litteram sequentem: quia in secundo die productio cœli corporei exprimitur: ergo in principio temporis, si qua fuit productio cœli, non fuit cœli corporalis: sed spiritualis. Tertia expositio quasi media inter has duas est expositio Hugonis, qui dicit per terram intelligi terrenum elementum, & per cœlum tria alia elementa, quæ similiter super terram circum quaque in modum nebulae erant expansa, & in una confusione permixta, siue potius in una permixtione confusa circum quaque suspensa, quæ eousque in altum protendebatur, quousque nunc summitas corporeæ nature pertingit: & illud uidetur similiter per litteram sequentem confirmari. Quarta expositio, quæ communior est, secundum expositores planior est, quod per cœlum intelligatur cœlum empyreum, quod est angelorum habitaculum, in quo angeli sunt creati: per terram uero materiam omnium corporum intra ipsum contentorum, siue cœlestium, siue terrestrium. Hæc expositio sequenti litteræ concordat, quia exprimit de illa materia facta esse corpora cœlestia, & elementaria. Et si tu quæras, quare illa duo distinguit, plana est responsio: quia cœlum empyreum completum erat immutabile, & habebat mensurari æternitate cum suis contentis: materia uerò illa incompleta erat, & subiecta mutabilitati, tam ipsa, quam ea, quæ ex ipsa futura erant: & ideo debebat mensurari tempore. Et per hoc patet, quod scriptura distinxit illa duo ualde rationabi-

liter, & eleganter, cum in prima conditione diuersas haberet mensuras, secundum quas adinuicem differrent, siue eorum differentiæ innotescerent, & per hoc patent duo obiecta prima. Ad illud, quod queritur: quare his tribus nominibus appellata est. Dicendum, quod & si ad hoc satis sufficienter respondeat Magister in litera, potest tamen dici, quod insinuatur ipsa materia informis istis tribus nominibus sub triplici conditione se habere in comparatione ad formam. Ipsa enim materia dat formæ fixationem: & propter hoc appellatur nomine terre, quæ inter cetera elementa plus habet de stabilitate. Ipsa etiam materia a forma recipit speciositatem, & completionem, & per se est quasi tenebra: & ideo signatur nomine abyssi tenebrosæ. Ipsa quoque materia ad formam habet aptitudinem, & inclinationem: & ita quandam fluxionem, quæ signatur nomine aquæ.

Non enim tenebræ aliquid sunt, Dub. 2. &c.) Contra si tenebra nihil est: ergo non est alicubi; ergo non uidetur, quod essent super faciem abyssi. Item. Tenebra nihil dicit, nisi negationem presentis lucis corporalis; cum ergo ab æterno esset uerum dicere, quod lux corporalis non erat; ab æterno, esset uerum dicere, quod esset tenebra; quod falsum est. Item. Si tenebra nihil est, & quod nihil est, non potest ab alio diuidi: ergo non potuit tenebra diuidi a luce, cuius contrarium habetur in litera Genes. Item. Si tenebra nihil est, & quod nihil est, non benedicit dominum; ergo

ergo tenebræ non benedicunt Domino. Respon. Dicendum, quod tenebræ semper accipiuntur priuatiuè: & quoniam priuatio relinquit constantiam alicuius subiecti, tenebra semper aliquid præsupponit in obliquo: nunquam enim est tenebra, nisi sit aliquid, quod tenebretur. Vnde quia tenebra non dicit tantum non existentiam lucis: sed etiam cum hoc addit aptitudinè corporis illuminabilis: quia ergo tenebra priuationem dicit, ideo dicitur esse facta: quia uerò aliquid ponit in obliquo: ideo non est æterna. Si ergo alicubi dicatur, quod tenebra nihil est, hoc dicitur quantum ad illud, quod dicit tenebram in recto: sicut dicitur, cæcitas nihil est. Si uerò dicatur, quod tenebræ aliquid sunt, uel quod diuisæ sunt, uel quod benedicunt dominū: hoc dicitur ratione eius, circa, quod sunt: & sic patent obiecta. Sed adhuc posset obiici, quod habitus naturaliter præcedit priuationem: ergo si tenebra dicit priuationem luminis, prius fuit lux, quam essent tenebræ. Præterea. Nox est differentia temporis: ergo non est priuatio pura: sed scriptura dicit, quod tenebras appellauit noctem: ergo uidetur, quod falsum dicat, cum dicit, quod tenebræ non aliquid sunt. Et propterea oportet distinguere, quod tenebra dupliciter potest importare priuationem. Vno modo, quia simpliciter dicit lucis absentiam, & hoc modo non sequitur lucem: & sic nihil est formaliter loquendo. Sic etiam intelligit scriptura, quod tenebræ erant super faciem abyssi: & sic intelligit. August. cum dicit, tenebræ non aliquid sunt. Alio modo tenebra dicit priuationem lucis in una parte cum positione illuminationis in alia: & hoc modo tenebra appellatur umbra, quæ resultat ex obiecto corporis opaci, & sic tenebra & si aliquo modo sit priuatio, non tamen priuatio pura: & per hunc modum accipiēdo, a luce dicitur esse diuisa, & signatur nomine noctis, & inuitatur ad laudem creatoris, & cōsequitur habitum lucis.

si: & sic intelligit. August. cum dicit, tenebræ non aliquid sunt. Alio modo tenebra dicit priuationem lucis in una parte cum positione illuminationis in alia: & hoc modo tenebra appellatur umbra, quæ resultat ex obiecto corporis opaci, & sic tenebra & si aliquo modo sit priuatio, non tamen priuatio pura: & per hunc modum accipiēdo, a luce dicitur esse diuisa, & signatur nomine noctis, & inuitatur ad laudem creatoris, & cōsequitur habitum lucis.

Deus operatur primo in uerbo omnia disponendo, &c.) Contra. Dub. 3. Omni operationi respondet aliquis effectus: ergo si Deus operatur omnia disponendo in uerbo, cum operatio ista fuit ab æterno, uidetur, quod multa produxit ab æterno. Item. In sapientie operatore dispositio præcedit operationem: ergo cū Deus sit sapiens in omnibus operibus suis, uidetur, quod nulla eius operatio debeat dici dispositio. Respond. Dicendum, quod Alcuinus indiget hoc pro exposito. Multum enim loquitur improprie, dum ipsam æternam dispositionem uocat operationem: ipse enim extendit nomen operationis ad omnem productionem. Sed quoniam pater generando, & producendo uerbum omnia in ipso disposuit: ideo largo modo, sed improprie ipsum ab æterno disponendo, in filio operari dicitur.

Dub. 3.

AR.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An materia corporaliū creata sit in omnimoda possibilitate absque omniforma?



Ad intelligētiā huius partis secundum duo, quæ Magister determinat deiformi materia corporaliū: circa duo hic incidit dubitatio. Primo circa materiæ informitatem. Secundo uero circa eius quantitatem. Circa primum queruntur tria. Primo queritur, utrum materia corporaliū creata sit in omnimoda possibilitate. Secundo, utrum creata sit in perfecta actualitate. Tertio, utrum creata sit sub aliqua formarum diuersitate.

CIRCA quam sic proceditur, & ostenditur, quod materia creata sit in omnimoda possibilitate, ita quod nullā haberet formam. Primo per Augustinum in libro de symbolo, qui ait sic. Primo omnium formarū capacitas data est, ut ordinatissimo Dei munere cætera formarentur, quæ formata sunt: ergo uidetur, quod in materia secundum quod primo condita fuit, fuerit solū formarum capacitas, & nulla forma. Item. Augustinus in 1. 2. lib. confess. Nonne tu domine docuisti me? quia prius quam istam informem materiā formares, atque distingueres, non erat aliquid, non color, non figura, non corpus, non spiritus: tamen non omnino nihil erat informitas sine ulla specie? Et post. Illud totum prope nihil erat: quoniam adhuc omnino informe erat: iam tamen erat

quod formari poterat. Et his duobus uerbis expresse colligitur, quod materia corporū sub omnimoda informitate, & possibilitate pducta fuerit. Item. Quod illud sit possibile, uidetur. Hoc autem possibile est prius esse sine posteriori: sed materia prior est omni forma: ergo possibile fuit eam fieri absque omni forma. Item. Ad rerū conditionē cōcurrunt duplex potētia. scilicet potētia actiua, & potentia passiua, uel potētia agentis, & potentia materiæ: sed possibile est potentiam agentis præcedere effectū & naturā, & durationem: ergo possibile est, quod possibilitas, uel capacitas materiæ natura, & duratione præexistat omni formæ. Item. Quod illud sit congruū, uidetur sic. Si aliquid unū reperitur in uniuerso, quod constitutū est ex pluribus naturis, & alterā illarū est per se inuenire: similiter contingit per se inuenire & reliquam; ad hoc, quod uniuersitas sit cōpleta. Sed res mundanæ per materiā cōponuntur, & formā: & est inuenire purā formā, in qua nihil est de possibilitate materiæ, utpote deū: ergo erit reperire purā materiā, in qua nihil erit de actualitate formæ: sed hoc non fuit nisi in mūdi exordio: ergo uidetur, quod materia pducta sit sine omni forma. Item. Deus est agens ordinatissimum: ergo ab extremo ad extremū puenit per mediū, sed medium inter omnino non ens, & ens in actu est ens omnino in potentia: ergo uidetur, quod Deus in productione rerum prius de non ente fecit ens in potentia, quam produxerit aliquam formam.

Hoc autem gumen- tū ma- gnificis Scot. 9. 2. huius distio.

AD

AD OPPOSITVM. Hugo in libro de sacramentis. Credo illā primam materiam non ideo di-

Lib. 1. par. 1. cap. 4. *Ex. 1. Phys.* *Cap. 11* *cap. 12* *cap. 12*

stam informem fore; quia nullo modo omnino formam habuerit; quia nunquam aliquid tale corporeum existere potest, & hoc idem Magister dicit in littera ITEM. Boetius. Omne esse est a forma sed omne quod creatur, statim post creationem est: ergo uel est forma, uel habet formam. Si igitur materia prima creata fuit: uel fuit forma, uel habuit formam in suae educationis principio: sed non fuit forma, ergo &c. ITEM. Philos. Impossibile est materiam separari ab omni forma: sed si materia tempore praexistet omni formae, posset ab ea separari: ergo non fuit creata in carentia omnis formae. ITEM. Vnitas, bonitas, ueritas; siue modus, species, & ordo sunt in rebus ex parte principii formalis: sed impossibile est aliquid esse, uel produci, in quo non sit uestigium creatoris: ergo impossibile est, quod aliquid educatur carente omni forma. ITEM. Si materia illa careret omni forma, ergo & omni accidere: ergo non haberet extendi, nec locari, nec esse in motu, nec in quiete: sed nihil tale in rerum natura potest existere: ergo materia non potuit in sui conditione omni forma carere. ITEM. Materia hoc ipsum quod est, dicitur esse ad formam: ergo essentialiter habet dependentiam a forma, si ergo impossibile est aliquid separari ab eo quod essentialiter sibi inheret, impossibile est materiam praeter omnem formam existere.

RESOLVTIO.

Materia prima non fuit creata sine omni forma, uel in omnimoda possibilitate: sic enim existere non posset in natura.

RESP. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod dupliciter est loqui de materia. Aut secundum quod existit in natura, aut secundum quod consideratur ab anima. Si secundum quod consideratur ab anima: sic potest considerari informis, siue per priuationem formae distinctae, siue per priuationem etiam omnis formae, & sic docet Aug. 12. Confes. essentiam materiae intelligere. Nam materia secundum sui essentiam est informis per possibilitatem omnimodam: & dum sic consideratur, formarum ipsa capacitas, siue possibilitas est sibi pro forma. Est iterum loqui de materia secundum quod habet esse in natura, & sic nunquam est praeter locum, & tempus, siue praeter quietem, & motum; & hoc modo non solummodo non congruit, imo etiam impossibile est materiam informem existere per priuationem omnis formae. Et hoc est quod dicit Magister, & Hugo de sancto Victore: & omnes in hoc tractatores consenserunt; quod illa materia, quae primo producta est per creationem, non fuit in omnimoda possibilitate, siue in carentia omnis formae: unde concedendae sunt rationes ad hanc partem inductae.

AD ILLVD, quod obiicit, quod primo facta est omnium capacitas; & similiter de eo quod dicitur in 12. Confes. Dicendum, quod Aug. loquitur de prioritate naturae, non de prioritate durationis. Secundum enim ordinem

naturae

sup. Genes. ad litteram cap. 11

naturae prius est materia omnimode in potentia, quam sit sub aliqua forma, & ita omnimode informis, quam aliquo modo formata: quia formationem habet aliunde, sed informitatem, & possibilitatem habet ex propria natura: non tamen potest esse prior duratione. Nunquam enim informitas est, nisi per aliquam formam: nec possibilitas nisi per aliquem actum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod prius potest esse sine posteriori. Dicendum, quod illud non habet ueritatem, quando prius a posteriori dependet, uel quando ad ipsum necessariam habet originem, uel etiam quando illud, quod est prius in una consideratione, posterius est in altera: omnibus his de causis fallit praedicta ratio in proposito. Materia enim a forma dependet, & ad ipsam habet necessariam ordinationem, & quamuis sit prior productione, siue generatione posterior est tamen in completionem. AD ILLVD, quod obiicitur de potentia agentis, & materiae. Dicendum, quod non est simile, quia potentia agentis non sic dependet, & completur per effectum, sicut potentia materiae dependet, & completur per actum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod est reperire formam per se, ergo & materiam. Dicendum, quod propositio illa non habet necessitatem, sed solum congruentiam. Peccatum est etiam in assumptione: quia forma illa, quae cum materia facit compositum, nunquam sine materia reperitur. Cum enim dicitur, Deus est pure forma: aequiuocatur nomen formae, quia

non dicitur ibi forma prout est perfectio materiae: sed forma nominat ibi essentiam, quae habet esse in omnimoda actualitate, & completionem, & nullo modo potest peruenire ad alterius compositionem. AD ILLVD, quod obiicitur de ordine in productione. Dicendum, quod ad hoc, quod seruetur ordo in productione, non oportet, quod quaecunque habent ordinem naturae, habeant ordinem durationis successiue: contra hoc enim innumerabiles sunt instantiae: & ideo quauis ens in potentia simpliciter inter non ens, & ens actu sit medium: non oportet tamen, quod duratione sequatur unum, & praecedat alterum.

QVAESTIO II.

An materia producta sit in perfecta actualitate.

VT RVM materia illa producta sit in perfecta actualitate. Et quod sic, uidetur primo per text. Gen. 2. Iste sunt generationes caeli, & terrae in die, quae creauit Deus caelum, & terram & omne uirgultum agri, &c. ergo in eodem die producta sunt, quae prius dixit per sex dierum numerum fuisse distincta. ITEM. Eccl. 18. Qui uiuit in aeternum, creauit omnia simul. Si omnia simul sunt creata: ergo corporalia, & spiritualia, & omnis corporaliu differentia. ITEM. Iob. 40. Ecce Behemoth, quem feci tecum. Sed Behemoth est angelus primo factus, & homo ultimo die factus: ergo omnia simul facta sunt. His auctoritatibus arguit Augustinus pro sua opinione in hac parte. ITEM. hoc ipsum ostendit ratione. Ab agente

te perfectæ potentia debet exire effectus secundum quod magis est manifestatiuus summæ potentia: sed maioris potentia est posse simul omnia producere, quam successiue: ergo magis est declaratiua diuinæ potentia productio materia cum perfecta actualitate formæ simul & semel sibi collata, quã post modum ex illa successiue educte: si ergo Deus operatur secundum quod eius potentiam magis decet, uidetur &c. **ITEM.** Perfecte sapientis est ordinate operari: ergo si confusio repugnat ordinationi, uidetur quod Deus nihil produxerit cum confusione: cum sit perfecte sapiens: produxit igitur sub ordine: sed ordo præsupponit distinctionem: ergo &c. **ITEM.** Perfectio effectus attestatur perfectæ bonitati inefficiente: si ergo Deus est bonitatis perfectissimæ, uidetur quod statim cum produxit materiã, debuit ipsam formis plene perficere, cum ipse hoc posset, & materiam etiam exigeret. **SITV** dicat, quod hoc non concludit, quod statim debuit perficere: sed quod ex rationabili causa & potuit, & debuit differre, Obicitur contra hoc, quia natura, & ars operantur, quam citius potest: & de excellentia uirtutis, & bonitatis est quod effectum suum compleat uelociter. Si ergo tam natura, quam ars est imitatrix diuinæ artis, & uirtutis, uidetur quod deus cum statim complere potuerit, quod nulla temporis mora uel durationis distulerit.

SED CONTRA. Primo per text. Gen. arguitur ubi dicitur quod per sex dierum spatium cõ-

pleuit dominus opus, quod inchoauerat: ergo uidetur quod non subito materia sit in perfecta actualitate producta secundum sacræ scripturæ sententiã. Si igitur maior est huius scripturæ auctoritas, quam omnis humani ingenii perspicacitas (ut dicit Aug.) magis standum est huic sententiæ, quam omni persuasioni humanæ. Si tu dicas quod rudibus loquebatur legislator, nec potuit simul dicere, quod simul potuit Deus facere, neutra istarum responsionum uidetur sufficiens, quia propter ruditatẽ auditoris non debet ei dare aliquid occasionem deceptionis. Moyses autem bene nouerat quod ipsi uerba eius ad literam intelligerent: ergo scienter docebat eos id, unde possent decipi, & errare. **ITEM.** Quamuis simul nõ potuit omnia dicere, & opera illa exprimere, tamen potuit exprimere simul oĩa facta esse. **ITEM.** Chryf. super Ioh. hom. xxii. quod simul extitit per substantiam materia, non simul apparuit per speciem formæ: ergo non uidetur quod simul producta sit sub formis. **AD HOC** sunt auctoritates communiter sanctorum, & doctorum, ut Ambr. Hier. Greg. Basil. Dion. & Damasc. & aliorum plurimum tam Græcorum, quam Latinorum. **ITEM.** Per rationẽ uidetur hoc ipsum. Quamuis deus posset statim hominẽ in beatitudine collocare, & uniuersum in ea perfectione, in qua erit post iudiciũ, facere: maluit tamen ordinem seruare non solum in mudi existentiã, sed etiam in decursu, quia efficacius sic manifestatur eius sapien-

sapiẽtia: ergo similiter uidetur, quod in primario rerum exitu non tantummodo seruauerit ordinem, quantum ad ipsum esse, sed etiam quantum ad ipsum producere, siue facere: ergo non uidetur, quod omnia simul produxerit, sed successiue. **ITEM.** Diuina potẽtia nõ tñ manifestat in productione formæ, sed etiam tantum, & amplius manifestatur in educatione materia: materia autem secundum maiore sui capacitatem magis declarat efficientis potestatem. Sed tanto maior est capacitas in materia, quanto maior est in ea informitas: si ergo ad manifestationẽ diuinæ potentia debuit materia produci capax: secundum, quod erat possibile, uidetur quod Deus debuit eam producere in tanta informitate, in quanta materia posset aliquo modo subsistere: ergo non sub perfecta formarum distinctione. **ITEM.** Impossibile est dies materiales simul esse: ergo impossibile est hoc intelligere, quod Deus simul oĩa produxerit, & tamen ea produxit per sex dies. Oportet ergo secundum positionem, quæ ponit, omnia simul esse producta, senarium illum dierum intelligere spiritualiter, & ita lucẽ spirituatẽ, & noctem spiritualẽ. Ergo si hæc omnia simul producta sunt, in primo instanti diuisa est lux a tenebris, id est boni angeli a malis: ergo non fuit mora inter creationẽ, & lapsũ, quod est supra improbatum, & ostensum est esse contra Aug. **ITEM.** Cum sacra scriptura ordinat opera sex dierum, aut ordinat quantum ad ordinẽ duratio-

nis, aut quantum ad ordinẽ naturæ, aut quantum ad ordinem dignitatis. Si quantum ad ordinem dignitatis: ergo cum homo sit dignissima creaturarum, debuit eius productio attribui primæ dici. Si quantum ad ordinẽ naturæ: ergo productio solis, & lunæ fuit ante productionẽ planetarum, & herbarum. Restat igitur hoc esse dictum quantum ad ordinem temporis, siue durationis.

RESOLVTIO.

Quidquid humanae rationi uideatur, sacre literæ testantur: Deum materiam primam non perfecte statim formatam creasse.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam notandum est, quod circa hanc quæstionem diuersæ sunt sanctorum opiniones. Quidam enim sancti in hac quæstione magis secuti sunt uiam theologicã, trahentes rationem ad ea, quæ sunt fidei. Quidam uero (inter quos præcipuus fuit Aug.) magis secuti sunt uiam philosophicã: quæ illa ponit, quæ uidentur magis rationi cõsona: unde & intellectum scripturæ trahit ad rationis confirmationem, & attestationem. Vnde cum uideatur rationabilius, a summa potentia omnia produci simul, & mora tẽporis interiacentis nullius uideatur esse utilitatis, uel necessitatis: posuit omnia simul esse producta: suam positionem confirmans per auctoritates sacræ scripturæ, & exponens illud, quod uidetur sibi contradicere, uidelicet de dierum distinctione: ostendens, quod illi dies nõ fuerunt dies materiales, sed potius spirituales, qui oēs simul potuerunt

esse, & hæc positio multum fuit rationabilis, & valde subtilis. Verum tamen quia ad hanc positionem videtur intellectus scripturæ distrahi, & securius est, & magis meritorium intellectum nostrum, & rationem omnino scripturæ supponere, quam ipsam aliquo modo distrahere: ideo cõiter aliqui doctores, & qui præcesserunt Aug. & qui secuti sunt: sic intellexerunt, & posuerunt sicut textus in litera sacrae scripturæ. Gene. sonare videtur. Vnde posuerunt omnia materialia, & corporalia simul esse creata in materia, sed per senarium dierum esse distincta in forma. Hanc positionem, & si minus uideatur rationabilis quam alia, non tamen est irrationabile sustinere. Quamuis enim ratio non percipiat huius positionis congruitatem, prout considerationi suæ innititur, precipit tamen prout sub lumine fidei captiuatur. Est enim huius successiuæ formationis, & distinctionis ratio quadruplex, uidelicet literalis, moralis, allegorica, & anagogica. Literalis: in hoc quod Deus non tantum intendit facere, quantum potest; quantum etiam communicare creaturæ, quantum potest recipere. Vnde cum possit dare beatitudinem absque meritis, uult tamen quod mereamur. Sic cum possit statim perficere materiam, maluit tamen ipsam sub quadam informitate, & imperfectione facere, ut ex sua imperfectione quasi materia ad Deum clamaret ut ipsam perficeret, & hoc idem uoluit per senarium dierum differre, ut in positione numeri simul ostenderetur perfectio uniuersi. Secun-

dum enim Arithmeticum, senarius est numerus perfectus, quia constat ex omnibus suis partibus aliquotis, ita quod non deficit nec excrescit. Partes autem aliquotæ dicuntur, quæ sumptæ aliquotiens reddunt totum. Ratio moralis est: ut in hoc erudiat homo, quod sicut materia corporea per seipsam informis existit, tunc autem formatur, cum diuina bonitas eius informitati tribuit formam: sic anima formari non potest per seipsam, nisi Deus gratiam suam infundat: cui etiam numerus senarius attestatur, quia tempus est merendi per uniuersum tempus uitæ præsentis, ut postmodum detur homini quies: quia non peruenitur ad perfectionem meriti usque ad consummationem gratiæ finalis, post quam nulla sequitur uespera: & ideo dies septimus non habet sibi assignatum uespere in scriptura. Allegorica uero ratio est, quia (sicut expresse Aug. ostendit) in illa prima mundi conditione, quæ est distincta per senarium, totum spacium decursus mundi præsentis secundum sex ætates præsignatur: ut primus dies ætati primæ respondeat, secundus secundæ, & sic deinceps: secundum quod planè adaptat Aug. super Gen. ad literam, quod hic longum esset repetere. Ratio autem anagogica est, ut in illa dierum distinctione intelligatur perfectio cognitionis in angelica natura beatificata, secundum quod planè ostendit Augustinus. super Gen. ad literam quasi per totum. Quod ideo uocat ad literam, quia expositionem istam, quam alii reputabant anagogicam, dicit legis-

gislatores intendisse ad literam: nihil tamen ibi asserendo dicit, sed protestatur ipse modo inquisitorio se ibi procedere. Et sicut patet ex eius intentione ibidem, magis uolebat intellectum ex scriptura elicere, ex quo scriptura non posset a uiris philosophicis derideri: nec propter hoc aliquis naturali philosophia imbutus a fidei ueritate retardari, sicut ipse aliquando fuerat retardatus, magis (inquam) quam intellectum principalem exponere, quem ibi habuit legislator, & magis intendit ostendere, quid creatum fuerit, vel tunc potuerit, quam quid factum fuerit. Et in xii. Confess. ostenditur, quod una, & eadem scriptura multipliciter potest intelligi, & in omnibus sensibus uerè quorum nullus spiritum sanctum latuit, ex cuius inspiratione scriptura edita fuit, & in hoc manifestè ostendit, quod aliis non contradicit. Hanc igitur positionem sustinendos ad obiecta in contrarium respondendum est.

AD ILLUD enim, quod obicitur de text. Gene. Dicendum, quod illud dictum est per recapitulationem, & iste terminus Die, ibi confunditur, ut teneatur pro diuersis diebus, uel teneatur zeugmaticè, ut reddat aliis singulis membris illius recapitulationis. AD ILLUD, quod obicitur, de Ecclesiasti. xviii. Qui uiuit in æternum &c. Dicendum, quod scriptura facit uim inter creare, & facere. Nam creationem uocat productionem ex nihilo, factioem uero ipsam distinctionem: & hoc bene signatur Gen. ii. ubi dicitur, quod cessauit ab

omni opere suo, quod creauit, ut faceret: omnes igitur sancti in hoc cõcordant, quod omnia sunt simul producta in materia, & ideo omnia concedunt simul esse creata, sed tamen non simul facta. AD ILLUD, quod obicitur, de Iob. xl. dicendum, quod Greg. exponit quod Tecum, dicit ibi simultatem non temporis, sed simultatem rationis. quod ecce Behemoth, quem feci tecum, id est, tibi simile, in rationis capacitate. AD ILLUD, quod obicitur: quod maioris potentia est declaratum producere multa simul. Dicendum, quod Deus potentiam suam magis intendebat manifestare in productione de non esse, in esse, quam postmodum, in formatione: ibi enim magis manifestat sapientiam, & bonitatem: & ut sigillatim, & distinctim, & appropriatim, in productione effectuum manifestaretur perfectio potentia, sapientia, & bonitas, placuit diuino actori præmittere opus creationis, postmodum subiungere opus distinctionis, postremo uero opus ornatus, & decorationis. Et in primo manifestatur potentia, in secundo sapientia, in tertio uero bonitas perfecta, licet omnia in quolibet horum manifestari possint a Deo: & ideo ita bene sunt manifestata post consummatum esse rerum illa tria, sicut si in principio statim materia fuisset producta, & distincta, & ornata. Et per hoc patent duo sequentia: quæ procedunt consimili uia, uidelicet de bonitatis, & sapientia perfectione. Ille enim rationes non concludunt, nisi quod Deus ma-

teriam in informitatem nõ debuit relinquere, quia hoc esset contra ordinem, & perfectionem: sed dum fecit informem, ut formaret, & imperfectam, ut perficeret, ostendit & perfectionem & ordinem a se materiæ dari. Et si tu obiicias, quòd ad perfectionem omnium horum spectat uelociter effectum perficere, & ornare, & distinguere. Dicendum, quod illud uerum est, ubi agens agit secundum totum suum posse: ubi uero cõdescendit possibilitati, & infirmitati, & utilitati alienæ, non habet ueritatẽ: & sic est in proposito. Sicut. n. Deus sacram scripturam nobis tradit quasi rudi modo, & inepto, ut quilibet posset capere, & intelligere, cū tñ in ipso sint in finiti thesauri, sapiẽ, & scientiẽ: sic etiam in formatione rerum, quãtum decebat, cõdescendit modo naturæ, & etiam eruditio ni rationalis creaturæ. Et quia ex illa dilatione erudiebatur homo, sicut prius uisum est: ideo placuit diuinæ potentiæ bonitati, & sapiẽtiẽ, rerum formas subdierũ successione distinguere: cum tamen posset eis subito materiam distinguere, & ornare.

QVÆSTIO III.

An materia prima creata sit sub aliqua diuersitate formarum?

VTRVM materia illa corporaliũ creata sit sub aliqua formarum diuersitate. Et quòd sic, uidetur per textum. In principio creauit Deus cœlum, & terram: ergo uidetur, quòd in principio iuxta conditionis, habet formam cœlestem, & formam elementarem. Si dicas, quòd cœlum stat ibi, pro cœlo

empyreo, & terra pro materia corporalium, obiicitur per textum sequentem. Congregentur aquæ in locum unum, & appareat arida: ergo uidetur, quòd tertio die terra solummodo manifestata fuit, non producta: ergo in ipso chaos uidebantur iã esse elementa. **ITEM.** Hugo de sancto Vict. Nomine terræ hoc terræ elementum signatum puto: si ergo erat ibi elementum terræ, pari ratione, & alia elementa. Si **TV** dicas, quod ibi uocat elementum terræ, non quia iam erat, sed quia futurum erat, Obiicitur per illud, quod subditur, Eratque terrenum hoc elementum in medio, & in uno loco subsidens ceteris, in confusione permixtis: si ergo permixtio non est eiusdem, sed diuersorum, uidetur, quòd ibi iam erant diuersæ formæ elementares. **ITEM.** Ratione hoc uidetur. Primæ formæ, quæ insunt materiæ: sunt formæ elementares, sicut patet: quia ultra illas, non est resolutio, nisi ad primam materiam; ergo si materia illa aliquam formam habuit corporalem, uidetur quòd habuerit formam elementarem: sed formæ elementares sunt æque primæ, ergo uidetur, quòd simul habuit oēs. **ITEM.** Constans est secundum positionem sanctorum, quod lux illa faciebat noctem, & diem: sed diem non poterat facere, nisi esset corpus transparentes, & illuminabile: noctem non poterat facere, nisi esset corpus opacum, quod umbram proiiceret: uidetur igitur, quòd in primaria conditione materia in quadam sui parte fuerit transparentes,

Ex 2.
Topico
rum.

in quadam opaca: & ita quòd in se habuit formas diuersas. **ITEM.** Nihil est in genere, quòd non sit in aliqua eius specie: ergo si illa materia erat quid corporeũ, erat igitur aliquod corpus: ergo uel simplex, uel mixtum: sed non erat corpus simplex, quia nec cœlestis, nec elementare, ergo permixtum: ergo habebat in se diuersitatem formarum. **ITEM.** Materia illa cum esset imperfecta, habebat aliquẽ appetitum: aut ergo ad unam formam, aut ad plures. Si ad unam: ergo uidetur, quòd cum Deus compleuerit appetitum eius, quod debuerit dare unam solam formam corporalem. Si ad plures: ergo cum multiformitas appetituum ueniat ex multiformitate dispositionũ, & multiformitas dispositionum ex multiformitate formarum: ergo uidetur quod illa materia condita fuerit sub formarum diuersitate.

SED CONTRA. Gene. i. Terra autem erat inanis, & uacua: sed si esset in materia formarum diuersitas, non esset inanis, & uacua. **ITEM.** Alia translatio. Terra erat inuisibilis, & incomposita: sed si esset ibi forma cœlestis, & elementaris, esset iam ibi materia aliquo modo, & uisibilis, & composita. **ITEM.** Si ibi formæ plures erant, aut ergo erant permixtæ, aut distinctæ. Si distinctæ: ergo non erat materia illa informis. Si permixtæ, ergo uidetur, quòd haberet formam permixtionis, & ita non erat informis, immo magis formata, quã si haberet solam formam elementarem. **ITEM.** Miscibilia præcedunt mixtum: ergo si ibi erant

Ex 1.
de generatione.

formæ permixtæ, per naturam prius sunt elementa, quã illa materia, quæ primo est condita: ergo uidetur ordo præpositus, quando Deus ex materia illa fecit elementa in sequentibus diebus. **ITEM.** Si permixtæ ibi erant formæ: ergo materia illa magis approximabat mixto perfecta mixtione, quã approximabat elementum: ergo magis approximabat ad opus quintæ diei, & sextæ, quam elementorum distinctio: ergo uidetur, quod non debuit productio illius materiæ determinari in rerum primordio. **ITEM.** Si erat ibi formarum diuersitas: ergo uidetur quòd esset ibi actio, & passio: & ita generatio, & corruptio, & alteratio: & ita non erat dicenda materia informis, cum in tali statu essent operationes, quæ competunt formis distinctis.

RESOLVTIO.

Prima materia in sua creatione imperfecta quadã forma fuit formata, quæ non oẽ desiderium ad formam explet, sed esset dispositio quedam ad ulteriores recipiendas formas.

RESP. Ad prædictorum intelligentiã notãdũ, quod informitatẽ illius materiæ corporalis diuersimodè intellexerunt diuersi. Quidam nãq; uoluerunt dicere, quod materia illa diceretur chaos propter formarum multitudinẽ, & contrarietatem, quæ erat in partibus materiæ: ita quod illę partes nõ distinguebantur adinuicẽ secundum loca determinata, nec ita proportionaliter inuicẽ iungebantur, ut eis resultaret aliqũd mixtum completũ, & iõ erat ibi quidam permixtio non proportionis, sed confu-

tionis, & sicut non erat ibi proportionalis mixtio, ita nec ibi erat regularis actio, imo cuiusdam pugnae confusio, ita ut calida pugnarent frigidis, & humida siccis: & sic recte posset materia illa chaos appellari. Sed iste modus ponendi potius est poeticus quam philosophicus, quia magis sequitur imaginationis fictionem, quam rationem: cum secudum istam positionem ponantur elementa illam materiam, sic productam naturaliter procedere, quod nec rationi consonat, nec sacrae scripturae. Et ideo est alius modus dicendi rationabilior, quod materia illa producta est sub aliqua forma: sed illa non erat forma completa, nec dans materiae esse completum, & ideo non sic informabat, quin adhuc materia diceretur informis: nec appetitum materiae adeo finiebat, quoniam adhuc materia alias formas appeteret, & ideo dispositio erat ad formas superiores, non completa perfectio. Et quoniam ad multas formas materia informis appetitum, & inclinationem habebat: ideo quamvis illa forma non haberet in se naturas diuersas, tamen materia in diuersis suis partibus quandam diuersitatem imperfectam habebat, nec ex diuersis actibus completis, sed magis ex appetitibus ad diuersa, & ideo permixta dicitur, & confusa. Sicut exemplum ponitur in embryone, quod actu habet unam formam, & figuram quandam massae carnis: illa tamen est dispositio ad diuersas membrorum figurationes. Istud tamen non est omnino simile, quia forma illa non erat tantae actua-

litatis, sicut est forma embryonis, nec in tanta propinquitate ad educationem formarum sequentium, sicut forma embryonis ad educationem membrorum. Forma enim embryonis est uisibilis, & per uim ad perfectam naturam completionem est perducibilis, illa uero materia sub tali forma incomposita erat, & inuisibilis, & ad formas subsequentes sola diuina uirtute, & operatione poterat produci: & ideo propter imperfectionem formae illius, materia illa dicitur informis, & propter indeterminatum appetitum multarum formarum confusa dicitur, & permixta: & haec positio satis uidetur esse intelligibilis, & probabilis. Et iuxta hanc positionem concedendum est, quod materia non fuit creata sub formarum diuersitate, sicut rationes ad hoc inductae ostendunt.

AD ILLUD ergo, quod primo obiicitur, in contrarium de textu. Dicendum, quod caelum stat ibi pro empyreo. Et si obiicitur, quod scriptura consequenter dicit terram apparuisse, non formatam esse. Dicendum, quod sicut artifex facit apparere effectum producendo, non ostendendo solum: sic intelligendum est, quod Deus fecit terram apparere, non solum separando elementa ab inuicem, sed etiam producendo, ita quod productio fuit cum distinctione, & distinctio cum productione. AD ILLUD, uero, quod obiicitur, quod Hugo dicit, per terram intelligi elementa terrae. Dicendum, quod hoc dicit non propter formam terrae: quae iam inesset illi materiae: sed propter quandam aptitudinem incom-

ple.

pletam, quae inerat illi parti materiae, ut perficeretur postmodum forma terrae per eum modum, secundum quem consuevit aliquid appellari eius nomine ad quod ordinatur. Materia enim illa non poterat nisi quodammodo balbutiendo describi: quia uerbum sermo perfectum non explicat, sed est intellectus in imaginatione deficit. Unde & illud, quod ipse subiungit de permixtione, non est hoc dictum, quod ibi fuerit uera oppositarum formarum coniunctio, sed quia non erat ibi perfecte formarum distinctio. AD ILLUD, quod obiicitur, quod formae elementares sunt primae in materia corporali. Dicendum, quod de formis, quae dant materiae esse completum, uerum est: forma uero illa, quae habebat informis materia, non dabat sibi esse completum, & ideo tam formas simplices, quam compositas, quae esse completum tribuunt, praecedebat, uel praecedere poterat. AD ILLUD, quod obiicitur, quod erat ibi corpus opacum, & transparentens. Dicendum, quod nec erat ibi perfecta opacitas, nec perfecta transparentia, erat tamen in diuersis partibus materiae: secundum quod conditor ordinauerat ex eis diuersas formas producere, aliquis diuersus dispositionis modus, quae non ponebat diuersitatem formarum. Sicut si intelligatur, quod aliquod corpus in una parte sit rarius, & in alia magis compactum salua formae unitate: sic intelligi debet in illa materia, quae formam habebat maximam ad multa possibilem. AD ILLUD, quod obiicitur, quod nihil est in genere, quod non sit in aliqua eius specie. Dicendum, quod illud ue-

rum est de eo, quod est in genere tantumquam ens completum: sed materia illa non sic erat corporea, quod esset completa in genere corporum: sed sic habebat extensionem, & corporeitatem, quod non habebat perfectam formae actualitatem, sicut dictum est prius. AD ILLUD uero, quod obiicitur de diuersitate appetituum. Dicendum, quod appetitus non semper sequitur formam completam, sed etiam attenditur secundum appetentis indigentiam, & aliquam dispositionem semiplenam, nisi fortassis sit talis appetitus, qui consistat in dispositione, quae est necessitans: sed talis non erat in illa informi materia: sed secundum quandam maiorem subtilitatem, & raritatem in partibus materiae erat dispositio longinqua ad formas alias, & alias.

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An eadem sit materia horum inferiorum cum superioribus?



ONSEQUENTE queritur de secundo articulo, scilicet de ipsius materiae quantitate, circa quam triplex uersatur inquisitio. Primum quantum ad numerum. Secundum quantum ad tempus. Tertium quantum ad locum.

CIRCA quam sic proceditur, & queritur, utrum celestium, & terrestrium una sit materia quantum ad esse. Supra enim quaesitum est de unitate materiae quantum ad essentiam. Et quod sit una, uidetur communiter secundum expositores nomine terrae, cum dicitur. In prin-

cipio creauit Deus cælum, & terram, &c. intelligitur materia omnium uisibilem, circa cælum empyreum: ergo si illa una fuit, & habuit aliquam formam, ut supra uisum est; ergo uidetur, quod cælestia, & terrestria ex una materia quantum ad esse sint producta. **ITEM.** Materia illa, ex qua formata sunt corpora, nec habebat formam cælestem, nec elementarem, nec consequentem ad has: ergo si aliquam habebat formam, habebat formam ad hos communem, & indifferentem: ergo uidetur, quod secundum aliquod esse formale, sit ponere cælestium, & terrestrium materiam esse communem. **ITEM.** Extensio consequitur materiam non secundum suam essentiam, sed secundum aliquod esse: cum sit accidens: ergo si cõiter reperitur extensio in corporibus superioribus & inferioribus; ergo uidetur, quod una sit materia cõis secundum esse in cælestibus, & terrestribus. **ITEM.** Lux est uatura communis reperta in omnibus corporibus tam cælestibus, quam terrestribus, si sit substantia, siue accidens: ergo si forma ista corporalis non est in materia, nisi secundum aliquod esse, uidetur idem, quod prius. **ITEM.** Perspicuitas est natura similiter reperta in omnibus corporibus tam superioribus, quam inferioribus secundum plus, & minus: sed perspicuitas non tantum consequitur materiam, sed etiam formam, & esse materie, non tantum essentiam: ergo uidetur, quod in omnibus corporibus, siue cælestibus, siue terrenis est ponere materiam unam secundum esse. **ITEM.** Rari et dẽ

si secundum esse ponitur una materia; ergo pari ratione luminoso, et opaci, & si hoc, ergo cæli, & elementi. **Cõtra.** Corruptibilem, & incorruptibilem (sicut uult *10. Metaph.*) non est materia una; sed corpora superiora sunt incorruptibilia, & inferiora corruptibilia: ergo &c. **ITEM.** Quæ habent eandem materiam sunt ad inuicem transmutabilia; sed corpora terrestria, & cælestia non sunt ad inuicem transmutabilia; ergo &c. **ITEM.** Materia subiecta priuationi, differunt secundum esse; sed in cælestibus materia non est subiecta priuationi, in terrestribus uero est subiecta; ergo &c. **ITEM.** Corpus cæleste, & elementare non tantummodo differunt forma, ac qualitate, sed et distinctiuitate; si ergo continuitas uenit ab unitate materie secundum esse, cum ista ad inuicem sint distinctiua, quod patet, quia unum mouetur, reliquum quiescit, uidetur, quod secundum esse cælestium, & terrestrium non possit esse materia una.

RESOLVTIO.

Utique ante productionem, sed non post.

RESPONDEO. Dicendum, quod cum queritur: utrum corpora cælestia, et terrestria sint ex eadem materia secundum esse, hoc dupliciter potest intelligi. Aut secundum esse, quod materia habuit ante productionem; Aut secundum esse, quod materia habeat post productionem. Si secundum esse, quod habuit materia ante productionem, sic siue dubio una fuit materia corporum cælestium, & terrestrium, quia una fuit mo-

ics

les habens unam formam incompletam. Si secundum esse, quod habet materia post productionem, quod quidem est esse completum, sic absque dubio differt materia cælestium, & terrestrium quantum ad esse, tum quia sub una forma est corruptibilis, sub alia est incorruptibilis: tum quia sub una forma est subiecta priuationi, sub alia non: & hoc non solum facit diuersitatem in materia secundum esse quantum ad actum, immo etiam quantum ad potentiam ordinatam ad actum: quod quidem diuersitas non est in materia secundum quod est formis elementaribus subiecta. Nam, & si materia igni subiecta & aeri; habeat aliud, & aliud esse actuale, tamē quia utrobique subiecta est transmutatio, & priuationi, & possibilis ad utrumque: ideo dicuntur habere unam materiam secundum esse: in cælestibus autem corporibus, & elementaribus non contingit hoc reperire.

EX HIS patent obiecta ad utranque partem. Primæ enim rationes, quæ ostendunt, quod cælestia corpora, & elementaria communicant in materia secundum esse, loquuntur de materia quantum ad illud esse, quod habuit ante productionem, & quantum ad proprietates, quæ sequuntur illud esse: sicut sunt extensio, & perspicuitatis participatio. Ultima tamen ratio non concludit, quæ procedit per simile de raro, & dẽso, & cælesti, & elementari. Non enim est simile, quia rarum, & dẽsum sunt ad inuicem transmutabilia, non sit corpora cælestia, & elementaria, & loquor de possibilitate transmutandi secundum na-

turam, non secundum uirtutem diuinam. Rationes uero ad oppositum concludunt, quod materia secundum esse non sit eadem in cælestibus, & terrestribus post ipsorum productionem, sicut patet discurrendo per singulas. Aliter posset dici, & quasi in idem redit: quoniam quadrupliciter potest intelligi esse unitas in materia, aut quantum ad essentiam: aut quantum ad esse incompletum, et a completionem remotum: aut secundum esse incompletum completionem proximum, aut secundum esse simpliciter completum. Et secundum hoc distinguitur materia, quod quædam est subiecta formæ substantiali tantum: quædam formæ substantiali, & extensioni, siue quantitati: quædam formæ substantiali, & quantitati, & contrarietati: quædam formæ substantiali, & quantitati, non contrarietati, sed in omnibus suis partibus uniformitati. Primo modo dicitur esse eadem materia spiritalium, & corporaliū, sicut supra fuit ostensum. Secundo modo cælestium, & terrestrium, siue corruptibilem corporum, & incorruptibilem. Tertio uero modo corporum elementarium, & ad inuicem transmutabilem. Quarto modo corporum specie, & natura similiū. Primo igitur, & secundo modo eadem est materia cælestium, & terrestrium: sicut primæ rationes ostendunt: tertio, & quarto modo non, sicut concludunt rationes inductæ ad oppositum.

QUESTIO II.

An materia prima producta sit in die; uel ante omnem diem?

DE informi materia quantum ad ad tempus sue productionis

nisi

nis: & est quæstio, utrum producta fuerit in die, an ante omnem diem. Et quod ante omnem diem, uidetur primo per Textum. Gen. In principio creauit Deus cælum, & terram, &c. Constans est hoc factum fuisse ante productionem lucis, sicut ipsa scriptura insinuat: sed cum luce cœpit dies: ergo ante omnem diem fuit productio informis materiæ. **ITEM.** Aug. 12. Confes. Informem materiã fecisti ante omnem diem. **ITEM.** Hugo de S. Vict. in Lib. de Sac. Primo momento temporis, in quo creata est omnium uisibiliũ, & inuisibilium materia. Et ita neque nox, neque dies fuit. **ITEM.** Ratione uidetur. Qualitas temporis debet respondere qualitati rei productæ, sed materia prima, nec est producta omnino sub priuatione formæ, nec sub completa distinctione: ergo eius productio, nec diei cõpetebat, nec noctis: ergo ante omnem diem.

SED CONTRA. Genes. 2. Istæ sunt generationes cœli, & terræ, quãdo creati sunt in die, in quo fecit Deus cælum, & terram: sed quando Deus fecit cœlum, & terram, tunc creauit illam primordiam materiam: ergo in die ipsam creauit. **ITEM.** Creator omnium est Deus lucis: ergo omnia, quæ facit, facit in luce: ergo si creauit materiam, in luce creauit, & ita in die. **ITEM.** Arguit Manichæus. Si Deus creauit aliquid in tenebris, quomodo ergo habitat lucem inaccessibilem? si ergo hoc inconueniens est, inconueniens est ipsam creasse in tenebris, & creauit in tenebris, uel in die: ergo &c. **ITEM.** Nox, & dies immediate diuidunt tem-

pus: sed materia rerum corporaliũ producta fuit cum tempore: ergo cum nocte, uel cum die, sed non cum nocte: ergo cum die.

RESOLVTIO.

Non una est sententia.

RESPONDEO. Dicendum, quod creatio cœli, & terræ, secundum omnes fuit ante omnem diem quantum ad ordinem naturæ: quantum uero ad ordinem temporis, siue durationis diuersimodè senserunt diuersi. Quidam senserunt, quod non fuit aliqua mora inter creationem, & distinctionis inceptionem: immo statim cum producta fuit illa materia, & lux, quæ diem faciebat: nec fuit morula aliqua in termedia. Aliis autem uidetur, quod fuit mora temporis interiacens inter terræ creationem, & lucis factioem: & istud, uidetur magis consonum sententiæ expositorum, sicut patebit in Distinctione sequenti. Vtrunque tamē potuit esse uerum, nec aliquid horum usquequaque certum. Sustinendo tamen illud ultimum, respondendum est ad primum obiectum de Text. Gen. quia (creare) æquoce sumitur in scriptura, & ibi dicitur creatio cœli & terræ, utriusque factio siue formatio: & sic exponit Aug. super Gen. ad literã. v. ubi innuit, quod creare cælum, & terram, dicitur dupliciter: uel informem materiam facere: uel formas, & species distinguere.

AD ILLUD ergo, quod obiicitur, quod Deus est in luce. Dicendum, quod intelligendum est deum esse in luce spirituale, non corporale, quæ est lux sapientiæ, & in hac fecit, quidquid produxit, quia omnia in sapientia fecit. Et ideo, quod obiicitur de tenebris corporali-

bus

bus nihil facit ad propositum: quia non magis est Deus in tenebris in loco corporaliter tenebroso, quã in luminoso. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod nox, & dies immediate diuidunt tempus. Dicendum, quod uerum est secundum esse, quod habent nunc, quod quidem attenditur secundum reuolutionem corporum celestium: sed tunc erat tempus secundum mutabilitatem, quæ erat in materiæ partibus: quæ quidem mutabilitas erat absque præsentia corporis luminosi, & absque umbra corporis opaci: & ideo tempus illud non erat habens uicissitudinem diei, & noctis ante formationem lucis. **SICUTIS** autem uelit sustinere oppositum: plane poterit ad rationes, & auctoritates ad oppositum respondere: quod intelligantur insinuare ordinem naturæ, non temporis, secundum quem informis materia omnem diem antecessit.

QVÆSTIO IIII.

Materia prima ubi sita fuerit?

DE illa informi materia quantum ad locum. Et est quæstio, ubi habuit illa materia situm. Et quod illa materia corporaliũ habuerit situm, uidetur. Hugo de S. Vict. Erat terrenum hoc elementum medio uno loco subsidens, cæteris in unam confusionem permixtis circunquaque in modum nebulae expansis: sed hoc non potuit esse absque situ corporali: ergo &c. **ITEM.** quod repleuerit locum, uidetur: quia cælum empyreũ (sicut dicit Beda) cum ipsa materia corporaliũ fuit creatum: sed constans est, quod empyreum intra concauitatem suam natum est omnia corporalia cõ-

tinere: ergo uel erat uacuum, uel ab illa mole corporea replebatur: sed natura non sustinet uacuum: ergo uidetur, quod moles illa replet locum. **ITEM.** Videtur, quod haberet sursum & deorsum: quia summitas eius (sicut dicit Hugo) porrigebatur, quousque nunc summum creaturæ corporeæ pertingit: ergo erat ibi circumferentia, & centrum. **ITEM.** Materia illa (sicut Magister dicit in litera,) in partibus superioribus erat rarior, leuior, & subtilior: in inferiori parte spissior, & grossior: ergo erat ibi grauitas, & leuitas: sed secundum has proprietates corpora habent locari sursum, & deorsum: ergo redit idem, quod prius.

AD oppositum. Nihil est proprie in loco, nisi quod est hic, & nunc: & nihil est hic, & nunc, nisi quod est hoc aliquid: & nihil est hoc aliquid, nisi quod est indiuiduum: & omne tale est ens completum: ergo a primo ad ultimum nihil est in loco, nisi quod est ens completum: sed materia illa non erat ens completum: ergo in loco non habebat situm. **ITEM.** Quod non repleret locum, uidetur. Nihil inane, & uacuum replet locum: sed materia illa erat inanis, & uacua, sicut dicitur in principio Gen. ergo locum non replebat. **ITEM.** Quod non haberet differentias positionis secundum sursum, & deorsum, uidetur: quia istæ sunt positiones secundum quas distinguuntur, & ordinantur diuersa corpora mundi in uniuerso: sed tunc non erat ibi distinctio, nec ordo, nec huiusmodi: ergo nec erat ibi diuersa positio. **ITEM.** Grauitas, & le-

uitas

itas sunt proprietates cōsequētes formas elementares ; ergo nec erat ibi graue , nec leue : ergo nec sursum , nec deorsum : cum hæ positionis differentiæ attendantur secundum illas proprietates .

RESOLVTIO .

Locum repleuit : tametsi non plenè .

RESPOND. Dicendum , quòd cum materia illa esset moles habens extensionem , & cælum empyreum haberet ambiens . q̄ ipsa in loco erat : & cum esset substantia corpulenta , locum replebat . Rursus . Cum in partibus distinctionem quandam haberet secundum subtilitatem , & grossiciem , sed semiplenam : sic etiā positionis secundum sursum , & deorsum quodammodo , sed imperfecte habebat : & ideo concedendæ sunt rationes , quæ ad istam partem inductæ sunt .

AD ILLVD ergo , quòd obiicitur in contrarium , quòd nihil est in loco , nisi ens completum . Dicendum , quòd est falsum : si intelligatur de completionem perfecta : embryo enim in loco est , quamuis sit quid incompletum . Nec ualet illa deductio : peccat enim in hoc , q̄ dicit : q̄ omne , quòd est hoc aliquid , est completum . Hoc enim falsum est : nā ipsum indiuiduum , & forma in diuidualis habet esse completū , & minus completum . AD ILLVD , quòd obiicitur , quòd non replebat locum , q̄a erat inanis , & uacua . Dicendum , quòd uacuitas loci , & uacuitas materiæ est equiuocè dicta . Vacuitas . n . loci est per priuationem corporis contenti : sed uacuitas mate-

riæ est per priuationem formæ , & complementi . Attendendum tamen : quòd sicut locus dupliciter dicitur uacuum : aut proprie , ut per priuationem corporis solidi , & sensibilis : sicut dicitur arca uacua propter absentiam panis , & dolium uacuum propter absentiam uini : sic etiam intelligendum est in uacuitate materiæ , quòd dicitur dupliciter uacua : aut quia non habet aliquam formam , & sic nunquam fuit uacua : aut quia non habuit formā omnimodè perfectiūam : & sic quamuis esset uacua , tamen locum poterat replere , quia erat extensa , & corporea . AD ILLVD , quòd obiicitur , quòd non habebat sursum , & deorsum , q̄a carebat ordine , & distinctione , & elementari proprietate . AD ILLAS duas rationes simul dicendum est : quòd sicut illa tria proposita non habebat , nisi imperfectè , & semiplenè ratione cuiusdam inclinationis , & longinquæ dispositionis : sic & sursum & deorsum non habebat , p̄ priè : habebat tamen quodammodo , scilicet incomplete , & p̄pter quasdam dispositiones , quas habebat ad graue & leue . Dicit enim Magister leuiorem fuisse in superiori parte , & grauiorem in inferiori : non quòd istas proprietates perfectè participaret , sed in quadam longinqua , & p̄ambula dispositione , sicut supra ostensum est expresse , siue ex parte .

DI.

DISTINCTIO XIII.

De productione creaturæ corporalis quantum ad principium formale omnibus corporibus , quòd est forma lucis , & dicitur hæ productio , distinctio .

Prima autem distinctionis operatio fuit formatio lucis , sicut ostendit scriptura Gene . quæ commemorat rerum informitatem , earum dispositionem a luce inchoauit , subdens , Dixit Deus , Fiat lux , & facta est lux : & diuisit lucem à tenebris , appellauitque lucem diem , & tenebras noctem . Et factum est uespere & mane dies unus . Congruè mundi ornatus a luce cœpit : unde cætera quæ creanda erant , uiderentur .

Qualis fuerit illa lux , corporalis , an spiritalis .

Si queritur , qualis illa lux fuerit , corporalis scilicet , an spiritalis . Id respondemus , quòd a sanctis legimus traditū . Dicit enim August . quia lux illa corporalis uel spiritalis intelligi potest . Si spiritalis accipitur , angelica natura intelligitur , quæ prius informis fuit , sed postea formata est , cum ad creatorē conuersa ei charitate adhaesit : cuius informatio superius significata est , ubi dictū est , In principio creauit Deus cælum & terram . Hic uero eiusdē formatio ostenditur cum ait , Fiat lux , & facta est lux . Hæc ergo angelica natura , quæ prius tenebræ , & postea lux fuit , quia prius habuit informitatem & imperfectionem , deinde formationis perfectionem : & ita diuisit Deus lucem a tenebris . Nam , ut ait Augustinus super Genesim , Huius creaturæ informitas & imperfectio fuit antequam formaretur , in amore conditoris . Formata uero est quando conuersa est ad incommutabile lumen uerbi . Si uero corporalis fuit lux illa , quòd utique probabile est , corpus lucidum fuisse intelligitur , uelut lucida nubes : quòd non de nihilo , sed de præiacenti materia formaliter factum est , ut lux esset , ut uim lucendi haberet : in qua dies prima exorta est , quia ante lucem nec dies fuit , nec nox , licet tempus fuerit .

Lib. de
Ge . ad
literā .
1 . cap . 3
Lib . 1 .
cap . 5 .

Quòd

Quòd lux illa facta est, ubi sol apparet, quæ in aquis
lucere poterat.

Si autem queritur, Vbi est facta lux illa, cum abyssus
omnem terræ altitudinem teget, Dicitur potest in illis parti-
bus facta, quas nunc illustrat solis diurna lux. Nec mirum
lucem in aquis posse lucere, cum etiam nautarum operatio-
ne sæpius illustrentur: qui in profundum mersi, missio ex o-
re oleo aquas sibi illustrent: quæ multo variores fuerunt in
principio quàm modo sunt: quia nondum congregatæ fue-
rant in uno loco. Facta est ergo lux illa, quæ vicem, & locum
solis tenebat: quæ motu suo circumagitata, noctem diemq;
discernebat. Ibi ergo primum lucem apparuisse uerisimile
est, ubi sol quotidiano cursu circumuectus apparet, ut eodẽ
tramite lux circuncurrens, ac primo ad occasum descẽdẽs
uesperam faceret: deinde reuocata ad ortum, auroram, id
est, mane illustraret: & ita diuisit deus lucem, & tenebras
& appellauit lucem diem, & tenebras noctem.

Quòd, dies, diuersis modis accipitur.

Aug. su
p. 1. 1.
cap. 10. His notandum est, quòd dies diuersis modis accipitur in
scriptura. Dicitur enim dies lux illa, quæ illo triduo tene-
bras illuminabat: & dicitur dies illuminatio ipsa aeris. Di-
citur etiam dies spatium uigintiquatuor horarum: quali-
ter accipitur cum dicitur: Factum est uespere & mane dies
unus. Quod ita distinguendum est, Factum est uespere prius,
& postea mane: & ita fuit dies unus expletus uigintiqua-
tuor horarum. Dies scilicet naturalis, qui habuit uesperam,
sed non mane. Mane enim dicitur finis præcedentis, & ini-
tium sequentis diei, quod est aurora: quæ nec plenam lucem,
nec omnino tenebras habet. Mane ergo primus dies non ha-
buit: quia nec dies præcesserat, qui sequentis diei initio ter-
minaretur: & eo præcipue, quia luce apparente, mox super
terram plenus atque præclarus dies extitit, qui non ab au-
rora, sed a plena luce inchoauit, & mane sequentis diei con-
summatus est. Vnde Beda super Gene. Decebat, ut dies a lu-
ce inciperet, & in mane sequentis diei tenderet: ut opera
diei a luce inchoasse, & in lucem completa esse significaren-
tur. Reliqui autem dies mane habuerunt, & uesperam: quo

In Glo.
super
princ.
Gen. a-
scribitur.

rum quisque a suo mane incipiens, usque ad alterius diei
mane tendebatur. Aug.
hec sen-
tentia.

De naturali ordine computationis dierum, & de illo, qui
pro mysterio introductus est.

Hic est naturalis ordo distinctionis dierum, ut distinguan-
tur, atque computentur dies a mane usque ad mane. Postea
uero in mysterio factum est, ut dies computentur a uespere
in uesperam, & adiungatur dies præcedenti nocti in compu-
tatione: cum iuxta naturalem ordinem præcedens dies se-
quenti nocti adiungi debeat: quia homo a luce per peccatum
corrui in tenebras ignorantie, & peccatorum, deinde per
Christum a tenebris ad lucem rediit. Vnde Apostolus: Era-
mus aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Primus
itaque dies non ab aurora, sed a plena luce incipiens, & post
uesperam paulatim occidente luce excipiens mane sequen-
tis diei expletus est. Vnde Beda. Occidente luce, & paula-
tim post spatium diuinæ longitudinis inferiores partes sub-
eunte, factum est uespere: sicut nunc usitato cursu solis fie-
ri solet. Factum est autem mane eodem super terram re-
deunte, & alium diem inchoante: & dies expletus est unus
uigintiquatuor horarum. Fuitq; nox illo triduo omnino te-
nebrosa, quæ post creatura sidera aliqua luce claruit.

Ephe. 3

In Glo.

sup Ge

ne. at-

tribuit

Aug.

Cur sol factus est, si lux illa sufficiebat.

Solet autem queri, quare factus est sol, si lux illa ad fa-
ciendam diem sufficiebat. Ad quod dici potest, quoniam lux
illa fortè superiores partes illustrabat, & ad illuminatio-
nem inferiorum solem fieri oportebat. Vel potius ideo, quia
facto sole, diei fulgur factus est. Ampliori enim multo luce
radiauit dies postea, quàm ante. Si autem queritur quid
de illa luce factum sit, cum modo non appareat: potest di-
ci, aut de ea corpus solis formatum, aut in ea parte cæli es-
se, in qua sol est: non quòd ipsa sit sol, sed sit sic ei unita, ut
discerni non ualeat. Aug.
non ap-
probans

Quomodo accipiendum sit illud, Dixit deus, an sono uo-
cis id Deus dixerit, an aliter.

Præterea inuestigandum est, quomodo accipiendum sit
quod ait, Dixit deus, utrum temporaliter, nel sono uocis il-
lud

Lib. 1. *lud dixerit, an alio modo. Augustinus super Genesim tra-*
 64.2.4. *dit, nec temporaliter, nec sono uocis Deum locutum fuisse:*
 & 9. *quia si temporaliter, & mutabiliter. Et si corporaliter di-*
catur sonuisse uox Dei, nec lingua erat, qua loqueretur,
nec erat quē oporteret audire, & intelligere. Bene ergo uox
Dei ad naturā uerbi, per quod omnia facta sunt, refertur.
Dixit ergo Deus, Fiat, &c. non temporaliter, non sono uo-
cis: sed in uerbo sibi coeterno. i. uerbum genuit intempora-
liter, in quo erat: & disposuit ab eterno, ut fieret in tempo-
re, & in eo factum est.

Quomodo accipiendum sit, quod dicitur, pater operari in filio, uel per filium, uel in spiritu sancto.

Hic queri solet, quomodo accipiendū sit quod dicitur pater operari in filio, uel per filium, uel in spiritu sancto. Hac enim scriptura frequenter nobis proponit: ut, Omnia in sapientia fecisti domine. i. in filio: & In principio. i. in filio creauit Deus cælum, & terrā. Et illud, Per quem fecit & sæcula. Super illum quoque psalmi locum, Verbo domini cæli firmati sunt, &c. dicit Aug. quod pater operatur per uerbum suum, & spiritum sanctum. Quomodo ergo hoc accipiendum est? Putauerunt quidam hæretici, quod pater uelut author & artifex, filio & spiritui sancto in rerum operatione quasi instrumento uteretur: ex prædictis uerbi errandi occasionem sumentes: quod uelut blasphemum, atque sanæ doctrinæ aduersum abijcit pia fides. Non est itaque intelligendum ideo scripturam frequenter commemorare patrem operari in filio, uel per filium tanquam filius non posset facere, si ei non porrexisset pater dexteram, uel tanquam aliquod instrumentum fuerit patris operantis: sed potius illis uerbis patrem intelligi uoluit cum filio, & spiritu sancto operari, & sine eis nihil facere.

Instat hæreticus.

Sed dicit hæreticus, hac ratione hoc posset dixisse, filium operari per patrem, uel in patre, & spiritum sanctum cum utroque, uel per utrumque: quia filius cum patre, & spiritus sanctus cum utroque operatur. Cui breuiter respondetur, ideo illud dictum esse, & non istud, ut in patre monstra-

reter

retur auctoritas. Non enim pater a filio: sed filius a patre operatur, & spiritus sanctus ab utroque. Ideoque etiam filius per spiritum sanctum legitur operari, quia cum spiritu sancto operatur hoc ipsum a filio habente, ut operetur.

Alia prædictorum expositio.

Potest & aliter illud accipi, ut dicatur pater in filio, uel per filium operari, quia eum genuit omnium opificem, sicut dicitur pater per eum iudicare, quia genuit iudicem: ita & per spiritum sanctum dicitur operari, siue pater, siue filius, quia ab utroque procedit spiritus sanctus factor omnium. Vnde Iohannes Chrysostomus in expositione epistolæ ad Hebræos sic ait, Non ut hæreticus inaniter suspicatur, tanquam aliquod instrumentum patris extitit filius: neque per eum pater dicitur fecisse, tanquam ipse facere non posset: sed sicut dicitur pater iudicare per filium, quia iudicem genuit: sic etiam dicitur operari per filium, quia eum constat opificem genuisse. Si enim causa eius pater est, secundum quod pater est, multo amplius eorum causa est, quæ per filiū facta sunt. Hac de opere primæ diei dicta sint.



Vpra egit Magister de productione naturæ quantum ad principium materiale; in hac uero parte intendit agere de eius completionem, siue formationem quantum ad principium formale. Et quoniam duplex est informatio materiæ corporalis, quædam generalis, quædam specialis; Generalis per formam communem oibus corporibus, & hæc est forma lucis; Specialis uero per alias formas, siue elementaris, siue mixtionis; ideo Magister primo agit de formatione, siue productione lucis, in hac distinctiōe. Secundo, uero agit de productione cuiuslibet alterius forme corporalis, infra Dist. 14. Dixit quoque uens, fiat firmamentum, &c.) Vel aliter, ut pri-

mo agat de eo, quod est generale principium diffundendi in corporibus, hoc est de luce. Secundo uero, de specialibus formis distinguendis. Primum spectat ad opus primæ diei. Secundo uero ad opera dierum consequentium. Diuiditur autem pars ista in tres. In prima determinat de lucis productione in se. In secunda in comparatione ad eius effectum, scilicet diem quem faciebat, ibi. Hic notandum est, quod dies diuersimodè accipitur, &c.) In tertia, in comparatione ad eius principium, scilicet ad uerbum, per quod fiebat, ibi. Præterea inuestigandum est quomodo accipiendum sit, &c.) Prima pars, habet tres particulas. In prima determinat, quando lux illa facta fuit: quia

ante oīa alia. In secunda verò qualis fuerit, ibi. *Sed queritur, qualis illa lux, &c.*) In tertia uero, ubi facta, posita fuit ibi. *Si autē queritur, ubi facta est lux, &c.*) Similiter secunda pars principalis tres habet particulas. In prima de ipso effectu lucis, siue de die quantum ad spacium. In secunda, quantum admodum distinguendi, ibi. *Hic est naturalis ordo distinctionis dierum, &c.*) In tertia, quantum ad complementum, ibi. *Solet autem queri, quare factus est, &c.*) Similiter tertia pars, in qua determinat de lucis formatione per cōparationē ad suum principium, quod quidē est pater operans per uerbū, habet tres partes. In prima explanat qualiter intelligendū sit, q̄ Deus dixit. *Fiat, ibi. Præterea inuestigandum est, &c.*) In secunda explanat illud, quod dixit scriptura. *f. patrem in filio, & per filium operari, ibi. Hic queri solet quomodo accipiendum sit, &c.*) In tertia verò, remouet opinionē hæreticorum, insinuans aliā eē expositionem uerbi prædicti: & hoc facit, ibi. *Sed dicit, hereticus hac ratione hoc posse, &c.*)

Dub. 1. **I**n mysterio factum est, &c.) Cōtra hoc uidetur, q̄ ad ieiunii obseruationem oportet ieiunare diem præcedentem cum nocte sequenti. Item, uidetur, q̄ non congruē significetur mysterium redemptionis computato die a uespera in uesperā: imo potius, in prima cōparatione dierum, qua Christus a tenebris nos produxit ad lucem. Respō. Dicendum, q̄ duplicem modū computandi diem accipimus in scriptura. Primus, in quo dies

præcedens copulantur nocti sequenti, & hoc quidē fuit in prima dierū enumeratione, in quo (ut dicit Magister) præfigurabatur lapsus futurus a luce gratiæ in tenebras culpæ. Alius modus cōputandi dies attenditur in solennitatū custoditione, in quo nox præcedens connumeratur diei sequenti: & hoc uult dicere a uespera in uesperā, ut præcedat nox, & sequatur dies: quia eramus aliquādo tenebræ, nūc autē lux in domino. Et quod obicitur, de obseruantia ieiuniorum. Dicendum, q̄ tps ieiunii competit tpi miserie: & ideo cōputatio diei in obseruatione ieiunii debet fieri secundum cōformitatē ad distinctionē tpi primi, in quo erat præfiguratio lapsus humani. Et quod obicitur, q̄ non debet terminari a uespera in uesperam. Dicendum, q̄ prima uespera ponitur ibi, in quantum est noctis principium, & secunda in quantum est finis diei. & ita pro nocte, & die. Licet autem hæc duę distinctiones in scriptura maximē exprimantur, quatuor tamen modis secundum diuersorum computationes dies distingui cōsueuerunt. Græci. n. computant diē a mane in mane, quia tunc primo apparet sol. Hæbrei uero a uespera in uesperā: quia tunc incipiunt solennizare. Astronomi uero a meridie in meridiem: quia tunc est sol in maiori uirtute. Sancta Ecclesia a media nocte usque ad mediam noctem: quia tunc natus est Ch̄s. Vnde uersus.

Mane diem Græca gens incipit: astra sequentes. In medio lucis: Iudæi uespere: Sancta.

in-

Dub. 2. **I**nchoat Ecclesia medio sub tempore noctis. *Si autem queritur, quid de luce illa, &c.*) Contra. Primum, uidetur esse falsum: quia non est ordo de perfectō ad imperfectū: sed lux illa perfectissima erat: sicut dicit Damas. q̄ opera primę diei perfectiora sunt. Item. Textus uidetur esse contrarius: dicitur. n. ibi. *Uidit Deus lucem, & esset bona: & Aug. explanat: uidit, id est placuit uoluntati Dei, ut pro modo sui generis maneret, quod placuit ut fieret: ergo adhuc manet lux illa in seipsa. Item. Si sol factus est de illa luce, unde facta sunt alia luminaria? Si tu dicas, q̄ de illa luce; tunc uidetur, q̄ una pars illius lucis corporis cessit in corpora luminosa, quæ sunt supra solē, & in corpora luminosa, quæ sūt infra solem: ergo si nullum corpus habet moueri oppositis motibus, nullum etiā est corpus cœleste, q̄ natura habeat moueri motu recto: sed orbiculari: uidetur, q̄ prima luminarium productio fuerit per uolētiam, & præter naturam. Secundum etiā uidetur falsum: quia non potest eē in ea parte, in qua est sol primo, quia duo corpora nō possunt esse simul: secūdo etiā, quia sol sufficienter illuminat: ergo uidetur, quod lux illa sit ibi frustra. Respon. Dicendum, q̄ cum queritur, quid de illa luce factum sit: quatuor modis ad hoc cōsueuit respōderi: quorum duos tangit Magister in littera. Primus est: quia luminariibus cœli factis lux illa rediit ad præiacentem materiam: quia nō erat facta, nisi ad faciendā quan-*

dam distinctionem dierum semiplenam, qua perfecta, inde rediit, unde sumpta est. Sed hæc positio est contra rationem, & contra literam: q̄ Deus destrueret opera sex dierum principalia, uel quod sineret perire. Secundus modus dicendi est: q̄ illa lux simpliciter manet in forma sua non mutata: nec discernitur quantum ad sensum propter cōiunctionem sui ad solem, nec tamen est frustra, quia ipsius solius auget effectū. Sed quia difficile est assignare quē effectum habeat cum sole: ideo est tertius modus dicendi, q̄ ex ipsa factus sit sol, & in ea saluatur tanquam in re eiusdem generis. Sed quoniam nō uidetur scriptura exprimere, q̄ Deus post primum diem produxerit nouam lucem, sed solummodo luminaria distinguit: iō est quarta opinio, q̄ ex illa luce facta sunt corpora luminosa, inter q̄ principatum tenet sol: nec fuit ibi aliqua uolentia, quia unaqueque creatura eum locum accipiebat, quem sibi dominus p̄ naturam deputabat: & sic patient obiecta, quia nec fuit illius lucis corruptio, nec etiā uolentia: sed maior quædam, & perfectio, & distinctio. Quod autē dicit Damasce. opus primæ diei fuisse perfectissimum: hoc dicit per cōparationem ad alia corpora, quæ a luce habent recipere influentiam, non per cōparationem ad luminaria, quæ ex ipsa luce sunt formata.

Dixit ergo Deus: fiat, &c.) Videtur, hoc esse falsum: statim enim, ut dixit Deus, res factæ sunt, sicut dicitur in Psal. 148.

Dixit, & facta sunt: ergo cum productio rerum sit temporalis, dictio non fuit æterna. Itē. In dictione æterna, non dicit Deus, nisi semel, sicut dicitur in Psalm. Semel locutus est Deus: sed cum produxit opera sex dierum in productione cuiuslibet operis dixit: ergo illud Dicere non est æternum, siue generare filium. Si tu dicas, quod illud dicere non fuit, nisi unum solum, iteratur tamen propter multos effectus: tunc uidetur, quod ad dicere sequitur facere, & simul dixit: ergo simul omnia fecit, & non simul fecit, sicut dicit scriptura, & supra probatum est: ergo nō simul dixit. Propter hoc queritur, utrum dicere accipitur hic temporaliter, vel æternaliter. Et si æternaliter: quo modo dictum possit esse temporale. Et si temporaliter: quomodo Dicere tēporale potuit oēm creaturam pcedere. Item. Quæstio est, utrum accipiatur notionaliter, aut essentialiter. Si accipiatur notionaliter quomodo poneret affectum, aut quomodo effectus creatiōis, quē Deus dicendo produxit, competat toti trinitati. Si uerō essentialiter: quomodo poterit illud referri ad naturam uerbi per quod facta sunt omnia: cum uerbum dicitur personaliter, sicut in Primo Libro ostensum est. Respondeo. Dicendum, quod dicere uno modo connotat effectum in actu: alio modo connotat effectum, in habitu, non in actu. Dixit enim uno modo quasi actum exterius, & sic dicere est aliquē effectum efficere, in quo dicens exprimit se: & hoc mo-

do dicitur Deus dicere, siue creaturam producendo, in qua se declarat, siue aliquid inspirando animæ, in quo uoluntatem suam demonstrat: & sic pluries accipitur in scriptura, & connotat effectū actualiter. Alio modo dicere dicit actū quasi exterius, nihilominus tamen relatum: & hoc modo dicit comparationē ad uerbum conceptum, per quod dicens se, & omnia loquitur: per quem modum accipitur in Psalm. Semel locutus est Deus. Gl. ibi, filium genuit, in quo omnia disposuit: & sic Dicere connotat effectum in habitu: quia Dicere importat dispositionem, & ad dispositionē sequitur opus. Tertio modo Dicere dicit actū intrinsecum, & absolutum: & hoc modo dicit Anselmus. quia dicere non est aliud, quam uidendo intueri: & sic quælibet persona dicit se, & alia: & huic dicere non responderet uerbum conceptum, quia secundum hunc modum idem potest esse dicens, & dictum: Quælibet enim persona seipsam uidet, & seipsam intuetur: & sic non connotat effectum, nec actum, nec habitum. Si ergo queritur, quomodo accipiatur dicere in rerum productione. Dicendum, quod potest accipi primo modo, scilicet prout connotat effectum in actu: & tunc dicere idem est, quod producere, nec est ibi nugatio cum dicitur. Dixit Deus, fiat, quia non tantum importat ipsam actionem in se, sed etiam prout est ad ipsius manifestationem: & præmittit scriptura uerbum dicendi uerbo faciendi, ut in hoc ostendat, quod Deus maxi-

ma

ma facilitate produxit singula, non quia aliqua uox creata rerum productionē antecedit. Et sic dicere in diuersis diebus potest plurificari, non ratione principalis signati, sed connotati: sicut patet: quia plurium productorum plures sunt productiones passiuæ, & ratione connotati actiua dici potest plurificari. Potest nihilominus accipi secundo modo: & est sensus. Dixit. i. filium genuit, in quo omnia disposuit, & per quem omnia produxit: & sic exponit Augustinus, cum dicit, quod uox Dei ad naturam uerbi, per quæ omnia facta sunt, refertur. Et ad illud dicere sequitur creaturam fieri, sicut ad dispositionē sequitur opus, non immediatē: ut tunc sit, quando quis primo disposuit, sed pro loco, & tempore, sicut dicentis dispositio ordinauit. Et sic est in proposito: nam Deus produxit, non tunc cum filium genuit, in quo disposuit: sed sicut generando filium ab æterno disposuit se, producturum in tempore, sic produxit in tempore. In ipsa enim dispositione Dei æterna non solum erat, quod res producerentur, sed etiam quando producerentur: Et hoc modo dicere, in diuersis diebus dictum eandem importat dispositionē, & æternam, in qua simul disponuntur æternaliter, quæ successiue producantur ex tempore. Sic igitur primo, & secundo modo potest hic accipi dicere, sed secundo modo magis propriè: tertio autem modo non uidetur, hic accipi, quia non connotatur ibi aliquis effectus, nec actus, nec ha-

bitu: Nec uidetur etiam illo tertio modo magis propriè, accipi actus dicendi, nam (sicut dictū fuit, in primo Libro Dist. 27.) Dicere propriè non est sine uerbo, sicut nec propriè ibi dicitur esse locutio, ubi nullus est sermo. Nihilominus tertius modus accipiendi dicere, non uidetur esse omnino improbandus, pro eo, quod satis rationabiliter, uidetur posse cōcedi, quod quælibet persona loquatur se alteri. Si enim iste actus, qui est dicere, conuenit cuilibet personæ create, potest conuenire cuilibet personæ increate, uel uerè, uel modo trāsumptiuo: iste tamen modus accipiendi nō cōpetit proposito: & per hoc patet, quæ obiecta sunt.

In principio, id est, in filio creauit Deus cælum, & terram, &c.)

Dob. 4.

Contra. Si enim creatio mutatio est, & in filio nihil mutatur, ergo in filio nihil creatur. Itē. Queritur, quare ista accipitur. Pater est in filio, & creauit in filio: ita quod hæc præpositio In, refert ad uerbum essendi, & ad uerbum operandi: hæc autem non recipitur, pater est per filium, quamuis ista recipiatur, pater operatur per filium. Queritur etiam, quam habitudine importat hæc præpositio, Per, cum dicit, Deus pater creat per filium Respondeo. Dicendum, quod hæc præpositio In, potest importare causalitatem, & potest importare identitatē. Causalitatem, ut cum dicitur, Omnia sunt in Deo. Identitatē, ut cū dicitur: pater est in filio. Hæc autem præpositio, Per, quantum est de se, importat causalitatem.

Bb 3 123

tatem. Dico igitur, quod conuenienter dicitur Deus operari in filio: & ratione identitatis, quia pater operans est in filio: & ratione causalitatis, quia filius est causa effectus producti a patre: Et ideo hec prepositio, In, cum suo causali accipitur in diuinis cum uerbis absolutis, & cum transituius ratione duplicis habitudinis. scilicet causalitatis, & identitatis: Hec autem prepositio Per, quando importat habitudinem causae, & principii, non recipitur, nisi in illis uerbis, quae important aliquem effectum, respectu cuius filius habet causalitatem: & ideo recipitur, quod pater operatur per filium: sed tamen non recipitur, quod pater sit per filium: sed hec planius dicta sunt in primo Lib. Dist. 32. & ideo ad praesens haec sufficiant.

ARTICVLVS I. QVAESTIO I.

An per lucem, primo die facta, intelligatur lux corporalis, vel spiritualis?

In intelligentiam huius partis, in qua agitur de formatione lucis, quae est opus primae diei, quaeruntur tria. Primum est de ipsa lucis productione. Secundum est de ipsius lucis essentia, & natura in se. Tertium est de ipsius lucis effectu, & illustratione. Circa primum duo quaeruntur. Primo quaeritur, utrum per illam lucem, quae dicitur esse opus primae diei, intelligat scriptura lucem corporalem, uel spiritualem. Secundum, dato quod intelli-

gat corporalem, est quaestio, quomodo faciebat die, & nocte.

CIRCA quam sic proceditur, & ostenditur, quod illa lux, quae dicitur primo die fuisse creata, non erat lux corporalis. Lux corporalis est ad decorum, & ad complementum caeli syderei, siue firmamenti. Si ergo, quod ornat, & decorat aliquod corpus; non potest, nec debet ante ipsum fieri, cum productio firmamenti spectet ad opus secundae diei, uidetur, quod primo die lux corporalis, nec potuit, nec debuit fieri. Sed fuit facta lux corporalis, uel lux spiritualis: ergo &c. **ITEM.** In enumeratione operum sex dierum intendit scriptura explicare productionem illorum, quae constituentur uniuersum (sicut manifestum est) ergo vel creatura spiritualis, utpote angelus, non est de constitutione uniuersi: uel scriptura rerum productionem insufficienter explicat, & tradit, uel oportet per aliquid ibi positum exprimi: sed primum duo modi sunt inconuenientes, restat ergo, quod scriptura explicat productionem creaturae angelicae: sed creatura angelica fuit in principio creata (sicut ostensum est supra, quia prior omnium creata est sapientia) ergo eius productio exprimitur per opus primae diei, uel saltem formatio: sed opus primae diei non fuit, nisi productio lucis: ergo per lucem intelligit scriptura naturam spiritualem. **ITEM.** Lux de spiritualibus, & corporalibus dicitur proprie; magis tamen proprie de spiritualibus, quam de corporalibus, sicut dicit Aug. super Gen. ad literam. Propriissime enim Deus, lux est,

est, & quae ad ipsum magis accedunt plus habent de natura lucis: ergo in productione lucis illa creatura dicitur principaliter intelligi, cui principaliter conuenit: sed haec est creatura spiritualis ergo &c. **ITEM.** Lux illa corporalis est ad fomentum plantarum, et animalium, et etiam ad solatium hominum; si ergo primo, et secundo die non erant plantae, quae fouerentur, nec animalia, nec homines, quibus illa lux aliquod ferret obsequium: uidetur, quod Deus frustra fecisset eam in primo dierum: quod si Deus nihil frustra facit, restat, quod per illam lucem non intelligitur lux corporalis; sed intelligitur lux corporalis, uel spiritualis. **ITEM.** Si lux illa, quae primo die creata est, erat lux corporalis; ergo diem, et noctem corporaliter faciebat; ergo uideatur ex hoc, quod productio solis fuerit superflua. **ITEM.** Si lux illa fuit corporalis, cum esset bona, debuit a diuina bonitate in suo esse conseruari; sic enim exponit Aug. Vidit Deus, quod esset bonum, id est, quod placuit, ut fieret; placuit etiam, ut in suo genere permaneret; ergo uideatur, quod si lux illa facta esset in principio, quod adhuc maneret; ergo si magne claritatis esset illa; impossibile esset, quod sensum nostrum lateret; si igitur lumen eius non percipimus sensu, et usum eius non capimus intellectu; ipsa non est; ergo nunquam fuit.

SED CONTRA. hoc obicitur, & ostenditur, quod lux illa corporalis fuerit per Textum: primo, quia ante formationem lucis permittitur

quod tenebrae erant super faciem abyssi; ergo si per abyssum intelligitur materia corporalis, lux quae facta est ad expulsionem illarum tenebrarum, erat corporalis.

ITEM. Hoc ipsum ostenditur per multos expositores, & primo per Bedam. Occidente luce paulatim, & post spatium diurnae lucis inferiores partes subeunte, factum est uespere: sicut nunc usitato cursu solis fieri solet: ergo si hoc non potest intelligi, nisi de luce corporali, patet &c. **ITEM.** Quod de luce corporali intelligatur uerum. Scriptura numerat senarium dierum, & constat, quod dies isti omnes sunt eiusdem naturae, (alioquin non essent in simul connumerabiles,) sed post formationem solis a quarto die in antea fuerunt dies corporales: ergo in tribus antecedentibus diebus fuerunt dies corporales; sed tales dies non possunt esse nisi a luce corporali: ergo &c. **ITEM.** Quod non possit intelligi de luce spirituali uideatur: quia diuisio lucis spiritualis a tenebris est separatio bonorum angelorum a malis: ergo si simul est diuisio lucis a tenebris, & formatio lucis, & hoc fuit totum in primae diei initio: uidetur, quod lapsus malorum angelorum fuerit absque aliquo spatio temporis interiecto; si ergo hoc est impossibile; sicut supra probatum est, patet, &c.

RESOLVTIO.

Quidquid nonnulli sentiant: lux illa corporea lux fuit.

RESPONDEO. Dicendum, quod in hac quaestione differenter sentierunt Augustinus, & alii Doctores: sicut etiam in quaestione de informis materiae productione

ne. Augustinus. n. voluit, q̄ per cœlum intelligeretur natura spiritalis informis, & quia lux respondet cœlo, per consequens p̄ ipsam lucem spiritualementem, angelicam naturam formatam dixit intelligi ad literam, per diem vero dixit intelligi ipsam considerationem angelicam: per septennarium dierum septemplex considerationem: & per uesperam diei, considerationem creaturæ in seipsam, quia creatura est sicut tenebra: per mane uero reductionem ipsius cognitionis creaturæ in suo genere proprio, ad cognitionem, quæ est in summa luce, & ad laudem ipsius Dei: & quia post perfectam conuersionem a laude Dei non cessat: ideo septimum diem, in quo est requies contemplationis, dixit non habere uesperam. Ad hanc autem positionem manifestandam satis scriptura conformatur super Gen. ad literam, ubi ostendit, q̄ multa dicuntur de illa sex dierum enumeratione, quæ magis competunt diebus spiritualibus, & luci spirituali, q̄ luci materiali: propter quod in productione omnium rerum corporalium dicit, [fiat, fecit, & factum est:] in productione uero lucis non dicitur, nisi [fiat, & factum est.] Et huius ratio est, quia omnes aliæ res a creatura spiritali habent triplicem modum essendi, uidelicet in sua causa producente, & in mente rationali, & in corporali materia subsistente. Creatura autem rationalis non habet, nisi duplicem essendi modum, uidelicet in uerbo, & in se. Multa etiam ad hoc adducit, quæ ostendunt ipsam positionem esse consonam tam

fidei, quam scripturæ, quam rationi. Et per hoc ueritatem fidei, & scripturæ a recto rationis tramite nullatenus etiam deuiare ostendit: unde super Gen. ad literam Lib. 1. habemus, quod secundum fidem respondendum est omnibus, qui calumniari libris nostræ salutis affectant: ut quidquid ipsi de rerum natura ueracibus documētis demonstrare potuerunt, ostendamus literis nostris non esse contrarium: quidquid autem de quibuslibet suis uoluminibus his nostris literis, & catholicæ fidei contrarium protulerunt: aut aliqua facilitate, aut nulla dubitatione credamus ipsum falsissimum. Quantumcunque autem hæc positio probabilis esset & rationalis; catholici tamen tractatores, qui August. secuti sunt, uiam aliam approbauerunt magis, scilicet q̄ dierum distinctio esset materialis, seu sensibilis, & primæ diei operatio esset formatio lucis corporalis, quæ tres dies fecit ante productionem solis. Et quia istam positionem magis innuat Textus scripturæ, & magis sequuntur expositores, & illi, q̄ Aug. libenter secuti sunt: ideo positio ista securus, & utilius est sustinenda. Secundum hanc igitur positionem dicendum est, quod scriptura per lucem illam, quam dicit primo esse factam, corporalem lucem insinuat, & concedendæ sunt rationes, quæ illud probant.

AD ILLVD uerò, quod obiicitur primo, quod lux est ad deum, & ornatum cœli. Dicendum, q̄ non qualitercunque, sed prout est in distinctione completa secundum

dum numerum, & proprietatem corporum cœlestium, stellarum. s. & planetarum, & hoc non fuit ante diem quartum. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ conditio angelicæ naturæ dēt in sex diebus explicari. Dicendum, q̄ illud non oportet explicite dici: sicut etiam nec de lapsu naturæ angelicæ in scriptura legitur historia liter: sed magis allegoricè. Et ratio huius est: quia scriptura principaliter intendit agere de operibus reparationis humanæ: sicut dicit Hugo. & propter illa; ut melius explicentur, agit de lapsu hominis, & conditione naturæ humanæ institutæ: & ratione huius determinat de his, quæ faciunt ad hominis conditionem, & conseruationem. Et quia in scriptura non agitur de lapsu naturæ angelicæ; idcirco nec est in ea agitur de conditione angeli instituti. Aliter posset dici: quod quia scriptura tradebatur genti rudī, quæ uersabatur circa sensibilia; ideo primo in operibus sex dierum conditionem sensibilibus insinuat: nihilominus tamen præbens uiam per hæc sensibilia, ad intelligenda spiritualia; hoc. n. fecit ad illa insinuanda. Unde non indocte per formationem lucis intelligi potest formatio naturæ spiritalis, principaliter tamen insinuat formatio corporalis: Et sic patet qualiter processus scripturæ: quauis uideatur esse uulgaris; tamen est sufficiens, & rationalis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod lux principaliter conuenit naturæ spiritali. Dicendum est, quod uerum est quantum ad proprietatem uocabuli: non est tamen uerum quantum

ad usum communem. Nominata enim luce; nisi determinetur per antecedentia, & consequentia, lucem intelligimus corporalem, per quam tamen perducimur ad intelligendum spiritualementem: quia cognitio nostra incipit a sensu; & sic docet Dion. in Lib. de di. no. AD ILLVD, quod obiicitur, quod lux corporalis est ad fomentum uiuentium, & solatium animalium. Dicendum, quod lux corporalis non solum modo habet istam utilitatem, immo etiam alias multas, quæ fortasse nos latent: quarum etiam usum potuit tunc habere; sicut multæ creaturæ habent uirtutes & utilitates, quas nos ignoramus & tamen eas habere non dubitamus. Posset tamen dici, q̄ usus eius fuit diem et noctem facere: non ad animalium illustrationem; sed ad diuinorum operum distinctionem: unde et si tunc non faceret ad illustrationem humani sensus; facit tamen nunc ex ipsa distinctione ad illustrationem intellectus dum ex illa intellectus capit distinctionem diuinorum operum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod suffluit facere solem. Dicendum, q̄ falsum est; quia et si lux illa perfecte illuminaret, et diem faceret; secundum quod sufficiebat pro illo tempore ad dierum distinctionem; placuit tamen Deo rebus ad maiorem perfectionem eductis, utpote ad ornatum, lucem facere pleniorē; quæ etiam diem faceret clariorem: et propter hoc ex ipsa etiam luce, siue nube lucida solem facit in maiori lumine; sicut dicitur postea. ET PER hoc patet illud, quod obiicitur ultimum. s. quod illa

illa lux debuit manere. Dicendum enim, quod verum est, quod manet secundum formam, & naturam: sed non oportet, quod maneat secundum illum statum: secundum quem primo formata erat: manet autem in sole, qui ex ipsa formatus est, sicut innuunt expositores, & melius patet super literam.

QVAESTIO II.

Lux primo die creata, quomodo noctem diei faciebat?

Q Valiter illa lux faciebat diem, & noctem. Et dicit Damascenus quod faciebat emissionem radiorum, & contractionem. Ait enim sic. In primis tribus diebus refluxo, & contracto lumine dominico precepto, dies & nox fiebat. Et Basiliius in Hexam. Tunc autem non solaris corporis motu: sed diffusionem principalis luminis modo se subducentis, modo denuo reuoluentis, secundum diuinam preceptionem diem faciebat, noxque reuertebatur. Beda autem, & alii expositores latini dicunt, quod diem, & noctem faciebat sua reuolutione: & hoc habitum fuit in auctoritate prius posita, quae inducitur in litera, Occidente luce paulatim &c.

CONTRA primum dicendi modum obiicitur sic. Primo scriptura dicit: diuisit Deus lucem a tenebris: ergo simul fuerunt lux, & tenebrae: sed si lux illa faceret diem, & noctem per emissionem, & retractionem radiorum, cum non sit simul emissio, & retractio, non esset simul lucis, & tenebrarum diuisio.

ITEM. Scriptura dicit, quod lux illa faciendo diem, faciebat uespere, & mane: sed si sola ra-

diorum emissionem fieret dies, & sola contractionem fieret nox, nunquam esset uespere, & mane, sed semper esset clarus dies, uel obscura nox: ergo ille modus dicendi non competit Sacrae scripturae. **ITEM.** Emittere, & contrahere radios, sunt comparationes oppositae: ergo cum sole potestates rationales sint ad opposita, uideatur quod lux illa esset rationalis substantia: si ergo hoc est absurdum dicere: uideatur &c. **ITEM.** Quod lux illuminet, iste est actus naturalis, & necessarius: si ergo nulla substantia potest seipsam priuare sua necessaria, & naturali operatione, uideatur, quod lux ubi erat, non poterat non illuminare: ergo non poterat radios suos contrahere. **CONTRA** secundum modum obiicitur sic. Ad hoc, quod fiat motus alicuius corporis regularis, & uniformis, non solum requiritur virtus motoris: sed et congrua dispositio ex parte mobilis, & ex parte spatii: ergo si adhuc non erat facta orbium distinctio, uel, quod nulla fieret huius corporis reuolutio. **ITEM.** Materia ex omni parte sua erat uniformis: si ergo motus est per aliquam diuersitatem, uel in eo quod mouetur, uel in eo circa quod mouetur: uideatur, quod lux non moueretur: ergo non faciebat diem, & noctem per suum motum. **ITEM.** Materia illa ex omni parte erat eque illuminabilis: ergo si lux illa ubicunque esset, illuminabat quocunque moueretur, diem continue faciebat: ergo nunquam faciebat mane, & uespere. **ITEM.** Si per suum motum faciebat diem, & noctem, cum illa lux ante fuerit producta, quam mota, fuit producta

ante

ante omnem diem: ergo non erat opus primae diei. Si tamen dicas mihi: quod simul cepit esse, moueri, & illuminare: pro ubi primo incipit moueri, aut enim ex oriente, aut ex occidente, aut ex aliqua alia parte caeli. Si ex oriente: ergo uideatur, quod primo fecerit mane, & postea uesperam, & hoc est contra scripturam, quae dicit, Factum est uespere, & mane. Si ex occidente: ergo uideatur, quod lux cepit in occasu, quod est inconueniens. Si in aliqua parte alia, ut in meridie, tunc uideatur, quod dies ille non habuit viginti quatuor horas, quod est contra expositores: Et propter hoc est quaestio, ubi lux illa sit facta, et qualiter diem, et noctem faciebat.

RESOLVTIO.

Grati arbitraui sum, fuisse id per radiorum emissionem et contractionem. Sed rectius Latini aestimant illud factum esse per motum, quem supra superiorum & rariorem materiae partem lux illa faciebat.

RESP. Dicendum, quod (sicut praeterea fuit in principio) duplex est hic modus dicendi, unus secundum Doctores Graecos, uidelicet Basilium, et Greg. et Damascenus. alius secundum Latinos. Dixerunt enim Basiliius, et Damascenus quod lux illa emissionem, et contractionem radiorum diem, et noctem faciebat: hoc autem dicebat esse in potestate ipsius lucis, non per uirtutem propriam, sed per preceptionem diuinam: Et huius simile legimus in scriptura Exod. 10. Extendit Moyses manum in caelum, et factae sunt tenebrae horribiles in tota terra Aegypti tribus diebus. Constat enim quod in illo triduo sol erat in hemisphaerio terrae

nostrae habitabilis, et in terra Gessen, et in alias habitabiles regiones radios suae lucis emittebat, et a terra Aegypti radios suae lucis contraherebat. Simile etiam forte factum est in passione domini, ubi sol dicitur obscuratus fuisse, et hoc totum factum est non natura, sed diuino precepto. Et per hunc modum intellexerunt Doctores Graeci fuisse in illo primo triduo: et propterea rationes prius inductae de naturali potestate in nullo eos laedunt. Auctoritates etiam Sacrae scripturae non uidentur contrariae: quia diuisio illa lucis a tenebris non intelligitur quantum ad situm localem, sed quantum ad distinctionem formalem: sicut distinguitur habitus a sua priuatione. Et quia ab hoc habitu in priuationem et processus erat, et regressus: quantum ad regressum in habitu dicitur fecisse mane, quod quidem fiebat radiorum emissionem: quantum vero ad progressum in priuationem dicitur fecisse uesperam, quod quidem fiebat radiorum contractionem. **ALIVS** modus dicendi secundum Latinos Doctores: quod uideatur esse rationabilior, est: quia uirtuti naturali possibilior. Quod lux illa noctem, et diem faciebat suo motu: sicut sol sua facit actione. Intelligitur enim lux illa facta fuisse: ubi nunc est sol, nam ex illa formatus creditur esse sol, producta autem fuit super eam partem: supra quam nostrum est hemisphaerium, et illud hemisphaerium illuminando fecit diem, et progrediens peruenit ad occasum, et fecit uespere, et post deinde regrediens ad ortum fecit mane. **Vnde respec-**

tu

Basil. ho
mil. 3^a
in He-
xam. a
medio.

Et unius et eiusdem hemisphærii noctem & diem faciebat successiue: respectu verò hemisphærii nostri, & alterius simul faciebat diem ex vna parte, & noctem ex obiectu illius naturæ densæ, quæ erat in medio illius materiæ, quæ quamuis non esset adhuc in forma completa, erat tamen in illa parte ita densata, vt posset proicere umbram, sicut in parte superiori pro sua raritate, & quadam subtilitate poterat suscipere lucis influentiã. Et ideo vtrunq; eorum insinuans scriptura dicit, Diuisit Deus lucem a tenebris, quantum ad existentiam lucis in vno hemisphærio, & tenebræ in alio: & factum est vespere, & mane quantum ad recessum a nostro hemisphærio, & quantum ad regressum.

Huc igitur modum tanquam probabiliorē sustinendo, ad primum quod obiicitur in contrarium, quod non erat ibi idoneitas spacii, nec corporis, per quod fieret motus alicuius orbis. Dicendum, quod sicut sol in claritate illam lucem excedit, ita et in motu regularitate propter orbium distinctionem, & complementum; sicut lux illa claritatem habebat sufficientem pro illo statu, sic etiam superior pars materiæ, quæ rarior erat, & purior viã sibi præbebat ad motum habilem, quamuis non esset in tanta perfectione, in quantum nunc est æther.

Ad illud, quod obiicitur, quod materia ex omni parte vni formis erat. Dicendum, quod & si ex omni parte esset influentiam lucis æqualiter nata suscipere, illa tamen lux non poterat vndique illuminare, sicut & sol

non potest. Et ideo cum ex vna parte illuminabatur, ex alia parte erat obscura: & quia ad lucem vni formiter erat disposita, cum non posset simul illuminari, oportebat illuminari successiue, & ita oportebat fieri noctem, & diem. Si tu quæris, quare Deus non fecit lucem ita sufficientem, quod vndique posset illuminare. Dicendum, quod si sic fecisset, per illam lucem esset illuminatio, sed non horarum distinctio, nec temporali successio. Diuine autem dispositioni placuit mundum quasi carmen pulcherrimum quodam decursu temporum venustare. Ad illud, quod obiicitur, quod super illuminabatur; ergo semper diem faciebat. Dicendum, quod non sequitur, quia non quæcumque illuminatio dies appellatur, sed illuminatio, quæ est in nostro hemisphærio, quæ magis dies dicebatur, quam illuminatio alterius hemisphærii, non propter illud, quod tunc erat solum, sed etiam propter id, quod futurum erat. Ad illud, quod obiicitur, quod ante fuit producta, quam mota. Dicendum, quod in die naturali duo sunt, videlicet claritas aeris, siue rei transparentis, & successio temporis. Claritatem autem faciebat lux radiorum multitudine in parte materiæ transparentis: & quia lux simul est, & lucet, & illuminat, simul cœpit esse isto modo dies cum luce. Successionem autem temporis faciebat, vel ipsa mutabilitas, quæ erat in materia informi ante productionem lucis, vel etiam ipsa lux mota, quæ erat nubes lucida: & ita vtroque modo successio temporis, vel simul

mul cum luce incipiebat, vel ante, & illa successio ad primum diem spectabat; & ideo quocumque modo dicatur dies, formatio lucis est opus primæ diei, non quia prima dies ipsam lucem præcesserit, sed quia simul incepit dies cum luce. Quamuis enim motus sequatur esse secundum naturam, tamen duratione potest simul cum mobili incipere. Et si quæras, ubi incepit moueri. Dico quod ubi facta est, sed de loco, ubi facta est, duæ sunt opiniones. Quidam enim dicunt quod lux illa facta est in meridie, & rationem huius assignant duplicem. Vnam, quia lux illa primo faciebat vespere, & postea mane, sicut dicit scriptura; ergo ut prius tenderet ad occasum, quam rediret ad ortum. Alia est ratio quia Dei perfecta sunt opera, & ideo diem, & lucem fecit in sua plenitudine, & ita in meridie: & hoc modo videtur sentire Beda, & alii expositores, qui dicunt primum diem a prima luce cepisse. Et si tu obiicias, quod a principio diei usque ad mane non sunt viginti quatuor horæ respondent, & dicunt quod sex horæ huius diei præcesserant successione temporis pertransiente per ipsius materiæ mutabilitatem, & postmodum sexta hora (quæ est in numero perfecta) facta est lux, quæ est corpus perfectum in sui natura, in plena & perfecta irradiatione, utpote in meridie: & cum esset tunc tempus æquinoctiale usque ad occasum fuere sex horæ, & postmodum usque ad ortum sequentis diei fuerunt duodecim, & sex præcesserant ante formationem lucis post creationem cœli & terræ, & ita factus

est dies naturalis perfectus, & integer. ALIA OPINIO est, quod non fuerit mora temporis interiecta inter creationem, & distinctionem: imo statim post creationem cœli, & terræ produxit dominus lucem, ita quod postea natura, sed simul duratione. Et isti dicunt quod lux illa cœpit in oriente, & sua reuolutione perfecta tendendo ab eodem puncto in idem, fecit diem naturalē: & hoc videtur Hugo sentire in Lib. de Sac. Ait. n. quod non fuerit mora interiecta inter creationem, & distinctionem inchoationem, quæ incepit in lucis formatione, & illud videtur satis probabile quod ibi cœperit lux illa in primo die, ubi conditus est sol in die quarto. Creditur enim sol quarto die conditus fuisse in oriente, non in meridie: & luna in occidente. Et si tu obiicias quod prius deberet dicere factum esse mane, & vespere. Dicendum quod (sicut dicit Magister in litera) mane dicit finem præcedentis noctis, & ex hoc dicit quandam obscuritatem per hoc, quod non tantum dicit diei initium, imo dicit noctis consummationem. Et quia in prima lucis formatione non præcesserat mox, sed statim lux incepit secundum suam totam potestatem illuminare, & ideo dicitur dies illa cœpisse a plena luce, adeo enim lucebat ibi ubi cœpit, sicut si esset in meridie. ideo non dicitur fecisse mane, quia non præcesserat dies, sed prius vespere quod est finis diei, & postmodum mane quod est finis noctis: quia prius fecit diem, & postmodum noctem. Et tamen hic modus dicendi, quam præcedens satis est probabilis: nec facile discernitur quis eorum plus habeat

LIBRI S
meritatis : & ideo quocunq; isto
rum modorum dicatur, non est
facienda magna uis.

ARTICVLVS II.

QVÆSTIO I.

*An lux sit corpus, uel forma
corporis?*



Onsequēter quæritur
de essentia, & quiddi
tate lucis corporalis ī
se. Et circa hoc duo
quærentur. Primo quæritur, ut
rum lux sit corpus, uel forma
corporis. Secūdo quærit, utrum
sit forma substantialis, uel ac
cidentalī.

CIRCA quam sic proceditur,
& ostēdit q̄ lux sit corpus.
Lib. 3. August. in Lib. de Lib. arb. ii. In
Cap. 5. corporibus lux primum locum
tenet. **ITEM.** Aug. super Gen. ad
literam. Anima omnem corpo
ream materiam dignitate natu
ra præcellit : per lucem tamē, &
aerem; quæ in mundo præcellē
tia sunt corpora, corpus admini
strat. **ITEM.** Aug. in epistola ad
Volusianum iii. Hominū (inqt)
iste sensus est, n. hīl nisi corpora
ualentū cogitare, siue ista gros
siora, uidelicet humor, aut hu
mus: siue subtiliora sicut aer, &
lux, sed tamen corpora. **ITEM.**
Hoc uidetur ratione. In spiriti
bus est reperire spiritū, qui est
pure lux : ergo similiter in cor
poralibus uī q̄ sit reperire cor
pus, quod si pura lux : ergo simi
liter uidetur q̄ illud est quod lu
minosum in corporibus, sit lux
pura: sed illud est corpus, cum
habeat extensionem: sicut patet
in sole: ergo uī quod lux sit cor
pus. **ITEM.** Lux in sole est in ple
na actualitate, & potestate mul

LIBRI S
E C V N D I
riplicandi se: ergo non uī quod
sit permixta possibilitati mate
riæ: constat autem solem esse
corpus: ergo uī quod pura lux
sit corpus. **ITEM.** Nihil mouetur
localiter motu dimēsiuo, & suc
cessiuo nisi corpus: sed lux illa,
quæ primo creata fuit, suo mo
tu faciebat diem, & noctem: er
go erat corpus.

AD OPPOSITVM. Dam. Lu
men est qualitas naturalis ipsius
ignīs: sed nulla qualitas est cor
pus: ergo lux nō est corpus, sed
qualitas corporis. **ITEM.** Dicit
Philosophus, q̄ forma est princi
pium agendi : ergo illud, quod
maxime est principium agendi,
illud maxime est forma: sed lux
inter cætera corporalia est ma
xime actiua: ergo uidetur quod
sit pure forma: sed nullum cor
pus est pure forma, cum omne
corpus sit compositū : ergo lux
non est corpus. **ITEM.** Aug. sup
Gen. ad literam. Lux est subtilis
simum in corpore, & ob hoc ani
mæ uicinissimum: sed quod est
uicinissimum nobilissimæ for
mæ, illud maxime participat ra
tionem formæ: ergo uidet quod
ipsa lux sit pure forma. **ITEM.**
Nulli corpori opponitur aliqd
priuatiue secundum quod cor
pus est: sed luci secundū quod
lux est opponitur tenebra pri
uatiue: ergo lux non est corpus.

RESOLVTIO.

*Lux & corpus, & forma simplex di
ci potest: forma secundum abstra
ctionem concepta; corpus uero in
concretionem accepta.*

RESP. Dicendum, quod quidā
nō attendentes, nec interius cō
siderantes uerba Aug. dixerunt
lucem esse corpus, pro eo quod

po-

DISTINCTIO XIII.

200

posuerunt aliquod corpus purē
esse lucem, ita quod in eo nihil
esset admixtum de tenebrosita
te materiæ, sicut est corpus sola
re, a quo cætera corpora mundi
recipiunt illuminationem. Sed
cum supra probatum sit: quod
nulla substantia per se existens
siue corporalis, siue spiritualis
est purē forma, nisi solus Deus:
satis planū est quod nullū cor
pus potest esse pure forma: cum
enim nullū corpus careat exten
sione, & omnis extensio funde
tur supra naturam corporalē,
nullū corpus potest esse sine ma
teria: et iterum. nullū potest eē
pure forma. Si ergo lux formā
dicit, non potest esse lux ipsum
corpus, sed aliquid corporis: si
enim lux esset ipsum corpus, cū
lucis sit, ex seipsa multiplicari,
aliqd corpus posset seipsum
multiplicare ex se sine appositio
ne materiæ aliunde: quod est im
possibile alicui creaturæ, cū ma
teria non habeat educi nisi per
creationem. Et ideo aliter dicen
dum: quod sicut humor & calor
dupliciter accipiuntur: aliquan
do enim dicunt proprietates, si
ue qualitates corporeæ substan
tiæ, sicut dicitur humor, & aqua, &
calor ipsius ignis: aliquando no
minant ipsam substantiam sub
tali forma: sicut dicit Aug q̄ hu
mor, & humus sunt elemēta: &
philosophi dicūt, quod calor ē
substantia quædam subtilis. Sic
intelligendum a parte lucis, q̄
lux potest dici in abstractione,
& sic nominat formā corporis
luminosi, per quā illud corpus
habet lucere, & agere: & sic di
cit Dam. q̄ est qualitas ignis.
Aliquando nominat in concre

tione ipsam substantiam. Clumi
nosam: & sic accipitur in illa di
uisione. s. quod tres sunt species
ignis. s. carbo, flamma, & lux. Et
per hunc modū loquit Aug. q̄
dicit, quod lux tenet primū lo
cū ī corporibus: & q̄ lux, & aer
sunt corpora subtiliora. Vocat
enim ibi lucem, quod nos uoca
mus ignem: sicut ex uerbis ip
sius Aug. colligitur expresse. Et
per hoc patet obiecta ad utrāq;
partem. Nam auctoritates, & ra
tiones, quæ dicunt, & probant
lucem corpus non esse, sed qua
litate, accipiunt lucem in ab
stractione, sicut patet Auctori
tates uero quæ ad oppositū in
ducuntur, loquunt de luce put
accipitur concretive: rationes
uero quæ probant quod ali
quod corpus sit pure lux, non
sunt cogentes.

AD ILLVD, n. quod obiicitur
de similitudine spiritualium, &
corporalium, non est simile: quia
lux spiritualis cōmunis est crea
tori, & creaturæ scđm analogiā.
Et quia creator pure actus est: iō
potest reperiri in spiritualibus
lux in omnimoda actualitate,
ita quod nihil habeat de possibi
litate materiæ, nec de tenebrosi
tate ignorantie. Corporalis ue
ro lux nō reperitur nisi in crea
tura, quæ ad hoc ut per se exi
stat, indiget sustentari a mate
ria: & ideo non pōt iueniri lux
pura per omnimodam exclusio
nem possibilitatis materiæ: po
test tamen inueniri pura lux p
exclusionem opacitatis, & tene
bræ: & sic est ī sole. **AD ILLVD,**
quod obiicitur: quod si lux solis
esset permixta materiæ, non pos
set se multiplicare perfecte. **Di
cendum**

endum quod præsentia materiæ non tollit actualitatem formæ, maxime quâdo corpus multum habet de specie, & parū de materia: & quia in sole est abundantia lucis, quamuis sit ibi materia, non impeditur ab actione sua. Ea autem, quæ dñr habere lucem incorporatam, nō habēt perfectam potestatem multiplicandi se: non quia lux sit solum ibi in materia, sed quia corpora illa multū habent de materia, & parum de specie. AD ILLVD, quod obiicitur: quod lux primo creata, mota fuit dimensue, & successiue. Dicendum quod lux ibi vocat nubecula lucida, quæ vere corpus erat: & illa nō fuit creata, pro eo quod fuit ex præexistente materia forma lucis sibi diuinitus impressa, uel educa. Sic igitur ex prædictis patet, quod lux (proprie, & abstracte loquendo) non est corpus, sed forma corporis.

QVÆSTIO II.

*An lux sit forma substantialis
uel accidentalis?*

VTRVM lux sit forma substantialis, uel accidentalis. Et quod sit forma substantialis, uel. Prior est generatio substantiæ, quā accidentis: sed lux inter omnes formas corporales describitur primo fuisse creata: ergo nō uidetur accidens, sed substantia: aut illa operatio fuit iordinata. **ITEM.** Forma substantialis est nobilior quā accidentalis: sed lux est nobilissima forma corporalium: sicut in multis locis dicit Aug. ergo cū multæ aliæ formæ corporales sint substantiæ: uidetur quod lux sit forma substantialis. **ITEM.** Lux inter om-

nia corporalia maxime assimilatur luci æternæ, sicut ostendit Dion de di. no. & maxime in uirtute, & efficacia: ergo si hoc totum magis competit formæ substantiali, quā accidentali, uidetur quod lux sit substantia. **ITEM.** Nullum accidens est causa substantiæ: sed lux corporis celestis est principium educendi animam uegetabilem, & sensibilem, quæ sunt formæ substantiales: ergo uidetur quod lux sit substantia. **ITEM.** Nullum accidens est per semetipsum actiuum: cum nullum sit per se existens: ergo sicut per se non est, ita etiā nec per se agit: sed corpus luminosum inquantū luminosum, est per se actiuum: ergo uel quod lux nō sit ei accidens, sed substantialis forma. **ITEM.** Nullū accidens facit gradū, & nobilitatem in rebus scdm differentias específicas propter sui ipsius participationem maiorem, & minorem, sed corpora mundi scdm quod plus & minus participant de luce, sunt magis & minus nobilia (quantū ad esse substantiale) & specie, & differentia: sicut patet respiciendo gradus in corporibus mundi: ergo impossibile est lucem esse accidens corpori luminoso.

CONTRA. Nihil est de constitutione accidentis nisi accidens: sed lux est de constitutione coloris, cum color non sit aliud quā lux incorporata: ergo cum color sit accidens, lux est forma accidentalis. **ITEM.** Nihil est per se obiectum sensus, nisi accidens, quia omne obiectum sensus ponitur in tertia specie qualitatis: sed lux seipsa uidetur & percipitur sensu uisus, & est illud, quo

mediate

mediate cætera sentiuntur, sicut dicit Aug. super Gen. xii. ad literam: ergo lux est accidens. Ait. n. Aug. sic, Visus agit pura luce incorporata in subtilissimo aere, deinde lux mixta in aere caliginoso, deinde cū corpulento humore: deinde cum terrena crassitudine, & sic quinque sensus efficit. **ITEM.** Quod augetur in aliquo, salua eius substantia, & natura: ipsum est sibi accidens: sed lux augetur in corporibus præcipuè luminosis, sicut dicit Esaię 30. Erit lux lunę sicut lux solis, & lux solis septemplex, &c. ergo lux nō est substantia, sed accidens: cū substantia non recipiat magis, & minus. **ITEM.** Sicut ignis naturaliter lucescit, ita & naturaliter calet, nec maior est uirtus, in ipso lucere quam calere, siue calefacere, sed caliditas est qualitas accidentalis ipsius ignis: ergo & luminositas. **ITEM.** Si lux in igne est forma substantialis, aut ergo ultima, & completiua, aut citra ultimam. Si est forma ultima, & completiua: ergo non uel, quod ignis differat a cœlesti natura, nec quod aliqua luminosa differant specifica differentia. Si est forma citra ultimam: ergo minus est forma perfecta quā forma ignis specifica: cum forma ultimo completiua sit in re perfectissima, ergo nō uel, quod in igne lux sit nobilissima forma: si ergo in cœlo est forma ultima, uel quod digniora siue nobiliora sint corpora elementaria, quā cœlestia: quod si falsum est, restat, &c. **ITEM.** In creaturis qualitas est, immediatū principium actionis: unde forma substantialis agit tanquam mediati-

bus proprietatibus accidentalibus: sed lux est immediatū principium actionis: ergo uidetur, quod lux sit accidens.

RESOLVTIO.

*Licet aliquibus utraque pars æquæ
uideatur: probabilior tamen censenda est prima, quā secunda.*

RESP. Prænotandum est, quod in hac quæstione sapientes opinantur contraria sapientibus. Quidam. n. dicere uoluerunt, quod lux est accidens corpori luminoso, sicut sapientia, siue scientia, quæ est lux spiritualis, est accidens ipsi animæ, & color est accidens corpori terminato, & calor est accidens corpori calido. Dixerunt. n. quod sic se habet corpus luminosum ad lucem, sicut anima ad cognitionem, & sicut corpus calidum ad calorem: quoniam per ipsam decoratur, per ipsam sentitur, & per ipsam operatur: & ideo si dicatur forma nobilis, hoc nō intelligitur quantū ad esse primum, sed quantum ad esse secundum: sicut scientia, & gratia nobilissimæ formæ ponuntur, quamuis accidentia esse dicantur. Et sic pro magna parte rationes euadunt. Sed quoniam Sacra scriptura lucem inter cæteras formas pure corporales commendat, & catholici tractatores, sicut Dionysius in iiii. de diuini. & Augustinus in multis locis, & philosophi, etiā principatum operandi in corporibus luci attribuunt, ideo lucem magis esse substantiam: quam accidens sentire uidentur. Et ideo est alia positio, quod lux est forma substantialis corporum, secundum cuius maiorem, & minorem participationem corpora habent uerius, & dignius esse

S. Bon. Lib. 2. Cc se

*Refra-
ga. Sco.
hoc in
loco di.
3. q. vnā
ca, quā
tenet lu-
cem esse
formā
acciden-
talem.*

*Hæc rō
nō ma-
gnifica-
cit Sco.
ibi. Hic
tria
sunt di-
13. q. 11
nica.*

se in genere entium. Vnde sicut nobilissimum corporum. s. empyreum est precipue luminosum, ita infimum. s. terra est maxime opacum: intermedia vero secundum, quae sunt magis, & minus nobiliora, participant plus, & minus. Et quae omnia corpora naturam lucis participant, hoc satis de plano ostenditur, quia vix est corpus opacum, quin per multam transpositionem, & positionem possit effici luminosum: sicut patet cum de cinere fit vitrum, & de terra carbunculus. Vtraque autem harum positionum magnorum est, & quaelibet valde probabilis, nec de facili improbari potest. Si autem interius considerare uelimus, quae istarum positionum sit uerior, inueniemus quod utraque harum fundata fuit supra aliquod uerum. Verum est enim, quod lux cum sit forma nobilissima inter corporalia, (sicut dicunt philosophi, & sancti) secundum cuius participationem maiorem, & minorem sunt corpora magis, & minus entia, est substantialis forma. Verum est etiam, quod cum lux sit per se sensibilis, sit etiam instrumentum operandi, sit etiam augmentabilis, & minuibilis, salua forma substantiali, quae ipsa habet formam naturae accidentalis. Et ideo notandum est ad intelligentiam auctoritatum, & rationum; quod sicut lux incorporata est principium coloris in ipso corpore terminato, qui quidem color est accidens, & passibilis qualitas, & sensu percipitur: sic etiam lux in corpore luminoso est principium cuiusdam fulgoris, qui ad modum coloris est accidens, & mediante quo lumino-

sum corpus a sensu apprehenditur. Et secundum hoc dupliciter potest lux accipi. Vno modo dicitur lux ipsa forma, quae dat esse corpori lucido, & a qua luminosum corpus principaliter est actiuum, sicut a primo mouente, & regulante. Alio modo dicitur lux esse fulgor, qui est circa corpus luminosum, qui consequitur existentiam lucis, in tali materia, & qui etiam est sensus obiectum, & operis instrumentum: & sic est accidentale complementum.

Et sic patet responsio ad quod non proposita: et pro magna parte patet responsio ad obiecta. Rationes. n. ostendentes lucem esse substantialem formam, procedunt secundum primam uiam, sicut patet intuenti: Rationes autem ad partem oppositam procedunt uia alia, exceptis quibusdam; ad quas satis de facili responderi potest.

AD ILLUD enim, quod obiicitur, quod lux est de compositione coloris, dici potest, quod lux non dicitur esse de compositione coloris, tanquam principium intrinsecum, sed tanquam principium effectiuum, cum accidentia simplicia sint: forma autem substantialis bene potest esse effectiuum principium accidentis. AD ILLUD, quod obiicitur, quod est forma sensibilis. Dicendum, quod hoc non ueritate ratione suae essentiae: sed ratione fulgoris, uel coloris causa inseparabiliter concomitantis, maxime ubi est uehementia lucis. AD ILLUD, quod obiicitur, quod augetur. Dicendum, quod augmentum illud attenditur ratione fulgoris, non ratione lucis, quae est forma substantialis: & si ratione illius attendere tur, adhuc ratio non ualeret: quia quae forma

ma substantialis, secundum se non recipiat magis, & minus: habet tamen intendi, & remitti secundum esse ipsius in materia: & hoc maxime uerum est in formis generalibus, in quibus magis consistit comitas analogiae secundum magis, & minus, & prius, ac posterius, quam uniuocationis.

AD ILLUD, quod obiicitur: quod calor non est forma substantialis calidi. Dicendum, quod non est simile: quia non est tantae dignitatis, & perfectionis forma caloris, sicut forma lucis. Et hoc patet, quia forma lucis plus recedit a natura contrarietatis, corruptionis, & alterationis.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod non est forma ultima in igne. Dicendum, quod si lux ponitur esse forma substantialis corporum specie diuersorum, utpote caeli, & ignis, neutrius est forma ultimo completiua: ideo ex hoc non concluditur, quod natura elementaris sit nobilior caelesti: nec ex hoc potest etiam concludi, quod alia forma sit nobilior forma lucis, quamuis sit ulterior. Forma enim lucis non ponitur in eodem corpore cum alia forma: sicut dispositio imperfecta, quae nata sit perfici per ultimam formam: sed ponitur tanquam forma, & natura omnis alterius corporalis formae conseruatiua, & dans agenti efficaciam: & secundum quam attenditur cuiuslibet formae corporalis mensura in dignitate, & excellentia. Et quod obiicitur: quod forma ultimo completiua nobilior est: hoc uerum est, ubi forma illa habet compleri, & perfici per ultimam, & specialem, scilicet ubi forma communis ha-

bet perfici per ultimam, & specialem. Vel dicendum, quod hoc ueritatem habet ubi utraque forma, scilicet communis, & ultima est in suo potissimo esse: sic autem lux non est, nisi in caelesti corpore. AD ILLUD, quod obiicitur, quod est immediatum principium operandi. Dicendum, quod illud non cogit necessario, ut uideatur: forma enim specialis se posse agere uideatur. Sed quia exemplum huius non de facili inuenitur in aliis, quamuis non irrationabiliter credatur, in forma lucis possibile esse, cum sit maxime actiua, concedi potest, quod quamuis lux interius perficiens sit substantialis forma, tamen fulgor ille, quo corpus illud instrumentaliter operatur, sentitur, & decoratur, ad naturam accidentis, (sicut praedictum est) pertinere, non in docte credi potest.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An lumen, quod a corpore luminoso egreditur, corpus, uel qualitas sit?



ONSEQUENTER quaeritur, de lucis effectu, & irradiatione. Et circa hoc duo

quaeruntur. Primum quaeritur, utrum lumen, quod emittitur a corpore luminoso, sit corpus, an qualitas corporis. Secundum, dato, quod sit qualitas, est quaestio, utrum sit substantialis, uel accidentalis.

CIRCA quam sic proceditur, & ostenditur primum, quod lumen, quod exit a corpo-

re luminoso, sit corpus: Omne, quod per se mouetur localiter, & dimensue, est corpus: sed radius, siue lumen egrediens a sole mouetur localiter, utpotè ab oriente in occidentem; ergo tam radius, quam lumen est corpus. **ITEM.** Nihil repercutitur, & repellitur a corpore, nisi corpus: impossibile enim est non corpus corpore moueri: sed luminis, & radiorum fit repercussio ad corpus opacum: ergo tam lumen, quam radius est corpus. **ITEM.** Impossibile est esse contractionem, & intersecationem, nisi corporum: sed ex repercussione luminis ad speculum concauum fit radiorum intersecatio, & cōfractio: ergo uidetur, quod tam lumen, quam radius sit corpus. **ITEM.** Omne, quod habet trinam dimensionem est corpus: sed lumen in medio habet trinam dimensionem, quia diffunditur secundum omnem positionem, nec tantum est in superficie, immo etiam penetrat aerē vsque ad profundum: ergo uidetur, quod lumen in medio sit corpus. **ITEM.** Esto quia sol esset, & circa ipsum esset spatium vacuum, cum sol potens sit ex uirtute lucis absque adiutorio extrinseco lumen suum diffundere, nisi habeat resistēs, & in illo spatio uacuo nullam habeat resistētiam, ibidē lumen suum diffunderet: sed lumen illud nō esset in alio corpore sustinente: ergo uidetur, quod esset substantia per se ens, & non spiritalis: hoc constat, ergo corporalis. **ITEM.** Quod potest generare corpus, est corpus: sed lumen in medio diffusum potest generare corpus, sci

licet ignem per sui multiplicationem: ergo lumen in medio est corpus.

AD oppositū. Philosophus, in secundo de Anima. Lumen, nec est corpus, nec defluxus corporis. **ITEM.** Hoc ratione uidetur per suum oppositum. Lumen enim opponitur tenebra principaliter: si ergo priuatio nō est corporis, sed formæ: lumen nō est corpus, sed forma. **ITEM.** Hoc uidetur per motum. Nullum enim corpus mouetur subito secundum locum: sed lux subito alterat, quia in instanti ab oriente uenit in occidentem: ergo lumen non est corpus. **SIT** u dicas, quod non mouetur subito, sed repente mouetur. i. imperceptibiliter in aliquo spatio: tunc sequitur, quod in maiori spatio posset sentiri successio, sicut patet in sono: ergo, &c. **ITEM.** Nullum corpus uelocius mouetur, quam corpus mobilis primi, pro eo quod ille motus est perfectissimus omnium motuum, & ideo uelocissimus: sed lumen ab oriente in occidentem multo citius mouetur, quam moueatur orbis primus, quia lux in instanti, & illud saltem duodecim horis: ergo lumen nō est corpus. **ITEM.** Nullum corpus simul, & semel mouet ad oppositas partes: sed lumen simul, & semel mouetur ad partes oppositas, quia diffunditur sursum, & deorsum, ante & retro, a dextris, & a sinistris: ergo non potest esse corpus. **ITEM.** Impossibile est duo corpora impermixta, & nō sese augmentātia esse simul: sed lumen cum aere est impermixtum, & ipsū aerē non augmentat, & tñ est

est simul: ergo non est corpus. Quod autē impossibile sit duo corpora simul esse, Philosophus dicit, & ad hoc sunt rationes, quæ possunt omitti ad præsens, quæ inducuntur in Quarto, ubi agitur de penetrabilitate corporis gloriosi. **ITEM.** Nullum corpus habet suum esse in fieri continuè: sed lumen in aere habet suum esse in fieri continuè, quia continuè egreditur a sole (sicut dicit Augustinus) ergo impossibile est corpus eē. **ITEM.** Si lumen est corpus, aut est ex aliquo, aut est ex nihilo. Si ex nihilo: ergo est a creatore; ergo lumen est a solo Deo, cum ipse sit creator. Si ex aliquo: quæro ex quo, aut ex corpore a quo creatur, aut ex corpore in quo suscipitur. Constat quod non ex corpore, in quod suscipitur, quia lumen non producit ex aere: tunc enim ibi posset manere recedente sole. Si ex corpore a quo creatur: ergo uidetur, quod corpus luminosum, in emissionem luminis aliquid perdat de sua substantia, & materia; & ita uidetur, quod iam sol deberet esse consumptus.

RESOLVTIO.

Proprie sumendo lumen, uel medium, non corpus, sed qualitas est.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod circa hoc quatuor sunt opiniones. Quidam enim uoluerunt dicere, quod tam lumen, quam radius in medio corpus est: & egressus ipsorum radiorum ab ipso sole est, sicut egressus riuulorum a fonte. Sicut enim a fonte pro-

cedūt riuuli, qui sunt corpora, & eiusdē naturæ cum fonte, sic dicunt esse in radiis, & sole. Et si tu obiicias eis, quod uidetur, quod substantia solis, & aliorum luminarium, iam esset pene consumpta: dicunt, quod sicut nō consumitur substantia fontis, pro eo, quod sicut fit emissio, ita fit etiam restauratio: sic dicunt, quod non consumitur substantia solis, pro eo quod sicut exterius emittit lumen suū inferius, sic uirtute radiorum uapores ad se trahit superius, ex quibus restauratur, sicut corpora alimentato, adeo ut nec deficiat, nec decrescat, & hoc uidetur, sensisse Seneca. Positio, tamen ista est contra philosophiam, quæ dicit corpora cœlestia omnino esse incorruptibilia.

SECUNDA, uerò positio est, quod lumen est corpus, & si militer radii, & processus ipsorum radiorum a sole est, sicut ramorum a radice: maximè si ita esset, quod statim radix posset ex se producere arborem adiuua diuina uirtute, sicut fortè fuit in prima rerum conditione: & sicut radix non diminueretur, si ita produceret arborem, & tamen dicerentur semper rami ab illa radice exire, nō quia de nouo egrediantur, sed quia cū sua origine continuantur: sic dicunt & in solis radiis se habere. Cum enim Deus solem, tanquam originem, & principiū lucis fecit, simul cum hoc ramificationem radiorum sibi dedit: & ita sol continuè dicitur illos radios emittere, quia illi radii nunquā separantur a sua origine: sed sicut sol mouetur, sic radii circūferuntur

non noui generantur: eisdem enim radios, quos emisit a principio super terram, emittit & et nunc. Sed esto, quod sol obscuraretur, sicut in passione Christi creditur esse factum: tunc uidetur, quod oporteret extunc radios renouari: & ita de nouo creari, si corpora essent. TERTIA positio est: quod tam lumen, quam radius in medio corpus est; & productio eius, quantum ad formam a sole est: quantum uero ad materiam est a creatore. Dicunt. n. quod hoc spectat ad perfectionem uniuersitatis: ut sicut est aliqua creatura, quæ quantum ad materiam, & formam immediatè est a Deo, ut angelus: quædam autem, quantum ad formam est a Deo immediatè, & quantum ad materiam est a natura, ut homo: sic & tertium genus est, quod quantum ad formam est a creatura, & quantum ad materiam a Deo. Sed illud non uidetur, probabile: cum Deus nunquam creet materiam præter formam aliquam. Licet autem, quælibet harum trium positionum specialiter dicat aliquid improbabile circa originem luminis ex lumine: omnes tamen communiter improbantur per hoc, quod dicunt lumen in medio esse corpus: tum propter ipsius diffusionem, quæ subita est: tum etiam propter existentiam cum aere, quæ impermixta est: tum etiã propter ipsius productionem, quæ nec est ex materia, nec unquam separatur ab eius existentia: immo sicut continue est, ita cõtiue generatur, ut dicit Aug. quod lumen habet permanentiam per continuam solis influentiam.

Et ideo est quarta positio concors rationi, & philosophiæ: quod lumen, & radius si nominetur illud præcisè, quod a luce habet ortum, nec est corpus, nec corporis defluxus: sicut rationes ad hoc inductæ ostendunt. Si autem dicatur radius aer illuminatus secundum diametrum; & lumen aer illuminatus secundum profundum: sic isto modo radius, & lumen poterit dici corpus: prout tamen propriè accipitur lumen, & radius in medio corpus non est.

AD ILLVD ergo, quod primò obicitur, quod mouetur localiter. Dicendum, quod sicut uidemus in specie generata a colore, quod dupliciter mouetur, & unus motus est per diffusionem procedendo a corpore obiecto usque ad speculum, alijs autem motus secundum, quod uidetur moueri in speculo ad motum corporis obiecti: & prius non est motus localis, sed generationis: secundo uero motu nõ mouetur per se, sed per accidens: sic intelligendum est in proposito, quod motus luminis, qui est per egressum ipsius a corpore lucido, non est propriè loci mutatio: sed magis luminis generatio, & diffusio: & hoc patet ex eo, quod fit subito in ipatio quantumcunque magno. Motus uero alius, qui est per detractionem ipsorum radiorum super terram cum ipso sole, iste est solum per accidens: sicut mouetur uirtus ipsa ad motum sui principii influentis, & tamen uirtus corpus nõ est. Sic intelligendum est de lumine, quod se habet ad corpus luminosum per modum uirtutis influxæ.

fluxæ. Vnde Damasc. Dicimus propter lumen, quod ex ipso puenit, lucere ignem: & nõ ponimus ministeriale organum ignis esse, quod ex ipso est lumen, uirtutem uero magis naturalem.

AD ILLVD, quod obicitur, quod radii reperiuntur a corpore. Dicendum, quod percussio alicuius ab aliquo potest esse dupliciter. Quædam ex collisione duorum sibi inuicem obuiantium: sicut pila reperiuntur a pariete. Quædam ex ineptitudine patientis ad suscipiendum uirtutem agentis, & sic reperiuntur radii a corpore etiam opaco. Sol enim, siue quodcunque aliud corpus luminosum habet uirtutem diffundendi lumen usque ad spatium aliquod determinatum, cum sit uirtutis finitæ, & quandiu se per tendit illa uirtus, multiplicatur lumen si susceptibile sit idoneum: cum uero ante determinationem illius uirtutis obuiat aliquod corpus, quod non est idoneum ad eius susceptionem, hoc ipso, quod lumen non poterat se multiplicare in antea, multiplicat se retrorsum, non ex uirtute corporis resistentis, sed ex uirtute primi mouentis: unde cum fit percussio radii in aqua mota, mouetur radius, non quia aqua sit primum mouens, sed prima uirtus radium producat: quæ occasione accepta ab aqua, poterit radium reflectere, & occasione accepta ab eodem, potest reflectionem uariare, & ita radii mouere. Quod enim dicitur: impossibile est non corpus a corpore repelli. Dicendum, quod si est aliquid ita non corpus, quod sit spiritus, hoc est uerum. Si au-

tem est ita non corpus, quod quidem indiget corpore deferente, sic absque dubio repelli potest, sicut prædictum est in lumine, & manifestum est in imagine, quæ relucet in speculo propter appositionem plumbi cum uirtro, quod est corpus opacum. Si enim esset solummodo uirtro per se, quod est corpus peruium, transiret species, & non rediret ad oculum, sicut patet sensibile per experimentum. AD ILLVD, quod obicitur, quod fit intersecatio, & fractio radiorum. Dicendum, quod hoc dicitur ratione aeris cõiuncti, qui ex uirtute radiorum ibi concurrentium habet subtiliari, & moueri: & ratione illius dicuntur etiam radii confringi, dum ex multiplicatione, secundum oppositas uias per progressum, & regressum fit quædam multiplicatio & aggregatio luminis, & subtiliatio aeris circa corpus tersum: ex qua contingit effectum calorem radii intendi, & ignem ibidem per caloris intensiorem ex aere sic subtiliato generari. AD ILLVD, quod obicitur, quod lumen habet trinam dimensionem in medio. Dicendum, quod dimensionem potest habere aliquid dupliciter: uel ex se, uel ex ratione eius, in quo est. Si ex se, sic est corpus: si aliunde, non oportet. Sic enim hêt trinam dimensionem albedo in cerussa, & niue, quæ sunt albæ intra, & extra. AD ILLVD, quod obicitur, quod si circa solem esset uacuum, quod illuminaret. Dicendum, quod licet hoc alii dixerunt: tamen non uidetur uerum; nec probabile. Philosophus enim contrarium sentit in 2. de Anima, cum dicit: quod per

uacuum nō est uidere. Et Aug. Similiter in 12. Confess. in principio, dicens sic, Vbi lux esset, si esset, nisi superesset eminendo, & illustrando? Ratio ēt est contra hoc, quia cum lumen sit forma corporalis, indiget medio deferente. ET SI tu quæras, quid impediatur. Dico, quod hoc non est propter præsentiam impediētis: sed propter absētiā adiutorii: sicut si aliquis habens magnam famā, & carēs cibo, nō potest comedere, non quia impediatur: sed quia non adiuuatur. AD IL-
LVD, quod obicitur, quod lumen generat corpus. Dicendū, quod lumen non agit propria virtute: sed virtute corporis luminosi: corpus autem luminosum non educit corpus quantum ad materiam: sed solummodo quantum ad formam: & ideo cum lumen sit illud, per quod agit, non oportet lumen esse corpus: sed sufficit, quod sit forma corporalis.

QVAESTIO II.

An lumen sit forma siue qualitas substantialis, uel accidentalis?

VT RV M. lumen sit forma substantialis, uel accidentalis. Et quod sit forma accidentalis, uidetur. Quod aduenit iam completo in esse, est accidentale: sed lumen aduenit aeri iam completo in esse: ergo est accidentale. ITEM. Quod adest, & abest propter subiecti corruptionē, est accidēs: lux abest, & adest præter aeris corruptionē, quod est subiectum eius: ergo &c. ITEM. Sicut se habet color ad corpus terminatum, ita se habet lumen ad corpus transparentē: sed color est accidēs in corpore terminato: ergo lumen est accidēs in corpore transparentē:

ergo &c. ITEM. Si unum oppositorum in subiecto existēs est accidēs, & reliquum est accidēs: sed obnubilatio accidit ipsi aeri: ergo pari rōne & illuminatio.

CONTRA. Impossibile est duo accidentia eiusdem speciei esse in eodem subiecto: quia accidens numeratur per subiectum, in quo est: sed duo lumina (sicut dicit Dion.) sunt in eodē aeris medio: ergo impossibile est lumen esse accidēs aeris. ITEM. Accidēs cū generatur, ex propriis principiis subiecti hēt ortū: & cū resoluitur, resoluitur in suū subiectū: sed lumen nec educitur ex aere, nec resoluitur in aere: ergo lumen non est accidēs aeris, & constat, quod est in aere: ergo si eius nō est accidēs, nullus est accidēs. ITEM. Nullū accidens transit a subiecto in subiectū: sed radius mutat ab vna parte aeris in aliā, & lumen similiter: ergo lumen accidēs esse nō potest. ITEM. Nullū accidēs manet immobile, moto eo, in quo est: sed radius manet immobilis moto aere: ergo radius accidēs nō ē. SI TY dicas, quod hoc est propter hoc, quod lumen in medio hēt esse spirituale: sicut idolū: Obicitur contra hoc: quia radius, & lumen habet ibi operationem naturalem, & est principium operationis naturalis: ergo uidetur, quod sit ibi naturaliter, & concrete: non spiritualiter, & abstracte.

RESOLVTIO.

Lumen, uel radius in aere medio est substantia & accidens est: substantia (inquam) accidentis modum habens: accidens, sed non plene naturalis accidentis rōne sapiēs.

RESP. Ad prædictorū intelligētiā est notādū, quod circa hoc triplex est

est modus dicēdi, quorū quilibet supponit lumen in medio esse formā, siue qualitātē aliā. Quidā .n. dicūt: quod lumen in medio est substantia: existit tñ in medio pro modo accidētis: quia nō est ipsi aeri substantialis: & hoc dñt pro hoc, quod generatio luminis a luce est secundū uia uniuocationis: & ideo cū lux sit forma substantialis in suo fonte, dicūt lumen substantiā esse in medio, licet modū essendi habeat accidentalē: maximē cū luminis, & lucis nō videatur alia essentia esse: sed solummodo differre uideat pro modo essendi, siue pro esse. SED quia lumen in medio & est illud, quod potissime sentit, & facit alia sentiri: ideo est secundū positiō, quod lumen in medio est accidēs: nō .n. causatur a corpore luminoso, nisi inquantū fulgidū est: & ita est accidēs pro comparationē ad principium a quo. Dicūt ēt, quod est accidēs pro comparationē ad subiectū, in quo: quia aduenit iam completo, & potest adesse, & abesse præter subiecti corruptionem: & ita plenam rationem accidentis habet lumen in medio: non tamen per comparationem ad idem. Accidens enim hēt comparari ad substantiam: sicut ab subiectum, & causam: lumen uero, & si his duobus modis habeat comparari ad substantiam, non tamen ad eandem: quia ad aerem comparatur sicut ad subiectum: quia est in illo: ad corpus luminosum, sicut ad principium: quia est ab illo. Sed quia lumen, prout est in medio existens, habet seipso sentiri: ita quod positū supra sensum, sensum facit: & iterum in eadem parte mediū habet sine confusione multi-

plicari secundum positionem. Dion. ID EO est tertia positiō, quod lumen in medio: nec est substantia, nec accidens propriē: quia non habet ibi esse naturale, & materiæ cōcretum: sed spirituale, & abstractum. Vnde dicunt, quod sicut comparatur species coloris in medio ad colorem existentem in corpore obiecto: sic lumen in medio ad lumen existentem in corpore luminoso: sed cū lumen in medio nō solum habeat operationem spirituales in anima, sed etiam naturalem in corpora naturalia: non solum uidetur esse in aere per modum spirituales, siue esse ibi per modū habitus: sed etiam aliquo modo esse naturales: & ita uidet, quod illud non sufficiat dicere, quāuis uideatur esse ualde uerisimile. Præterea intelligēdū est, quod oēs modi prædicti aliquid ueritatis in se continent, & ex oibus his elicitur una ueritas integra, quod patet sic. Lumen .n. in medio dicit uirtutem actiuam egredientem a corpore luminoso, per quam corpus luminosum agit, & imprimat in hæc inferiora: & hæc est uirtus substantialis ipsi corpori. Et de hac dicit Dam. quod lumen, quod est ex igne nō est aliqd ministeriale ipsius ignis, uel accidentale: sed uirtus ei connaturalis, & consubstantialis, sicut patet in auctoritate inducta in præcedenti problema. Et hæc uirtus non est sensu perceptibilis, nec solummodo operatur in sensu uisus, sed etiā facit ad educationem omnium sensuum in actum: sicut dicit August. 7. super Gen. ad literā, quod habitum est in quadā auctoritate

Lib. de
Dimm.
noib. c.
2. p. 1.

Ex 2.
de celo
et ex 1.
Meteo-
vii.

ritate prius inducta. Sic etiā dicunt philosophi, quod corpus cœlestē mediante suo lumine influit usque ad profundum terræ, ubi mineralia corpora generari habent, & quantum ad hoc uerum dicunt, qui dicunt, quod lumen dicit substantiā accidentaliter ad aerem comparatam: sicut uirtus agētis ad deferens, quodāmodo comparatur accidentaliter. Non solum autem lumen dicit illā uim actiuam, quam non percipit sensus: sed etiā quandam qualitatem sensibilem, quia sensus uisus efficitur sentiens in actu: & illa est qualitas accidentaliter in tertia specie qualitatis: & secundū hoc dicit Auicēna in Lib. de sufficientia naturali, quod lumen est affectio corporis habentis lucē, cum appositum fuerit illi. s. per uium. Et sic uerum dicebat illa secunda opinio, quæ dicebat lumen esse accidens, non solum per comparationē ad aerem, in quo recipitur, sed etiā in comparatione ad corpus, a quo causatur: quia ab ipso oritur, in quantum illud est fulgidum, & habet esse obiectum sensus. Secundum autem utranque naturarum istarum in lumine repertarū, lumē ad aerem comparatur: non sicut ad primum subiectum; sed sicut ad deferens, & ad mediū: & ideo per comparationem ad ipsum aerem non habet modum existendi naturalem: sed per modū habitus: nec est forma naturalis: sed potius similitudo eius. s. lucis: sic species coloris in medio non est propriè color; sed ut color, siue similitudo coloris. Maximam tamen habet approximationem ad illum, & adeo illi ini-

titur, ut non indigeat principio intrinseco, ex quo educatur. Unde lumen in medio non habet principium materiale ex quo; sed potius originale a quo fuit, & ad quod etiam redit, cum in medio desinit esse, sicut dicitur de similitudine. Et hoc modo dicit Commentator super secundum de anima, quod lux est actus diaphani: & hoc est in ipso, sicut intentio, siue species, uel similitudo. Et quantum ad hoc uerum dicebat tertia opinio. Ex his igitur patet, quod lumen in medio, in quantum dicit uim actiuam, dicit substantiam habentem modum accidentis: in quantum dicit qualitatem sensibilem, dicit accidens: sed accidens illud relatum ad aerem non habet plene rationem accidentis naturalis: sed similitudinis, uel intentionis, quæ est ibi non sicut in subiecto sustentante: sed sicut in deferente. Ex his patent rationes ad utranque partem.

Quod enim obiicitur, quod aduenit esse in tam completo, & recedit præter subiecti corruptionem; hoc ostendit, quod habet modum accidentis, secundum quod est in medio. Quod uero obiicitur; quod se habet ad modum coloris, & est qualitas sensibilis: de lumine loquitur, secundū quod in se habet naturam accidentis. Rationes uero ad oppositum, quæ probant, quod non sit accidens, quia non numeratur numeratione subiecti: quia non mouetur ad motū aeris: quia non causatur ab aere; nec resoluitur in aerem: concludunt solum, quod non habet ibi plene rationem accidentis naturalis, quod

com-

comparatur ad illud, in quo est sicut ad subiectum & causam: et quod etiam sustineretur & dependet ab eo, in quo est principaliter, & ei coniungitur inseparabili uinculo: hoc autem non est in proposito, quia lumen quamuis sit in aere, causatur a corpore luminoso, & ab illo principaliter dependet: nec est in aere, sicut in sustentante, sed sicut in deferente, & ideo durationem, & mutationem, & numerationem potius recipit a lucido influen-

te, quam ab aere suscipiente. Et ob hoc dicit Dionysius. plura lumina esse in eodem medio in confusa, & conuelli siue separari ab inuicem secundum absentationem corporum illuminantium. Distinctio enim illa est propter continuationem luminum cum sua origine, a quo procedunt naturaliter, & in uirtute eius agunt, quamuis in medio sint quodāmodo spiritualiter & abstracte; & sic cætera circa hoc quaesita, iam patent.

DISTINCTIO XIII.

PARS PRIMA.

De productione simplicium insensibilium corporum.



Dixit quoque Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Sciendum est, quod illius cœli describitur hic creatio, sicut ait Beda super Gen. in quo fixa sunt sidera: cui suppositæ sunt aquæ in aere & in terra, et suppositæ aliæ, de quibus dicitur, Qui tegit aquis superiora eius. In medio ergo firmamentum est, id est, sydereum cœlum, quod de aquis factum esse credi potest. Crystalinus enim lapis, cui magna est firmitas & perspicuitas, de aquis factus est. Si quem uero mouet quomodo aquæ naturæ fluidæ & inimitabiles, super cœlum possint consistere: de Deo scriptum esse meminerit, Qui ligat aquas in nubibus suis. Qui enim infra cœlum ligat aquas ad tempus uaporibus nubium retentas, potest etiam super cœli spheram non uaporali tenuitate, sed glaciali soliditate aquas suspendere ne labantur. Quales autem, & ad quid conditæ sint, ipse nouit, qui condidit. Ecce ostensum est his uerbis, quod cœlum factum sit, scilicet illud, in quo sunt fixa sidera, id est, quod excedit aerem: & de qua materia, scilicet de aquis, & quales sint aquæ, quæ super illud cœlum sunt,

Ambr.
in hex.
li. 2. c. 2
3. et 4.
hæc materia
te tra-
tat.
Psalm.
103.

Iob. 26
Augu.
li. 2. Ge-
nes. ad
li. ca. 4.
& 5.
Super
Gen. li.
2. ca. 3.

scilicet

scilicet ut glacies solidata.

Alij putant cœlum illud esse ignea naturæ, quibus consentit Augustinus.

Ibi. c. 4. Quidam verò cœlum, quod excedit aeris spatia, ignea naturæ dicunt, asserentes super aerem purum ignem esse, quia dicitur esse cœlum: de quo igne sydera & luminaria facta esse coniectant: quibus Augustinus consentire videtur. Vtrum vero nomine firmamenti cœlum, quod excedit aerem, an ipse aer hic intelligatur, idem Augustinus querit, nec soluit. Magis tamen approbare videtur cœlum illud hic accipi, quod spatia aeris excedit. Aquas autem, quæ super illud cœlum sunt, dicit uaporaliter trahi, et leuissimis suspendi guttis. Sicut aer iste nubilosus exhalatione terræ aquas uaporaliter trahit, & per subtiles minutias suspendit, & post corpulentius conglobatas pluuiatiter refundit. Si ergo potest aqua, sicut uidemus ad tantas minutias peruenire, ut feratur uaporaliter super aerem aquis naturaliter leuiorem: cur non credamus etiam super illud leuius cœlum minoribus guttis & leuioribus emanare uaporibus? sed quoquo modo ibi sint, ibi esse non dubitamus.

Quæ sit figura firmamenti.

Augu. li. 2. de gen. ad li. ca. 9. Quæri etiam solet, cuius figuræ sit cœlum. Sed Spiritus sanctus; quamuis authores nostri sciuerint, per eos dicere noluit, nisi quod profit salutem: Quæritur etiam, si stet, an moueatur cœlum. Si mouetur, inquiunt, quo modo est firmamentum? Si stat, quomodo in eo fixa sydera circumueunt? Sed firmamentum dici potest, non propter stationem, sed propter firmitatem vel terminum aquarum intransgressibilem. Si autem stat, nihil impedit moueri & circumire sydera.

Quare tacuit scriptura de opere secundæ diei, quod in aliis dixit.

Post hoc queri solet, quare hic non est dictum sicut in aliorum dierum operibus, Vidit Deus, quod esset bonum. Sacramentum aliquod hic comendatur. Ideo enim fortassis non est dictum, quod tamen sicut in alijs factum est: quia binarius principium alteritatis est, & signum diuisionis.

Supra



VPRA egit Magister de productione illius forme, quæ est quasi generale principium distinguendi cæteras corporales formas. In hac parte agit de productione rerum quantum ad formas speciales. Et quoniam quedam res sunt simplices, quedam mixtæ, siue quedam sunt insensibiles, quedam sensibiles: ideo pars ista habet duas. In prima agit Magister de productione simplicium, & insensibilium. In secunda uero de productione mixtorum, & sensibilium, infra distinctio. xv. Dixit etiam Deus: producat aqua reptibile &c.) Et quoniam corpora simplicia, siue insensibilia sunt in duplici differentia, quedam enim sunt continetia, quedam contenta: ideo pars prima habet duas. In prima agit de productione, & distinctione corporalium quantum ad res continentes. In secunda uero quantum ad res contentas, ibi. Sequitur: dixit Deus congregentur aqua &c.) Prima pars in qua sagitur de rebus continentibus utpote de cœlis, & cœlorum distinctione habet quatuor partes. In prima determinat cœlorum naturam. In secunda tangit questionem de figura ibi. Quæri etiam solet cuius figura &c. In tertia querit de motu, ibi. Queritur etiam si stet, aut moueatur &c.) In quarta uero remouet quandam dubitationem, ibi. Post hæc queri solet quare etc.) Oës hæc partes remanent indiuisæ præter primam, quæ diuiditur in duas. In prima determinat naturam cœlorum secundum ueritatem. In secunda secundum quorundam opinionem, ibi. Qui

dam uero cœlum &c.) Et sic breuiter tria inquit Magister in hac parte cœlorum naturam, figuram, & motum.

Dub. 1. Glaciali soliditate aquas suspendere &c.) Contra. Ex hoc uidetur supponere, quod aquæ illæ sint de se ponderosæ, & quod ibi teneantur per uolentiam soliditatis, quod est contra ordinem uniuersitatis. Dicendum ad hoc, quod aquas illas comparat soliditati, non propter grauitatem, sed propter continuitatem & stabilitatem, quia non fluunt, nec refluunt, nec deorsum descendunt.

Dub. 2. Super illud leuius cœli &c.) Contra. Si hoc uerum est, uidetur firmamentum porolum esse cum per illud possint guttæ aquæ emanare. Videtur etiam illud esse alterabile, si suscipit peregrinas impressiones. Dicendum ad hoc, quod non uult dicere quod aquæ modo per subtiliationem caloris pertranseant cœlum si dereum, quia nunquam illuc ascenderunt: sed per comparationem naturæ, quæ modo uix super aerem eleuat aquas, uult quasi a minori arguere quod diuina uirtus aquas supra firmamentum sine naturæ præiudicio potuit constituere, cum in sua potestate esset magis, & magis corpus subtiliare.

Dub. 3. Ideo enim fortassis &c.) Contra. Videtur ista ratio ita bene esse ad oppositum sicut ad propositum, cum binarius plus accedat ad unitatem, quam aliquis alius numerus. Respondendum est ad hoc, quod ista ratio Magistri est allegorica: uera tamen est. Quamuis enim binarius inter numeros minus ab unitate recedat,

dat, primo tamen habet rationē recessus in se; & propter hoc per ipsum intelligitur diuisio magis quam per alios numeros & recessus ab unitate uirtutis, & perfectionis. Alia tamen ratio literalis est, quam facit Magister in historiis, quia secundo die notatur facta esse distinctio aquarum ab aquis: quæ distinctio, & si inchoata fuerit in secundo die, fuit tamen consummata in tertio; cum dicitur, Cōgregentur aquę in locum unū. Et quia diuina uisio signat approbationem post perfectionē, hinc est quod scriptura tacuit secundo die uerbum uidendi.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An celum crystallinum sit de natura aquę?



Quod intelligentiam huius partis incidit hic quæstio de cœlis. Et quæruntur hic tria. Primo quæritur de cœlis, quantum ad naturam. Secunda quæstio est de eis quantum ad figuram. Tertia quæstio est quantum ad motoris influentiam. Circa primum quæruntur duo. Primo quæritur de natura cœli crystallini. Secundo de natura cœli firmamenti.

VTRVM crystallinum cœlum sit de natura aquę. Et quod sic, uidetur per auctoritatē scripturę Gen. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis: quæ autem sola diuisione distinguuntur, sunt eiusdem naturæ: ergo ea quæ sunt super firmamentū, & quæ sub firmamento, sunt eiusdem natu-

ræ. Si TV dicas quod firmamentū ibi uocat nō cœlū sydereū: sed aer, obuiat textus sequens, ubi dicitur quod stellæ posite sunt in firmamento. Obuiat etiam illud quod scribitur Dani. iii. Benedicite aquę, quæ super cœlos sunt, domino: & postea subdit. Benedicite sol & luna domino: ergo aquę illę sunt super solē, & lunam. Si TV dicas aquas illas esse spirituales: obuiat illud, quod dicitur in psal. Extendēs cœlum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius: sed cœlum extensum est corporale: ergo aquę, quæ tangunt, sunt corporales. **I**TEM. Hoc uidetur auctoritate doctorū. Aug. super Gen. ad literam, loquens de aq. Quæ litercunque sint ibi, ibi esse eas non dubitamus: maior est enim huius scripturę auctoritas, quā omnis humani ingenii perspicacitas. Si TV dicas, quod sint ibi aquę, sed tamen non materiales, sed spirituales. Contra hoc dicit Basilius. Aquam illam intelligamus aquam esse ueram: ergo uidetur quod uere aquę illę habent speciem, & naturam aquę. **Q**UOD si tu dicas, quod formam habent aquę: sed tamen non proprietates. Contra. Hoc est uerbum Bedę, quod adducit Magister in litera, Qui infra cœlum ligat aquas ad tps, uaporibus nubium retentas, pōt etiam supra cœli sphæram non uaporabilitenitate, sed glaciali soliditate aquas suspendere, ne labantur. **I**TEM. Ratione uidetur. Ordo partium in microcosmo, siue in minori mundo respondet ordini partiū in maiori mundo: sed hic uidemus

Ps. 103

Lib. 2. cap. 5. in fine.

Hom. 3 in He. 2am.

in natura corporis humani, quod supra cor, quod est calidum, & igneæ naturę: ponitur cerebrū, quod est frigidum, & aqueę naturę: ergo & in maiori mundo supra solem, & alia corpora calefacientia erit ponere naturam aqueam. **I**TEM. Aqua de sui natura est perspicua, & per hoc apta ad susceptionem luminis: ergo conformis est naturæ cœlesti: ergo apta est, ut de ea aqua possit aliquod cœlum fieri: ergo si aliquod cœlum habet fieri ex aqua, cum nullum sit infra firmamentum cœlum aqueū, uidetur quod sit supra firmamentum. **I**TEM. Quod illud sit possibile, uidetur per rationem, quā facit. Aug. super Gen. ad literā. Aqua per sui subtiliationē pōt eleuari, ut sit supra aerem: ergo maiori subtiliatione poterit amplius eleuari: ergo si omne corpus diuisibile est in infinitum, si ad sit potentia diuidens, poterit aqua tantum diuidi, & subtiliari, quod supra firmamentū naturaliter poterit cōsistere: & si hoc: ergo necesse est aliqd cœlū aqueum esse. **I**TEM. Illud est naturale unicuique, quod creator ei indidit a prima constitutione: ergo si in prima diuisione aquarū, quædam posite sunt supra firmamentum, quædam sub firmamento, ita naturale ē illis esse supra firmamentū, sicut istis esse infra firmamentū: ergo sicut entibus supra firmamentum stultum esset dubitare, utrum aquę possint esse infra firmamentum, sic nobis entibus infra firmamentum, stultum est credere esse inconueniens supra firmamentum esse

cœlum aqueum.

AD OPPOSITVM arguitur sic. Primo auctoritate Aug. xiii. confes. Sunt alię aquę, quæ supra firmamentum sunt immortales, & ab omni corruptione secrete: ergo uidet quod cœlum aqueum nō sit de natura istius aquę. **I**TEM. Corpus habēs speciem aqueę per naturam est ponderosum: ergo si aliquod cœlū est aqueę naturę, illud est ponderosum: sed ponderosum non oportet collocari nisi deorsum per naturam: ergo uidet quod inordinatū sit ponere, quod aliqd sit cœlum aqueū, quod sit sursum. **I**TEM. Corpora mundi ordinantur secundum maiorem nobilitatem, & minores: & corpus, quod nobilissimum est, superius locatur: ergo si aqua minus nobilis est, quod firmamentum: ergo nunquam locanda est supra firmamentū. **I**TEM. Corpora mundi ordinantur sub, & supra secundum maiorem subtilitatē, & minorem, & scdm maiorem raritatē, & minorem: sed aer subtilior est, quā aqua, & rarior, & similiter ignis: ergo nunquam aqua adeo poterit rarefieri, ut sit subtilior aere, & igne: ergo nunquam uidetur, quod possit conuenienter supra ignem, & aerē collocari. **I**TEM. Habentium eandē naturam idē est locus: quia enī eadē est natura glebę, & totius terrę, idē est locus glebę, & totius terrę: ergo idē est locus huius aquę, & totius aquę: ergo si aliqua aqua naturaliter est iuxta terram: ergo & omnis aqua: ergo uidetur quod nullum sit cœlum aqueum. Si TV dicas, quod non est querenda hic ratio

Lib. 2.
c. 1. p. 114
lo post
111111.

rio naturæ; quia hoc fit uirtute diuinæ potentie: Hanc respon- sionem refutat. Aug. super Gen. ad literam, inquit. Nec quisquam dicat hæc omnipotentia Dei fieri: qualiter enim Deus naturas fecerit, queritur nunquid ut de his per miraculum suæ potentie operetur. **ITEM.** Quæro, ad quid positæ sunt ibi aquæ. Si ad refrigerandum calorē igneū, quod quidem uidetur propter hoc, quod Saturnus, qui supremus est inter planetas, & uelocissimè mouetur; & ita ex motu debet esse calidior: tamen frigidissimus est, & hoc non nisi propter aquas illas, ut uidetur. Obicitur contra hoc: quia si aquæ illæ possunt infrigidare calorem solis, & aliorum corporum: ergo eadem ratione possunt ab eis calefieri, ergo & consumi; & ita aliquando totaliter corrumpere- rentur, quod est inconueniens. Quæritur ergo, cuius naturæ sunt illæ aquæ, & pro quanto cælum illud dicatur aqueum: si. n. propter naturam perspicuitatis: tunc commune cælum debet dici aqueum.

RESOLVTIO.

Cum satis aperte scriptura sacra aquas super cælos esse testetur: cælum crystallinum aquæ naturam habere, probabiliter credendum est: sed longè alia ratione ab aqua hac elementari.

RESPONDEO. Ad prædictorū intelligentiam est notandum, quod in hac quæstione propter diuersitatem positionum, & debilitatē rationum vix potest aliquid certum dici; sed ex quadā proprietate, & coniectura ex diuersis positionibus potest eligi

vna quædam sobria, quæ inter fidem, & rationem incedat quasi quadam media via. Propter quod notandum est, quod aliqui sequentes uiam rationis, & mundanæ Philosophiæ dixerunt, quod supra firmamentum, quod est cælum sydereum nullæ sunt aquæ corporales, & Scriptura sacra intelligi debet de aquis spiritualibus. Quod si alicubi in scriptura legatur de istis aquis materialibus, quod sint supra firmamentum eleuata; tunc nomine firmamenti intelligitur aer: & utrunque horum dictorum eliciunt ex verbis Aug. Primum ex hoc, quod dicit 13. Confess. quod illæ aquæ sint immortales. Secundum uero ex hoc, quod dicit super Gen. ad literam, quod hoc potest intelligi de aquis, quæ suspenduntur in nubibus. Sed istam positionem improbat Basilius in Hexam. reprobatur etiam ipse Textus, qui dicit stellas esse positas in firmamento, per quod firmamentum dixerat supra aquas ab aquis diuisas: si ergo firmamentum illud cælum sydereum, & aquæ illæ sunt materiales, positio prædicta nullo modo uidetur posse stare. Et ideo alii innitentes textui Sacræ scripturæ, secundum quod uidetur sonare, dixerunt: quod aliquod cælum sursum est aqueæ naturæ, quod diuina dispositio sursum posuit ad refrigerandum ardorem ætheris. Et ad omnes rationes ad oppositum respondent per hoc, quod Deus in ordinatione mundi plus considerat finis utilitatem, quā formæ qualitatem: & ideo sicut in minori mundo posuit cerebrum sursum ad calorem cordis mitigandum

gandum: sic supra cælum sydereum posuit cælum aqueum, & ibidem aquæ illæ quiescunt, & sustentantur, uel a soliditate sicut uel Beda dicere, uel sua subtilitate, uel et Dei uirtute, quæ sic ordinauit. Sed quia credendum est opificem summum corpora mundi optimo ordine ordinasse, non solum uidetur, quod in ordinando considerauerit finis utilitatem, sed etiam perfectionis dignitatem: ideo non uidetur uerum elementum aquæ super firmamentum collocasse, cum per naturam sit minus nobile. Et ideo est tertius modus dicendi, quod supra firmamentum (sicut dicit scriptura) sunt aquæ: quæ tamen non habent naturam, & speciem aquæ elementi: censentur tamē aquæ nomine propter conuenientiam, in aliqua proprietate. Unde notandum est, quod aqua ista tres habet proprietates: habet enim perspicuitatem, habet frigiditatem, habet nihilominus grauitatem. Quantum ad naturam perspicuitatis hæc aquæ, & illæ conueniunt: eo quod habent naturam receptiuam luminis, & quodammodo retentiuam, sicut experimento patet in aliquibus lapidibus, qui de nocte non uidentur per se, nisi ponantur in aqua. Quantum autem ad naturam grauitatis simpliciter differunt: illæ enim aque nullo modo sunt graues, nec appetunt deorsum. Quantum uero ad naturam frigiditatis, partim conueniunt, partim differunt. Conueniunt enim in hoc, quod utraque sunt frigida effectiue: differunt autem in hoc, quod istæ sunt frigida formaliter, illæ uero minimè. Et secundum

hoc patet, quod nomen aquæ tripliciter accipitur in primaria rerum distinctione. Aliquando pro informi materia, ut ibi. Spiritus domini ferabatur, &c. Aliquando pro natura transparenti, & luminis retentiua, ut ibi. Fiat firmamentum in medio aquarum. Aliquando pro ipso elemento aqueo, ut ibi. Congregentur aquæ in locum unum: Et sic patet quod super firmamentum uere sunt aquæ, sicut dicit scriptura, & auctoritates sanctorum: quæ illud intendunt persuadere. Patet etiam, quod non sunt ibi aque elementares, siue eiusdem naturæ, cuius sunt aquæ istæ, nec quantum ad corruptibilitatem, nec quantum ad grauitatem, nec quantum ad ignobilitatem, nec quantum ad grossiciem, nec quantum ad transfundendi possibilitatem, sicut ostendunt rationes ad oppositum adductæ, Hanc autem uiam tertiam satis sustinere possumus probabiliter, cum nihil uideatur sibi obuiare. Hoc autem præcipue attendendum est: ne in incerta materia aliquid certitudinaliter asseratur: melius est enim pie dubitare, quā aliquid temerarie diffinire.

AD ILLUD uero, quod ulterius quæritur, scilicet quare nomine aquarum censetur cælum illud, cum non sit de natura aquæ: iam patet responsio. Hoc enim dictum est propter conuenientiam, non solum in perspicuitate, sed etiam in frigiditate, sed in perspicuitate formaliter, in frigiditate effectiue. Et si tu obiicias, quod firmamentum conuenit similiter in perspicuitate: arguis ab insufficienti. S. Bon. Lib. 1. Dd PKAE

PRAETerea non conuenit eo modo firmamētum cū aqua in perspicuitate, secundum quem modum cēlū aqueū creditur cōuenire. Aquæ.n.habent perspicuitatē, quæ non tantummodo est luminis susceptiua, sicut per spicuū aeris, sed etiam quodam modo retentiua: Sicut per experientia ostenditur, cū metallum aliquod ponitur in fundo uasis in tenebris superfusa aqua liquida, videbitur sub luce retēta ab aqua. Sic et dicuntur probari rubini, qui per se nō lucēt de nocte. Cōuenit et cum aqua in frigiditate, sed effectiue (sicut dicit Basilius) nec tamen ex hoc udetur, q̄ possit calefieri, vel consumi, sed potest effectus eius reprimi: sicut nec sol, quī uis calefaciat, habet formaliter in frigidari, sed solūmodo p̄ frigiditatem ei oppositam potest effectus eius reprimi: & sic patent omnia quæ sita circa illius cœli aquei naturam.

QVAESTIO II.

An firmamentum eiusdem naturæ, sit cum igne elemento?

DE natura firmamenti, & est quæstio, Vtrum sit eiusdē naturæ cum igne elemento. Et quod sic, uidetur. Primò, per auctoritatem scripturæ, quæ nullam facit mentionem de productione ignis: ergo si ipse supremum est, & nobilissimum elementum, eius productio nō debuit prætermitti: propterea uidetur, quod saltem intelligatur nomine cœli. **ITEM.** Hoc uidetur auctoritate Aug. qui super Gen. ad literam, & in Lib. De Ciui. Dei dicit, tantum quatuor corpora esse mundi. s. humor, &

humus, aer, & lux: si ergo firmamentum est aliquod de corporibus mundi, & non est terra, nec aqua, nec aer; ergo est ignis.

ITEM. Hugo de S. Victo. expo-
Libr. 1. De sacramēt. par. 1.
nens illud. In principio creauit Deus cœlum, & terram: dicit circa principium libri. De sacra nāque terra erat ipsum terræ elementum, & cœlum erat leuis, & mobilis circumfusio reliquorū trium, quæ in circuitu medio iacentis terræ suspensa ferebatur, & illud opus oīum corporum, siue cœlestium, siue terrestriū formandorū materiam continebat: Ex hoc v̄r, quod firmamentū sit de natura alicuius elementi. **ITEM.** Hoc v̄r rōne. Tantum quatuor sunt qualitates primæ: ergo v̄r, quod tantum quatuor debent eē corpora, quæ sunt de constitutione mundi primaria: ergo uel firmamentum est corpus mixtum, uel est de natura alicuius quatuor elementorum: sed non est mixtum, nec de natura trium elementorum inferiorum: ergo est de natura ignis. **ITEM.** Triplex est spēs ignis. s. ignis carbo, ignis lux, ignis flāma: sed natura firmamenti est, ut natura lucis: ergo uidetur cōtineri sub tertia specie ignis. **ITEM.** Caliditas inest igni in summo: ergo si aliquid maximè calefacit, illud habet naturā ignis: sed corpora cœlestia maximè calefaciūt inferiora, sicut patet in sole: ergo habent igneā naturam.

AD oppositum est auctoritas
1. Cœl. tex. 16. vsq; ad 32.
Philosophi in Lib. De cœlo, & mundo, qui præter hæc quatuor corpora ponit esse corpus quintum. **ITEM.** Hoc ipsum ratione
ostēda

DISTINCTIO XIII.

ostenditur. Corruptibile, & incorruptibile p̄ naturam non habent eandem formam completiuam: sed firmamentum naturaliter est incorruptibile, ignis elementum naturaliter corrumpitur: ergo non sunt eiusdē naturæ. **ITEM.** Corporum habentiū diuersos motus naturales diuersæ sunt naturæ: sed firmamentū, & ignis habent diuersos motus naturales, quia ignis naturaliter mouetur motu recto, firmamentum mouetur naturaliter motu orbiculari: ergo ignis, & firmamentum sunt alterius, & alterius naturæ. Si **rv** dicas, quod ille motus non est naturalis firmamento; Obiicitur contra hoc, quia si aliquis motus inest alicui corpori nō naturalis, est reperire aliquod corpus, cui sit naturalis: ergo si hoc esset uerū, tunc esset ponere aliqd̄ corpus, cui magis cōueniret moueri orbiculariter, quā firmamento, quod falsum est. **ITEM.** Si firmamentum esset igneæ naturæ, ergo naturaliter inflammaret corpora sibi proxima, cū igitur, sit maximè quantitatis, uidetur qd̄ statim totum aerem absorberet. Si **rv** dicas, quod a Deo reprimatur, hoc non uidetur, quia conditor naturæ, sic res, quas condidit administrat (sicut dicit Augustinus vii. De Ciuitate Dei) ut eas agere proprios motus sinat.

PRAETerea. Si hoc uerum esset, tunc mundus nō subsisteret naturaliter, sed miraculosè. **ITEM.** Nobilius est corpus, qd̄ non habet contrarietatem, quam corpus, qd̄ habet contrarietatem: ergo si ponere est corpora habē

tia contrarietatem, erit ponere corpus a cōtrarietate immune: sed hoc non est, nisi corpus cœleste: ergo firmamentum non habet contrarium. Sed ignis elementum habet contrarium; ergo nō erit de natura eius. **ITEM.** Si aliqua diuersa reducantur ad concordiam per aliquod, uidetur, quod illud non habet naturam alicuius illorum, sed quod potens sit super omnia: sed firmamentum sua influentia facit elementa contraria concurrere ad corpora mixta; ergo non est de natura alicuius elementi.

RESOLVTIO.

Alterius, & alterius naturæ firmamentum est ab igne. Sancti tamen igneū illud dixerunt propter analogiam, quam habet ad ignem in caliditate, & lumine.

RESPONDEO. Hic notandum est, quod in huius quæstionis determinatione uidentur Sancti, & expositores Sacræ scripturæ, contradicere philosophis. Communiter enim philosophi præter quatuor elementa posuerūt essentiam quintam, quam dixerunt esse corpus incorruptibile, & eleuatum a contrarietate, & per hoc esse principium conciliatiuū, & conseruatiuum. Sancti uerò non uidentur ponere, nisi solūmodo quatuor corpora, & sentire uidentur naturam firmamenti esse igneam: sed cū recta ratio satis euidenter persuadeat firmamentum esse alterius naturæ, quā sit aliquod elementū, tum propter motū, qui non latet sensus nostros, tū etiā propter effectus uarios, tū etiā propter vniuersi perfectio-

nem, non absurdè credi potest philosophos, in hac parte uerū sensisse, & Doctores ueritatis ab eis in sensu non discrepasse, quā uis uocetenus uideantur contrarie. Sicut enim patet ex uerbis Augustini, in pluribus locis, ipse Augusti. elementum ignis denominat a perfectione lucis: (naturales enim philosophi, maxime ignem notificant per proprietatem caliditatis) & quoniam natura lucis reperitur, & in corpore quinto, & in igne elemento: ideo ipsum firmamentum, & ignem dixit Augustinus, corpus unius naturæ esse: non (inquam) unius, quia habeant unā formam speciei specialissimæ, sed quia naturam lucis participant secundum quandam rationem analogiæ: quia uerò illud corpus, scilicet firmamentum subleuatum est a natura contrarietatis, & lucem participat, in quadam puritate ignis uero naturam habet cōtrarietatis, hinc est, quod philosophi dixerunt ignem, & firmamentum alterius, & alterius esse naturæ. In cuius testimonium adducunt, quod ignis, quia contrariatur erræ, mouetur directè motu contrario, scilicet sursum: cœlum uero, quia contrarietatem non habet, mouetur orbiculariter: is enim solus motus est simplex, qui caret contrarietate, & in hoc uerum dixerunt, & Sanctis (ut prædictum est) non contradixerunt: unde rationes ostēdentes, quod firmamentum, & ignis elementum non sint eiusdem naturæ, concedendæ sunt.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur, quod scriptura non facit

mentionem de igne. Dicendum, quod similiter non facit mentionem de aere: in separatione autem aquarum a terra intelligenda est distinctio elementorum facta fuisse, sicut infra melius patebit. AD ILLVD, quod obiicitur, de Hugone, patet responsio. I D E O, enim cœlum comprehenditur sub igne propter conformem lucis participationem. Unde sicut dictum est supra, quod cœlum chrystallinū censerit potest nomine aque, quia aliquam proprietatem eius in se habet: sic & in proposito intelligi potest. Triplex enim est ignis proprietates (sicut dictum est supra de aqua) una luminositas, altera, caliditas, & tertia leuitas, per quam mouetur motu, qui est sursum. In proprietate prima ignis, & firmamentum cōueniunt. In tertia ignis, & firmamentum simpliciter differunt, in media uero partim differunt, partim conueniunt. Cōueniunt utique in hoc, quod tam ignis, quam firmamentum est calidum effectiue. Differunt uero in hoc, quod ignis est calidus formaliter, firmamentum uerò minime: si enim haberet caliditatem informantem, haberet utique contrarietatem.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod tantum quatuor sunt primæ qualitates. Dicendum, quod uerum est, de qualitatibus actiuis, & passiuis secundum contrarietatem: & ideo non sequitur, quod omnia corpora, quæ sunt in prima cōstitutione mundi, habeant aliquam illarum qualitarum: sed solummodo illa, quæ habent contrarietatem. Ad

con-

constitutionem autem mundi, non solum hæc corpora requiruntur: sed etiam aliud, quod sit supra hæc, sicut prius ostēsum est.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod lux est species ignis. Dicendum, quod non quæcunque lux, est species ignis, sed illa, quæ est in materia transmutabili: & hæc est, quæ habet caliditatem annexam informantē eandem materiam: huiusmodi non est lux corporis quinti, quamuis aliquo modo sit isti conformis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod corpus quintū calefacit. Rēdet, quod corpus quintū non calefacit per naturā caliditatis, quā in se habeat, sed per uim luminis: & hoc apparet cum ex cursu, & reflectione radiorum circa speculum concauum generatur ignis. ET si obiicias, quod nihil dat alteri, quod non habet: ergo si cœlum non habeat in se naturam igneam, non magis generabit ignem, quam aerem: Respondetur, quod illud habet instantiam in generatione æquiuoca: sicut patet quādo aliquid calefacit a motu: sic & in proposito intelligitur esse. ET si tu dicas, Quare magis generat ignem, quam aerem, cum non habeat cum ipso cōformitatem in forma. Dicendum, quod & si non habeat conformitatem in forma ultima: tamen ignis maxime accedit ad eius naturam. PRÆTEREA. Cū aliquid habet potestatem educēdi multa, quæ sunt in potentia in materia, esto quod sit ad illa indifferens, magis educit, quod nobilius est. Natura enim semper desiderat quod melius est: & ideo

cum ignis sit nobilior, magis educit ignem. SED adhuc manet quæstio. Si corpora cœlestia calefaciunt per naturam luminis, unde est hoc quod luna humectat, & infrigidat? sed de hoc fortassis aliquid dicetur infra. Ad præsens autem tantum sufficiat, quod generatio caloris a corpore cœlesti in his inferioribus, uel est propter radiorum aggregationem, & intensiorem ex qua subtiliatur aer suscipiens illuminationem, uel est ab aliqua uirtute diuinitus ei data a prima sui conditione, totam speciem consequente: sicut ponitur in adamantis uirtute, quæ & si non faciat corpora cœlestia formaliter calida, quia sua materia non est ad formam contrarietatis apta: influens tamen in hæc inferiora, inflammat ea, cū sint transmutabilia propter dispositionem repertam in materia.

ARTICVLVS II.

QVÆSTIO I.

An cœlum sit figura orbicularis?



ONSEQUENTER quæritur, de cœlis quātum ad figuram.

Et circa hoc quæritur duo. Primò quæritur, utrū cœli habeant figuram orbicularem. Secundò quæritur, utrum habeant dextrum, & sinistrū.

QVOD habeant orbicularem figuram uidetur. Et primò, experientia sensus. Nam in quacunque partem terræ, uel aquæ quis eat, cœlum semper uidetur, æqualiter distare a terra: hoc autem non esset, nisi haberet orbicularem figuram: ergo, & cetera. I T E M.

Videmus sensibilibus moueri circulariter: sed motus circularis non competit, nisi figuræ orbiculari: ergo cœlum est orbicularis figuræ. **ITEM.** Simplicissimo corpori simplicissima debetur figura: sed cœlum est simplicissimū inter corpora, cū sit subtilissimū; ergo simplicissimā debet habere figurā, sed hæc est figura circularis: ergo &c. **ITEM.** Ei corpori, quod est maximè contentiuū, debetur figura capacissima: sed cœlum est contentiuū oīum, sicut dicit Damasc. & figura orbicularis est capacissima, sicut manifestè cōuincit rō, & sensus: ergo &c. **ITEM.** Corpori perfectissimo debetur perfectissima figura: sed cœlū est perfectissimum oīum, & figura orbicularis est perfectissima oīum figurarū, sicut probatur in alia scientia, maximè cū in ea reperiatur perfectio senarii: sexies enim tantum reperitur in circumferentia, quantum est a circumferentia ad centrum, ergo &c. **ITEM.** Corpori velocissimo debetur figura maximè ad motum idonea: sed cœlū est uelocissimū corpus: figura autē maximè apta ad motum est orbicularis: ergo &c.

AD oppositum. Arguitur. Primo p̄ illud Ps. 103. Extēdēs cœlum, sicut pellē: alia trāslatio, sicut camerā: ergo uidetur, quod cœlū se habeat p̄ modū tentorii: & ita uidetur esse figuræ semicircularis. **ITEM.** Rōne v̄i, quia in uniuerso nihil est superfluū: sed oīa facta sunt p̄ hominem; ergo nihil ponendum est, quod non ualeat ad hoīs utum: sed si cœlum esset semicircularis figuræ, sufficeret ad tegēdam terram in

habitatam ab hoībibus: ergo uidetur, quod superfluat alius semicirculus. **ITEM.** Cœli sunt solidissimi firmati (sicut dicit Iob 73.) & hoc innuit ipsum nomē octauæ sphaeræ, quæ dicitur firmamentum; ergo maximè cōpetit eis figura, secundum quam maximè stabiliuntur: hæc autē magis est semicircularis, quā circularis: ergo &c. **ITEM.** Si cœlum est figuræ orbicularis: ergo aut aliqua pars cœli erit vacua, aut multo plus distabit corpus Christi ab aliquibus beatis, quā cœlum a terra, cū ab una circumferentia cœli ad aliam terra in medio cōsistat: ergo si nō est congruum ponere, quod aliqua pars empyrei uacua sit a cōtinentia beatorū, nec est ponere tantam distantiā inter Christum, & alia corpora beata: uidetur, quod empyreum non sit orbicularis figuræ: & si hoc: ergo nec chrysellinum, nec firmamentum.

RESOLVTIO.

Orbicularis figura cœlum esse, nō dum sensus demonstrat, sed ratio comprobatur propter orbicularis figuræ simplicitatem, capacitatem, & perfectionem.

RESPOND. Dicendum, quod ad istam quæstionem secundum philosophiam satis planum est respondere, quamuis expositores Sacræ scripturæ de ea uideantur loqui dubie: hoc enim faciunt propter ipsius Sacræ scripturæ reuerentiam, non audent explicare, quod illa diuina dispositione uoluit subicere, uel hoc faciunt ad reprimēdam nostram curiositatem, uolentes nos in his, quæ dicuntur in Lege, & Prophetis contentos esse

esse, & nihil ultra hoc inquirere. Quia tamen curiosum instantia non desistit, necessario habent Doctores Sacræ scripturæ multa determinare, quæ sine salutis dispendio possent de facili pertransire. Propter quod ad prædictam quæstionem respondent, & iuxta rationis, & sensus attestationem dicunt, cœlū habere figuram orbicularem, & hanc maximè sibi competentē: rōtatione simplicitatis: tum ratione capacitatis: tum ratione perfectionis: tum ratione mobilitatis, sicut patet pertractanti.

AD ILLUD ergo, quod obiicitur de Sacra scriptura: quæ dicit, cœlum sicut pellē esse extensum, uel sicut cameram. Dicendum, quod scriptura condescendēs paruitati simplicium modo uulgari frequenter loquitur: & ideo cum loquitur de cœlo, loquitur de ipso secundum, quod apparet sensui nostro, & dicit ad modū pellis, uel cameræ extensum quantum ad nostrum hemisphaerū.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod pars inferioris hemisphaerii non est utilis ad usum humanum. Dicendum, quod falsum est: immo est necessaria, si cœlum debet super nos moueri, uel reuolui circulariter: & una pars seruit nobis de die, alia de nocte. **AD** ILLUD, quod obiicitur, quod cœli solidissimi sunt. Dicendum, quod firmitas illa non excludit mobilitatem quamcunque: sed illam solū, qua aliquid mouetur sursum & deorsum secundum motum rectum: unde firmum dicitur cœlum: quia non mouetur ad locum: nihilominus tamē est mobile, quia mouetur circa lo-

cum, uel in loco, & tali dispositioni competit figura orbicularis magis, quam aliqua alia.

AD ILLUD, quod quæritur, quomodo empyreum si circularis est, undique sanctorum corporibus replebitur. Dicendum, quod & si non sit certum qualiter ibi sancti, & per quem modum locentur: tamen quocunque modo dicat, siue quod sint in uno semicirculo empyreo, siue quod in toto, nihil impedit utrumque poni. Si enim in toto sunt, uirtutem uisuum habebunt adeo potentem, quod Christum uidere poterunt, ubique sit: si uero sint in media parte cœli: altera nec est vacua, nec superflua: sicut magnum palatium non est vacuum, quando est unus magnus inhabitator: quamuis non impleat omnem partem: magnitudo enim curiæ; & spaciositas, & si non impleatur totaliter facit tamen ad ostensionem regalis magnificentiæ: sed hoc melius sciemus, quando uidebimus.

QVAESTIO II.

An in cœlo ponere sit dextrum, & sinistrum?

UTRUM in corpore cœli sit ponere dextrum, & sinistrum. Et quod sic, uidetur per illud, quod dicit Philosophus in 2. de cœlo, & mundo. Ait enim sic. Est orbi proculdubio uirtus diuersa, scilicet dextra, & sinistra: quoniam sunt ei loca inceptio- nis, & status ex opere factionis suæ. **ITEM.** Ostenditur per rationem suam ibidem. Omnis motus finitus habet principium a quo incipit: sed cuiuslibet cœli reuolutio est finita: ergo habet aliquem situm a quo incipit: sed

dextera dicitur in corporibus, unde est motus principiū: sinistra ad quam est motus finis: ergo cum cœli sint mobiles, cœli habent dextrum, & sinistrum. **ITEM** dextrum, & sinistrū sunt termini latitudinis, sicut fursū, & deorsum termini longitudinis, & ante, & retro termini profunditatis: sed oē corpus cōpletum, & terminatū habet tres dimensiones, & terminos dimensio nū: corpus aut cœli est huiusmodi: ergo uidet̄ q̄ habeat dextrū, & sinistrum. **ITEM**. Perfectiori motu mouentur corpora cœlestia, quā inferiora: sed propter cōpletionē motus animalia habent dextrum, & sinistrū: ergo multo fortius corpora cœlestia.

CONTRA. Sicut dicit Philosophus in. 2. de cœlo, & mundo, in plantis nec est dextera, nec sinistra: sed multo magis plantæ accedunt ad distinctionē organizationis, quā cœlum: ergo uidetur, q̄ cœlum non habeat dextrum, & sinistrum. **ITEM**. Dextrum, & sinistrum causantur in nobis (ut dicit Commentator super librum de cœlo, & mundo) a qualitatibus actiuis, & passiuis. s. ab abundantia caloris naturalis procedente a corde, & spirituum plus uigētium in parte dextra, quā sinistra: si igitur hoc non est reperire in cœlesti natura: uidet̄ &c. **ITEM**. Dextrū, & sinistrum præsupponit fursū, & deorsum: sicut latitudo præsupponit longitudinem, & habet secū annexa ante, & retro: in cœlo autem non est ponere sursum, & deorsum, cum hæc sint contraria: non est etiam ponere ante, & retro: cum ante di-

catur, ubi est sensus, sicut dicit Philosophus: ergo uidet̄, quod non sit ibi dextrum, & sinistrū. **ITEM**. Nihil, q̄ habet extra se principium, & finem sui motus, habet dextrum & sinistrū: sed corpus cœli est huiusmodi, cū motus eius sit separatus: ergo habet dextrum, & sinistrum. **ITEM**. Dextrum est unum principium motus: sed una parte circuli mota, mouentur omnes: ergo non magis incipit motus ab una parte circuli, quā ab alia: ergo ī circulo, uel quælibet pars erit dextra, uel nulla: sed cœlū est corpus circulare, quia mouetur circulariter: ergo &c. **ITEM**. Si aliquod corpus habet dextrū, & sinistrum, illa pars, quæ est semel dextra, semper ē dextra, qualitercunq; corpus illud mouetur localiter: ergo si cœlum habet dextrum, & sinistrum, illa pars, quæ semel est in ipso dextera, semper est dextera: sed non est dare aliquam partem cœli, quæ modo non sit in oriente, modo in occidente, modo in alio loco secundum regenerationem cœli: ergo dextra cœli aliquando esset oriens, aliquādo occidens, quod nullo modo concedi potest.

RESOLVTIO.

Corpori cœlesti inest dextrum & sinistrum, & quidem proprie. Verum non omni: quia non immobili s. empyreo: sed mobili puta firmamento, & orbibus planetarū.

RESP. Dicendum, quod quāuis dextrum, & sinistrum dicant terminos latitudinis: & sursum, & deorsum longitudinis: & ante & retro profunditatis: non tamen nominat terminos illos

illos simpliciter, sed per comparisonem ad motum: unde in nullo corpore ponitur proprie dextra, & sinistra, nisi quod diuersimode suscipit motoris influētiam: ita quod primo ī una parte, quā ī alia: unde dextrū, & sinistrū nō ponitur esse nec in lapide, nec in planta: nec etiā in statua ponuntur nisi similitudinariē, quia non habent moueri localiter a motore sufficēte: in eis uero corporibus, quæ mouentur ad locum, & magis in una parte, quā ī alia suscipiūt motoris influētiam, proprie ponitur dextra, & sinistra, sicut in animalibus, quæ mouentur motu progressiuo, & in quibus uirtus cordis, & motoris magis uiget in parte dextra, cuius signū est maior fortitudo animalium in parte illa: ppter quod & partem illam primo mouent, quando incipiunt ambulare: Scdm hoc intelligendum est, quod cū corpus cœleste quoddā habeat moueri ab oriēte in occidente, uel econuerso, sicut firmamentum, & orbis planetarum: quoddam uero minime, sicut empyreū: quod dextra, & sinistra cœlis competāt, satis proprie uidetur, non tamen uniuersaliter: cōueniunt. n. orbibus mobilibus, sed non orbi immobili. Attēdē dū aut est, q̄ cū in aīalibus, & in cœlo ponatur dextra, & sinistra, scdm rōnem cuiusdā cōformitatis. s. pp influētiam motoris: differenter tñ accipiuntur propter diuersam comparisonem mobilis ad motorem. Quia. n. aīalia mouentur a motore sibi unito: iō dextrum, & sinistrum dicit distinctionē ī partibus ani-

malium, ita quod illa pars, quæ mō est dextra, nūquam est sinistra: quia uniformiter operatur ad ipsius motoris influētiam pro eo, quod ipsum habet sibi unitū, & nūquam ab eo magis elongatur. Corpus uero cœleste motorem habet separatum, cū non sit corpus aīatum, sicut postea uidebit̄; & iō motor scdm Dei dispositionem principaliter influit ex aliqua parte cœli & creditur probabiliter, quod in ea parte, ex qua motus corporū cœlestiū primo nobis apparet, utpote in oriente, cum omnia corpora facta sint propter hominem: & quia motor semper ex illa parte īfluit uniformiter, quæcunque pars ibi ueniat immediatius, & propinquius, suscipit motoris influētiam: & ideo semper est ibi dextra, nec mutatur cum partibus mobilibus, p eo quod nō est dispositio absoluta, sed relata ad motoris influētiam, quæ semper manet fixa, & per hunc modum locus cuiuslibet rei dicitur esse immobilis, propter hoc, quod dicitur situm relatum ad cœtrum, & circumferentiam mundi, quæ nunquam possunt moueri. Ex prædictis patet quæ sitio propo sita; patet etiam respōsio ad obiecta. Concedendum est enim, quod in cœlo sit dextra, & sinistra. Et rōnes ad hoc, inductę similitur concedēdę sunt, quia uerum cōcludunt, licet tertia ratio sumpta a dimensionibus procedat ab insufficienti.

AD ILLVD uero, quod obiicitur in contrarium, quod planta non habet dexteram, & sinistram, quamuis sit organica. Dicendū, quod dextrū & sinistrū

Qd. seq. immediate.

non facit principaliter membro-
rum distinctio: hoc enim acci-
dit, & frequenter contingit, q̄
eiusdē dispositionis est animal
in parte dextra, & sinistra: sed
hoc facit influētiæ motoris prin-
cipalior, & minus principalis su-
sceptio, secundum quam attendi-
tur inchoatio motus, & termina-
tio, & sic reperitur in cœlo.

AD ILLVD, quod obiicitur,
quod dextrum, & sinistrum in
nobis est a qualitatibus actiuis,
& passiuis: iam patet responsio
ex prædictis, quia dextrum, & si-
nistrum in animalibus concer-
nunt partes determinatas, pro-
pter vnionem motoris ad mobi-
le, non solum per modum moto-
ris, sed etiam per modum perfe-
ctionis: & ideo ad hoc, quod vna
pars magis suscipiat influētiā
motoris, requiritur dispositio
alia, & alia, quæ quidem fit per
qualitates actiuas, & passiuas: in
cœlo autem non sic est, sicut ostē-
sum est supra. AD ILLVD, qđ
obiicitur, quod dextrum, & sini-
strū, præsupponunt sursum: &
deorsum. Responderi potest, q̄
uerū est, prout sursum, & deor-
sum dicunt terminos dimensio-
nis: non autem est uerum; pro-
ut dicunt inchoationem, & ter-
minum alicuius trāsmutationis.
Secundū enim sursum, & deor-
sum propriè attenditur augmen-
tum, siue motus ad locum: sed se-
cundum dextrum, & sinistrum
attenditur motus in loco. Ideo
& si in cœlo ponatur dextrum,
& sinistrum: non tamen oportet
sic poni sursum, & deorsum. Ali-
ter potest responderi magis secū-
dum opinionem Philosophi, q̄
in cœlo est ponere sursum, &

deorsum, & ante & retro, sicut
ponitur dextrum & sinistrum:
non quia dicunt terminos diuer-
sorum motuum: sed quia in eo-
dem motu consideratur ultima-
trium dimensionum, licet magis
propriè dextrum, & sinistrum.
Et hoc patet: ad hoc enim, quod
cœlum reuoluatur, necesse est
ponere duos polos, quorū vnus
habet rationem sursum, & alter
rationem deorsum. Est etiā po-
nere duo hemisphæria, quorum
vnum habet rationem ante, &
alterum habet rationem retro.
Necesse est etiam ponere, q̄ in
hemisphærio vna pars sit, ex qua
cœlestia corpora primo appare-
re incipiant: altera uero pars, ex
qua desinant: & hoc totum de
facili est imaginari, si quis ima-
ginetur hominem, qui pedes ha-
beat in polo arctico, & caput in
polo antarctico, & habeat faciē
uersam ad nostrum hemisphæ-
rium, statim imaginabitur harū
differentias positionum. AD
ILLVD, quod obiicitur, quod cœ-
lum habet extra se principiū sui
motus, & ita non habet dextrū,
& sinistrum. Dicendum, q̄ illud
uerum est, quando dextrum, &
sinistrū nominant partes deter-
minatas: sed quādo noīant ordi-
nē mobilis ad motoris influētiā,
non hēt veritatē: nihil. n. facit ad
hoc, utrum sit motor intra, uel
extra. AD ILLVD, quod obiici-
tur, q̄ vna parte circuli mota,
mouentur omnes. Dicendum,
quod uerū est: sed tamen ex hoc
non sequitur, quod æque primo
recipiant motoris influentiam,
quod patet: cum aqua mouet ro-
tam, primo mouet illam partē,
quā cōtingit. AD vltimum, qđ
obiicitur,

obiicitur, quod pars dextra, sem-
per est dextra, iam patet respon-
sio: quia hoc intelligitur de illo
dextro, & sinistro, quod dicit di-
spositionem partium in compa-
ratione ad motorem cōiunctū;
sic est in animalibus: hoc autem
modo non ponitur in corpori-
bus cœlestibus; sicut prius ta-
ctum est.

ARTICVLVS III.

QVÆSTIO I.

An cœlum immediatè mouea-
tur à Deo?



ONSEQVENTER
quæritur tertio loco
in comparatione ad
motoris influentiam.
Et circa hoc duo quærentur.
Primò quæritur, vtrum primū
mobile moueatur a Deo imme-
diatè tantum, an mediante ali-
qua virtute creata. Secundum,
est, vtrum moueatur ab intelli-
gentia, an a propria forma.

QVOD cœlum immediatè mo-
ueatur a Deo, ostenditur
primo per Philosophum, qui in
2. Lib. de cœlo, & mundo dicit.
Causa prima mouet causatū pri-
mum: causa autem prima nō est
nisi Deus: ergo &c. ITEM. Boe-
tius de Cons. loquens ad domi-
num. Stabilisq; manens das cun-
cta moueri: ergo uidetur, q̄ ma-
ximè moueat illud, quod est pri-
mum mobile: hoc autem est cœ-
lum: ergo &c. ITEM. ratione vi-
detur. Primi mobilis motor de-
bet esse primus: sed primus mo-
tor est immobilis omnino; quia
nunquam est status, nisi in im-
mobili: sed nihil est omnino pri-
mū immobile, nisi solus Deus:
ergo motus primi mobilis solus

est Deus principium. ITEM. Ex
motu, & influētia cœlestis corpo-
ris est cōseruatio oīum corporū
uiuētium: ergo ex motore eius
erit cōseruatio oīum spirituum
uiuificatiū: quia sicut se hēt mo-
bile ad mobilē, sic se hēt motor
ad motorē: sed solus Deus est il-
le, qui est cōseruator, & uiuifica-
tor spiritūū: ergo solus ipse mo-
uet primum cœlum.

SED CONTRA. Immēsitās po-
tentiae, & sapientiae, & bonitatis
hoc requirit, ut Deus communi-
cet uirtuti creatæ actum, quē il-
la est nata suscipere: sed actus, q̄
est mouere secundū locū quod
cūque corpus, natus est conueni-
re uirtuti creatæ: ergo uidetur,
q̄ Deus nullum corpus moueat
absq; uirtute alicuius creaturæ.
ITEM. Virtus motoris dēt pro-
portionari mobili: sed uirtus cœ-
li finita est: uirtus autē Dei infi-
nita est: ergo ad hoc, q̄ saluetur
in mundo proportio debita, ui-
detur, quod inter Deum mouen-
tem, & cœlum motum sit pone-
re aliquā uirtutē creatā, & fini-
tā. ITEM. Philosophus dicit, q̄ si
tanta uirtus mouet in tanto tem-
pore, & maior in minori, & ma-
xima in minimo, & infinita in
nunc: ergo si Deus infinitæ uir-
tutis est, & ipse immediatè mo-
uet cœlū: uidetur, q̄ in instanti
reuoluat ipsum ab oriente in oc-
cidens, quod manifestè falsum
est. Si rv dicas, q̄ Deus in mo-
uendo non exercet totius uirtu-
tis suæ effectum, quia cū sit mo-
uens uoluntarium potest moue-
re & cito, & tarde: Tūc redit pri-
ma obiectio: quia cum actus iste
s. mouere successiue sit uirtutis
finitæ, erit natus conuenire crea-
turæ,

Vide et
12. Me-
taphy.
33. &
37.
Lib. 3.
p. 37.

Ex 8.
phy. 78
& ulti.
& 12.
Meta-
phy. 41
& 42.

turæ. **ITEM.** Ea, quæ sunt immediate a diuina potètia procedunt in esse secundum cursum mirabile, ut patet in creatione, & iustificatione, & miraculorum operatione: ergo si cælum immediate mouetur a Deo, motus eius est mirabilis, non naturalis, quæ si est, naturalis non est; ergo a Deo immediate.

RESOLVTIO.

Cum Deus infinite virtutis sit, primum mobile immediate non mouet; (et si intime operetur unicuique rei) sed mediate, per alteram virtutem, scilicet mediam creatam, et finitam.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod in omni operatione Deus operatur intime, & immediate, cum Dei uoluntas (sicut dicit Aug. & habitum est in Primo Lib.) sit prima, & summa causa omnium specierum, & motionum. In aliquibus autem sic operatur, ut ipse sit tota causa: in aliquibus sic operatur, & mouet, ut uirtutem agendi, & mouendi communicet creaturæ: Prima quidem dicuntur mirabilia, secunda uero naturalia, uel uoluntaria quantum ad egressum. Quando ergo queritur, Vtrum motus primi mobilis immediate sit a Deo, non est questio, utrum uirtus diuina intime operetur, & immediate ad illam mutationem exercendam; quia nihil mouetur sic, nisi ipse moueat, & cooperetur uirtuti motiue: sed est questio, utrum motus primi mobilis sit a Deo tanquam a tota causa, an simul cum uirtute diuina mouente moueat aliqua uirtus creata. Et ad istam questionem satis de plano re-

sponderi potest, quia cum motus ille sit natus conuenire uirtuti finite propter sui successionem, et diuina bonitas ad sui manifestationem communicet creaturæ, quod ipsa nata est suscipere, quod Deus primum mobile mouet mediante aliqua uirtute creata, sicut & alia mobilia: Et concedendæ sunt rationes ad hoc inductæ, quamuis aliqua non necessario cogant.

AD ILLVD uero, quod obiicitur de Philosopho: dici posset satis probabiliter, quod Philosophus non intellexit, quod primi orbis motor per modum efficientis esset Deus; ipse enim ponit uirtutem motoris a Deo proportionari mobili, quod si minimum, uel modicum corpus apponetur corpori, lassaret uirtus motoris in mouendo: sicut dicit in Libro de cælo, & mundo: sed ponit, quod Deus moueat primum causatum metaphoricè; sicut finis, & desideratum: aut si ponit quod moueat per modum efficientis, non ponit, quod ipse solus moueat; sed cooperante uirtute mobili, proportionata. Vnde uerbum suum potest intelligi esse dictum per quandam appropriationem, & primariam influentiam suam infusionem. **AD ILLVD**, quod obiicitur de Boetio, quod Deus cuncta mouet. Dicendum, quod ex illa auctoritate non concluditur, quod solus Deus cuncta mouet: sed quod non mouentur absque diuina uirtutis infuentia. Nulla enim uirtus alicuius motoris potest, uel modicum operari sine beneficio, & auxilio eius, quæ penitus est immobilis; sicut in 1. Lib. ostensum fuit, & in sequentibus ostendetur: cum queritur, Vtrum

omnis

omnis actio sit a Deo. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod motor primi mobilis est primus, & immobilis. Dicendum, quod non oportet motorem primi mobilis esse omnimodè primum, uel omnimodè immobilem: sed sufficit, quod sit primus respectu aliorum motorum; siue uirtutum mouentium, & quod sit immobilis secundum modum per quem mouet. Non enim oportet esse statum in motore primi mobilis simpliciter; sed in genere creaturarum. Omnes autem creaturæ defectiue sunt, & reducuntur ad ipsum Deum, qui est principium, & finis omnium: citra quem nec est perfecta quies, nec perfectus status. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod sicut influentia mobilis conseruat mobilia, ita influentia motoris motores alios. Dicendum, quod illud non oportet; quia non est consimilis proportio, pro eo, quod ordo est in corporibus mundi secundum tantam prædominantiam, & excellentiam, quod unum potest simpliciter influere in alterum: spiritus uero rationales, qui sunt uiuificatores, & motores corporum, sic habent gradum, & ordinem, ut tamen secundum suum supremum a Deo immediate perficiantur, & formentur: & hoc est propter rationem imaginis, per quam immediate sunt ipsius Dei capaces.

QUESTIO II:

An motus cæli sit a propria forma, uel ab intelligentia?

VTRVM motus cælorum sit a propria forma, uel ab intelligentia. Et quod sit a propria forma, uidetur: quia (sicut uult

Philosophus.) Natura est principum motus, & quietis in eo, in quo est; ergo omnis motus naturalis est a forma intrinseca; sed motus cæli est naturalis; sicut probat Philosophus: ergo est a propria forma. **ITEM.** Leue sua leuitate, & uirtute potest sursum ascendere, nullo impellente, & similiter graue descendere absque aliqua intelligentia mouente; si ergo forma cæli perfectior est, quam elementaris: & figura eius aptissima ad motum circulares; uidetur, quod moueri possit a propria forma absque omni intelligentia. **ITEM.** Plus est mouere seipsum, exeundo locum proprium, quam non exeundo: sed uirtus lucis est se diffundere per corpora alterius naturæ, & etiam diffundendo redire; ergo uidetur, quod corpus cæli multo fortius per naturam lucis possit se in suo orbe mouere absque influentia alicuius spiritualis substantiæ. **ITEM.** Motus animalium est a forma propria, et intrinseca; et hoc spectat ad complementum motus; ergo cum motus cæli sit multo completior; erit a forma propria, et intrinseca; ergo uel cælum non mouetur ab intelligentia; uel intelligentia est ipsius cæli perfectio, et forma: sed intelligentia aliqua non est perfectio cæli (sicut dicit Damascenus Secundo Libro cap. 5. cæli sunt inanimati; et insensibilis) ergo etc. **ITEM.** Nullus motus necessarius pendet a uoluntate creaturæ, tanquam a principali motore: sed motus cæli est uniformis; et necessarius secundum Sanctos; et Philosophos; ergo non a

uo-

voluntate alicuius angeli, uel intelligentiæ. **ITEM.** Virtus illius angeli, uel intelligentiæ est finita; sed uirtus finita in mouendo recipit fatigationem, & laborem: maxime cum mouet illud, quod non est per se mobile: aut ergo cœlum mouetur propria forma, aut si mouetur uirtute intelligentiæ, necesse est illam laborare, & laxari.

CONTRA. Omne, quod mouetur ab alio mouetur: sed cœlum secundum se totum mouetur: ergo uidetur, quod præter materiam, & formam eius sit ponere aliquid, a quo moueatur: hoc autem non est nisi angelus, uel intelligentia: ergo &c. **ITEM.** Omnis motor est in actu respectu mobilis, & totum cœlum est mobile: sed nihil idem est simul in actu, & potentia: ergo cœlum non potest moueri a se, siue propria uirtute. **ITEM.** Omnis motor sufficiens distat a mobili: cum ergo nulla forma extensa distet a materia, nulla forma extensa potest esse motor sufficiens: sed forma cœli est forma corporalis, & extensa: & motus eius cum sit præcipuus inter alios, motus eius est a motore sufficienti, ergo non potest esse a uirtute propriæ formæ. **ITEM.** Omne, quod naturaliter mouetur ad locum aliquem, si mouetur ab illo loco, mouetur præter naturam: ergo si cœlum mouetur naturaliter ab oriente in occidentem, ab occidente in orientem, non mouetur, seu regiratur per naturam: ergo uidetur, quod cœlum habeat motorem alium, quam formam propriam. **ITEM.** Omne, quod mouetur propria forma,

mouetur propter propriam indigentiam: natura enim forme non mouet, nisi propter appetitum rei, quæ naturaliter indiget: sed cœlum (sicut dicunt Sancti & Philosophi) non mouetur propter indigentiam propriam: ergo non mouetur a propria forma, & natura. **ITEM.** Omne, quod mouetur a propria forma naturaliter mouente, nunquam quiescit, nisi uiolenter, ipso existente in eadem dispositione: sed cœlum, quantum ad naturam suæ formæ semper erit in eadem dispositione: aut ergo non mouetur a propria forma, & natura: aut nunquam quiescit, uel si quiescit, uiolenter quiescit: si ergo cœlum aliquando quietabitur, & non uiolenter: ergo motus eius non est a uirtute formæ intrinsecæ.

RESOLVTIO.

Non a propria forma perfectiua; cum animatum non sit: sed a deo mediante intelligentia

RESP. Dicendum, quod in hac quæstione duæ sunt positiones probabiles concordantes rationi, & scripturæ: præter illam tertiam uiam, quam quidam Philosophi posuisse uidentur, scilicet quod cœli haberent animas, & quod cœlum esset magnum animal, & quod moueretur a propria forma perfectiua, sicut mouetur animal: & hanc animam motricem posuerunt regi, & dirigi a Deo mediante intelligentia: sed hæc positio falsa est, & erronea. Sicut enim dicit Damascenus, cœli sunt inanimati, & insensibiles; & quod dicuntur, deum aliquando benedicere, hoc est dictum per prophetopopeiam: & ista est communis sententia sanctorum: & ideo August.

gust. retractat illud uerbum, quod dixerat in Lib. de Immortalitate anime, quod mundus animatur, & si aliqui sancti uideant hoc dicere, sicut Hieronimus super Ezechiel. hoc totum intelligendum est dictum metaphorice. Non solum autem hæc positio est contra catholicos doctores, sed etiam contra Philosophos, uel physicos tractatores, qui ponunt, quod substantia intellectualis non unitur corpori nisi mediante uegetabili, & sensibili: & ita si cœlum perfecteretur a substantia spirituali, haberet sentire, & uegetari, & ita naturaliter posset corrumpi: & propter hoc ista positio omnino reiecta, intelligendum est, quod duplex est hic modus satis catholicus. **QUIDAM.** dicunt, quod cœlum mouetur a propria forma hoc modo, cœlum habet quantitatem, & figuram, & per hæc est ad motum habile, habet nihilominus lucis perfectionem, & formam, quæ inter cæteras formas corporales est maxime actiua, & quasi uiam mediam tenens inter formas spirituales, & corporales: & per uirtutem huius formæ mouentur corpora cœlestia orbiculariter multo sufficientius, quam elementa moueantur motu recto: nec oportet ad motum cœli adhiberi ministerium angeli, uel anime: sicut nec ad motum cuiuslibet elementaris naturæ. Nec obstat illud, quod mouens debet esse aliud a mobili: quia sicut animal secundum aliquid sui est mouens: secundum aliquid sui est mobile, & tamen totum est mouens, & mobile: sic & in cœlo intelligendum est, quod est mobile per naturam quanti-

tatis, & figuræ; & mouens per naturam lucis actiue. Nec obstat illud, quod recedit ab eodem loco, ad quem mouetur: cœlum enim proprie non habet moueri ad locum, sed potius circa locum: nec pars, quæ est in oriente mouetur ad occidentem, quia illud situm intendat determinate, sed quia intendit moueri orbiculariter, qui est motus competens suæ naturæ. Unde sicut dicitur in radio, quod procedit, & retrocedit per uirtutem suam, cum sit repercussio ad aliquod corpus splendidum: sic est in proposito; & per hoc respondet ad omnes obiectiones. Difficile tamen est secundum hanc positionem sustinere, quomodo cœlum mouetur a propria forma, & naturali, & illa permanente quiescat præter uiolentiam. Difficile est etiam intelligere, quomodo non moueatur propter propriam indigentiam, si appetitus ille est forma intrinsecæ; & ideo isti compelluntur ad hoc redire, ut dicant, quod ad motum cœli non sufficit uirtus propriæ formæ, sed simul cum ea requiritur influxus diuinæ potentie, secundum quem cœlum habet moueri, & quiescere. Sed tunc remanet quæstio, quid sit ille influxus, utrum dicat quid creatum, uel increatum, & siue hoc dicat, siue illud, non est facile explicare, quare deus illum motum exerceat sine ministerio spiritualis creaturæ, cum illis sit natus conuenire. Nec tamen de facili potest hoc improbari, si quis hoc dicat: quod defectum istius creaturæ corporalis uelit deus per semetipsum supplere, ut ostendat se esse

Ex his uidetur fuisse Auer. ut uide re est in Lib. de substantia orbis cap. 2. in de stru. di sp. 3. dub. 18

esse Deum cœli, & terræ: & ita dicatur cœlū moueri uirtute propria: q̄ si aliqd̄ desit sibi ad mouendi sufficientiam, q̄ suppleatur ab ipsa uirtute diuina: & sic sustinendo hanc positionem, responsio ad obiecta satis est plana. ALIA uero positio ē, quod Deus mouet mediante intelligentia creata, siue mediante angelo, & hoc cōpetebat ordini, quem Deus constituit vniuerso, de quo dicit Aug. sup̄ Gen. ad literam, q̄ deus sic mundum ordinauit, ut spiritum præficeret omni corpori: & ideo sicut congruum est angelos deputari ad ministerium hominum, sic etiam congruum est ipsos deputari ad motum, & regimē cœlorum: cum in hoc etiam ministrant homini uiatori, & diuinæ subseruiāt maiestati: & hoc uidet Aug sentire in iii. de Lib. arb. loquēs de angelica natura, de qua dicit, quod non sua maiestate cōtinet omnia, sed in herendo illi maiestati; & eius imperiis deuotissime obtemperando, a quo, & per quē, & in quo facta sunt omnia: & hæc positio Magistrorum est tam in theologia, quam in philosophia: quia concors pietati fidei; & rationi plurimum esse uidetur. Si igitur hanc positionem sustinere uelimus; de facili potest ad obiecta in contrarium responderi.

AD ILLVD; quod primo obicitur; quod motus ille naturalis est. Dicendum; q̄ motus ille p̄ comparisonem ad primū mobile naturalis esse dicitur; quia natura eius; & figura illi motui concordat: nec oportet; q̄ omne; quod est naturale; sit a prin-

cipio intrinseco; sicut tota causa; sed sufficit; quod uirtus intrinseca cooperetur uirtuti actiue. AD ILLVD, quod obicitur de graui; & leui. Dicendum; quod ad motum grauis non sufficit solummodo grauitas; siue qualitas propria: imo concurrunt uirtus loci attrahentis; & uirtus loci expellentis; & uirtus corporis quinti præter illa duo mouētia; quę ponit Philosophus; scilicet graues; & leues; & remouens prohibēs; & quia hæc ad motum cœli nō possunt concurrere; oportet; q̄ concurrat uirtus spiritualis substantiæ. AD ILLVD; q̄ obicitur de diffusionem loci. Dicendum; quod ille non est motus localis proprie; sed magis motus alterationis: unde sicut ignis potest calorem suū diffundere deorsum; tamen uirtute propria nō se mouet de loco; in quo est: sic etiam in cœlesti corpore intelligendū est esse. AD ILLVD; quod obicitur; quod ad completionem motus facit; quod aliquid moueatur a principio intrinseco. Dicendum q̄ hoc accidit: non. n. hoc est propter unionem motoris ad mobile; sed propter sufficientiam motoris; qui quidem est substantia spiritualis distans a materia: unde distantia motoris est a mobili; & completio motoris illa est, quę facit ad motoris perfectionem: hoc autem multo magis reperitur in motu cœli; q̄ mouet ab angelo siue ab intelligentia separata sc̄dm substantiam unitam sc̄dm uirtutē, quā si moueretur a propria forma. AD ILLVD, quod obicitur, q̄ necessarium non pendet a uoluntario. Dicendum, quod uerum est

est de uoluntate uertibilis: quam uis autem uoluntas angeli sit p̄ naturam uertibilis, tamen p̄ gloriam oīno inuertibilis efficitur, & talem substantiam intelligendum est esse motricem cœli, quę ut dicit Aug. summæ maiestati incontinenti inhæreat perfecte. Et q̄ talis substantia sit motrix cœli, ostendit ipsius motus nobilitas, & uniformitas, & necessitas: ostendit nihilominus

quies futura, cum perfecta erit superna ciuitas, ad quam cōseruandam finaliter ordinatur angelica ministratio. AD ILLVD, quod obicitur, q̄ cum sit uirtutis finitæ lassatur. Dicendum, q̄ lassationem nō facit finitas, sed impropertio motoris ad mobile, uel contrarietas, uel ineptitudo ex parte mobilis, quorum nullum est in proposito: & sic patent quę sita.

DISTINCTIO XIII.
PARS SECVNDA.

De opere tertię dici, quando aquę congregatę sunt in vnum locum.

Equitur, Dixit Deus, Congregentur aquę in locum vnum, & appareat arida. Tertię diei opus est congregatio aquarum in vnum locū. Congregatę sūt enim oēs aquę cœlo inferiores in vnam matricē: ut lux quę præterito biduo aquas clara luce lustrauerat, in puro aere clarior fulgeat, & appareat terra, quę cooperta latebat, et quę aquis limosa erat fieret arida, & germinibus apta. Eodem enim die protulit terra herbam uirentem, lignumq̄; faciens fructum. Si autē queratur, ubi congregatę sunt aquę quę totum texerant spatium vsque ad cœlum: Potuit fieri ut terra subsidens concanas partes præberet, ubi fluctuantes aquas reciperet. Potest etiam credi primarias aquas rariiores fuisse, sic ut nebula tegetet terras, sed congregatione esse spissatas, & ideo facile in vnum posse redigi locum. Cum quę multa constet esse maria & flumina, in vnum tamen locum dicit aquas congregatas propter continuationem, uel congregationem omnium aquarum, quę in terris sunt: quia cuncta flumina, & maria magno mari iunguntur. Ideoque cum dixerit aquas congregatas in vnum locum, deinde dicit pluraliter, congregationes aquarum, propter multifidos sinus earum, quibus omnibus ex magno mari principium est.

D. Tho. quol. 7. q. 2. q. de malo. q. 16 arti. 1. ad 14.

Ambr. in hexam. mi. li. 3. ca. 2. de hac re prolixè et Bedæ super hunc locū Gen. Aug. li. de gen. ad li. 1. ca. 12.

De opere quartæ diei, quando facta sunt luminaria.

Sequitur dixit Deus, Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem. In præcedenti triduo disposita est vniuersitatis huius mundi machina, & partibus suis distributa. Formata. n. luce prima die, quæ vniuersa illustraret, duo sequentes dies attributi sunt supremæ, & infimæ parti mundi, firmamento, scilicet aeri, terræ, & aquæ. Nā secunda die firmamentum desuper expansum est. Tertia vero aquarum molibus intra receptacula sua collectis, terra est reuelata atque aer serenatus. Quatuor ergo mundi elementa illis diebus suis locis distincta sunt, & ordinata. Tribus autem sequentibus diebus ornata sunt illa quatuor elementa. Quarta enim die ornatum est firmamentum sole, & luna & stellis. Quinta aer in volatilibus, & aquæ in piscibus ornamenta acceperunt. Sexta, accepit terra iumenta, & reptilia, & bestias: post quæ omnia factus est homo de terra: non tamen ad terram, nec propter terram, sed ad cœlum, & propter cœlum.

Ecl. 7.

Ante alia de ornatu cœli agitur, sicut prius factum est.

Quia ergo cœlum ceteris elementis speciem præstat, priusque aliis factum est, ideo ante alia ornatur, in quarto die quo fiunt sydera: quæ ideo facta sunt, vt per ea illustretur inferior pars, ne esset habitantibus tenebrosa. Infirmittaque hominum prouisum est, vt circumuente sole poterentur homines diei noctisque vicissitudine propter dormiendi vigilandique necessitatem: & ideo etiam ne nox indecora remaneret, sed luna ac syderibus consolarentur homines, quibus in nocte operandi necessitas encumberet: & quia quædam animalia sunt, quæ lucem ferre non possunt. Quod autem subditur, Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos: quomodo accipiendum sit, quæri solet. Ita enim dictum videtur, quasi quarto die cœpissent tempora, cum prius triduum sine tempore non fuerit. Ideoque tempora, quæ fiunt per sydera, non spatia morarum, sed vicissitudinē aeræ qualitatis debemus accipere: quia talia moribus syderum fiunt, sicut dies & anni, quos vsitate nouimus. Sunt enim in signa serenitatis, & tempestatis, & in tempora, quia

Ang. l. de gen. ad luc. 2. c. 13 & 4. Au. li. de gen. 1. cōtra Mani. c. 14. m. omo. 1.

per ea distinguimus quatuor tempora anni, scilicet ver, æstatem, autumnum, hyemem. Vel sunt in signa, & tempora, id est, in distinctionem horarum: quia priusquam fierent, ordo temporum nullis notabatur indicijs, vel meridiana hora, vel qualibet hora. Hæc quarta die facta sunt.



Vpra egit Magister de productione insensibilium continētium, in hac parte agit de productione insensibilium continētium: & quia hæc sunt in duplici differentia: quædam. n. intra cœlos continentur, vt materialia respectu generandarum rerum, sicut sunt elementa: quædam uerò ut actiua, sicut sunt cœlestia luminaria: ideo pars ista habet duas. In prima agit de distinctione cœlorum. In secunda de productione luminarium, ibi. Sequitur, dixit Deus, fiat luminaria, &c. Prima pars habet duas. In prima determinat ueritatem. In secunda soluit dubitationem, ibi. Si autem queratur, ubi congregate sint aquæ, &c. Similiter secunda pars principalis habet duas. In prima comparat productionem luminarium operibus aliorum dierum. In secunda uerò determinat, propter quid sint facta, ibi. Quæ ideo facta sunt, vt per ea illustretur, &c. Et sic duo continentur in parte ista, uidelicet distinctio elementorum, & hæc satis plana est, quantum ad præsentem materiam pertinet. Secundum autem est formatio luminarium, circa quod plura concurrunt dubitabilia, ut textus Sacrae scripturæ planè intelligatur.

Dub. 1.

Congregatur aquæ in locum unum, &c. Contra. Videtur primò, inconuenienter dicere,

Cōgregentur in locum, quia motus ad locum est entis completi: sed aquæ nondum erant productæ; ergo malè dixit, in locum unum congregentur. Itē. Nihil potest apparere, nisi color: & nullum elementum simpliciter est coloratum: ergo terra non potest apparere; malè ergo dicit, appareat arida. Item. Cum sint duo alia elementa, uidelicet ignis, & aer, uidetur, q̄ insufficientis sit scriptura, quæ nihil de eorum distinctione explicat.

IVXTA hoc queritur, quare elementum aquæ nominet pluraliter, & elementum terræ singulariter. Si RV dicas, q̄ hoc est propter aquarū dispersionem, tunc uidetur, q̄ malè dicat, congregentur aquæ in locum vnum. Item. Queritur, quare elementum terræ primò uocat aridam, & postea uocat terram, cum ante sit dictum, In principio creauit Deus cœlum, & terrā, &c. Itē. Cū elementum aquæ sit insipidum per naturā, & maria sint salia, non vñ, q̄ congregationes aquarū debeāt appellari maria. Resp. Dicendum, q̄ scriptura distinctionē elementorū in his uerbis ualde explicat eleganter, si quis attendat: quia. n. motus ad situm nō est, nisi rei cōpletæ, & habentis formam, nec aliud fuit aquas congregari in vnū, quàm ipsi elemento aquæ dando spēm unam, & inclinationē ad locum speciei, simul debitum secundū

existentiam formæ, & inclinationis ad situm dare locum congruū: & quia locus aquæ est immediate esse circa terram, dum aqua congregatur, ab elementis superioribus. scilicet, & igne separatur: ergo in congregatione aquarum tangitur per consequens distinctio aliorum duorum elementorum. Rursus, quia aquæ sunt natæ circumdare terram, & si ex omni parte circumiret terram, ad inhabitandum nobis, & animalibus apta non esset: ideo sic distinxit, ut in superiori superficie arida apparet. Rursus, si terra esset ab aqua omnino separata, ad germinandum non esset apta. Et ideo Deus sic arefecit terræ superficiem, ut tamen ipsius radicem aqua impletet, & per decursum fluuiorum etiam irrigaret. Et propter hoc tria dicit scriptura. Primo, propter elementorum distinctionem, congregentur aquæ in locum unum. Secundò verò propter superficiem terræ denudationem, & appareat arida. Tertio, propter irrigationem, quam ab aquis suscipit, ut germinare possit, dicit, uocauit aridam terram, congregationesque aquarum appellauit maria.

Ex his patent obiecta. Quæ enim primò, obiicitur de uerbo congregandi non ualeret: non fecit Deus aquas congregari, sicut prius existentes, sed sicut dās eis formam, & naturam, per quam sint aptæ natæ in unum locum concurrere. Similiter patet illud, quod obiicitur, de apparitione terræ, quia terra, quæ apparet non est elementum mixtum. Si

militer patet illud, quod obiicitur de distinctione aliquot elementorum, quia in his duobus, quæ sunt maximè sensibilia, & tractabilia, clauditur illorum distinctio, quæ sunt sensibus nostris occulta. Similiter patet quare aquam uocat pluraliter, & terram singulariter: propter, scilicet earum dispositionem, humidum enim proprio termino est malè terminabile, sed quia siccū de sui natura terminabile est: ideo terram uocat singulariter, & prius uocat eam aridam, & postea terram, quia primum nomen dicit proprietatem elementi, uide licet siccitatem: secundum uerò nomen dicit eius usum siue utilitatem, quam habet per cōmixtionem aquæ, ut possit coli, & fructificare: ideo dicitur terra quasi trita. Similiter patet de illo, quod obiicitur de aquis: appeillantur enim maria, non quia amaritudo sit prima qualitas aquæ, sed quia cōsequitur aquam in sua congregatione per grossitiam partium, quæ remanent subtilioribus eleuatis sursum, uel penetrantibus in terræ profundo, ex qua subtiliatione dulcescunt.

Eodem enim die protulit terram herbam uirentem, &c.) Videtur, quod factum est inordinate, si enim firmamentum prius factum est quam terra, prius debuit ordinari, quam terra. Item Cum mineralia corpora sint ex terra ita bene sicut ligna, uidetur, quod insufficienter determinet scriptura ea, quæ uirtute diuina producuntur ex terra. Item. Quæritur, utrum tunc terra germinauerit tribulos, & spinas: si enim tunc

no

non produxit, uidetur, quod post peccatum fuit terra fecundior, & nouam recepisse potentiam ad producenda talia: si uerò tunc produxit, uidetur scriptura insufficientis, quia non exprimit: uidetur, etiam sibi contrariari, dum in 3. Gene. dicit illa in poenam hominis germinari, maledicta terra, &c. Respon. Dicendum, quod scriptura ordinate exprimit: Deus ordinatissime fecit, dum eodem die, quo terra producta est, ex ea herbas, & ligna producere fecit, tum propter erroris remotionem, ut dicit Basilius: ne crederetur, quod sol esset causa principalis terræ nascentium, sicut dicit Philoso. quod terra est mater plantarum, & sol pater, tum quia plantæ, & herbe sunt quasi connaturales terræ, dum ei sunt radicitus affixæ trahendo ex ipsa fomentum, & originem: non sic autem est in ornamentis aliorum trium, & per hoc patet primum obiectum. Ad illud uerò, quod obiicitur de corporalibus mineralibus. Dicendum, quod quia, prout recedunt a natura terræ, latent sub terra, non curauit scriptura specialiter exprimere. Ad illud, quod obiicitur de spinis, & tribulis. Dicendum, quod tunc productæ sunt pro eo, quod perfecta fecunditas data est terræ, & nulla herba est tam uilis, quæ non sit alicuius utilitatis, & uirtutis: & ideo cum aliis uirentibus herbis, & lignis fructiferis intelligendum est ita produci, & scriptura sub illorum generalitate comprehendit. Et quod obiicitur, quod generata sunt in poenam peccati. Dicendum, quod spinam, & tribulum generari,

ubi seminatur frumentum, hoc est in poenam peccati, & ex maledictione terræ, quæ cum colitur, ut det fructum, unde homo sustentetur: potius producit, unde homo crucietur. Quod autem in locis multis generetur spina, & tribulus, hoc non est poena, sed natura.

Fiant luminaria in firmamento cæli, &c.) Quæritur, quæ sint ista luminaria. Si tu dicas, quod sol, & luna, quia scriptura explicat, fecit Deus duo luminaria magna, &c. uidetur esse instantia. Primò, quia ista non sunt in firmamento. Secundò uerò, quia luna non est luminare magnū, cum iudicio sapientum multæ stellæ sint maiores. Tertio uerò, quia luna non uidetur esse luminare: sed potius corpus opacum, dum sui interpositione solem facit eclipsari. Si tu dicas, quod luna dicitur luminare, non quia ex se luceat, sed quia lumen recipit a sole. Obiicitur, contra hoc, quia cum luna sit de natura quintæ essentiæ, sicut, & sol, uidetur quod ita debeat lucere sicut sol. Item. Si lumen recipit, aut sicut corpus transparentis, aut sicut terminatum, aut sicut speculum: quod partim habet naturam terminati, & partim transparentis. Si recipit sicut transparentis, tunc uideretur, quod non obiiciat se uisui per se, & quod etiam non possit occultare solem. Si sicut terminatum: tunc duplex oritur inconueniens. Primum, quod cum corpus terminatum non est, nisi mixtum, non potest luna esse corpus terminatum. Secundum uerò, quod tunc

Et 3 non

non illuminabitur nisi in superficie: ergo uidetur, quod parum de lumine suscipiat, & parum refundat: ergo non debet dici luminare magnum. Si uero recipit, sicut speculum, tunc similiter duplex est inconueniens. Primo, quod in luna debemus uidere imaginem, siue speciem solis, sicut uidetur in speculo. Aliud, quod tunc non debet luna illuminare omnem partem, sicut nec speculum imaginem offert secundum omnem partem. Propter hoc igitur est quod, quare luna dicitur esse luminare magnum, & quare magis lucet de nocte quam de die, & quare magis lucet dum a sole elongatur, quam cum ei appropinquat: contrarium. non debet esse, si ab ipso recipit lumen. Resp. Dicendum, quod circa luminaria cœli quidam singulariter tenent opinionem, dicentes quod corpora cœlestia sunt ex quatuor elementis, prædominante in eis natura ignis, siue cœlestis corporis, quod dicunt esse naturæ igneæ: prædominante (inquam) non solum secundum qualitatem, sed etiam secundum quantitatem: & secundum quod in eis magis prædominatur illa natura, secundum hoc habent loca magis, & magis superiora. Et quoniam in luna, quæ nobis proximior est, minime dominatur natura ignea inter cœtera luminaria, & plus reperitur in ipsa de natura luminis susceptiua, hinc est quod luna parum profertur lucet, & ex plenitudine solis multum suscipit lumen, adeo ut mereatur dici luminare, & magnum luminare propter magnum effectum luminis, quem habet in terris. In sua autem positione fulguramentum adducunt hoc:

quod luna uidetur esse corpus terminatum, & coloratum: & ideo inter nos, & solem posita radios solis nobis occultat, & soli opposita dum ex ea parte, qua nobis opponitur, lumen suscipit, & inferiora illuminat. Sed hæc positio est contra communem uiam Philosophi. & contra communem uiam sanctorum. Contra Philosophum. namque est, quia Philosophus dicit, quod mixta ex quatuor elementis sunt corruptibilia: & ad hoc quod sit conueniens mixtio, oportet, quod plus sit ibi de natura grauium secundum quantitatem: & ita luminaria cœli secundum hanc positionem, & essent corruptibilia, & essent grauiora. Quod si tu respondeas: quod illa sublimata sunt a natura corruptibilitatis, & grauitatis, sicut corpora hominum gloriosa: hoc non soluit, quia non queritur hic, quid faciat Deus per gratiam, & gloriam: sed qualia sint illa luminaria condita per naturam. Contra communem uiam sanctorum est, quia si corpora illa sunt mixta, nobili ualde mixtione mixta sunt: & si hoc, ergo sunt natura perfici ab anima, & sic sunt animalia, & hoc est contra Damascenum qui dicit cœlos esse inanimatos, & insensibiles. Hoc etiam est contra Hieronymum. adeo ut dicere astra esse animata, dicat hereticum: unde hoc enumerat inter hæreses Origenis. Aug. autem retractat, quia dixerat in Libro de immortalitate animæ, non tamen omnino tanquam falsum condempnat. Ait enim sic in Libro retractationum. Animal esse mundum (sicut Plato sentit, aliique plures) non ratione certa indagare

gare potui, nec diuinarum scripturarum auctoritate persuaderi posse cognoui. Unde tale aliquid a me dictum quo accipi possit, quod animal sit mundus, temere dictum reprehendo, non quia hoc esse falsum confirmo, sed quia nec uerum esse comprehendo. Quod si tu dicas illa esse complexiua, non tamen animata: quomodo uerum esse poterit, cum nobis complexio sit ad suscipiendum animam proxima dispositio: Propter hæc, & his similia hic modus non uidetur approbandus. Secundo modo potest dici secundum Philosophum, quod luminaria producta sunt ex aggregatione lucis, uel suorum orbium. Sicut enim si calor dispersus in unum colligeretur, fieret intensior, & fortior: sic dum natura lucis in orbibus reperta uirtute sui opificis in unum colligitur, luminare constituitur, & secundum hoc luminare maius, & minus est, secundum quod maior est in eo lucis aggregatio. Et quoniam luna inter corpora cœlestia magis est nobis propinqua, & eius orbis: hinc est, quod tam ipsa, quam eius orbis minus participat de perfectione lucis: quia tamen multum est naturæ lucis conformis, obiecta soli multum illuminatur: & quia habet densitatem in partibus, ideo radios solis peruia non est, & propterea radios quos suscipit, refundit ex ea parte, ex qua soli se obicit: & cum sit nobis propinqua, multum nos illuminat: & propterea sacra scriptura uocat solem, & lunam duo luminaria magna: & hæc positio satis est probabilis, non tamen uidetur omnino iudicanda.

Si. n. luna est ex aggregatione, & densatione partium sui orbis luminosa, licet non perueniat ad luminositatem solis, uidetur, quod de se deberet lucere: non tantum ex luminis solaris receptione, quod ad oculum patet esse falsum. Et ideo est adhuc tertius modus dicendi secundum sanctos. s. Dam. & Basilium, quod luminare non tantum dicitur lumen: sed lucis uehiculum, & lucis uasculum: propter quod Ecclesiasticus 46. de sole dicitur, Vas admirabile, opus excelsi. Unde sicut lucerna, que dicitur uehiculum lucis, habet in se duplicem naturam. s. lucis, que uehitur, & corporis, quod uehit: sic uoluerunt dicere de luminariis cœli. Ait. n. Basil. sic. Hoc solare corpus effectum est uehiculum illi primogenito lumini: sicut enim aliud est ignis, aliud lucerna: sic illi luci uehicularia luminaria parata sunt. Item Dam. Luminariis illis primum clarum lumen conditor imposuit, non ut impotens dare eis aliud lumen: sed ut non uacans illud remaneret. Luminare est non ipsum lumen: sed luminis receptiuum. Secundum igitur Basilium, & Dam. luminaria sunt constituta ex illa prima luce, quæ faciebat diem, & noctem: & sui orbis natura quadam aggregatione diuina manu ad modum uasis, & receptaculi lucis coadunata. Hinc igitur modum sustinendo propter sanctorum reuerentiam: & quia securus est uerbis eorum inniti in hac materia, in qua plus proceditur ex cœlesti ratione, quam ex ratione certa. Dicendum, quod luminaria in quantum constituentur ex orbibus suis per aggregationem, plus habent

adoneitatem ad suscipiendum, quā ad diffundendum; quod uerò lucent, hoc habent ex lucis primo creatæ perfectione. Et ideo illud luminare, cui Deus multum dedit de illa luce, maximè lucet, sicut sol iste: cui minus dedit, minus: & illud cui minimè, minimè lucet ex se, sed si lucet, hoc est ex susceptione solaris influentiae. Et ideo uoluerunt alii dicere non tantam lunā, sed oēs stellas a sole lumen recipere. Quidquid autem sit de aliis stellis, tamē de luna satis plane apparet, quod per se non lucet. Et ratio huius est: quia ad sui completionē modicū suscepit de illa luce primò creatæ: quia uerò est aggregatum ex natura, quā multum est apta ad suscipiendū lumen, cum sit corpus magnū, & densum, & nobis propinquum: hinc est, quod multum de lumine suscipit, & multum refundit, quādo ex ea parte illuminatur, qua se nobis opponit. Hoc autem est, quā est in perfecta distantia a sole, ita quod sol est in uno hemisphærio, & luna in alio: & hæc est ratio quare scriptura appellat luminare magnū, & quare sol prepositus est diei, & luna preposita est nocti. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Quod enim dicitur luna esse luminare magnum, hoc non dicitur, quod luceat ex se, uel quod sit maius, quā stellæ: sed quia magis nos illuminat. Quare autem magis illuminat de nocte, quā de die, ratio ista dicitur. Ad illud uero, quod queritur, quale recipiat lumen, utrum sicut transparentis, uel terminatū, uel speculum. Dicendum, quod luna nec naturam perfecte opacæ, nec perfecte transparentis,

nec perfecte habet naturam speculi: participat tamen aliquid de quolibet horum. Naturam transparentis quodam modo participat, cum ex natura quinti corporis consistat. Naturam uerò opacæ, in eo, quod partes illæ ita deserviunt, ut nec radiis, nec uisualibus solaribus præbeant transitum. Naturam uero speculi habet in hoc, quod sic recipit, ut etiā reddat, non tamen omnino reddit: sicut speculum; quia non est corpus tersum, & politum: sicut patet aspicienti ipsum corpus lunare cum est illuminatum, speculum autem reddit imaginem, quia est corpus politum, quod non est radius peruium. Hæc autem magis coniecturando dicta sunt, quæ asserendo, ut aliquis intellectus sanus haberi possit de eo, quod dicit scriptura. Fecit Deus duo luminaria magna, &c. Quod uerò obiicitur, quod non sunt posita in firmamento, &c. Dicendum, quod firmamentum in scripturis aliquando accipitur large, aliquando stricte: aliquando enim uocatur octaua sphaera, in qua posite sunt stellæ: & sic proprie accipitur ibi, Et posuit stellas in firmamento cæli. Aliquando accipitur large pro natura quinti corporis, quæ diuisit aquas ab aquis, & sic accipitur ibi. Fiat firmamentum in medio aquarum, & post hoc, fiant luminaria in firmamento cæli.

Et sint in signa, &c.] Contrā. Si sunt in signa, non uidentur peccare, qui per illa prænotificanc futura: & si in tempora, tunc uidetur, quod ante solem, & lunam tempora non fuerunt: uel si in tempora, queritur quare plu-

pluraliter dicta sunt tempora, cum non sit nisi unum tempus. Item. Queritur de sufficientia istorum quatuor, quæ enumerat, in signa, & tempora, & dies, & annos: quia similiter sunt in mensibus, & septimanas. Si tu dicas, quod clauduntur in his duobus. scilicet dies & annos: hoc non soluit, cum similiter dies, & anni claudi possunt in hoc, quod dicit, signa, & tempora. Resp. Dicendum, quod illud uerbum dupliciter hæt exponi, secundum quod duplex est usus signi. Signum enim & est ad signandum, & est ad distinguendum. Si primo modo accipitur signum: tunc est sensus, quod illa luminaria facta sunt in signa. id est in significationem futurorum, & uariationem temporum, & dierum, & annorum, ut uariatio temporum attendatur in mutatione quantum ad calorem aeris, & frigus uariatio dierum quantum ad lumen, & tenebras, uariatio annorum quantum ad renouationem horum duorum, & sic dicuntur corpora cælestia esse in signa, non quorumlibet futurorum, sed eorum, quorum ipsa sunt quodam modo causa: sicut imbrium, & ventorum, & sic exponit Damas. uel etiam eorum. id est per ea, quæ præsignant diuinā providentiā: sicut eorum, quæ aduenient in iudicio, secundum illud Luc. 21. Erunt signa in sole, & luna, & stellis. Aliorum uero, quæ sunt a lib. arb. non sunt signa in institutione diuina: sed potius ad illa signanda traxit humana fictio, & fallacia diabolica. Si autem secundo modo accipitur, uidelicet ab actu distinguendi: tunc est sensus, sint in signa quasi distin-

ctiones temporum, & dierum, & annorum. Hæc autem expositio diuinæ scripturæ, uidetur esse magis consona, quod patet per antecedentem literam, ubi dicit. Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem a nocte. Duplex enim est motus luminarium. Unus qui est ad motum ultimæ sphaeræ super polos principales ad orientem in oriens per occidentem, quo motu reuoluuntur semel quolibet naturali die: & secundum hunc modum diuidunt diem, & noctem: sicut dicitur in Ps. 135. Fecit solem in potestatem dici: lunā, & stellas in potestatem noctis. Alius est motus proprius, quem habent naturaliter in circulo obliquo. scilicet in zodiaco, in quo duodecim signa describuntur, & secundum motum planetarum in illis signis, & maximè solis, fit signatio, & distinctio temporum, & dierum, & annorum. Distinctio temporum fit: quia quatuor sunt tempora anni, uer, & æstas, autūnus, & hiems: quæ distinguuntur per motum solis in zodiaco: prout ad nos accedit, & a nobis elongatur. Distinctio uero dierum fit similiter per eundem motum: quia modo dies crescunt, modo decrescunt. Aliquando dies sunt maiores noctibus, aliquando minores secundum quod per illum motum dupliciter accipitur solsticium. scilicet æstiuale, & & hiemale, & duplex æquinoctiu. scilicet uernale, & autūnale. Sunt et motus in distinctione annorum secundum seruationem illius motus solis in obliquo circulo. Similiter suo modo luna est in significationem temporum, & annorum, & dierum: apud iudeos maximè

quantum ad solennitates, sicut apud christianos est sol: sicut dicitur Eccl. 4. . A luna signū diei festi. Si autē quærat̄ur: quare ecclesia magis accepit festa sua secundum solem, q̄ secundum lunā, exceptis duobus? prolixa est huius quæstionis determinatio, & plane inueniri potest in Lib. Aug. ad Ianuariū. Hoc quantū ad præsens sufficiat, quod quæ synagoga in tenebris noctis ambulat, & minuenda erat: ideo a luminari, q̄ nocti præest, & q̄ minuitur in consummatione, accipiebant suarum solennitatum distinctionem. Quia uero ecclesia iam ambulat in lumine, sicut de ipsa dicitur Apoc. 12. Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius: ideo menses computant, & dies solennes magis secundum motum solis, quam lunæ, excepto solo Paschate, & p̄ cōsequēs Penthecoste. Paschalis enim solennitas non solum celebratur in commemorationem resurrectionis præteritæ: sed etiam in p̄figurationē resurrectionis futuræ: & in hoc ecclesia quodammodo est conformis synagogæ: unde festiuitatē illam obseruat a luna, non iudaiizando, sed potius illā futuram solennitatem, quam expectat secundo, quod sibi comperit, præsignando. Hęc autē dicta sunt p̄ illud, q̄ dicit scriptura, Et sint in signa, &c. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Q̄ n. d̄ esse in signa, hoc est uel in significationē imbrū, & uentorum, uel in distinctionē temporum: & ideo dicit Tempora pluraliter propter uariationē tēporum in quatuor t̄pibus anni secundum quatuor elemē-

torum qualitates. Et subiungit, Dies, & annos: ut sicut per tēpora notabatur uariatio: sic etiā per dies, & annos possit notari motus illius terminatio: ita, q̄ Dies dicit terminationē motus quo mouetur sol motu firmamēti, & Annus terminationem motus, quo mouetur in obliquo circulo. Et in hoc patet: q̄ non dēt poni mēsis, & septimana: quia non tangitur ibi noua uariatio, nec noua terminatio. Et p̄ hoc patent oīa, quæ sunt quæsitā.

ARTICVLVS I. QVÆSTIO I.

An luminaria cæli in eodem continuo locentur?



D intelligentiam huius partis omīssa distinctione elementorū, circa productionem luminarium duo quæruntur. Primo de ipsis luminariis per comparationē ad corpus, in quo locantur. Secundo de ipsis in cōparatione ad ea, in quē operantur. Circa primum tria quæruntur. Primo quæritur, utrum luminaria posita sint in eodem continuo, an in diuersis. Secundo, utrum moueantur motu corporis continentis, an motibus propriis. Tertio, utrum motus competat alicui cælo: siue stellis.

Terium omnia luminaria cæli locentur in uno corpore continuo. Et quod sic, uidetur p̄ Tex. Sacræ scripturæ, qui dicit omnia luminaria in firmamento posita esse Gen. 1. Fiant (inquit) luminaria in firmamento cæli, &c. **IT**EM. Hoc uidetur ratione. Quæcunq; corpora distinguuntur abinuicem, distinguuntur,

tur, aut forma, aut superficie: sed corpus cæli a luna usq; ad cælum stellatum est uniforme, & iterū nō est corpus habēs terminatam superficiē: ergo impossibile est ipsum habere pluralitatem, siue distinctionē: igitur oīa luminaria sita sunt in eodē corpore. **IT**EM. Si aliqua corpora sunt distincta abinuicem, ad motū unius non sequitur motus alterius: sed ultima sphaera mouet totum, quod infra ipsam est, ab oriente in occidens: ergo necesse est totā naturā cælestē esse unū corpus continuum. **IT**EM. Sicut aues sunt productæ ad ornatū aeris: ita luminaria ad ornatū cæli: sed unū est corpus aeris, q̄ ornatur omnibus aibus: ergo pari ratione unū corpus cæli, q̄ ornatur oībus luminariis.

Ad oppositum arguitur sic. Numerus uenit in corporibus eiusdem naturæ ex diuisione cōtinui: sed orbis planetarum dicuntur esse septem tam a naturalibus, quam a mathematicis: ergo sunt discontinui: igitur luminaria cæli non sunt in eodē corpore continuo. **IT**EM. Impossibile est duo corpora, q̄ mouentur diuersis omnino & disparatis motibus, secundum suū totū esse continua: sed orbis planetarū (sicut dicunt Astronomi) mouentur contra ultimam spheram: ergo impossibile est adinuicem continuari. **IT**EM. Dam. in numeratione cælorum distinguit cælum septem planetarum a cælo stellarum: sed non esset, si corpus illud, in quo sunt planetæ, & stellæ, esset cōtinuū: ergo &c. **IT**EM. Si omnia luminaria essēt firmamento posita, ita q̄ in uno

corpore continuo: tunc omnes stellæ essent fixæ, & nullæ erraticæ: si ergo aliæ dicuntur fixæ, aliæ erraticæ: uidetur, q̄ posite sint in alio corpore. **IT**EM. A hoc quæritur, quare Deus plures fecit stellas, quā fecerat planetas: siue quare plures sunt stellæ fixæ, quam erraticæ.

RESOLVTIO.

Luminaria cæli in pluribus orbibus posita sunt: in uno tamen corpore: quod firmamentum dicitur in sacris Biblijs.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandū: q̄ secundum cōm opinionem loquentium circa hanc materiam, siue naturalium, siue mathematicorum, luminaria locantur in diuersis orbibus: hęc autem distinctio: siue diuersitas orbū secundū melius intelligētes nō uenit ex distinctione formarum: sicut distinguuntur aer, et aqua: nec uenit ex discontinuatione superficiē: sicut distinguitur lapis a lapide: sed uenit ex diuersitate motuum: diuersitas autē motuū non tollit cōtinuitatē in eo, q̄ est subtile, et ad motū habile: sicut manifestē apparet in aqua: quando sc̄m diuersas sui partes ad diuersas mouetur positiones: et similiter in aere: ex hoc tamen non discontinuatur. Secundum hanc igitur positionem: dicendū est, luminaria cæli posita esse in pluribus orbibus: in corpore tñ uno continuo: quod scriptura uocat nosse firmamenti: et ideo dicit omnia luminaria posita esse in firmamento cæli: unde rationes ad hanc partem inducunt, sunt concedendæ.

AD ILLVD, quod obiicitur: quod.

quoddam numerus est ex diuisione
cōtinui. Dicendū, q̄ uerū est de
illo numero, in quo numerantur
corpora eiusdē naturæ in gene-
re entium; sed nō est uerum de
numero, quo numerantur cor-
pora in genere mobiliū. Ad hūc
igitur numerum faciendum suf-
ficit sola motuū distinctio: & sic
est in proposito. AD ILLVD,
q̄ obicitur: q̄ orbis planetarū
mouētur cōtrariis motibus spha-
ræ ultimæ; ergo discontinuan-
tur. Dicendū, q̄ nō sequitur: hoc
enim nō hēt ueritatem, nisi in
corpore solido: in corpore enim
subtili, & raro; sicut est aqua, &
aer, manifestā hēt instantiam.
In his. n. distinctio pōt uenire a
uirtute motoris saluā cōtinui-
tate mobilis, propter hoc q̄ est
maximē obediens motoris, nec
habet superficiē sic terminatā,
sicut habēt corpora solida: & il-
lud patet plane, cum duo uenti
oppositi perflant in aere, ita q̄
unus desuper, & alter subter.
AD ILLVD, quod obicitur de
Dam. q̄ cælum planetarū distin-
guitur a firmamēto. Dicendū,
q̄ distinctio cœlorum plus attē-
ditur secundum diuersitatē pro-
prietatum, & motuum, quā attē-
datur secundum discōtinuatio-
nem corporum, licet utroque
modo possit attēdi. Vnde & Ra-
banus in distinctione cœlorum
cælum sydereum, & cælum pla-
netarum sub eodem cœlo com-
prehendit. AD ILLVD, q̄ obici-
tur, q̄ si planetæ sunt in firma-
mento, q̄ nullæ sunt stellæ erra-
ticæ. Dicendum, q̄ non requi-
tur, quia in eodē corpore pos-
sunt contenta diuersimode col-
locari, ita quod unum alligatur

inseparabiliter, reliquum uerō
minimē. Et stellæ dicuntur fixæ
immediatē positæ ī octauā spha-
ræ, cuius motu mouentur: plane-
tæ uero sunt in orbibus inferio-
ribus, quæ mouentur motu alio:
ideo aspectui nostro erraticæ
videntur, dum cōtra uiam supe-
rioris orbis incedunt. AD ILL-
LVD, quod quæritur: quare in vl-
tima sphaera luminaria multa po-
sunt. Ad hoc assignat Philo-
sophus tres rationes. Et prima
ratio est: q̄ sphaera octaua maxi-
mē est causa uitæ inferiorū pre-
ceteris sphaeris: & hoc nō pōt es-
se nisi per diuersum lumē in di-
uersis stellis. Secunda ratio est:
quia natura temperauit, ut da-
ret inferioribus sphaeris, quæ plu-
res habent motus, stellam unā:
& superiori, q̄ habet pauciores,
daret stellam multas. Tertia ratio
est: quia motus influit a superio-
ribus orbibus in inferiores: quia
ergo in influente dēt esse prædo-
minantia, ut orbis ille cæteris
pcelleret inferioribus, quos mo-
uet, abundauit in corporum lu-
minariū multiformitate. Inter
has autē rōnes media ratio uide-
tur esse probabilior, in qua ostē-
ditur diuina sapientia, quæ mul-
tiformitatem ad unitatem redu-
cit: & ideo illi sphaeræ, q̄ plus ac-
cedit ad uniformitatē motus, de-
dit multitudinem corporum: il-
lis uero, quæ habent motuum
multiformitatem, dedit lumina-
rium unitatem.

QVAESTIO II.

*An luminaria in suis orbibus pro-
prijs motibus moueantur?*

VTRVM luminaria mouean-
tur in orbibus suis motibus
proprijs. Et quod sic, uidetur.

Aues

Aues enim quæ sunt ad ornatū
aeris motu proprio mouētur in
illo, & pisces in aquis: ergo, & pa-
ri ratione luminaria in cœlis.
ITEM. Motus orbium non poni-
tur nisi propter motus lumina-
rium: quia circumscrip̄to corpo-
re de se æqualiter habent influe-
re siue moueantur, siue stēt: sed
natura nō facit per plura, quod
potest facere per pauciora; nec
facit cum maiori difficultate, q̄
potest facere cū minori: si ergo
idem facit motus syderis, quod
facit motus totius orbis: uidetur
naturæ consonum ponere quod
illæ stellæ moueantur proprijs
motibus. ITEM Si luminaria mo-
uerentur motu suorū orbium, cū
moueantur motibus disparatis,
& quasi in oppositum cœlo stel-
lato: tunc ut q̄ fiat ibi obuiatio,
& retardatio, cum illud in quo
mouentur, sit unum corpus conti-
nuū. ITEM. Manifeste uidemus
ad oculum in planetis esse eleua-
tiones, & depressiones, & p̄gres-
siones, & retrogressiones: sed nō
posset esse, nisi proprijs motibus
moueri habeant: ergo &c.

SED CONTRA. Si motibus p̄-
prijs mouentur planetæ; ergo uel
duo corpora erunt in eodē, uel
necesse est esse uacuam uia per
quam trāsit planeta; uel necesse
est corpus cœli rarefieri, & con-
densari, & ita corrūpi: sed quod
libet horū est manifeste īpossi-
bile. ITEM. Natura non deficit
in necessarijs, maxime circa ea
quæ sunt in ipsa nobiliora: ergo
si in his quæ mouentur motu pro-
prio prouidit instrumenta, ut po-
te pedes, & alas, uel pēnas, ut q̄
in cœlestibus corporibus debue-
rit dare istas sed ista nō habēt si

cut, patet ad sensum: ergo uel na-
tura in eis deficit, uel nō mouē-
tur motibus proprijs. ITEM. Stel-
læ in octaua sphaera nō mouentur
nisi motu illius sphaeræ; ergo si
ita collocatur unusquisq; plane-
ta in suo orbe, sicut stellæ ī octa-
ua sphaera: uidetur quod nullū
illuminare p̄prio motu habeat
moueri. ITEM. Si luminaria ali-
qua mouentur motu proprio ad
faciendum progressionem, uel
retrogradationem, impossibile
est motum cœli esse uniformē:
si ergo motus est vniformis, &
perpetuus, ut quod nihil sit pla-
netas moueri motibus proprijs,
& aliquando retrocedere, ali-
quando progredi.

RESOLVTIO.

*Minimē, sed ad motum suorum or-
bium: sicut in eis fixæ sunt.*

RESPON. Quod de hac quæstio-
ne controuersia fuit inter natu-
rales, & mathematicos. Mathe-
matici autem maxime conside-
rantes apparentiam, ut illa pos-
sent saluare simul cum motus
perpetuitate, & uniformitate,
posuerunt eccentricos, & epicy-
clos, & planetas moueri in moti-
bus proprijs in epicyclis; & secū-
dum hæc saluata motus unifor-
mitate, aliquā cōtingit planetam
deprimi, aliquā eleuari sc̄dm mo-
tum ipsius planetæ in epicyclo,
& epicycli in eccentrico, & eccen-
trici circa centrū propriū, quod
est extra centrū mundi. Ad ob-
iectionem autē naturalium de cor-
poris illius cōtinuitate respon-
dent diuersimode. Dicentes, q̄
non est inconueniens si corpus
illud scinditur motu planetæ;
quia est naturæ igneæ. Alii di-
cunt, q̄ corpus illud non scindi-
tur,

1. celi
cō. 10.
12.
Meta-
ph. cō.
37.

tur, & planetæ pertranseūt: corpus enim luminis simul potest esse cū alio corpore. Positio uero naturalium est sicut Aristotelis, & Commentatoris, quod planetæ non mouentur nisi motu suorum orbium, sicut clauus fixus in rota mouetur motu rotæ, non proprio: & hoc ponunt propter illius corporis incorruptibilitatem, propter quam non potest scindi, nec transitum præbere alii corpori. Ponunt etiam centrum esse idem orbium superiorum, & inferiorum, scilicet centrum mundi propter rotunditatem perfectam orbium ipsorum, qui circulariter mouentur, ita, quod unus non subintrat alterum, Ponunt etiam cum hoc maiorem, & minorem uelocitatē in orbibus: & ex hoc habere modo retrogradationes, modo progressiones: quia cum unum corpus multum præcedit alterum sua uelocitate, alterum uero retrocedere. Et hæc omnia uidentur ualde consona rationi. Et ideo licet positio mathematicorum secundum iudiciū sensuū uideatur esse uerior, quia secundum illam uiam procedendo, & iudicando non falluntur circa motus corporum superiorum secundum rem: tamen non oportet esse uerius, quia falsum est frequenter uia inueniendi uerum; sed rationabilius uidetur procedere, & ponere naturalis Philosophus: ideo si illam positionem sustinere uelimus, potest responderi ad ea, quæ obijciuntur in oppositum.

AD ILLVD enim, quod obijcitur, quod aues in aere, & pisces in aquis motibus propriis

mouentur. Dicendum, quod non est simile: quia tam aer, quam aqua sunt corpora, quæ possunt rare fieri, siue condensari. Præterea. Ista elementa non sunt sic nata moueri, ut corpora, quæ ad eorum ornatum spectant, quæ ipsorum motu sufficienter possint transmutari localiter, secundum quod exigit decor uniuersi. Præterea. Ipsi animalibus competit motus progressiuus propter sui indigentiam, & qui est ad assequendum aliquod delectabile: & hoc in luminaribus cæli nec competere potest, nec debet. AD ILLVD, quod obijcitur, quod motus orbium est propter motus luminarium: Dicendum, quod uerum est: tamen ex hoc non sequitur, quod sola luminaria debeant moueri: non enim sic saluatur integritas corporis quinti, si stellæ mouentur motibus propriis, sicut si moueantur orbibus suis: quia ibi per talem motum corporum cælestium non fit aliqua mutatio de loco ad locum secundum totalitatem mobilis, sed circa locum, nec alicuius corporis diuisio: & hoc totum perfectio, & incorruptibilitas cæli exigebat. AD ILLVD, quod obijcitur: quod si moueretur motu orbium, uidetur quod sit retardatio, & obuiatio. Dicendum, quod non est obuiatio nisi quando directe secundum lineam eandem corpora mouentia sibi obuiant. Hic autem non est sic: quia orbis inferiores sunt sub superioribus: ideo motus eorum eis non repugnat, nec etiā retardat propter maximam mobilis ad motorem obedientiam. AD ILLVD autem quod obijcitur de illis retrogradationibus.

dationibus, & progressionibus. Dicendum, quod (sicut tactum est) & si uideantur fieri ad sensum, hoc non est nisi per maiorem, & minorem uelocitatem ipsorum orbium: quam si quis bene sciret explicare. hac uia ueniret possit saluare illud, ad quod saluandum mathematici ponunt circulorum, & centrorum multitudinem: sed hoc ad aliam scientiam spectat.

QVAESTIO III.

An detur cæli aliquod mobile, quod stellis careat?

UTRUM conueniat alicui orbis moueri absque stellis. Et quod non uidetur: quia cælum empyreum ponitur a sanctis immobile propter sui uniformitatem: sed cælum, quod uniuersaliter caret stellis, est uniforme: ergo nullum cælum, quod caret stellis, est mobile. ITEM. Vbi cunque est motus, ibi est continuitas, & uariatio: sed continuitas, quæ est in motu est a continuitate magnitudinis: ergo paritate uariationis motus est a uariatione mobilis: sed corpus cælestis quod caret stellis non habet in suis motibus uariationem: ergo nec mutabilitatem. ITEM. Omnis motus est propter aliquam indigentiam supplendam uel in ipso mobili, uel in aliquo inferiori: sed cælum, quod caret stellis non potest moueri propter sui indigentiam, cum nulla in motu illo eius indigentia compleatur: nec propter supplendam indigentiam in inferioribus: quia ita bene influit quiete, sicut mouendo, & uniformiter: ergo uidetur, quod nulla modo absque stellis cælesti corpori moueri

conpetat. ITEM. Motus cæli est perfectissimus omnium motuum, & ideo est omnium motuum regula: ergo si per regulationem motuum mensurantur omnia, quæ sunt in genere illo, anima mensurat omnes motus per motum primi mobilis: ergo motus primi mobilis maxime notus est ipsi animæ. Sed nullius corporis motus est notus ipsi animæ, nisi quod habeat in se aliquod luminare, quia non deprehendit motus orbis nisi per motum luminis: ergo uidetur, quod non sit possibile, aliquem orbem moueri, qui caret omni luminari, præcipue cum motus eius lateat sensum nostrum, & sacra scriptura uniformis orbis reticeat motum: & sic uidentur ponere, quod aliquem orbem moueri supra firmamentum, quod est oculis nostris conspicuum, sit temerarium.

CONTRA. Omnis multitudo reducitur ad unitatem: ergo motus corporis multiformis reducitur ad motum corporis uniformis: sed uniforme corpus non est, nisi quod caret omni luminari: ergo uidetur, quod ultra istos orbis, in quibus sunt luminaria, sit aliquod mobile cælum. ITEM. Motus ille, qui est mensura omnium motuum, est ille, qui est ab oriente in orientem per occidentem, qui est motus diei naturalis effectiuus, & completur viginti quatuor horis: sed dies naturalis omni tempore est uniformis, ergo & iste motus: ergo &c. ITEM. Si est recta ordinatio medii ad extrema, necesse est medium participare quodammodo naturam utriusque extremi: sed cælum crystallinum est medium inter

inter empyreum, & firmamentum: cum ergo empyreū sit vni forme, & immobile, & firmamentum sit multiforme & immobile; videtur, q̄ crystallinū sit aut multiforme & immobile, aut vni forme, & mobile: sed multiforme, & immobile esse non potest, cum varietas mobilis disponat ad motum: ergo necesse est, quod sit uniforme, & immobile. **ITEM.** Quādocunque aliqua plura concurrunt ad constitutionem alicuius, necesse est per uirtutem alicuius illa coniungi: ergo quādocunque plura mobilia concurrunt ad effectū unū conformem per suam influentiā, necesse est, q̄ coniungant per alicuius mobilis vni formitatem. Si ergo uirtus planetarū, & stellarum concurrat ad productionem effectū in his inferioribus sc̄dm quādam conformitatem, necesse est ultra illa esse aliqd̄ mobile, per quod coniungatur: quod quidem habeat in toto, & in partibus vni formitatem: & ita alicui orbi absque stellis competit moueri. **EST** igitur quæstio. Quis sit ille orbi, & per quam naturam competit ei moueri. Si enim quia cœlum est, & est continens: ergo empyreum erit mobile. Si quia cœlum, quod est nō tantum continens, sed etiam cōtentum: obiicitur tunc de cœlo igneo, & æthereo, quæ quidem continent, & continentur, & tamen non mouentur orbiculariter. **Iuxta** hoc queritur de sufficientia, & numero cœlorū: & cum natura cœlestis distinguitur ab elementari, quomodo aliq̄ differentia cœlorum sumuntur penes elementa. Si tu dicas,

propter naturam perspicui ī eis repertam: tunc cum perspicuitas sit in aqua, elementum aquæ deberet dici cœlum.

RESOLVTIO.

Ex sententia theologorum: datur: diciturque cœlū aqueum: tamen si maiorem partem philosophorū id latuerit.

RESP. Dicendum, quod est ponere aliquod cœlum moueri, q̄ caret luminarium, & stellarum varietate: & hoc ē cœlū aqueū, siue crystallinum: ad cuius cognitionem, & si pauci Philosophi peruenerunt, quia corpus illud latet sensum, ratiocinando tamen peruenerunt aliqui: & illi qui peruenerunt, posuerunt ipsum moueri: sicut quidam astronomi nixi sunt hoc probare. Cōmuniter tamen ad cognitionē existentia huius cœli peruenerunt omnes tractatores catholici auctoritate sacrae scripturæ, diuinitus illustrati, quæ ipsius existentiam expresse declarat: motum tamen eius uel quietem nō explicat. Sed doctores theologie rationibus suffulti communiter ponunt illud cœlum moueri: & inter alias rationes potissima est illa ratio, quæ sumitur ex perfectione uniuersi: ex qua etiam distinctio cœlorum, & numerus rationabiliter potest inuestigari. Et hoc patet sic. Cœlū enim de sua communi acceptione dicit aliquam naturam perspicuā, & contentiuam, de sua uero propria acceptione nominat naturā perspicuam, contentiuam, supra contrarietatem eleuatam. Secundum primam acceptionem cœlorum, distinguuntur a Rabano septē cœli. Natura enim perspicua,

spicua, & contentiuā, aut est luminis datiuā, aut receptiuā. Si est datiuā: aut est uniformis nō mota, & sic est empyreum: aut est multiformis, & mota, & sic est sydereum: aut est uniformis, & mota, & sic est chrySTALLINUM. Quarta differentia esse nō potest, scilicet quod sit multiformis, nō mota: propter hoc, q̄ motus est passio consequens naturaliter ad multiformitatem corporis. Si autem natura perspicua est luminis receptiuā: aut separabiliter, aut inseparabiliter. Si inseparabiliter, aut secundum circulum superioris superficies, & sic est igneum, aut secundum circulum inferioris superficies, in quo cōmunicat aeri: & tunc est olympium, quod quidem dicitur olympium propter olympi montis approximationem. Si autem est receptiuū separabiliter, sicut est aer, qui illuminatur ex presentia luminosi corporis, & obtenebratur ex eius absentia: hoc est dupliciter, aut secundum superiorem partem, & sic est æthereum: aut secundum inferiorē, & sic est æreum: & in hac distinctione cōprehenduntur omnia corpora mundi præter terram, & aquā. Terra enim non potest comprehendī nomine cœli, quia caret eā perspicuitate, quā ambiendi capacitate. A qua etiam similiter caret, quia quamuis habeat perspicuitatem, non tamen ambit undique: Et sic ex ista sufficientia cœlorū, in qua ostenditur sapientia conditoris, & perfectio uniuersitatis: manifestē apparet, quod oportet ponere aliquem orbem sine luminariū

multiformitate moueri: & illud, propriè dicendum est primum mobile. Prima autem distinctio, & sufficientia sumpta est secundum enumerationem Rabani, qui cœlos numerat secundum communem acceptionem cœli: prout nominat naturam perspicuam, & contentiuā: sic enim comprehendit naturā cœlestem propriè dictā, & elementarem, licet non omnem. Si autem propriè dicatur natura cœlestis, scilicet natura perspicua undique contentiuā, & nulli contraria: sic distinguitur a quibusdam Philosophis p̄ octo orbem, qui dixerūt octauā sphaeram ultimā. Alii autem amplius illuminati in hac materia ultra octauam sphaerā posuerunt nonam. Tertii perfecti illuminati uenerunt ad perfectiorem orbem distinctionē, ut ponerent decimam sphaeram, in qua est quies, & uita sempiterna, uidelicet cœlum empyreum: de quo & si August. uix, aut nunquam loquatur, Beda tamen, & Rabanus ipsum esse expresse testant. **Horum** autē numerum, & sufficientiā possum sumere sic. Distinctio. n. cœlorum, aut est per diuersitatē propriarum formarū, aut per distinctionē motuū, & luminarium contentorum. Si per diuersitatē formarum: sic distinguimus tres cœlos. Aut. n. uiget in eo natura perfecte luminositatis: & sic est habile ad statum gloriæ, & ideo quietum, et sic est empyreum. Aut uiget in eo natura perfecte perspicuitatis, & effectiuè frigiditatis: & sic est cœlum chrySTALLINUM, siue aqueum: quod quidem facit ad

conseruationem rerum corporalium, & ideo habile est ad motum. Aut uiget in eo natura per spicuitatis, simul & luminositatis, & effectiuæ caliditatis: sic est cœlum sydereum, quod quidē facit ad transmutationē rerū inferiorum: ideo est multiforme, & mobile. Si uero fiat distinctio cœlorum penes distinctionē luminariam, sic est distinctio orbium. Aut enim orbis continet multitudinem syderum, aut unitatem. Si multitudinem: sic est cœlum stellatum. Si unitatem: sic cum septem sint planetæ, secundum quod regitur uniuersitas temporum, quæ septenario dieum clauditur: septem sunt orbis: & sic tertiū cœlum sua multiformitate continet octo sphaeras siue orbis, & duo sunt præcedentes, & ita sunt decem, ut sic perfectioni partium uniuersi respondeat etiam perfectio numeri, scilicet denarii. Ex prædictis igitur patet, quod qualitercunque sumatur sufficientia cœlorum, siue sub propria appellatione cœli, siue communiter: ponere est cœlum chry stallinum moueri, quod quidem caret stellis. Et id ad quæstionem propositam. Respondendum: quod absque stellis potest aliquis orbis moueri. scilicet cœlum aqueum quod est primum mobile, & quod uniformiter mouetur ab oriente in orientem, & per occidentem: & illius uirtute trahitur firmamentum, & omnes orbis inferiores: ut uno die naturali, scilicet spatio uiginti quatuor horarū ab oriente in orientem reuoluatur, quamuis nostro sensui non appareat: & aliqui Philosophi hoc tenuerunt, quod firma-

mentū sit primum mobile. Aliqui tamen Philosophi deprehenderunt, quod ipsum firmamentum mouetur motu proprio: ita quod in centū annis procedit uno gradu. Siue autem hoc sit uerum, siue falsum, hoc tenendum est (quod contra Doctores theologiæ ponunt) quod est cœlum aliquod mobile ultra firmamentum, carens stellis. Et concedendæ sunt rationes hoc ostendentes.

AD ILLUD uero, quod obicitur in contrarium, quod est uniforme. Dicendum, quod & si habeat uniformitatem per carentiā diuersitatis partium, habet tamen diuersitatem secundum rationē dextri, & sinistri per comparationem ad influentiam motoris: & hæc diuersitas sufficit ad faciendum motum. Et per hoc patet responsio ad secundum, quod non est talis uariatio in illo motu primi mobilis, quæ exigit diuersitatem luminis in partibus, quin potius cōcordat uniformitati. Nam & si motus dicatur uariatio respectu quietis motus: tamen primi mobilis respectu aliorum est uniformis. AD ILLUD, quod obicitur, quod æqualiter influit cum mouetur, & quiescit. Dicendum, quod falsum est: si enim quiesceret, non moueret orbis inferiores suo motu: nunc autē cum mouetur, uis motiua ab ipso descendit in corpora inferiora. AD ILLUD, quod obicitur, quod motus eius debet esse notissimus, cum sit regula aliorum motuū. Dicendum, quod non oportet esse notum sensui in se, sed sufficit quod notificetur in effectu suo: sicut etiam non percipimus reuolutionem octauæ sphaeræ ab oriente

riente in orientem manifestè, nisi per solē, & alia luminaria: per hunc modum uniformitas quantum ad spatium horarum nobis motum cœli uniformis expressè indicat: hanc tamen percipimus per uarietatem diei, & noctis. AD ILLA uero, quæ ultimò querebantur, iam patet solutio ex prædictis.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An luminaria diuersa sint in perfectione?



ONSEQUENTER queritur, de ipsis luminariis in comparatione ad ea, in qua agunt. Et circa hoc queruntur tria. Primum, queritur, utrum in luminariis diuersis sit diuersitas perfectionum. Secundò queritur, utrum habeant diuersitatem impressionum. Tertio queritur, utrum ex eorū impressionibus causetur diuersitas morum. **V**TRVM luminaria diuersitatem habeant perfectionū.

Et quod sic uidetur. Sicut uult Philosophus, sol non est nomen indiuidui: sed speciei; similiter & luna. Constat autem, quod sol, & luna sunt imposita diuersis: ergo ea sunt diuersa secundum speciem. **ITEM.** Non potest esse, nisi unus sol: sicut dicit Philosophus; quod sol est ex tota sua materia: sed si sol ab aliis luminariis non differret, nisi solo numero, non esset ex tota materia sua: ergo differt amplius, quam numero: ergo differt specie. **ITEM.** Corpus, quod est naturaliter luminosum, & corpus, quod ex se est opacum,

sunt alterius, & alterius naturæ secundum speciem: sed corpus solis de sua natura est luminosum: luna uero (quantum est de se) opacum corpus est: quod patet in eclipsatione solis ex interpositione lunæ; ergo sol, & luna differunt specie: pari ratione, & alii planetæ. **ITEM.** Terra ornata est diuersis lapidibus, & plantis, & animalibus secundum speciem; ergo pari ratione uidetur, quod cœlum sit ornatum diuersis luminariis secundum speciem differentibus.

SEDCONTRA. Corporis simplicis non habentis admixtionē alterius corporis, partes sunt homogeneæ, & ad totum, & in

Auere. in para. phra. 1. de cœlo et mundo summa. 6.

Ex 2. cœl. 15. 16. 41.

ter se: sed cœlum (sicut probat Philosophus) est corpus simplex non mixtum, & similiter luminaria: ergo non habent formas secundum speciem diuersas. **ITEM.** Luminaria sunt ex aggregatione lucis sui orbis, sicut uult Philosophus in Libro de cœlo, & mundo: sed aggregatio maior, & minor non facit diuersitatem secundum speciem: sed solum secundum numerum: ergo luminaria cœli non perficiuntur diuersis formis secundum speciem. **ITEM.** Flamma maior, & minor non differt secundum speciem, quamuis sit in una maior aggregatio luminis, quam in alia: ergo si sic uidetur esse circa luminaria cœlestia, uidetur quod non differant forma specifica. **ITEM.** Nobilissima forma, quæ sit in sole, est ipsius lux: & nobilissima forma in unaquaque re est forma ultima: ergo lux est forma completa ultima solis in specie sua:

sed in luce conuenit cum omnibus aliis luminaribus; igitur uideatur, quod lumina cœli specie non sint distincta.

RESOLVTIO.

Cœli luminaria specie differre; factis apertè ex omnibus quatuor eius causarum generibus elici pot.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod communis positio Philosophorum fuit, quod inter lumina cœli est reperire diuersitatem quantum ad speciem, & formam: & istud concordat satis rōni rectæ: quāuis, non omnino recta moueat ratio quosdam ad ponendum diuersitatem secundum speciem in luminaribus cœli. Posuerunt enim aliqui, quod luminaria secundum speciem erant necessitatio diuersa: propter hoc, quod non habent materiam transmutabilem, & unumquodque erat ex tota sua materia: Sed hæc est ratio falsa, & uana, & principium erroris, & occasio fuit in aliquibus ponendi in omnibus animam unā, sicut melius patebit infra: Vnde quod transmutabilitas materiæ requiratur ad uarietatem secundum numerum, hoc non est generaliter uerū, utpotè in diuersitate secundum naturam, quæ attenditur in aliquibus secundum simultatem suæ productionis, & secundum immediatum egressum a primo opifice: sed in his solum habet ueritatem quorum unum generatur ex alio. Et ideo hac ratione prætermittenda potest sumi ratio diuersitatis illorum luminarium ex parte quadruplicis causæ. Et primum ex parte finis accipitur ratio. Sunt enim producta propter diuer-

Dis. 18
1.2.

fas influentias in his inferioribus faciendas, & propter ornandam cœlestem naturam: & ideo competebar diuersas habere species, & uirtutes, ut ex diuersarum rerum coniunctione resultaret perfectio in effectu: & ex diuersarum specierum comparatione pulchritudo consurgeret in ornatu. Sumitur etiā ratio ex parte efficientis, qui secundum suam potentiam, & sapientiam, & bonitatem diuersa producit secundum speciem, & formam, ut quæ dari non poterat uni soli per se, daret diuersis in specie. Sumitur etiā ratio ex parte materiæ. Sicut enim in mixtis materia ipsa secundum diuersitatem mixtionum aptatur ad susceptionem diuersarum formarum, sic in corporibus simplicibus secundum maiorem raritatem, & densitatem in suis partibus aptatur diuersarum formarum aptatur susceptionem: sicut patet in elementis, quorum materia secundum maiorem densitatem suscipit formam terræ: dum autem rarefit secundum plus, & minus disponitur susceptioni ad formas aliorum elementorum. Per hunc modum est intelligendum in cœlo. Cum enim in cœlesti natura sit reperire rarum, & densum, sicut dicitur in Lib. de substantia orbis: sic contingit secundum maiorem raritatem, & densitatem materiam diuersarum formarum esse susceptibilem. Aliter tamen est rarum, & densum in materia elementari, & natura cœlesti. In elementis enim causantur a frigido, & calido dissolvente, & constringente partes materiæ:

In cœlo autem causantur solummodo secundum diuersum partium situm. In densa enim sunt partes propinquiores: in raro autem magis distantes, quia in densa sunt compressæ, & magis unitæ, in raro sparsæ. Sumitur etiam ratio ex parte formæ: lux enim est, una forma communis reperta in omnibus luminaribus, & secundum cuius participationem maiorem, & minorem, sunt magis, & minus nobilia: & ideo cum istam formam diuersimodè participat, diuersos habent gradus completionis: ideo etiam diuersas formas completiuas. Concedendæ sunt igitur rationes ostendentes luminaria cœli secundum speciem esse diuersa, quamuis illa ratio parum ualeat, quod sunt ex tota sua materia, sicut iam ostensum est.

AD ILLVD verò, quod obiicitur, quod est corpus simplex. Dicendum, quod simplicitas corporis tollit diuersitatem: quia tum habet ex mixtione, & formis perficientibus mixtum: sed non tollit illam diuersitatem, quæ uenit ex diuersitate formarum simplicium tantum: sicut patet, quod quamuis elementum, sit corpus simplex, non tamen omnia elementa sunt unius speciei. AD ILLVD, quod obiicitur, quod sunt ex aggregatione lucis. Dicendum, quod non ibi tota ratio tangitur: sed solum tangitur dispositio ad diuersitatem, ideo sequens ratio non ualet de flamma maiori, & minori: plus enim differunt luminaria, quam flamma maior, & minor, sicut colligitur ex suis uirtutibus, &

operationibus consequentibus. AD ILLVD, quod obiicitur, quod forma ultima est completissima. Dicendum, quod hoc est uerum respectu formarum, quæ disponunt ad ipsam: lux autem potius est forma, perficiens alias formas corporales, quam ad eas dispositiones: cum secundum eius participationem maiorem, & minorem formæ corporales sint magis, & minus completæ. Vel dicendum, quod lux est nobilissima forma corporalem, eorum scilicet, quæ sunt ei extraneæ: sed non est uerum de formis luminarium cœlestium, in quibus uirtus eius, & natura complete saluatur.

QUESTIO II.

An isthac diuersa luminaria, diuersas super corpora inferiora impressiones efficiant?

VT RVM diuersa luminaria habeant diuersas impressiones super corporalia. Et quod sic, uidetur primo auctoritate Augustini, in v. de Ciuitate Dei. Non usquequaque absurdè potest dici ad corporum differentias afflatus ualere sicut eos, sicut in solaribus accessibus, & recessibus, uidemus ipsius anni tempora uariari, & lunaribus incrementis, et decrementis augeri, et minui quædam genera rerum, sicut mirabiles æstus oceani. Item. Astronomi dicunt, quod quædam stellæ calefaciunt, quædam infrigidant, quædam humectant, et quædam desiccant, et hoc ostendunt per sensus experientiam: igitur uidetur, quod corpora cœlestia impressiones diuersas habeant super corporalia.

ITEM. Ad diuersitatē formarū sequitur diuersitas uirtutum, & ad diuersitatē uirtutū sequitur diuersitas impressionū: ergo luminaria cœlestia differentia specie, & natura, diuersas efficiunt impressiones sup̄ hæc inferiora. ITEM. Si diuersas impressiones, & uirtutes non haberent, uideretur, quod diuersitas in eis frustra esset: sed non est frustra; ergo &c.

CONTRA. Obiicitur per scripturam. Dicitur enim Genesi. 1. quod sint in signa, & tempora, & cetera. Sed aliud est signū, & aliud causa signi: si igitur luminaria nihil possunt, nisi secundum q̄ Deus instituit, ut, quod nihil habeant in his inferioribus efficere, sed solū signare. ITEM. Damas. Nos autē dicimus, q̄ ipsa non sunt causa alicuius corū, quæ corrumpuntur: ergo uidetur, quod non habeant in his inferioribus efficere aliquā impressionem. ITEM. Quod nō habeant diuersam impressionē uidetur, quia aut imprimūt formam, quā non habent, aut formam, quā habent. Formā, quā non habent, non possunt imprimere, quia agens debet esse in actu respectu passiui. Si imprimunt formā, quā habent: aut ergo formā, in qua cōicāt, aut formas, in quibus differunt. Si formas, in quibus differūt: ergo uidetur, quod luna generet lunā, & sol solem, & hoc est fallum. Si formā in qua conueniunt: ergo uidetur, quod omnia luminaria eandem habeant impressionē in his inferioribus. ITEM. Sol calefacit propter suum motum ex emissionē radiorum, &

ita mediante lumine: sed omnia luminaria cœlestia communicant in luce, & radiorum emissionē, & in motu; ergo uidetur quod omnia habeant calefacere; ergo nihil est illud dicere, quod quædam calefaciunt, quædam non. ITEM. Sol habet uirtutem illuminandi, & calefaciēdi hæc inferiora: si ergo sol plus communicat de uirtute sua lunę, quā alicui corpori inferiori, uidetur, quod luna habeat eandem impressionem, licet minus intensam. ITEM. Ignis inter omnia elementa maximē accedit ad naturam cœlestem: ergo omnia luminaria cœlestia plus communicant cum igne, quā cum aliquo elementorū; ergo uidetur, quod maximē habeant effectū supra ignem, & eius qualitatem: ergo uidetur, quod oīa in sui actione, & dominio qualitatem ignis intendant, & fortificent: & ita uidetur, quod omnia desiccant, & calefaciant, & nulla infrigidant.

RESOLVTIO.

Si inter se perfectionibus distant: quomodo & in effectibus non distabunt?

RESPONDEO. Quod luminaria cœlestia impressionem habent super elementa, & elementaria corpora: impressionem (in quam) non unquam tantum, sed multimodam. Ratio autem quare superiora in hæc inferiora agunt, & imprimunt, & rerum qualitates intendunt est: quia sunt corpora nobiliora, & præcellentia in uirtute, sicut præcellunt in situ: & ideo cum ordo uniuersitatis sit, ut potentiora, & superiora influant in

inferiora, & minus potentiora, ordini uniuersitatis competit, ut luminaria cœlestia influant in elementa, & corpora elementaria. Status etiam ordinis hoc requirit: quod sicut in motu locali uenitur ad unū mouens immobile: ita in motu alterationis secundum qualitatem necesse est uenire ad unum alterans, non alterabile secundum easdem qualitates: & ideo cum elementa, & ex elementis commista sint secundum primas qualitates alterantia, & alterabilia: rectē disposuit diuina sapientia corpora cœlestia, utpote luminaria, quæ inferiora alterarent sua influentia secundum qualitates primas: ita q̄ ipsa tam qualitatibus, quā alterationibus illarum essent, carentia. Ratio uero, quare diuersa imprimunt, a quibusdam sumitur propter diuersitatem qualitatum: sicut scribitur in Lib. de substantia orbis: ibi enim secundum quorundam opinionem dicitur, quod luminaria cœli, & qualitates habeant proprias: sed non habent eas omnino uniuoce cum qualitatibus elementaribus, pro eo, quod secundum illas agere possunt in hæc inferiora: sed adiuicem pati non possunt. Sed ista ratio nō uidetur conueniens: si enim essent æquiuocē; tunc effectus eorum non concordaret qualitatibus elementaribus: & ideo melior sumitur ratio ex parte diuersitatis uirtutum. Quia enim conditor mundi corpora cœlestia incorruptibilia posuit ad regulā, & regendum corruptibilia, quæ sunt diuersa, & multiformia, dedit eis uirtutes conse-

quentes suas species, secundum quas diuersa luminaria aspectū haberent ad diuersa elementa, & ad diuersa corpora mineralia. Vnde quia luna ex uirtute sibi indita cū adiutorio luminis aspectum habet super humorē, ideo per suam influentiā humidum augmentat, & ad eius præsentiam excrescunt maria, & quasi exstant, & effluunt: ad absentiam uero in sinum suum colliguntur, & refluunt: sic etiam intelligendum est, & in aliis luminariibus. Concedendæ sunt igitur rationes ostendentes, quod luminaria in his inferioribus habent diuersas impressiones.

AD ILLUD uerò, quod obiicitur, quod nullam habent impressionem: quia sunt signa tantum. Dicendum, quod scriptura non dicit, quod sint tantum in significationem: quia & sunt in significationem causæ, & sunt in efficaciam: magis tamen exprimit, q̄ sint signa, quā quod sint causæ, pro eo, quod nec causant sufficienter, nec causant necessario: & ideo magis attribuit eis rationem signorum. Et per hoc patet responsio ad illud Damas. cum dicit, quod non sunt causæ in his inferioribus: non uult enim negare quin habeant influentiā; sed hoc uult dicere, quod nec sunt principia inferiorum sufficientia, nec sunt necessaria: operantur enim, ut causæ uniuersales, quæ per particulares indigēt adiuuari, & possunt impediri. AD ILLUD, quod obiicitur tertio: aut imprimunt, quæ habent, aut quod non habent. Dicendum, quod primo influunt uirtutem suam, quam habent,

& per illam generant, & augmē-
tant formam, & speciem, quam
non habent. Et cum dicitur, qđ
nihil dat formam, quam nō ha-
bet. Dicēdum, qđ habere dicitur
duobus modis, uel virtualiter,
uel formaliter: & ad hoc, qđ im-
partiatur aliquid alicui, sufficit
quod habeat virtualiter: non
oportet, quod habeat formaliter:
sicut mouens immobile dat
motum, quamuis ipsum nō mo-
ueatur: sic intelligendum est in
proposito. Præterea, cum ponū-
tur corpora cœlestia imprimere
in hæc inferiora, & diuersas qua-
litates generare: hoc non est in-
telligendum, quod eis dent ex
se: sed educunt illud, quod est
in potentia in actum. Præterea,
non est intelligendū, quod dēt
per se solum: sed adiuuando vir-
tutem naturæ inferioris: hoc au-
tem faciunt tum per virtutem
lucis, in qua communicant, tum
etiam per uirtutes proprias, se-
cundum quas agunt in hæc in-
feriora, non ut producant sibi si-
milia: sed ut influendo conser-
uent, regant, & intendant rerū
inferiorum qualitates, & natu-
ras. AD ILLVD, quod obiicitur,
qđ omnium sit calefacere, Respō-
deri potest, quod motus, & lu-
men non est sufficiens causa ca-
loris: sed motus cum uelocitate,
& lumen cum radiorum multi-
plicatione: & quia hæc nō con-
currunt in oībus luminariis:
ideo non possunt omnia calefa-
cere. Posset etiam ad hoc reddi
ratio alia: quia hoc non tantum
facit motus, & luminositas: sed
etiā ad hoc facit uirtus propria,
secundum quam stella, uel pla-
neta calefaciens aspectū hēt sup

igneam naturam principaliter.
AD ILLVD, quod obiicitur, qđ
sol magis communicat uirtutē
suam lunę, quam alicui inferiori.
Dicendum, qđ sicut dicit Phi-
losophus 2. de anima. Actus acti-
uorum est in patiente præ dispo-
sito. Et Boetius. Omne, qđ recipi-
tur, est in recipiente per modū
recipientis, & non recepti. Quo-
niā igitur inferiora sunt recepti-
ua luminis pariter, & caloris:
hinc est, quod sol non tantū ea
illuminat: sed & inflāmat. Quia
uero luna nata est illuminari:
sed non est nata calefieri: hinc
est, quod a sole lumen recipit, &
refundit: calorem uero non reci-
pit, nec refundit. AD ILLVD, qđ
obiicitur, qđ natura ignis plus
conuenit cum natura cœlesti.
Dicendum, qđ de cœlestibus lu-
minariis est loqui dupliciter,
scilicet quantum ad naturam, in
qua conueniunt, uidelicet quan-
tū ad naturam lucis: & quantū
ad hanc uerum est dicere, qđ uni-
uersaliter magis conformantur
igni, quam alii elemento. Est et
loqui quantum ad uirtutes sibi
specialiter datas, secundum qđ
deputantur ad regimen inferio-
rum: & quia non tantummodo
habent regere ignem: sed etiam
alia corpora: hinc est, quod ex
sua institutione primaria aliqua
ex eis magis, quam ignem, inspi-
ciunt elementa alia: & quia om-
nis actio attenditur secundum
aspectum uirtutis agentis ad pa-
tiens (sicut dicunt Medici, &
Astronomi) hinc est, quod q-
dam luminaria magis cum igne
in effectu communicant, quæ-
dam uerò discordant dū princi-
paliter aspiciunt elementa alia.

Aspe

Aspectus autem ipsorum deter-
minare alterius est scientię.

QVAESTIO III.

An ex diuersitate cœlestium luminaria-
rum diuersi mores in ho-
minibus causentur.

UTRUM ex impressionibus il-
lorum luminarium causetur
in hominibus diuersitas morū.
Et qđ sic, uidetur. Boet. in Lib.
de consola. Fatum est rebus mo-
bilibus inhærens dispositio, per
quam diuina prouidentia suis
quæque necit ordinibus. Simili-
ter etiam August. in v. de Ciuit.
Dei, dicit, quod fatum est uis po-
sitionis syderum, qua existente,
quando quis concipitur, uel na-
scitur, cognoscitur qualis futu-
rus sit. Ex prima auctoritate ha-
betur, quod fatum uerè est: ex
secunda habetur, quod fatum
est uis stellarum: ergo si totum
regimen uitæ consistit in fato:
sicut dicit Boet. & fatum est uis
positionis syderum: sicut dicit
Aug. tunc regimen uitæ, & di-
uersitas morum pendet ex uir-
tute syderum. ITEM. Philoso-
phus in Lib. de elementorū pro-
prietatibus dicit, qđ regna uacua
facta sunt, & terræ depopulatæ
sunt ad cōiunctionem duarum
magnarum stellarum. s. Iouis, &
Saturni: sed hoc non esset nisi
bella, & lites hominum ex astris
penderent: ergo &c. ITEM. Hoc
ipsum uidetur per Sacram scri-
pturam. Matth. 2. Magi cogno-
uerunt ortum regis per appari-
tionem stellæ. Et in Io. 2. dicit
dominus. Nondum uenit hora
mea. similiter Io. 8. Nemo app-
hendit eum: quia nōdum uenit
hora eius: si ergo Christus ho-
mo natus fuit sub constellatio-

ne, et horam temporis expecta-
uit in sua passione: uidetur, qđ
multo fortius omnes alii homi-
nes regi, et gubernari habeant,
et disponi secundum stellarum
uirtutem. ITEM. Hoc ipsum ui-
detur experientia. In mortibus
enim Regum (ut dicunt Astro-
nomi) apparet stella cometa, et
Astronomi, et Mathematici de
multis requisiti, secundum astro-
logiæ iudicium multa prædi-
cunt uera: hoc autem non esset
nisi mores, et affectus hominū
disponerentur secundum uirtu-
tem stellarum: ergo, etc.

ITEM. Hoc ipsum uidetur ra-
tione certa. Ad uniuersitatis or-
dinem spectat, et ad perfectio-
nem regiminis, ut nihil casus
fiat respectu diuinæ prouiden-
tiæ: ergo si Deus regit ignobilia
per nobilia, et corruptibilia per
incorruptibilia, et inferiora per
superiora: uidetur, quod nihil
in his inferioribus fiat, quod a
stellarum uirtute, et influentia
non procedat: et si hoc uerū est,
ergo diuersitas morū causatur
a uirtute constellationum.

CONTRA. Deuteronom. 4. So-
lem, et lunam, et omnia astra
cœli creauit dominus Deus in
ministerium cunctis gentibus,
quæ sub cœlo sunt: sed quod est
creatum in ministerium homi-
nis non prædominatur ei in re-
gimine, et uirtute: aliter enim
esset creatum in dominium, nō
in ministeriū: si igitur astra cœ-
li sunt creata in ministeriū: ergo
ex eis non pendent principaliter
mores hominum. ITEM. Hoc
uidetur auctoritate ipsius Pro-
lomei maximi Astronomi: qui
dicit, quod sapiens homo do-
minabitur

Lib. 4.
prosa 4
t. 1. &
dem-
ceps.
Cap. 8.
& 9.
Tom. 5

Lib. 9.
di con-
sili. pro
s. 4. in
med.

minabitur astris: sed hoc non esset, si mores hominum causarentur ex impressionibus stellarum: ergo &c. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur ratione ostēsuā. Quod rectè ordinatum est secundum, quòd huiusmodi, non tendit nisi ad rectum: sed cœlum cum suis syderibus a prima cōditione rectissime ordinatum est: ergo nūquam nisi ad bonos mores, & rectos tendit: ergo aut omnes homines habent bonos mores, aut bonitas morum nō causatur ex positione syderum. **ITEM.** Hoc uidetur per rationem ducentē ad impossibile. Si enim diuersitas morum causatur a positionibus syderum, cum motus eorum sit naturalis, & necessarius; diuersitas morū in hominibus esset naturaliter, & necessario: ergo nō erit liberum arb. nec ualebit consilium, nec meritū erit, nec laus, nec uituperium: si hoc igitur est maximum inconueniens, impossibile est, quòd diuersitas morū causetur a positionibus syderū.

RESOLVTIO.

Causant quidem: uerum non necessario, sed contingenter, dispositiue, & remote.

RESPONDEO. Dicendum, quod mores hominum, & euentus futurorum a syderibus causari dupliciter potest intelligi. Aut necessario, & sufficiēter, aut dispositiue, & contingenter. Si primo modo dicitur: sic non tantū est falsum, immo & hæreticum, & diabolicum figmentum: quia repugnat Christianæ religioni, repugnat sensui, & repugnat etiā rationi. Christianæ religioni repugnat, dum est contra ueritatem fidei, & honestatem morū:

ueritas enim fidei in hoc errore nō potest saluari: dum enim ponit omnia a syderibus necessario euenire, tollit meritum, & consequenter tollit præmium, tollit etiam gratiam, & per consequens gloriam. Honestas etiam morum per hunc errorem præiudiciū patitur, dum culpa peccantis in sydera refunditur, & licentia malefaciendi sine reprehensione conceditur, & homo ad adorandum, & colendum sydera incuruatur. Et iste est finis huius erroris pessimi: quia ad idololatriam perducit: & in hoc patet hoc esse commentum diaboli, qui maxime ad hoc intendit hominē pertrahere, ut faciat se adorari, & coli. Sensui etiam repugnat, quia sensibili experientia in eadem constellatione conceptos, & natos uidemus diuersificari in moribus, & euentibus, & naturalibus proprietatibus: & istud manifestè apparet in Iacob, & Esau: qui simul concepti, & nati, & tamen in omnibus his sunt diuersificati. Apparet etiā: quia in constellatione eadem nascitur filius regis, & filius rustici, nascitur etiam homo, & asinus, nascitur fœmina, & masculus, qui nec comunicāt in moribus, nec in euentibus, nec in naturalibus proprietatibus: & hoc ipsum probat Gregor. in Hom. Epiphaniæ sic. Fateri mathematici solēt, quia si quis sub signo aquarii nascitur, piscatoris in hac uita ministerium fortiarur: piscatores uero Getulia (ut fertur) non habet: quis ergo dicat, quod nemo ibi sub stella aquarii nascitur, ubi piscator omnino non habetur? Dicunt etiam,

quod

quod qui sub signo libræ nascuntur, trapezite futuri sunt: in multis autem locis sub libra multi nascuntur, ubi trapezite penitus ignorantur. Repugnat nihilominus re&e rationi, dum superioribus præponit inferiora, & in se implicat contraria. Superioribus nanque præponit inferiora, dum homini præponit astra, quæ est creatura dignissima, sicut Philosophus testatur, & recta ratio dicit, hominem esse finem omniū, quæ sunt. Et ideo dicit Greg. Vitam quippe hominum solus, qui creauit, conditor administrat: non enim propter stellas homo, sed propter hominem stellæ factæ sunt: dū igitur hic error mores hominū astris subiicit, inferiora suo superiori, & ignobilia nobilioribus præponit. Non solum autem hoc rationi repugnat: sed etiam; quia in se opposita implicat. Dicit. n. quod quia mores hominum pendent ex astris, & constellationibus: ideo astra sunt ueneranda, & constellationes obseruandæ: & hoc est ponere duo opposita. Aut enim necesse est euenire homini secundum constellationes syderum, aut non. Si non: ergo non sunt fata metuenda. Si sic: ergo non sunt astra ueneranda: dum ergo ponit fata esse metuenda, & astra ueneranda, ponit duo contraria. Item. Aut euenit homini secundum quod constellatio in suo ortu exigat, aut non. Si sic: ergo frustra sunt obseruandæ cōstellationes in actibus suis, cum secundum primam cōstellationem necesse sit ei bona, uel mala euenire. Si non in prima constellatione: ergo pari ra-

tione nec in sequentibus: igitur nullæ sunt obseruandæ. Dum ergo hic error ponit constellationes effectum habere, & ponit cōstellationes obseruandas esse post hominis natiuitatem, aperte uidetur sibi ipsi cōtradecere, & sic iste error repugnat sensui, & fidei, & rationi. Hoc autē triplex inconueniens, quod dictum est, colligitur ex uerbis Dam. Greg. & Aug. Secundum igitur hunc modum dicendi. si mores hominum, & euentus futurorum a stellis necessario, & sufficienter causari, falsitas incurritur, & hæresis periculosa. Si autē dicantur mores hominū a dispositionibus syderum uariari, & dispositiue, & cōtingenter, sic potest habere ueritatem: quia nec rōni, nec fidei repugnat. Planum est enim, quod dispositio corporis uaria multum facit ad uariationem affectionum, & morum animæ, ut plurimum enim anima cōplexiones corporis imitatur: unde colerici sunt iracundi, & sanguinei sunt benigni: & malancholici sunt liuidi, & flegmatici sunt pigri: hoc autem non est necessario: anima enim suo corpori dominatur, maxime quando est adiuta per gratiam, multos enim uidemus cholericos mansuetos, & melancholicos benignos. Quoniā igitur uirtus corporum cœlestium operatur admixtionem, & qualitatem complexionum: hinc est, quod p cōsequens operatur quodam modo ad qualitatem morum: ualde tamen de longinquo, plus enim facit ad qualitatem complexionis uirtus naturæ inferioris, quā uirtus syderis, unde Aug. 5. de Ciuit.

Lib. 5. Cap. 5. Ciuit. Dei in solutione cuiusdā questionis de fratribus duobus, qui simul infirmabantur, & curabantur, unde hoc esset, magis commendat responsionē Hippocratis philosophi, quā Astronomi. Hippocrates enim respōdit, q̄ hoc erat propter similitudinē complexionis, & Astronomus respōdet, quod erat propter idē p̄titatē cōstellationis. Melius. n. respōdit philosophus; quia causam reddit magis propriam, & magis propinquam. Si ergo hoc modo quæreretur, vtrū impressiones syderum aliquo modo disponant ad varietatem morum. Respondendum esset, quod sic, verumtamen non dispositione necessaria, & proxima, & sufficiente: sed dispositione remota, & contingente. Si autem quæretur, utrum sit causa sufficiens. Respondendum est simpliciter, quod nō: quia cōtrariū dicere est hæreticū: sicut prius ostēsū est.

Lib. 4. prosa 6. cir. in. 1. bim. AD ILLVD ergo, quod obiicitur de fato. Dicendum, q̄ de fato aliter loquitur Boet. & aliter Aug. Boetius. n. loquitur de fato, prout est aliquid secundū veritatem: & sic fatum nominat ordinem in rebus mobilibus ad diuinam prouidentiam relatū: ordinem (inquam) non solū secundum naturam, & causam necessariam: sed etiam secundum libertatem voluntatis, & contingentiam. Dicit enim sic in Lib. de conso. Prouidentia cuncta pariter: quamuis diuersa, quamuis infinita complectitur: fatum vero singula dirigit in motum, locis, formis, & temporibus distributa. Et hæc temporalis ordinis explicatio in diuinæ mētis ad-

nata prospectu, prouidentia est: eadem uerò adunatio digesta, atque explicata temporibus factum vocatur. Et sic patet, quod Boetius fatum accipit generaliter ad egressum, & decursum omnium rerum, siue voluntariorū, siue naturalium, siue necessariorū, siue contingentium. Aug. uerò in v. de Ciuit. Dei accipit fatum secundum estimationem Philosophorum, qui vocāt fatum vim positionis syderum, & constellationum, secundum quā cuncta necessario eueniunt in his inferioribus: & sic fatum nihil est. Et ostendit ipse, quod nihil sit: & ita æquiucōcē accipit fatum Boet. & Aug. & propter hoc nō sit assumptio sub medio, sed magis æquiucōcationis deceptio: propter quam tollendā de medio dicit August. 5. de Ciuit. quod si quis fatum vocat ordinem causarum, quem Deus instituit: cum hoc sit uerum, sententiam teneat, & linguam corrigat: quia secundum communem usum sic accipitur, sicut mathematici accipere consueuerunt. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ bella causantur ex coniunctione syderum. Dicendum, quod illud uerbum Philosophi nō tribuit aliud syderibus, quam quādam dispositionem ad tales effectus, ex quibus bella generantur. Ex motione enim alicuius humoris potest aliqua affectio in anima excitari, quam tamen nō necesse est ponere: quia anima potest eam reprimere: sed quia multi sunt insecutores passionū, & eis, quibus possunt dominari, seipso subiciunt: hinc est, q̄ multi se subiciunt impressionibus

bus astrorum, & ideo frequenter astrologi uera prædicunt, maxime circa homines animaliter uiuentes: circa uero spiritualiter sapientes, qui dñantur passionibus, pauca possunt uera prædicere, imo sicut dicit magnus astronomus Ptolemæus. Sapiens dominabitur astris. AD ILLVD, q̄ obiicitur, quod dominus natus fuit sub constellatione. Dicendum, quod falsum est, nec apparuit stella sub cuius regimine nasceretur, nec in patiēdo expectauit horam fatalem: sed in natiuitate apparuit stella, ut signū: in passione uero tempus expectauit sibi a Deo prædestinatū. & figuris legalibus præsignatū. Et si q̄ras, unde hoc est, quod Magi per illam stellam cognouerunt regem. Dicendū, quod hoc non solum humana inuentione fuit, sed suæ mentis attentione, & diuina reuelatione. Præterea illa stella non fuit cum aliis stellarum creata, sed in natiuitate domini fuit producta, nec motū habuit aliarum stellarū: sicut dicit Chryso. nec fuisse creditur in orbibus aliarum stellarum, sed longe inferius, adeo ut directe appareret super domum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod multa uera prædicunt, & maxime hoc apparet in stella cometa, quæ appareret in morte regum. Dicendū, quod in his, quæ considerantur circa motum cælestium corporū, infallibiliter p̄nt uera prædicere, & per artem, sicut de eclipsi solis, & lunæ. In his uero, quæ considerantur circa effectū rerū inferiorum, quæ eis subsunt: p̄babiliter, & per artem p̄nt uera prædicere, non tamen semper: si

cut circa tempestates, & serenitates, & huiusmodi. In his uero, quæ sunt liberi arb. frequenter ita dicunt falsa, sicut, & uera. Et si aliquando uera uideantur dicere, hoc est uel casu, uel diabolico instinctu. Nam diabolus (sicut dicit Aug.) se libenter immiscet in huiusmodi diuinationibus. Nec ualet illud, quod obiicitur de stella cometa: quia prout significat mortem regis: non fit natura: sed diuino iussu: ut dicit Damasc. Si enim naturaliter fit: non uidetur ratio: quare magis appareat in morte principis: quam in morte rustici: Nisi forte tu dicas (sicut uolunt aliqui astrologi dicere) quod stella aliqua præest principi: quæ in eius morte diuino iussu ad se trahit partes cælestes: quæ erant in eius corpore: quibus abstractis a corpore: gñatur dissolutio in eos: q̄ remanet: & dum sursum trahuntur: & stellæ approximant: faciunt cometam. Sed tunc manet quæstio: quare similiter non fit circa rusticum. Ideo securius dici potest: quod cometa aut non significat mortem principis: sed solum hoc accidit: quod moriatur in eius apparitione. Aut si significat: hoc fit diuino iussu: quo magis eius mortem prænunciat: tum quia est persona communis: tum quia ex hoc potest frequenter oriri perturbatio regni: in cuius custodia magis sollicitantur angeli: dum bonum commune præponunt bono speciali. AD ILLVD; quod obiicitur: quod de perfectione ordinis est: quod illud quod regitur, perfecte subiiciatur regenti. Dicendum, quod hoc uerū est, ubi

ubi regēs aliquid regit per modum dominantis, non per modum ministrantis; unde quia humani actus reguntur a diuina prouidentia, sicut a dominante, nihil euenire potest præter ipsius diuinæ prouidentiae intē

tionem, & cognitionem, & ita nihil casu; quia uero ab astris diriguntur solummodo per modum ministerii, ideo non oportet quod per omnia subdantur eis, nec hoc exigit perfectio uniuersi.

DISTINCTIO XV.

De productione rerum mixtarum & sensibilibus.

Ambr.
lib. he-
br. 5. c.
1. 2. &
3.



Dixit etiam Deus, Producant aquæ reptilia animæ uiuētis, & uolatile super terram, &c. Opus quinta diei est formatio pisciū, & auium, quibus duo elementa ornantur: & de eadem materia, id est, de aquis pisces, & aues creauit: uolatilia leuans in aera, & natatilia remittens gurgiti.

De opere sextæ diei.

Sequitur, dixit Deus, Producat terra animam uiuentē, iumenta, & reptilia, & bestias terræ, secundū species suas, &c. Sextæ diei opus describitur, cum terra suis animalibus ornari dicitur.

Quomodo, & quando uenenosa animalia effecta sint.

Aug. li
br. de
Gen. ad
lit. 3. c.
15.

Quæri solet de uenenosis & perniciosis aiantibus, utrū post peccatum hominis ad uindictam creata sint, an potius creata innoxia peccatoribus nocere cœperint. Sane dici potest, quod creata nihil homini nocuissent, si non peccasset: puniendorum nanque uitiorum & terrendorum, uel probanda uel perficienda uirtutis causa nocere cœperunt. Fuerūt ergo creata innoxia, sed propter peccatū facta sunt noxia.

Utrum minuta animalia tunc creata fuerint.

Augus.
lib. de
Gen. ad
lit. 3. c.
14.

De quibusdam etiam minutis animantibus quæstio est, Utrum, in primis conditionibus creata sint, an ex rebus corruptis postea orta sint. Pleraque enim de humidarum corporum uitijs, uel exhalationibus terræ, siue de cadaueribus gurguntur: quedam etiam de corruptione lignorum, & herbarum, & fructuum: & Deus author omnium est. Potest autem dici, quod ea quæ de corporibus animalium, maxime mortuorum, nascuntur, cum animalibus creata non fuerint, nisi po-

si po-

si potentialiter & materialiter. Ea uero quæ ex terra germinante orta sunt, tunc creata fuisse non incōgrue dici pōt.

Quare post omnia factus est homo,

Omnibus autem creatis atque dispositis nouissime factus est homo, tanquā dominus & possessor, qui & omnibus præferendus erat unde sequitur, Vidit Deus quod esset bonum, & ait, Faciamus hominem ad imaginem, &c. Sed antequam de hominis creatione tractemus, quod supra breuiter tetigimus, planius uersantes clarius faciamus. In hac n. rerum distinctione catholici tractatores dissentire, ut supra diximus, inueniuntur; alijs dicentibus, res creatas esse atque distinctas secundum species per interualla sex dierum: quorū sententiæ quia litera Gen. magis inseruire uidetur, atque eā catholica ecclesia magis approbat, ideo hætenus studiose docuimus, quomodo ex illa communi materia prius informiter facta, postea corporalium rerum genera per sex dierum volumina distinctim sint formata. Alijs autē uidetur, quod nō per interualla temporum facta sint: sed simul ita formata ad esse prodierunt. Quod Aug. super. Gen. pluribus modis nititur ostendere, dicens elementa quatuor ita formata sicut modo apparent, ab initio extitisse, & cælum sideribus ornatum fuisse. Quædam uero non formaliter, sed materialiter tunc facta fuisse, quæ post per temporis accessum formaliter distincta sunt: ut herba, arbores, & forte animalia. Omnia ergo in ipso temporis initio facta esse dicunt: sed quedam formaliter & secundum species quas habere cernimus, ut maiores mundi partes: quedam uero materialiter tantū. Sed (ut dicunt) Moyses loquens rudi & carnali populo, locutionis modum temperauit, de Deo loquens a simili hominis qui per moras temporum opera sua perficit, cum ipse simul sua opera fecerit. Vnde Aug. Ideo (inquit) Moyses diuini sim refert Deum illa opera fecisse, quia non potuit simul ab homine dici, quod a Deo simul potuit fieri. Item potuit diuine scriptura loquendi temporibus, quod Deus operandi temporibus non diuisit. Illi qui his authoritatibus & alijs huiusmodi inhaerentes, dicunt quatuor elementa atque cæli luminaria ita formata simul esse, & habuisse illos sex dies quos

Gen. 1.

Dist. 12
Ibidē.

Lib. 4.
c. 32. et
seq. &
li. 5. c.
4. & 5.

Lib. 1.
cap. 5.

quos scriptura commemorat, sex rerum genera, idest, distinctiones appellant quæ simul factæ sunt, partim formaliter, partim causaliter.

Quomodo requieuerit Deus ab omni opere suo.

Iam de septimæ diei requie aliquid nos eloqui oportet. *Gen. 2.* Scriptum est, quia compleuit Deus in die septimo opus suum, & requieuit die septimo ab uniuerso opere quod patrarat, Requieuisse dicitur Deus die septimo: non quasi operando lassus, sed ab uniuerso opere requieuit, quia nouam creaturam facere cessauit. Requiescere enim cessare dicitur. Vnde

in Apoc. dicitur, Non habebant requiem dicentia, Sanctus sanctus, sanctus, idest, dicere non cessabant. Requieuisse ergo. Deus dicitur, quia cessauit a faciendis generibus creaturæ, quia ultra noua non condidit. Vsq̄ue nunc tamen (ut veritas in euangelio ait) operatur pater cum filio scilicet ad ministracionem eorundem generum, quæ tunc instituta sunt.

Creatoris enim virtus causa subsistendi est omni creaturæ. Quod ergo dicitur, Pater meus usque modo operatur, & ego operor, illud uniuersæ creaturæ continuam ministracionem ostendit. Die ergo septimo requieuit, ut nouam creaturam ulterius non faceret, cuius materia vel similitudo nunc præcesserit: sed usque non operatur, ut quod condidit continere & gubernare non cesset.

Qualiter Deus dicatur cõpleuisse opus suum septimo die.

Sed queritur, quo modo septimo die dicatur Deus compleuisse opus suum, cum ab omni opere illo die requieuerit, nec aliquod genus nouum rerum fecerit. Alia trãslatio habet, *Scãm* *aliã* *lib. 1.* *terã* *in* *hil* *ibi* *ẽ* *q̄* *nis* *q̄* *si* *quit.* *Augus.* *Gen. 1.* Consummauit Deus die sexta opera sua: quæ nihil questionis affert, quia manifesta sunt, quæ in eo facta sunt & opum consummatio eo die perfectã est sicut scriptura ostendit cum ait, Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona.

Omnia quidem naturaliter bona erant, nilque in sui natura uitij habentia: & sunt bona quæ condidit Deus, etiam singula. Simul vero uniuersa ualde bona, quia ex omnibus consistit uniuersitatis admirabilis pulchritudo: in qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum, & loco suo positum eminentius commendat bona, ut magis placeant & laudabiliora

Aug. in *enchr.* *cap. 10* *Ibidẽ.* *cap. 11*

biliora sint, dum comparantur malis. Sexto ergo die facta est operum consummatio. Ideo præmissa oritur quæstio, quomodo dicatur Deus die septimo opus suum compleuisse (quod hebraica veritas habet) in quo tamen nihil nouum creasse dicitur, nisi fortè dicatur die septimo compleuisse opus suum, quia ipsum benedixit, & sanctificauit: sicut subiicit scriptura, Benedixit diei septimo, & sanctificauit illum. Opus enim est benedictio, & sanctificatio: sicut Salomon aliquid operis fecit tum templum dedicauit.

Quæ sit benedictio, & sanctificatio septimæ diei. Illum autem diem sanctificasse, & benedixisse dicitur, quia mystica præ ceteris benedictione, & sanctificatione eum donauit. Vnde in lege dicitur, Memento sanctificare diem sabbati. Et inde est, quod numerando dies usque ad septimum procedimus, & dicimus septem esse dies, quorum repetitione omne tempus agitur: non quin alius sit ab illis dies octauus, & nonus, & sic de ceteris: sed quia in sex diebus rerum genera distincta sunt: & in septimo, licet non fuerit nouum genus rerum institutum fuit, tamen in eo quasi quidam nouus status sanctificationis operum, & requietionis opificis. Potest etiam sic exponi illud, Compleuit Deus die septimo opus suum, idest, completum, & consummatum vidit.



Vpra egit Magister de productione rerum simplicium, & insensibiliu, in hac parte agit de productione mixtorum, & sensibiliu, ut animalium. Et quonia ad animalium productionem facta est uniuersitatis completio, & ad completionem sequitur ab opere cessatio, ideo ista pars habet tres. In prima agit de sensibiliu productione. In secunda de diuinorum operum perfectione, ibi. Omnibus autem creatis, atque dispositis, &c.) In tertia agit de septimæ diei requietione, ibi. Iam de septimæ diei requie aliquid nos eloqui oportet, &c.) Prima pars habet duas. In prima determinat, de productione animalium ex aquis. In secunda de productione animalium ex terra, ibi. Sequitur, dixit Deus, Producat terra, &c.) In qua parte primo, determinat veritatem, deinde soluit dubitationes duas. Vnam, ibi. Queritur solet de venosis, &c.) Aliam, ibi. De quibusdam etiam minutis, &c.) Similiter secunda pars, in qua determinat de operum diuinorum consummatione, habet duas. In prima ostendit qualiter in productione hominis facta est, & consummata distinctio rerum. In secunda verò circa eadem distinctionem explicat diuersas sententias

catholicorum tractatorum, ibi. *In hac enim rerum distinctione catholici tractatores, &c.*) Similiter tertia pars habet duas. In prima ueritatem explicat. In secunda quaestionem mouet, & determinat, ibi. *Sed quaeritur, quomodo se primo die dicatur Deus, &c.*)

Dub. 1. **P**roducant aquae reptibile anima uuentis, &c.) Contra. Reptilia, & natatilia diuersarum sunt sp̄erum: ergo cum producta ex aquis sint natatilia, non debent dici reptibilia. Itē. Cum reptibilia spectēt ad ornatū terrę, non v̄t, qđ spectent ad ornatū aquę. Item. Videtur hic esse nugatio, cum dicit reptile animę uiuentis: omnis. n. anima eo ipso, qđ est anima, uiuit. Resp. Dicendū, quod in aīalibus differt motus reptēdi a motu gradiendi. Motu. n. reptendi attenditur secundum tractionem: animal enim, quod reptit antierius aliquā partem protendens, etiam cum illa aliquid apprehendens, trahit totum corpus suum post se: sicut patet in uermibus: motus uerō gradiēdi est p̄ impulsione: quantum igitur ad ea, quę natant, se trahunt, & protēdunt antierius, & extendēdo se ad antierius quasi tenendo se ad soliditatem, vel grossiciem aquę trahunt totum corpus suum: sicut patet in natantibus. Hinc est, qđ omnia natantia dicuntur reptibilia: & si contingat ea aliquando gradi: sicut est in cocrodillis, & aliquibus, quę uersantur in aquis, & in terra: denominantur tamen a motu, qui est eis magis naturalis, qui competit eis secundū habitationem in aquis. Volatilia autem nō dicuntur reptilia,

quamuis videantur se ferre in aera, sicut pisces in aquis. Est enim diuersus modus mouendi: quia impulsu magis mouentur, quā tractu. Dum. n. auis volat, clauditur aer in concauitate alarum: & dum alę applicantur ad corpus, uiolēter aer perpellitur ex parte alarum posteriori tractu, & ex illo impulsu corpus auis procedit antierius: & ideo uolatilia sub reptilium nomine nō comprehenduntur, nec etiā sub genere gressibiliū: quia nō mouentur uirtute pedum, sed uirtute alarum. Vnde pōt sic sumi diuisio animalium quātum ad motum: quia aīal, aut mouet se antierius trahēdo, & sic est reptile, siue sit in aquis, siue in terra. Aut impellendo, & hoc dupliciter. Aut pedibus, & sic est gressibile: aut alis, & sic est uolatile. Et sic patet pro quanto pisces dicuntur reptilia, & qđ falsum est illud, quod primō proponitur, qđ reptile distinguitur cōtra aquatile; imo est in p̄ us. Ad illud, quod obicitur, qđ reptilia spectant ad ornatum terrę. Dicendum, qđ reptile dicitur quadrupliciter. Vno modo, qđ se trahit vi oris, sicut uermes. Alio modo, qđ se trahit ui costarum, sicut serpentes. Tertio modo, qđ se trahit ui pennularum, ut pisces. Quartō modo dicitur reptile large, quod in mouendo se magnam partem corporis applicat terrę, quamuis habeat pedes, sicut lacertę, & stelliones: & sic secundum diuersas acceptiones reptile potest pertinere ad ornādum diuersa elementa. Ad illud, quod quaeritur, quare animę uiuentis. Dicendum, qđ

vita

vita manifestatur maximē per sensum, & motum: ideo anima uiuens appellatur, quę uiuit uita manifesta: & hęc est illa, quę dat corpori motum, & sensum: talis autē non est in plantis, sed in animalibus: & ideo ad differētiā plantarum dicit. Producat aquę reptile aīe uiuentis, quasi in plantis sit anima uirens: & in animalibus sit anima uiuens, quia hęc mouentur, & sentiunt: illa uero minimē.

Dub. 2. *Producat terra animam uiuentem, &c.*) Videtur ibi esse superfluitas, quia oē aīal brutum bestia est. Si r̄v dicas, qđ bestia uocatur aīal brutum, quia nocet: tunc superfluit dicere reptilia. Item. In Psalmis non solummodo enumerantur iumenta, & bestia, & reptilia, sed etiam pecora: ergo uidetur hic esse diminutio: quaeritur igitur de horū trium differentia, & sufficiētia. Quaeritur etiam, cum omnia animantia, quę sunt in mari continentur sub una differentia animalis, quę est reptile, & similiter omnia animantia aeris sub una differentia animalis: quę est uolatile: quare nō similiter oīa animantia terrę sub una differentia cōtinentur. Resp. Dicendū, qđ terra inter cetera elemēta minus est decora: ideo magis indiget decorari. Et iterū, quia ipsa maximē pręstat pabulum aīalibus inter cetera elemēta, hinc est, qđ plures animalium differētię reperiuntur in illa: oēs autē illę differētię reducuntur ad has tres differentias, quarum numerus, & sufficiētia potest accipi dupliciter, uel ex parte motus ipsorum animalium, uel ex par-

te finis. Ex parte motus sic. Oē enim animal, quod mouetur, aut mouetur tractu, & sic est reptibile. Aut impulsu, & sic gressibile. Et hoc est dupliciter. Aut est animal natum sēuire, aut mansuescere. Primo modo dicitur bestia, secundo modo dicitur iumentum, & sub iumentis comprehenduntur pecora. Ex parte finis sic. Animalia enim facta sunt propter hominē: aut igitur sunt ordinata ad hominis iuuamentum, sicut sunt iumenta quasi iuuantia: aut sunt ordinata ad hominis exercitium: & hoc potest esse dupliciter, quia aut exercēt nocēdo manifestē, & sic sunt bestia, quasi uastia: aut occulte nocent, & sic sunt reptilia, quę occultē nocent, & insidiantur calcaneo: hos autem fines, & si nō haberent, si homo non peccasset in actu, haberent tamen in aptitudine, & ex ipsa aptitudine melius erudiret tunc homo in statu innocentia, quā erudiat nunc ex actu in statu culpa: & sic patet horum trium differentia, & sufficiētia, & patet responsio ad obiecta.

In hac enim rerum Dist. &c.)

Dub. 3. Contra. Cum non sit Deus diffusionis, sed pacis; & scripturae sint in eodem spiritu expositae, quo fuerunt conditae (sicut dicit Gregorius) uidetur, quod nullatenus possint dissentire. Item. Verum uero non opponitur: ergo si catholici tractatores dissentiant, unus dicit uerū, et alter falsum; sed intellectus scripturae non potest esse, nisi uerus: ergo cum dissentiant, necesse est alterum ipsorum deprauare scripturam: et ita non erit

catholicus tractator, sed potius hæreticus. Respondeo. Dicendum, quod uis facienda est in hoc quod dicit Magister, dissentire uidentur: uidetur enim aliquando quod est, & uidetur aliquando quod non est: & secundum hunc duplicem modum potest intelligi uerbum Magistri, ut catholici tractatores in aliquo uideantur dissentire, non tamen dissentiant. Aliquid enim dicunt assertiue, & aliquid dicunt opinando. Quantum ad illud, quod assertiue dicunt, in hoc non discordant, quia quod asserunt per reuelationem Sancti Spiritus dicunt, qui non est sibi contrarius: in eo uero, in quo opinantur, dissentire possunt, & aliquando dissentiunt, quia opinio uenit aliquando ex probabili coniectura rationis, in qua homo frequenter decipitur deceptione potius, quæ est poena, quam culpa, a qua uix aliquis tractatorum catholicus immunis fuit: & ideo talis dissentio reprehensibilis non est: quia uis enim discordant aliquo modo iudicia, concordant tamen desideria: omnes enim catholici tractatores ueritatem dicere uolunt. Et sic patet responsio ad illud, quod obiicitur. Aliter posset dici (sicut supra tactum fuit) quod & si dissentire uideantur, non tamen dissentiunt: quia non dicunt, quid fuerit in re, sed quod congruum esse potuerit: nec dicunt, quid Legislator. scilicet Moyses in illo uerbo intellexerit, sed magis quid spiritus sanctus intenderit, qui eum illustrauit, & diuersi modi producendi siue simul, siue successiue congruere

possunt diuinæ potentia, & spiritus sanctus in eadem scriptura multa simul intelligit, & facit expositores intelligere: ideo & si discordia uideatur inter Doctores secundum exteriorem faciem literæ: non tamen est discordia secundum ueritatem, & ideo signanter dicitur, Dissentire uidentur: non dissentiunt. unde Aug. in Libris suis in multis locis tenuit uiam aliorum sanctorum, ex quo patet, quod non erat eis contrarius.

Novam creaturam facere cessauit, &c.) Contrarium dicitur Hier. 31. Nouum faciet dominus super terram. Item. Gal. 6. In Christo. n. Iesu neque circuncisio aliquid ualet, neque præputium: sed creatura noua. Resp. Dicendum, quod nouum dicitur dupliciter. Vno modo dicitur nouum contra antiquitatem cursus naturæ, & consuetudinem rationalis creaturæ: & sic Deus non cessauit in sex diebus facere nouam creaturam, imo multa facit miraculose, & mirabiliter contra solitum cursum naturæ, & consuetudinis humanæ: & ista noua dici possunt. Alio modo dicitur nouum, cuius nulla similitudo præcessit, nec etiam aliquod principium creatum, quod esset ipsius seminarium, & sic dicit Magister in proposito, quod nouam creaturam facere cessauit, & dicitur etiam Ecclesiastes. 1. Nihil sub sole nouum. Nihil enim produxit, cuius non fecerit aliquo modo simile, uel cuius non produxerit principium seminale in operibus sex dierum, & sic patet, quod non est contradictio aliqua. Aliter

Dub. 4.

ter posset dici, quod requieuit facere nouam creaturam, quæ quidem sit de necessitate perfectionis uniuersi: productio autem Christi excedit uniuersi complementum, & ideo puræ gratiæ est, & dicitur Deus fecisse nouum, cum mulier circumdedit uirum.

Illum autem diem sanctificasse, & benedixisse dicitur, &c.)

Dub. 5. Obiicitur. Cum tempus, quantum est de se, sit indifferens, & dies dicat tempus, non magis debet benedici dies septimus, quam secundus. Item. Cum sanctificatio respiciat creaturam rationalem, quid est, quod dicitur, quod sanctificauit diem? Item. Cuius æqualis, uel maioris dignitatis sit bene operari, quam requiescere, uideatur, quod magis debuit benedicere diei sexto, in quo operatus est, quam diei septimo, in quo requieuit. Respond. Dicendum, quod sicut dies dicitur esse malus, non ratione sui, sed quia mensura est actionis malæ, sicut dicit Apostolus Eph. 5. Redimetes tempus, quoniam dies mali sunt: sic dies dicitur benedictus & sanctus, quia & mensura aliquius operationis, in qua est benedictio, & sanctificatio. Et nihil aliud est diem aliquem benedicere, & sanctificare, quam diem tali actioni, ut mensuram deputari. Quoniam igitur Deus omnia fecit propter hominis instructionem, ut hominem non solum uerbo, sed etiam opere erudiret, sicut sex diebus dedit homini licentiam operandi, & intendendi rebus inferioribus, & sicut septimo die ab omni opere cessauit: sic uoluit, quod septimo die ho-

mo ab omni opere cessaret: & ei per contemplationem inhæreret, & inhærendo quiesceret: & quia in hac inhærentione homo obtinet a Deo ampliationem benedictionis, & sanctitatis: ideo dies septimus dicitur a Deo benedictus, & sanctificatus non ratione sui, sed ratione illius quod Dominus deputauit in illo fieri. Et sic patet responsio ad obiecta: patet etiam quantum Deo placet, quod homo sibi soli intendat, & in eo requiescat, dum talem uacationem, siue requietionem benedixit, & sanctificauit: propterea in lege frequentissime iterat inter omnia mandata de obseruantia sabbathi.

Numerando dies usque ad septimum procedimus, &c.)

Dub. 6. Queritur, cum status esse non debeat, nisi in aliqua perfectione, & senarius potius dicat perfectionem, quam septennarius, uel etiam denarius, uidetur, quod aut infra septem debemus stare, aut ultra procedere. Queritur etiam, quare Gentiles, qui Sacram scripturam non recipiunt in computatione dierum usque ad septem procedunt. Si tamen dicas, quod hoc est propter septenarium planetarum, tunc non uidetur ordo rectus, quia mars non sequitur immediate lunam; ergo non debet sequi dies martis post diem lunæ. Respondeo. Dicendum, quod numerus dierum præfiguratur secundum diuersitatem mensuratorum, quibus ipsa mensura appropriatur. Quoniam igitur nunc dies non appropriatur ad aliquem specialem effectum, sed solum in primaria rerum conditio-

cundum septem; ideo numerus dierum secundum illum numerum semper terminatur, non propter perfectionem numeri, vel temporis, quod clauditur in septenario: sed propter perfectionem diuini operis, et quietis accipitur sic numerus. Gentiles autem numerum dierum accipiunt penes dominium septem planetarum, secundum quos regi habet, et disponi tempus: et quia Saturnus est primus inter planetas, dicunt, quod dominatur in prima hora diei sabbati, et sequens plantea, in secunda die: & sic usque ad septem horas: postmodum fit regressus ad principium, & sic est procedendum: & postmodum ille planeta, qui dominatur in vigesima quinta hora ille est principium sequentis diei, & ab illo denominatur dies illa: & sic deinceps procedendo denominantur septem dies, quasi septem planetas: & hoc patet consideranti ordinem planetarum, quo ordine seruato in enumerando, quando Saturnus dominatur in prima hora diei, Sol dominatur in prima hora sequentis, & Luna in prima hora tertii: & sic procedendo ulterius. Hunc autem modum denominandi dies, nec omnino tenemus, ne videamus elementis mundi seruire: nec omnino relinquimus propter consuetudinem: unde Dominicam diem nominamus: sabbatum vero Iudaei: in aliis diebus seruamus consuetudinem Gentilium; Ecclesia tamen loco illorum nominum ponit secunda feria, tertia feria, & sic deinceps; & sic patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An in rationalium animae productae sint ex nihilo, vel ex aliquo?



Ad intelligentiam huius partis incidit haec quaestio circa duo. Et primo quaeritur, utrum sensibilia, siue animalia facta sint. Secundo, quaeritur, quo ordine facta sunt. Circa primum quaeruntur tria. Primo quaeritur, utrum sensibilia quantum ad animam sint producta ex aliquo, uel ex nihilo. Secundo quaeritur, quantum ad corpora, utrum producta sint ex quatuor elementis, an ex uno. Tertio quaeritur, utrum in earum compositione actiua praedominentur passiuus, an contrario.

QUOD sensibilibus, siue irrationalium animae productae sint ex aliquo ostenditur. Primo, per textum scripturae, qui dicit. Producat aquae reptile animae uiuentis, &c. Et paulo post. Producat terra animam uiuentem: si enim quod creatur, a solo Deo est, cum aqua acceperit potestatem producendi reptile animae uiuentis, non uidetur, quod animal secundum aliquod sui principium sit ex nihilo. **ITEM.** Per auctoritatem Philosophi, in Libro de Animalibus. xvi. Solus intellectus intrat ab extrinseco: sed si animae brutorum fuissent productae ex nihilo: tunc essent a solo Deo, & intrarent ab extrinseco. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur ratione, quia ex eo res producitur, in quod & resoluitur: sed

sed non est aliquid, quod naturali resolutione resoluitur in nihil: igitur cum animae brutorum animalium non sunt in nihil resolutae, quando aliqua animalia fuerunt corrupta: ergo non productae fuerunt ex nihilo. **ITEM.** Ex eodem est anima istius bruti, quod nunc est, & primi bruti per conformitatem: sed anima illius bruti generati per naturam, non est ex nihilo: quia tunc a natura non posset produci: & sic sequeretur, quod natura non posset facere pediculum: quod cum non uideatur probabile, & planum sit (sicut ex praecedentibus apparuit) quod natura non potest aliquid ex nihilo producere: restat ergo, quod istae primae animae brutorum animalium non fuerunt productae ex nihilo. **ITEM.** Anima rationalis: quia per creationem producitur in esse, est immortalis, & incorruptibilis: eius enim productio non potest ex corpore: sed ex principio effectiuo: sed animae brutorum per naturam sunt corruptibiles: ergo non sunt ex nihilo productae. **ITEM.** Opus ornatus praesupponit opus distinctionis, & opus distinctionis praesupponit opus creationis: si igitur in distinctione corporum non fuit noua creatio: sed productio ex aliquo, multo fortius uidetur, quod in ornatu: ergo si corpora animalium, & animae ad ornatum spectant, uidetur, quod non sint productae ex nihilo: sed ex aliquo.

CONTRA. Si ex aliquo productae sunt sensibilibus animae in primordio: quaero de illo, ex quo productae sunt, utrum illud productum sit ex aliquo, uel ex nihi-

lo. Si ex aliquo, similiter quaeritur de illo: & ita uel erit abire in infinitum, uel erit ponere, quod illud, ex quo producta est anima sensibilis, ab initio productum fuit ex nihilo: sed qua ratione illud productum fuit ex nihilo, eadem ratione & anima sensibilis: ergo uidetur &c. **ITEM.** Si animae illae productae sunt ex aliquo, illud aliquid aut erat spirituale aliquid, aut corporale. Si corporale. Contra. Ex corpore nunquam potest fieri spiritus: sicut dicit Augustinus super Genesim ad litteram. Si spirituale: tunc quaeritur de illo, aut uiuebat, aut non uiuebat, & quod uisum habebat. Et iterum si spirituale, quare ex illo non poterat fieri anima rationalis: Si ergo ad hoc non contingit rationabiliter respondere: sicut innuit Augustinus super Genesim ad litteram. ad haec inconuenientia ducens, sequitur ex hoc, quod primae animae sensibilium ex nihilo sint productae. **ITEM.** Si fuissent productae ex aliquo, cum talis modus producendi competat uirtuti naturali, uidetur tunc, quod cum iam essent corpora super caelestia agentia, & mouentia, & ad missionem operantia, quod animalia uirtute naturae possunt producere: ergo primaria opera non essent propria diuinae potentiae, quod est inconueniens, cum ipse sit solus uniuersi conditor, & perfectior. **ITEM.** Videmus nunc quaedam animalia ignobilia per putrefactionem generari: quaero igitur a quo educatur eorum anima, & uidetur, quod non possit a natura, cum natura sit uis insita rebus ex similibus similia procreas: uidetur etiam, quod non possit

uirtute corporis cœlestis, quia minus nobile non potest educere maius nobile: substantia autem spiritualis (ut dicit Augustinus) nobilior est omni corpore: ergo oportet, quod educatur a creatore immediatè: sed quod sic educitur, habet educi ex nihilo: ergo illorum animalium, quæ per putrefactionem generantur, animæ creantur: ergo multo fortius animalium primo factorum. **ITEM.** Nos uidemus in animalibus annulos, quod ad diuisionem corporis remanet anima in partibus diuersis: sed illa non potest esse anima primo, quæ erat una sola: nec a natura producta, cum statim sit in qualibet parte: operatio autem naturæ fit cum successione: ergo uidetur, quod illæ partes animentur a creatore: ergo multo fortius, & sensibilia in primaria productione. **ITEM.** Quando brutum generat brutum: aut transfundit animam, aut non. Si transfundit: cum anima non sit diuisibilis, dabit animam suam totam: ergo in generatione morietur. Si non transfundit: cum cesset eius operatio in seminis decisione, necesse est ponere aliud genus, per quod anima educatur: hoc autem non potest esse fœmina, cum sit magis principium passiuum, quàm actiuum (sicut uult Philosophus) nec est aliud principium actiuum creatum: ergo immediatè producuntur a Deo, & ita ex nihilo: igitur multo fortius uidetur, quod sic productæ fuerint in primordio.

*L. b. 1.
de gen.
animalium.
cap. 13*

RESOLVTIO.

Brutorum & insensibilium animæ non de nihilo productæ sunt, sed principium seminarium habuerunt, ex quo iam productæ fuerunt, & nunc producuntur.

RESP. Ad prædictorum intelligentiã est notandum: quod circa productionem animarum animalium brutalium diuersi diuersa opinati sunt. Quidam. n. dicere uoluerunt: quod animæ brutorum productæ fuerunt ex nihilo: quæ non ex aliquo materialiter: nec ex aliquo seminaliter. Non ex aliquo materialiter: quia sunt formæ puræ: non ex aliquo seminaliter: quia non habuerunt aliquid præexistens: & idem dicunt in prima productione eas simpliciter fuisse creatas: sed deinceps in propagatione non dicunt eas creari: sed potius traduci non per decisionem: & separationem partium: sed per multiplicationem. Sicut enim candelæ: ex quo accensa est: potest se multiplicare sine sui luminis diminutione, sic imo multo fortius, dicunt substantiam spirituales posse. **SECUNDA** positio est huic directe opposita: quod animæ brutorum productæ sunt ex aliquo materialiter, & seminaliter. Materialiter (inquam) quia sunt hoc aliquid, cum quolibet earum sit motor sufficiens: & ideo ex materia, & forma dicunt eas constare: illam autem materiam dicunt esse spirituales inseparabiliter iunctam corporali materiæ: unde sicut ex corporali materia producuntur corpora animalium, sic ex materia spiritali sibi annexa (ut dicunt) fit productio animarum: & sic fecit Deus a pri-

primordio, & sic etiam facit nunc natura. Illa autem materia, cum præexistat formæ, seminarium est ipsius: & sic dicunt animas illas produci, non tantum materialiter: sed etiam seminaliter, cum eis præexistat materia spiritalis, & habeat in se aliquam potentiam actiuam, ad hoc, ut ex ea fiat anima: sicut & corporalis materia ad hoc, quod ex ea fiant corpora. **TERTIA** positio est, quod animæ brutorum productæ sunt ex aliquo materialiter: sed non seminaliter. Materialiter (inquam) quod constant ex materia, & forma: non autem seminaliter: quia materia illa non præexistit formæ tanquam semen ei, quod ex eo producendum est: sed cum illa concreatur, & cum illa destruitur: & hi dicunt omnes animas sensibiles non solum a primordio: sed etiam nunc esse a creatore: nec tamen incorruptibiles: quia ipse creator dat unicuique durationem secundum quod competit eius naturæ. **SED** quoniam omnes hæc positiones aliquid dicunt improbabile: nam prima dicit, quod anima seipsam multiplicat, & transfundit, ita tamen, quod anima non habeat aliquid ex quo fiat: & hoc est ponere, quod forma naturalis possit aliam formam consimilem ex nihilo producere, quod est improbabile, & supra improbatum est Distinctione octaua, & septima. **SECUNDA** uero positio ponit aliquam materiam spirituales animæ præexistere, ex qua educatur anima uirtute naturæ: & hoc satis est male intelligibile, quomodo sit aliqua spiritalis materia, quæ non uiuat: nec usum habeat: quomodo etiam sit aliqua spiritalis materia, & ex illa anima rationalis fieri non ualet: & iterum, ubi est illa materia spiritalis: quia non uidetur esse in se: si autem est in materia corporalis: uidetur, quod materia educatur de materia, quod nihil uidetur esse dictum. Similiter tertia positio ponit, quod materia animæ sensibilis sibi concreatur, & simul cum illa destruitur: hoc autem ponere est contrarium auctoritati Philosophi, & rationi, materiam scilicet alicuius creaturæ in nihil omnino cedere. Si enim materia corporalis ingenita est, & incorruptibilis: multo fortius uidetur, quod spiritalis, quæ dignior est, & nobilior secundum quod est, sub tali esse. **ET** ideo est quartus modus dicendi, quod animæ, quæ sunt pure sensibiles, productæ sunt ex aliquo seminaliter: sed non materialiter. Seminaliter (inquam) quia formæ sunt generabiles, & corruptibiles per naturam: & ideo sicut aliæ formæ naturales non ex nihilo producuntur: sed ex aliqua potentia actiuâ in materia, ex qua fiunt tanquam ex seminario: sic etiam intelligendum est in animabus sensibilibus, quæ sunt formæ tantum, cuiusmodi sunt in brutis animalibus. **ET** ideo concedendum est animas sensibiles, siue animas brutorum esse ex aliquo: non inquam materialiter: sed seminaliter: quæ cum anima sensibilis sit forma, non hêt materiam partem sui: sed solū fit ex potentia materiæ actiuâ, quæ ab agente excitatur: & sic proficit quousque fiat anima.

ma: sicut globus proficiendo fit rosa. Aliter tamen nunc producuntur ex illo seminario, & aliter in primordio. Quia nunc producantur ex seminario præexistente secundum sufficientem actualitatem: in primordio vero productæ sunt simul cum illo seminario: uel si seminariū illud aliquo modo præexistit ante diem quintum, in quo facta est animalium productio: in die vero quinto est ad completam rationem eductum, ita quod data est uirtus actiua naturæ, ut posset deinceps animalia quantum ad corpus, & quantum ad animam propagare, & multiplicare. Et quia quædam sunt animalia maioris perfectionis, & organizationis, quædam vero minoris: ideo diuina dispositio rectissime ordinauit, ut quædam animalia producerentur ex suo primo seminario secundum maiorem actualitatem, utpote sunt illa, quæ generantur per propagationem: ita quod simile ex simili, & ista sunt animalia perfectiora. Quædam uero secundum minorem, utpote illa, quæ generantur per putrefactionem: quia enim imperfectiora sunt, minori indigent adiutorio, & uirtute, ut producantur ad esse. Hæc autem positio rationabilior est, & firmitior: quia concordant in hoc tam Augustinus, quam Philosophus: ait enim Augustinus ad Orosium sic. Sicut semen cuiuslibet arboris quandam vim habet, ut cum corruptum fuerit in terra oriatur, & uirgultum producat: deinde ramus nihilominus cum stipite dilatetur in frondibus, deinde in eisdem floribus deco-

rata fructificet: ita est in corpora (ut ita dicam) quoddam seminario: unde suo tempore currente prouidentia Dei aliqua genera animalium orientur. Et hoc idem habetur super Genesim ad litteram Libro Tertio plane, & diffuse. Hoc etiam uult Philosophus in decimosexto Animalium, ubi ostendit, quod uegetabilis, & sensibilis prius sunt in semine in potentia, quam educantur in esse: & ibi uidetur innuere, quod illud, quod format membra, non est aliud, quam ipsa animæ uirtus: & illam uocat potentiam actiuam intrinsecam ipsi semini, quod corpus ex semine productum est, & organizatum, ut possit ab eadem perfici: prodit in actum, & efficitur perfectio corporis physici organici. Aut certe illud, quod format membra, potius est uirtus animæ patris, & matris, ex cuius operatione in brutis animalibus ducitur inesse anima prolis: secus autem est in hominibus, ut infra uidebitur; & hoc probat ibidem Philosophus ex multis coniecturis, & argumentis: & ibidem dicit, quod res corporales plenæ sunt uirtute animæ: & hoc multum concordat uerbis Augustini, qui dicit. Terra prægnans est seminibus, non tantum respectu arborum, sed etiam respectu animalium. Hanc igitur opinionem sustinendo, Dicendum est, animas sensibilibus in primordio non esse creatas ex nihilo; sicut rationes ad hoc inductæ ostendunt, habuerunt enim seminariū principium, ex quo productæ sunt, & non producantur.

AD ILLVD uero, quod primo

modo obiicitur, quod si animæ sensibilibus productæ sunt ex aliquo, quod illud similiter productum est ex alio: Dicendum, quod non oportet: seminalis. n. rō, siue potentia actiua ipsius materiæ est ipsi materiæ cōcreata, non ex aliquo producta: illa uero, quæ ex illo semine orientur, proprie non debent dici creati. AD ILLVD, quod queritur, quod si est ex aliquo, illud est, aut spirituale, aut corporale. Dicendum, quod non est materia spiritualis, nec est materia corporalis, sed est quædam potentia spiritualis indita a creatore ipsi materiæ corporali, & ei innitens, & ab ea dependens; & propterea anima sensibilis in brutis generatur, & corrumpitur per transmutationem corporalis naturæ. Et si tu obiicias, quod anima sensibilis est motor sufficiens: ergo est hoc aliquid, & habet materiam, & formam. Dicendum, quod anima sensibilis non dicitur esse motor sufficiens: quia ipsa primo moueat corpus, quod perficit: sed quia corpus totum, quod est hoc aliquid uirtute animæ, quæ est forma eius, mouet partem, & mouendo partem suam mouet totum: sicut patet in gradientibus. Et quod illud uerum sit, apparet: quia si anima sensibilis poneretur in corpore, quod non haberet partem mobilem, nisi motu totius: sicut in lapide, nunquam illud moueret. Vel aliter dici potest, quod ad hoc, quod aliquid sit motor sufficiens, non oportet, quod distet a mobili: ita quod sit substantia altera differens per materiam, & formam: sed sufficit, quod illa sit forma in genere substantiæ, carens extensione per se, & per accidens: & hæc forma sic est in una

parte tota, quod tota est in alia: & ideo sic unitur isti parti, quæ mouet, quod etiam distet ab ea, & hæc distantia sufficit ad hoc: quod possit mouere eam, nec requiritur, quod habeat aliam materiam; & sic est in anima sensitua in his animalibus, quæ habent huic operationi organa apta.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod natura possit eam educere. Dicendum, quod falsum est: quia antequam præciperet dominus aquas, & diceret, Producantur aquæ, &c. aut seminario illud sensibile animalium & producendarum non erat: aut si erat, non erat in tanta uirtute, quod possit ad perfectionem uenire, non enim potest creatura quidquam, nisi secundum statum, & præceptum sibi datum a creatore, unde cum prius lesset, unde fieri posset, post factum est diuino imperio, ut esset unde fieret. AD ILLVD, quod obiicitur de animalibus, quæ generantur per putrefactionem. Dicendum, quod & si sint uarii modi soluendi: quia quidam dicunt, quod est a cœli motore; quidam quod a creatione, potest tamen secundum philosophicam positionem plane responderi, quod sicut humor fit semper per potentiam generatiuam, & postmodum fit corpus organicum in matrice, ita quod anima illa sensibilis, quæ erat in potentia, educitur ad actum per uirtutem agentis particularis, & per adiutorium corporis cœlestis: sic etiam in proposito intelligendum est, quod cum in terra ista esset aliquo modo seminario illud concurrētibus elementis, & adiuuante corpore cœlesti, ut

generetur calor uiuificus, fit quoddam semen; ita quod potētia illa actiua, quæ prius latebat, adiuta ex actione cœlestis corporis proficit, & uenit ad perfectionem, & complementum: ita quod nec cœlum, nec motor cœli dat sibi formam ultimam: sed solum adiuuat, & excitat, ut proficiendo ad speciem completam perueniat. Et per hunc modum intelligendum est etiam in aliis terra nascentibus. Et si tu obicias, quod anima, quæ est in potentia non habet speciem, nec actum completum a se, nec potest habere ab aliquo, quod non sit ita nobile: sicut ipsa, & nullū tale est corporale. Dicendum, quod esse talis speciei est in materia: sed in potentia illa essentia est ita determinata ad formam talis speciei producendam, quod non potest ex illa essentia sine ratione seminali alia educi, & cum in actum educta est, habet esse, & habet tale esse. Quod autem sit actu, hoc habet ab extrinseco agente, quod erat ens in actu, & quantum ad hoc nobilius est ipsa, quæ erat in potentia. Quod autem sit talis speciei, hoc habet ab eo primo, qui huius formæ essentiam indidit materiæ, alioquin nunquam natura ipsam ad esse produceret, nisi Deus ipsam materiæ indidisset: sicut supra ostensum fuit Distin. 8. & ideo non oportet, quod educens illā formam in actum sit nobilius illa forma educta: & huius exemplum in multis potest poni; sicut in mineralibus, & in multis terra nascentibus. Et per hoc patet responsio ad duo sequentia: nam quod obicitur de diui-

sione corporis annulosi, iā apertum est: quia enim corpus annulosum est modicæ organizationis, & quasi consimilis in partibus, & in toto: ideo in qualibet sui parte est anima in proxima sui dispositione ad hoc, quod sit in actu: & ideo facta diuisione uirtute prioris formæ, & beneficio corporis cœlestis subito inducitur forma. Plures autem, sunt modi alii dicēdi circa hoc. Quidam enim dicunt, quod anima multiplicatur, cum sit spiritualis: sicut punctus ad diuisionem lineæ, & species ad diuisionem speculi: ueruntamē in neutro horum intelligendum est, quod illud idē, quod fuit unū, fiat plura: & ideo præcedens uia est magis plana. Ad ultimum similiter patet responsio: quod cum animal generetur ab animali per propagationem, & si non decidatur anima ab anima: sicut corpus deciditur a corpore: quia non est anima diuisibilis, ut corpora: deciduntur tamē cum ipso corpore spiritus & calores, & uirtus etiam animalis, quæ adiuuat cum uirtute matris continentis, ut illa potentia actiua, quæ erat in humore seminario, ad actum completum perueniat: & ex hoc non sequitur, quod anima perducatur ad aliam animam ex nihilo: nec quod producat ex alia materia, nec etiam, quod producat ex se ipsa.

QVAESTIO II.

An corpora animalium ex omnibus quatuor elementis composita sint, uel ex uno tantum?

VTRVM corpora animalium composita sint ex quatuor elementis, an ex uno. Et quod

ex

ex uno, uidetur Primo per scripturam, quæ dicit. Producant aquæ reptile, &c. similiter, producat terra animam uiuentem: si igitur scriptura sufficienter exprimit animalium materiam, cū non exprimat nisi simplicia elementa, patet &c. **ITEM.** Forma debet proportionari materiæ, ergo corpus animæ: sed forma animalium est simplex, ergo corpora dnt esse simplicia: ergo non sunt ex quatuor elementis: ergo &c. **ITEM.** Quanto aliqd ad naturā cōpositionis magis accedit, tanto minus est perfectū, q. n. simplicius est, potentius est, & perfectius. si igitur anima sensibilis est forma ualde potens, & nobilis: ergo debet esse perfectio corporis simplicis, & non pmissi ex quatuor elementis. **ITEM.** Corpora ad ornatū cœli spectantia non sunt facta de alia materia, quam cœlū, quod ornāt: ergo pari rōne, si quædam animalia ornant terram, & quædam aquas, quædam sunt ex sola terra, & quædam ex sola aqua. **ITEM.** Si corpora animalium constant ex.iiii. elementis, tunc uidetur, quod cum elementa sphaeras habeant distinctas, quod elementa constituenta corpus animalis sint in unum iuncta per uolentiam: si ergo uolentia est cōtra naturam, cōstitutio cuiuslibet corporis animalis est contra naturam, quod est inconueniens. **ITEM.** Ex eisdem animalia sunt producta tunc, ex quibus producantur nunc: sed nunc non possunt elementa uirtute naturæ coadunari: ergo non possunt corpora animalium ex quatuor elementis produci. Maior pro-

positio per se manifesta est. Minor probatur, quia non est in potestate naturæ ignem facere descendere: si enim descenderet, cum medium interstitium aeris sit frigidissimum, necessario haberet ibi estingui, & alia plura sequerentur inconuenientia: ergo &c.

AD oppositum arguitur sic. Sensus est operatio animæ in corpore secundum conformitatem organi ad obiectū, sed quodlibet animal habet tactum, qui est perceptibilis. iiii. qualitatū, qui radicitur in iiii. elementis: ergo quodlibet animal constat ex quatuor elementis. **ITEM.** Omne animal aliquo motu est mobile, uel progressiuo, uel cōstrictiuo, uel dilatatiuo: sed nullum elementum de se est sic mobile: ergo necesse est animal cōstare ex pluribus elementis.

ITEM. Quanto forma est spiritualior, tātō est plurium operationum principium: sed anima sensibilis est forma ualde spiritualis: ergo est principium multiplicitatis operationis: sed corpus datur est ad subministrandū ei: ergo necesse est, quod corpus sit aptum, & idoneum ad diuersas operationes: sed non est aptum ad diuersas operationes, nisi per diuersas uirtutes, nec ad diuersas uirtutes, nisi per diuersas naturas, nec hēt diuersas naturas, nisi quia ex diuersis est compositum: ergo &c. **ITEM.** Quāto forma posterior, & ulterior: tanto nobilior: pro eo quod anteriora sunt materialia respectu posteriorum, ergo nobilior est forma misti, quam forma elementis: si ergo anima sensibilis,

cum

eum sit forma nobilis, debet habere corpus nobile: ergo corpus animalis nō tantum est corpus simplex, sed constat ex diuersis elementis.

RESOLVTIO.

Ex omnibus profecto: ut & ad sensum, & ad motum, & ad operationum multipliciter idonea sint: habeantq; in se ipsis completionis dignitatem.

RESPONDEO. Dicendū, quod absque dubio corpora animalium habent in se naturam. iiii. elementorum (sicut ostensum est per. iiii. rationes) tum propter hoc, quod sint idonea ad sensum. tū propter hoc, ut sint idonea ad motum; tū propter hoc, ut sint idonea ad multipliciter operationis: tum propter hoc ut in se habeant dignitatem completionis, quæ omnia competunt illi corpori, quod perficitur anima sensibili: & propter hoc dicitur habere aliquem gradum perfectum mistionis, ubi non tantū fit mistio, sed etiam completio: perfecta autem mistio non est quousque concurrant quatuor elementa. Aqua enim, cū sit subtilior terra in decupla proportione, penetrat partes terræ: sed non perfecte: pro eo quod aliquam habeat grossiciem. Aer uero qui est subtilior in centupla proportione, adhuc itimius se profundat: sed ignis, qui est subtilior, & rarior in milesima proportione, subtilitate sua penetrat usque ad intima: & sic fit alteratio plena usque ad minima, & mistio perfecta, quia miscibilia sunt perfecte alterata, & sic patet quod taliter debent componi corpora perficienda ab ani-

ma sensibili.

AD ILLVD uero, quod obiicitur de auctoritate Gen. Dicendum, quod illud dictum est per quandam prædominantiam, siue appropriationem, sicut melius patebit infra. AD ILLVD, quod obiicitur, quod forma debet proportionari materię. Dicendum, quod uerum est in conditionibus, quæ competunt magis ipsi formæ: anima autem cū sit simplex in substantia multiplex ex est in uirtute: & ideo nō competit, ut corpus ei assimiletur in simplicitate, pro eo quod simplicitas corporalis repugnat multipliciter uirtutis, & per hoc patet solutio. AD ILLVD, quod tertio obiicitur, quod quāto aliquid compositius, tūto minus perfectum. Dicendum, quod & si hoc habeat ueritatem in spiritibus, quorum perfectio attenditur per accessum ad summe simplex, non tamen habet ueritatem in corporibus, in quibus magnificatur uirtus ex partium magnitudine, sicut magis urit magnus ignis, quā paruus, & plurificatur ex partium multitudine, sicut maioris uirtutis est Syrupus compositus, quam liquor impermixtus: & ideo homo, qui inter cetera animalia est perfectissimus: inter cetera est compositissimus, sicut planius uidebitur inferius. AD ILLVD, quod obiicitur de corporibus ornantibus cælum. Dicendum, quod nō est simile, quia illa nec propriis motibus mouentur, nec in spiritibus formis perficiuntur, quibus debeat multipliciter operationum, uel diuersitas partium componentium, & organorum;

norum, sicut ponitur in animalibus. AD ILLVD, quod obiicitur, quod sit elementorum uolentatio. Dicendum, quod non est intelligendum, quod dominus in primordio, cum corpora animalium composuit, elementa ex diuersis sphaeris concurrere fecerit: hoc enim non oportebat, tum quia tam aqua, quam terra non sunt elementa pura, sed aliis permixta secundū eam partem, scđm quam facta sunt ex eis animalia: tum etiam, quia si essent pura, & simplicia in uno elemento sunt cætera in potentia, & ex uno pāt fieri omnia si ad sit uirtus alterans, & actiua si ne aliqua mutatione locali: ac per hoc sine aliqua uolentatione. ERPER hoc patet responsio ad ultimum, quia similiter quando fit mistio elementorum, natura nō facit ignem, qui sursum est descendere, uel aerem: sed eū ignē, uel aerē qui uel est in terra, uel generatur per actionē alicuius agentis, facit uenire ad constitutionem animalis: & hoc quidem fit per naturam, non per uolentiam, quia enim natura (scđm quod dicit philosophus) semper desiderat quod melius est, materia, quæ est sub forma elementari appetit esse sub forma misti, & quæ est sub forma misti appetit esse sub forma completionis: ideo cum ex diuersis elementis sit mistio in unū, appetitus materię, uel naturæ completur, & uolentia non infertur.

QVAESTIO III.

An corpora animalium ex actiuis magis, uel passiuis lenētis cōstent?

VTVM corpora animalium magis continentur ex elemen-

atis passiuis, quā actiuis: an eō uerso. Et quod magis ex elementis passiuis, illud uidetur per scripturam, quæ dicit, ea facta ex terra, & aqua: hoc autem non est dictū, quod quodlibet illorū elementorum sit aliorum animalium sensibilibus tota materia: ergo dictum est per prædominantiam. ITEM. Sicut uult philosophus, ex eisdem constant animalia, ex quibus nutriunt: sed animalia maxime nutriuntur ex aqua, & terra per cibum, & potum: ergo &c. ITEM. Ex eis maxime constituuntur corpora, in quibus magis requiescunt, quia quies attenditur penes appetitū, & appetitus intentio penes quātitatem prædominantis: si ergo omnia animalia maxime requiescunt in aqua, uel in terra, uidetur, quod ex eis maxime sint constituta. ITEM. In compositione corporis animalis membra officinalia fiunt ex consimilibus, & consimilia ex humoribus: sed in humoribus maxime dominatur natura aquea, & in membris solidis maxime dominatur terra: ergo si elementa non ueniunt ad cōstitutionem corporis animalis, nisi per humores, & membra uidetur quod omnia animalia ex his duobus elementis maxime sint constituta. AD OPPOSITVM arguitur sic. Sicut philosophus uult, uita maxime est per calidum, & humidum: ergo si omnia animalia uiuunt, in eis abundat, & prædominatur calidum, & humidum: ergo illud elementum, cui hæc principaliter insunt: hoc autem elementum est actiuū scilicet aer: ergo &c. ITEM. Sicut uult Aug. super Gene. ad

Ex. 1. cel. 21. & 2. de gener. 50. & 2. de Anima 45.

Ex lib. de longitud. & breuitate uite. uid. eb 2. de partibus animal. mal. cap. 3. lit. &c.

ait. & 54. de anima, & spiritu, lux est id, quo mediante corpus unitur animæ, & anima regit corpus: ergo si lux præcipue reperitur in igne, uidetur, quod in corpore cuiuslibet animalis natura ignis debet prædominari. ITEM. Anima sensitiua sicut est principium sensus, ita est principium motus: ergo animalium corpora non tantum ad sensum, sed etiam ad motum debent esse habilia; sed elementa grauiora sunt minime ad motum habilia, & hæc sunt elementa passiuia: ergo uidetur, quod animalium corpora magis consent ex actiuis, quàm passiuis. ITEM. Nobili perfectioni debet respondere nobile perfectibile: sed anima sensibilis est perfectio ualde nobilis: ergo corpus illius maxime ex his debet elementis constitui, quæ sunt nobiliora inter corpora simplicia: hæc autem sunt elementa actiua, non passiuia: ergo, &c. SI TV dicas ad hoc: quod animalium corpora plus constituuntur ex elementis actiuis, quàm passiuis secundum quantitatem uirtutis, non molis. Obijcitur contra hoc, quia motus sequitur naturam prædominantis secundum quantitatem: sed auemouentur sursum: ergo uidetur quod in eis secundum quantitatem prædominantur elementa, quæ sunt nata ferri sursum: hæc autem sunt actiua, non passiuia, ut ignis, & aer: ergo &c. ITEM. Volatilia sunt ad ornatum aeris: sed ornatu proprie, & debite collocatur in eo, quod ornatur: nullum autem corpus proprie, & debite ordinatur in aere, nisi in quo dominantur elementa actiua: ergo si animalia corpora ibi ordinantur, ut ipsam ornantia, uidetur, quod in eis præ-

dominantur actiua elementa: quod si non proprie ibi locantur, quia ibi non requiescunt, sed magis in terra, uidetur quod potius debeant dici uolatilia ad ornatum terræ, quàm aeris, cui scriptura contradicit.

RESOLVTIO.

Quò ad molis quantitatem, passiuia magis quàm actiua elementa animalium corporibus dominantur. Quò uero ad uirtutis quantitatem, econtra.

RESPON. Dicendum, quod secundum quod duplex est quantitas, uidelicet molis, & uirtutis: secundum hoc potest dupliciter attendi elementorum prædominantia, uidelicet quantum ad molem, & quantum ad uirtutem. Si enim loquamur de prædominantia quantum ad molem, sic in corporibus animalium prædominantur elementa passiuia, & ideo ex eis maxime dicuntur esse facta. Si autem loquamur quantum ad quantitatem uirtutis, cum corpus complexionatum sit natum regi ab anima mediantibus elementis actiuis, sic prædominantur in eis elementa actiua. Ratio autem huius, scilicet quod elementa actiua, & passiuia secundum hanc duplicem quantitatem uirtutis, scilicet & molis uicissim prædominantur, sumitur ex parte finis: finis enim imponit necessitatem his, quæ sunt ad finem: finis autem corporis complexionati anima est, in quantum dat ei uitam, & sensum, & motum: ad uitam autem corpus illud non esset habile, si prædominantur ibi elementa passiuia, quantum ad quantitatem, & uirtutem propter suam grossitatem, & soliditatem, sicut sunt corpora mineralia. Similiter non esset habile si prædominantur ei ele-

menta actiua, quantum ad uirtutem, & molem: quia statim consumerentur elementa passiuia: nec esset, quod posset vegetari ab anima; & ita oportuit, quod ex quadam mutua prædominantia cõsurgeret quædam mutua proportio, & concordia, ex qua corpus illud esset aptum ad uitam suscipiendam, & animam, quæ est quasi quædam harmonia ad sensum. Similiter idoneum non esset ad sensum, nisi prædominaretur natura elementi passiuo quantum ad molem, quia tactus est primus inter omnes sensus animalis, in quo sensu prædominatur terra: & ita si non prædominaretur terra in corpore, non esset idoneum ad tactum: ergo nec ad aliquem sensum. Similiter oportet, quod ad hoc, quod sit idoneum ad sensum, prædominetur in eo ignis, quantum ad uirtutem siue calorem: calor enim, & spiritus sunt instrumenta uirtutis sensitiuæ. Et hoc est quod dicit Augustinus super Genesim ad li. iii. Tactus, qui est quintus in sensibus, terreno elemento magis congruit, perinde prout totum corpus animantis, quod maximè ex terra est, tactu sentiuntur: & post anima cui sentiendi uis est (cum corporea non sit) per subtilius corpus agitat uigorem sentiendi: inchoat namque motum in omnibus sensibus per subtilitatem ignis. Et ita ex hoc patet, quod ad hoc, quod corpus sit idoneum ad sensum, necesse est actiuorum elementorum, & passiuorum esse mutuum prædominium. Similiter ad hoc, quod sit idoneum ad motum, nec esse est quod elementa actiua uirtua-

liter prædominantur, mediantibus quibus animæ uis motiua ad membra pertingat: necesse est etiam, quod dominantur passiuia secundum quantitatem molis, ex quibus constituuntur membra solida ad mouendum idonea. Et hoc est, quod dicit Augustinus iii. super Genesim ad li. Ignis omnia penetrat, ut motum in eis faciat. Et post. Ideo autem caloris priuationis, cum corpus nimis frigescit, obtunditur sensus; quia motus pigrescit, quod ex calore inest corpori: sic igitur propter motum necesse est esse mutuum actiuorum, & passiuorum elementorum in corpore animalis prædominantiam, ut membra sint mobilia, ita quod uigorem habeant, & agilitatem ex aere, & igne: soliditatem uero habeant ex dominio aque, & terræ secundum quantitatem. Aqua igitur, & terra in omnibus animalibus secundum quantitatem molis prædominantur. Sicut enim aliquis artifex, miscendo terram cum aqua, facit lutum, & ex illo componit statuas: sic dum liquor aqueus terræ miscetur, fit humor: & dum ille coagulatur per naturam, fit corpus organicum. Dupliciter autem potest intelligi hæc commixtio: aut ita, quod aquæ præexistenti fluxibili immisceatur terra: aut econtra, ut terra primum sit quasi arida, & ad suarum partium continuationem commisceatur aqua. Et his duobus modis producta sunt animalium corpora: & ideo quædam dicuntur esse ex aquis, quædam ex terra facta. Hoc autem non est dictum, quia illa, quæ facta sunt ex a-

quis, plus habeant de aqua, quã tum ad substantiã, quam de terra, cum omne corpus animantis ad sui constitutionem plus recipiat de terra, quantum ad substantiã, tum propter hoc, quod ipsa est, quæ præbet aliis soliditatem, & stabilitatem, tum etiã, quia ipsa habet parũ de specie, & multum de materia: Sed quod dictum est aliqua ex aqua esse facta, hoc est, quia magis in eis, quam in aliis dominatur natura aquea, hoc autem dico, non quantum ad prædominium actiuae qualitatis, uel passiuae, sed quantum ad aliquam conformitatem naturæ, per quã illa, quæ ex aqua producta sunt, in aquis magis delectantur esse. Et quoniam humor aqueus est in duplici differentia, uidelicet in ratione humoris fluctuantis, & in ratione uaporis exhalantis: ideo aqua est principium duplicis generis animalium. scilicet natatiliũ, & uolatiliũ. Natatiliũ secundum rationem humoris: & ideo illa remanserunt in aquis. Volatiliũ ratione uaporis: & ideo cum ille uapor sit cõmixtus aeri, & feratur sursum, uolatilia in aere subleuantur: & eousque possunt ascendere, quouque inueniant aerem humidis exhalationibus pinguescentem. Et hoc est, quod dicit August. iii. super Gen. ad lit. Iste inferior aer, qui excipit exhalationes humidas maris & terræ, & ad aues sustinet quodammodo crassatur, non nisi ex aquis accepit animalia. Quod enim eius humidum est, hoc portat alitum corpora, quæ ita utuntur pennis uolantes, quemadmodum pisces qui-

busdam suis alis natantes: perinde scienter spiritus Dei ex aquis dicit esse producta uolatilia. Aqua enim natura bipartitum locum sortita est, inferiorem. scilicet in unda labili, superiorem uero in aura stabili, illum deputatũ natantibus, istum uolantibus: sic hoc elemento congrue etiam duos sensus animalibus datos uidemus, olfactum explorandis uaporibus, gustum explorandis liquoribus.

Ex prædictis igitur patet responsio ad quæstionem propositam, patet etiam responsio ad obiecta, quia in corporibus animalium prædominantur elementa passiuã, quantum ad quantitatem molis, sicut ostendunt rationes ad partem primam inductæ: prædominantur nihilominus & actiua, quantum ad quantitatem uirtutis, sicut ostendunt rationes quatuor in contrariũ adductæ.

AD ILLVD uero, quod obiicitur quinto, quod in uolatilibus prædominetur aer secundum quantitatem, quia aer mouetur sursum. Dicendum, quod cum dicitur, quod motus sequitur naturam prædominantis, hoc uerum est: de motu naturali, qui debetur corpori ratione sui ponderis: non tamen est uerum de motu animalis, qui est de uirtute ipsius animæ: corpora autem auium naturæ suæ relicta nunquã ascendunt in aera, sed descendunt ad terram: quod autem ascendant hoc est per uim animæ suffragantibus sibi pennis, & spiritibus interioribus, & uaporibus in aere eleuatis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod aues ornant aera. Dicendum, quod non dicuntur ornare aera,

ra, quia ibi magis quiescãt, quã in terra: hoc enim est falsum: in terra enim quiescunt, & ab ea recipiunt alimentum: sed ratio huius est, quia auium actus est motus maximè in uolatu, & quia illum exercet in aera: ideo dicuntur aera decorare, & ornare: potissimum enim actum suũ ibi exercent.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An omnia sensibilia propter hominem facta sint?



CONSEQUENTER quæritur, quo ordine animalia sunt producta. Et circa hoc quæritur tria. Primò, quæritur de ordine productionis ex parte finis. Secundò, ex parte temporis. Tertio, uero ex parte productionis, & quietis.

VTVM omnia sensibilia facta sint propter hominem. Et quod sic, uidetur. Primò per scripturam Gen. i. Dominamini piscibus maris, & uolatilibus celi, &c. Et post Gen. ix. Omnes pisces maris manui nostræ traditi sunt, & omne, quod mouetur, & uiuit: ergo omnia ad utilitatem hominis facta sunt. I T E M. Apostolus I. Corint. iii. Omnia nostra sunt, hoc dicit uiris iustus: ergo propter uiros iustos omnia quæcunque facta sunt, sunt producta: ergo & animalia sensibilia. I T E M. Philosophus. Homo est finis quodammodo omnium eorum, quæ sunt: ergo & sensibilia. I T E M. Omnia bonum optant, non quod cumque, sed summũ (sicut uult Dionysius, & Philosophus) sed

inter creaturas inferiores solus homo natus est immediatè ad Deũ pertingere: ergo aliæ creaturæ ordinantur in finem mediante homine: sed quod in finem ordinatur alio mediante, est propter illud: ergo omnia sensibilia facta sunt propter hominem.

SED CONTRA. Tantæ dignitatis est esse rerum finem, sicut esse principium: sensibiliũ animarum solus Deus fuit principium, ita quod non homo: ergo eorundem finis est non homo, sed Deus. I T E M. Quædam sunt animalia, quæ non ualent homini, nisi ad esum, quædam non ualent, nisi ad uestimentũ: sed si homo stetisset, his non indignisset: ergo huiusmodi animalia, aut facta essent frustra, aut non sunt facta propter hominem. S I T V dicas, quod Deus ea fecit, quia præuidit hominem esse lapsurũ, tunc uidetur quod in uoluntate hominis, & potestate consisteret, utrum illa animalia frustra essent, quod falsum est. I T E M. Si animalia facta sunt propter hominẽ: ergo nulla debet esse facta contra hominem: sed multæ bestię homini sunt nociuæ: ergo non debuerunt fieri in primaria rerum cõditione, aut certè frustra factæ sunt. S I T V dicas, quod bestię non possent nocere, si homo non peccasset: tunc uidetur, quod post peccatum hominis sit noua potentia eis tradita. I T E M. Si animalia facta sũt propter habitationem hominis decorandã, cum in statu innocentie non deberet habitatio scædari, uidetur quod non debuerunt corrupti-

Dionys.
de Diuis.
no p. 4.
cap. 4.
Arist. 1.
Ethico.
cap. 1.

2. Phy
24.

bilis animalia fieri, quæ suis corruptionibus, & exhalationibus inficerent aerem. Si r v dicas, quod non corrumpentur, hoc est contra Aug. super Gene. ad lit. Lib. iii. qui dicit tunc facta esse animalia viuentia de rapina. Ait enim sic, Quædam refectio nē corporis sui ex aliorum quæ-
runt corporibus: vbi loquitur de bestiis. I T E M. Quicquid sit de hoc, siue moriantur, siue non moriatur, uidetur quod animalia quæ alia deuorant, hominis habitationem de honestet, cum ea destruant, quæ ad ipsius faciunt decorem, & ornatum.

RESOLVTIO.

Homo animantium omnium finis est, non principalis, aut ultimus, sed finis sub fine

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod finis, ad quem res ordinantur, duplex est. Quidam enim est finis principalis, & ultimus: quidam est finis sub fine. Si primo modo loquimur de fine, sic omnium creaturarum tam rationalium quæ irrationalium finis est Deus, quia omnia propter semetipsum creauit altissimus, omnia enim fecit ad laudem suæ bonitatis. Si autem loquamur de fine non principali, qui est finis, quodammodo, & finis sub fine, sic omnia sensibilia alia facta sunt propter hominem. Et hoc insinuat Philosophus cum dicit. Sumus finis nos quodammodo omnium eorum, quæ sunt. Insinuat etiam scriptura multo excellentius, cum dicit. Faciamus hominem ad imaginem, & sim. no. & præsit pilmaris, &c. quia enim homo ra-

tionis capax est: ideo habet libertatem arbitrii, & natus est piscibus dominari: quia uero per similitudinem natus est in Deum tendere immediatè, ideo omnes creaturæ irrationales ad ipsum ordinantur, ut mediante ipso in finem ultimum perducantur. Et sic concedendæ sunt rationes ostendentes animalia propter hominem facta esse.

AD dissolutionem autem rationum, quæ inducuntur in contrarium notandum est, quod aliter ordinantur animalia ad hominem secundum statum innocentiae, aliter secundum statum naturæ lapsæ. Secundum statum innocentiae ordinantur ad hominem secundum rationem quadruplicem. Prima ratio est ad manifestandum eius imperium, quod manifestarent, dum ei per omnia obedirent. Secunda ad decorandum hominis habitaculum: per pulchrum enim erat habitaculum hominis animalium multiplicatione, non solum arborum decorari. Tertia ad excitandum hominis sensum, ut in ipsorum animalium naturis diuersis videret homo multiformitatem sapientiae conditoris. Quarta ad moderandum eius affectum, ut dum homo uideret animalia secundum rectitudinem suæ naturæ currere, & amare illud, ad quod naturaliter facta sunt, ex hoc excitaretur ad amandum Deum. Et propter has rationes non solum modo fecit Deus iumenta, sed etiam bestias, & pecora: omnia enim faciunt ad hominis utilitatem secundum rationes prædictas. Secundum statum naturæ lapsæ ordinantur ista animalia ad utilitatem

hominis

hominis: sed aliter bestiae, & aliter iumenta, & pecora. Iumenta enim & pecora ordinantur ad releuandum hominis indigentiam quantum ad cibum, & quantum ad uestimentum, & quantum ad obsequium, sicut sunt equi, & asini, & quantum ad solatium, sicut quaedam aues, & catuli, & similia: & sic facta sunt propter hominem ratione quadruplici. Similiter animalia siue bestiae noxiae ordinantur ad hominem secundum quadruplicem rationem, & utilitatem, quam ponit Aug. super Gene. ad lit. Lib. iii. dicit enim quod aut penaliter ledunt, aut salubriter exercent, aut utiliter probant, aut ignoranter docent. Et sic patet, quod tam bestiae quam reptilia, & iumenta facta sunt propter hominem, siue in statu innocentiae, siue in statu naturæ lapsæ. Planum est etiam per hoc illud, quod obiicitur in contrarium.

AD illud enim, quod obiicitur, quod esse finem est magnæ dignitatis. Dicendum, quod uerum est de fine principali, quæ est finis carens fine: non autem est uerum de fine, qui est finis quodammodo. AD illud, quod obiicitur, de animalibus non ualentibus ad esum & uestitum. Responderi potest, quod illa fecit Deus, quia præuidit hominem lapsurum: esto tamen quod non laberetur, non tamen esset frustra, haberent enim præter releuationem indigentiae quadruplicem utilitatem, sicut determinatum est supra. AD illud, quod obiicitur de bestiis, quæ sunt contra hominem. Dicendum, quod hominem stare, nulla animalia ipsū

offenderent, sed omnia sibi mansuetata essent, sicut aliquando diuino imperio fere crudelissimæ sanctis Dei mansuetæ factæ sunt, ut leones Danieli: quod autem nocent, uel offendant, hoc est propter nouam potentiam datam, sed propter dignitatis præsentiam ab homine amissam: unde sicut oculus sanus a sole non læditur, sed cum efficitur lippus statim offenditur, non propter mutationem factam in sole, sed in oculo: sic & in proposito intelligi potest. AD illud, quod obiicitur, quod hominem stante, non debent fieri animalia mortalia. Dicendum, quod sicut animalia sua uita habitationem hominis decorant, & ornant: sic etiam morte sua ex successione faciunt ad uniuersam decorationem: & sicut animalia se inuicem iuuantia sunt ratio sapientiae excogitandæ, sic etiam animalia sese offendentia, & de carnibus aliorum animalium nutrimentum sumentia, quia illa corruptio aerem hominis non inficeret, quod quæ eius odoratum offenderet: sed potius quadam successione, & ordine, dum animalia sibi succederent uniuersum decorarent, tanquam pulcherrimum carmen, in quo syllabæ. Similiter dum bestia aliud animal comedendo occideret, in hominis habitatione discordiam non faceret, sed potius occasionem eruditionis homini præberet. Et hoc est, quod dicit Augustinus iii. super Genesis ad lit. Nimirum alia bestia cibi sunt aliorum: nec recte possumus dicere, quod non essent alia, quibus alia uescerentur, habent enim omnia

quamdiu sunt, mensuras, numeros, & ordines suos, quæ cuncta merito considerata laudantur, nec sine occulta (pro suo genere) moderatione pulchritudinis temporalis ex alio in aliud transeundo mutantur: & certè omnibus talibus inferioris creaturæ motibus præbentur homini salubres admonitiones, deinde planius exemplificat. Ex his patet responsio ad objecta.

QVÆSTIO II.

An congruo ordine produxerit Deus res sensibiles?

DE ordine productionis sensibilium, quantum est ex parte temporis. Et dicit scriptura, quod volatilia, & natatilia facta sunt in vno die. scilicet quinto: gressibilia verò cum homine facta sunt die altero. scilicet sexto. Contra istum ordinem obiicitur sic. Primo ex parte ipsorum animalium sensibilium in se. Secundo verò in comparatione ad hominem. Contra primum obiicitur sic. Vno die fuerunt omnia elementa distincta, non solum aer, & ignis, sed etiam aqua, & terra: igitur paritate a summo opifice debet fuisse ordinata: igitur in vno die debuit fieri ornatus aeris, & aquæ, & terræ. **ITEM.** Distinctio dierum fit penes diuersitatem operationum: ergo si tria sunt elementa, quæ ornantur ex animalibus: & tria sunt genera animalium, scilicet volatilia, & natatilia, & gressibilia: videtur, quod produci debuerunt saltem in tribus diebus. **ITEM.** Terra prior omnibus producta est: ergo prior omnibus debet esse ornata: ergo animalia, quæ terram ornant prius produci debuerunt, quam illa,

quæ ornant aquam, vel aerem. **ITEM.** Cum producuntur animalia ornata elementa, aut producuntur secundum ordinem dignitatis, ut incipiatur a supremo: aut secundum ordinem ascensionis, ut incipiatur ab infimo. Si primo modo: ergo deberet prius fieri ornatus ignis, quam aeris. Si secundo modo: ergo prius deberet fieri ornatus terræ quam aquæ, quorum utrumque repugnat Sacrae scripturæ, & ordinationi productionis prius determinatæ, quantum ad productionem ipsorum animalium. **ITEM.** Obiicitur contra ordinem productionis animalium in comparatione ad hominem. Homo enim plus conuenit cum angelis, quam cum bestiis. Ergo magis debuit produci eodem die cum angelis, quam eodem die cum bestiis: ergo productio hominis, & bestiarum non rectè facta est in eodem die. **ITEM.** Plus conuenit irrationale cum irrationali, quam cum homine, siue rationali: ergo magis competens fuit in eodem die producere omnia animalia irrationabilia, quam simul producere hominem, & bruta. **ITEM.** Principalis opus diei debet primo fieri: sed homo principalis opus fuit diei sexti: ergo debuit ante fieri, quam fierent sensibilia, siue bruta, quod est contra ordinem Sacrae scripturæ. **ITEM.** Posterius magis indiget priori, quam e converso: sed bruta animalia magis indigebant homine, quam homo indigeret eis secundum illud statum: ergo ante debebat homo produci, quam illa in esse prodirent.

RE-

RESOLVTIO.

Quemcumque ordinem attendamus, aut distinctionis diei a die, aut perfectionis rerum in se: semper Deum congruentissimo ordine processisse comperiemus.

RESPONDEO. Dicendum, quod in productione sensibilium duplex attenditur ordo, vnus scilicet secundum distinctionem diei a die, alius scilicet secundum ordinem eorum, quæ eodem die producta sunt. Primus autem ordo attenditur secundum exigentiam finis, & materię: & quia volatilia, & natatilia ex aqua producta sunt (prout aqua communiter accipitur ad humorē, & vaporem) & sunt ad ornatum naturæ perspicuæ: ideo Sacra scriptura dicit ea esse facta vno die. Quia verò gressibilia non solum rationalia: sed irrationalia ad ornamentum terræ spectant, & ex eadem materia sunt producta, scilicet terra: ideo non eodem die: sed alio a prædictis facta sunt: ita quod sicut vno die ornata est natura celestis, scilicet quarto: sic vno die ornatur natura elementaris perspicui, scilicet quinto, & alio terra, scilicet sexto: & sicut natura celestis præcedit elementarem perspicuam, & perspicua opacam: sic naturarum harum ornamenta sunt ordine temporis correspondente producta. Secundus autem ordo, qui est inter ea, quæ producta sunt eodem die, attenditur secundum præcellentiam perfectionis naturæ: prius enim producitur, quod imperfectum est, & deinde, quod perfectum: quia is est ordo, ut a magis completo perueniatur ad minus completum: & ideo scri-

ptura prius dicit esse producta natatilia die quinto, quæ sunt minus perfecta, quam volatilia: & similiter in sexto die prius dicit esse producta irrationabilia, quam homo, quamuis multiplex possit assignari ratio, quare homo post creaturas est productus. **O**CCVRRIT autem triplex ratio ad præsens, quare post omnia productus est homo, scilicet per partium corporis multitudinē, propter animæ, & corporis distantiam, & propter totius compositi perfectionē. Propter partium corporis multitudinem debuit homo ultimo produci: cum enim corpus eius sit completissimum inter cetera corpora, & quanto aliquid completius tanto posterius, post omnia producendus erat. Propter animæ, & corporis distantiam debuit fieri post cetera: quia enim distat anima a corpore, & non solum sicut forma a materia: sed etiam sicut spirituale a corporali, & sicut perpetuum a corruptibili: ideo magna distantia temporis debuit interuenire inter productionem hominis quantum ad materiale principium, & coniunctionem suarum partium, ut per distantiam temporis intelligeretur distantia principiorum constitutum. Et propter totius compositi perfectionem post cetera debuit homo produci: quia homo sua dignitate, & complemento finis est omnium corporalium: ideo post omnia erat producendus, ut sua productione finiret, & compleret omnia præcedentia, tanquam finis complet, quod ad ipsum ordinari habet: & sic patet, quod diuina sapientia in pro-

Hh 4 ductio

ductione sensibiliū seruauit ordinem conuenientissimum.

AD ILLVD, qđ primo obiicitur, qđ elementa simul sunt distincta. Dicendum, qđ non est simile: quia distinctio non est in uno elemento nisi respectu alterius: ideo non potest unum elementum distingui ab alio, quin alterū distinguatur ab eo: nō sic autem est in ornatu: ornatus. n. unius elementi non necessario respicit alterū. AD ILLVD, qđ obiicitur, qđ tria sunt elementa, quæ ornantur: ergo &c. Dicendum, qđ & si tria sint: ornatus tamen duorū. s. aeris, & aquæ non respicit illa, ut duo sunt: sed ut in vno cōicāt. s. in natura aquea: sicut supra determinatum est: & ideo duorū ornatus ad eandē diē spectat, & productio animalū, quæ illa duo elemēta ornāt, in uno diē ē facta. AD ILLVD, qđ obiicitur, quod terra prior est producta. Dicendū, qđ falsū est: nam in principio Gen. terra non accipitur pro elemento: sed pro materia. AD ILLVD, quod obiicitur de igne, qđ quia est p̄cipuus inter elementa, deberet prius ornari. Dicendū est, qđ p̄p̄ qualitē actiuam non possunt in eo uiuere animalia, & p̄pter nimiam distantiam a nobis non essent usui hominis apta, & ideo non determinatur eius ornatus, nec post, nec antea. Terræ uerō ornatus ordinantur postremo, pro eo, qđ ipsa est infima, & obscura: & ideo maiori indiget ornamento: & propter hoc ornatur plantis, & animalibus, & mineralibus: & in eius ornatu consistit totius ornatus cōplementum, quātum ad hominem, qui

est p̄cipuus inter omnia alia animalia. AD ILLVD uerō, qđ obiicitur, qđ homo debuit produci cum angelis, cū quibus magis communicat. Dicendum, qđ & si magis cōicāt, quantum est a parte animæ: non tamen quantum est a parte corporis. Similiter ad sequens. Dicendum est, qđ quamuis gressibilia, & uolantia magis communicent in formali perfectione: non tamen tantum communicant quantum ad elementum, ex quo principaliter constituuntur, & quod ornant, quod quidem est elementum terræ. AD ILLVD, qđ obiicitur, qđ principaliter opus debet esse prius. Dicendum, qđ falsum est: quia in eis, quæ producuntur prius est minus perfectum, quam magis perfectum secundum ordinem generationis, quā uis magis perfectum sit prius secundum ordinem dignitatis. AD ILLVD, quod obiicitur, qđ posterius indiget priori. Dicendum, qđ uerum est, quando aliqua ordinantur, ita qđ inter ea cadit ordo essentialis: quādo uero est ordo solius congruentiæ: sicut in proposito, non est necesse, qđ habeat ueritatem.

QVÆSTIO III.

An Deus postquam animalia produxit, ab omni opere quieuit?

DE ordine productionis animalium ad quietem. Et queritur, utrum Deus postquā animalia produxit, ab omni opere quieuerit. Et qđ sic, uidetur per scripturam. Genes. 2. Requieuit Deus die vii. ab omni opere, qđ pararat: sed animalia producta sunt v. & vi. ergo post eorū productionem sequitur quietatio.

Item

ITEM. Omnis operatio, quæ peruenit ad completionē, hēt quietē subsequēntem: sed productio creaturarū completur in productione animalū, & maximē hominis: ergo uidetur, quod postquā Deus die vi. animalia p̄duxit, qđ deinceps quieuit. **ITEM.** Distinctio dierum est ad nostram instructionem: sed vi. diebus p̄misit Deus hoīes operari, septimo p̄cepit quiescere, & cessare ab oī opere: si ergo illud mādatum rōnem hēt ex primaria rerum conditione, uidetur, qđ animalium productionē subsequēnta fuerit quies. **ITEM.** Oīs creature productio finē hēt, & terminū: ergo similiter dies oīs, in qua aliquid producitur hēt uesperam: sed vii. diei secundum scripturā non assignantur uesperæ: ergo post septimum diem nulla sunt producta, & in vi. die producta sunt animalia: ergo &c.

CONTRA. Io. 5. Pater meus operatur usq; modo, & ego operor: ergo si usq; modo operatus est, uidetur, qđ vii. die nō cessauit ab opere. **ITEM.** vii. dies, aut est nouus dies p̄ter dies p̄cedentes, aut non. Si non: ergo nō dēt alius connumerari. Si sic, & illū fecit Deus: ergo constat, qđ non quieuit ab omni opere, postquā produxit animalia. Si r̄v dicas, quod dies ille non differt a p̄cedentibus, nisi secundum numerum: sed sic differt viii. & ix. & sic deinceps: ergo si septimus numeratur, eadē ratione & octauus deberet numerari. **ITEM.** Requies aut cōnotat aliquē effectum, aut nullum. Si nullum cōnotat: ergo ab æterno quieuit: igitur ante quieuit, quam ali-

quid produceret: ergo penes requiectionem non dēt accipi aliquis dies. Si connotat aliquē effectū, & iste effectus non fuit in diebus p̄cedentibus: ergo aliquid nouum produxit in die 7. non ergo quieuit ab oī opere suo, postquam produxit animalia die vi. **ITEM.** Deus creat quotidie nouas animas, & infundit corporibus, creare autē est opus soli Deo proprium: ergo nō uidetur, qđ ab operatione quieuerit post diem vi. **ITEM.** Animalia quædam producuntur p̄ p̄trefactionem: sed constat, quod illa nō sunt producta in sex diebus, (sicut dicit August. 3. super Gen. ad lit.) & huiusmodi habēt species proprias, & naturas: ergo uidetur, quod post vii. diem nō cessauerit a productione nouarum specierum in genere animalium. **ITEM.** Quædam animalia generantur per commistionem: sicut mulus ex equa, & asino: Hæc autē in sex diebus non fuerunt facta, nec in esse indiuiduali, nec in sua specie: ergo post sextum diē non cessauit a rerum productione, non solum quantum ad indiuidua, sed etiā quantum ad species, & genera.

RESOLVTIO.

Quieuit profectō: sed non quieuit, quæ sit operis cessatio: sed quæ inchoati operis completio fuit.

RESPONDEO. Ad p̄dictorū intelligentiam est notandū, qđ oīs artifex p̄fectus opus inchoat, ut ad p̄fectionē p̄ducatur: & sicut intendit, ita facit, si per omnia sufficientia uirtutis agentis sibi suppetit: cum autem ad p̄fectionē deduxerit, hēt quod intendit.

dit; omne autē operans propter aliquid, obtento eo, propter quā agit, quiescit; omnis igitur agēs perfectus, sic operatur, ut aliquādo quiescat; cum igitur Deus sit agens perfectissimus in producēdo ipsum vniuersum, necesse est ergo ipsum aliquando quiescere; sed cum duplex sit agens, quoddam quod mouetur, & laborat in sua operatione, quoddam uero, quod nec mutatur, nec uariatur; illud, quod primo modo agit quiescit per quietationem, quæ quidem est priuatio motus & laboris; sicut est agēs creatum; illud uero, quod secundo modo agit, & quiescit quietatione, non quæ sit laboris, uel fatigationis priuatio; sed quæ est cessatio ab opere propter ipsius perfectionē; & sic dicitur Deus ab omni opere quiescere, cū uniuersum produxerit ad esse perfectum, & sic quiescit, cum ad perfectum esse deduxit. Propter quā dicitur, quod duplex est perfectio uniuersi, una & præcipua secundum esse permanens, alia est secundum ipsius esse decurrens. Prima attenditur in completa existentia principiorum, & completo numero specierum; quæ quidem species naturam generis participant secundum rectam, & ordinatam intensionem naturæ. Secunda uero perfectio consistit in productione eorum, quæ per tempora decurrunt, & sibiipsis consequenter succedunt, ex cuius successionis ordinatione resultat quædam unitatis plenitudo, & perfectio. Quoniam igitur secundum primam perfectionem Deus uniuersum in sex diebus ad esse produxit, scilicet quā

tum ad completam existentiam principiorum, & quantum ad completum numerum specierum; ideo dicitur quiescere ab omni opere, quod patrarat. Quia uero continue operatur ad rerum successionē per propagationē, & indiuiduorum multiplicationem; ideo dicitur operari usque modo: Et ex his patet responsio ad quæstionem propositam. Cōcedendum est enim, quod ad productionem animalium maximē hominis, secuta est quies in die septimo; non quia facta sit laboris terminatio; sed quia facta est operis inchoati completio; & concedendæ sunt rationes hoc probantes.

AD ILLVD, quod obiicitur in contrarium de Ioan. 5. Pater meus operatur, &c. Iam patet responsio; obiicit enim de illa operatione; quæ spectat ad operationem uniuersi secundum esse decurrens, non secundum esse permanens. AD ILLVD, quod obiicitur, quod fecit diem septimū. Dicendum, quod dies septimus non fuit alius specie a præcedentibus diebus; immo quodammodo iam erat in aliis productus; & ideo ad primum complementum uniuersi nihil addebat ratione sui; & ideo eius productio non repugnabat quieti secundum, quod quies dicitur cessationem a productione eorum, quæ sunt de principali uniuersi constitutione; enumeratur tamen cum prædictis diebus magis, quam dies octauus, uel nonus propter cessationem ab opere constituendi uniuersum, secundum quam non attenditur numeratio dierum, quod non habent terminum; & ideo

septimus

septimus dies non dicitur habere uesperam; nec post illum enumeratur dies nonus; sed fit regressus ad principium, uel primum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod quiescere ab opere, aut connotat effectum aliquem, aut nullum. Dicendum, quod secundum Aug. quiescere dicitur in Deo causaliter, quia facit creaturam spiritualem per completam contemplationem sibi inhærendo quiescere, uel quiescendo sibi inhære. Secundum autem alios sanctos, & uiam communē quiescere dicit effectum, non qui sit in die sabbathi; sed qui præcessit; unde Deus dicitur quiescere ab opere; quia prius fecit, & deinde noua non facit, & propter hoc dicitur cōpleuisse omne opus suum in die septimo; non quia tunc aliquid fecerit, quod fuerit ad completionem; sed quia tunc quiescendo consummatum ostendit. AD ILLVD, quod obiicitur de creatione animarum. Dicendum, quod cum creantur nunc animæ rationales, non creatur noua species, sed nouum indiuiduum; hoc autem indiuiduum non est de constitutione uniuersi primaria; & ideo per quietationem in sabbatho non excludatur animarum creatio. AD ILLVD, quod obiicitur de productione eorum, quæ sunt per putrefactionem, & commissionem, quæ sunt nouæ species. Dicendum, quod tamen illa, quæ generantur per putrefactionē, quæ illa, quæ generantur per diuersarum specierum commissionem, producta sunt in suis principiis, & rationibus seminalibus, quæ uis non sint producta in simili

secundum formam: principia. n. eorum sunt de cōstitutione primaria uniuersi, utpote species completæ, & rationes seminales; sed istarum specierum actualis existentia ad primariam constitutionem uniuersi non spectat; quia species illæ quodammodo sunt degenerantes, & quasi per quandam generationem produci habent; sicut uermes producuntur ex humano corpore per corruptionem aliquam, quæ quidem facit corpus humanū a propria forma degenerare; & ideo non oportuit hæc produci in se, nec in suo simili ad primariam constitutionem uniuersi, nec tamen sunt superflua, quia uniuersum, quantum ad bene esse, aliquo modo decorant. Vnde breuiter notandum, quod eorum, quæ successionē producuntur, quædam fuerunt in prima rerum distinctione producta in simili; sed non in ratione seminali, utpote animæ rationales, quæ scilicet producuntur per creationem; & ideo non habent rationem seminalem; in simili tamen productæ sunt, quædo producta fuit anima Adæ, post cuius productionem non producitur noua species, quamuis producantur noua indiuidua. Quædam sunt, quæ productæ sunt in primis diebus, quantum ad rationē seminalem; sed non in simili; sicut sunt ea, quæ generantur per putrefactionē, & per diuersarum specierum commissionem. Quædam sunt, quæ producta sunt & in ratione seminali, et in simili; sicut plantæ, & bruta animalia, quæ producuntur per propagationē. Et ad hæc tria rerum genera possunt reduci

ci

ei genera omnia, quae fiunt, & pro
pterea non dicitur Deus produ-
cere aliqua de nouo, secundum
quod dicitur Eccl. 1. quod nihil nouum
sub sole; sed dicitur ab omni
opere requiesuisse, quia nihil
producit, quod prius non fue-
rit, uel in simili specie, uel in ra-
tione seminali, quae tunc erant
de primaria constitutione uni-
uersi; & sic patet, qualiter ad
animalium productionem in die
sexto sequitur requies ab om-
ni opere.

DISTINCTIO XVI.

De productione creaturae compositae spiritali & corpo-
rali, scilicet de homine in comparatione
ad principium effectiuum.



His excursis, quae supra de hominis creatione prae-
misimus, effectui mancipare atque ordine expla-
nare nunc suscipimus, ubi haec considerata ui-
dentur, scilicet quare creatus sit homo, & quali-
ter institutus, & qualis & quomodo factus, deinde quali-
ter sit lapsus, postremo, qualiter & per quae sit reparatus.
Horum autem primo, & secundo posita. i. causam creatio-
nis humanae, & modum institutionis, superius pro modulo
nostre facultatis tractauimus. Ideoque superest, ut qualis uel
quomodo factus sit discutiamus. In Gen. legitur. *Faciamus
hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, &c.* In eo, quod
dicit, *faciamus*, una operatio trium personarum ostenditur:
in hoc uero, quod dicit, *ad imaginem & similitudinem nostram*,
una & equalis substantia trium personarum monstratur.
Ex persona enim patris hoc dicitur ad filium & spiritum
sanctum, non (ut quidam putant) angelis: quia Dei & an-
gelorum non est eadem imago & similitudo.

Lib. de
Gen. ad
literam
cap. 19
Gen. 1.

Quomodo intelligendum est: *Faciamus hominem ad ima-
ginem, & similitudinem nostram.*

*Imago autem, & similitudo in hoc loco uel increata in-
telligitur, id est, trinitatis essentia, ad quem factus est homo:
uel creata, in qua factus est homo, & ipsa homini coeata.*

*Increatam imaginem, quae Deus est intellexisse uidetur Be-
da cum dicit, non esse unam imaginem Dei, & angelorum:
sed trium personarum: & ideo personis, non angelis fit ibi
sermo. Improprie tamen imago dicitur: quia imago rela-*

tine

*tine ad aliud dicitur cuius similitudine gerit, & ad quod re-
presentandum facta est: sicut imago Caesaris, quae ipsius si-
militudinem praeferebat, ipsumque quodam modo represen-
tabat. Proprie autem imago dicitur id ad quod aliud fit:
sicut exemplum proprie dicitur quod sumitur ex aliquo, et
exemplar ex quo sumitur aliquid. Ponitur tamen & ali-
quando abusive alterum pro altero: ita & minus proprie
accipitur imago essentia trinitatis: si tamen ea nomine ima-
ginis in hoc loco intelligitur.*

Opinio quorundam.

*Filius uero proprie imago patris dicitur, sicut supra in Dis. 27
tractatu de Trinitate diximus. Unde fuerunt nonnulli, qui
ita distinxerunt, ut imaginem in hoc loco intelligerent filium:
bominem uero non imaginem, sed ad imaginem factum di-
cerent: quos refellit Apostolus dicens, *Vir quidem est ima-
go, & gloria Dei.* Haec namque imago, id est, homo cum dici-
tur fieri ad imaginem, non quasi ad filium dicitur fieri: alio-
quin non diceretur ad imaginem nostram. Quomodo enim
nostram diceret, cum filius solius patris imago sit? Fue-
runt autem & alii perspicacius haec tractantes: qui per
imaginem filium, & per similitudinem spiritum sanctum
intelligerent, qui similitudo est patris, & filij. Et ideo plu-
raliter putauerunt dici nostram, id referentes ad similitu-
dinem tantum: ad imaginem uero subintelligendum esse,
meam. Hominem uero & imaginem esse, & ad imaginem,
& similitudinem factum esse tradiderunt: & imaginem
imaginis esse, & similitudinis.*

Confutatio eorundem.


*Veruntamen haec distinctio, licet reprobabilis penitus
non uideatur, quia de medio montium, id est, auctoritati-
bus sanctorum non manat, congruentius in ipso homine
imago, & similitudo Dei quaerenda est & considerata.
Factus est ergo homo ad imaginem Dei, & similitudinem,
secundum mentem, qua irrationabilibus antecellit: sed
ad imaginem, secundum memoriam, intelligentiam, &
dilectionem. Ad similitudinem, secundum innocentiam,
& iustitiam: quae in mente rationali naturaliter sunt.*

Vel

Augu. Vel imago consideratur in cognitione veritatis, similitudo lib. de in amore virtutis: uel imago in aliis omnibus, similitudo in spiritu essentia, quia & immortalis, & inuisibilis est. Vnde Aug. & aia. in lib. de quantitate aie. Aia facta est similis Deo: quia im- cap. 10. mortalē, & indissolubilē fecit eā Deus. Imago ergo perti- tom. 1. net ad formam, similitudo ad naturā. Factus est ergo homo Aug. li. scdm aiam ad imaginem, & similitudinem non patris, uel fi- 2. de uer- lū, uel spiritus sancti: sed totius trinitatis: ita & secundum bis do- animam dicitur homo esse imago Dei, quia imago Dei in eo minifer mo. 63. est. Sicut imago dicitur & tabula, & pictura quæ in ea est: sed propter picturam quæ in ea est, simul & tabula & ima- go appellatur: ita propter imaginem trinitatis etiam illud in quo est imago, nomine imaginis uocatur.

Quod homo dicitur imago, & ad imaginem: filius uero imago, non ad imaginem.

Quocirca homo & imago dicitur, & ad imaginē, filius autem imago, non ad imaginem: quia natus, & non crea- tus, æqualis, & in nullo dissimilis: homo reatus est a Deo, Aug. i. non genitus non parilitate æqualis: sed quadam similitudi- 15. de- ne accedens: Vnde Aug. in lib. sep. de Tri. In Genesi legitur, in. 2. 6. i. fac. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrā. 6. i. fac. Faciamus, & nostram, pluraliter dixit: & nisi ex relatiuis accipi non oportet, ut facere intelligantur pater, & filius, & spiritus sanctus ad imaginem patris, & filij, & spiritus sancti, ut subsisteret homo imago Dei. Sed quia non omnino Aug. i. de gen. æqualis fiebat illa imago, tanquam non ab illo nata, sed ab uel. 6. cap. 12. eo creata: ideo ita imago dicitur quod & ad imaginem: Et lib. de gene. contra quia non æquatur parilitate, sed accedit quadam similitu- Man. 1. dine. Filius autem est imago, sed non ad imaginem, quia c. 17. in fi. To- imparem similitudinem. Et ideo nostram, ut imago trinita- mo. 1. tis esse homo intelligatur, non trinitati æqualis, sicut filius patri. Ecce ostensum est secundum quid sit homo similis Deo scilicet secundum animam. Sed in corpore quandam pro- prietatem habet quæ hæc indicat: quia est erecta statura, secundum quam corpus animæ rationali congruit, quia in celum erectum est.



ERMINATIS dua- bus primis partibus, in quibus Magister determinauit de cō- ditione creature spiritualis, & corporalis diuisum: hic sequitur tertia pars, in qua determinat de productione creature compo- site ex utraque s. de homine. Di- uiditur autem pars ista in duas partes. In prima nanque deter- minat de homine, quantum ad ipsius productionem. Secundo quantum ad permanentiam, & durationem, infra dist. 19. 30. lent plura queri de primi hominis statu &c.) Prima pars hēt duas. In prima agit de productione hominis in cōparatione ad prin- cipium effectiuum. In secun- da uero parte in cōparatione ad p̄cipia cōstitutiua: inf. dist. 17. *Hu. de origine anime plura que ri solent &c.)* Prima pars spectat ad presentē distinctionem. Et diuiditur in duas partes. In pri- ma parte Magister ueritatē nar- rat. s. qualiter Deus produxerit hominem ad imaginem suā, in qua similitudinē habet ad prin- cipium suum efficiens. In secun- da uero parte ueritatem expla- nat. ibi. *Filius uero proprie imago dicitur &c.)* Prima pars habet tres particulas. In prima conti- nuat Magister dicta dicēdis. In secunda uero auctoritatem sac- re scripturæ iducit, in qua ostē- ditur, per quem modum homo productus ad suum effectiuum principium comparatur. ibi. *In Genesim legitur. Faciamus &c.)* In tertia parte subdit illius auctori- tatis expositionem. ibi. *Imago ante & similitudo in hoc loco, &c.)* Similiter secunda pars principa- lis habet tres partes. In prima. n. ponit explanationem inductā auctoritatis secundum aliorum opinionem. In secunda parte se- cundum opinionem propriam ibi. *Verumtamen hæc distinctio, &c.)* In tertia uero ex ueritate explanat a concludit quandam conclusionem corollariam. ibi. *Quocirca homo dicitur, & imago, & ad, &c.)* Et sic summa totius partis huius consistit in hoc. s. ostendendo, quod homo factus est ad Dei imaginem, & si- militudinem. *Faciamus hominem, &c.)* Quæ- ritur de ratione, quā reddit *Magister cum dicit. In eo, quod dicit. Faciamus, una operatio trium personarum ostenditur. Cum enim in diuisa sint opera trinitatis, & tres personæ ita ope- ratæ sint simul omnia alia, sicut fecerunt hominem, uidetur quod quemadmodum in productione hominis dicitur: Faciamus, ita deberet dici in productione aliorum. Item, queritur, quare in productione hominis utitur legislator uerbo primæ personæ s. Faciamus: in productione alio- rum uerbo tertiæ personæ. s. di- xit, & fecit. Iuxta hoc autem est quæstio, quare distinguit in- ter productionem hominis, & bestiarum, cum eodem die pro- ductæ sint ad ornatum eiusdem elementi. Respon. Dicendum, quod in productione hominis non tantum erat manifestatio trinitatis in uestigio: sed etiam secundum imaginem: ideo tri- bus personis pluraliter attribui- tur hominis productio, ut osten- datur, quod in homine trinitas representatur expresse: in aliis*

uero insinuatur Trinitas quo-
quo modo, licet non ita explici-
te: & quia ratio imaginis nō cō-
uenit ulli personæ, quæ potest
loqui p se: ideo in productione
eius utitur uerbo primæ perso-
næ. Et iterum: quia hæc creatura
præcellit alias in gradu, & digni-
tate: ideo productionem homi-
nis distinguit a productione be-
stiarū, licet propter conuenien-
tiam in ornādo terram, in opus
unius Dei conueniant: & sic pa-
tet responsio ad quæ sita.

Dub. 2

Dei & angelorum non est una,
&c.] Contra. Quia cum angelus
sit imago Dei, quod conforma-
tur angelo, per consequens con-
formatur Deo: ergo quod est
imago angeli, est imago Dei.
Item. Vnū opus potest esse Dei,
& angeli: ergo pari ratione, &
eadem imago. Respond. Dicen-
dum, quod quia imago dicit or-
dinem ad illud, cuius est imago
tanquam in finem, & ordinem
immediatum, cum impossibile
sit Deum, & angelum eiusdem
rei esse finem immediatum, &
ultimum, impossibile est eandē
imaginem esse angeli, & Dei: quia
uero Deus cooperatur angelo,
& omne, quod est ab angelo est
a Deo: ideo possibile est unum
opus simul esse & angeli, & Dei.
Nec ualet illud, quod obiicitur,
quod si aliquis repræsentat angelū,
per consequens repræsentat Deū,
quamuis enim inferri ualeat, quod
creatura, quæ repræsentat ange-
lum, repræsentat Deum media-
te: non tamen potest inferri, quod
repræsentat immediate.

Dub. 3.

Fuerunt nonnulli, &c.] Contra.
Videtur, quod conuenienter dixe-
rint: per illud, quod dicitur Rom.

8. quos prædestinauit confor-
mes fieri imagini filii sui. Item.
Quod ita oporteat intelligi, ui-
detur. Aut enim imago ibi stat
pro re creata, aut pro re increa-
ta. Si pro re creata: ergo idem est
dicere. Faciamus hominem ad
imaginem, quod faciamus ho-
minem ad seipsum. Si per increa-
ta: sed illa non est nisi filius: er-
go uidetur, quod expositio illa sit
recta propter hoc queritur, quæ
istarum expositionū, quas Ma-
gister in litera assignat, sit tenē-
da. Respon. Dicendū, quod duplex
est modus exponendi istam au-
thoritatem. Faciamus hominē,
&c. unus intelligendo de imagi-
ne increata, alter uero intelligē-
do de imagine creata. Primus
modus triplicatur. Vnus est, ut
imago, & similitudo referatur
ad idem, scilicet ad essentiam in
tribus personis. Secundus mo-
dus est, ut imago, & similitudo
referatur ad idem, scilicet ad per-
sonam filii. Tertius modus po-
nendi est, ut imago referatur ad
filium, & similitudo ad spiritū
sanctum. Ita hos omnes modos
ponit Magister, quos tamen nō
approbat, licet sustineri possint.
Primum enim arguit de impro-
prietate: quia diuina essentia nō
est propriè imago. Secundum
de falsitate: quia filius non est
imago nostra: de hoc etiam, quod
dicit, quod homo non est imago;
sed ad imaginem. Tertium arguit
de incertitudine: quia auctori-
tatem ex scriptura non hēt. Alius
modus exponendi est de imagi-
ne creata, & iste est triplex.
Vnus, qui sic exponit, ut imago
præcedat similitudinem: & dicit,
quod imago est in naturalibus, &
similitudo

similitudo in gratuitis. Secun-
dus, qui sic exponit, ut similitu-
do concomitetur imaginem: &
iste est, quod imago sit in potentia
cognoscendi, similitudo in potē-
tia diligendi. Tertius modus,
qui sic exponit, ut imago sequa-
tur similitudinem secundum ef-
fe: & iste dicit, quod similitudo est
in materia, & imago in forma.
Oēs hos modos approbat Magi-
ster, & sustinet: & satis uidetur
probabile, quod scriptura de imagi-
ne creata intelligat, quamuis et
possit intelligi de increata. Ve-
rum est enim, quod homo præde-
stinatus est, ut cōformetur ima-
gini filii Dei: nec ideo Magister
illam positionem redarguit, quod
hoc non sit uerum: sed quia illa
imago non propriè potest dici
nostra: uel etiam, quia non so-
lummodo filius est imago, sed
etiam homo, cuius contrarium
dicebatur in illo modo exponē-
di. Ad illud uero, quod obiici-
tur, quod imago non potest stare
pro creata imagine: Dicendum,
quod immo: quia imago accipi-
tur in abstractione, & sic potest
dici homo fieri ad imaginem: si-
cut tabula dicitur fieri ad imagi-
nē, quando sibi imprimitur ima-
go Herculis: hinc est, quod homo
non tantum est imago, sed etiā
ad imaginem, quia non secun-
dum oē, quod est, imago est, im-
mo differt ab imagine: filius ue-
ro secundum omne, quod est,
est imago patris: & ideo solum
est imago, non ad imaginem.

Nō omnino equalis fiebat, &c.)

Contra. Quod creatur, non est
per naturam, sed per artem: sed
quod est per artem non uniuo-
catur cum eo, quod est per natu-

ram: immo æquiuocatur; ergo
æquiuocè dicitur imago de fi-
lio Dei, & homine. Respondeo.
Dicendum est, quod imago de filio
Dei, & homine, nec dicitur æ-
quiuocè, nec dicitur uniuocè:
sed analogicè secundum prius,
& posterius. Quod ergo obiici-
tur, quod illud, quod creatur
est ab arte. Dicendum, quod que-
dam est ars, cuius operatio con-
sequitur naturam, & opus istius
artis sic est artificiale, quod nō
est naturale, & ideo opus istius
artis cum opere naturæ in eō-
dem nomine faciunt æquiuoca-
tionem, sicut homo pictus, &
homo uerus. Quædam est ars,
quæ est fundamentum nature,
& opus illius artis bene est na-
turale, quia fabricat ipsum natu-
ra: & talis est ars, cuius opus est
creare: & ideo non oportebit ef-
se æquiuocationem. Vel dicen-
dum, quod ideo est æquiuoca-
tio, quando dicitur homo pi-
ctus, & homo uerus, quia hoc
nomen [homo] primo, et princi-
paliter imponitur homini ue-
ro: et ideo cum dicitur de ho-
mine picto, alia est acceptio, &
alia signatio; non sic imago pri-
mo, & principaliter imponitur
Dei filio, sed omni ei, quod ex-
pressè repræsentat alterum.

ARTICVLVS I. QVÆSTIO I.

An homo uere imago Dei sit?



Quod intelligentiam hu-
ius partis circa duo
incidit hic quæstio.
Primo quærit, qua-
liter homo sit imago secundum
considerationem absolutam.
Secundo, qualiter sit imago
S. Bon. Lib. 2. li 16.

secundum considerationem re-
larum. Circa primum quærun-
t. Primò quæritur, utrū sit ima-
go Dei uerè. Secūdo, utrum sit
imago Dei naturaliter. Tertio,
utrum sit imago Dei propriè.

QUOD homo sit imago Dei
uerè ostenditur. Gene. i. Fa-
ciamus hominē ad imaginē, &c.
hoc non est, nisi uerbum trinita-
tis; ergo &c. **ITEM.** Eccl. 17.
Deus de terra creauit hominē,
& secundum imaginem suā fe-
cit illum: si igitur homo factus
est secundum imaginem Dei,
homo est imago Dei. **ITEM.**
Quod est maximè natum uniri
alteri, maximè natum est ei con-
figurari, & conformari: amor
enim, quia unit, transformare
dicitur amantem in amatum (si-
cut dicit Hugo) sed creatura ra-
tionalis, ut homo, maximè nata
est uniri Deo, & in ipsum inten-
dere per amorem: ergo maximè
natus est ei configurari, & adsi-
milari: si igitur imago dicit si-
militudinē expressam, patet &c.
ITEM. Quod uerè repræsentat
aliquid secundum eius nobilem
actum, & secundum distinctio-
nem, & ordinem, uerè est eius
imago: sed homo uerè repræ-
sentat Deum secundum eius no-
bilissimum actum, qui est intel-
ligere: non solum enim repræ-
sentat Deū in quantum est ens,
& uiuens, sed etiam in quantum
est intelligens: & iterum repræ-
sentat distinctiōnem, & originē,
quæ est in personis quātum ad
memoriam, & intelligentiam,
& uoluntatem: ergo homo ue-
rè est Dei imago.

CONTRA. Nihil est illud, ad
quod fit, quia nihil fit ad seipsū:

sed homo factus est ad imaginē
Dei (sicut dicitur Gene. i.) ergo
homo nō est imago. **ITEM.** Vbi-
cunque est imago, ibi est simili-
tudo: ubicunque est similitudo,
ibi est identitas aliqua, ubi-
cunque autem est identitas, ibi est
conuenientia in aliquo tertio: si
igitur Deus, & creatura in ali-
quo tertio nō conueniunt, crea-
tura non potest esse similitudo
Dei: & ita nec imago. **ITEM.** Nō
quæcunque similitudo est ima-
go, sed similitudo expressa: sed
nulla est similitudo expressa ali-
cuius, quæ plus est disconueniēs,
quā conueniens: cum ergo omnis
creatura plus sit Deo dissimilis,
quam consimilis (sicut dicit Au-
gust. xv de Tri.) igitur nulla po-
test esse expressa Dei similitu-
do: ergo nulla potest esse ima-
go. **ITEM.** Vbicunque est
imago, ibi est figuratio: ima-
go enim attenditur in figura:
sed diuina essentia nullo modo
est figurabilis: ergo nullo mo-
do est per aliquā imaginem re-
præsentabilis: ergo nulla creatu-
ra est imago Dei. **ITEM.** Differt
imago a uestigio, quia uestigiū
repræsentat secundum partem,
imago autem secundum totum:
sed nullum finitū potest repræ-
sentare infinitum secundum to-
tum: cum igitur Deus sit in fini-
tus, & quælibet creatura finita,
nulla creatura potest esse ima-
go Dei. **ITEM.** Quælibet creatu-
ra distat a Deo in infinitum:
Deus enim quodlibet finitum
excellit in infinitum: ergo si in
finita distantia non est maior,
una creatura non distat magis a
Deo, quam alia: similiter nec
una magis appropinquat Deo,

quæ alia: ergo uel omnis creatura
est imago, uel nulla: sed non
omnis est imago: ergo nulla &c.

RESOLVTIO.

*Verè imago Dei homo est: cōcretiue
tamen imagine Dei sumpta.*

RESP. Ad prædictorum intel-
ligentiam est notandum, quod ima-
go dicit expressam similitudinē.
Necesse est autē omnem creatu-
rā quo quomō assimilari Deo,
necesse est etiam aliquam ad cō-
plementum uniuersi expressē as-
similari Deo: & ideo omnis crea-
tura habet rationē uestigii: sed
aliqua habet rationē imaginis, il-
la uidelicet, quæ assimilatur ex-
pressē, hæc autē est rōnalis crea-
tura, ut homo: & ideo cōceden-
dum est, quod homo est imago
Dei, quia est eius expressa simi-
litudo. **AD** quod intelligen-
dum, notandum est, quod quæ-
dam est similitudo p̄ conuenien-
tiam omnimodam in natura: &
sic vna persona in Trinitate est
alterius similis. Quædam per par-
ticipatiōem alicuius nature uni-
uersalis: sicut homo, & asinus
assimilantur in animali. Quædam
uero secundum proportionabi-
litatē, sicut nauis, & auriga con-
ueniunt secundum comparatio-
nem ad illa, quæ regunt. Quædam
est similitudo per conuenientiā
ordinis, sicut exemplatum assi-
milatur exemplari. Primis enim
duobus modis nulla creatura
potest Deo assimilari: secundis
duobus modis omnis creatura
assimilatur: sed illa, quæ assimi-
latur magis de longinquo, ha-
bet rationem uestigii: illa uero,
quæ de proximò, habet rationē
imaginis: talis autem est creatu-
ra rationalis, utpotè homo. Et

hoc patet sic primò de conueniē-
tia ordinis. Deus enim uniuersa
propter semetipsū operatus est,
ita quod eū sit summa potestas,
& maiestas, fecit omnia ad sui
laudem. Cum sit summa lux, fe-
cit oīa ad sui manifestationem.
Cū sit summa bonitas, fecit oīa
ad sui cōicationem. Non est autē
perfecta laus, nisi ad sit, qui ap-
probet. Nec est perfecta manife-
statio, nisi ad sit, qui intelligat.
Nec perfecta communicatio bo-
norum, nisi ad sit, qui eis uti ua-
leat. Et quoniam laudem appro-
bare, ueritatem scire, dona in u-
sum assumere, non est nisi solū
modo rationalis creature: ideo
non habet ipsæ creature irratio-
nales immediatē ad Deum ordi-
nari, sed mediante creatura rō-
nali: ipsa autē creatura rationa-
lis, quia de se nata est, & lauda-
re, & nosse, & res alias in facult-
tatem uoluntatis assumere. Na-
ta est ordinari in Deum imme-
diatē, & quoniam quanto aliqd
immediatius ordinatur ad ali-
quid, tanto magis conuenit eū
eo conuenientia ordinis: & ani-
ma rationalis, & quælibet ratio-
nalis creatura eo quod capax Dei
est, & particeps esse potest, im-
mediatē ordinatur in ipsum, ma-
ximè conuenit cum eo conue-
nientia ordinis: & quia quanto
maior est conuenientia, tanto
expressior est similitudo: hinc
est, quod quantum ad hoc ge-
nus similitudinis rationalis crea-
tura est similitudo expressa: &
ideo imago est, & hoc est, quod di-
cit Augu. de Trinit. xiiii. quod
eo est anima imago Dei, quo ca-
pax eius est, & particeps esse
potest: quia enim ei immédia-

re ordinatur, ideo capax eius ē, uel ecōuerso: & quia capax est, nata est ei cōfigurari: & p̄ hoc fert in se a sua origine lumen uultus diuini: & ideo quantum ad similitudinem, quæ attenditur quantum ad conuenientiā ordinis, perfectè dicitur imago Dei, quia in hoc ei adsimilatur expressè: similiter in similitudine, quæ attenditur in conuenientia proportionalitatis, uel proportionis, expressè ad similitur Deo creatura rōnalis: & iō secū dū eā rectè dī imago. Qd̄ patet sic. Cōueniētia. n. proportionis attēdit̄ secū dū similiter se habere. Similiter aut̄ se habere, hoc pōt esse dupliciter, uel in cōparatione ad extrinseca: uel in cōparatione ad intrinseca: tunc aut̄ est similitudo expressa, quando non tantum est similis modus se habendi in comparatione ad extrinseca, sed in comparatione ad intrinseca. Contingit aut̄ cōparare diuinā essentiā ad creaturam: contingit etiam cōparare personam ad personam: oīs aut̄ creatura aliquā comparationē habet, secū dū q̄ aliquo modo conformatur Deo, secū dū qd̄ est causa creature, sic est comparatio illa, quæ est ad effectū productum. Sicut enim Deus producit suum effectum, sic & agēs creatum, licet nō omnino. Creatura uerō rationalis non solum sic conuenit, sed etiam quātum ad intrinsecarum suarum potentiarum originem, ordinem, & distinctionē, in quibus adsimilatur illi distinctioni, & ordini, quæ est ī diuinis personis intrinseca diuinæ naturæ. Et in hoc ostendit Augustin. in Libro de

Trini. hominem esse imaginem Dei: & hoc explanatum fuit in *Dis. 3.* Primo Libr. ubi ostensum est, quod in anima rationali est unitas essentiæ cum Trinitate potentiarum adinuicem ordinatarum, & quasi consimili modo se habentium: sic se habent personæ in diuinis, & ideo est ibi expressa similitudo proportionis, & propter hoc rationalis creatura, quæ est hō, est imago Dei.

Hīs uis patet responsio ad qōnē p̄positā, & ēt ad obiecta. Concedendū est. n. quod homo uerè est imago Dei, sicut ostendunt rationes ad hoc inductæ.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod homo est ad imaginem; ergo &c. Dicendum, quod non seq̄t, q̄a cū dī factus ad imaginē, imago accipitur abstractiue: cū dī imago Dei, imago accipit̄ cōcretiue: quia est imagine Dei insignitus: sicut tabula, in qua depicta est imago, & imago potest dici, & ad imaginem: sic & in proposito. AD ILLVD, quod obiicitur, quod non est aliqua identitas Dei ad creaturam: ergo nec similitudo. Dicendum, quod similitudo, quæ est in imagine non attenditur per identitatem, aut eiusdem naturæ participationem, sed per conuenientiam in ordine, & proportionē: quæ similitudo non exigit communiantiam in tertio, quia in conuenientia ordinis unum est similitudo alterius: in conuenientia proportionis non est similitudo in uno, sed in duabus comparationibus. AD ILLVD, qd̄ obiicitur, quod imago est similitudo expressa, iam patet responsio, quia & si magna est dissimilitudo

litudō in proprietatibus absolutis, & multum tamen magna est similitudo in immediatione ordinis, & comparatione proportionis: ex quibus, & in quibus duobus expressio similitudinis consistit, quæ imaginem facit. AD ILLVD, quod obiicitur, de configuratione. Dicendum, qd̄ imago corporalis exigit configurationem corporalem: imago uero spiritalis configuratione, & effigie spiritali contēta est: hæc aut̄ consistit non in quantitate molis, sed in quantitate uirtutis, scilicet in potentiis: ita qd̄ sicut figura triangularis habet tres terminos, & tres lineas: sic etiam in imagine spiritali potentiæ sunt ad modum terminorum: & egressio unius ab altera, quantum ad actum, se habet ad modum lineæ coniungentis. AD ILLVD, quod obiicitur, qd̄ imago representat secundum totum. Dicendum, quod illud est uerum de illa imagine, quæ habet omnimodam perfectionē, & sic solus filius Dei est imago patris: de alia non est uerum, quod repræsentet secundum totum simpliciter, repræsentat autem quantum ad aliquam totalitatem: quia enim rationalis creatura, & intellectus quodammo do est oīa, & omnia nata sunt ibi scribi, & imprimi, omniūq; similitudines depingi, ideo sicut totum uniuersum repræsentat Deum in quadā totalitate sensibili, sic creatura rationalis eum repræsentat in quadam totalitate spiritali, quælibet autem alia creatura irrationalis repræsentat eum solum in parte, quia secundum se tantum, cum non sit

nata alia in se spiritaliter continere, ita quod nihil sit, qd̄ nō sit nata cognoscere: Hoc dico propter animam sensibilem, quæ & si cognoscat aliqua, nō tamē nata est cognoscere omnia. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ quælibet creatura distat a Deo in infinito. Dicendum, quod uerū est de illa distantia, quæ opponitur participationi, & adæquationi. Cum enim Deus sit infinitus, nihil potest ei adæquari. Cū sit simplex, non potest aliquam naturam tertiā cum aliqua creatura participare: & penes has similitudines nullo modo attenditur ratio imaginis in homine, sed penes aliam duplicem, scilicet ordinis, & consimilis habitudinis, secundum quam rationalis nō distat in infinitum a creatore, sed ualde appropinquat ei, sicut supra ostensum est.

QVAESTIO II.

An homo imago Dei sit naturaliter?
UTRVM homo sit imago Dei naturaliter. Et q̄ sic uidetur. Quod inest alicui a prima sua origine, inest ei naturaliter: sed esse imaginē Dei conuenit hōi a sua prima conditione: ergo inest ei naturaliter. IREM. Quod inest omnibus cōiter, & inseparabiliter, illud inest naturaliter: sed esse imaginem conuenit homini uniuersaliter, & inseparabiliter; ergo &c. IREM. Quod conuenit alicui secundū naturales eius proprietates, conuenit ei naturaliter: sed esse imaginē cōuenit hōi secū dū intrinsecas potētias, & naturales: ergo cōuenit naturaliter. IREM. Esse imaginem Dei non est hōi accidens, sed potius substantiale: si

cut esse vestigium nulli accidit creature: si ergo homo non est imago Dei naturaliter: ergo nō est res naturalis, sed artificialis: si ergo hoc est planē falsum, sci licet quod homo sit artificialis; ergo non est imago artificialis, sed naturalis: ergo &c. ITEM. A sinus artificialis non est asinus uerus: ergo imago artificialis non est imago uera; sed homo est imago uera: ergo nō est imago artificialis, & est artificialis, uel naturalis: ergo &c.

CONTRA. Hilar. in Lib. de Synod. diffiniens naturalē imaginem dicit. Imago est eius rei, ad quam imaginatur species in differens: sed homo non est species indifferens ipsius Dei: ergo non est imago naturalis. ITEM. Augustinus. de. x. cordis. Sicut differt imago Imperatoris in filio, & in nummo, sic differt imago in filio Dei, & in homine: si igitur imago in filio Imperatoris est naturalis, in nummo est artificialis, uidetur quod solus filius Dei sit imago naturalis, homo uerō solum artificialis. ITEM. Hoc ipsum uidetur ratione. Sicut proprium est personę filii esse filium, ita proprium est esse imaginem: sed sola persona filii est filius naturalis, & non homo; ergo pari ratione sola persona filii est imago naturalis, & non homo. ITEM. Quod est a uoluntate, non est a natura: sed productio hominis est a uoluntate Dei: ergo non est a natura, sed ab eo habet esse imaginem, a quo habet, & produci: si igitur anima hominis nō produciatur a Deo secundum naturam, sed secundum uoluntatē,

nō erit imago Dei naturalis, sed uoluntaria. ITEM. Imago dicit imitationem, & similitudinem: ergo si aliquid est imago alicuius naturalis, assimilatur cū eo in natura: sed homo cum Deo in natura assimilari non potest eius esse imago naturalis.

RESOLVTIO.

Imago Dei naturalis homo est, quia non artificialis: at non connaturalis, cum ista soli filio in diuinis conueniunt.

RESPOND. Dicendum, quod cum imago dicatur ab actu representandi, nam imago refertur ad prototypum (ut dicit Damasco.) & representatio dupliciter possit conuenire alicui, uel per formam naturalem, uel per formam artificialem: ideo duplex est imago, naturalis, scilicet & artificialis, & cum homo non representet per formam artificialem, sed per suam formā naturalem, & potentias ei naturaliter inditas: ideo homo non est imago artificialis, sed naturalis. Differt autem dicere, imaginem naturalem, & connaturalem. Nā imago naturalis est, quę representat per id, quod habet a natura, siue eum illo, quod representat, conueniat in natura, siue non. Imago uerō connaturalis dicitur, quę imitatur, & refertur non solum per id, quod habet a natura, sed per conuenientiam in eadem natura: & ideo si esse imaginem conueniat homini: esse tamen imaginem connaturalem non conuenit homini, sed soli filio Dei. Concedendę igitur sunt rationes ostendentes quid homo non est imago artificialis, sed naturalis.

RE-

AD ILLVD uerō, quod obiicitur in contrarium. Dicendum, quod Hilar. diffinit imaginem connaturalem, non naturalem. AD ILLVD, quod obiicitur de Aug. Dicendum, quod non intendit ponere similitudinem quantum ad naturale, & artificiale: sed quantum ad conuenientiam, & discrepantiam in natura. Sicut enim nummus cum Imperatore in natura non conuenit: sed filius eius conuenit: sic in proposito intelligendū est. AD ALIVD, quod obiicitur, quod sola persona filii est naturalis filius. Dicendum, quod non est simile. Aliter. n. accipitur naturale prout adiacet filio, aliter prout adiacet imagini: non enim differt dicere, filiū naturalem, & connaturalem; sicut differt in imagine. Et ratio huius est ista: quia filius dicit, ut a quo, quantum est de suo principali intellectu: imago dicit, ut ad quem: ideo naturale dictum de filio, significat quod egressus filii sit per modum naturę: & ita quod cum patre conueniat in natura: sed cum dicitur imago naturalis, significatur, quod illa representatio est a naturali principio, siue proprietate; & propter hoc non datur intelligi, quod sit inter imaginem, & eum, cuius est imago conuenientia naturę. AD ILLVD, quod obiicitur, quod est a uoluntate, non a natura. Dicendum, quod uerum est ex ea parte, ex qua est a uoluntate: unde cū creatura a Deo produciatur uoluntariē, non dicitur ab eo exire naturaliter: sed uoluntariē: ex hoc tamen non sequitur, quod uoluntariē representet: immo est ibi accidens. Quamuis. n. Deus

uoluntariē produxerit hominē: homo tamen habet operationes naturales; quia diuina uoluntas fabricauit, & fecit ipsam naturā: non sic autem est de uoluntate artificis creati, qui naturalem formam non potest producere. AD ILLVD, quod obiicitur, quod imago dicit similitudinē in natura. Dicendum, quod hæc determinatio naturaliter addita alicui termino, qui quidem dicit habitudinē, ut a quo, non ut ad quē, ambiguam reddit locutionem: quia potest dicere habitudinē, ut in ratione causę, uel in ratione formę; unde hæc est duplex; iste naturaliter assimilatur illi; uel ut intelligatur causaliter, scilicet quod assimilatur in eo, quod habet a natura; uel ut intelligatur formaliter, scilicet quod assimilatur in ipsa natura. Primo modo accipiendō hæc est uera; homo naturaliter assimilatur Deo. Secundo modo falsa; & primo modo sequitur ad hanc; Homo naturaliter est imago Dei; alio uerō modo non.

QVÆSTIO III.

An solus, & nullus alius imago Dei sit?

VTVM esse imaginem conueniat homini proprie; ita quod nulli alii. Et quod sic, uidetur. In solius hominis conditione dictum est. Faciamus hominē ad imaginem &c. sed hæc est nobilissima conditio, quæ si daretur aliis, nullo modo deberet prætermitti; ergo uidetur, quod nulli alii, quā homini esse ad imaginem suam Deus dederit; quod si prætermisit de aliis, & non de homine; tunc est quæstio, quare scriptura fecit. ITEM. August. in

fer. de imagine. Ad imaginē, & similitudinē suā Deus illū creauit (loquitur de hoīe) qđ nulli alii creaturæ dedit. **ITEM.** Hoc uidetur p̄ rationē, quia qđ per superabundantiā dicitur, uni soli conuenit: sed imago dicit similitudinē expressissimā in genere creaturæ: ergo oportet, qđ cōueniat uel uni soli speciei, uel uni soli indiuiduo. **ITEM.** Eo ipso homo est imago Dei: quia immediate tēdit in Deum: si ergo uniuersum est ordinatum secundū oēm sui partē, impossibile est, qđ aliquæ creaturæ diuersarū specierū ordinētur in Deum ex æquo, & immediate: ergo uel hō, & angelus erunt eiusdē sp̄ei, uel esse imaginē cōuenit soli homini. **ITEM.** Homo eo ipso, qđ est imago Dei, est finis oīum aliorū: sed hoc non pōt pluribus diuersis specie cōuenire: & planū est, qđ angelo non conuenit: ergo uidetur, qđ esse imaginē conueniat soli homini. **ITEM.** Quia homo est imago Dei, fuit unibilis diuinæ naturæ, hoc autem est eius propriū: ergo proprium est homini esse Dei imaginē.

CONTRA. Diony. de diuinis nominibus dicit, quod angelus est imago Dei, manifestatio occulti luminis. **ITEM.** Anima eo ipso est imago Dei, quo capax Dei, & particeps esse potest: sed hoc competit angelo, sicut animæ: ergo non soli homini conuenit esse imaginem. **ITEM.** Ita est nobilissima omnium cōditionum naturalium, uidelicet esse imaginem: ergo nobilissima omnium creaturarum huiusmodi proprietatis non debuit esse expers: si igitur creatura an-

gelica est huiusmodi, patet &c. **ITEM.** Imago inest animæ secundum superiorem partem (sicut in Primo Lib. ostensum est) sed in illa parte homo, & angelus habent conuenientiam: ergo uidetur similiter, quod in dignitate imaginis conueniant: igitur esse imaginem non est propriū solius hominis. Dis. 3.

RESOLVTIO.

Post angelos soli homini imaginem Dei esse conuenire.

RESPONDEO. Dicendum, qđ proprium dicitur dupliciter. Est enim proprium simpliciter, & proprium alicui. Proprium simpliciter est, quod conuenit omni, & soli: proprium alicui est, quod conuenit omni contento sub illa specie: ita qđ quibusdam aliis conuenit, quibusdam uero minimè: sicut esse bipedem, propriè conuenit homini respectu quadrupedum, non respectu uolatilium. Dicendum est igitur, qđ sicut esse rationale, uel intellectuale, non est proprium homini simpliciter, quia cōuenit in hoc cum angelo: sed est propriū respectu rerū corporalium: sic esse imaginem proprie conuenit homini respectu brutorum, non tamen respectu angelorum: immo communiter cōuenit hominibus, & angelis: sicut ostendūt rationes ad hoc inductæ.

AD ILLUD ergo, quod primo obiicitur in contrarium: quod scriptura non exprimit. Dicendum, quod scriptura nō determinat conditionem naturæ angeli expressè: ideo non est mirum, si non determinat eius modum, nec dicit eā ad imaginem Dei esse factam. Si autē

quæ-

quæras, quare non determinat, hoc determinatū est supra Dist. 13. **AD ILLUD** Augustini. Dicendum, qđ Aug. non excludit creaturas spirituales, sed creaturas corporales, & uisibiles, quando dicit, qđ nulli alii creaturæ dedit. Item hoc dicit propter aliquam proprietatem representationis, qđ Deus dedit homini, nō alii spiritali creaturæ, uel corporali: non propter rationē imaginis principalem, quæ consequitur omnē naturam rationalem.

AD ILLUD, quod obiicitur, qđ est similitudo expressissima. Dicendum, qđ superlatius dupliciter potest exponi: uno modo p̄ suum posituum cum hoc ad uerbio, ualde, ut albiſſimum, id est, ualde album: & sic intelligitur, cum dicitur ad imaginem: & nō oportet ipsum angelum supponi. Aliquando superlatius intelligitur respectiue, & tunc dicitur excessum respectu omnium, ad quæ comparatur: & hoc modo non potest conuenire pluribus: & sic non accipitur in proposito. **AD ILLUD**, quod obiicitur, qđ eo ipso, quo est imago, est finis. Dicendum, qđ ista nō est tota ratio: immo quia sic est imago in anima, qđ ex parte corporis cum omnibus corporalibus habet quandam conuenientiam: & ideo solus homo dicitur omnis creatura, & omnia propter ipsum quodammodo fieri, & ad ipsum etiā referri. **AD ILLUD**, quod obiicitur de unione. Dicendū, qđ & si ratio imaginis sit dispositio ad unionem: non tamen est dispositio sufficiēs de se, nisi competat hoc personali proprietati, & culpabili infirmi-

tatis: & hoc est reperire in homine, non in angelo: sicut infra melius patebit in Tertio. Ad presens autem sufficiat, quod quidquid sit de unibilitate: imago tamen uniuersaliter consequitur rationalē creaturam, ita qđ omnis creatura rationalis est imago Dei ueraciter, & naturaliter. Et ratio huius est expressio similitudinis quantum ad conuenientiam ordinis, quæ supra in principio quæstionis explanata fuit.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An principalius in angelo imaginis ratio reperiatur, quàm in anima.



ONSEQUENTER queritur de imagine secundum considerationem relatam. Et circa hoc queruntur tria. Primo queritur, utrum ratio imaginis principalius reperiatur in angelo, quàm in anima. Secundo, utrum principalius in uiro, quàm in foemina. Tertio, utrum principalius reperiatur in cognitiua, quàm in affectiua.

VT RUM ratio imaginis principalius reperiatur in angelo, quàm in anima. Et qđ sic, uidetur super illud Ezech. 28. Tu signaculum similitudinis. Gregor. Quanto subtilior est natura, tanto in eo imago diuinitatis similis insinuatur impressa. **ITEM.** Sapiens artifex in nobiliori tabula nobiliores describit picturas: si igitur imago in creatura est quasi quaedam pictura tabulæ impressa (sicut Magister dicit in litera) ergo perfectiori, & nobiliori modo ima-

imago diuinitatis inscribi debet in angelo, quam in anima. **ITEM.** Ex eo dicitur creatura rationalis imago Dei, quo capacitas Dei est: sed angelicus spiritus capacior est, quam humanus, cum sit uirtuosior, & expeditior: ergo in eo imago diuinitatis, est eminentius impressa. **ITEM.** Imago consistit in memoria, intelligentia, & uoluntate: sed memoria perfectiori modo habet actum suum in angelo, quam in homine: similiter intelligentia, & uoluntas: memoria enim eius tenet sine obliuione: & intelligentia intelligit sine inquisitione: & uoluntas dirigit sine retardatione: quorum opposita sunt in anima: ergo &c.

CONTRA. Expressius repræsentat summam Trinitatem, quod repræsentat non solum quantum ad substantiæ unitatem, sed etiam quantum ad distinctionem personarum: sed homo expressius repræsentat personarum distinctionem: quia in homine est personalis discretio per originem: in angelis autem non: ergo expressius repræsentat Trinitatem homo, quam angelus: sed in quo est expressior repræsentatio, est expressior imago: ergo &c.

ITEM. Euidentiùs imitatur alterum, quod imitatur quantum ad substantiam, & modum existendi, quam quod imitatur solum quantum ad alterum: sed anima repræsentat Trinitatem summam, & prout est in seipsa, & prout est in rebus, ut sic in qualibet parte corporis sit tota: sicut summa essentia est in creatura: ergo expressius imitatur Deum, quam angelus: sed quod expressius imita-

tur excellentius sua imagine insignitur: ergo &c. **ITEM.** Expressius repræsentat Deum, quod repræsentat ipsum non solum in se, sed secundum quod est principium aliorum, quam quod altero modo tantum: sed homo repræsentat Deum non solum, ut ens est in se: sed etiam, ut est principium aliorum: quia sicut ex uno Deo omnia, ita ex uno homine omnes homines (sicut uult Glo. 2. Cor. 11.) ergo si quod expressius repræsentat rationem imaginis, participat eminentius: patet &c. **ITEM.** Plenius repræsentat aliquid, quod repræsentat ipsum per maiorem accessum ad suam totalitatem: sed homo repræsentat Deum in quantum est exemplar & spiritualium, & corporalium: angelus autem altero modo tantum: ergo in homine excellentiori modo reperitur imago. **ITEM.** Quanto exemplum seu exemplatum magis innititur exemplari, tanto magis conformatur ei: & quanto magis natum est uniri, tanto magis natum est conformari: sed natura humana unitur diuinæ in unitate personæ, quod quidem non facit angelica: ergo expressior est in ea imago: quam sit in angelo. **ITEM.** Per considerationem Philosophi. Si optimum in uno genere est melius optimo in alio genere, etiam est simpliciter hoc illo melius: sed Christus, qui est optimus inter homines omnes, excellentiori modo insignitus est imagine Dei, quam optimus angelus: ergo imago Dei in homine, quam in angelo reperitur excellentius.

RE-

RESOLVTIO.

Tum principalius, tum æquè: diuersa comparatione.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod quidam uoluerunt dicere, quod creaturam magis esse ad imaginem Dei, dici potest dupliciter, uel extensiuè, uel intensiuè. Si extensiuè, sic dixerunt, quod homo magis repræsentat Deum, quam angelus, quia in pluribus ratione corporis sibi uniti, utpote in spiritualibus, & corporalibus, & in modo existendi in rebus, & secundum etiam modum producendi res: & sic dicunt procedere rationes ad secundam partem. Tamen quod de Christo obiicitur non ualet: illud enim est singulare priuilegium, nec est naturæ, sed potius gratiæ. Si autem dicatur, una creatura magis esse ad imaginem, quam alia intensiuè, quia expressius repræsentat: sic dicunt, angelum magis esse ad imaginem Dei, quam sit homo, sicut ostendunt auctoritates, & rationes ad oppositum. Et hoc insinuat Grego. cum dicit. Quanto subtilior est natura, tanto in ea imago trinitatis similis insinuat impressa: & rationes etiam consequentes ostendunt, quod sicut excellentior est natura angelica, sic excellentior res habet potentias, & maiorem habet capacitatem, & digniori modo est in imagine Dei insignita: & secundum hanc uiam plana, est responsio ad quoniam questionem propositam, & ad obiecta. Sed licet iste modus dicendi probabilis uideatur: tamen non modicum habet calumniam ratione utriusque partis distinctionis.

Quod enim dicatur imago magis esse in homine extensiuè, quam in angelis, hoc uerbis Aug. non consonat, qui rationem imaginis dicit esse in anima præcise secundum partem supremam, sicut patet in 14. & 15. de Tri. Similiter quod dicatur uniuersaliter expressius esse imago Dei in angelo, quam in anima propter maiorem dignitatem naturæ: hoc non uideatur consonare Glo. quæ dicit super illud 2. ad Hebr. Ei, qui modicum minoratus est ab angelis: ibi dicit Glo. quod natura mentis humanæ qualis Christus assumpsit, solus Deus maior est. Et Aug. hoc innuit in pluribus locis: & præ creditur, & cõiter sentitur, quod uirgo Maria magis inter omnes angelos accedit ad Deum. Propterea est alius modus dicendi, quod cum expressio imaginis consistat in conuenientia ordinis, & proportionis, intensio dignitatis imaginis consistit secundum intensiõnem conuenientiæ quantum ad proportionem, uel ordinem. Attendendum autem, quod conuenientia creaturæ rationalis ad Deum secundum ordinem, quedam est de esse imaginis, & quedam de bene esse. De esse imaginis est, quod creatura immediate ordinetur ad Deum: de bene esse uero est quod creatura, quæ est imago præponatur aliis, quæ tenent rationem uestigii, & quod alia ordinentur in ipsam tantquam in finem. Et sic triplex est ordo in creatura rationali, secundum quem conformatur Deo. Primus, quod immediate nata est Deo coniungi, & hoc est essentielle imaginis: & in hoc angelus, & anima equi parantur, quia utriusque mens immediate

immediate ab ipsa prima ueritate formatur. Secundus est, quo proponitur creatura, quae est imago aliis creaturis: & in hoc angeli precellunt: quia non solum bestiis, sed etiam hominibus rectores sunt deputati secundum illud Eccl. 17. In unaquaque genere preposuit rectores, Glo. 1. angelos: & iste est ordo, quo creatura irrationalis regitur a Deo mediante rationali. Tertius est ordo, quo creaturae irrationales ad rationalem ordinantur tanquam in fine, propter quae sunt factae: & mediante illo in ultimum finem principalem: & secundum hunc ordinem magis conuenit homo cum Deo, quam angelus: magis enim facta sunt & corporalia, & sensibilia propter homines, quam propter angelos: & sic patet, quod ratio imaginis (prout attenditur in conuenientia ordinis, quantum ad id, quod est de esse in homine, & angelo) reperitur aequaliter: quia uterque ordinatur in Deum immediate: quantum uero ad illud, quod est de bene esse, scilicet quantum ad ordinem respectu creaturarum, se habent pro modum excedentis, & excessi. Angelus enim magis conuenit quantum ad ordinem subratione regiminis: homo uero magis quantum ad ordinem, qui attenditur in ratione finis. Consimili modo reperimus & aequalitatem, & mutuum excessum in expressione imaginis, quae attenditur secundum conuenientiam proportionis: quia quaedam est conuenientia habitudinis, quae est de esse imaginis, quaedam de bene esse. Illa est de esse, quae consistit in comparatione ad intrinseca, sicut ad potentias: & in hac homo &

angelus adaequantur: quia ita bene est distinctio, & origo, & aequalitas, & consubstantialitas in potentiis animae, in memoria. scilicet intelligentia, & uoluntate: sicut in potentiis angeli. Illa uero conuenientia habitudinis est de bene esse, quae attenditur in comparatione creaturae rationalis ad aliquod extrinsecum, utpote ad corpus, quod est ipsa inferius. Haec autem dupliciter potest esse expressior, uel priuatiue, uel positiue. Si positiue, sic anima est imago expressior, quae in hoc, quod coniungitur corpori: ita quod per illud est principium aliorum, & pro illud totum inhabitat, magis repraesentat Deum, qui est principium omnium, & qui unus est in omnibus. Si autem priuatiue, sic angelus magis repraesentat Deum, quia Deus est spiritus purus, omnino impermissus, & independens a creaturis omnibus, & haec repraesentat angelicus spiritus, dum est a corpore secundum actum, & aptitudinem separatus: & pro tanto dicitur esse subtilior a Grego. & in eo imago diuinitatis est expressior: & sic patet, quod quantum ad conuenientiam proportionis, quae est de essentia imaginis inter hominem & angelum, potest esse aequalitas: quantum uero ad illa, quae est de bene esse, se habet, sicut excedentia, & excessa. Ex praedictis igitur patet responsio ad quaestionem propositam. Cum enim quaeritur, utrum principaliter, uel expressius sit imago Dei in angelo quam in anima. Respondendum, quod quantum ad aliqd est aequale principaliter, quantum ad aliqd magis principaliter, quantum ad aliqd minus (sicut explanatum est)

est. Et pro hoc patet responsio ad rationes ad utranque partem, quae procedunt secundum diuersas uias, secundum quas ueritatem possunt concludere: quia non habent oppositionem.

AD ILLUD tamen, quod obicitur de maiori capacitate: dici potest, quod non cogit: angelus. n. capacitatem gratiae habet in comparatione ad sursum, in qua comparatione non excedit naturam mentis humanae. Quod autem natura angelica dicatur excedere humanam, hoc est in comparatione ad corpus, ad quod non habet inclinationem, sicut anima: & ideo maioritas dignitatis in natura angelica respectu animae non facit ad excellentiam imaginis, siue illius capacitatis, quae est in natura humanae mentis secundum quod anima est capax Dei. SIMILITER nec illud, quod sequitur, cogit: quia maior uiuacitas memoriae, uel intelligentiae potius facit ad intensiorem similitudinem, quam ad imaginis maiorem expressionem. Si multitudo enim consistit in proprietatibus naturalibus: imago uero in origine, & habitudine: & quamuis potentiae in angelis sint uiuaciores, quam in animalibus, & ideo similiores Deo: eundem tamen habent ordinem, & habitudinem (sicut ostensum est supra.) Unde magis proprie conceditur, quod angelus sit Deo similior, quam homo: quam possit concedi, quod angelus sit magis imago: & hoc uult dicere auctoritas Greg. RATIONES uero ad oppositum procedunt, & concludunt maiorem expressionem quantum ad illud, quod est accidentale imagini: excepta illa, quae fundatur super unionem: ad

quam dicendum, quod non cogit pro eo, quod substantia, quae est minus capax gratiae per naturam, potest effici magis capax per aliquam gratiam gratis datam, quae disponit, & ampliat capacitatem naturae ad susceptionem gratiae gratumfacientis. Unde est, quod natura angelica esset magis capax gratiae, quam humana natura secundum naturalem potentiam: sicut uidetur rationabiliter esse ponendum, ut natura angelica sit excellentior, & excellentiori naturae debeat excellentiori potentia, & capacitas: nihilominus tamen per aliquod donum diuinitus sibi datum gratis, potest eleuari capacitas animae usque ad capacitatem angeli, & quodammodo amplio-rem: nam donum gratiae gratis datae disponit ad gratiam gratumfacientem: & sic possibile est fuisse in Christo, & Beata Virgine: & sic patent obiecta ad utranque partem.

QVAESTIO II.

An imago principaliter in uir sit, quam in femina?

VERVM principaliter sit imago in masculo, quam in femina. Et pro sic, uidetur. 1. Cor. 11. Vir est imago & gloria Dei: haec autem (ut dicit Apostolus) separat uirum a muliere: igitur, aut mulier non est imago, aut si est imago, non est ita expressa, sicut uir. ITEM. Glof. ibi dicit. Ad imaginem Dei factus est uir, non mulier; sed hoc non est dictum, quod mulier nullo modo sit ad imaginem facta; ergo dictum est, quod minus est ad imaginem, quam uir. ITEM. Quia homo est ad imaginem, unibilis est natura.

naturæ diuinæ; sed magis fuit unibilis in sexu masculino, quæ femineo; ergo magis est imago uir, quæ mulier. **ITEM.** Quia homo est imago Dei, omnibus est prelatas, siue prepositus, secundum quod innuitur in Textu Gen. I. Faciamus hominem, &c. & subditur, & preest piscibus, &c. ergo preestidere si non conuenit homini in sexu femineo, sed masculino, uidetur, quod imago excellentiori modo sit in masculino sexu, quam in femineo.

CONTRA. Genes. I. Creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam: masculum, & feminam creauit illos: si igitur mulier creata est ad imaginem Dei, & ad æqualitatem uiri; sicut innuit formatio eius de latere, & ratio est, quare formata est; cum dicitur: Faciamus adiutorium simile sibi: uidetur igitur, quod in uiro, & muliere æqualiter reperitur ratio imaginis. **ITEM.** Imago attenditur in homine quantum ad supremum animæ: sed in supremo animæ non est distinctio aliqua secundum sexum; ergo siue homo sit mulier, siue uir, equaliter est imago. **ITEM.** Sexus non uariat speciem: ergo uir, & mulier sunt eiusdem speciei: sed imago consequitur hominem quantum ad formam speciei, non quantum ad formam indiuidui; ergo æqualiter est in uiro, & muliere. **ITEM.** Imago creationis non ordinatur ad imaginem recreationis, siue gratificationis: sed imago creationis, quæ consistit in gratia, & uirtutibus, ita excellenter potest esse in muliere: sicut in uiro; ergo pari ratione & imago creationis, in qua conditus est homo.

RESOLVTIO.

Quod ad præsentiam imaginis ratio principaliter est in masculo, quam in femina: Quod uero ad id, quod de complemento est, nec in hac, nec in illo principaliter est, sed æquè in ambobus.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod sicut ex præcedentibus patet, imago quantum ad suum esse principaliter consistit in anima, & eius potentiis, & in his potissime prout habent ad Deum conuerti; & quantum ad hoc non est distinctio masculi & femine, serui & liberi; ideo imago quantum ad id, quod est de complemento eius, & de eius esse, non magis reperitur in uiro, quam in muliere. Quantum etiam ad bene esse, siue ad clariorem expressionem, consistit magis in anima, secundum quod ad corpus habet ordinem, & habitudinem. Et quoniam ex parte corporis est sexuum distinctio; & secundum sexuum distinctionem maior est representatio, siue quantum ad rationem præsidendi, siue quantum ad rationem principiandi; quia uir est caput mulieris, & uir est principium mulieris, & non uir pro muliere, sed mulier pro uirum; quantum adhuc utique modum excellentiori modo reperitur imago in sexu masculino, quam in femineo; non ratione eius, quod est de esse ipsius imaginis; sed ratione eius, quod adiacet.

ET secundum hoc satis plane potest responderi ad obiecta. Rationes enim ostendentes, quod non magis est imago uir, quam mulier, procedunt de imagine quantum ad suum primum esse, sicut intueti patet. Rationes uero ad oppositum

situm procedunt de imagine quantum ad aliquam accidentalem proprietatem, siue per relationem ad corpus. **AD ILLUD** autem, quod dicit Apostolus, & Glossa, quod uir est imago, & gloria Dei. Dicendum, quod uir accipitur metaphorice pro superiori parte rationis, & mulier pro inferiori, sicut exponit. Aug. r. de Trin. **ET** si tu obijcias, quod Apostolus loquitur de uiro, & muliere ad literam. Dicendum, quod loquitur de eis non secundum se, sed secundum significationem. Vir enim quia fortis est, & præsedet mulieri, superiorem rationis partem significat: mulier uero inferiori. Inde etiam est in matrimonio, quod uir significat Deum, & mulier significat ecclesiam siue animam: hoc autem est ratione uirilitatis ex parte una, & infirmitatis, & fragilitatis ex altera, quæ non respiciunt imaginem secundum se, sed ratione corporis annexi: & ita non essentialiter, sed accidentaliter.

QVAESTIO III.

An imago principaliter sit in cognitiua, quam in motiua, siue affectiua.

VTrum imago principaliter sit in cognitiua, quam in motiua, siue affectiua. Et quod principaliter sit in cognitiua, uidetur per illud, quod dicit Aug. Imago est in potentia cognoscendi, & similitudo in potentia diligendi: sed hoc non est dictum, quod omnino sit in potentia cognoscendi: ergo dictum est, quia principaliter est ibi. **ITEM.** Imago primo, & principaliter conuenit ipsi uerbo æterno: ergo ei principaliter magis conuenit, quod il

li uerbo æterno respondet: hoc autem est ipsa intelligentia, quæ est in ipsa potentia cognitiua: ergo &c. **ITEM.** Imago consistit in memoria, intelligentia, & uoluntate: sed duæ istarum potentiarum, scilicet memoria, & intelligentia tenent se ex parte cognitiuæ: ergo & imago plus se tenet ex parte cognitiuæ, quam affectiua. **ITEM.** Imago dicitur quandam confirmationem, & distinctionem: sed affectiua est unire, & cognitiua distinguere: ergo imago principaliter residet penes cognitiuam, quam penes affectiuam.

CONTRA. Imago reformationis respondet imagini creationis: sed imago reformationis, quæ quidem est gratia, principaliter est in affectiua, quam in cognitiua: ergo & imago creationis.

ITEM. In eo principaliter consistit res in quo consistit eius complementum, sed imago completur in uoluntate, & uoluntas se tenet ex parte affectiua: ergo &c.

ITEM. Imago est nobilissimum in anima: ergo consistit penes id, quod est in anima nobilissimum: sed liberum arbitrium, siue uoluntas est nobilissimum, quod est in anima: ergo principaliter consistit imago penes arbitrium, siue uoluntatem: hoc autem principaliter respicit affectiuam: ergo &c. **ITEM.** Similitudo est in plus, quam sit imago; non enim quilibet similitudo est imago, sed similitudo expressa in quadam configuratione, & imitatione: ergo ubicumque est imago, est & similitudo: ergo ubi principaliter est imago, principaliter est & similitudo: sed similitudo non est principaliter penes

penes cognitionem, sed penes affectionem, cum similitudo sit in gratuitis, quæ maxime respiciunt potentiam affectiuam: ergo par ratione imago. **I**uxta hoc queritur, quæ sit differentia inter imaginem, & similitudinem: cum. n. plus sit similitudo, quàm imago (sicut ostendit Aug. in Lib. 83. q.) & superius non debeat connumerari suo inferiori, uidetur quod male dicitur homo factus ad imaginem, & similitudinem. **T**erminus. Cum duæ sint potentia ex parte affectionis. s. irascibilis, & concupiscibilis, & duæ ex parte cognitionis. s. memoria, & intelligentia, quæ ratio est, quare in ratione imaginis potius accipiuntur duæ potentia ex parte cognitiuæ, & una ex parte affectiuæ. Videtur enim, quod potius debet esse econuerso, cum tres uirtutes theologicae, quæ reformant imaginem animæ, sic in ea ponantur, ut duæ sint ex parte affectiuæ. s. spes, & charitas, quarum una est in irascibili, & altera in concupiscibili, & una ex parte cognitiuæ, scilicet fides, quæ cõmuniter ponitur in rationali.

RESOLVTIO.

Cum imago dicat conuenientiam secundum configurationem, principalis erit in cognitiua, quàm in motiua potentia.

RESP. Dicendum, quod de prima nominis impositione differt imago, & similitudo. Imago. n. nominat conformitatem in quantitate: similitudo uero conuenientiam in qualitate. Imago nominat quandam cõfigurationem: & ita importat figuram, quæ est quantitas in qualitate, uel qualitas in quantitate: similitudo uero

ro dicitur rerum differentiũ eadem qualitas. Ex hac autem primaria differentia triplex consueuit assignari modus distinguendi inter imaginem, & similitudinem, cum dicitur. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem. Primus est, quem dicit Hugo, quod similitudo respicit naturam, & imago respicit figuram: quia similitudo dicit conuenientiam in qualitate naturali: imago uero conuenientiam in distinctione figurali, ad modum cuiusdã trianguli, in quo sunt tres termini, & tres lineæ, quia tres sunt potentia, quarum quælibet habitudinem habet ad quamlibet: & similiter tres persona: & potentia, uel persona tenet rationem termini: habitudo uero, uel emanatio tenet rationem lineæ. Secundus modus distinguendi est, quod imago est in naturalibus, & similitudo in gratuitis: quæ similiter habet ortum ex illa prima differentia. Quia enim imago dicit configurationem, & illa attenditur ex parte naturalium potentiarum animæ. s. memoriæ, intelligentiæ, & uoluntatis: hinc est, quod imago est in naturalibus: quia uero similitudo dicit conuenientiam, quæ ortum habet à qualitate: & qualitas, in qua anima similitur Deo, hæc est gratia: ideo similitudo in gratuitis dicitur esse. Tertius modus distinguendi est, quod imago est in potentia cognoscendi, & similitudo in potentia diligendi: & iste modus similiter habet ortum ex differentia prima. Quia enim imago consistit in conuenientia secundum configurationem: & configuratio attenditur

Lib. 1.
de sac.
par. 6.
cap. 2.

In origine, habitudine, & potentiarum distinctione: & hæc origo, & habitudo principaliter respicitur ex parte cognitiuæ: ideo imago principaliter ponitur in cognitiua. Similitudo uero dicit conuenientiam in qualitate: & quia qualitas, in qua principaliter assimilatur anima Deo, est in uoluntate, siue in affectione: hinc est, quod similitudo ponitur principaliter in potentia actiua: & inde est, quod in imagine creationis duæ sunt potentia ex parte cognitiuæ. s. memoria, & intelligentia, & una ex parte affectiuæ. s. uoluntas. Econtra uero in imagine recreationis: quæ quia consistit in gratia, duæ uirtutes sunt ex parte affectiuæ. s. spes, & charitas: & una ex parte cognitiuæ, s. fides. Imago enim principaliter respicit originem, & habitudinem: habitudo autem, & origo attenditur inter memoriam, & intelligentiam per modum patris, & prolis: & inter hæc duo & uoluntatem secundum modum donationis, siue processionis. Inter irascibilem uero, & concupiscibilem, nec est talis ordo, nec origo: cum motus irascibilis possit esse sine concupiscibili, & econuerso: motus autem uoluntatis non potest esse sine motu intelligentiæ præuio, nec actus similiter intelligentiæ sine actu memoriæ, in his dico, quæ sunt de ratione imaginis: ideo in assignatione imaginis duo sumuntur membra ex parte cognitiuæ, & unum ex parte affectiuæ: hoc. n. exigit ordo, & origo, & distinctio: & propterea imago principaliter est in cognitiua, quæ in affectiua: similitudo uero principa-

lius consistit in unione animæ ad Deum, quæ quidem est per gratiam. Et quoniam unio, & gratia principaliter respiciunt affectiuam: hinc est, quod in imagine recreationis, quæ quidem est in gratuitis, duæ sunt uirtutes, quæ respiciunt affectiuam. s. spes, & charitas, penes duas uires. s. irascibilem, & concupiscibilem: una uero, quæ respicit cognitiuam. s. fides, quæ respicit rationalem: quamuis & spes reformans irascibilem, per consequens reformet memoriã, cum cõueniãt in actu, quod est tenere. Secundum hoc igitur planum est respondere ad questionem, & obiecta. Concedendum est enim de plano, quod imago principaliter respicit cognitiuam: cõcedendæ sunt etiam rationes, quæ hoc probant.

AD ILLUD uero, quod obicitur de imagine reformationis. Dicendum, quod non ualet, quia imago reformationis potius est similitudo quædam, quàm sit imago. Si enim proprie esset imago, esset capax Dei, & esset immortalis: nunc autem non est sic: & ideo, quia imago recreationis potius est similitudo quàm imago, magis principaliter respicit potentiam affectiuam, quàm cognitiuam: quamuis reformet tam cognitiuam, quàm affectiuam. **A**D ILLUD, quod obicitur, quod complementum magis est in uoluntate. Dicendum, quod & si uoluntas ultima sit in imagine, non tamen se habet per modum complementi in ratione imaginis: imago enim dicit ordinem, & originem in potentiis, sicut est in personis: & quemad-

modum tertia persona non ponitur aliarum completiua, nec alias complere, sed potius ab eis recipere: sic uoluntas, prout est pars imaginis, potius consideratur in ratione egrediētis, quā in ratione complentis: & quia prima ratio originis est per modum nature, quæ quidem consistit in ortu intelligentiæ ex memoria: hinc est, quod imago principaliter respicit cognitiuam, quā affectiuam. AD ILLVD, quod obiicitur, quod imago consistit penes nobilissimum in anima. Dicendum quod nobilissimum in anima dupliciter potest accipi. Vel secundum distinctionem potentiarū. scilicet affectiuæ, & cognitiuæ, uel secundum cognitionem statuum. scilicet superioris portionis, & inferioris. Cum ergo dicitur, quod

imago consistat penes nobilissimum, hoc intelligitur quantum ad statum in superiori parte, non quantum ad potentias, quia imago complectitur tam affectiuam, quā cognitiuam, cum utraque nata sit immediatè ferri ad Deū. AD ILLVD, quod obiicitur, quod similitudo est in plus, quā imago. Dicendum, quod similitudo si accipitur in sua generalitate, in plus est: si uero accipitur propriè, sicut accipitur in proposito, non est in plus: immo distinguitur ab imagine: ita quod & si utramque tam affectiuam, quā cognitiuam respiciat, imago tamē principaliter respicit cognitiuam, & similitudo affectiuam: & ratio iam dicta est: & per hoc patet responsio ad illa duo, quæ quærebantur.

DISTINCTIO XVII.

De productione hominis quantum ad principia constitutiuā, scilicet corpus & animam: & primo de productione uiri.

Gen. 2.
Beda.
Quod
non cor-
poreis
instru-
mentis
formas
se uel
sufflas
se deus
dicitur.



Hic de origine animæ plura queri solent; scilicet, unde creata fuerit, & quando, et quam gratiam habuerit in creatione. Sicut hominis formatio secundum corpus describitur, cum dicitur: Formauit Deus hominem de limo terræ: ita eiusdem factura secundum animam describitur, cum subditur. Et inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ. Corpus enim de limo terræ formauit Deus, cui anima inspirauit. Vel secundum aliam literam flauit, uel sufflauit: non quod faucibus sufflauerit, uel manibus corporeis corpus formauerit. Spiritus enim Deus est, nec lineamentis membrorum compositis. Non ergo carnaliter putemus Deum corporeis manibus formasse corpus, uel faucibus inspirasse animam, sed potius hominem de limo terræ secundum corpus formauit iubendo uolendo, id est uoluit et uerbo

institit

iussit, ut ita fieret, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, id est, substantiam animæ, in qua uiueret, creauit: non de materia aliqua corporali uel spiritali, sed de nihilo.

Opinio quorundam hæreticorum, de animabus humanis.

Putauerunt enim quidam hæretici deum de substantia animam creasse, uerbis scripturæ pertinaciter inherentes: quibus dicitur, inspirauit, uel insufflauit, &c. Cum flat (inquiunt) uel spirat homo, de se flatum emittit. Sic ergo cum dicitur Deus flasse, uel spirasse spiraculum in faciem hominis, ex se spiritum hominis emisisse intelligitur, id est, de sua substantia. Qui hoc dicunt, non capiunt tropica locutione dictum esse sufflauit, uel flauit, id est, flatum hominis scilicet animam fecit. Flare enim est flatum facere, & flatum facere, est animam facere. Vnde Dominus per Esaiam, Omnem flatum ego feci. Non sunt ergo audiendi qui putant animam esse partem dei. Si enim hoc esset, nec a se, nec ab alio decipi posset, nec ad malum faciendum, uel patiendum compelli, nec in melius, uel deterius mutari. Flatus ergo quo hominē animauit, factus est a deo, non de deo, nec de aliqua materia, sed de nihilo.

Esa. 57
secun-
dū trās
latio-
nē. 72.

Quando facta sit anima, an ante corpus, aut in corpore.

Sed utrum in corpore, uel extra corpus, etiam inter doctos scrupulosa quæstio est. Augustinus enim super Genesim tradit animam cum angelis sine corpore fuisse creatam, postea uero ad corpus accessisse: neque compulsam est incorporari, sed naturaliter illud uoluit, id est, sic creata fuit ut uellet: sicut naturale nobis est uelle, uiuere. Male autem uelle uiuere, non naturæ, sed uoluntatis est peruersa. Alii uero dicunt animam primi hominis in corpore fuisse creatam: ita exponentes uerba illa. Inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ: id est anima in corpore creauit, quæ totum corpus rimaneat: faciem tamen specialiter expressit, quia hæc pars se sibus ornata est ad intuenta superiora. Sed quicquid de anima primi hominis æstimetur, de aliis certissime sentiendum est, quod in corpore. Creando enim infundit eas deus, et infundendo creat. Dicendum est etiam animam illam non sic creatam, ut præscia esset operis futuri iusti, uel iniusti.

Opinio
Aug. li.
7. c. 25.
27.
Ibi. ca.
26. Au-
gust. li.
de Gen.
ad lite.
6. c. 13.
14.
Exo. 7.
Ca. 15.

Solet etiam quæri. *Utrum Deus hominem repente in virili ætate fecerit, an proficiendo, & ætates augendo, sicut nunc format in matris utero.* Augustinus super Genesim dicit, quod Adam in virili ætate continuo factus est, & hoc secundum superiores, non inferiores causas, id est, secundum voluntatem, & potentiam Dei, quam naturæ generibus non alligavit: qualiter & virga Moysi conversa est in draconem. Nec talia contra naturam fiunt, nisi nobis, quibus aliter naturæ cursus innotuit: Deo autem natura est, quod facit.

Non ergo contra dispositionem suam illud fecit Deus. Erat enim in prima & creaturarum conditione sic hominem posse fieri: sed non ibi erat necesse, ut sic fieret: hoc enim non erat in conditione creaturæ, sed in beneplacito creatoris, cuius voluntas necessitas est. Hoc enim necessario futurum est, quod vult & præscit. Multa verò secundum inferiores causas futura sunt, sed in præscientia Dei futura non sunt. Si autem ibi aliter futura sunt, potius futura sunt sicut ibi sunt. ubi præscit ille, qui non potest falli. Sic ergo factus est Adam, non secundum inferiores causas, quia non erat in rerum causis seminalibus, ut ita fieret: sed secundum superiores, non contra naturam operantes: quia in rerum causis naturalibus erat, ut ita posset fieri.

Quod homo extra paradysum creatus, in paradiso sit positus: & quare ita factum sit.

Gene. 2. Hominem autem ita formatum tulit Deus, ut scriptura
Aug. li. docet, & posuit in paradiso voluptatis, quem plantaverat
de gen. a principio. His verbis aperte Moyses insinuat, quod homo
ad li. 8. extra paradysum creatus, postmodum in paradiso sit posi-
cap. 2. tus. Quod ideo factum dicitur, quia non erat in eo perman-
Tres sē- surus, vel ut non naturæ, sed gratiæ hoc assignaretur. Intel-
tētie de ligitur autem paradysus localis, & corporalis, in quo homo
paradi- locatus est. Tres enim generales de paradiso sententiæ sunt.
so Aug. Una eorum, qui corporaliter intelligi volunt tantum. Alia
lib. 12. eorum qui spiritualiter tantum. Tertia eorum, qui utroque
de Gen. modo paradysum accipiunt. Tertia, mihi placere fateor, ut
ad lite. modo paradysum accipiunt. Tertia, mihi placere fateor, ut
ca. 34. homo in corporali paradiso sit positus, qui ab illo principio
plan-

plantatus accipi potest, quo terram omnem remotis aquis herbas, & ligna producere iussit. Qui etsi presentis Ecclesiæ, vel futuræ typum tenet, ad literam tamen intelligendum est esse locum amœnissimum, fructuosis arboribus: magnum, & magno fonte fecundum. Quod dicimus, A principio: antiqua translatio dicit, Ad orientem. Unde volunt in orientali parte esse paradysum, longo interiacente spatio, vel maris, vel terræ: a regionibus quas incolunt homines, secretum, & in alto situm, usque ad lunarem circulum pertinentem, unde nec aquæ diluviij illuc pervenerunt.

De lignis paradisi.

In hoc autem paradiso erant ligna diversi generis: inter quæ unum erat, quod vocatum est lignum vitæ, alterum vero lignum scientiæ boni & mali. Lignum autem vitæ dictum est, sicut docet Beda, & Strabus, quia diuinitus accepit hanc vim, ut qui ex eius fructu comederet, corpus eius stabili firmitate, & perpetua soliditate firmaretur: nec ulla infirmitate, vel etatis imbecillitate in deterius, vel in occasum laboreretur. Lignum autem scientiæ boni & mali non a natura hoc nomen accepit, sed ab occasione rei postea secutæ. Arbor enim illa non erat mala, sed scientiæ boni, & mali ideo dicta est, quod post prohibitionem erat in illa transgressio futura: quia homo experiendo disceret, quid esset inter obedientiæ bonum, & inobedienciæ malum. Non ergo de fructu qui nasceretur inde, positum est illud nomen, sed de re transgressione secuta. Cognovit enim homo priusquam tangeret hoc lignum bonum & malum: sed bonum per prudentiam & experienciã, malum verò per prudentiã tantum. Quod etiam per experienciã novit usurpato ligno vetito: quia per experienciã mali didicit quid sit inter bonum obedientiæ, & malum inobedienciæ. Si vero primi parentes obedientes essent, nec contra præceptum peccassent: non ideo tamen minus diceretur lignum scientiæ boni & mali, quia hæc ex eius tactu accideret si usurparetur. A ligno ergo prohibitus est, quod malum non erat, ut ipsa præcepti conservatio bonum illi esset, transgressio malum. Nec melius consideratur quantum malum sit obedientiæ, quàm hoc modo: cum scilicet ideo

reus factus esse homo intelligitur, quia prohibitus rem tetigit, quam si non prohibitus tetigisset, nec peccasset, nec penam sensisset. Si vero venenosam herbam prohibitus tetigeris, pena sequitur, & si nemo prohibuisset. Similiter sequeretur, si etiam prohibetur res tangi, quæ non tangenti tantum, sed prohibenti obest, sicut aliena pecunia: ideo prohibitum est peccatum, quia prohibenti est damnosum. Cum vero tangitur, quod nec tangenti obest si non prohibetur, nec cuilibet si tangatur: ideo prohibetur, ut per se bonum obedientie, & malum inobedientie monstretur. Sicut primus homo a re bona prohibitus penam incurrit, ut non ex re mala, sed ex inobedientia pena esse monstretur, sicut ex obedientia palma.



Supra egit Magister de productione hois in comparatione ad principium extra: in hac vero parte agit de productione eius, quantum ad principia constitutiva, scilicet quantum ad corpus, & animam. Diuiditur autem ista pars in duas. In prima determinat de productione viri. In secunda vero de productione mulieris ex uiro, infra Dist. 18. In eodem quoque paradiso mulierem formauit, &c.) In principio. Prima pars habet duas. In prima determinat de hominis formatione. In secunda de hominis formati locatione, ibi. *Hominem autem ita formatum &c.*) Prima pars habet duas. In prima determinat de productione animæ in se. In secunda vero in relatione ad corpus, ibi. *Sed utrum in corpore an extra corpus, &c.*) Pars autem illa, in qua determinat de productione animæ in e, habet duas. In prima determinat ueritatem. In secunda remouet errorem, ibi. *Utauerunt enim quida heretici, &c.*) Similiter illa pars, in qua deter-

minat de productione animæ in comparatione ad corpus, habet duas. In prima determinat, utrum Deus creauerit animam in corpore, an extra corpus. In secunda quærit, utrum Deus fecerit hominem in ætate perfecta, ibi. *Solet etiam quæri, utrum Deus hominem repente, &c.*) Similiter pars illa in qua determinat de locatione hominis iam formati, habet duas. In prima determinat de loco eius in se. In secunda uero determinat in comparatione ad contenta, ibi. *In hoc autem paradiso erant ligna, &c.*)

In beneplacito creatoris, cuius, *Dub. 1.* &c.) Innuit Magister, quod voluntas Dei necessitat. Contrarium. Ex hoc sequitur, necessarium futurum est, quod uult, & præscit: quod si uerum est, cum Deus uelit omnia bona futura, nullum bonum futurum uenit contingenter, perit ergo libertas arbitrii. Præterea: falsum nunc dicere in hoc, quod subiungit. Multa etiã scdm inferiores causas futura sunt: sed in præscientia

scientia Dei futura non sunt: quæ enim futurum est, erit: quod non est futurum in præscientia Dei, non erit: ergo simul idem erit, & non erit. Resp. Dicendum, quod primum uerbum intelligendum est de necessitate non consequentis, sed consequentiæ: quia necessario ad uelle Dei sequitur ipsum uoluitum esse, uel futurum esse. Secundum autem uerbum intelligendum est ita, quod per hoc participium, futurum, significetur ordo effectus ad causas, non euentus, ut sit sensus, Multa scdm inferiores causas futura sunt. i. ordinata fieri, quæ scdm ueritatem, uel præscientiam non sunt futura, quia non eueniunt.

Quod homo extra paradysum creatus, &c.] *Dub. 2.* Contra. Cum. n. paradysus esset locus habitationis deditus homini secundum statum innocentie, & locus congruus generationi, & productioni, ut, quod homo debuit produci in paradyso. Item cum tota terra esset tunc fructifera, & aer tranquillus, uideretur, quod tota erat congrua, ut inhabitaretur ab homine: ergo si homo extra paradysum est productus, ut, quod extra paradysum ad habitandum debuit relinqui. Itẽ. Si tota terra producta est propter hominem: ergo uideretur, quod si homo steteret, alia pars terræ a paradyso superflueret: propter hoc est hic quæstio, quid uocetur hic paradysus, in qua homo est positus. Resp. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod (sicut dicit Magister) tres fuerunt de paradyso sententiæ. Quidam enim dixerunt, quod paradysus illa, in qua erat positus homo, erat locus corporalis, qui pro-

pter suam amœnitatem paradysus dicebatur: nec est alia paradysus, nisi corporalis. Alii uero attendentes: quod beatificatio hominis est in paradyso, quæ consistit in Dei fruitione, non in corporali amœnitate, dixerunt hanc paradysum non esse locum corporalem: sed spiritualement, & omnia illa, quæ dicuntur de paradyso in Gen dicta esse metaphoricè: unde homo in formatione sui positus dicitur fuisse in paradysum, non quia fuerit localiter mutatus: sed quia in spirituali amœnitate, & delitiis ex Dei amore, & cognitione, & fruitione est positus. In huius autem sententiæ assertionem adducunt illud, quod dicitur de latrone. Luc. 23. Hodie mecum eris in paradyso. Et illud, quod dicitur de Lucifero Eze. 28. In deliciis paradysi Dei fuisti. Tertia est positio, quod est paradysus spiritualis, & est paradysus corporalis. Paradysus spiritualis dicit statum, uel quietem, & amœnitatem deliciarum spiritualium, & iste potest esse secundum duplicem statum. scilicet ecclesiæ triumphantis, & ecclesiæ militantis. Unde paradysus spiritualis duplex est, siue dupliciter dicta est. Una est in ecclesia militante, altera in ecclesia triumphantem. Unde illa, quæ sunt dicta in Genes. de paradyso spirituali, possunt exponi metaphoricè. Paradysus autem corporalis locus est deliciarum, & amœnitatis: & hæc est duplex similiter secundum duplicem statum. scilicet perfectum, & imperfectum. Secundum statum perfectum paradysus est celum empyreum. Scdm statum imperfectum paradysus est locus quidam amœnus in partibus orientis

tis, de quo dicit Damasc. Diuina paradifus est Dei manibus in Eden plantatus, gaudii, & exultationis uniuersę prōptuarium. In hoc autē loco decuit hoīem poni, ut esset ei facilitas pueniēdi ad patriam, & ut Deus homini ostenderet beniuolentiam: cui locum amœnissimum ad inhabitandum pparauerat, ut sic amœnitas exterioris habitaculi corresponderet deliciis interioribus, quales habet anima, quę est tēplum Dei, & habebat anima primi hominis. Extra autē hunc locum debuit homo produci, & ut melius cognosceret Dei beneficium, dū se uideret quasi aliunde adductum: & ut etiam ostenderet per hoc, quod homo non erat ibi factus ad æternaliter habitandum: sed temporaliter peregrinandum. Et quia Deus præsciebat hominis casum, in paradiso uoluit eum collocare, ut p eius eiectionem de loco uoluptatis cognosceret sensibiliter quanta bona spiritualia amisisset p culpam: cognosceret etiam nihilominus quanta esset differentia inter eum, qui domino obedit humiliter, & eum, qui ipsum contemnit. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Locus enim paradisi cōuenienter factus fuit propter hominem institutum, & alia terra conuenienter fuit facta propter hominem, quem Deus præuiderat esse lapsurum: & quia simul etiam uiderat hominem, & peccatum, de ea terra sumpsit eum, in quam erat postmodum rediturus. Nec tamen si homo stetit, alia pars mundi superflueret: quia bestiis seruiantibus homini habitacu-

lum præberet, & habitaculum sua inferioritate excellens ostenderet, & sua magnitudine decoraret: sicut magna platea decorat palatium, & sicut aula decorat cameram.

Voluit in orientali parte esse paradifum, &c.] Innuit Magister locum paradisi in alto situm, & usque ad lunarem circulum pertingentem. Videtur hoc esse falsum. Primò: quia inter lunarem circulum, & aerem est sphaera ignis, quæ non pateretur ibi hominē posse uiuere. Item. Aer in sua parte superiori est tantæ subtilitatis, quā ibi nō possunt aues uiuere: sicut dicit Aug. ergo si paradisi locus esset adeo eleuatus, nō posset ibi uiuere hō habēs corpus animale. Præterea, si adeo esset ille locus eleuatus, cū maximè appropinquaret soli: ergo esset calidissimus & intēperatissimus: sequeretur etiam ex hoc, quā terra esset supra aquā, & supra aerē. Resp. q̄ (sicut Doctores dicūt) paradisi corporalis situs est ualde eminēs, & altus, & iuxta equinoctialē in oriente quodāmodo uergēs ad meridiē. Est autē tantæ altitudinis, ut illuc non conscēdant uapores in aere eleuati, sed fit ibi aer mundus, & purus, idoneus statui perpetuitatis: & propter puritatem aeris ibi esse contemperantiam caloris: & quia secus equinoctia, est ibi magna temperies temporis. Quod ergo dicitur, usque ad lunare circulum ptingere: hoc nō est dictū secundū situm, sed secundū quandam proprietatē, siue quā cōformatur in raritate, et luminositate, et trāquillitate, siue quia uapores, quibus domi-

Dub. 3.

natur luna, illuc non pertingūt. Et sic patet illud.

In hoc autem paradiso erant ligna diuersi generis, &c.] Quæritur propter quid duo ex ipsis lignis nominat, & non plura. Item. Cū lignum illud, de quo facta est prohibitio, non fuerit scientiæ boni, & mali, nisi propter transgressionem Adæ, non uidetur, quā sic debuerit a sui principio nominari. Item. Cum lignum uitæ illum effectum uiuificandi non habuerit, uidetur, quod frustra fuerit: aut ab illo effectum nominari non habuerit. Resp. quod uniuersalitas lignorum sub tribus differentiis comprehendit, secundum quod ad triplicē utilitatē hominis poterat ordinari: aut ex parte corporis, aut ex parte animæ, aut ex parte cōiuncti. Si ex parte corporis, sic erant ligna fructifera, quæ præbebāt ei alimenta ad corporis sustentationem. Si ex parte animæ, sic fuit lignum scientiæ boni, & mali, quod ordinabatur ad obediētiam hominis probationem. Si ex parte cōiuncti, sic erat lignum uitæ, quod faciebat ad uitæ humanæ perpetuationem. De his autē lignis duo nominata sunt propter speciales effectus: p̄ quod & dominus illa duo ligna collocauit in medio paradisi, & unū posuit iuxta alterum: ut ex uno conciperet homo affectum amoris, & ex alio affectum timoris, & ut quasi opposita iuxta se posita elucescerent, & faciendo abstinentiam ab uno, habere mereretur refectionem sufficientem ab altero. Et hoc est, quod dicit August de Ciuitate Dei loquēs de primis parentibus. Status im-

mortalitatis eis de ligno uitæ, quod in medio paradisi cum arbore uerita simul erat, Dei mirabilis gratia monstrabatur: tamen & alios sumebant cibos præter unā arborem, quæ fuerat interdicta. Et sic patet, qualiter illa duo ligna specialiter nominatur: unū autem. s. lignum uitæ nominat, ut ab effectu, nō quem fecit: sed ad quem ordinatur. Aliud uerò. s. lignum scientiæ ab euentu: & utrunque satis cōgruit, quā tā ille effectus, quā ille euentus ualde notabiles erant. Licet autē lignū uitæ primum effectum non habuerit in actu, habuit tamen in habitu: nec tamen frustra fuit: quia quāuis ex ipso primus homo non acceperit refectionem eius: tamen posteri recipiunt instructionem, dum per illud lignum intelligunt Christum.

A ligno ergo homo prohibitus est, &c.] Contra. Videtur, quod Deus inconuenienter fecerit primum: quia sicut prohibere malum, est bonum: ita prohibere bonum, est malum: ergo uidetur, quod Deus fecerit malē, dum prohibuit illius ligni usum. Itē. Bene sciebat dominus, quod ipsi p̄hibitionē suam non seruaret: ergo si sine illa prohibitionē poterat esse salus, uidetur, quā nō fecerit aliud, quā laqueum eis iniicere, dū prohibuit. Item. Si oīa facta sunt propter hominē: ergo lignum illud erat hominis: sed nulli debet subtrahi res propria absque culpa: ergo uidetur, quod Deus iniuriatus fuerit homini, & eum puniuerit prohibēdo, quod suum erat, in quo tamē nulla culpa præcesserat. Resp. q̄ Deus homini illud lignū

Dub. 5.

pro-

prohibuit p̄p obediētiæ meritū acquirēdū ex parte hominis, & p̄p ostēdendū suæ iurisdictionis dominium, q̄ habebat in homine: quia prohibuit p̄pter obediētiæ meritum, ut illud meritum esset purum, & plenum: & bene a tali re prohibuit, a qua non deberet cessari nisi solius obediētiæ intuitu: & ideo a re bona. Item. Quia prohibuit ad ostēdendū suę iurisdictionis dominium: ideo a tali re debuit prohibere, a qua homo non deberet retrahere manum, nisi p̄pter solius Dei imperium, & hęc quidem fuit res bona. Et propterea illud mandatum dicitur esse mādātū disciplinæ, q̄a ad hoc non obligatur ex se sine aliquo rationis naturalis dictamine, sed ex sola diuina præceptione. Quamuis & alia possit reddi rō, quod datum sit illud mādātū diuinum, ut per hoc disceret, cui deberet esse subiectus, & quantum ēt differret inter eum, qui Deo obedit, & eum, qui contemnit eius imperium. Nulla igitur fiebat ex hoc homini iniuria: immo fiebat utilitas, dum præcipiebatur ad eius eruditionem, & meriti amplificationem: quod si contrarium euenit, hoc fuit ex culpa sua, ex qua conuertit sibi bonum in malū: sicut impiis & peccatoribus bona conuertuntur in mala. Propter istius tamen euentus præuisionem nō debuit Deus dimittere dare tale mādātum: q̄a ordo, & decor, qui attēditur in operibus Dei sc̄dm regulam diuinæ sapientiæ, nō debet intermitteri propter incommodum alicuius spiritualis creaturæ. Præpterea ex illo malo inde

sequēte poterat Deus, & sciebat multo maius bonum elicere. Et per hoc patet responsio ad obiecta, excepto primo: quia non est simile: prohibere enim malum, bonum est: quia non potest aliquis malum perpetrare sine culpa: sed prohibere bonū non est, ita malum: q̄a abstinere potest homo absque culpa: abstinere enim a bono commodi cadit in genere boni honesti. Alia satis patent per iam dicta.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An anima primi hominis producta sit de dei substantia?



QD intelligentiam huius partis incidit hic quæstio de productione hominis quantum ad duo. Primò quæritur de productione ipsius, quantum est ex parte aīæ. Secundò quantum est ex parte corporis. Circa primū quæruntur tria. Primò quæritur, utrū anima primi hominis producta sit de Dei substantia. Secundò quæritur, utrum producta fuerit ex aliqua materia. Tertio quæritur, utrum producta fuerit ante corpus, uel post, siue in corpore, an extra.

QUOD anima humana sit ex Dei substantia, ostenditur primo auctoritate Gen. 2. Inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ: sed inspiratio est per egressum alicuius ab intrinseco: ergo sicut. S. S. qui est eiusdem naturæ cū spirāte: sic humanus spūs, qui fuit inspiratus a Deo, est de natura diuina. Si TV dicas, q̄ in sufflatio, uel inspiratio pōt esse rei diuersæ: p̄ naturam. Obiici-

tur,

tur, quia Glos. dicit super illud Ioan. 20. insufflauit in eos, & dixit eis, Accipite, &c. Augu. dicit ibi, quod in hoc ostendit ex se procedere spiritum sanctū: si ergo Deus insufflauit in faciē hominis spiraculum uitæ, uidetur quod spiritum hominis produxit ex se. ITEM. Eccl. ultimo. Donec puluis reuertatur in terrā, unde erat, & spiritus redeat ad Deū, qui dedit illum: si igitur spiritus redit ad Deum, sicut puluis redit ad terram, sicut homo, quantum ad carnem, est de terra, ita uidetur, quod quantum ad spiritum, est de Dei substantia. ITEM. Actū. 17. Genus enim Dei sumus, sicut quidam philosophorum nostrorum dixerūt. Sed quæ sunt eiusdem generis sunt eiusdem naturæ: ergo nos, & Deus sumus eiusdem naturæ: sed non quantum ad corpus, ergo quantum ad animam: ergo aīa est de Dei substantia. ITEM. Ratione uidetur. Omnia corporalia producuntur ex aliqua materia, quæ est in omnibus corporalibus una: ergo pari ratione spiritualia p̄ducuntur ex aliqua spirituali natura, quæ in omnibus spiritibus sit una: sed spiritualis substantia in omnibus repta per identitatem non est nisi diuina: igitur anima facta est ex Dei substantia. ITEM. Solus Deus est immortalis per naturam: ergo nulli cōuenit immortalitas per naturam, nisi qd̄ est uel Deus, uel ex Deo: nulli autē conuenit esse imaginem Dei nisi cui conuenit esse immortalē per naturam, non enim imago esset (sicut dicit Aug.) si mortis termino clauderetur: si ergo ani-

De spir.
et ant.
cap. 36.

ma rōnalis naturaliter est imago: ergo naturaliter est immortalis: ergo de Dei substantia producta fuit. ITEM. Deus est lux spiritualis, quæ est fons omnis illuminationis spiritualis: sicut sol est fons illuminationis corporalis: sed corpora luminosa sunt eiusdem naturæ cum luce, & cū sole: ergo pari ratione spiritus naturaliter luminosi sunt eiusdem naturæ cum fonte lucis spiritualis: sed quicquid est eiusdem naturæ cum Deo, uel est Deus, uel de Deo: ergo &c.

CONTRA. Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: hoc nō est dictum secundum corpus: ergo secundum animam: igitur anima hominis facta est: & circa diuinam naturam nō cadit factio uel mutatio: ergo nō est ex Dei natura, uel substantia. ITEM. Si anima est ex Dei natura, cū anima sit pars hominis, Dei natura uenit ad constitutionem hominis: sed pars est minus nobilis, q̄ totum: ergo Deus est minus nobilis, quā homo: sed hoc est falsum, & impium dicere: ergo &c. ITEM. Si anima est ex diuina natura, aut ergo habet aliquam formam super inductam illi naturæ, ex qua est, aut nullā. Si nullam: ergo non uidetur esse nec facta, nec à Deo diuersa. Si aliquam: ergo diuina natura est ipsius animæ materia: sed quod est materiale principium alicuius, est minus completum & imperfectum. ergo Deus est incompletus, & imperfectus per naturā, quod est blasphemia. ITEM. Si anima est ex Dei substantia, & anima deprauatur: ergo contin-

git

git diuinā substantiā deprauari: & si cōtingit Dei substantiā deprauari: ergo Deus nō est summe bonus: cū igitur rōnalis spiritus peccare possit (sicut patet) rōnalis spiritus non est ex Deo. **ITEM.** Si aīa est ex Deo: aut igitur per generationē, aut p spirationē. Si primo mō, tunc aīa nihil aliud est, quā uerbū. Si scđo, tunc anima nō est aliud, q̄ spiritus: sic igitur oīs hō esset Deus. **ITEM.** Si aīa hominis esset ex Deo, aut de toto Deo, aut d̄ parte: si de parte: ergo Deus est cōpositus, & habet partē, & partē: qđ est omnino falsum. Si de toto: sed Deus est immēsus, & infinitus; ergo cuiuslibet hoīs aīa est immēsa, & infinita: & si hoc, quilibet homo est omnipotens, qđ nullus dubitat esse falsum.

RESOLVTIO.

Cum Deus non sit causa materialis alicuius, credendum non est animam humanam de sui substantia condidisse.

RESP. Dicendum, quod aliquorum positio fuit, quod intellectus humanus non erat aliud, q̄ intellectus diuinus: sed diuinus intellectus dicebatur prout considerabatur in se, humanus uero prout perficiebat corpus aliquod. Sed cū Deus nullius sit pars constitutiua propter suam summam perfectionem, & absolutionem, positio hęc fuit stulta, & erronea. Est & alia positio non minus stulta, erronea, & impia Manichæorum, uidelicet qđ spiritus rationalis sit Dei substantia, & natura. Dicunt enim, quod in homine est duplex anima (sicut recitat Aug. in Lib. de duabus animabus) quarum una

inclinat ad bona, & alia inclinat ad mala: & illa, quæ facit mala, nunq̄ pōt facere bona: & illa, q̄ inclinat ad faciendū bonum, est de Dei natura. Sed hęc positio multipliciter a ueritate est aliena. Primū quia ponit Deū eiusdē naturæ esse cum creatura, & alicuius creaturæ esse materiā, cum ponit creaturā fieri ex Dei substantia: & ad hanc positionē sequuntur innumerabilia inconuenientia, & hoc præcipuū est, quia implicat in se duo opposita, dum ponit animā a Deo esse factā, & eam esse de diuina substantia. Deniat ēt a ueritate in hoc, qđ ponit in nobis duas animas: sed huius improbatio melius tangetur infra. Et ideo tertia positio est uera, & catholica, qđ anima non est producta de Dei substantia: Deus enim ad creaturas se habet in ratione efficientis, & formalis, & finis: sed nullo modo potest se habere in ratione materialis, quantumcūque creatura sit nobilis: quia quod se habet ut materiale respectu alicuius, est minus completū ipso: & ideo rationes hoc probantes, concedendę sunt.

AD ILLVD uerō, qđ obiicitur, qđ inspirauit in faciē, & c. Dicendū, qđ inspirare idē est ibi, qđ spiritū facere, & factum corpori insinuare, uel infundere: similiter & insufflare est flatū hominis facere, & factum corpori infundere. Vnde sicut qđ Deus res produxit uerbo, non fuit ibi uox materialis: sic qđ insufflauit, nō fuit mediātibus faucibus & instrumentis corporalibus. Et ideo non ualet illud simile de Iohannis 20. ad literam. In-

insufflauit

insufflauit: & illa insufflatio erat processionis spiritus sancti signatio, & ostensio. **AD ILLVD**, qđ obiicitur de Eccl. Et spiritus redeat ad Deum & c. Dicendum, qđ sicut corporis resolutio stat cum peruentum est ad terram, sic mutabilitas animę tunc demum stat, quando coniungitur ei, scđm quē facta est. In solo. n. Deo inuenit perfectam quietē. Et ideo nō uult sapiens dicere, qđ spiritus redeat ad Deum per corruptionem, sicut corpus in terrā: sed est similitudo quantū ad quietationem. **AD ILLVD**, quod obiicitur, qđ genus Dei sumus. Dicendum, qđ genus dupliciter accipi pōt. Vno modo proprie, & sic dūr aliqua conuenire in genere, quæ cōueniunt in aliqua forma, & natura cōi. Alio modo accipitur large & sic dūr aliqua conuenire in genere, in quibus est aliqua conuenientia spiritualis secundum habitudinē analogię: & sic dicit Aug. 12. de Trinitate qđ anima cognoscit in quadam luce sui generis: & uocat illam, lucem increatā, quā dicit esse sui generis propter hoc, quod est spiritualis, sicut anima: & sic intelligitur uerbum apostoli. **AD ILLVD**, qđ obiicitur, qđ corporalia sunt ex aliquo uno. Respondēdū est, qđ hoc non concludit, qđ spiritus rationales fiant ex Deo: illud. n. unum, ex quo fiunt corporalia, est ens in potentia respectu illorum; Deus autem respectu nullius potest esse in potentia: & iō ex hoc non sequitur, quod spirituales substantiæ producantur de diuina natura. **AD ILLVD**, quod obiicitur, qđ solus

Deus est immortalis per naturam. Dicendum quantum sufficit ad præsens (quia infra habebitur de immortalitate) qđ immortalitas per naturam dicta de Deo, intelligitur p priuationē oīs gratiæ: siue gratia dicat aliquid superadditū naturæ, siue dicat gratuitā influentiā, p quā cōseruatur natura, quia Deus se ipso permanet: aīa autē & si de sui natura sit ad permanēdū idonea, tū nunq̄ permaneret nisi cōseruaret per gratuitā Dei influentiam. **AD ILLVD**, qđ obiicitur, qđ Deus est lux spiritualis. Dicendum, qđ non est simile de luce spirituali, & corporali omnino. Lux. n. spiritualis, q̄ Deus est, cū sit simplicissima, non pōt esse perfectio rerum diuersarū naturarum. Cum aut sit omnipotentissima potest producere, & facere lucē creatā aliquo mō sibi conformem: quæ tamen sibi non sufficit, ēt postquam producta est, nisi adsit ei summæ lucis influentia. Et sic intelligendum est in ipsa anima humana, qđ ipsa habet lucē propriā. s. creatā, per quam cōpletur, quæ a luce æterna & producitur, & conseruatur: lux aut corporalis in diuersis corporibus potest reperi ut perfectio, cum non sit forma omnino simplex: sed sit nata coniungi materiæ.

QUESTIO II.

An anima Adæ ex materia producta sit?

VTVM anima Adæ producta fuerit ex materia. Et qđ nō, v̄ primo p auctore sex principiorum. s. Gilbertum Porretanum, qui dicit, qđ forma est cōpositioni contingens in simplici

Dist. 19
art. 1.
q. 1.

Cap. 1.

ei

ci essentia consistens. Si igitur anima rationalis uere forma est: ergo simplex est: ergo non componitur ex materia, & forma. **ITEM.** Philosophus in principio Tertii de animalibus dicit, quod intellectus est impermixtus, & impassibilis: sed omne quod habet materiam potentiam habet passivam, ergo substantia intellectiva non habet materiam. **ITEM.** Magister in litera. Substantiam animæ, in qua uiueret, creauit Deus non de materia aliqua corporali, uel spiritali, sed de nihilo. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur ratione. Substantia intellectiva nihil cognoscit nisi abstrahatur a materia: sed in actu cognoscendi fit assimilatio cognoscentis ad cognoscibile, & e conuerso: si ad hoc, quod intelligatur necesse est abstrahi a materia: & ad hoc, quod aliqua substantia intelligat, necesse est, quod sit per naturam a materia separata: sed si anima Adæ fuit huiusmodi: ergo &c. **ITEM.** Quanto forma nobilior, tanto simplicior: sed anima inter omnes formas est nobilissima: ergo simplicissima: sed alia formæ non componuntur ex materia, & forma: ergo multo fortius nec rationalis anima. **ITEM.** Omne, quod habet materiam, & formam, ut partes constitutiuas est hoc aliquid, & est completum: nihil autem, quod est hoc aliquid, & completum in se, uenit ad constitutionem tertii: sed anima rationalis uenit ad constitutionem tertii: ita quod ex ipsa anima, & corpore fit unum per essentiam: ergo anima non est hoc aliquid: ergo uel est materia, uel forma pura: non materia: ergo forma.

SED CONTRA. In tertio de Anima dicit Philosophus, quod sicut in omni natura est materia, & efficiens: sic in anima est intellectus, quo est omnia fieri, & intellectus, quo est omnia facere: si igitur potentia passiva est a materia, & hæc est in anima: patet &c. **ITEM.** In o. primæ philosophiæ dicit Philosophus, quod sicut materia est subiectum formarum substantialium, sic compositum est subiectum accidentis: sed anima rationalis est subiectum scientiarum, & uirtutum, etiam secundum se considerata: ergo composita est ex materia, & forma. **ITEM.** Philosophus in 8. metaphysicæ. Operans, & generans non facit aliud nisi propter materiam: ergo si Deus facit animam, quæ est aliud, quam ipse: necesse est, quod materia uel sit in Deo, uel sit in anima: sed non est in Deo: ergo est in anima. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur ratione. Omne creatum, cui debetur propria operatio, habet duo diuersa. scilicet quod agit, & quo agit: sed animæ secundum se considerata debetur propria operatio: ergo uidetur, quod non solum sit forma: quia si pure forma esset, tunc ageret seipsa: ergo habet aliquid de materia. **ITEM.** Omne illud, quod secundum sui mutationem est susceptibile contrariorum, est hoc aliquid, & substantia per se existens in genere: & omne tale compositum est ex materia, & forma: sed anima secundum sui mutationem est susceptiua gaudii, & tristitiæ: ergo anima rationalis composita est ex materia, & forma. **ITEM.** Anima rationalis non solum modo uitam præ-

Tex. 17

Tex. 12

Tex. 28

bet corpori sed et ipsa uiuit: aut igitur est sua uita, aut non. Si sic: ergo non differt in ea uiuens, & quo uiuit. Et iterum: si est sua uita, non uiuit per participationem, sed per essentiam, quæ duo sunt contra Boetium, & Augu. ergo ponere est in anima, secundum se considerata aliquid, quod det uitam, & aliquid quod recipiat: & si hoc: ergo est composita ex materia, & forma. Et ad hoc posunt adduci rationes, quæ adductæ sunt supra ad ostendendum, angelum esse compositum ex materia, & forma.

Dist. 3.
art. 1.
q. 1.

RESOLVTIO.

Anima humana cum sit hoc aliquid, & nata per se subsistere; agere & pati, mouere et moueri; materiam habere dicenda est: secus de animalibus brutorum.

RESPOND. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod circa hoc diuersi diuersa opinati sunt. Quidam enim dixerunt, nullam animam nec rationalem, nec brutalem habere materiam, quia spiritus sunt simplices: animam tamen rationalem dixerunt habere compositionem ex quo est, & quod est: quia ipsa est hoc aliquid, & nata est per se, & in se subsistere. Sed cum planum sit, animam rationalem pari posse, & agere, & mutari ab una proprietate in aliam, & in seipsa subsistere: non uideretur, quod illud sufficiat dicere, quod in ea sit tantum compositio ex quo est, & quod est: nisi addatur in ea esse compositio materię, & formæ. Ideo fuerunt alii, qui dixerunt, non solum animam rationalem, sed brutalem etiam ex materia, & forma compositam esse, cum utraque

fit motor corporis sufficiens: sed quia anima brutalis propriam operationem non habet, nec est nata per se subsistere, non uideatur, quod habeat materiam intra se. Et ideo est tertius modus dicendi tenens medium inter utrumque. scilicet quod anima rationalis, cum sit hoc aliquid, & per se nata subsistere, & agere, & pati, mouere, & moueri, quod habet intra se fundamentum suæ existentie, & principium materiale, a quo habet existere, & formale, a quo habet esse. De brutali autem non oportet illud dicere, cum ipsa fundetur in corpore. Cum igitur principium, a quo est fixa existentia creaturæ in se, sit principium materiale: concedendum est animam humanam materiam habere: illa tamen materia subleuata est supra esse extensionis & supra esse priuationis, & corruptionis: & ideo dicitur materia spiritalis. Et propterea illi, qui locuti sunt de materiali principio quantum ad esse extensionis, & prout habet esse sub priuatione, dixerunt animam rationalem non habere materiam, non intendentes de materia in sua generalitate, sed prout ad eam stat resolutio philosophica: sicut dictum est de simplicitate angeli. Unde concedendæ sunt rationes hoc ostendentes. **AD ILLUD,** quod obiicitur, quod omnis forma est simplex. Dicendum, quod auctor ille definiens formam, loquitur de forma illa, quæ est forma tantum: non de ea, quæ est forma, & hoc aliquid: unde uel diffinit ibi formam accidentalem, uel diffinit formam uniuersalem.

AD ILLUD, quod obiicitur,

Reclamat
Sco. hic
q. 1. ibi.
Dimissa
opi-
nionem
ista.
&c.

8. phy.
sec. 37

quod intellectus est impassibilis, & impermixtus. Dicendum, quod Philosophus remouet ab intellectu materiam secundum quod consideratur sub priuatione, & sub potentia ad transmutationem secundum esse: non remouet materiam uniuersaliter, immo ponit cum dicit, quod in intellectu est natura, qua est facere, & qua est fieri. AD ILLVD, quod dicit Magister in litera. Dicendum, quod Magister non uult dicere, quod anima non habeat materiam: sed quod non habeat materiam praesentem: huius autem ratio habebitur infra. scilicet quare anima non est producta, nec producitur ex praesenti materia. AD ILLVD, quod obiicitur, quod substantia intellectiua nihil cognoscit, nisi quod abstrahitur a materia. Dicendum, quod hoc non facit propter hoc, quod ipsa sit omnino immaterialis: sed propter hoc, quod res non potest ei uniri secundum ueritatem. Ideo oportet, quod uniat secundum similitudinem, quam anima abstrahit a re. Alia est etiam ratio, quia intellectus per similitudinem, per quam intelligit, debet fieri in actu intelligendi: illud autem, quod facit rem esse in actu, species est, & forma: ideo anima non cognoscit rem, nisi speciem eius, & formam sibi imprimat: & hoc non potest esse, nisi illa abstrahatur a materia: nec ex hoc sequitur, quod anima careat materia: res enim abstracta a materia propria bene potest fieri in re alia, quae suam habet propriam materiam, & formam, sicut similitudo coloris in speculo. AD ILLVD, quod obiicitur, quod qua-

to forma nobilior, tanto simplicior est. Dicendum, quod illud habet locum in his, quae sunt purae formae: anima autem non tantum est forma, immo etiam est hoc aliquid: & ideo si comparatur forma animae ad alias formas, absque dubio simplicior erit, quam aliae formae. Ipsa autem anima cum sit rationalis, cum sit per se existens, aliquam compositionem habet, quam aliae formae non sunt natae per se habere, dum non sunt natae per se existere: nihilominus tamen ipsa anima simplicior aliis formis dici potest. Est enim multiplex genus simplicitatis, secundum quod & multiplex est genus compositionis, & partium. Sunt enim partes substantiales, & sunt partes quantitatis: & compositio ex partibus substantialibus, & compositio ex partibus quantitatis. Et sic simplex dicitur dupliciter. aut quod caret partibus constitutiuis, aut quod caret partibus quantitatis. Quamuis igitur anima non sit aliis formis simplicior, quantum ad partes constitutiuas, quia tales partes habere spectat ad complementum, & perfectionem: hoc enim facit rem esse per se, simplicior tamen est quantum ad priuationem partium quantitatarum, ipsa enim nec habet extensionem per se, nec habet extensionem per accidens, nec quantum ad substantiam, nec quantum ad actum proprium. Aliae tamen per accidens possunt habere extensionem, & partibilitatem, uel secundum id quod sunt, uel secundum id quod operantur, & ideo quantum ad hoc anima, & maxime rationalis, est

est forma nobilior. AD ILLVD, quod obiicitur, quod compositum ex materia, & forma, est ens completum, & ita non conuenit ad constitutionem tertii. Dicendum, quod hoc non est uerum generaliter: sed tunc quando materia terminat omnem appetitum formae, & forma omnem appetitum materiae, tunc non est appetitus ad aliquid extra: & ita nec possibilitas ad compositionem, quae praexigit in componentibus appetitum, & inclinationem, licet autem anima rationalis compositionem habeat ex materia, & forma: appetitum tamen habet ad perficiendum corporalem materiam: sicut corpus organicum ex materia, & forma compositum est, & tamen habet appetitum ad suscipiendum animam.

QVAESTIO III.

An anima Adae producta fuerit ante corpus, uel post?

VERVM anima Adae producta fuerit ante corpus, uel postea. Et quod ante, uidetur per text. Gene. i. Faciamus hominem ad imaginem, &c. hoc dictum est sexta die: sed post septimam subditur. Formauit Deus hominem de limo terrae: igitur prima formatio, ad animam refertur, secunda ad corpus, ergo prius fuit facta anima, quam corpus. ITEM. Hoc uidetur ratione. Sicut homo ex parte corporis communicat cum animalibus brutis, ita ex parte animae comunicat cum angelis: ergo sicut corpus hominis productum est eodem die cum animalibus brutis sic spiritus eius rationalis debuit produci eodem die cum angelis;

ergo &c. ITEM. Anima Adae se habet ad corpus sicut aeternum ad temporale, & sicut aeternum ad tempus: sed aeternum est prius tempore, & aeternum prius temporali: ergo prius uidetur debuisse produci anima Adae, quam corpus, cui debebat uniri. ITEM. Substantia spiritualis a corpore non dependens quantum ad esse, non dependet quantum ad productionem, sed spiritus rationalis Adae ab eius corpore non dependebat quantum ad esse: ergo nec quantum ad productionem: corpus autem a spiritu dependebat, quia sine illo permanere non poterat: ergo si absolutum est ante dependens prius debuit produci anima, quam corpus. ITEM. Maior est distantia inter spirituale, & corporale, quam sit inter corpora miscibilia: sed corpora miscibilia prius producta sunt separatim, quam sint ad inuicem ad constitutionem tertii mixta: ergo anima prius debuit produci, quam corpori uniri: ergo non est creata in corpore, sed extra corpus. ITEM. Tanto aliquid prius debet produci, quanto magis appropinquat primarie rerum origini: sed anima plus appropinquat ad Deum qui est principium omnium, quam corpus humanum, cum sit ei similitior & simplicitate, & spiritualitate: ergo &c.

CONTRA. Gene. 2. Formauit Deus hominem de limo terrae, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitae: quod exponitur, id est spiritum fecit: sed spiraculum vitae spirare, nihil aliud est, quam animam hominis creare: ergo

si prius creauit corpus, quā spiraculum inspiraret, prius igitur produxit corpus, quam aīam. **ITEM.** Anima naturaliter ē forma corporis: sed naturalis forma, aut simul producitur cum materia, aut sequitur materiam: igitur aut aīa non est forma naturalis, aut si est forma naturalis, producta est post corpus, uel simul cū corpore: non igitur ante. **ITEM.** Quanto forma nobilior est, tanto ultimior: sed aīa rōnalis nobilissima ē inter oēs formas naturales: ergo ultima: ergo produci debuit post uegetabilem, & sensibile. **ITEM.** Ordinata productio pcedit ab imperfecto ad perfectum: si ergo perfectio oīum operum facta ē in hoīe, & maximè quantū ad aīam, uidetur quod homo, quāntum ad aīam, produci debuit ultimo post oīa. **ITEM.** Si anima producta esset ante corpus, cū haberet usum liberi arbitrii, nihil eēt impediens, nec retardās: ergo uidetur, quod ante unionem ad corpus meruisset, uel de meruisset: ergo corpus non eēt particeps omnis meriti ipsius animę, nec anima deberet remunerari in corpore: quod si hoc factum est, planum est animam Adę ante corpus suum non fuisse productam. **ITEM.** Si anima Adę ante corpus eēt producta: aut appetuisset uniri corpori, aut non. Si non: ergo unio eius ad corpus non esset naturalis, nec unio eius ad corpus fieret p naturam. Si sic, appetebat igitur corpus, quod non habebat: si ergo corpus ei differebatur, ipsa in appetendo affligebatur: ergo pœna erat ei ante culpam.

RESOLVTIO.

Sunt, qui dicunt animam Adę ante corpus productam: probabilius tamen dicendum uidetur statim in corpore creatam.

RESP. Dicendum, quod quamuis circa istam qōnem uideatur dubitasse egregius doctor Aug. quia utraque pars uidetur posse sustineri probabiliter, & ordo congruus seruari utrobique: tenendum tamen est tanq̄ uerū, & magis congruum, q̄ anima Adę producta fuerit in corpore, nec q̄ Deus eā produxerit ante corporis formationem. Licet enim uideatur satis rōnabiliter posse dici, q̄ Deus ante corpus animā eius produxerit, ut ostenderet eam a corpore non dependere, sed p se subsistere: ut etiā cum hoc pariter ostenderet conformitatem eius, & naturę angelicę, tam in rationis capacitate, per quam est anima imago, q̄ in beatitudine ad quam aīa, & angelus habent ordinari: longe tamen rationabilius uidetur ponere, q̄ aīa producta sit statim in corpore: tum quia anima unitur corpori, ut perfectio naturalis cui naturaliter appetit copulari: adeo ut sine illo pœna sit ei esse, & ab illo sequestrari: tum quia etiam unitur sicut motor mobili, ita q̄ sine ipso non potest mereri, nec demereri: & iō non debuit ante corpus produci, ne ante culpam puniretur, & ne absque corpore mereretur, uel demereretur. Huic aut positioni non tantum concordat ratio, immo etiam scripturę suffragatur auctoritas, quę dicit post productionem, & formationem hominis Deum sibi ui-

te spiraculum inspirasse. Huic igitur parti tāquā probabiliori, & securiori adhærendo, concedere possumus rōnes hanc partem astruētes. **AD ILLVD** uerò, quod primo obiicitur in contrarium de textu. Dicendum, quod alterum eorum est dictum p recapitulationem, uel primum est dictum per anticipationem: melius tamen est dicere, q̄ scriptura illud recapitulet, ut addat. **AD ILLVD**, quod obiicitur, q̄ corpus simul productum est cū brutis: ergo &c. Dicendum, q̄ non est simile: productio n. corporis, sic cōcordat productioni brutorum animalium, ut productio rationalis spūs non discordet: immo potius illorum imperfectio sua dignitate conseruet: productio uero spūs sic concordat productioni angelorū, ut minimè cōcordet productioni corporum humanorum, qui quidem spectat ad terrę ornatum, cuius ornatus productio spectat ad diem sextum. **AD ILLVD**, quod obiicitur de comparatione æuiterni ad temporale. Dicendū, q̄ & si substantia qui terna ex parte post, se plus extēdat, q̄ temporalis, ut potē quia caret fine: non tamen oportet, q̄ a parte ante, maximè si sit talis, q̄ sui productione appetitū rei temporalis habeat terminare: & sic fuit in anima Adę. Et præterea, & si illud possit esse uerum de æuiterno, quod purè habet rationem æuiterni: non tamen habet ueritatem de eo, qđ sic habet rationem æuiterni, q̄ etiam temporalis: anima enim rationalis, in quantum aīat corpus transmutabile, habet tempo-

re mensurari. **AD ILLVD**, quod obiicitur, q̄ aīa non dependet a corpore, quantum ad esse. Dicendum, q̄ & si non dependet a corpore tāquam indigens eo ad suam conseruationē, dependet tamen p appetitum sui inclinationem, quam habet ad ipsum sicut forma ad materiam propriam: & iō sicut forma producitur in materia, sic animā Adę produci debuit in corpore proprio. **AD ILLVD**, quod obiicitur, de corporibus miscibilibus. Dicendum, q̄ non est simile, quia elementa, quę miscentur, non dependent adinuicem, & unum potest habere esse cōpletum sine altero: non sic autem de anima, & eius corpore, quorum utrunque ab altero dependet. **AD ILLVD**, qđ obiicitur, q̄ anima origini primę magis approximat. Dicendum, q̄ cum Deus sit alpha, & omega. principiū, & finis, & rationalis creatura in utraque habitudine sit ei propinqua: propriè tamen loquendo angelica natura plus ei appropinquat in rōne principii, & humana plus in ratione finis: ideo inter oēs creaturas prior oīum creata est sapiētia, siue creatura angelica, & dignitate, & origine, & post oīa producta est anima humana tanquam finis oīum, & consummatio: & ideo quamuis multum approximet Deo, in quantum tenet rationē originis: non minus tamen approximat Deo, in quantum habet rationem finis: & ideo competentius fuit, eam produci posteriūs, quā prius. Hęc dicta sunt de anima Adę: nam de aliis animabus infra loco suo quæretur.

LIBRI SECUNDI
ARTICVLVS II.
QVAESTIO I.

An corpus Adæ produci debuerit
de natura purè cœlesti?



ONSEQUENTER
quæritur, de produ-
ctione primi homi-
nis ex parte corpo-
ris. Et circa hoc quærentur tria.
Primò quæritur, utrum corpus
primi hoīs produci debuit purè
de natura cœlesti. Secundò que-
ritur, utrum fuerit purè de natu-
ra elementari. Tertio quæritur,
utrum conditum fuerit in com-
plexione æquali, aut inæquali.

Qvod corpus Adæ produci
debuerit purè de natura cœ-
lesti, ostenditur sic. Nobilissimæ
formæ debet dari nobilissima
materia: sed nobilissima inter
formas est anima rationalis in-
nocens, & absque peccato, qua-
lis fuit anima Adæ: sed nobilif-
sima inter naturas corporales ē
natura cœlestis; ergo &c. ITEM.
Motoris ad mobile debet esse p-
portio: sed aīa rōnalis est motor
incorruptibilis: ergo debuit ei
dari impassibile corpus. ITEM.
Finis imponit necessitatem his,
quæ sunt ad finē: sed totus Adā
factus est ad perceptionem bea-
titudinis: locus autem beatitudi-
nis spiritualis est ipse Deus: cor-
poralis est cœlum: ergo sicut spi-
ritus Adæ non quiescit, nisi in
Deo: sic debuit ei dari corpus,
quod non quiescit, nisi in cœlo:
hoc autem est corpus de natura
cœlesti: ergo &c. ITEM. Spiritus
rationalis, prout absque culpa
conditus fuit, maximè erat po-
tens, & idoneus ad agendum, &
perfectus erat cognitionis lumi-

ne: & ideo idoneus ad cogno-
scendum: liber erat uoluntate, &
rectitudine, & ideo facilis ad tē-
dendum in sui optimum: ergo
debuit ei dari corpus, cui maxi-
mè competit agere, & ad cogni-
tionem disponere, & quod mini-
mè habet retardationem: hoc
autem est lux, & natura cœle-
stis: ergo corpus Adæ purè pro-
duci debuit de cœlesti corpore.

SED CONTRA. Anima ratio-
nalis quodammodo est omnia:
si igitur corpus debet proportio-
nari animæ, corpus eius debet
habere cum omnibus conueniē-
tiam: sed hoc non haberet si eēt
purè de natura cœlesti, & non
communicaret elementis: ergo
&c. ITEM. Anima rōnalis quæ
sit simplex ī essentia, tamen est
multiplex in effectū: ergo si cor-
pus ei debet correspondere, ne-
cesse est, qd corpus eius habeat
uarietatem in partium composi-
tione, & organizatione: sed hoc
nō haberet, si esset corpus purè
cœleste; ergo &c. ITEM. Vege-
rabilis, & sensibilis disponunt
ad rationalem, & magis ad ipsā
appropinquant, q̄ natura alicu-
ius corporis: nec alicui corpori
unitur rationalis potentia absq;
vegetabili, & sensibili: nullum
igitur corpus est habile ad actū
vitæ rationalis, nisi prius fuerit
habile ad actum vitæ vegetabi-
lis: tale autem corpus est cibabi-
le: & huiusmodi non potest ef-
se purè corpus cœlestis; ergo &c.
ITEM. Corpori simplici debetur
unus motus tantum, siue illud
corpus sit cœleste, siue elemen-
tare: corpori autem, quod mo-
uetur ab anima, debetur motus
in omnem differentiam, cū ani-
ma

DISTINCTIO XVII.

267

ma sit motor sufficiens: ergo cor-
pus Adæ non potuit esse omni-
no de natura corporis simplicis:
ergo nec purè de natura cœlesti.

RESOLVTIO.

Corpus Adæ ex natura purè elemen-
tari constitutum est: solumq; uir-
tualiter natura cœlestis ad eius
constitutionem concurrat.

RESPOND. Dicendum, qd cor-
pus Adæ non fuit purè forma-
tum de natura cœlesti (sicut in-
nuit text. Gene. qui dicit, eum
formatum de limo terræ) Nec
debuit purè de natura cœlesti
formari: immo de natura ele-
mentari: hoc exigente ordinis
congruentia, quam in omnibus
suis operibus semper seruat sa-
piētia diuina. Requirebat enim
hoc ordo hominis siue in se, siue
ad creaturam inferiorē, siue ad
creaturam parem, siue ad Deū
finem. Ordo ipsius hominis in
seipso hoc requirebat: quia enim
homo cōditus fuit, ut natus mul-
ta cognosceret, nō solum cogni-
tione intellectiua, sed etiam sen-
sitiua: ideo debuit ei dari cor-
pus multiforme, ut diuersa orga-
na diuersitati sensuum deserui-
rent ad diuersa obiecta cogno-
scēda. Quia uero cōditus fuit in-
uertibilitate liberi arbitrii, ut
potens uiuere in iustitia, & mo-
ri per culpam, dari debuit ei cor-
pus, quod non esset tantum ha-
bile ad viuendum, sed etiam qd
posset fieri habile ad corrupē-
dum, siue moriendū: & ita ordo
hoīs ipsius in se requirebat, ut
corpus daret hoī multiforme,
& ad corruptionem possibile: &
ideo non cœleste, sed elementare.
Ordo etiā hoīs ad creaturam in-
feriorem requirebat. Quia enim

corporales naturæ inferiores fa-
ctæ sunt, ut deseruirent creatu-
ræ rōnali (sicut supra ostensum
fuit) factæ sunt etiam, ut me-
diante illa quodam modo pdu-
cantur in finem: hinc est, qd de-
buit fieri rōnalis creatura tali-
ter composita, qd obsequium in-
feriorum creaturarum esset ei
utile, & qd mediante illa creatu-
ra naturæ inferiores quodā mo-
do perducerentur ad beatitudi-
nem: & ideo, ut naturæ inferio-
res possent hoī deseruire, & in
hoīe quodammodo glorificari,
debuit homo non tam ex natu-
ra superiorum corporum, q̄ ex
natura elementorum constitui.
Ordo etiā ad creaturam parē. i.
ad angelum hoc requirebat. Si-
cut enim facta est una rationa-
lis creatura prope Deum, & in
loco supremo, ut in empyreo:
sic debuit fieri alia rōnalis crea-
tura in loco infimo. scilicet terra: &
ideo corpus eius constitui debet
ex natura tali habitationi conue-
nienti: & ideo magis ex natura
elementari, q̄ cœlesti. Ordo etiā
ad Deum finē hoc requirebat:
debebat. n. homo subiici, ut per
humilitatē subiectionis ascende-
ret, unde angelus ceciderat p su-
blimitatem elationis: & ideo de-
buit sibi dari corpus constitutū
de natura inferiori, ut seipsum
puluerem reputans, Deo p oīa
subiaceret. Vnde & scriptura
maluit eum dicere de limo ter-
ræ productum: ut ex hoc homo
proficeret, & ascenderet per hu-
militatis meritum. Et ideo con-
cedendæ sunt rationes, quæ ad
hoc inductæ sunt.

AD ILLVD uerò, qd obf, ī cō-
trarium de nobilitate forme. Di-

endum, quod nobilitas materiae uenit ex ordine ad formam. Quoniam igitur corpus magis erat ordinabile ad animam, quam erat constitutum ex uarietate naturae, quam corpus, quod esset pure coeleste: hinc est, quod & si illud sit nobilius in se: tamen in relatione ad formam corpus ex diuersis elementis compositum, magis est nobile. AD ILLVD, quod obiicitur, quod motoris ad mobile debet esse proportio. Dicendum, quod quamuis anima sit immortalis morte naturae: quam tamen creata fuit, mori potuit morte culpae. Et quia corpus datum est ei non solum ad uiuificandum, sed etiam ad merendum: ideo non solum dari debuit corpus aptum eius immortalitati, sed etiam aptum eius uertibilitati: & ideo non solum necessarium ad perpetuitatem, sed etiam possibile ad mortalitatem. AD ILLVD, quod obiicitur, quod homo factus est propter beatitudinis perceptionem. Dicendum, quod & si factus est propter beatitudinem, ita tamen ut illuc perueniret per merita, & bona opera: & ita prius esset uiator, quam comprehensor: & quia prius oportuit eum transire per uiam, quam perueniret ad patriam: ideo in primaria sui conditione debuit ei dari corpus conueniens secundum statum uiae. Et quia locus sibi deputatus ad merendum, erat locus inferior. scilicet paradisi terrestri: inde est, quod competebat corpus suum de natura terrestri assumi, non principaliter de coelesti. Cum autem assumetur in gloriam, tunc corporis eius dispositio erit uariata, sicut declara-

bitur in Quarto, ubi agitur de motibus corporum glorificatorum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod anima illa erat potens ad agendum, & ad cognoscendum, & ad tendendum in Deum. Dicendum, quod & si erat potens ad actionem: non tamen ita perfecte potens erat, quin esset possibilis ad defectum: & ideo non sequitur, quod deberet sibi ad haec complenda dari corpus coeleste, quod est incorruptibile, sed magis elementare, quod ex bona dispositione, & complexione aequali esset idoneum ad agendum, & nihilominus si homo peccaret, esset possibile ad patiendum.

QVAESTIO II.

An corpus Adae constatum fuerit esse sola natura elementari, vel etiam ex coelesti?

VTRVM corpus Adae, siue corpus primi hominis constitutum fuerit de natura pure elementari, an simul cum natura elementari ad eius constitutionem concurrerit natura coelestis. Et quod simul cum elementari concurrat natura coelestis ad corporis humani constitutionem, uidetur uelle Aug. ad litteram super Gen. qui dicit, quod anima mediante luce corpus uiuificat, & administrat. Et eadem est ratio Auicennae: si enim corpus humanum sic conditum est, ut natum esset ab anima uiuificari, uidetur, quod ad eius constitutionem concurrerit natura lucis, & haec est natura coelestis: ergo &c. ITEM. Philosophus in 6. li. de animalibus dicit, quod in nobis est calor igneus, & calor animalis, & calor coelestis, quod quidem est calor uitalis:

uitalis: sed non est accidens sine substantia: ergo de constitutione corporis nostri est coelestis natura. ITEM. Impossibile est contraria uenire ad conformitatem, & unitatem, nisi per unum, quod sit eleuatum a contrarietate: quia si illud haberet contrarietatem, potius discordiam faceret, quam conciliaret: si igitur natura corporalis a contrarietate eleuata non est, nisi natura coelestis, etiam in corpore uiuificabili necesse est contraria elementa conciliari: maxime igitur uidetur, quod de constitutione primi hominis fuerit natura coelestis. ITEM. Omne corpus mediante anima rationali quodammodo habet beatificari: sed non pertingunt ad beatitudinem mediante anima, nisi quae ei uniuntur: nulla tamen corpora ei coniunguntur, nisi quae sunt de constitutione sui corporis: uidetur igitur, quod corpus primi hominis non tantum constitutum sit de natura elementari, uerum etiam de natura coelesti. ITEM. In quolibet organo cuiuslibet sensus dominatur aliquod corpus simplicium: sicut ostendit Aug. ad litteram super Gen. cum igitur quinque sensus sint in homine, uidetur, quod quinque corpora sint de eius constitutione: ergo non solum natura elementaris: sed etiam coelestis. ITEM. Ordo est in ascendendo, & in descendendo, ita quod ab infimo peruenitur ad supremum per media, & econuerso: sed substantia spiritualis maxima distantia distat a natura corporea, & opaca, & minus a natura perspicua, & adhuc minus a natura luminosa, quam est natura coelestis: ergo uidetur,

quod nec corpus animae, nec anima corpori uniri debeat, nisi natura lucis interueniente: uidetur ergo, quod corpus primi hominis non tantum de elementari: sed etiam de coelesti natura constitutum fuerit.

CONTRA. Ex nullis corporibus constituitur corpus unitum, siue mixtum, nisi quae possunt adinuicem agere, & pati: haec autem sola sunt habentia contrarietatem: cum igitur natura quinti corporis talis sit, quod non habeat contrarietatem, non uidetur, quod ueniat ad constitutionem corporis mixti: ergo non ad constitutionem corporis primi hominis. ITEM. Nihil uenit ad constitutionem mixti, nisi si corpus, quod est miscibile: miscibile autem non est, nisi corpus rarefactibile, & condensabile: & omne tale est corruptibile: natura autem quinti corporis est incorruptibilis: ergo non potuit uenire ad constitutionem humani corporis. ITEM. Corpus humanum secundum se totum est propagabile, & corruptibile per naturam: sed natura quinti corporis non recipit generationem nec corruptionem: ergo non uidetur esse de constitutione humani corporis. ITEM. Si est de constitutione, quod unde sumpta sit illa natura: aut. n. de caelo, aut de terra. Si de caelo: ergo uidetur, quod ab ipso caelo fiat aliquarum partium sequestratio, cum generatur homo. Si de terra. Contra. Nihil est de terra, quod non sit natum ex ipsa produci: sed natura quinti corporis non est nata produci de natura alicuius elementi: ergo nec de caelo, nec de terra potest sumi illa natura: ergo non est de constitutio

ne corporis humani. Si tu dicas, q̄ de celo uenit per radorū immissionem: hoc non uidetur cōueniēs; quia impossibile est p̄ radiū separari a sua origine: impossibile est etiā uenire ad alterius constitutionē, cum lumē in medio sit p̄ modū speciei, & idoli: q̄ nullo modo ueniūt ad constitutionem alicuius rei naturalis. **ITEM.** Si natura quinti corporis uenit ad constitutionē corporis hominis, quæro, quid fiet de ea, quādo corpus humanū resoluitur: aut. n. tēdit sursum, aut in propria natura manet deorsum, aut corrumpitur in aliquod elementum. Sed non pōt cedere in aliquod elementū, cum sit p̄ naturā incorruptibilis. Deorsum in propria natura nō conuenit sibi manere, cū eius proprius locus sit esse in circumferentia, non in centro. Si sursum tendit: ergo uidetur spatiū orbium cœlestium aliquando ampliari, aut condensari. Quod si tu dicas, q̄ cedit in constitutionē alterius corporis, nec habet corrumpi: cum ergo ex corpore hominis generantur uermes, atq; bufones, & serpentes, poneretur natura quinti corporis esse de constitutione uermiū; sicut de cōstitutione hominū. **ITEM.** Quæro p̄ q̄d natura quinti corporis ueniat ad constitutionem humani corporis; aut enim p̄ p̄ missionem, aut p̄ p̄ animationem, aut p̄ p̄ sensum, aut p̄ p̄ intellectum: si propter missionē; tunc ergo esset de de cōpositione cuiuslibet misti: si, p̄pter animationem, tunc esset de natura cuiuslibet plantæ: si propter sensificationem; tunc esset de naturā cuiuslibet bruti. Si ergo

uenit, hoc est propter intellectū solū. Sed contra. Intellectus nullius partis corporis est actus: ergo, quantū est de se, non magis exigit corpus suū cōponi de natura cœlesti, q̄ de elementari.

RESOLVTIO.

Corpus Adæ de pura elementari natura, nec de cœlesti construi debuit: si quidem habuit posse uiuere per iustitiam, & mori per culpam: at cœlum immortale prorsus, & incorruptibile est.

RESP. Ad prædictorum intelligentiā est notandū, q̄ circa hoc est triplex modus dicēdi. Quidā .n. dicere uoluerunt, q̄ natura cœlestis uenit ad constitutionē humani corporis; sicut elementū: p̄ eo, q̄ natura cœlestis non est alia, q̄ natura ignis: & ideo, cū constet, ignē ad constitutionem humani corporis uenire, dicunt corpus humanū ex natura cœlesti constitutum esse: hæc aut natura ignis, & si prout aliis permiscetur, habeat agere, & pati, & corrūpi, & generari: & hoc prout est hic inferius: prout tñ est in sphaera sua, trāquillitatē, & quietē hēt, nec suscipit corruptiones, nec peregrinas impressiones. Et istā suā positionē per uerba Aug. muniunt, q̄ negat esse quintum corpus propter quatuor corpora mūdi. Sed hæc positio uix philosophicæ, & cōi apertē repugnat, q̄ p̄ter quatuor corpora mundi ponit essentiam quintam supra oēm contrarietate eleuatā, q̄ ualde rationale est; sicut ostensum fuit supra Distin. 14. Nec huic repugnat sententia Aug. si rectē intelligatur, sicut ibi expositū est. **DEO** aliter uoluerunt alii dicere, q̄ natura

natura cœlestis uenit ad constitutionē humani corporis, nō sicut unū ex elementis: sed sicut mediū ligans oīa elementa, & illa concilians: & hoc dicunt exigere dignitatem cōplexionis humanæ, per quam corpus humanū in sua prima cōstitutione habuit elementa in optima cōciliatione: habuit etiā idoneitatē ad hoc, ut post meriti consumationē inhabitaret in cœlesti mansione. Et sic debuit habere naturā cœlestē, & elementarē de sui cōstitutione: elementarē, p̄ p̄ statum uix, in quo competebat ipsum habere corpus passibile: cœlestē, p̄pter statū patriæ, in quo cōpetebat ipsum habere corpus clarū, & impassibile: & quemadmodū in statu uix natura elementaris p̄dominabatur, sic in statu patriæ erit econtrario. Hoc aut & si uideatur satis probabile esse dictū: tamē nō modicā hēt calūniā, qualiter natura illius quinti corporis, cum sit incorruptibilis, & carēs cōtrarietate, ueniat ad cōmissionem cum aliis elementis. Et iterum, si uenit, unde uenit, & in q̄d cedit? difficile est assignare. **ET** ideo est tertius modus dicēdi, q̄ dupliciter est loqui de natura cœlesti, aut per proprietatem, aut p̄ conformitatē. Per proprietatem natura cœlestis dī esse natura quinti corporis: q̄ sic p̄fecta est sua forma, ut nullo modo habeat appetitū ad aliā formā: sic est actiua, q̄ nullo modo pōt pati, & corrūpi: & sic est natura orbium, & stellarū, & firmamenti: hæc aut non uenit ad cōstitutionē humani corporis, secundū substantiā, & ueritatē: sed solum uenit secundū

uirtutem: quia uirtus stellarum & orbium influendo facit elementorum conciliationem, quæ ueniunt ad humani corporis cōstitutionē secundum rem, dum actio elementorum regimen, & directionem habet ab influentia corporū superiorum. Alio modo dicitur natura cœlestis p̄ cōformitatē: & sic large accipitur, & uocatur natura cœlestis illud, quod est conforme celo & in subtilitate, & in claritate, & in quadam subleuatione a contrarietate: & per hunc modum spiritus, qui sunt de constitutione corporis uiuentis, & maximē hominis dicuntur esse naturæ cœlestis propter subtilitatem, & luminositatem: & propter hoc ē, q̄ subleuationem habent a natura contrarietatis, dum cōsurgūt ex commistione elementorum, in quadam harmonia, & consonantia. Et quoniam in corpore humano (sicut infra patebit) maior est harmonia, q̄ in aliquo corpore misto: hinc est, q̄ eius calor, & spiritus, & cōplexio magis conformantur naturæ cœlesti: & hoc modo accipiendo naturam lucis, siue naturam cœlestem large, siue per conformitatem, intrat cōstitutionem humani corporis secundum ueritatē magis, q̄ constitutionem alicuius alterius misti propter humanæ complexionis æqualitatem, & dignitatem: secundum ueritatem tamen tā spiritus, q̄ calor, q̄ dicuntur naturæ cœlestis, sunt de natura elementari, quia deperduntur, & restaurantur, secundum q̄ expressē physici dicūt.

Iuxta hanc tertiā uiam, quæ probabilior est, & planior, patet

Q̄. 3.
huius
Art.

responsio ad obiecta. Nā rationes ostēdentes, q̄ natura quinti corporis nō uenit ad cōstitutionē corporis humani, loquuntur de natura cęlesti propriē dicta, q̄ est incorruptibilis, & inalterabilis, & immiscibilis: & ideo nō est miscibilis ad constitutionem tertii. Rationes uerō ad oppositum inductę procedunt uel de natura cęlesti dicta per conformitatem; sicut duę primę auctoritates: uel si concludunt de natura quinti corporis propriē dicta, non ostendunt, q̄ ueniat ad constitutionē corporis humani scđm substantiam, sed scđm uirtutem: aliter nō cōcludunt; sicut patet discurrendo per singulas. NAM ad illud, qđ primō obiicit de luce. Dicendū, q̄ est lux q̄nti corporis, & lux ignea, & lux ex æqualitate cōplexionis generata, siue consurgēs: & hęc est illa lux, q̄ facit corpus esse susceptibile uitę: alię uerō minimē. AD ILLVD, qđ obiicitur de calore. Dicendū, q̄ calor cęlestis non dicitur, q̄a sit in natura cęlesti: sicut in subiecto; q̄a neq; illa calida, neq; frigida est: sed q̄a est a natura cęlesti scđm debitam proportionē, ita q̄ facit ad conseruationē; & talis calor in corpore humano est: sed ex hoc nō sequitur, q̄ natura cęlestis ueniat ad constitutionē corporis humani secundū substantiam; sed solū, q̄ influat. AD ILLVD, quod obiicitur de cōciliatione, iam patet responsio; quia nō cōciliat ueniens intra; sed sufficit ad conciliandum influēs extra. AD ILLVD; quod obiicitur de beatificatione. Dicendū, q̄ corpora dicuntur beatificari mediā

te anima rationali non per ueritatē, sed per cōformitatē: & ideo ex hoc nō sequitur, q̄ de constitutione humani corporis sit natura cęlestis secundum ueritatē: sed sufficit, q̄ sit secundū cōformitatē; ita q̄ aliquid ei conforme respōdeat in corpore humano. AD ILLVD, quod obiicitur de quinque sensibus. Dicendū, q̄ (sicut idē Aug. dicit) unū elementum dominatur in duobus: sicut aqua sub ratione uaporis dominatur in olfactu, sub ratione humoris dominatur in gustu; sicut ipse dicit 3. super Gen. AD ILLVD, quod obiicitur de ordine. Dicendum, quod & si natura cęlestis sit excelsior inter corpora simplicia secundum se considerata: non tamen excelsit in gradu in comparatione ad ulteriorem formam suscipiendam: sed is est ordo, quod forma elementaris unitur animę mediante forma misionis, & forma misionis disponit ad formam cōplexionis. Et quia cum hęc inæqualitate, & harmonia conformatur naturę cęlesti: ideo habilis est ad susceptionem nobilissimę influentię. scđm uitę: & sic in unione animę ad corpus rectus seruat ordo. Magna ē est dignitas humani corporis ppter magnā harmoniā, & proportionalē cōiunctionem suarum partiū, ob quam in statu uiatoris conformis sit naturę cęlesti: in statu autē comprehensoris perficietur: a Deo, non tantum, ut sit conformis; sed etiā, ut supra cęlestem naturam sit exaltata, & sublimata, ut ei congruat potissime habitatio cęli empyrei.

Quę-

QVÆSTIO III.

An corpus Adę constitutum sit ex elementis in equali complexione & compositione?

VERVM corpus primi hominis constitutum sit ex elementis in complexione, & cōpositione equali. Et q̄ sic, uidetur. Quāto cōplexio, & cōpositio magis accedit ad æqualitatem, tanto nobilior est: & quāto nobilior est, tātō nobilioris est formę susceptiua: sed complexio corpori primi hoīs fuit susceptibilis nobilissimę formę p naturam, q̄ etiā non erat deprauata p culpam: ergo fuit cōplexio maximē nobilis. & si hoc; ergo maximē equaliter. ITEM. Tanto res cōplexionata est ad durandum habilior, quāto eius cōplexio est equalior: inæqualitas. n. miscibiliū est uia in corruptionem: sed corpus Adę habile erat ad durandum in sempiternum, quantum est ex sua prima cōstitutione: ergo uidetur, q̄ in perfecta equalitate complexionis, & cōpositionis fuerit constitutum. ITEM. Vbi est inæqualitas complexionis, ibi necessario est pugna: ubi uerō pugna est, forma non pōt sic gubernare materiā; sicut si esset ibi pax, & tranquillitas, ubi autem hoc est, ibi est aliqua pœnalitas: ergo aut in corpore primi hominis perfecta fuit elementorū æqualitas, aut ante peccatū fuit in eo aliqua pœnalitas: sed nullo modo pœna præcessit culpā: ergo &c. ITEM. Corpus Adę debuit fieri proportionabile animę: & ideo quandiu anima fuit immunis a morte culpę, corpus eius fuit immune a morte naturę: ergo pari ratione quandiu

anima fuit æqualis in uolūtate, corpus fuit equaliter in complexione: sed in anima primi hominis nulla erat obliquitas iustitię in prima constitutione, immo perfecta innocentia: ergo nec in corpore erat aliqua inæqualitas: sed cōcordia, & amicitia perfecta.

SED CONTRA. Vita est p calidum, & humidum: & oīs operatio animę in corpore est per calorem (sicut dicunt naturales medici) sed in corpore Adę anima habebat expeditas operationes: ergo magna erat ibi abundantia caloris: ergo prædominabatur calidū: & si hoc; ergo non erat ibi perfecta equalitas complexionis. ITEM. Et si complexio hominis est deteriorata, tamen non est totaliter corrupta: sed nos uidemus, quod cor per naturam est calidissimum, & hepar similiter, & quędam sunt alia mēbra, in quibus regnat phlegma, & melancholia; ergo & tūc ita erat. Si ergo in corpore Adę erat pdominatio humoris, pari rōne & qualitatū elementorū; ergo non erat ibi perfecta ad equalitatem miscibilium. ITEM. Si esset ibi permissio secundū omnimodam equalitatem: ergo tantum esset ibidem de graui, quantum de leui: ergo corpus illud esset indifferens ad grauitatem, & leuitatem: ergo & ad motū, & quietem: si igitur nec esset natū moueri, nec quiescere, nec sursum, nec deorsum esse; ergo nō esset corpus naturale. ITEM. Si corpus illud esset constitutum secundum omnimodam equalitatem; tunc quantū unum elementū ageret; tantum reliquū resisteret, & ipsum repelleret: ergo unū uirtutē suam,

suam, & actionem in alterū non profundaret; & si hoc, non esset ibi alteratio, nec transmutatio, ac p hoc nec mistio: aut igitur corpus Adæ non fuit mistū: aut si mistum, non fuit in perfecta æqualitate constitutū. **ITEM.** Si corpus Adæ esset constitutū in perfecta æqualitate: ergo ignis, siue calor in eo non consumpsisset, igitur alimento non indigisset: sed constans est secundum sanctos, & maximè secundū Augustinum, quod alimento indiguit: ergo in æqualitate miscibilium ipsum corpus constitutum nō fuit. **ITEM.** Cum Adam peccauit, nō fuit ei ablatū aliqd, qd esset ex parte corporis: ergo si prius erat cōpositus cōplexione æquali, postea fuit similiter: ergo post peccatum nulla fuit in corpore eius pugna: ergo nec infirmitas, nec mortalitas, quod si hoc falsum est, restat &c.

RESOLVTIO.

Adæ corpus constitutum fuit in cōplexione æqualitatis a iustitia, sed non a pondere.

R E S P. Sicut distinguunt naturales, & medici: duobus modis dicitur æqualitas miscibilium in misto, scilicet a pondere, & a iustitia. Aequalitas a pondere (ut dicūt) non est possibilis in rerū natura. Aequalitas. n. a pondere pōt dici tripliciter. Vno modo dicitur æqualitas a pondere, quādo miscibilia adæquātur & quāntū ad quantitātē molis, & quantum ad quantitatem uirtutis: & hæc duo sunt incōpossibilia nō solummodo secundū rem; sed etiam secundum intellectū. (Et hoc intellectu, qd elementū, qd plus habet de materia, minus ha-

bet de specie, & eōuerso.) Sicut enim impossibile est, quod uerū aurum æquetur argento in quātitate, & ualore: sic impossibile est, elementa actiua, & passiua equari adinuicem æqualitate pōderis in aliqua mistione. Alio modo potest dici æqualitas a pōdere secundum adæquationem miscibilium in quantitate molis solum, & adhuc est impossibilis. Primum: quia corpus illud non esset durable: elementa. n. actiua statim passiua cōsumerent: si enim adæquarentur in substantia, adeo actiua excederēt in uirtute, ut potius esset cōsumatio, uel consumptio, quā mistio: nec tantum corpus illud, nō esset durable, immo etiā nec esset leue, nec graue: cum motus grauis, uel leuis sequatur prædominans, quantū ad quantitātē molis: & si nō esset durable, nec leue, nec graue, nō esset de naturæ intentione, nec naturæ possibile. Tertio modo dicitur æqualitas a pondere, æqualitas a quātitate uirtutis: & sic adhuc dicūt talē æqualitatem non esse in natura possibilem. Primo quia si esset omnimoda æqualitas uirtutum, uirtus unius tantum resisteret, quantum uirtus alterius ageret: & sic nō esset profundatio, & confractio usque ad minima: ac per hoc non esset mistio. Itē. Si hoc esset, corpus illud caret operatione calidi, & frigidi, & aliarum qualitatū elementariū: igitur frustra esset ex diuersis cōstitutū: tale igitur corpus, nec est naturæ possibile, qd repugnaret naturæ mistionis: nec est ex intentione naturæ: qd careret debita sibi operatione.

Et

Et sic quodcūque modo accipitur æqualitas a pondere non potuit esse, nec debuit in corpore Adæ: & hoc satis apparet cū corpus Adæ magis esset graue, quā leue: magis esset idoneū ad agendum, quā ad patientium: igitur non habuit æqualitatem miscibilium, nec quantum ad quantitatem molis, nec quantum ad quantitatem uirtutis: & ita non habuit æqualitatem a pondere. Vnde concedendæ sunt rationes hoc ostendentes, quoniam procedūt ista uia, sicut patet consideranti. Est & alia æqualitas a iustitia, & hæc est æqualitas, quæ attenditur in commensuratione miscibilium secundum proportionem debitam, & secundum exigentiam formæ introducendæ: & hæc æqualitas reperitur in homine, quia nobilior debet esse in eius corpore proportio, & harmonia miscibilium secundum quod disponitur ad nobiliorem formam. hæc autem æqualitas non est æqualitas punctalis: sed latitudinē habet, & gradus, & hoc secundum diuersos status. Est enim status gloriæ, & est status miseræ, & est status innocentæ. Secundum statum gloriæ, qui est perfectus, debetur corpori humano æqualitas a iustitia, æqualitas (inquam) perfecta, in quo nec cadit discordia, nec repugnantia, nec actu, nec potentia. Secundum statum miseræ, qui est status imperfectus, debetur corpori hominis æqualitas, sed diminuta, quæ permisceri habet inæqualitati, & discordiæ non solum possibilitate, sed etiā quadam necessitate. Secundum

uero statum medium, scilicet innocentæ, debetur corpori hominis æqualitas media, quæ a discordia, & repugnantia miscibilium erat aliena in actu per adiutorium intrinsecum animæ gubernantis, & per adiutorium extrinsecum alimenti nutritis: Erat tamē hæc æqualitas possibilis ad inæqualitatem, siue ob defectum uirtutis contentiuæ, siue etiam ob defectum alimentariæ: nullus autem horum defectuum esse poterat in homine, si non præcessisset transgressio inobedientiæ. Et sic patet, quod corpus primi hominis constitutum fuit in æqualitate a iustitia, quasi media inter æqualitatem, quæ nunc est in miseria, & æqualitatem, quæ nunc est in gloria, secundum quod status anime exigebat.

ET HANC æqualitatem probant in corpore fuisse primi hominis rationes inductæ ad firmandam partem istam: & ideo concedendæ sunt, quia uerum concludunt. Si autem ex eis uelint cōcludere omnimodā æqualitatem a pondere, rationes illæ non ualerent, quia illa æqualitas ad nobilitatem non spectat. Si autem uelint concludere æqualitatem omnimodam a iustitia, adhuc non concludunt: quia & si corpus haberet nobilissimam formam, non tamen adhuc erat in statu suo nobilissimo, sicut erit in gloria: hoc autem solummodo cōcludunt, quod ibi erat tanta æqualitas a iustitia, quod non erat ibi miscibilium actualis repugnantia: & hoc quidem est uerum. Et ita patet responsio ad totum.

D I S T I N C T I O XVIII.

De formatione mulieris de viro.

In eodem quoque paradiso mulierem formavit Deus de substantia viri, sicut post plantatum paradysum, hominemque in eo positum, & post uniuersa animalia ad eum ducta, suisque nominibus designata, subnectit scriptura. Immisit Deus soporem in Adam. Cumque obdormisset, tulit unam de costis eius, et formavit eam in mulierem.

Quare de viro mulierem creauit, Deus?

Augu. Lib. 12. de ciui. Dei. c. 26. ibidem c. 9. de Gen. ad lit. Cap. 13.
Hic attendendum est quare non creauit simul uirum & mulierem, sicut angelos: sed prius uirum, deinde mulierem de viro. Ideo, s. ut vnum esset generis humani principium, quatenus in hoc & superbia diaboli confunderetur, & hominis humilitas Dei similitudine sublimaretur. Diabolus quippe aliud a Deo principium esse concupierat. Ideoque ut eius superbia retunderetur, hoc homo in munere accepit, quod diabolus peruerse rapere voluit, sed obtinere non potuit. Et per hoc imago Dei in homine apparuit: quia sicut Deus omnibus rebus existit principium creationis, ita homo omnibus hominibus principium generationis. Ideo etiam ex vno homine omnes esse voluit Deus, ut dum cognoscerent se ab vno esse omnes, se quasi vnum amarent.

Quare de latere, & non de alia corporis parte?

Cum aut de his de causis facta sit mulier de viro, non de qualibet parte corporis viri, sed de latere eius formata est, ut ostenderetur, quia in consortium creabatur dilectionis, ne forte si fuisset de capite facta, viro ad dominationem uideretur preferenda: aut si de pedibus, ad seruitutem subijcienda. Quia igitur viro nec domina, nec ancilla parabatur, sed socia: nec de capite, nec de pedibus, sed de latere fuerat producenda: ut iuxta se ponendam cognosceret, quam de suo latere sumptam didicisset.

Quare de dormiente, & non uigilante?

Non sine causa dormienti quoque viro potius quam uigilanti detracta est costa, de qua mulier in adiutorium genera-

D I S T I N C T I O XVIII.

tionis uiro est formata, scilicet ut nullam in eo sensisse poenam monstraretur, & diuina simul potentiae opus mirabile ostenderetur, quae hominis dormientis latus aperuit, nec eum tamen a quiete soporis excitauit. In quo etiam opere sacramentum Christi & ecclesiae figuratum est. Quia sicut mulier de latere viri dormientis formata est: ita ecclesia ex sacramentis, quae de latere Christi in cruce dormientis profluxerunt: scilicet sanguine & aqua, quibus redimimur a peccatis, atque abluimur a culpis.

Ad Ephes. 3. 8.

Quod de illa costa sine extrinseco additamento facta fuit mulier per Dei potentiam.

Solet et queri, Vtrum de illa costa sine adiectione rei extrinseca facta sit mulier. Quod quibusdam non placuit. Ceterum si ad perficiendum corpus mulieris Deus extrinsecum augmentum addidisset, maius illud esset quam ipsa costa. Ideoque potius de illo addito quam de ipsa costa mulier facta deberet dici, de quo plures accepisset substantiae partes. Restat ergo ex de sola ipsius costae substantia sine omni extrinseco additamento, per diuinam potentiam in semetipsa multiplicata mulieris corpus factum dicatur: eo sane miraculo, quo postea de quinque panibus a Iesu caelesti benedictione multiplicatis quinque millia hominum satiata sunt. Illud etiam scire oportet, quod cum angelorum ministerio facta sit mulieris formatio non est eis tamen tribuenda creationis potentia. Angeli enim nullam possunt creare naturam: ergo nec formare costam in mulierem, nec carnis supplementum in loco costae: non quod nihil agant ut aliquid creetur, sed non ideo creatores sunt, sicut nec agricolae segetum vel arborum. Solus Deus, id est, Trinitas est creator. Facta est ergo femina a Deo, etiam si costa ministrata sit per angelos.

Ioan. 9. Augu. Lib. de Ge. ca. 15. Mar. 14. Aug. s. per Ge. ne. li. 9. cap. 17.

Vtrum secundum superiores, an secundum inferiores causas ita facta sit mulier.

Sed queritur, an ratio quam Deus primis operibus creauit, id haberet, ut secundum ipsam ex viri latere femina fieri necesse foret: an hoc tantum, ut fieri posset: Ad quod sciendum est, omnium rerum causas in Deo ab aeterno esse. Vt enim homo sic fieret, vel equus & huiusmodi, in Dei potentia,

Augu. Lib. 6. de Gen. cap. 14.

potentia, & dispositione ab eterno fuit. Hæ dicuntur primordiales causæ: quia istas aliæ non præcedunt, sed istæ alias, quæ sunt causæ causarum. Cumque vnum sit diuina potentia, dispositio, siue voluntas, & ideo vna omnium principalis causa: tamē propter effectus diuersos pluraliter dicit August. causas primordiales omnium rerum in Deo esse: inducens similitudinem artificis, in cuius dispositione est, qualis futura sit arca. Ita & in Deo vniuscuiusque rei futuræ causa præcessit. In creaturis vero quarundam rerum, sed non omnium causæ sunt, vt ait Augustin. quia inseruit Deus seminales rationes rebus, secundum quas alia ex alijs proueniunt: ut de hoc semine tale granum, de hac arbore talis fructus & huiusmodi. Et hæ quoque dicuntur primordiales causæ, etsi non adeo proprie, quia habent ante se causam eternam, quæ proprie & uniuersaliter prima est. Illæ vero ad res aliquas dicuntur primæ, scilicet quæ ex eis proueniunt. Ideo etiam primordiales dicuntur, quia in prima rerum conditione rebus à Deo insitæ sunt. Et sicut creature mutabiles sunt, ita & hæ causæ mutari possunt: quæ autem in immutabili Deo causa est, non mutari potest.

Perutilis distinctio causarum rerum.

Aug. ibid. Cap. 17 & 18. *Omnium rerum causæ in Deo sunt: sed quarundam causæ & in Deo sunt, & in creaturis, quorundam vero causæ in Deo tantum sunt: & illarum rerum causæ dicuntur absconditæ in Deo, quia ita est in diuina dispositione ut hoc uel illud fiat, quod non est in seminali creature ratione. Et illa quidē quæ secundum causam seminalem fiunt, dicuntur naturaliter fieri, quia ita cursus naturæ hominibus innotuit. Alia uerò præter naturam, quorum causæ tantum sunt in Deo. Hæc autē dicit August. esse illa, quæ per gratiā fiunt, vel ad ea significanda non naturaliter sed mirabiliter fiunt. Inter quæ mulieris facturam de costa uiri ponit, ita dicens, Vt mulierem ita fieri necesse foret, non in rebus conditum, sed in Deo absconditum erat. Omnis creature cursus habet naturales leges: super hunc naturalem cursum creator habet apud se posse de omnibus facere aliud, quam eorum naturalis ratio habet: ut scilicet uirga arida*

repente

repente floreat, & fructum gignat, & in iuuentate sterilis femina in senectute pariat, vt asina loquatur, & huiusmodi. Dedit aut naturis, vt ex his etiam hæc fieri possent, non vt in naturali motu haberent. Habet ergo Deus in se absconditas quorundam futurorum causas, quas rebus conditis non inseruit, easque implet non opere prouidentia, quo naturæ subsistunt vt sint, sed quo illas administrat vt uoluerit, quas vt uoluit condidit. Omnium ergo quæ ad gratiam significantam, non naturali motu rerum, sed mirabiliter facta sunt, absconditæ causæ in Deo fuerunt: quorum unū erat, quod mulier facta est de latere uiri dormientis. Non habuit prima rerum conditio vt femina sic fieret, sed vt fieri posset: ne contra causas quas Deus uoluntariē instituit, mutabili uoluntate aliquid facere putaretur.

De anima mulieris.

Quemadmodum mulieris corpus de uiri corpore traductum fuit, ita putauerunt aliqui ipsius animam de uiri anima propagatam: & omnes animas præter primam, de traduce esse, sicut corpora. Alij autem putauerunt simul oēs animas ab initio creatas. Catholica autem Ecclesia, nec simul ex traduce factas esse animas docet, sed in corporibus per coitum seminati atque formati iufundi: & infundendo creari. Vnde in ecclesiasticis dogmatibus, Animas hominum non esse ab initio inter creaturas intellectuales naturas, nec simul creatas, sicut Origenes fingit, dicimus: neq; in corporibus per coitum seminari, sicut Luciferiani, & Cyrillus, & quidā Latinorū præsumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniugij copulam seminari, creationē uero animæ solū creatorem nosse, eiusq; iudicio corpus coagulari in uulua, & compingi atque formari: ac formato iam corpore animam creari, atq; infundi, vt uiuat in utero homo ex anima constans & corpore, & egrediatur uiuus ex utero plenus humana substantia. Hiero. etiam anathematis uinculo illos condemnat, ni animas ex traduce dicunt: inducens auctoritatem prophetae, Qui finxit sigillatim corda eorū. Hoc satis, inquit, innuit propheta, quod non ipsam animam de anima facit Deus, sed sigillatim animas de nihilo creat.

S. Bon. Lib. 2.

M m Supra



SUPRA egit Magister de formatione viri, hic agit de formatione mulieris de viro. Diuidit autē ista pars in duas partes. In quarū prima determinat de productione mulieris ex parte corporis. In secūda ex parte anime: ibi. *Quemadmodum mulieris corpus, &c.*) Prima pars habet quatuor partes. In prima parte determinat de productione corporis mulieris ex viro in comparatione ad causam finalem. In secunda vero in comparatione ad causam materialem, ibi. *Solet etiam queri, utrum de costa illa, &c.* In tertia vero in comparatione ad causam efficientem, ibi. *Illud etiam sciri, &c.*) In quarta vero in comparatione ad causam formalem, ibi. *Sed queritur, an ratio &c.*) Similiter secūda pars principalis habet quatuor particulas. In quarum prima ponit opinionem quandā erroneam de productione anime mulieris. In secunda vero subiungit aliam opinionem non minus falsam, ibi. *Alij autem putauerunt, &c.*) In tertia vero ponit veritatem catholicam, ibi. *Catholica autem ecclesia &c.*) In quarta autē, & ultima falsitatem impugnat, & veritatem cōfirmat auctoritate Hier. & August, ibi. *Vnde in ecclesiasticis dogmatibus, &c.*) Et sic duo determinantur in parte ista, quorum primum est formatio mulieris. Secundum est perfectio quantum ad animam.

Dub. 1. **M**ulieris corpus factum dicatur, &c.) Videtur hic dicere, quā formatio mulieris fuerit miraculosa, & gratia huius posset introduci quæstio de miraculis:

sed propter suam prolixitatem & quia parum valet ad propositum, omittenda est ad præsens: hoc tamen solum dixisse sufficiat, quod ideo dictum est, mulierem de costa miraculo esse factam, non quia factum sit cōtra solitum cursum naturæ, uel cōtra naturam: sed quia factū est uirtute diuina, operante supra naturam. Si quis autem querat, utrum hoc opus supra naturam fecerit ministrante sibi uirtute angelica, respondet Augustinus super Gen. ad litteram Lib. Nonno, ita inueniens. Quale ministrum exhibuere angeli in illa formatione mulieris, quæ audeat assignare? certissime tamen dixerim supplementum illud carnis in costæ loco ipsius fœminæ corpus & animā, configurationeque membrorum, omnia uiscera, sensus omnes, & quicquid, quo ea creatura & homo, & fœmina erat, non nisi illo opere Dei factum, quod Deus non per angelos, sed per seipsum operatus est. Ratio autem potissima, quare Deus ita formauit, est tum quia modus ille formandi erat supra potestatem naturæ tum etiam, ut homo in utroque sexu immediate in eum tenderet, & ex se toto eum diligeret, a quo se nosset immediate esse factum. Ratio autem, quare ex uno homine Deus omnes producere uoluerit (licet in aliis generibus animalium hoc non fecerit) sumi potest ex ordine, & cōnexionē, & significatione. Ex ordine uero dupliciter. Primo ex ordine corporis ad animā, ut sicut omnes animæ rōnales immediate procedunt ab uno principio, sic oīa

cor-

corpora humana immediate exirent ab uno. Secundo uero ex ordine totius coniuncti ad alias creaturas. Quia enim homo medium tenet inter naturā angelicam, & brutalem: cū angeli singularim a deo producti sint: & creaturæ brutales in duplici sexu in masculino, scilicet, & fœminino, homo debuit produci medio modo, & sic fœmina ex uiro. Ex connexionē similiter duplex sumitur ratio. Primo respectu totius speciei uniuersaliter, ut omnis diligat omnem hominem, tanquam fratrem. Secundo uero respectu uxoris specialiter, propter quod uinculum relinquet homo patrem, & matrem, & adheret uxori suæ, & sunt duo in carne una. Ex significatione etiam duplex sumitur ratio. Prima ex significatione allegorica, qua intelligimus per uirum & mulier Christum, & ecclesiam. Secunda per analogicam, qua per uirum intelligimus deum, qui fuit principium omnium rerum.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

A quo formatū sit corpus mulieris.



Ad intelligentiam autem huius partis circa duo incidit hic quæstio. Primum est circa productionem corporis mulieris ex latere uiri. Secundum est circa productionem spiritus, siue anime, eiusdem mulieris. & per consequens omnium animarum, quæ sunt in posteris. Circa primum queruntur tria. Primo queritur, unde mulier formata fuerit. Secundo queritur, utrum

secundum feminalem rationem corpus mulieris in costa præcesserit. Tertio queritur, quid sit secundum rem, & essentia ipsa ratio seminalis.

Vnde fuerit productū corpus mulieris. Et dicit magister in littera, & tractum est de secundo Gen. quod mulier formata est de uiro; & non de quacunque parte, sed de costa, ex qua mulier est de uiro dormiente formata: & sic tria tanguntur in formatione mulieris: scilicet, quod facta est de uiro, & de uiro dormiente, & non de quacunque parte, sed de costa eius, & osse.

CONTRA primū obiicitur sic. Gen. i. Fecit deus hominem ad imaginem, & similitudinē suā, masculinum, & fœminam creauit eos. Si igitur deus in primaria conditione masculinum, & fœminam simul creauit, non uideretur quod mulierem de uiro produxerit. **I**TEM. Sexuum distinctio spectat ad perfectionem speciei: sed aliæ species animalium, in quibus est distinctio sexuum, simul & semel productæ sunt: ergo &c. **I**TEM. Quod se habet per modum materialis ad alterum, minus est completum, quàm illud, quod ex ipso producitur: si ergo uir habet completionem respectu mulieris, non mulier de uiro, sed econtra de muliere uir produci debuit. **C**ONTRA secundum obiicitur sic. Somnus, uel sopor est quies animalium uirtutum cum intensioe naturalium: sed in Adam non erant sensus fatigati, nec uirtutes animales: ergo uidetur, quod somnus ille non fuerit Adæ naturalis: si ergo nihil debuit fieri circa Adā

nisi quod eius naturæ congrueret, videtur quod Deus in eum non debuit soporem mittere, ut de costa eius produceret mulierem. **ITEM.** In separatione illius, aut fuit aliqua læsio, & afflictio, aut non. Si sic: ergo Adam ante passus est poenam quam committeret culpam. Si non; ergo ita bene potuit fieri de latere uigilantis, sicut de latere dormientis. **ITEM.** Maiori potentie attestatur separare partem a toto ab homine uigilante sine dolore, quam a dormiente: magis igitur esset manifesta Dei potentia si absque dolore produxisset mulierem de latere Adæ uigilantis, quam cum produxerit de latere dormientis. **ITEM.** Contra tertium obiicitur sic. Sexus muliebris est infirmior, quam sexus uirilis per naturam: ergo de partibus eius infirmis debuit fieri: non ergo de osse, sed potius de carne. **ITEM.** In textu postea subiungitur. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: ergo non tantummodo de costa Adæ facta est, sed etiam de carne alia. **ITEM.** Costa illa aut erat necessaria Adæ, aut superflua. Si necessaria: ergo debuit alia costa reddi. Adde pro illa. Si superflua: ergo corpus Adæ non fuit in prima sui productione perfecte formatum, cum ad perfectionem spectet nihil habere superfluum, vel diminutum. **ITEM.** Si superflua erat: ergo non oportebat carnem repleti pro ea. Est igitur quod, quare mulier de uiro: & si de uiro, quare magis de dormiente, quam de uigilante: & si dormiente, quare magis de costa, quam de carne fuerit producta.

RESOLVTIO.

Mulieris corpus formatum est de uiro, & de uiro dormiente, & adhuc de costa eius: quorum nullum mysterio uacat.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod cum sapientia Dei admirabilis, & laudabilis ostendatur in omnibus operibus suis; potissime tamen manifestatur in formatione creature rationalis. Hoc autem clarius apparet, si consideretur ordinis congruentia, quam seruauit diuina sapientia, dum produxit mulierem de latere uiri. Congruum erat enim, mulierem sic de uiro produci, tum propter ordinis habitudinem, quæ attenditur inter uirum, & mulierem in humana specie: tum etiam propter ordinem, & habitudinem, quæ attenditur inter ea, quæ per uirum, & mulierem habent signari. Vir enim, & mulier secundum suorum sexuum, & proprietatem, & naturam sic facti sunt, ut inuicem coniungerentur: & ex hoc unus in altero quietaretur, & unus ab altero sustentaretur. Quia igitur forti vinculo, & singulari mulier coniungitur uiro, & e conuerso, ideo unus sexus productus est de altero: quia uero ista coniunctio dat uiro quietationem, ideo producta est de uiro dormiente. Rursus, quia dat mulieri fortitudinem, & sustentationem: hinc est, quod mulier dicitur esse facta de osse. Et quia in omnibus his est quedam equalitas mutue societatis: ideo formata est mulier de osse: non quocunque, sed de costa, & eius latere. Et sic patet, quomodo modus formationis respondet proprie-

prietatibus illius mutue coniunctionis, quæ est inter uirum, & mulierem secundum rem. Consonat etiam nihilominus his, quæ signantur per mulierem, & uirum. Per uirum namque, & mulierem signatur Deus, & anima; Christus, & Ecclesia; superior portio rationis, & inferior. Primæ significationi competit formatio mulieris ex uiro secundum modum prædictum. Quia omnes spiritus rationales immediate producantur a Deo tanquam a primo principio, & immediato: & Deus in eis requiescit, & quasi soporatur, dum delitiæ suæ sunt cum filiis hominum: & rationalis spiritus a diuino spiritu inhabitante confirmatur, & roboratur: optima consonantia conformatur signum signato, secundum quod per uirum, & mulierem significatur Deus & anima. Similiter correspondet secundum quod per uirum, & mulierem significatur Christus, & Ecclesia. Ecclesia enim ex Christo formatur, dum de latere Christi dormientis in cruce profluxit sanguis, & aqua, ex quibus in sacramentis ecclesiæ redundauit efficacia, per quæ sacramenta fundatur Ecclesia, & sic uir respondet Christo, dormitatio respondet morti, ablatio costæ apertio lateris. Concordat etiam formatio hæc significationi prout per uirum, & mulierem superior portio rationis, & inferior habet signari. Sicut enim uir est fortior, & mulier est infirmior, sic superior portio, & inferior: & sicut mulier est ex uiro, sic inferior portio est ex conuersione spiritus ad hæc inferiora: dum

autem ad hæc inferiora conuertitur, cessat a uigilantia contemplationis, & quodammodo efficitur infirmior semetipso, & tendit ad molliciem mulieris: & ideo quodammodo separari seu soporari dicitur, & os ei auferri, & exinde mulier formari. Et sic patet, quod magna fuit congruentia ordinis obseruata in huius formatione mulieris, siue in se, siue in signato per ipsam.

HIS uisus de facili respondetur ad obiecta. Quod enim primo obiicitur de textu Gene. Dicendum, quod illud dictum est per anticipationem: Præterea illud dictum est quantum ad productionem animæ, secundum quam non est formata mulier ex uiro, sed ex nihilo, sicut infra patebit. **AD ILLUD**, uerò, quod obiicitur de aliis speciebus, patet responsio. Non enim est simile propter legem matrimonii, quæ non ita attenditur in bestiis, sicut in hominibus. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod uir est muliere fortior, & perfectior. Dicendum, quod materiale minus est nobile, quam illud quod ex eo producitur secundum id quod est materiale: uir autem non fuit materia mulieris secundum se totum, sed secundum aliquid sui. scilicet secundum costam: & ideo quod uir est nobilior potuit tamen ex eius costa corpus mulieris formari. Nam non est tanta perfectio in una costa uiri quanta est in uno corpore mulieris.

QUOD si quæras, quare magis mulier de uiro, quam uir de muliere. Dicendum, quod hoc aliquando futurum erat, sicut in secundo Adā. scilicet Christo: & ideo, ut per

*Art. se
quæ. q.
ult.*

fecta essent Dei opera, debuit esse similiter, & mulier de solo uiro, Sic enim sunt impleti (sicut dicit Ansel.) quatuor modi educationis hominis in esse. Vnus, qui est de uiro, & muliere, quem modo obseruat natura. Alius, qui est nec de uiro, nec de muliere, qui fuit in productione primi hominis. Tertius, qui est de uiro tantum: & hic fuit informatione Eux. Quartus, qui est de muliere tantum absque uiro: & hic fuit in productione Christi de Virgine. Tunc autem magis congruebat mulierem educi de uiro, ut ostendetur, quod uir caput est mulieris, & quod non uir propter mulierem: sed mulier propter uirum, & alia similia plura, quae prius tacta sunt. AD ILLA, quae obiciuntur de soporatione. Dicendum, quod ille sopor non fuit ex lassitudine: sed fuit ex diuina immixtione: sicut dicit Textus: nec tamen fuit contra naturam: quia si Adam stetit, esset utique in illo somnus, non propter debilitationem potentiae sensitivae: sed propter uigationem potentiae uegetivae: quoniam & si neutrum harum uirium contingeret in Adam lassari, tamen quando una cessabat ab operatione, contingebat alteram uigorari, dum tota anima circa actum unius uirtutis intendit. Immisit autem Deus soporem in Adam: non propter hoc, quod non posset separare costam a uigilante sine dolore, & horrore: sed propter significationem, & propter etiam metis Adae subleuationem: quia (sicut dicunt sancti) Adam in illo sopore multa prauidit. Vnde statim

cum euigilauit, propheticè locutus est: & in hoc multum ostenditur Dei omnipotentia, quae sic potuit separare costam, ut natura non amitteret quietem. Et hoc patent illa tria obiecta de sopore. Primum enim non ualet: quia ibi non erat somnus ex lassitudine. Secundum similiter non ualet: quia non est factum propter laesionem hominis occultandam. Tertium etiam non ualet, quia etiam ita bene manifesta est Dei potentia, dum non excitauit dormientem a somno: sicut manifesta esset, si formasset eam de latere uigilantis sine dolore aliquo. AD ILLA, quae obiciuntur, quod non debuit fieri de osse. Dicendum, quod non tantummodo mulier facta est de osse, siue de costa: sed etiam aliqua particula fuit sumpta de carne Adae: sicut sequens litera innuit. Hoc nunc os, & caro de carne mea. Magis autem fit denominatio ab osse: siue quia illa fuit pars principalior, siue quia uir mulieri confert robur: & mulier pro uiri consortium uigoratur. Vir autem per mulieris consortium emollitur: & ideo dicitur caro repleta pro costa, quia uir dat fortitudinem & suscipit infirmitatem, siue etiam, quia costa illa locum carnis occupabat: non enim facta fuit in Adam, ut in eo maneret, sed ut de ea formaretur mulier. Et sic patent illa tria obiecta. Primum enim non ualet: quia mulier, & si debilis sit in se, tamen a uiro habet roborem: & ideo magis dicitur esse facta de costa, quam de carne. Secundum non ualet, quod enim mulier dicitur esse facta de costa,

ita, non intelligitur praecise, ita quod non de carne. Tertium non ualet, quia si illa costa superflua erat Adae, in quantum erat indiuiduum: erat tamen oportuna in quantum erat mulieris principium: & ideo resurget in muliere non in uiro, sicut planius explicatur in Quarto.

QVAESTIO II.

An mulier formata sit de costa uiri secundum rationem seminalem?

VTRVM mulier formata sit de costa uiri secundum rationem seminalem. Et quod sic, primo uidetur per Textum. Consumauit Deus die vi. omne opus suum. Si ergo formatio mulieris fuit post diem sextum: sicut scriptura innuit: ergo aliquo modo in illis operibus sex dierum mulier condita fuit: sed non erat nisi in costa, ergo in costa erat, unde fieret mulier: sed quod, sic est in aliquo, dicitur esse in eo secundum rationem seminalem: ergo &c. ITEM. Aug. 6. super Genesim ad literam. Omnia, quae consequentibus erant euolenda temporibus, primitus Deus simul creauit, cum faceret mundum: consumata quidem, quoniam nihil habent illa in naturis propriis, quibus suorum temporum cursus agunt, quod non in istis causaliter factum sit: inchoata autem, quoniam quaedam erant semina futurorum: ergo si mulier postea producenda erat, ergo semen mulieris praexistebat: sed non nisi costa: ergo &c. ITEM. Vir dicitur esse imago Dei: quia ex ipso sunt omnes homines: sicut omnia sunt ex Deo: sed nulla creatura est ex Deo

materialiter: ergo si recta est assimilatio, necesse est, quod uir respectu mulieris non solum habeat habitudinem principii materialis: sed etiam actiui: sed quod est ex aliquo sicut ex materiali, & actiuo principio, est secundum rationem seminalem: ergo &c.

ITEM. Vir productus est de limo, & mulier de uiro, aut igitur est maior habitudo, & conuenientior costae ad mulierem, quam uiri ad limum, aut non. Si non, ergo non magis attinet mulier uiro, quam uir limo. Si sic, ergo ultra rationem passibilis fuit ibi aliquo modo ratio actiui: si ergo haec est ratio seminalis, apparet, quod secundum rationem seminalem ex costa fuit formatum corpus mulieris. ITEM. Cum Deus produxit corpus mulieris de costa, aut hoc fuit secundum naturam, aut contra. Si secundum naturam, cum natura quidquid facit, faciat secundum rationes seminales, uidetur, quod seminaliter de costa mulier producta sit. Si contra naturam. Contra. Conditor naturae (ut dicit Aug.) non facit contra naturam. Et idem super Genesim ad literam: Non facit Deus contra causas, quas bonas constituit: quia contra uoluntatem suam non facit: ergo si formatio Eux non potuit esse contra naturam, fuit igitur secundum naturam: si hoc fuit: ergo secundum rationem seminalem. ITEM. Si productio illa fuit contra naturam: ergo formatio mulieris fuit miraculum. Sed Augustinus super Genesim ad literam dicit, quod Deus in rerum conditione non utitur rebus ad miraculum suae potentiae:

sed secundum quam proprie cōpetit ipsarum rerum naturæ: ergo si miraculum non faciebat: sed operabatur secundum quod natura exigebat: uidetur, q̄ mulierē produxerit secundum seminalem rationem, si eam produxit sc̄m exigentiam naturæ.

CONTRA. Magister dicit in litera, & est auctoritas Augustini. Illa, q̄ sc̄m causam seminalē fiunt, dicuntur naturaliter fieri, quia ita cursus naturæ hominibus innotuit: si ergo productio mulieris de costa non est sc̄m naturæ cursum: ergo nō erit secundum seminalē rōnē. ITEM. Magister in litera. Corpus mulieris de costa factum dicitur eo sanè miraculo, quo de quinque panibus quinque milia hominū saturati sunt: sed illud non fuit secundum seminalem rationē: ergo &c. ITEM. hoc uidetur ratione. Semen dicitur principium actiuum, & intrinsecum: unde non dicitur semen hominis humor quicumque, sed ille, qui decisus est a lumbis paternis: sed in costa non erat uis actiua ad mulieris productionē: ergo nec ratio seminalis. ITEM. Semen habet in se rationem totius, & partium eius rei, quæ ex ipso producit. Vnde Aug. 5. super Genes. ad literam. In femine omnia producta sunt, & fuerant primitus, non mole magnitudinis: sed in potentia causalī: sed in costa illa non erat uirtus ad singula mēbra formanda: ergo non erat ibi mulier secundum rationem seminalē. ITEM. Impossibile est aliqd crescere p̄ uirtutem creatam, nisi p̄ rarefactionē, aut appositionem: sed corpus mulieris

de illa costa productū est, quod erat ipsa maius, nō p̄ costæ rarefactionē, nec extrinsecæ materie appositionē: sicut dicit Magister in litera: ergo productio illa ex costa nō fuit sc̄m uirtutem creaturæ: sed solum creatricis essentia: sed seminalis rō dicit uirtutē creatam: nō. n. dñr in Deo res esse seminaliter: ergo hæc productio mulieris ex costa nō fuit secundum seminales rationes.

ITEM. Secundum seminales rōnes attenditur rerum propagatio, & generatio: sed secundum educationē corporis de costa nō fit ppagatio in humana specie: ergo productio alicuius corporis humani ex costa non est secundum rationē seminalem. Et propter hoc est quæstio; cum Magister dicat aliqua fieri secundum rationes causales, aliqua secundum rationes seminales, quæ sit differentia inter hæc duo. Si tu dicas, q̄ illa fiunt secundum rationes causales, quæ fiunt secundum rationes incommutabiles, uel æternas: illa secundum rationes seminales, q̄ fiunt secundum exigentiam, & uirtutē potentiarum inditarum ipsis creaturis: Obicitur contra hoc per Augustinū. Dicit. n. Aug. in 6. Ca. 14. super Gen. ad literam. Nihil habet res in naturis propriis, q̄ nō in primis diebus causaliter factum est. Et iterum, Causales illæ rationes, quas mundo indidit, cum primū creauit, quō institutæ sunt, merito queri pōt. Et paulo post, In illis primis rerū causis, quas mundo primitus creator inseruit, non tantum posuit, q̄ de limo formaturus erat hominem: sed quemadmodum produ-

ducturus; ergo rationes causales nō dicunt quid increatum, sed creatum. ITEM. Ipse Augustin. rationes causales, quas dicit inditas primis rebus, distinguit contra incommutabiles rationes tam in 5. super Genes. ad literam, q̄ Q̄ lat. in 6. QUÆRITUR etiam, q̄ differentia sit inter rationes seminales, & naturales: & uidetur, q̄ nulla: quia August. dicit, q̄ cū arbor germinat de semine, quod idie est propagatio secundum rationem seminalē: in fine quinti super Gen. sed hoc idem est secundum rationem naturalem. ITEM. Operatio, quæ est a ui seminali, aut est naturalis, aut est uoluntaria: cum enim non sit a causa per accidens, & sit a causa creata: necesse est, q̄ sit natura, uel ab intellectu: sed non est ab intellectu: ergo a natura: ergo omne, quod fit seminaliter, fit naturaliter. Pari ratione, cum natura sit uis propagatiua, & ppagatio fiat mediante semine: omne, quod fit naturaliter, uidetur fieri seminaliter.

RESOLUTIO.

Si ratio seminalis proprie accipiat, corpus mulieris non est formatum ex costa secundum rationem seminalem: Sin uero largè, scilicet pro quacumq; potētia actiua existente in materia, utique affirmari poterit.

RESPON. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, q̄ cum de his rōnibus seminalibus egregius doctor Augu. in quinto, & sexto super Genesim ad literam ambigue loquatur, & ab ipso potissime habemus horum nominum usum: non est facile inter huiusmodi uocabula

recte distinguere. Ipse enim rationes causales modo dicit rebus fuisse insertas; modo dicit, quantum ad aliqua, in diuinā uoluntate fuisse seruatas: Possimus tamen quantum est de uocabuli differentiam assignare in hunc modum. Causa enim cōmunis est ad principium intrinsecum, & extrinsecum: similiter & ratio causalis, quātum est de ui nominis; semē uero dicit principium intrinsecum: & ita ratio causalis se extendit ad rationes creatas, & increatas; ratio uero seminalis solū ad rationes creatas. Quantum ergo est de ui nominis, unū est commune respectu alterius: in quantum autem adinuicē distinguuntur, & connumerantur: sic causa, & causalis ratio accipitur quantum ad principium increatum: semē uero, & seminalis ratio spectat ad principium creatum: Differunt autem causa, & ratio causalis: quia causa dicit principium productiuum: ratio uero causalis dicit regulam dirigentem illud principium in sua operatione. Similiter per hunc modum differt semen, & ratio seminalis.

Regula autem agentis increati est forma exemplaris, siue idealis. Regula uero agentis creati est forma naturalis: & ita rationes causales sunt formæ ideales, siue exemplares: rationes uero seminales sunt formæ naturales. Et secundum hoc patet, q̄ rationes causales, & primordiales idem sunt re, differentes sola ratione. Primordiales enim dicuntur per priuationem prioris: sed causales per positionem posterioris: & primordiales

les in quantum respiciunt Deū, ut principium primum, causales in quantum respiciunt Deū, ut finem ultimum, quæ est causa causarum. Similiter naturales rationes, & seminales re idē sunt, ratione uero differunt: quæ enim semen dicit, ut ex quo, & natura dicit a quo: ratio seminalis attenditur in quantum dirigit potentiam naturæ, ut ex aliquo fiat aliquid: naturalis uero, ut ab aliquo fiat aliquid. Vel ratio seminalis respicit inchoationē, & intrinsecam uirtutē, quæ mouet, & operatur ad effectus productionem: naturalis uero concernit producentis ad productū assimilationem, & modi agendi assuetudinem: unde appropriate loquēdo cum Magi ex uirgibus fecerunt serpentes, hoc fuit secundum rationes seminales: cum uero serpentes: sicut assolent, serpentes generant, hoc fit secundum rationes naturales: licet utraque naturales, & seminales congrue dici possint. Quando igitur queritur, utrum aliquis effectus fiat secundum rationes causales, aut seminales: Respondendum est, quod aut, sic est a Deo ille effectus, quod creatura non habet in eopotētiā aliquam: aut si habet, habet solam potentiam obedientiæ: utpote cum mundus sit de nihilo, ubi nulla est potētia creaturæ, uel cum multi panes multiplicentur ex pane uno, ubi est sola potentia obedientiæ: & hæc fiunt secundum rationes causales, quas Deus seruauit in sua uoluntate: quia non fiunt secundum exigentiam creaturæ: sed secundum exigentiam dispositionis æternæ. Si autem sic pro-

ducitur effectus, quod est in potentia naturæ, non solum obedientiæ: sed etiam potentias ad actum producere, sic dicitur fieri secundum rationes seminales: sicut patet, cum homo generatur ex homine, uel arbor ex arbore. Sed attendendum est, quod illa potentia naturæ ad effectus istos, aut est propinqua, & sufficiens, sicut est in semine decisio a lumbis ad generationem humani corporis, & sic dicitur proprie habere in se rationem feminalem. Aut est remota, & insufficientis: sicut est in pane, uel in alimento, ut ex eo fiat homo: & sic minus proprie dicitur esse ibi ratio seminalis. Non enim dicitur in pane esse ratio seminalis respectu hominis producendi, nisi ualde large accipiatur. Quod autem est, sic in remota dispositione respectu effectus, aut perducitur ad illum effectum mediantebus illis, ad quæ habebat ordinem immediatum, aut mediate. Si mediate, tunc potest dici, quod effectus ille sit secundum rationem feminalem, utpote si panis comedatur, & digeratur, & conuertatur in humorem, & postmodum in lumbis conuertatur in semen, deinde in hominem. Si autē immediate perducatur ad effectum, utpote si de pane statim formaretur corpus hominis: sic nullo modo dicitur esse factum secundum rationes seminales, sed secundum rationes causales, quamuis enim ibi esset aliqua potētia actiua ad hoc, quod inde fieret corpus per multa intermedia, tamen quod immediate fieret, hoc habuit in sola potentia obedientiæ. CVM ergo queritur,

ritur, utrum corpus mulieris fuerit in costa seminaliter. Dicendum, quod si proprie accipiatur ratio seminalis, non. Si autem accipiatur large pro quacunque potentia actiua existente in materia, sic potest dici in costa ista ratio seminalis. Rursus si queratur, utrum mulier facta sit de costa secundum rationes seminales. Respondendum est, quod non: quia costa respectu talis modi producendi, & respectu tanti corporis ex ea formandi absque additione, non habuit nisi solam potentiam obedientiæ, unde concedendæ sunt rationes ad hoc inductæ.

AD ILLUD autem, quod primo obiicitur in contrarium, quod nihil nouū fecit Deus ultra diē sextum. Dicendum, quod illud argumentum deficit tripliciter. Primo quia & si formatio mulieris post diē sextum narretur: non est tamen credendum, quod tam longo tempore uiri formatio præcesserit: sed quod die sexta de latere uiri producta sit. Illud autem, quod subditur, intelligendum est per recapitulationem: recapitulat enim scriptura, ut addat. Deficit etiam in hoc, quod Deus non dicitur facere nouū, non solum in hoc, quod omnia producta sint in ratione seminali: sed quia producta sunt in suo simili: & hoc necessarium est dicere propter creationē animæ, quæ non exit in esse secundum feminalem rationem. ET PER hoc patet responsio ad sequens: quia formatio mulieris non fuit de consequentibus ad opera sex dierum: uel si fuit, causaliter dicitur fuisse facta, quia præcessit

potentiam obedientiæ in costa: uel etiam aliqua ratio seminalis longinqua, licet secundum illam mulier non sit formata, sed secundum potentiam diuinam. AD ILLUD, quod obiicitur, quod uir est imago Dei: quia principium omnium hominum. Dicendum, quod non est omnimoda similitudo. Deus enim est principium sufficiens respectu omnium: uir autem non est per se principium sufficiens, respectu hominum: aliquo tamen modo tenet rationem principii, & hoc facit ad maiorem expressionem imaginis, ad cuius expressionem aliquo modo amplificandam non solum facit assimilatio perfecta: sed etiam assimilatio modica. AD ILLUD, quod obiicitur, quod maior erat conuenientia costæ ad mulierem, quam limi ad uirum. Dicendum, quod costa dupliciter potest considerari. Aut in se, aut in quantum fuit pars uiri. In se quidem ita bene distabat a formatione corporis mulieris: sicut limus a formatione corporis uiri. Si autem consideretur in quantum est pars uiri: sic quia uir, & mulier sunt personæ, in quibus potest esse affinitas, & attinentia: talis formatio faciebat quoddam maius uinculum attinentiæ esse inter uirum, & mulierem, quod quidem non poterat esse inter uirum, & elementum terræ.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod productio mulieris de costa non fuit contra naturam. Dicendum, quod dupliciter dicitur natura. Vno modo dicitur natura omne illud, quod competit rei a sua naturali origine: & sic competit creaturæ, ut ex ea producat,

omne, quod deus uult. Opus enim respectu sui artificis habet in se potentiam perfectæ obediētiæ: cū per omnia subiaceat eius uoluntati: propter quod dicitur, quod spiritus domini ferebatur super aquas: & cōtra hanc naturam deus nunquam facit: imo quicquid facit de creatura, secundum hanc naturam facit: & secundum hunc modum accipiendi naturam, mulier de costa non est formata contra naturā. Alio modo dicitur natura propriè uis insita rebus, secundum quā res naturales peragunt cursus suos, & motus solitos: & hoc modo accipiendo naturam, aliquando deus facit contra naturā, aliquando supra naturā. Tūc facit contra naturam, quando facit aliquid, cuius simile in natura, & a natura produci habet, tamen alio mō omnino diuerso: ut patet in hoc, q̄ natura dat alicui uisum, & successiue in primaria generatione: similiter & dat uitam; nunquam tamen cæcum reducit ad uisum, nec mortuū ad uitā. Si ergo deus sua uirtute hoc faciat, ut alicui cæco uisum restituat, & mortuo uitam, tunc dicitur facere contra naturam, id est contra solitū cursum naturæ: & tunc dicitur miraculum. Quando uero deus facit aliquid, cuius simile natura facere nō potest, & ad quod natura non habet ordinē secundū propriam uirtutem, sicut quādo deus factus est homo, uel quando corpus mortale factum est gloriosum, tunc facit supra naturam, & illud opus proprie dicitur mirabile, non miraculum. Quoniā igitur in operibus sex

dierum naturæ rerum nondum erant conditæ, nec cursus earū determinati: ideo tam in productione mulieris ex costa uiri, q̄ in productione aliarum rerum operabatur supra naturam, non contras: & ideo opera ista mirabilia, non miracula dici debebāt. Et per hoc patet responsio ad ultimum obiectū, quia non fuit proprie contra naturam, nec est miraculū dicendum. Patet et̄ responsio ad illud, quod consueuit queri, quæ differentia est inter miraculum, & mirabile; & in quo differt facere aliquid cōtra naturā, & supra. Postremo qualiter uerum est, q̄ deus nihil facit contra naturā, & tñ miracula aliquo modo sunt contra naturā. Patet et̄, q̄ differentia sit inter rōnes primordiales, causales, seminales, & naturales. Duo enim prima membra. s. primordiales rōnes, & causales differūt rōne. Similiter duo ultima. s. rōnes seminales, & naturales. Duo uero inter media. s. rationes causales, & seminales uno modo se habēt sicut generales, & speciales: alio modo si fiat appropriatio, causales sunt, quæ seruatae sunt in mente diuina: seminales uero, quæ sunt rebus insertæ. Et hinc est, q̄ Augu. causales rationes dicit esse cōes ad ea, quæ fiunt miraculose, & naturaliter: Dicit et̄ quādam rationes causales in mēte diuina reseruatas, quādam autem esse rebus insertas: sexto super Gene. Et sic patet, quod nulla est contrarietas.

QVÆ

QVÆSTIO III.

An ratio seminalis sit forma uniuersalis, uel singularis?

QVOD sit ratio seminalis secū dū essentiam? & cū constet eam esse formā, est questio: utrū sit forma uniuersalis, an singularis. Et q̄ sit forma uniuersalis uidetur primo per Philophū in 16. de Animalibus, ubi dicit, q̄ prius est aīal, q̄ homo: ergo natura producit formā speciei mediante forma generis: sed illa est rō seminalis, mediante qua natura peruenit ad ultimum cōplementum: ergo rō seminalis non est aliud, q̄ forma uniuersalis. Item. Quanto est aliquid simplicius, & tanto prius: sed forma quanto uniuersalior, tanto simplicior: ergo tanto prior: sed in processu ordinato per id, quod prius est, deuenitur ad id quod posterius est: ergo natura procedens ad gnationē formæ singularis, puenit ad ipsam mediante uniuersali: sed rō seminalis est illa, mediante qua peruenitur ad effectum cōpletum: ergo &c. Item. Intellectus, si uerus est, intelligit sicut est in re: alioquin si non respōdet ei ita in re, sicut intelligit, falsus ē, & uanus: sed tam naturalis philosophus, q̄ et̄ metaphysicus, dicit differentias extrahi de potentia gn̄is: ergo oportet, q̄ ita sit in re. s. q̄ formæ minus uniuersales exeant in esse a formis magis uniuersalibus, aut consideratio logici, & philosophi est omnino uana: q̄ si hoc est incōueniens, restat q̄ formæ uniuersales sunt illæ mediante quibus educuntur singulares in esse: sed huiusmodi sunt rōnes seminales: ergo &c.

Item. Forma particularis dicitur ens in actu completo, quia nulla potest ulterius fieri additio: materia uero dicitur ens oīno in potentia: sed inter ens omnino in actu, & oīno in potētia cadit medium ens, quod est partim in actu, & partim in potētia: huiusmodi autē est forma uniuersalis, quæ est ens in potentia: igitur si nō puenitur ab extremo i extremo, nisi per medium, materia non perducitur ad actū completum, nisi mediātibus formis uniuersalibus: sed rōnes seminales sunt illæ, mediātibus quibus peruenitur ad actum cōpletum: ergo, &c. Item. Ex hōie generatur hō, non asinus: hoc autē nō est nisi propter aliquā cōueniētiā, q̄ est inter hōim, & hōiem & nō inter hōiem, & asinū: illa autē cōueniētia non est nisi in forma uniuersali: ergo ratio, quare homo generat hominē, est forma uniuersalis, sed illa ē ratio seminalis: ergo &c. Item, hoc uidetur per deductionē ad impossibile. Ex eo incipit generatio, in quod terminat, corruptio, & e cōuerso: si igitur natura nihil pducit ex nihilo corruptione naturali, nulla forma naturalis cedit in nihil: cū igitur ex aere fit ignis, forma aeris nō corrūpitur in nihil: nec materia, quæ materia non erat aliquid de essentia ipsius formæ: corrumpitur ergo in aliquam formam: illa ergo forma aut est uniuersalis, aut singularis. Si singularis, aut ergo ē forma ignis, aut forma alia ab igne. Non alia ab igne, quia in igne generato nō sunt duæ formæ singulares: sed una tantum. Si est forma ignis:

7. Me.
th. 7.

ignis: ergo forma aeris, & ignis sunt una forma numero, quod est impossibile. Restat igitur cū non possit esse forma singularis, q̄ sit forma uniuersalis: si ergo habet incipi generatio ad q̄ terminatur corruptio, generatio uniuersalisq; rei naturalis incipit a forma uniuersali: sed a quo generatio incipit est ratio seminalis, ergo rō seminalis nō est aliud, q̄ forma uniuersalis.

CONTRA. Philosophus in Libro 1. de Anima. Vniuersale, aut nihil est, aut posterius, &c. sed ratio seminalis semper prior est: ergo ratio seminalis non potest esse forma uniuersalis.

ITEM. Vniuersale est semper, & ubique: sed ratio seminalis respicit hanc materiam, in qua fundatur determinate: ergo ratio seminalis non potest esse forma uniuersalis. ITEM. Ratio seminalis non prædicatur de eo, cuius est seminalis ratio: non. n. potest dici, q̄ homo sit semen, uel q̄ corpus hominis sit embryo: sed uniuersale prædicatur de singulari: ergo ratio seminalis non potest esse forma uniuersalis.

ITEM. Omnis operatio naturæ terminatur ad hoc aliquid, & circa hoc aliquid: hoc aliquid autem dicit formam cum materia: uniuersale autem dicit formam tantum: ergo forma uniuersalis secundum, q̄ huiusmodi, nec est operationis principium, nec est operationis terminus per se: sed ratio seminalis dicit operationis principium; ergo ratio seminalis non potest esse forma uniuersalis. ITEM. Si ratio seminalis dicit formam uniuersalem, aut igitur formam generis, aut formam

speciei. Si formam generis: ergo in homine est ratio seminalis respectu asini. Si formam speciei: ergo humanitas est ratio seminalis huius hominis: sed illud ē ratio seminalis alicuius, quod ante præexistit in materia, q̄ sit res completa in actu; ergo ante erit forma humanitatis in materia, quam sit res completa: sed hoc est falsum, & non intelligibile, q̄ forma humanitatis sit in aliquo, & illud non sit res completa: ergo non est ponere, quod forma uniuersalis dicat rationem feminalem. ITEM. Si forma uniuersalis respectu particularis esset ratio seminalis: cū ergo hæc albedo dicat singularem formam, & albedo dicat formam speciei, & color formam generis, & qualitas sensibilis adhuc formam superioris generis, & qualitas corporalis adhuc formam magis uniuersalem, & qualitas adhuc formam uniuersalissimam, tunc natura in productione huius albedinis pueniret medijs omnibus prædictis: ergo prius faceret qualitatem, q̄ qualitatem corporalem, & qualitatem corporalem prius, q̄ qualitatem sensibilem, & qualitatem sensibilem prius, q̄ colorem: quod non est intelligibile.

RESOLVTIO.

Si forma dicatur propriè, ut sic ratio seminalis non est forma uniuersalis. Si uerò impropriè, utique.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, q̄ cum satis constet rationem feminalem esse potentiam actiuam inditam materiæ, & illam potentiam actiuam constet esse essentiam formæ,

mæ, cum ex ea fiat forma mediā te operatione naturæ, quæ non producit aliquid ex nihilo: satis rationabiliter ponitur, quod ratio seminalis est essentia formæ producendæ, differens ab illa secundum esse completum, & incompletum, siue secundum esse in potentia, & esse in actu. Vtrū autem illa forma, siue potentia actiua, quam dicimus rationem feminalem, sit forma uniuersalis, hoc non est ita planum. Diuersi enim sunt modi dicendi secundum diuersas positiones, quas habent diuersi de forma uniuersali. Quidam enim dicere uoluerunt, quod cum uniuersalia nō sint fictiones realiter, & secundum ueritatem, non solum sint in anima: sed etiam in natura, & quia omne, quod est in natura habet fundari in materia: tam formæ uniuersales, q̄ singulares in materia habent esse: & ita nō differunt forma uniuersalis, & singularis per abstractionem a materia, & concretionem in materia: sed differunt per additionem unius ad alteram, & per magis completum, & minus completum. Cuius signum est, quia in coordinatione generum, & specierum forma speciei est completissima, & compositissima. Forma uero generis respectu illius est ens in potentia, & fit magis in actu per differentiam sibi superadditam: & ita cum ratio seminalis dicat formam ratione incompleta, dixerūt nihil aliud esse rationem feminalem, quam formam uniuersalem. Hæc autem positio paruipedēda nō est, magis enim est, & concors esse uidetur & auctoritati, & ra-

tionem, & sensui. Auctoritati: quia ipse Commentator dicit super metaphysicam in capitulo. Quando autem in fundamento, &c. q̄ materia suscipit formas singulares mediantibus formis uniuersalibus. Rationi etiam concordat: quia cū singulare dicat ens in actu, & materia ens in potentia, & forma uniuersalis quodammodo dicat ens in actu, & quodammodo in potentia: rectum uidetur, & congruum, quod materia perducatur ad formam completam mediantibus formis uniuersalibus. Sensui etiam concordat, quia (sicut uult Philosophus in principio primi physicorum.) progressus nostre cognitionis assimilatur progressui naturæ in sua operatione: sed nobis innata est uia ab uniuersalibus ad minus uniuersalia: ergo consimiliter erit in natura. Si quis autem positionem hanc sustinere uelit, poterit declinare rationes ad oppositum adducere, dicens, quod loquatur de uniuersali, secundum quod habet esse abstractum in anima: & sic prædictæ positioni non obuiat. Aliorum uero positio est, q̄ uniuersale forma est: sed nō qualibet forma propriè uniuersale est: est enim forma partis, & forma totius: & uniuersale non est forma partis: sed forma totius. Anima enim non dicitur esse uniuersale respectu unius hominis: sed potius homo. Illam autem dicunt esse formam totius, quæ quidem dat esse toti, & hæc dicitur essentia rei, quæ totum esse complectitur: & hæc formam considerat metaphysicus: formam uero partis, quæ in

In pæ-
mio re-
xt. cō. 2

genere non habet esse nisi per reductionem, non est dicere proprie uniuersalem: potest tamen dici aliquo modo uniuersalis reductione, cum illa est in differens ad multa, quæ posunt fieri ex ipsa, sicut causa dicitur esse uniuersalis, quia potest in multa: & sic illa potentia actiua, quæ est in materia quæ dicebatur ratio seminalis, potest dici uniuersalis: non proprie secundum quod uniuersale consideratur a metaphysico, sed large, ut dicat quandam principii indifferenciam, quam etiam considerat physicus. Et hæc positio magnorum est, & multorum, & magis eam approbat uia communis, nec immerito, quia concordat rationi, auctoritati, & sensui. Rationi quidem, quia necesse est ponere uniuersales formas propter cognitionem, & prædicationis uocationem: si igitur non est integra cognitio, nisi totum esse rei cognoscatur, & non est cognitio nisi per formam, necesse est aliquam formam esse, quæ complectatur totum esse, hanc autem dicimus essentiã, & hæc est uniuersalis forma, ut dicit Auicenna. Dicit enim, quod essentia nihil aliud est, quã quidditas rei uniuersalis. Similiter non est uera uniuocatio, nisi quã aliqua in una forma communi realiter assimilantur, quæ de ipsis essentialiter prædicatur, forma autem, in qua plura assimilantur, non potest esse nisi forma uniuersalis: quæ uero essentialiter prædicatur de illis, non potest esse nisi forma totum complectens. Forma igitur uniuersalis non est aliud, quam forma

totius. quæ cum de se nata sit esse in multis, uniuersalis est: particularizatur autem non per additionem ulterioris formæ: sed per coniunctionem sui cum materia; ex qua coniunctione materia appropriat sibi formam, & forma materiam, sicut dictum est supra. Et quia nunquam est forma separata a materia, nunquam est forma uniuersalis sine particulari; quamuis autem unum non sit sine altero, differt tamen unum ab altero; quamuis enim albedo non possit esse sine corpore, differt tamen a corpore, unde inseparabilitas non ponit identitatem omnimodam. Concordat etiam hæc positio auctoritati. Dicit enim Philosophus, quod cum dico cælum, dico formam, cum dico hoc cælum, dico materiam, ergo indiuiduum super formam uniuersalem non addit aliquam formam, sed solum materiam. Dicit enim Boetius, quod species est totum esse indiuidui; ergo forma uniuersalis; quæ est species. est forma totius quæ complectitur totum esse, & quæ est sufficiens ratio cognoscendi quantum ad esse substantiale, & hoc melius tactum est supra distinct. iii. Concordat etiam sensui; alius est. n. ordo, & modus in egressu specierum a genere, & in educatione formarum de potentia materie. Naturalis enim dicit, quod materia prius suscipit formam elementarem, & mediante illa uenit ad formam mixtionis, & mediante illa uenit ad formam completionis, quia considerat illam potentiam materie secundum quod per operationem nature habet in effectu. *pdire. Metaph.*

1. Cæli
95.

Metaphysicus uero, qui considerat uniuersales formas, siue essentias, in quibus res singulares habent assimilari, ponit magis uniuersale, & minus, secundum quod plura, uel pauciora habent assimilari in illo: & illud, in quo est prima assimilatio, dicit esse genus generalissimum: illud uero, in quo est perfecta assimilatio, dicit esse speciem specialissimam: & propterea dicit speciem addere ad genus, & hoc totum innuit in re. Dicit etiam genus simplicius specie in pluribus reperiri; & hinc est, quod genus in aliquo assimilatur Deo magis, quam species in aliquo eorum. Deus enim, quia nobilissimus est in fine totius nobilitatis, simul habet in se omnem perfectionem, ita quod ipse est simplicissimus, & omnino incorruptibilis. Est etiam perfectus, & in omnimoda actualitate constitutus: creatura uero secundum quod potest semiplene assimilatur Deo: & quantum ad rationem simplicitatis, & incorruptibilitatis magis assimilatur ei, quod est magis uniuersale: quantum ad rationem actualitatis magis assimilatur minus uniuersale. Harum autem duarum posteriorum, quæ sit probabilior, & uerior, difficile est uidere stanti in ipsa communi consideratione, descendenti uero ad particulares operationes nature, uidebitur consideratio physici, & metaphysici diuersificari, nec posse bene simul sibi correspondere: aliter enim diffinitur albedo (sicut prius tactum est) aliter a natura producitur. Diffinitur enim per genus suum, quod

est color, & color per genus superius, & sic usque ad summum generis sui: sed natura in producendo non seruat hunc ordinem: sed sic producitur albedo, sicut exigit operatio qualitatum elementarium cum uirtute luminis: & ideo positio ultimo dicta cõior est, & intelligibilior, & sensui uicinior. Hanc igitur iuxta uiam communem sustinendo respondere possumus ad quæstionem propositam, quod si forma uniuersalis dicatur proprie secundum quam res est ordinabilis in genere, quam metaphysicus habet considerare, ratio seminalis non est forma uniuersalis: si autem dicatur forma uniuersalis forma existens secundum esse incompletum in materia, & indifferens, & possibilis ad multa, producenda: sic potest dici ratio seminalis forma uniuersalis.

Et secundum hoc patet responsio ad obiecta, quantum ad utramque partem. Rationes. n. quæ probant, quod ratio seminalis non sit forma uniuersalis, loquuntur de uniuersali proprie; rationes uero ad oppositum adductæ loquuntur de forma uniuersali secundum aliam acceptionem, secundum quam forma uniuersalis dicitur quæcunque forma existens in potentia: siue sit forma totius, siue sit forma partis: & hoc patet discurrendo per singula. Nam illud, quod primo obiicitur, quod prius est animal, quã homo: non cogit, quod ratio seminalis sit forma uniuersalis proprie dicta: nam homo, & animal, & quæcunque alia uniuersalis forma non dicitur esse, nisi per educationem alicuius singularis. *S. Bon. Lib. 2. Na. laris.*

laris. Vnde Auctor sex principio rum dicit, q̄ natura in his occultè operatur.

AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ uniuersale est simplicius, patet responsio: uerum est enim, q̄ uniuersale est simplicius secundum eam uiam, secundum quam habet coordinationem ad id, q̄ est minus uniuersale. s. secundum esse diffinitiuum: secundum autem uiam generationis non habet coordinationem, nisi solum per accidens: accidit enim, q̄ per operationem naturæ prius sit aliquando genus, quam species: species autem nunquam est, quin sit indiuiduum. AD ILLVD, q̄ obiicitur, q̄ considerationi physice aliquid respondet in re. Dicendum, q̄ uerum est: uera enim, & realis est similitudo inter Petrum, & Paulum: & ita necesse est ponere aliquid tertium, in quo assimilantur: similiter inter hominem, & asinum realis est similitudo: & ideo consideratio physica non est uana: nec tamen oportet ita essentias rerum produci, sicut habent cognosci: iussit enim, q̄ sic se habeant ad esse, sicut se habent ad cognitionem: sed non oportet, q̄ sic se habeant ad productionem.

AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ forma particularis dicit ens in actu completo. Dicendum, q̄ uerum est, q̄ illud, quo mediante peruenitur ab ente in potentia ad esse completum, est quodammodo ens in actu, quodammodo in potentia: sed hoc non est quocumque modo ens in potentia, sed illud, quod habet ordinationem ad hoc: & hoc est potentia materiæ actiua, quæ rationem

uniuersalis non habet, cum sit forma partis, quamuis sit quodammodo in actu, quodammodo in potentia. AD ILLVD, q̄ obiicitur, q̄ homo generat hominem, non asinum. Dicendum, quod hoc non est propter formam humanitatis: sed hoc est propter uim datam, illi naturæ ad producendum sui simile.

AD VLTIMUM patet responsio: concedo enim, quod potentia illa actiua non est forma singularis, nec ignis, nec aeris: sed est in differens ad utrumque: & ideo ex illa quælibet earum potest educi, & in illam quælibet earum potest, uel habet resolui: & illa dici potest ratio seminalis.

ARTICVLVS II. QVÆSTIO I.

An animæ omnium hominum una substantia sint, rel diuersæ?



CONSEQUENTER quæritur, de secundo articulo. s. de productione animæ ipsius Eux: & per consequens omnis alterius animæ ab anima Adæ. Et circa hoc tria quærentur. Primum est, utrum animæ omnium hominum sint una substantia, uel diuersæ. Secundo, dato q̄ diuersæ, quæritur, utrum simul, uel successiue sint in esse productæ. Tertio, dato q̄ successiue, quæritur, utrum anima sit ex traduce.

CIRCA quæ sic proceditur, & ostenditur, q̄ animæ omnium hominum sint una anima numero, non diuersæ. Omne, quod indiuiduatur, & multiplicatur ad alterius multiplicationem, & indiuiduationem, substantialiter dependet ab illo: sed anima in

tel-

lectiua non dependet substantialiter a corpore, cum possit esse substantialiter sine illo: ergo non indiuiduatur, nec multiplicatur secundum indiuiduationem corporis, uel multiplicationem. ITEM. Plus assimilantur in complexione & natura duorum hominum corpora, quam eiusdem corporis membra diuersa, ut caro mea carni tuæ, quam os meum carni meæ: ergo si anima una potest esse uiuificatiua diuersorum membrorum unius corporis, ita q̄ in illa membra diuersas habet influentias secundum eorum dispositiones uarias, uidetur multo fortius, quod una anima possit esse perfectio duorum corporum sibi similibus.

ITEM. Multiplicatio in indiuiduis eiusdem speciei attenditur propter conseruationem, ut perpetuetur esse in pluribus, quod non poterat perpetuari in uno: sed anima rationalis est incorruptibilis (sicut infra patebit) ergo uidetur, q̄ in ea non sit multiplicatio secundum numerum: igitur in diuersis hominibus non numeratur, sed est eadem numero. ITEM. Si anima intellectiua indiuiduaretur secundum corpus, per consequens, quod reciperetur in illa, indiuiduaretur secundum exigentiam corporis: sed anima intellectiua suscipit formam uniuersalem, ut est uniuersalis: ergo si forma existens in anima non indiuiduatur, pari ratione, nec anima prout est in hoc corpore, indiuiduari potest. ITEM. Ad hoc, q̄ anima rationalis aliquid intelligat: necesse est, q̄ ex se intelligente, & intellecto fiat unum, sed contin-

git animas diuersorum hominum omnino idem intelligere: ergo contingit unum, & idem eis uniri: sed quæcunque uni, & eidem sunt eadem, inter se sunt eadem: ergo animæ plurimum hominum sunt una, & eadem substantia numero. ITEM. Actus, & officium substantiæ spiritualis est regere, & mouere substantiam corporalem: ergo si nihil est otiosum in natura, nunquam est ponere substantiam spiritualement, quæ non moueat corporalem: sed si diuersæ essent substantiæ in diuersis hominibus, cum contingit eas separari a corporibus propriis, contingeret eas aliquando ab actu cessare, & ita otiosas esse: q̄ si hoc est inconueniens, inconueniens est plures homines diuersas animas rationales habere.

CONTRA. Sicut dicit Philosophus, Proprius actus habet fieri in propria materia: sed anima rationalis est actus, & endelechia corporeis humani: ergo cum diuersa sunt corpora humana, diuersæ erunt animæ rationales illorum corporum perfectiue. ITEM. Perfectionem, & perfectibile necesse est adinueniem esse proportionabilis: ergo nec perfectibile excedit perfectionem, nec perfectio ipsum perfectibile. Si igitur anima rationalis est perfectio corporis humani, illa anima rationalis, quæ est perfectio istius corporis non est perfectio alterius corporis: & ita impossibile est, quod perficiat aliud corpus. ITEM. Ab eodem est esse, & esse unum, siue esse distinctum: sed unum quodque habet esse a sua perfe-

Nn 2 ctione:

1. Phy.
1. 2. co.
17.

Aristo.
2. de ani
ma.

atione: ergo distinctionem. Si igitur homo ab homine distinguitur; ergo & perfectio unius hominis a perfectione alterius: sed perfectio hominis, secundum quod est homo, est ipsa anima rationalis, non tantum brutalis, uel sensibilis: ergo &c. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur per deductionem ad impossibile multiplex: quorum primum est, quasi eadem sit anima in multis hominibus, cum unus sit sciens, alter ignorans, unus bonus, alter malus, unus etiam odiat alterum: sequitur tunc, quod duo contraria erunt in eodem subiecto secundum numerum, & in eadem parte, cum non habeat diuersas partes, & idem ipsum contrahitur sibiipsum: quod si hoc est impossibile, restat, quod & illud ex quo sequitur. scilicet unam, & eandem animam esse in pluribus hominibus. **ITEM.** Si una, & eadem anima est in pluribus post mortem: nihil plus habet iustus, quam impius; ergo bonum manet irremuneratum, & malum impunitum: ergo mundus est inordinatus, & Deus est iniustus, & stultus est, qui facit aliquid bonum; ergo si hoc est adeo impossibile, ut non tantum sit contra fidem, sed etiam contra rationem rectam, impossibile est, plures homines eandem animam rationalem habere. **ITEM.** Si una anima rationalis est in diuersis hominibus: ergo post mortem non est magis beatus unus, quam alter: si igitur ad beatitudinem non peruenitur, nisi per uirtutem; & multi sunt, qui in hac uita non habent uirtutes; ergo multi sunt, qui non

perueniunt ad beatitudinem: si igitur eadem est omnium anima, nulli beatificatur; ergo frustra factus est homo, frustra factus est etiam totus mundus: & si hoc est omnino falsum, & impium, falsum est, & impium, unam animam esse in pluribus.

RESOLVTIO.

Ab sit, ut unam eandemque animam in pluribus credamus; ubi enim esset meritorum inaequalitas; ubi bonorum, et malorum discrimen?

RESP. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod in hac quaestione multi philosophantes multa dixerunt falsa, & uana. Quidam enim philosophi crediderunt, non solum eandem esse animam in omnibus hominibus, sed etiam in omnibus animalibus: crediderunt enim, animam non esse aliud, quam Deum: & huius positionis fuit Pythagoras, & Varro, sicut dicit Aug. in Lib. de Ciuitate Dei de Varro. Maxime autem hoc putauerunt de anima humana propter sui dignitatem, & spiritualitatem quantum ad intellectum agentem: quantum uero ad intellectum possibilem crediderunt esse idem quod hyle: quia anima potest recipere omnia, & ita de nudata est a formis omnibus: hoc autem ponere non est philosophia, sed manifesta insipientia. Cum enim anima sit uariabilis, & transmutabilis, & bonitatis, & malitiae susceptibilis, omnino deus esse non potest. Cum iterum sit forma nobilissima inter naturales formas dans actum, & complementum corpori, & distincta ab aliis formis naturali-

bus,

bus, hyle esse non potest. Alii autem aliter opinati sunt, quod anima humana, siue intellectualis, secundum quod intellectualis est, una est in omnibus hominibus, non solum quantum ad intellectum agentem, sed et quantum ad intellectum possibilem. Et ratio, quae mouit ad hoc ponendum, fuit ipsius anime immaterialitas, & incorruptibilitas. Quia enim immaterialis est, & a corpore non dependens, per corpus non potest indiuiduari. cum nec sit corpus, nec uirtus in corpore, ut dicit Philosophus. Cum sit in corruptibilis, non indiget multiplicari, cum una numero conseruari possit. Et haec fuit positio Commentatoris super Lib. de Anima, quam etiam uult imponere Aristoteli, & trahere ex uerbis suis: tum quia ponit mundum eternum, & ita homines innumerabiles praecesserunt: tum etiam quia ponit, quod nulla sit substantia spiritualis, quae non habeat corpus mouere: quod si diuersae animae essent in diuersis hominibus, aliquando cessarent ab actu mouendi, cum separantur: essent etiam infinitae actu, cum motus caeli non habuerit principium secundum Philosophum. Ad uitandas autem obiectiones in contrarium adductas, distinguit Commentator tres partes in humana anima, cuius uerba sunt haec super 3. de Anima. Opinandum est, quod in anima sunt partes tres intellectus: quarum una est intellectus recipiens, secunda autem efficiens, tertia autem factum; & duae illarum sunt aeternae, scilicet agens & recipiens,

tertia est generabilis, & corruptibilis. Animam autem tertiam, quam dicit generabilem, & corruptibilem, uocat intellectum passiuum: & illud dicit, quod nihil aliud est, quam imaginatio. Unde postmodum subiungit. Intellectus passiuus est corruptibilis, & absque hoc nihil intelligitur: per intellectum autem passiuum intelligo uirtutem imaginariam: Unde uult dicere, quod sicut in uisu est color, & est lux, & est oculus uidens: sic in intellectu se habet, quod species imaginariae sunt sicut color, intellectus agens est sicut lux, intellectus passibilis est sicut oculus: & sicut ex concursu illorum trium efficitur intellectus: & sicut ex diuersitate, uel defectu coloris causatur diuersitas, uel defectus actus uidendi, sic ex diuersitate existente in similitudinibus imaginariis, uel imaginatione causatur diuersitas in intellectu plurium: & defectus etiam actus intelligendi in eodem homine; quia nihil intelligimus, nisi in phantasmate: & pro tanto dicit Philosophus corrumpi intellectum, quodam interius corrupto: intellectum (inquam) non quemlibet, sed adeptum: & per haec, quae dicta sunt, nititur declinare inconuenientia, quae ad hanc opinionem sequuntur. Quantumcunque autem hanc opinionem coloris, pessima est, & haeretica. Est enim contra Christianam religionem, dum aufert meritorum retributionem, quae non esset, si omnium anima una esset. Est etiam contra rectam rationem: planum est enim, quod

Nu 3 anima

1. de Anima 46. 72
Et. 1. de Anima co. 7. 8.
Et. 3. de Anima 5. et 36

De Pythagora vide 12. de Ciui. Dei ca. ultimo Tom. 3. de Varro one au 12. 6. de Ciui. Dei c. 2. Et 12. sup Genes. ad literam ca. 6. to. 3

anima intellectiua, ut intellectiua, est perfectio hominis, secundum quod homo. Si ergo homines non sunt diuersi solum, secundum quod animalia: sed secundum quod homines, non solum habent diuersas imaginationes, & animas sensibiles: immo etiam diuersos intellectus, & animas rationales. Est etiam contra sensibilem experientiam quoniam diuersi homines diuersas habent, & contrarias cogitationes, & affectiones.

QVOD SI TV dicas, quod hoc uenit ex diuersitate specierum existentium in imaginatione, hoc nihil est: quia non solummodo diuersificatur in his intelligibilibus, quæ extrahuntur a sensu, immo etiam in his, quæ sunt supra omnem imaginationem, sicut sunt uirtutes, quæ intelliguntur per suam essentiam, non per speciem imaginariam, sicut etiam est ipse Deus, quem quidam diligunt, quidam contemnunt. Hanc igitur positionem repudiando tanquam hæreticam, & falsam, Dicendum est secundum fidem, & ueritatem quod diuersi homines diuersas habent animas rationales, & concedendæ sunt rationes ad hoc probantes.

AD ILLVD autem, quod primo obiicitur in contrarium, quod intellectus non dependet a corpore: igitur ab eo non potest in diuiduari. Dicendum, quod intellectus indiuiduatur secundum corporis indigentiam: non tamen eius indiuiduatio est a corpore, sed a propriis principiis materia. s. & forma sua, quas de se habet, sicut in se subsistit, sicut

determinatum est supra. AD ILLVD, quod obiicitur, quod una anima potest perficere diuersa membra. Dicendum, quod non est simile pro eo, quod omnia membra continuantur, & reducuntur ad unum principale membrum in corpore, mediante quo est defluxus, motus, & sensus ad alia membra, ut patet in corde, diuersorum autem hominum corpora non continuantur, nec reducuntur ad unum membrum, & ideo non possunt habere unam perfectionem. AD ILLVD, quod obiicitur, quod multiplicatio numeralis fit propter conseruationem speciei. Dicendum, quod sicut in præcedentibus dictum est, hæc non est tota causa, nec præcipua, immo principalis ratio est ad manifestationem bonitatis diuinæ, & hæc præcipue est in animabus, quæ multæ sunt ut eis distribuatur gratiarum Dei multiformitas, & compleatur illius supernæ ciuitatis integritas, & numerositas. AD ILLVD, quod obiicitur, quod anima recipit formam uniuersalem, ut est uniuersalis. Dicendum, quod & si illa forma quam anima recipit, sit uniuersalis per indifferentiam ad multa singularia cognoscenda: tamen reuera illa species, quæ est in anima, est quodam accidens singulare, quod uel quæ qualifcat, & disponit ipsam animam, & in diuersis animabus diuersificatur, sicut scientia, quæ in diuersis cognoscentibus est alia, & alia, quæ uis sit de re unica. ET PER hoc patet responsio ad sequens: quando. n. dicitur, quod ad actum intelligendi requiritur, quod ex intellectu, & intel-

llectiue fiat unum, hoc intelligitur quantum ad speciem, quod unitur intellectui, non quantum ad ipsum obiectum extrinsecum: illa autem species, quæ intellectui unitur, habet comparationem ad intellectum, in quo est: & ad obiectum, ad quod est, & quod repræsentat: & quamuis in comparatione ad obiectum habeat unitatem quodammodo in diuersis cognoscentibus: quia ad idem in quantum est ratio, & similitudo eiusdem: tamen in comparatione ad animam, in qua est, habet diuersitatem. Et potest poni exemplum de speciebus receptis in duobus speculis, uel in duobus oculis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod substantiæ spiritualis officium est mouere corpus. Dicendum, quod illud argumentum dupliciter deficit. Primum quidem, quia propter hoc non est substantia spiritualis principaliter facta: cessabit enim omnis motus: quod ignorauit Philosophus, unde uana est ratio sua, quando assumpsit numerum motorum secundum numerum mobilium & motuum: multo enim sunt plures angeli, quam sint orbes, qui mouentur, non enim facti sunt ad hoc: sed ad fruendum Deo. Deficit etiam in hoc, quod & si anima separetur a corpore, resumet tamen aliquid quando corpus suum per resurrectionem, quod Philosophus etiam ignorauit, & ideo non est mirum, si in huiusmodi deficit: necesse est enim, philosophantem in aliquem errorem labi, nisi adiuuetur per radiū fidei.

QVÆSTIO II.

An animæ omnium simul productæ fuerint?

UTRUM animæ omnium fuerint simul productæ. Et quod sic, uidetur. Iob. 40. Ecce Behemoth, quem feci tecum: ergo Iob factus est simul cum Lucifero, sed non est factum corpus: ergo est facta anima: ergo anima Iob facta est simul cum Lucifero: ergo pari ratione & aliorum animæ hominum productæ sunt in primordio. ITEM. Angeli simul producti sunt, & corpora cælestia propter immortalitatem, & incorruptibilitatem: si ergo animæ rationales sunt huiusmodi, uidetur &c. ITEM. Animæ omnes æqualis sunt durationis cum angelis a parte post: ergo pari ratione, uidetur, quod debeant esse æqualis durationis ex parte ante: ergo omnes simul cum angelis fuerunt creatæ. ITEM. Non est anima propter corpus: sed corpus propter animam: ergo potius corpus deberet formari secundum exigentiam animæ, quam anima produci secundum exigentiam corporis: sed illud, ad cuius exigentiam fit alterum, prius est: ergo uidetur, quod omnes animæ ante, quam sua corpora sint, productæ fuerunt. ITEM. Reperimus spiritum, qui per naturam suam est omnino separatus, & spiritum, qui per naturam suam semper est coniunctus: ergo uidetur, quod sit reperire spiritum, qui sit natus esse separatus, & coniunctus: talis autem non est, nisi anima humana: ergo si anima humana de sua natura est separata: ergo uidetur, quod animæ separatim a

fuis corporibus debuerunt produci, & ita simul.

AD oppositum arguitur sic. in Psal. 32. Qui finxit sigillatim corda eorū. Glo. exponit. i. aīas: ergo aīæ factæ sunt sigillatim, & successiuè, sicut & corpora. IREM. Aug. in Lib. de Eccl. dogmatibus. Tenendū est, q̄ aīæ nō sunt creatæ simul. IREM. Hoc uidetur ratione. Si aīæ essent creatæ ante corpus: aut haberēt usum rōnis, aut nō. Si non, q̄ro, quid impediret, & cum non sit dare, restat, q̄ si simul conditæ fuerunt, statim habuerūt usum rationis: & si hoc, ergo meruerunt, uel demeruerunt: quorum utrunq; est contra Apostolum Rom. 19. Antequā boni, uel mali aliquid egissent &c. IREM. Si animæ fuerūt simul creatæ: aut uolunt unire ad corpus, aut nō. Si uolunt, cū corpora illa sint infecta, & pœnalia: ergo sunt impiæ, & stultæ, cum ueniant uoluntariè ad contrahendam culpam, & pœnam. Si nolunt, & mittantur in corpora: ergo cum sint innocentes, sit eis iniuria, dum ante infligitur pœna, quā committant culpam. IREM. Aīa quādiu est in corpore, mole corporis grauatur: ergo melius est ei, & perfectius est extra carnē, q̄ in carne: sed non est ordo, sed peruersio procedere ad statum minus perfectum a statu magis perfecto: si igitur Deus, & natura ordinate facit quidquid facit: nec ordine naturæ, nec ordine prouidentiae diuinæ decet aīas simul creati, & postmodum corporibus uniri. Ad hoc etiam faciunt rationes, quæ supradictæ sunt de aīa Adæ, ubi ostēditur,

q̄ anima creata fuerit in corpore, & non ante.

RESOLVTIO.

Non simul, sed successiuè (uxta exigentiam formationis corporum) anime humane producuntur.

RESPOND. Ad prædictorū intelligentiam est notandum, q̄ circa hoc triplex est modus dicēdi. Vnus secundum estimationē aliquorū philosophorum. Alter secundum intentionē quorūdā hæreticorū. Tertius secundū instructionem sanctorum, & doctorum. Primus modus dicēdi est, q̄ animæ fuerunt simul creatæ in stellis comparibus: & post, formatis corporibus sibi idoneis adhæc corpora uiuificanda, descendunt per lacteum cœlum, & alios orbis planetarū, & postmodum corruptis corporibus illuc reuertuntur, & postmodū loco suo, & tempore iterum descendunt: & cū descendunt obliuiscuntur prius cognitorum: & cū ascendunt, obliuiscuntur malorum, quæ in corpore habuerunt. Hæc autem positio Platonis fuit, & suorum sequaciū: & hanc multum nititur approbare Macrobius explanans somnium Scipionis. Sed uere ista positio plus est somnium, q̄ aliquod dictum autenticum. Primum quidem, quia talis creatio, & descensus, & ascensus nullam omnino potest habere certitudinem, cū nemo possit hoc conuincere ratiocinando: nemo etiam sit, qui possit dicere se talium recordari. Secundum uerò, quia manifestam continet absurditatē: quia dum ponit talem animarum circulationem, ponit quod anima non sit uera corporis perfectio, cum

eum purus actus in propria materia habeat fieri. Ponit etiā, q̄ nulla possit esse beatitudo, cum illa nō sit, nisi ubi est ppetuitas, & certitudo: sicut ostendit Aug. de Trinit. 14. SECVDVS modus dicēdi est, quod animæ humane simul fuerunt creatæ in cœlo cum angelis, utpote, quia sunt eiusdē naturæ, & postmodum ad suggestionē Dei tenebrarum peccauerunt, & merito illius peccati in corpora sunt detrusæ tāquam in carceres, ut ibi purgentur, & cum purgatæ fuerint ad cœlestem patriam reuocentur. Hæc autē positio est hæreticorū, qui dicuntur Manichæi, & non solum est, contra fidem catholicam: sed etiā contra philosophiam, & etiam sensibilem experiētiā. Cōtra fidem catholicam est, cum ponat aīas ante peccasse, quā corporibus essent unitæ: cum dicat Apostolus de Iacob, & Esau Rom. 9. Antequā aliquid boni, & mali egissent: ponit etiam nullam animā damari finaliter: & ita timorē Dei aufert de corde. Contra philosophiam est, dū ponit animas circuire diuersa corpora, cum propria forma in propria materia habeat fieri: dum etiā ponit, q̄ corpus comparatur ad animam non sicut perfectibile, sed sicut carcer: q̄ si uerum est, homo nō est uera species: cum ex anima, & corpore non fiat unum. Contra rationem, & sensibilem experiētiā est: quia uidemus animam quantumcunque bonam, nolle a corpore separari, secundum quod dicit Apostolus, Nolimus expoliari: sed superuacuit, quod mirū esset, si ad cor-

pus naturalem aptitudinem, & & inclinationem non haberet, sicut ad suum sodalem: sed sicut ad carcerem. Videmus etiam, q̄ nihil nouimus nisi ea, quæ priusquam nati sumus, didicimus: q̄ non esset, si animæ nostræ a primordio creatæ fuissent, & in cœlo peccassent: multa enim alia scirent. Quod si tu dicas, quod mole corporis oppressæ obliuiscuntur, quæro tunc, quare in processu temporis non recordantur aliqua? TERTIUS modus dicēdi est, quod animæ non sint simul creatæ: sed successiuè producuntur in suis corporibus: & in hoc consenserunt omnes catholici tractatores: & adeo certum est, quod non licet alicui dubitare de animabus aliorum hominum ab Adam. Nam de anima Adæ uidetur dubitasse August. super Gen. ad literam utrum fuerit ante corpus, uel in corpore creatæ: de aliis autem non dubitat, immo improbat, q̄ ante corpus productæ fuerūt duplici ratione mouente, circa animas aliorum hominum, quarum nulla reperitur in anima Adæ. Prima est, quod animæ cum corporibus uniuntur, originalem culpam contrahūt, & inficiuntur, ita quod nullam habent culpam actualem: ergo in eis, nec meritum, nec demeritum potuit præcedere, nec liberi arbitrii usus, nec deliberatio ueniendi, uel non ueniendi ad corpus. Alia uero ratio est, quia animæ nostræ a sua prima origine sunt ignorantes, nec nouerunt ista, qui per sensus addiscunt: non enim addiscere est reminisci (ut probant sancti, & phi-

Dis. 17
ar. 1.
q. 3.

Philosophi) & ideo animæ nostræ hac duplici de causa non possunt dici ante corpora productæ, tum propter ignorantiam, tum propter originalem culpam, quarum neutra fuit in anima Adæ, quando in corpus fuit infusa; & ideo magis de illa dubitavit, quam de illis. Probabilius tamen est de illa dicere (sicut supra ostensum fuit) quod fuerit creata in corpore; de istis autem non solum debemus opinari probabiliter: sed etiam cogimur credere fideliter, quod ante corpus creatæ non fuerunt, & hoc omnes catholici sentiunt tractatores: & sic quando inuenitur auctoritas eorum, quæ uideatur aliud sonare, piè intelligenda est; quia uel loquitur secundum aliorum opinionem, uel si secundum propriam loquitur, intelligunt, quod anima, priusquam corpori uniatur, creata sit, non ordine temporis, sed naturæ; & sic intelligenda sunt uerba Grego. Nazianzeni, & uerba Dam. & uerba Aug. in Libr. de Anima & Spiritu: qui dicit, quod concupiscibilitas, & irascibilitas prius insunt animæ, quam ipsa uniatur corpori. In omnibus enim istis magis notatur ordo naturæ, quam temporis. Concedendæ sunt igitur rationes ostendentes, quod animæ non fuerunt simul creatæ.

AD ILLVD, quod obiicitur primò de Iob. Dicendum, quod Tecum, non dicit ibi associationem quantum ad simultatē durationis; sed dicit conformitatē in participatione rationis, quasi diceret, feci tecum, id est simile tibi. AD ILLVD, quod obiicitur,

quod angeli sunt simul creati, quia incorruptibiles. Dicendū, quod ista non est ratio tota; sed quia sunt incorruptibiles, ita quod non habent inclinationem ad alicuius alterius rei perfectionem: anima uero cum sit perfectio corporis, naturalem habet inclinationem ad corpus; & ideo quamuis sit incorruptibilis, & a corpore separabilis, dicendum tamen tunc produci, quando facta est formatio corporis secundum exigentiam inclinationis ad corpus, quam non est ponere in angelis. Qui autem hanc inclinationem negat esse in animabus, indiget sensu. AD ILLVD, quod obiicitur, quod omnis animæ duratio a parte post, est equalis durationi angeli: ergo & a parte ante. Dicendum, quod non est simile; quia duratio æuiterni a parte post est infinita, & infinitum infinito non est maius; & ideo nulla substantia spiritualis incorruptibilis potest aliam excedere quantum ad durationem ex parte post; quantum autem ad durationem ex parte ante est finitas, & ex illa parte potest esse excessus, & excedit duratio angeli durationem animæ propter naturam animæ, per quam habet uniri proprio corpori, ut perfectibili. Et quia corpora non decuit simul esse; sed successiuè produci; spiritus similiter humanos oportuit non simul produci, sed successiuè.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod corpus est propter animam. Dicendum, quod uerum est, sed tamē non oportet propter hoc, quod anima precedat secundum rem; sed solum secundum intentionem arti-

artificis; finis enim, & si præcedat in intentione, hēt tamē sequi in executione. AD ILLVD, quod obiicitur, quod deberet esse spiritus, quod modo sit separatus, modo coniunctus. Dicendū, quod illa combinatio non est congrua, nec dēt esse per naturam: spiritus. n. q. naturaliter coniungitur corpori, nunquam natus est a corpore separari, nisi per penam peccati: cum. n. sit incorruptibilis secundum naturalem institutionem, dēt ei aptari corpus incorruptibile, cum non possit ab eo separari absque dolore: & ideo illa tertia differentia spiritus non dēt naturaliter reperiri. Posset tamen dici, quod competētius est animam manere post corpus, quam ante: quia incorruptibile necessario excedit corruptibile duratione ex parte post: sed commetiri se potest duratione ex parte ante: & hoc quidem decebat esse in anima, & corpore, cum proportio debeat esse perfectionis ad perfectibile, quanta potest esse.

QUESTIO II.

An anima rationalis sit ex traduce?

Supposito, quod animæ producantur successiuè, utrum anima rationalis sit ex traduce. Et quod sic, uidetur, Gen. 47. Omnes animæ, quæ egressæ sunt de femore Iacob, sunt. 72. Si tu dicas, quod anima non stat ibi pro substantia rationali: sed pro uita carnali, siue homine exteriori: Obiicitur de Gene. 2. quod in formatione mulieris nunquam dicitur, quod Deus inspirauerit in eam spiraculum uitæ; ergo uidetur, quod tota mulier de Adā producta fuerit quantum ad animam, & quantum ad corpus. ITEM. Ad Ephe. 2. Nasci-

mur omnes natura filii iræ: sed non sumus filii iræ ex parte carnis; sed ex parte animæ, nec sumus filii iræ, nisi quia sumus filii Adæ: ergo anima nostra procedit ex anima Adæ. ITEM. Hoc ipsum uidetur ratione. Actus generandi est entis completi: tunc enim unumquodque completum est, cum potest generare tale, quale ipsum est: sed anima humana inter omnes formas naturales est perfectissima: ergo si alia forma naturalis habet potentiam multiplicandi se in diuersis materiis, sicut una flamma in diuersis candelis: multo fortius hoc uidetur esse in anima rationali. ITEM. Vis generatiua principaliter residet penes animam: ergo si homo generat hominem, cum generatio consistat in productione similis, principaliter producit animam, quam carnem: ergo si caro est ex carne, multo fortius anima est ex traduce. ITEM. Aequè magna, uel maior congruentia est hominis ad hominem, quam sit bruti ad brutum: & perfectior est uis generatiua in homine, quam sit in aliquo bruto animali: si ergo brutum totaliter potest producere brutum & quantum ad animam, & quantum ad corpus, & non est necesse animam brutorum creari: multo fortius uidetur, quod anima rationalis possit traduci, & per coitum seminari. ITEM. Hoc uidetur per deductionem ad inconueniens: aut enim anima rationalis est per propagationem, aut per creationem. Si per propagationem, habeo propositum, si quod sit ex traduce. Si per creationem, cum Deus, cuius est creare, nihil possit uel debeat inordinate facere, uide-

uidetur, quod sicut adultero non dat gratiam, quae immediate procedit ab ipso: sic etiam corpori per adulteria generato non: debeat infundere animam: quod si infundat, uidetur esse reprehensibilis, & acceptare coitum adulterii.

CONTRA. Esa. 57. Omne flatum ego feci: constat, quod de flatu corporali non intelligit: ergo de flatu spirituali, qui est anima rationalis: ergo sicut solus Deus insufflauit in faciem Adae: spiraculum uitae: ita creat animam cuiuslibet hominis. ITEM. Philosophus in 16. de Animalibus. Solus intellectus intrat ab extrinseco: sed si traduceretur, non intraret ab extrinseco: ergo anima rationalis non est ex traduce.

ITEM: Ratione uidetur. Omne, quod est per naturam propagabile, est per naturam corruptibile, sed anima rationalis secundum philosophos, & secundum etiam omnes leges, & sectas, est incorruptibilis: ergo non est per naturam propagabilis; ergo non est ex traduce. ITEM. Si anima est ex traduce: aut ergo anima est ex carne, aut anima ex anima. Ex carne esse non potest, quoniam impossibile est ex corpore fieri non corpus: anima autem est non corpus; sicut multipliciter probat Philosophus, & Aug. Si ex anima: aut ergo ex toto, aut ex parte. Ex parte non, quia anima est simplex. Si ex toto: ergo cum aliquis generet aliquem, cum det ei totam animam suam, desinit habere animam, & desinit uiuere: quod si hoc est manifeste falsum: patet &c. ITEM. Anima rationalis, cum sit substantia per se existens, & incorruptibilis, habet

materiam, & formam, sicut probatum est supra. Cum ergo producat: aut producat ex materia praesistente, aut simul cum ipsa producat sua materia. Si simul cum ipsa producat sua materia: ergo necesse est, ut producat ex nihilo: ergo a solo Deo. Si producat ex materia praesistente, quaero de illa materia: aut est corporalis, aut spiritualis. Si corporalis, ex ea non potest fieri anima. Si spiritualis, aut habet formam, aut non. si non: quomodo potest esse in rerum natura sine forma, cum omne esse sit a forma? Si habet: ergo uel erit angelus, uel anima. Non angelus: constat: ergo anima: sed ex eodem non fit idem numero: ergo ex ea non potest fieri anima. ITEM. Si anima rationalis esset ex traduce, necessario oporteret tunc descindi, quando descinditur semen: sed multa semina sunt, quae nunquam perueniunt ad organizationem, immo plura effunduntur, quam ad formam producantur: ergo uel essent animae rationales sine corporibus, uel periret tam nobilis forma: quorum utrumque absurdum est dicere, & impium.

RESOLVTIO.

Non est arbitrandum tam dignam, immortalemque creaturam, qualis est anima humana, ex traduce esse: sed de foris a creatore accedere.

RESPON. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod circa hoc triplex est modus dicendi. Quidam namque dixerunt, quod animarum productio est mediante intelligentia: ut sicut corpus caeleste ad productionem facit hu-

humani corporis, sic etiam intelligentia ad productionem animae; & hoc plures senserunt philosophi, & sensisse uidetur auctor in Lib. de causis. Ratio autem, quae mouit eos ad hoc ponendum, fuit & diuina unitas, quae non patiebatur, ut deus immediate produceret multa: & diuina immutabilitas, quae non patiebatur ut deus produceret noua: sed haec tanquam haeretica abiicenda sunt, & ostensa sunt esse falsa supra Distinctio prima. Unde uerbum illud de causis tanquam haeticum est respuendum: nisi quis intelligat, quod anima dicatur creari ab intelligentia in hoc, quod aliquam illuminationem suscipit mediante illa. Intelligentia enim secundum Philosophum excedit animam in claritate cognitionis: & ideo dicit quidam Philosophus, quod anima rationalis creatur in umbra intelligentiae, & sensibilis in umbra rationalis: hoc autem dictum est: quia una deficit a perfectione alterius: non quod una producat ab altera. Est & alius modus dicendi, quod animarum productio est per translationem, ut anima traducatur ex anima, sicut caro ex carne; & sicut ab una candela accenduntur multae, sic ab una anima per sui multiplicationem absque diminutione uiuificantur multa corpora: & de hoc aliquando dubitauerunt catholici tractatores, & August. maxime: sicut patet in Libro super Genesim ad litteram, & in Lib. de libero arbitrio, & in Libro retractationum, ubi et dicit, quod non potuit perueni-

re ad certitudinem istius questionis. Ratio autem, quae potissime fecit eum dubitare, fuit tractatus originalis peccati: Verum tamen ipse August. positionem hanc expresse reprehendit in Libro de ecclesiasticis dogmatibus, cuius auctoritatem Magister ponit in literas: & ipse istum eundem modum improbat super Genesim ad litteram. Quoniam si propter originale peccatum anima transfunditur ex anima: aut anima Christi non esset de genere aliarum animarum, aut habuisset peccatum originale; quorum utrumque falsum est, & impium. Et ideo est tertius modus dicendi catholicus, & uerus, quod animae non seminantur: sed formati corporibus, a deo creantur, & creando infunduntur, & infundendo producantur: animarum enim creationem deus sibi solum debuit reseruare, tum propter earum dignitatem, tum propter earum immortalitatem. Propter animarum dignitatem, quia cum anima sit imago dei, & nata immediate ferri in Deum, & beatificari in ipso, diligendo eum ex toto corde, totum suum esse immediate debuit ab ipso habere; ut ipsum ex toto corde teneretur diligere. Decuit etiam hoc propter animarum immortalitatem: cum enim solus deus sit, qui habeat uitam in semetipso, & uitam indeficientem: solus est, qui potest producere principium uitae perpetuum: cum igitur res incorruptibilis substantiari non possit in materia transmutabili: & operatio creaturae sit super materiam transmutabilem, im-

possibile est, aliquam creaturam animam rationalem producere, & ideo eius productionem deus sibi soli debuit reseruare. Cōcedendæ sunt igitur rationes probantes, quod animæ rationales non sint ex traduce, sed a creatore.

AD ILLUD, quod obiicitur in contrarium de textu Gen. Dicendum, quod anima ibi accipitur pro homine, & homo dicitur egressus de corpore ratione partis corporalis. Nec ualet illud, quod contra hoc obiicitur, quod non dicitur in productione animæ Euz, inspirauit in faciem eius, &c. quia cum idem modus producendi esset animam Euz, & animam Adæ, non oportuit iterare. AD ILLUD, quod obiicitur. Omnes nascimur natura filii iræ. Dicendum, quod hoc est, quia anima, cum unitur carni infectæ, statim inficitur, & contrahit culpam originalem: non quia ipsa traducatur, sed quia traducitur caro, cui unitur: quo modo autem hoc fieri possit infra determinabitur, cum ageretur de peccato originali.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod actus generandi est actus entis completi. Dicendum, quod non est cuiuslibet entis completi: sed eius rei, quæ habet materiam transmutabilem, ex qua potest produci. Et quia anima non habet talem materiam, non potest aliam similem producere, quamuis sit forma completa. AD ILLUD, quod obiicitur, quod uis generatiua principaliter residet penes animam. Dicendum, quod & si principaliter respiciat animam per modum mouentis, & agentis: principaliter tamen respicit cor-

pus tanquam illud, ex quo producit: & quoniam decisio potest fieri a corpore, non ab anima: hinc est, quod ordinatur ad productionem corporis humani, non ad productionem animæ rationalis. AD ILLUD, quod obiicitur, quod brutum potest producere brutum. Dicendum, quod non est simile, quia anima bruti, cum sit forma tantum, & forma corruptibilis, potest de potentia materiæ educi: anima uero rationalis, cum sit hoc aliquid incorruptibile, nec educatur de materia præiacente, necesse est eam ex nihilo educi, & ita creari. Quod autem non possit produci ex materia præiacenti multipliciter ostendit Augustinus super Genesim ad litteram Libro Decimo, quod illa materia præexistens nec possit esse corporalis, nec spiritualis. AD ILLUD, quod obiicitur de generato per adulterium. Dicendum, quod in hoc ostenditur potius laus diuinæ bonitatis, quam reprehensio, quia beneficiū, quod disposuit seruare, siue cōtinuare, propter peccata hominum non mutat, uel interrumpit: unde cum animam infundit, non considerat uitium, sed considerat naturam: nec est simile de gratia, quæ non respicit naturam secundum quod natura est, sed magis secundum quod ad deum conuersa est.

Et per hoc patet responsio ad obiecta. Patet etiam ea, quæ dicuntur in littera.

De hominis duratione & conseruatione quantum ad immortalitatem.

SOLENT queri plura de primo hominis statu ante peccatum, scilicet qualis fuerit homo priusquam peccaret, & in corpore, & in anima, mortalis an immortalis, passibilis an impassibilis. De termino inferioris uitæ, & transitu ad superiorem, de modo propagationis filiorum, & alia multa, quæ non inutiliter sciuntur, licet aliquando curiositate querantur. At priusquam ad animi qualitatem pertinentia prosequamur, de qualitate eius secundum corpus, & modo propagationis filiorum, & de alijs quibusdam inspiciamus. Primus ergo homo secundum naturam corporis terreni, immortalis fuit quodam modo, secundum aliquid: quia potuit non mori: & mortalis quodam modo: quia potuit mori. In illo namque primo statu habuit posse mori, & posse non mori. Et hæc fuit prima humani corporis immortalitas, scilicet posse non mori. In secundo uero statu post peccatum habuit posse mori, & non posse non mori: quia in hoc statu moriendi est necessitas. In tertio statu habebit posse non mori, & non posse mori: quia ad illum statum pertinet moriendi impossibilitas: quod ex gratia erit, non ex natura. In primo statu fuit corpus hominis animale, id est, egens alimoniis ciborum: Unde & homo factus dicitur in animam uiuentem, et non spiritualementem, id est in animam corpus sensificantem, quod adhuc erat animale, non spirituale, quod egebat cibus, ut per animam uiueret. Factus est ergo in animam uiuentem, id est, uitam concordantem, tamen per sustentamenta ciborum: & tunc eius corpus mortale, & immortale: quia poterat mori, & poterat non mori. Post peccatum uero factum est mortuum, sicut dicit Apostolus. Corpus propter peccatum mortuum est, id est, necessitatem moriendi in se habet. In resurrectione uero erit spirituale, scilicet agile & cibus non egens, et immortale, non sicut in statu primo fuit, scilicet quod possit non mori, sed etiam quod non poterit mori. Unde Augustinus super Genesim.

nesim. Apostolus ait, Corpus quidem mortuum est propter peccatum, &c. Prius de limo terræ formatum est corpus animale non spirituale, cum quali resurgemus. Renouabitur enim a uetustate, non in corpus animale quale fuit: sed in melius, id est, spirituale, cum hoc mortale induet immortalitatem: in quod mutandus erat Adam, nisi mortem corporis animalis peccando meruisset. Non ait Apostolus, corpus mortale est propter peccatum; sed mortuum. Illud enim ante peccatum mortale & immortale erat: quia poterat mori & non mori. Aliud autem est non posse mori, aliud posse non mori. Ideo factum est per peccatum non mortale, quod erat: sed mortuum, quod non fieret nisi peccaret. Animale enim non est hoc corpus sicut primi hominis fuit; sed iam deterius est: habet enim necessitatem moriendi. Ecce hic euidenter aperit Augustinus quod corpus hominis ante peccatum mortale & immortale fuit: sed non qualiter fiet in resurrectione. De hoc eodem Beda super Genesim ait, Non est credendum ante peccatum ita fuisse mortua corpora, sicut modo. Ait enim Apostolus, Corpus propter peccatum mortuum est: sed licet fuissent animalia nondum spiritualia, non tamen mortua, quæ scilicet necesse esset mori.

Immortalitas ante peccatum unde homini inerat.

Solet hic queri, cum homo primus mortale, & immortale corpus habuerit, utrum ex conditione naturæ ipsius corporis habuerit utrumque: an alterum beneficium esset gratiæ, scilicet immortalitas, id est, posse non mori. Ad quod dici potest; quia alterum habebat in natura corporis, id est, posse mori. Alterum uero, scilicet posse non mori, erat ei ex ligno uitæ, scilicet ex dono gratiæ. Vnde Augustinus super Genesim. Quodam modo creatus est homo immortalis, quod erat ei de ligno uitæ, non de conditione naturæ. Mortalis erat de conditione corporis animalis immortalis beneficio conditoris. Non enim immortale erat, quod omnino mori non posset: quod non erit, nisi cum fuerit spirituale. Aperte dicit quod non ex natura; sed ex ligno uitæ habebat posse non mori. Propter hoc aliqui dicunt, quod nisi illo ligno uitæ uteretur non semper uiueret, quia peccaret. Peccaret

enim si illo ligno non uteretur: quia præceptum erat ei, ut comederet de omni ligno paradisi, nisi de ligno sciëntiæ boni, & mali. Sicut ergo peccauit comedendo quod erat prohibitum: ita etiam peccaret, si non comederet quod erat iustum.

Si non foret præceptum, ut de illo ligno comederet, & aliis, & non illo uteretur, an posset non mori.

Sed adhuc queritur, si non esset præceptum ut de ligno uitæ ederet, & aliis, & non illo uesceretur, nunquid posset non mori? Si semper uiueret non utens illo ligno, non erat ei ex illo ligno posse non mori. Si uero non posset semper uiuere, id erat ei ex illo ligno. Aliqui dicunt, quod si non fuisset ei præceptum uesci illo ligno, & aliis, & non illo uesceretur, uiueret semper: sic determinantes illud quo supra dixit Augustinus. Erat ei de ligno uitæ, non de conditione naturæ tantum, scilicet quasi non ex conditione naturæ solummodo erat ei, sed etiam ex illo ligno. Aliis autem uidetur, quod ex ligno uitæ erat ei posse non mori, non ex natura. Ideo enim dicitur posse non mori, quia poterat uti illo ligno, de quo edens non moreretur.

Quæstio Augustini. quomodo immortalis factus sit homo.

De hac uero hominis immortalitate, qualis fuerit, Augustinus super Genesim quæstionem mouens sic ait. Queritur quomodo immortalis factus sit homo præ aliis animantibus: & quomodo cum illis communem acceperit alimoniam. Sed alia est immortalitas carnis, quam in Adam accepimus: alia quam in resurrectione speramus per Christum. Ille factus est homo immortalis, ut non posset mori si non peccaret, moreretur autem si peccaret: filij uero resurrectionis non poterunt ultra peccare nec mori. Caro nostra non tunc egebit refectioe ciborum: quia nulla poterit esse defectio. Caro Adæ ante peccatum ita immortalis creata est, ut per alimoniam adiuta esset mortis, & doloris expers. Sic ergo immortalis, & incorruptibilis condita est caro hominis, ut suam immortalitatem & incorruptionem per obseruantiam mandatorum dei custodiret. In quibus mandatis hoc continebatur, ut de illis lignis concessis manducaret, & ab interdicto abstineret. Per horum edendum immortalitatis do-

Lib. 3.
cap. 2.
De hoc
uide in
glos. or
ad illud
Gen. 1.
Facia-
mus ho-
minem.
&c.
Luc. 20
Aug. li
quest.
uet. &
no. legis
cap. 19.

na conseruaret, donec corporalibus incrementis perditus ad etatem, quæ conditori placeret, multiplicata progenie ipso iubente sumeret de ligno vitæ, quo perfectè immortalis factus, cibi alimenta vltèrius non requireret.

Summa superiorum.

Ecce his verbis videtur Augustinus tradere, quòd caroprimi hominis immortalitatem in se habuerit: quæ per alimoniam ciborum conseruaretur vsque ad tempus suæ translationis in melius, quando de ligno vitæ comederet, & fieret omnino immortalis, ita vt non posset mori.

Alia opinio circa superiora.

Ideo aliqui dicunt, quòd immortalitatem de natura habebat, qua poterat non mori: quæ aliorum lignorum esu poterat conseruari, sed non poterat consummari nisi per assumptionem ligni vitæ. Quòd videtur Aug. sentire super Genesim dicens. Hoc quoque addo, talem cibum illam arborè præstitisse, quo corpus hominis stabili sanitate firmaretur: non sicut ex alio cibo, sed inspiratione salubritatis occulta. Hic innuere videtur quòd cum alijs cibis posset corpus sustentari, hoc cibo indeficiente sanitate firmaretur. Ex quò consequi videtur, quòd sicut in natura sua habuit mortalitatem quandam, scilicet aptitudinem moriendi: ita aliquam immortalitatem in natura sua habuit: id est, aptitudinem qua poterat non mori cibi adiutus: sed si perstitisset, immortalitatis perfectio esset ei de ligno vitæ. Sed qui hoc tradunt, quomodo superiora Aug. verba, quibus dicit quòd erat immortalis ex ligno vitæ, huic sententiæ non contradicant, diligenter inquirent.



Vpra egit Magister de hominis productio-
ne. In hac parte agit de hominis duratio-
ne, & conseruatione. Et quoniã homo dupliciter habet in eẽ cõseruari. s. in se, & in suo simili; in se per uitam, & diurnitatẽ: in simili uero per filiorum procreationem; ideo pars ista habet duas. In prima determinat

de hominis imortalitate. In secunda determinat de filiorum procreatione, infra Distin. 20. Post hæc videndum est qualiter, &c.) Prima pars habet duas. In prima determinat ueritatem. In secunda dissoluit dubitationes, ibi. Solet hic queri, cum primus homo, &c.) Prima pars habet duas. In prima parte ueritatẽ narrat. In secunda ueritatem explanat, ibi.

In primo statu fuit corpus hominis animale, &c.) Similiter pars secunda habet duas. In prima mouet determinandam quæstionẽ circa hominis immortalitatem. In secunda uero mouet aliã dubitationem, quæ habet certũ ex illa, & illam determinat secundum opiniones diuersas, ibi. Sed adhuc queritur, si non esset præceptum, &c.)

Dub. I.

In primo statu fuit corpus, &c.)

Contra. Animale denominatur ab anima; ergo omne corpus habens animam potest, & debet dici animale: sed corpus gloriosum est huiusmodi; ergo animale dici potest. Qualiter igitur diuiditur animale contra spirituale? Si tu dicas, quod anima nominat ibi uitam carnalem, sicut dicitur Iohan. 12. Qui amat animam suam perdet eam: sed tali modo uiuere est reprehensibile; ergo videtur, quod tale corpus nõ competeret statui innocentie. Respondeo. Dicendum, quòd nomen generis aliquando appropriatur ei, quod pro sui in completionem, uel imperfectionem non addit nomen speciale: unde sicut animal appropriatur quodammodo his, qui habent animam cibatiuam: ideo uoluit August. appellare corpus animale, id est corpus alimonie egens: & iste modus dicendi attenditur, secundum quòd animale uenit ab anima. Et patet responsio ad obiecta. Alio modo posset dici (licet minus proprie, quòd animale uenire ab hoc, quòd est animal appropriatur bestiis, diceretur corpus animale, id est bestiis simile. Erat autem Adam in sua conditione (quantum ad cor-

pus) consimilis bestiis in hoc, quod indigebat refici cibi: quantum ad mentem uero erat in honore, & bestiis dissimilis: sed quia cum in honore esset, non intellexit, immo peccauit: ideo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, ut & non solum ipse, & eius posterii bestiis essent similes indigentia cibi, sed etiam in bestialitate, & appetitu mentis. Et sic patet, pro quòto dicitur Adam habuisse corpus animale, & quomodo diuiditur contra spirituale.

Tunc erat corpus mortale, &c.)

Dub. 2

Contrarium. Cum enim mortale, & immortale sint opposita: uidetur, quòd duo opposita simul, & semel inessent eidem. Item. Animal essentiali diuisione diuiditur per mortale, & immortale: sicut per rationale & irrationale. Si ergo impossibile est animal simul, & semel eẽ rationale, & irrationale, impossibile est esse mortale, & immortale. Respondeo. Dicendum, quod immortale dupliciter dicitur. Vno modo prout priuat actũ, & aptitudinem moriendi: & sic dicitur immortale, quòd nõ est potens mori: & hoc modo directe opponitur ei, quòd est mortale, & impossibile est esse circa idem. Alio modo prout priuat actum solum, & tunc dicitur immortale, id est potens non mori: & hoc modo mortale, & immortale non habent oppositionem: quoniam potentie rationales, & illæ, quæ rationalibus subiiciuntur, sunt ad opposita: & ideo licet actus sint oppositi: potentie tamen non sunt oppositæ. Et sic patet responsio ad il-

la obiecta: procedunt enim secundum quod immortale priuat potentiam. Et si tu obicias, quod potentiae distinguuntur per actus: & ita si actus sunt oppositi, & potentiae similiter. Dicendum, quod illud habet locum in potentiis naturalibus puris: uel si in aliis potentiis locum habet, intelligitur de actu, qui circumplectitur totam potentiam: cum autem potentia est ad opposita, unus illorum actuum potentiam totam non circumplectitur.

Dub. 3. *Corpus propter peccatum mortuum est, &c.* Contra. Mortuum, & uiuum opponuntur priuatiue: ergo si corpus Adæ post peccatum uiuebat, falsum est dicere, quod mortuum erat. Si tu dicas hoc esse dictum, quia necessitati moriendi erat astrictum, pari ratione, cum haberet necessitatem ad putrefactionem, deberet dici, corpus Adæ esse putrefactum. Respon. Dicendum, quod (sicut dicit Aug. in Lib. 13. de ciui.) mortuum, potest esse nomen, uel participium: secundum quod est participium, sic signat mortem inuisse: quia est participium præteriti temporis: & tunc dicitur esse aliquis mortuus, in quo mors prius fuit: secundum autem quod est nomen, sic denominat aliquem non solum a morte, quæ inest, sed etiam a morte, quæ inest: sicut dicitur aliquis albus albedine, quæ inest. Et quoniam mors nihil aliud dicit, quam tendentiam ad non esse, & homo continue ad non esse tendit post lapsum: hinc est, quod continue est in morte. & ideo continue potest dici mortuus: & ideo dicitur

Apost. quod corpus mortuum est propter peccatum. Quod ergo obicitur, quod mortuum, & uiuum opponuntur. Dicendum, quod uerum est, secundum quod mortuum simpliciter priuat uiuum, hoc est secundum quod dicit actualem separationem, siue terminum corruptionis: quando autem dicit ordinem ad illum terminum, non opponit de se, sed ratione eius, ad quod ordinat, quia ordinat ad oppositum uitæ, & sic simul possunt stare: imo necesse est simul esse cum uita præsentis: & ideo signanter participium huius uerb[um] [mori] est an[im]a[m] mal[am]: nec tenet formationem aliorum participiorum præteriti temporis, sicut dicit August.

Dub. 4. *Sumeret de ligno uitæ, &c.* Contra hoc est. Quod est corruptibile, non potest dare incorruptionem: sed fructus illius ligni uitæ erat corruptibilis, aliter non posset manducari, nec digeri: ergo non poterat homini præbere perfectam immortalitatem. Item. Aut ille fructus conuertebatur in corpus humanum, aut non. Si non: ergo non reficiebat, nec sustentabat. Si sic: ergo erat eiusdem naturæ cum carne reliqua: ergo uideretur, quod immortalitatem præstare non poterat. Respon. Dicendum, quod illud lignum uitæ dicitur ab August. potuisse præstare perfectam immortalitatem: non quia ex propria uirtute posset corpus hominis facere incorruptibile, cum hoc sit solius potentiae diuinæ: sed quia uirtute sibi data habebat ad hoc disponere, & diuina uirtus illi ligno tanquam sacramento assisteret, quod immortalitatem perficeret. Et quod lignum uitæ hanc posset habere uirtutem

uirtutem, ut ad immortalitatem disponeret, satis patet in multis similibus: multa enim sunt aromata ut mirra, & balsamus, quæ corpus hominis diu a putrefactione conseruant. Quod uero ratione diuinæ uirtutis assistentis diceretur, corporibus illis immortalitatem præbere: simile habetur in sacramentis, quæ dicuntur conferre gratiam, quam uis non ipsam gratiam creent, sed diuina uirtus ipsis assistens: sicut melius in Quarto Libro explicari habetur. Sic & in proposito intelligendum est, cum lignum uitæ esset primis hominibus in sacramentum, sicut dicit Augustinus.

ARTICVLVS I. QVÆSTIO I.

An anima humana natura immortalis sit?

Ad intelligentiam huius partis, in qua agitur de hominis immortalitate secundum statum innocentiae, Circa tria consistit dubitatio. Et primo queritur de immortalitate hominis quantum est ex parte animæ. Secundo quantum est ex parte corporis. Tertio uero quantum est ex parte coniuncti. Circa primum queruntur duo. Primo, utrum anima rationalis per naturam sit immortalis. Secundo queritur, utrum omnis anima, quantum est de prima constitutione naturæ fuerit incorruptibilis.

CIRCA primam quoniam sic proceditur, & ostenditur, quod anima rationalis non sit naturaliter

immortalis. Primo per auctoritatem Apostoli, primo Thimo. ultimo. Qui solus habet immortalitatem: loquitur de Deo: ergo immortalitas non conuenit alicui creaturæ. Si tu dicas, hoc esse dictum, quia soli Deo conuenit per naturam: animæ hominis uero non conuenit per naturam: sed per gratiam. Contra. Gratia non repugnat naturæ, nec naturam uariat, sed potius conseruat: si ergo mortalitas, quæ est conditio opposita, nulli creaturæ inest per gratiam: ergo nec animæ.

ITEM. Damascenus Omne, quod a uersione incipit, in uersionem tendit: sed anima rationalis a uersione incipit, cum sit creata, ut ostensum est supra: ergo tendit in uersionem: igitur non est immortalis. Si tu dicas, quod tendit quantum est de se: sed tenetur, & sustentatur manu conditoris. Contra hoc est illud Augustini septimo de Ciuitate Dei. Sic res, quas condidit, administrat, ut eas agere proprios motus sinat: loquitur de Deo: si ergo de se ad corruptionem tendit, diuinæ manus potentia non obstat. **I**TEM. Per auctoritatem Philosophi. Intellectus corrumpitur quodam interius corrupto: sed non corrumpitur intellectus, nisi a corruptione anime rationalis: ergo anima rationalis non est immortalis. **I**TEM. Hoc ipsum uideretur ratione. Anima patitur in corpore per naturam: sicut planum est: sed passio magis, & magis facta abiicit a substantia: a quacunque autem substantia sit aliqua abiectio,

fit etiā aliqua corruptio, p quā aliquid inde corrumpitur: & omnistalis substantia est corruptibilis: ergo anima rationalis est corruptibilis. **ITEM.** Anima rationalis condoleat corpori patienti: ergo magis patienti magis condoleat, & maxime patienti maxime compatitur: ergo uidetur, q̄ moriēti commoriatur. **ITEM.** Si substantia est incorruptibilis: & operatio correspondens illi substantiæ, quia nunquā substantia priuatur propria operatione: ergo si destruitur, & laeditur operatio: destruitur, & laeditur substantia: sed ad læsionē corporis læditur, & impeditur actus substantiæ rationalis, qui est intelligere: ergo uidetur, q̄ lædatur & ipsa substantia: ergo substantia est corruptibilis, & mortalis.

AD OPPOSITVM sunt innumerabiles auctoritates & philosophorum, & sanctorum: & ideo ostendamus hoc rationibus. Ut autē sufficienter animæ ostendatur immortalitas, attendendū est, q̄ anima habet considerari in ordine, habet considerari in se. In ordine respectu uniuersæ creaturæ, & respectu diuinæ iustitiæ, uel respectu finis, qui competit propriæ naturæ. Et in se quantum ad uirtutem, quantum ad actum, & quantum ad obiectum: & sic sex modis considerari hēt. **ET PRIMA** consideratio est secundum ordinem, quē hēt inter creaturas uniuersas: & scđm hanc considerationē ostēditur eius immortalitas ex duplici rōne. Prima est hæc. In ordine creaturarū uniuersū reperimus primam materiam, & ul-

timam formam: & æque, uel magis est de complemento uniuersū ultima forma, sicut & prima materia: si igitur prima materia est incorruptibilis: ergo & ultima forma: sed hæc est anima rationalis: ergo &c. **ITEM.** Alia ratio ad idem. Ad hoc, quod uniuersum sit completū, necesse est reperire creaturarum differentias secundum perfectam combinationem: sed contingit reperire in uniuerso substantiam habentem magnitudinem existentem incorruptibilem, ut corpus cæli: & contingit reperire substantiam incorruptibilem, quæ nec est magnitudo, nec coniuncta magnitudini: ergo contingit reperire substantiam mediam incorruptibilem, quæ non sit magnitudo, sed coniuncta magnitudini: sed hæc est anima rationalis. Ex perfectione igitur ordinis uniuersitatis colligitur animam esse immortalem. **EX SECUNDA** consideratione. s. ex ordine diuinæ iustitiæ ostēditur sic. Nullū bonū est irremuneratū, & nullū malū impunitū est apud eum, qui iuste iudicat: sed multa bona remanēt irremunerata, & multa mala impunita secundū p̄sentē uitā: ergo est ponere aliā uitā, quā hāc: sed hæc nō esset, nisi anima remaneret post corpus: ergo &c. Si tu dicas, q̄ hoc non cogit: quia sicut suscitatur corpus, ita posset aīa suscitari. Nō est cōueniēs talis instantia: cū enim anima ex nihilo sit creata, si corrumperetur, in nihil tenderet: ergo non suscitaretur, sed alia anima de nouo crearetur. **ITEM.** Ad diuinā iustitiam

sticiam spectat, quod nihil bene & iuste factum debet uergere in malum exitum: sed secundū moralem philosophum, & secundum legem diuinam, & secundum etiam omnes sectas potius homo debet pati mortem, quā recedere a ueritate uitæ, & a ueritate iustitiæ: sed si omnino perimeretur anima, perimeretur omnino iustitia, quæ est in ipsa: ergo talis mortis permissio, quæ iusta est, & quam laudat omnis ratio recta, malū haberet simpliciter exitum, quod est contra diuinam iustitiam: colligitur igitur ex ordine iustitiæ, animam immortalem esse. **EX TERTIA**, consideratione, scilicet ex ratione ipsius animæ ad proprium finem ostēditur sic. Remoto ultimo fine, qui principaliter mouet omnes: alii fines cassi sunt, & uani: sed finis ultimis omnis operationis rationalis est beatitudo perfecta: ergo si illa nō est omnia, quæcunque facit anima, facit frustra: si ergo hoc est incōueniens, necesse est illum finem ponere: sed beatitudo est status omnium bonorum aggregatio perfecta, ubi autem hoc est, est esse immortalitē: igitur anima per naturam est apta nata ad incorruptionem, & immortalitatem. **ITEM.** Omnis anima rationalis naturaliter appetit beatitudinem: sed nihil est otiosum in fundamento naturæ: ergo omnis anima rationalis nata est ad beatitudinem peruenire: ubi autem beatitudo, ibi perfecta securitas: & ubi perfecta securitas ibi immortalitas: ubi n. mors potest accidere, necesse est timere: colligitur ergo ex or-

dine ipsius animæ ad suum finem, ipsam habere immortalitatem. Et hæc triplex consideratio sumpta est secundum triplicem ordinem ipsius animæ, scilicet ad finem proprium, ad diuinum iudicium, & totum uniuersum. **EX QUARTA**, consideratione. s. ipsius animæ, quantum ad propriā uirtutem, arguitur sic. Nulla uirtus materialis, & corruptibilis nata est super se reflecti, hæc per se manifesta est. Anima rationalis secundū actum proprium nata est super se reflecti cognoscendo se, & amando: ergo uirtus animæ rationalis non est materialis, & corruptibilis; ergo est immaterialis, & incorruptibilis, sed si uirtus est incorruptibilis substantia: ergo &c. **ITEM.** Omnis uirtus, quæ per recessum, & impermitionē cū corpore corruptibilis fortificatur, & potentior efficitur, est incorruptibilis per naturam: anima rationalis est huiusmodi, sicut patet: quia tanto magis reuelatur spiritus, & hō interior, quanto magis mortificatur homo exterior: uirtus igitur animæ rationalis est incorruptibilis: & sic ex illa uirtute colligitur animam rationalem esse immortalē. **EX QUINTA**, consideratione, scilicet quantum ad operationem, arguitur sic. Cuiuslibet substantiæ rationalis, aut spiritualis secundum esse, & durationem pendens ex corpore, operatio pendet ex corpore, & anima rationalis propriam operationem habet, secundum quam non pendet ex corpore. s. intelligere, quia nullum organum sibi appropriat:

ergo duratio animæ non pēdet ex corpore: sed ipsa de se corrupti non habet, cum nullam contrarietate habeat; ergo de se est immortalis, & incorruptibilis. **IT E M.** Cuiuslibet substantiæ corruptibilis operatio antiquatur, & senescit in tēpore: sed animæ rationalis operatio nec senescit, nec antiquatur in tempore: imo iuuenescit, quia in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia: ex propria ergo operatione colligere possumus animam rōnalem esse immortalē. **EX SEXTA** cōsiderationē. s. per comparisonem ad obiectū probatur anima rationalis immortalis esse sic. Necessē est proportionem esse cognoscemus ad cognitum, siue potētiæ ad obiectū: sed animam rationalis nata est cognoscere, & intelligere ueritatem: ueritas autem est incorruptibilis, sicut probat August. in Solil. cum sit talis naturæ, qđ ipsa negatio ueritatis ueritatem ponat: igitur anima rationalis, cum sit ueritati proportionabilis, est immortalis. Hæc autē rō non solum cōcludit animā esse immortalē per ueritatem intelligentiæ, siue cōscientiæ: sed etiam per ueritatem misericordiæ, siue iustitiæ, de qua. Sap. 1. Iustitia est perpetua, & immortalis: ac per hoc anima, quæ est iustitiæ capax. **IT E M.** Omnis uirtus corruptibilis lēditur ab obiecto improporcionabiliter excellentiæ magis nata est delectari ī medio, quā in extremo: sed aīa rōnalis intelligēs maiora, & maxima, non pp hoc peius intelligit minora: & magis delectatur in cognitione summæ lucis, &

perceptione sapientiæ Dei, quā ī cognitione alicuius creati. Ex cōparatione igitur ad obiectum colligitur anima rationalis esse immortalis: si igitur substantia cognoscitur per uirtutē, & uirtus per operationē, & operatio per obiectum, cum secundū hęc triplicem considerationē ipsius animæ ostensum sit, ipsam esse immortalē: oīs animæ cōsideratio, siue in ordine, siue ēt in se astruit animæ immortalitatem.

RESOLVTIO.

Inspectis omnibus quatuor animæ generibus causarum, tum in primis causa finali; apertissimè liquet illam immortalem esse.

RESP. Ad prædicta dicendum est, quod anima rationalis est immortalis: secundum qđ dicit fides catholica, cui concordat philosophia, & omnis ratio re-cta: licet autē in cognitionē immortalitatis aīæ rōnalis multiplici uia possemus deduci, & manu duci, potissimus tñ modus deueniēdi in eius cognitionem est ex consideratione finis; & hunc modū præcipue approbat August. in 12. de Trinitate, & in Libro de ciuitate dei. Nec im merito, quia finis imponit necessitatē his, q̄ sunt ad finē. Hoc igit primo supponendū est tanquā uerū, & certum, quod aīa rōnalis facta sit ad participandā summā beatitudinē: hoc. n. adeo certū est ex clamore omnis appetitus naturalis, quod nullus de eo dubitat: nisi cuius ratio est omnino subuersa, Certissimum enim est nobis, qđ oēs uolumus esse beati: si igitur beatus esse non potest, qui bonum, quod habet, pōt amittere: quia hoc ip-

so iam habet, unde timeat, & unde etiā doleat, & ita unde miser existat. Necessē est igitur, quod si anima facta est capax beatitudinis, quod ipsa sit per naturam immortalis. Et si colligitur eius immortalitas ex parte causæ finalis: colligitur etiam nihilominus consequenter ex parte causæ formalis, quia cum facta est ad participandā beatitudinē, q̄ cōsistit in solo summo bono, facta est capax Dei, & ita ad ipsius imaginē, & similitudinē: sed si est imago Dei, expresse ei assimilatur: hoc autē nō esset, si mortis termino clauderetur: ergo cū de natura sua sit imago Dei, non pōt mortis termino claudi. Ex hoc ēt habetur, & colligitur rō ex parte materiæ: quæ enim ipsum, quo est anima, siue forma tantæ dignitatis est, ut ipsam animam reddat Dei imaginē insignitam, quæ est conditio nobilissima: materia, q̄ huic formæ unitur, tanto appetitu ei cōiungitur, & ita eius appetitus in ipsa terminatur, qđ nullatenus queat a iam formam appetere, cū optima colligantia iungatur adiuuicē. Denique ex parte causæ efficientis colligitur. Et quoniam, quod bona ratione iunctū est, dissolui uelle, nō est Dei efficientis: hinc est, quod Deus, qđ fuit aīæ autor, est continuus aīæ cōseruator. Et sic patet rō immortalitatis aīæ ex quadruplici genere causæ, quāuis principaliter sumat ex fine: & istæ sunt rōnes oñdentes nō solūmodo; quæ est immortalis: sed ēt pp qđ est immortalis. Rōnes uero superioris inductæ ostendunt, quod aīa est immortalis, & uerū cōclu-

dunt: & ideo concedēdæ sunt. **AD ID** ergo, qđ primo obiicitur in contrarium de Apostolo. Dicendum, qđ Apostolus dicit solum Deum habere immortalitatem; quia solus Deus pōt summe se perpetuare sine alterius iuamine: aīa autem & si sit secundum suam originē idonea ad immortalitatem: non tamen pōt sufficiēter se continuare in esse, nisi cōseruetur a summo autore; & illa cōseruatio est a gratuita Dei bonitate, nec repugnat naturæ ipsius aīæ quantum ad principia, ex quibus cōstituitur: sed potius cōseruat illorum principiorum appetitū. **AD ILLUD**, qđ obiicit de Dam. qđ rēdit in uersionē. Dicendū, quod tendentia illa non est per aliquem appetitum uirtutis: sed potius per defectum ueritatis, uel pp defectū natiuitatis, quæ creatura est ex nihilo: hunc autē defectum summa ueritas, & potestas sua præsentia, & manutentia excludit a creatura. Et quia sic præsens est animæ rationali, quam fecit, ut eam nunquam deserat, quin sit in ea per potentiā, præsentiam, & essentiam: ideo anima rationalis nunquam potest corrumpi. **NEC VALET** instantia, quam obiicit de uerbo August. August. enim intelligit de motibus, qui sunt a natura, secundum quod natura dicit originale principium alicuius effectus, non secundum quod dicit defectum: & sic intelligendum est etiam, quod gratia naturam perficit, & ei nō repugnat: & hoc melius explicatū est in Libr. i. dist. viii. **AD ILLUD**, quod obiicitur de Philosopho,

pho, quod intellectus corrumpitur, &c. Dicendum, quod illud uerbum Philosophi debet pium habere intellectum: non enim credendum est, quod Philosophus uoluerit dicere intellectum esse corruptibilem, & mortalem, cum postea probet ipsum impassibilem, incorruptibilem, & immortalem esse, sicut in Tertio de Anima expressè patet: sed uult dicere, quod operatio intellectus, quam habet in corpore, impeditur propter aliquam læsionem factam interius in organo imaginationis, uel alterius uirtutis sensibilis: & quantum ad hoc uerum dixit: sicut patet, & manifestum est sensui. AD IL- LV D, quod obiicitur, quod anima patitur. Responderi potest dupliciter. Primum quidem: quia passio eius non est per ipsius læsionem: sed per compassionem respectu corporis læsi: & hoc non ponit aliquid de substantia eius abiici: sed de substantia, cui habet uniri. Aliter potest respondere: quod anima non solum in corpore: sed etiam extra corpus habet pati: nec tamen sequitur, quod habeat corrumpi: non enim est illa corruptio per partis adeptionem: sed per quietis, & pacis continuam impeditionem: hoc autem in Quarto plenius determinatum est, cum arguitur de poenis animarum damnatarum. AD IL- LV D, quod obiicitur, quod anima corpori condolet. Dicendum, quod illa compassio non est, nisi salua coniunctione animæ, & corporis. Et quoniam mors separat illam coniunctionem: ideo non oportet compassionem mortis communicare: quia illa con-

Dis. 44

sequentia non tenet, nisi manente causa. Præterea illa consequentia non tenet, si anima maximè compatitur corpori maximè patenti, quod commoriatur morienti: anima enim cum sit capax lætitiæ, est capax & doloris: sed cum sit capax uitæ nullo modo est susceptibilis mortis. AD IL LV D, quod obiicitur, quod operatio animæ læditur, uel impeditur. Dicendum, quod hoc est per accidens solum: quia enim anima magna inclinatione inclinatur ad corpus, & corpori suas operationes communicat, & uirtutes sensitivas Christi uirtuti intellectiue immediatè subministrat: inde est, quod læsis organis corporeis, & impeditis uiribus sensituis, operatio intellectus quamdiu est in corpore, habet impedi in intellectu nullatenus in se læso: quod ex hoc patet: quod statim cum a corpore separatur, habet suum usum completum: & hæc sufficiant quantum ad propositum.

QVAESTIO II.

An que uis anima, etiam brutalis ex prima conditione immortalis fuerit?

VTRVM omnis anima utpote brutalis, non solum rationalis ex prima conditione fuerit immortalis. Et quod sic, uidetur. Eccl. 2. Unus est interitus hominis, & iumentorum: sed homines, & si intereant quantum ad corpora, non tamen intereunt quantum ad animas: ergo pari ratione, nec bruta animalia. ITEM. Sap. 1. Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione uiuorum: igitur mors non est introducta, nisi propter peccatum: ergo si homo non peccasset,

set,

set, nec moreretur ipse, nec moreretur brutum animal: sed hoc non esset, nisi animæ brutorum essent immortales: ergo &c.

ITEM. Hoc uidetur ratione. Probato, quod anima Petri sit immortalis, probatur, quod omnis anima sit immortalis per hypothesim. Non est maior ratio de una, quam de alia, loquendo de animabus rationalibus: ergo pari ratione loquendo de animabus sensibilibus, si una anima sensibilis est immortalis: ergo & omnes: sed anima sensibilis humana est immortalis, quia nunquam est rationalis sine sensibili: ergo cum in hac communicet homo cum brutis, anima sensibilis brutorum animalium per naturam est immortalis. ITEM. Omnis anima, quantumcumque parum habeat de nobilitate, excellit omne corpus, sicut uult Aug. ergo magis accedit ad Dei similitudinem: sed aliqua corpora per naturam sunt immortalia, sicut corpora celestia: ergo multo fortius animæ brutorum animalium.

ITEM. Substantia, cuius uirtus, & operatio non senescit in tempore, non corrumpitur in tempore: sed anima sensibilis est huiusmodi: quia (sicut dicit Philosophus) si senex acciperet oculum iuuenis, ita uideret, sicut iuuenis: ergo &c. ITEM. Quia homo seruit Deo, est dignus remuneratione: & ideo necesse est ponere animam eius immortalis, ut remuneretur post mortem: ergo pari ratione, cum bruta animalia seruiant homini, & per hoc Deo in homine, uidetur similiter, quod ipsa debeant remunerari.

CONTRA. Nulla forma est se-

parabilis a corpore, nisi quia habet operationem propriam præter corpus: sed nullus spiritus brutalis est huiusmodi: ergo &c. MAIOR manifesta est: tum quia Philosophus dicit: tum etiam quia nulla est substantia, quæ omni careat operatione, cum nulla sit ociosa. Secunda manifesta est ad sensum. ITEM. Omnia bruta animalia facta sunt propter usum hominis: sed usus hominis est in uescendo eis, & uescitur eis dum ea occidit: ergo facta sunt ad hoc, ut non tantum seruiant homini per uitam: sed etiam per mortem: sed hoc non esset, si animæ eorum essent immortales: ergo &c.

ITEM. Animæ immortalis debetur corpus immortale, quantum est ex institutione prima: ergo si animæ brutorum erant immortales, habebant corpora immortalia: sed constat, quod bruta non peccauerunt: ergo deberent adhuc esse immortalia. Quod & si hoc constat esse falsum: patet etiam quod & primum. ITEM. Si animæ brutorum essent immortales: ergo deberent omnia corpora brutorum redire, sicut & corpora hominum: sed si hoc esset, esset impossibile, quod omnia essent in terra, cum innumera bestiarum multitudo, & animalium continuè sibi succedit: ergo inconueniens est dicere, brutorum animas esse immortales.

RESOLVTIO.

Sola anima rationalis, à primordio sui immortalis producta est: cum sola ad deum facta sit: minime reliquæ, cum non ad Deum, sed ad hominem factæ sint.

RESPONDEO. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod

Enarratione in psal. 144. paulo post in iium. Tom. 8.

1. de Anima tex. cõ. 65.

quod alig dicere uoluerūt brutorum animas esse immortales, pro eo, qđ eadem animæ sunt, q̄ uiuificant corpora brutorum, & corpora hominum: tamen merito peccatorum suorū de corpore ad corpus circūeundo p̄transeant. Et hæc positio quorundā philosophorū, & hæreticorum fuit, sicut dictum est supra: & iā improbata est supra tanquā hæretica: & prorsus abiicienda est ista positio tanquam uilis, & derogans dignitati creaturæ rationalis, dū ponit hoīes, & bestias esse pares: in hoc, n. indicat, qđ sui inuētores, & defensores sūt hoīes bestiales, dū animas suas credūt uel bestiarum fuisse, uel futuras esse. Fuerunt & alii, qui dicere uoluerunt, quod animæ brutorū, nec sunt adeo immortales: sicut animæ rationales, ut possint post corpora uiuere: nec sunt adeo corruptibiles, sicut aliæ formæ, quæ habent contrarietatem: sed quantū est de sui natura, natæ sunt cōtinue durare, nisi impedimentum suæ durationis habeant ex corpore, sine quo non possunt subsistere: huius autē impedimentum durationis introductum esse dicunt in corpora brutorū propter peccatum hominum. Si enim Adā nō peccasset, nullū animal brutum decederet. Vnde sicut merito peccati humani, q̄ ad eius obsequium facta sunt, deteriorata sunt, sic & bruta animalia facta sunt morti obnoxia. Sed istud prima frōte obuiat ei, quod dicit Aug. super Genes. ad literam lib. 3. quod si homo non peccasset: nihilominus essent animalia uiuentia de rapina, quæ ad suam

uitam seruandam alia interficerent animalia. Repugnat etiam rationi, cum nulla ratio dicat cōgruum esse, ouem interfici propter hoc, quod homo peccauit, eū nullo modo ei in peccato cōmunicauerit, nec peccatū suum in ouem trāsfuderit. Repugnat et̄ imaginationi sensibili: ubi. n. essent tot animalia, quæ multiplicata essent sup̄ terrā ab initio mundi usque ad finem, si nulla essent mortua? Quod si dicas, qđ nō essent multiplicata, si homo non peccasset. Quomodo etiam uerum esset, qđ dicitur eis Gen. 1. Crescite, & multiplicate, & replete aquas? Quod si dictum est piscibus: cur non intelligendum est etiam dictum esse aliis animalibus? nusquid p̄ culpā hominis facta sunt fecundiora? q̄ omnia si inconueniētia sunt, positio ista tanquam inconueniēs reipienda est. Et ideo dicendū est tertio modo, quod nulla alia anima, nisi rationalis, immortalis est, & ratio huius apparet, si aspiciamus ad finem, propter quem creaturæ factæ sunt, ex quo sine ponitur in rebus p̄p̄teruitas, uel corruptibilitas secundū earum exigentiā. Cum autē omnes creaturæ factæ sint propter Deū iuxta illud. Vniuersa propter semetipsum operatus ē dñs: sola creatura rationalis facta est ad fruendum Deo, & ut beatificaret̄ in ipso, quæ sola est ad imaginē. Aliæ uerò creaturæ, q̄ solum tenent rationem uestigii, factæ sunt uel ad manifestationem diuinæ bonitatis, uel ad obsequium creature rōnalis. Manifestatio autem diuini exemplaris, & bonitatis Dei est in pro-

Ps. 16

productione uniuersi, quod est quoddam exēplatum complete representans illud exemplar: & p̄p̄ representationis completionē, completam debet habere, & perpetuā durationem. Vniuersum autē dupliciter hēt esse, uide licet decurrēs, & permanēs. Esse decurrens non pōt esse perpetuū, q̄a necesse est, quod aliquādo sit quietū. Esse uerò permanens est p̄petuum. Illæ igitur partes, quæ respiciunt uniuersū quantum ad esse permanens, sicut sunt orbis cœlorū, & elementorum, p̄p̄teruitatem habēt. Illæ uero, quæ respiciunt quantū ad esse decurrens, ut potē, quæ consistunt in generatione, & corruptione, qualia sunt mineralia, plantæ, & animalia bruta, non debent habere esse perpetuum, sed terminatum, quæ quasi quodā transitu suo, & quadam inueteratione, & inuolutione, morte, & uiuificatione decorāt uniuersum. Et sic patet, qđ bruta animalia, quantū ad corpus, & animam, corruptibilia sunt per naturā, inquantū facta sunt ad representandū diuinā bonitatē, & sapientiam. Et hæc ratio sumpta est a fine principali. Est & alia rō sumpta a fine nō principali, inquantū. s. creaturæ, in quibus est sola ratio uestigii, factæ sunt p̄p̄ creaturā rationalem. s. hominem. Quædam. n. factæ sūt propter hominem secundū oēm statum siue uie, siue patrię: quædam solum secundū statū uie: & quædam solum secundū statum patrię: & illa, quæ facta sūt propter hominem secundū omnē statum, siue uie, siue patrię, cum status patrię sit perpetuus,

dicūt esse p̄petua: & talia sunt, quæ integrant hoīs habitaculū, sicut cœlū, & quatuor elementa. Illa uero, quæ facta sunt propter hominē secundum statum uie, cum ille status sit pertrāsitorius, & habeat finem, debent esse corruptibilia: talia autē sunt animalia bruta, quæ facta sunt ad supplendā corporis indigentiam secundū eum statū, in quo indiget cibus, & alimoniis. Et sic cōcedendę sunt rationes, ostendētes animas brutales esse mortales ex sua prima conditione.

AD ILLVD, quod obiicitur, de Eccles. qđ unus est interitus, &c. Dicendum, qđ loquitur quantū ad exteriorē intelligentiā: & propterea subiungit. Quis nouit si spiritus Adę ascendat sursum? quasi dicat. Non nouit homo, qui ambulat secundum intellectum carnalem, qui ea sola considerat, quæ exterius apparent: homo autem sapiēs nouit, qui illud attendit, quod ipse Eccles. in fine dicit. Scito, qđ pro omni errato adducet te Deus in iudiciū. AD ILLVD, quod obiicitur de Lib. Sap. Dicendum, qđ loquitur uel de morte damnationis eterne, uel de morte temporali in eo, cui mors est pœna: tale autē est solū animal rationis capax: quod sicut solum natum est esse beatū, solū natū est esse miserum: sic solū natum est p̄miari, solum natum est puniri: quia solū ipsum est, cui data est uis discretiua inter bonū, & malum, uerum, & falsum. Vnde & si bestia doleat, cum occiditur, uel leditur, non tamen punitur: non enim est capax miserię: solum enim ille est miser, qui uel

scit

scit se miserum, uel scire debet, cum malum habet. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ anima sensibilibus hominis est immortalis. Dicendum, q̄ nō est similitudo: sensibile enim in homine nōtatur potentiam. s. animæ rationalis, sicut infra patebit: sensibile uero in brutis nominatur formā, quæ substantificatur in materia transmutabili, & quia pendet ex illa quantū ad esse, corrumpitur, illa corrupta. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ anima sensibilis est nobilior omni corpore. Dicendum, q̄ maior nobilitas, & minor non facit ad maiorem durationem creaturæ: magis enim nobilis est etiā secundum statum naturæ lapsæ homo, quā sit lapis: tamen lapis plus durat modo: sed hoc facit priuatio corrupcionis causæ: & hanc habet anima sensibilis propter hoc, q̄ fundatur, & pendet ex corpore cōposito ex contrariis: supra quam contrarietatem sublimata est natura cœlestis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod anima sensibilis non senescit. Dicendum, q̄ uerum est quantum est per se; senescit tamē ratione eius, in quo radicatur. s. rōne corporis, rōne cuius etiā hēt corrumpi, & hoc ex conditione sua primaria. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ bruta seruiunt hominibus. Dicendum, q̄ seruitium remunerabile nō est, nisi illud, quod est laudabile: sola autem potentia rationalis, & deliberatiua, in qua consistit arbitrii libertas; est, in qua cadit laus, & uituperiū: & ideo quantuncunq̄ obsequium sit magnum, & utile, non est dignum remuneratione, nisi factū

Ar. seq.

fuerit ex arbitrii libertate, ideo non decet remunerari animas brutorum. Et sic patet illud.

ARTICVLVS II. QVAESTIO I.

An Adam non peccante, potuisset corpus eius dissolui?



ONSEQUENTER queritur quantum ad secundum articulum de immortalitate Adæ ex parte corporis. Et circa hoc quaeruntur duo. Primò queritur, utrum Adam non peccante posset corpus Adæ dissolui. Secundò queritur, utrum ipso peccante posset per esum ligni uitæ in uita perpetuari.

CIRCA quam sic proceditur, & ostēditur, q̄ etiā si Adā non peccasset, corpus eius dissolui potuisset, tali ratione. Adam in statu innocentiae habebat corpus mortale; sicut Magister dicit, & Aug. in lit. ergo corruptibile: sed oē corruptibile de necessitate corrumpitur; sicut uult Philosophus; quamuis non omne generabile de necessitate generetur: ergo corpus Adæ corruptū fuisset, esto q̄ in statu innocentiae pmanisset. ITEM. Contrarietas est causa pugnae, & pugna in composito est causa dissolutionis: ergo in illo statu, in quo potest esse contrarietas, potest esse dissolutio: sed corpus Adæ etiā secundum statum innocentiae ex contrariis habebat compositionē: ergo statu illo manente poterat habere dissolutionem. ITEM. Cuiuslibet statui competit restauratio, cōpetit deperditio: sed corpori Adæ in sta-

tu

tu innocentiae cōpetebat restauratio per sumptionē ciborum: ergo & eidem corpori secundū statum innocentiae inerat deperditio: sed cuiuslibet inest deperditio: inest & consumptio: & in quocūque ponitur cōsumptio, ponitur & corruptio: ergo corpus Adæ in statu innocentiae persistēs, dissolui poterat, & corrupti, nulla culpa interueniente. ITEM. Constans est, quod Adā non poterat uiuere, nisi comederet, cum haberet corpus animale: sed poterat non comedere: ergo poterat absque ullo peccato corpus eius deficere. Si r̄ dicās, quod peccaret in non comedendo: quia tenebatur comedere. Contra. Non semper tenebatur comedere: quia signemus aliquam horam, in qua tenebatur: in illa hora aut Adam esuriret, aut non. Si esuriret: ergo pateretur, antequam peccaret. Si non esuriret: ergo natura non indigeret, cum natura bene disposita tempore necessitatis cibum appetat: ergo nō teneretur comedere, nec alias; ergo nunquam. ITEM. Si Adam steteret, aliquis de filiis eius poterat peccare; ponatur ergo, q̄ peccasset; sed possibile est uirum iustū a peccatore insidiante interfici absque sua culpa, sicut Abel interfectus est a Cain; ergo possibile esset, Adam saltem dormientem ab eo iugulari: & sic iugulatus interiret, culpa sua nulla interueniente. ITEM. Impassibilitas est dos corporum glorificatorum: sed corpus Adæ in statu innocentiae glorificatū nō erat: ergo in statu illo persistens impassibilitatem non habebat; er-

go persistendo in statu illo mori, & non mori poterat: ergo corpus Adæ erat dissolubile, anima non peccante.

SED CONTRA. Isido. de Trinitate dicit. Si homo in paradiso innocenter uiueret, nec ignis eū ureret, nec aqua mergeret, nec absentia aeris suffocaret, nec omnia, quæ nocent mortalibus, impedirent; ergo uidetur, q̄ ipso permanente in statu innocentiae, corpus eius non erat resolubile. ITEM. Mors est poena peccati: sed omnis poena est ordinata: poena autem non ordinatur nisi per culpā; nulli ergo potest inesse nec poena, nec mors, nec corruptio: nisi cui prius inest culpa; igitur anima non peccante impossibile fuit dissolui corpus Adæ. ITEM. Ad hoc, q̄ debite, constituatur aliquod compositum, necesse est materiam, & formam proportionari adinuicem: si igitur anima ut forma & perfectio unita est corpori, impossibile erat corpus illud resolui, & corrumpi, nisi aliqua corruptio prius incideret ex parte animæ: sed corruptio, quæ potest incidere ex parte animæ, nō est nisi culpa: ergo impossibile fuit corpus Adæ resolui, & pati, nisi in anima culpa fuisset praebula. ITEM. Status innocentiae medius erat inter statū gloriae, & statum miseriae: sed dissolutio corporis omnino opponitur statui gloriae: cum igitur statui gloriae non opponeretur directe status innocentiae, Adam in statu innocentiae persistente, corpus eius non fuit resolubile. ITEM. Omnis passio est ab aliquo repugnante, & p̄dominante: sed

Adam

Adam in statu innocentiae existente, uel omnia concordarent ei, uel subiacerent: igitur nihil posset corpus eius laedere, nec aliquam passionem inferre; ergo corpus eius non esset passibile, nec dissolubile. **ITEM.** Impossibile est, stante rectitudine aliquid, ipsum obliquari; sed rectitudo omnis consistit in subiacerendo se Deo, & praesidendo aliis creaturis tam corpori suo, quam etiam brutis; ergo spiritu rationali stante in puritate innocentiae, & obedientiae, impossibile fuit corpus ab eius uoluntate recedere: sed anima semper appetit uniri corpori; ergo impossibile fuit corpus in tali statu dissolui.

RESOLVTIO.

Persistente Adam in Dei obedientia, corpus eius dissolui non posset: tametsi in se dissolubile esset.

RESP. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod quemadmodum iuxta uerbum Philosophi haec est duplex. Aliud quid est nunc immortale; quia ad uerbum potest determinare hoc, quod est immortale ratione actus moriendi, uel ratione potentiae; Ita & locutio praecedens, utrum corpus hominis esset dissolubile, siue posset dissolui ipso non peccante, distinguendum debet: illi enim ablatiui absoluti possunt determinare hoc uerbum posset, uel hoc uerbum dissolui. Si hoc uerbum (posset) determinant, ueritatem habet locutio. Est enim sensus, quod Adam dum existeret in statu innocentiae, posse haberet, ut corpus eius dissolueretur. Si autem ablatiui illi referantur ad actum, qui est,

Refellit Sco. huc modum dicendi dis. p. h. hic dicitur Ec. concludens quod tantum impossibilem admori ab extrinseco habet. Ex ipsu mo quod

dissolui, sic locutio est falsa. Est enim sensus; quod Adam posset dissolui in statu innocentiae, ita quod simul esset innocentia, & mortis, siue corruptionis poena; & hoc est impossibile, prouidente ordine diuinae iustitiae, quae nullam inordinationem in uniuerso sustinet. Si ergo poena deordinata est, nisi praecedat culpa, & corporis dissolutio, non potest animae purae, & innocenti non esse poena: inconueniens uideatur, & contra ordinem diuinae iustitiae, quod corpus hominis dissolueretur in statu innocentiae; & hoc sancti dicunt, & rationes ad hoc inductae ostendunt, & ideo concedendae sunt, quia uerum concludunt.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur, quod omne corruptibile de necessitate corrumpitur. Dicendum, quod Philosophus loquitur de illo corruptibili, cuius regimen non subiaceret uoluntati; sed soli uirtuti naturali; & illud de necessitate habet corrupti, quia habet causam corruptionis intra se; corpus autem Adae & si esset mortale, & corruptibile, tamen uoluntati subiacebat ex ordine diuinae iustitiae: & ideo nisi uoluntas deordinaretur, corpus illud numquam corrumpetur. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod componi ex contrariis compositum petebat corpori secundum illud statum. Dicendum, quod alio modo se habent contraria in compositum naturae lapsae, aliter secundum statum naturae institutae. Secundum statum enim naturae lapsae non solum agunt in aliquod extrinsecum; sed etiam ad inui-

Sco. & D. Bo. in duobus discrepant. Primo quod Adae haberet principium in trinsecum corruptibilitatis, p. statu innocentiae. Secundo, quod mors, posset non esse poena aia innocentiae, uidear. seq. q. 1

cem mutuo agunt, & patiuntur: non solum in ipsa constitutione: sed etiam post constitutum esse. In statu autem innocentiae taliter commixta fuerunt, & proportionata in prima compositione, & ad tantam concordiameducta, ut illo statu manente, mutuo non pugnarent, & ideo propter illam compositionem corpus illud dissolui necesse non erat. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod secundum statum innocentiae in illo corpore fiebat deperditio. Dicendum, quod sicut natura uniuersalis paritur elementa corrumpi secundum partem: sed nullo modo patitur, corrupti secundum totum; sic & natura bene instituta in homine regulata ab ordine iustitiae, et prouidentiae admittebat, deperditionem fieri in homine secundum aliquam partem propter statum aequalitatis, in quo erat: sed nullo modo patiebatur corruptionem fieri in toto. Sicut enim fiebat corruptio, et deperditio; ita etiam fiebat restauratio: & ideo non consequebatur dissolutio. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod Adam a cibo poterat abstinere. Dicendum, quod non poterat abstinere a comestione, quando esset locus, & tempus: tum quia sibi expresse praecipitum erat, ut comederet de lignis paradisi, aliis a ligno scientiae boni, & mali: tum etiam quia si dominus non praecipisset, natura bene instituta diceret eum sumere cibum, quae dicitur nullum debere manum sibi iniicere. Nec ualet illa obiectio, quam obiicit de fame: debebat enim famem praueenire, & ipse bene sciebat horam, & indigentiam suae naturae, quam si pertransiret,

ommitteret, & peccaret. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod peccator potest occidere innocentem. Dicendum, quod uerum est, secundum statum naturae lapsae, in quo omnis homo merito peccati originalis est mortis debitor. Unde permittit innocentem ab impio occidi, non est contra ordinem diuinae iustitiae secundum statum presentem: in statu autem illo: quia nulla culpa praecederat, ordo diuinae iustitiae talem deordinationem, uel punitionem admittere non debebat. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod impassibilitas est dos corporum glorificatorum. Dicendum, quod uerum est, secundum quod impassibilitas priuat & actum, et potentiam passionis secundum omnem statum: illa autem impassibilitas corpori Adae non inerat, nisi secundum statum determinatum: et ideo perfecta non erat, nec dos dici debebat.

QVAESTIO II.

An peccante Adam, perpetuari posset corpus eius per esum ligni uitae?

VT RVM Adae peccante corpus eius posset perpetuari per esum ligni uitae. Et quod sic, uerum. Primo per text. Gen. 3. Nunc igitur ne forte sumat de ligno uitae, et uiuat in aeternum: hoc dictum est de Adae post peccatum; ergo si post peccatum sumpsisset in aeternum uiuisset; et corpus eius perpetuum fuisset. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur per Ricchar. de S. Victo. qui de Adae ait sic. Habuit ante peccatum corruptionem; post peccatum corruptibilitatem: sed utroque modo per esum ligni uitae potuit sustentari. **ITEM.** Hoc S. Bon. Lib. 2. P p pro

probat per experimentum. Enoch enim, & Elias (sicut dicunt Glo. & auctoritates sanctorum) in paradiso conseruantur per esum ligni uitæ usque ad Antichristi aduentum: sed qua ratione usque ad illud tempus conseruari possunt, eadem ratione & deinceps; ergo & pari ratione & corpus Adæ. **ITEM** Non fuit maioris efficaciam lignum scientie boni, & mali ad corpus perdendum, quam lignum uitæ ad conseruandum; sed per esum illius ligni corpus hominis factum est dissolubile; ergo pari ratione per esum alterius ligni poterat corpus corruptibile solidari, & perpetuari; sicut contra alterius ligni comestio corpus sanum & solidum reddidit dissolubile, & infirmum. **ITEM** Post peccatum si spiritus hominis iungeretur fonti uitæ, disponderetur ad perpetuam beatitudinem, & uitam immortalem; ergo si lignum uitæ corporale sic se habebat ad corpus seruandum; sicut lignum uitæ spirituale se habet ad spiritum; uideretur, quod si homo poenitisset, & de ligno uitæ gustasset, quod corpus eius esset factum indissolubile. **ITEM** Homo bene complexionatus si non habet impedimentum extrinsecum, uiuere potest usque ad consumptionem radicalis humiditatis. Si igitur illud humidum posset restaurari, posset corpus eius in perpetuum incorruptum seruari; si ergo illud lignum uitæ (sicut dicunt Doctores) habebat uim restaurandi humidum radicale, uel, quod si homo de illo comedisset, quod corpus eius in eternum posset durare, etiam post commisionem culpæ.

SED CONTRA Rom: 6. Stipendia peccati mors; ergo si postquam homo peccauit necessarium fuit corpus eius dissolui, igitur non poterat perpetuari per esum aliquius ligni. **ITEM** Scriptura data fuit Gen. 3. Quacumque die comederitis; &c. Si igitur illam sententiam nulla uirtus creata potest infirmare, quam tuncumque homo comederet de ligno uitæ, necesse erat ipsum mori, & corpus eius resolui; & hoc ipsum dicit alius Textus Gen. 3. Puluis es, & in puluerem, &c. **ITEM** Homo per peccatum similis factus est iumentis insipientibus; sed iumenta si comederent de ligno uitæ, non propter hoc corpora eorum fierent indissolubilia; ergo si homo, quantum ad conditionem mortis, iumentis similis effectus est per culpam; quantumcumque de ligno uitæ comederet; corpus eius dissolui necesse esset. **ITEM** Non minus est de mortuo immortalē facere, quam de mortuo uiuum; sed mortuum suscitare, hoc est uirtutis solius Dei, & uirtutis infinite; ergo corpus dissolubile ad indissolubile reducere, hoc est solius uirtutis diuinæ; ergo si homo post peccatum de illo ligno comederet, corpus eius nihilominus dissolui necesse esset.

RESOLVTIO.

Quantumcumque de ligno uitæ comedisset Adam post peccatum; nunquam mortem uitasset; nec propter ligni illius defectum; sed propter Domini præceptum transgressum.

RESPOND. Dicendum, quod eadem lege, qua diuina iustitia non patitur innocentem puniri, & mori, non patitur etiam malum

rema

remanere impunitum; & ideo diuinum decretum fuit; ut si homo mandatum Dei transgrediendo peccaret, & ipsi auctori suo inobediens existeret, spiritus carnis domini amitteret; & sicut uoluntas a Deo recesserat, sic anima inuita corpus ipsum desereret, & dissolutum in suam originem, unde sumptum erat, rediret. Et quoniam diuinum decretum erat inuolabile: hinc est, quod postquam homo peccauit, quantumcumque de ligno uitæ ederet, corpus eius non fieret indissolubile, ita quod mortem posset euadere: ideo concedendæ sunt rationes hoc ostendentes.

AD ILLUD, quod obiicitur in contrarium de Textu. Dicendum, quod [eternum] non dicit ibi uitæ interminabilitatem: sed uitæ quandam diurnitatem, sicut sæpe consuevit loqui scriptura. Quamuis autem lignum uitæ illud corpus non posset perpetuare, poterat tamen a deo naturam ipsius adiuuare, & uigorare, ut diutius uiueret. Ex hoc patet responsio ad sequentia, scilicet ad uerbum Ricchardi, & ad illud, quod obiicitur de Enoch, & Elias. Vtrumque enim non concludit uitæ interminabilitatem, sed solum quandam diurnitatem: quam & si lignum uitæ posset homini lapsō conferre per sibi diuinitus collatam uirtutem non tamen poterat in eternum conseruare: quia diuinum decretum infirmare non poterat, & corpus hominis peccantis ad hoc post peccatum habile non erat: & illud lignum in solo eo, quod dispositionem habebat ad eius effectum, efficaciam habebat.

AD ILLUD, quod obiicitur per simile de ligno scientiæ boni, & mali. Dicendum, quod illud simile deficit dupliciter. Primo, quia illud lignum scientiæ boni, & mali non fecit corpora illa esse dissolubilia: sed solum hominis culpa, & diuina sententia. Secundo uero, quia corpus Adæ ante quam peccaret, non habebat necessitatem ad permanendum, nec necessitatem ad corrumpendum; sed postquam homo peccauit, corpus eius subiectum fuit necessitati moriendi: & ideo per esum ligni uitæ non poterat conseruari. **AD ILLUD**, quod obiicitur de coniunctione spiritus ad fontem uitæ spiritualis, &c. Dicendum, quod illud simile deficit dupliciter. Primum quidem, quia uoluntas facilius uertitur, & reuertitur, quam natura. Secundo uero, quia fons uitæ spiritualis multo potentior est super animam, quam illud lignum esset super corpus: & ideo non sequitur, quod si diuinus spiritus recreat, & uiuificat animam, quod lignum uitæ reformet, & conuertat corpus in statum pristinum. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod lignum uitæ restauraret humidum radicale. Dicendum, quod & si per sui esum sufficeret restauraret humidum in corpore hominis secundum statum nature institutæ: nunquam tamen in statu nature lapsæ sic restauraret, quin semper aliqua deperditio fieret: & ita quamuis diutius conseruaret, nihilominus tamen aliquando illud radicale humidum deficeret, & corpus ad dissolutionem perueniret.

LIBRI SECVNDI
ARTICVLVS III.
QVAESTIO I.

An primus homo immortalis erat natura, uel gratia?



CONSEQUENTER quæritur de immortalitate primi hoīs, quantū ad coniunctum. Et circa hoc quærentur duo. Primò quæritur, utrū illa immortalitas in esset homini a natura, uel a gratia. Secundò quæritur, utrum illa immortalitas esset eadem per essentiam cum immortalitate gloriosa.

UTRVM illa immortalitas esset a natura, uel a gratia. Et quia a natura, uidetur. Illud est nobis naturale, quā nobis innascitur, & cum quō nati sumus: sed homo cum illa immortalitate productus est, & illa immortalitas indita est homini a sua cōditione: ergo fuit ei naturalis, uel a natura. **ITEM.** Mors nō poterat inesse homini, nisi præcedente culpa: sicut probatum est supra: sed culpa non poterat homini inesse, nisi deordinaretur natura: si ergo mors inerat homini contra naturam, immortalitas inerat ei per naturā. **ITEM.** Per hoc homo erat immortalis, pro quod erat innocens: sed innocens erat ex conditione nature: esto enim, quod nullā haberet gratiā, nihilominus tamen haberet innocentiam: ergo immortalis erat ex conditione nature, non ex beneficio gratiæ. **ITEM.** Immortalitas hominis consistit in continua coniunctione animæ, & corporis: continua autem coniunctio animæ, & corporis est per continuū appetitū unius ad alte-

rū: sed animā hēt continuum appetitū ad corpus, & econuerso per naturam absque gratia: ergo immortalitas inerat homini per naturam absque gratia. **ITEM.** Idē est principium, per quod datur rei esse, & per quod in esse continuatur: sed anima rationalis, quæ est forma per naturam immortalis, & incorruptibilis: corpori dabat naturaliter sui esse, & cōplementum: ergo & ipsius corporis, siue hominis esse naturaliter cōtinuabat: sed a quo in esse est continuatio, ab eodē est immortalitatis perpetuatio: ergo &c. **ITEM.** Naturale est hoī comedere ea, quæ sibi apponuntur: sed homo per esum ligni, uitæ, & aliorum lignorum paradisi uitam suam poterat perpetuarescitur dicit Aug. & Magister: ergo uidetur, quod omnis perpetuatio inerat homini per naturā.

SED CONTRA. Aug. sup Gen. & Mag. dicit in lit. Creatus ē hō immortalis, quod inerat ei de ligno uitæ, non de cōditione nature: mortalis erat cōditione corporis animæ, immortalis beneficio cōditoris. Et idē ipse Aug. expressius dicit, quod sicut p̄scitū fuit filiis Israel, quod in quadraginta annis uestimenta eorū non ueterascerent, ita p̄scitū fuit Adæ, ut nō moreretur. **ITEM.** Sup illud Luc. 10. Expoliauerūt eum, & plagis impositis, &c. Glo. exponit de primo hoīe, quem dicit expoliatū fuisse gratuitis, & uulneratū in naturalibus: si ergo immortalitas nō fuit tantū uulnerata, sed simpliciter ablata ipsi homini pro culpā: ergo nō inerat ei a natura: sed a gratia. **ITEM.** Hoc uidetur ratione. Proprietates

DISTINCTIO XIX.

ates naturales nō derelinquūt subiectum propter culpam: ergo si immortalitas inerat homini a natura, non uī, quod debuerit eū relinquere pro culpa, quod si eā amisit, patet &c. **ITEM.** Impossibile est duo opposita inesse eidē scđm eadē principia, & maxime scđm principia naturaliter causantia, quæ non inclinant ad opposita: sed hō per naturā suā poterat mori: aut ergo immortalis nō erat: aut si erat, nō erat per naturā, sed per gratiā solū. **ITEM.** Corpus Adæ per naturā propriā erat nobiliter cōplexio natū: ergo molles, & teneras carnes hēbat: sed naturaliter molle cedit duro: igitur per naturā corpus Adæ uulnerari poterat, & secari: ergo per naturā Adā non erat immortalis. **ITEM.** Ignis naturaliter cōsumit corpus ex elementis quatuor cōstitutū, & corpus animale per naturā indiget aspiratione, & respiratione: ergo si hō caderet in aquā, uel in ignē, & non moreretur, hoc non esset per uirtutem nature, sed potius cōtra, uel supra: nō ergo esset a natura, sed potius ex grā.

RESOLVTIO.

Primus homo quoad aptitudinē naturā immortalis erat: sed quod ad complementum per gratiam.

RESPON. Dicendū, quod sicut dicit Magister in litera, circa hoc multiplex, & uaria fuit opinio. Quidam. n. dicere uoluerunt, quod immortalitas primi hoīs esset a natura: quidā, quod esset a gratia: utraque autē harum opinionū habuit aliquam efficacem rationē mouentem, & utraque habet aliquid ueritatis, licet una plus habeat, quā altera. Sicut. n. cum dici-

tur, hō est beatificabilis, duo tāgūtur & aptitudo, & dispositio: ita etiam cum dī, homo est immortalis. Vnde sicut homo quodammodo potest dici beatificabilis per naturam, quodammodo per gratiam: sic & in proposito. Prout enim hoc, quod est beatificabile importat aptitudinē, sic inest homini per naturam: homo enim a natura sua habet aptitudinem ad beatitudinem: scđm autē quod importat dispositionem sufficientem, & propinquā, per quam quis uenit ad beatitudinem, siue sufficientem ordinē ad actum, sic inest homini non per naturam, sed per gratiā: per quam sufficienter disponitur ad gloriam, nec sine illa potest sufficere natura. Sic & in proposito, immortalis quantum ad statum innocentiae dici poterat homo per naturam: immortalis etiam per gratiam, quia a natura habebat aptitudinem: sed a gratia habebat complexionem. *Hac* Et hoc patet sic. Tripliciter. n. potest mors homini contingere: aut per alimentorum putrefactionem, & dissolutionem: aut per humidi consumptionem: aut per extrinsecam læsionem. Immortalitas ergo dicit priuationem huius triplicis modi moriendi quantum ad actum, & potentiam in beatis, qui dicuntur immortales, quia nō possunt mori: quantum ad actum uerò solū in hominibus institutis, qui dicuntur immortales: quia poterant non mori hoc triplici genere moriendi: habebant enim aptitudinem euadendi hoc triplicem genus mortis per id, quod habebant a natura. Nā corpus uale-

D I S T I N C T I O XX.

De hominis duratione & conseruatione quantum ad
filiorum procreationem.



Ost hac videndum est qualiter primi parentes si non peccassent, filios procreassent, & quales ipsi filij nascerentur. Quidam putant ad gignendos filios primos homines in paradiso misceri non potuisse, nisi post peccatum: dicentes concubitum sine corruptione, vel macula non posse fieri. Sed ante peccatum nec corruptio, nec macula in homine esse poterat: quoniam ex peccato hac consecuta sunt. Ad quod dicendum est, quod si non peccassent primi homines, sine omni peccato, & macula in paradiso carnali copula conuenissent, & esset ibi thorus immaculatus, & comistio sine concupiscentia: atque genitalibus membris sicut ceteris imperarent, ut ibi nullum motum illicitum sentirent: & sicut alia membra corporis alijs admouemus, ut manum ori sine ardore libidinis: ita genitalibus uterentur membris sine aliquo pruritu carnis. Hac enim lethalis aegritudo membris humanis ex peccato inhaesit. Genuissent itaque filios in paradiso per coitum immaculatum, & sine corruptione. Vnde Aug. Cur non credamus primos homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare potuisset, sicut ceteris in quolibet opere sine voluptatis pruritu utimur? Incredibile enim non est Deum talia fecisse illa corpora, ut si non peccassent, illis membris, sicut pedibus imperarent, nec cum ardore seminarerent, vel cum dolore parerent: sed post peccatum motum illum meruerunt, quem nuptiae ordinant, continentia cohibet. Infirmitas enim pro-na in ruinam turpitudinis excipitur honestate nuptiali: & quod sanis est officium, egrotis est remedium. Emissi quidem de paradiso conueniunt, & genuerunt: sed potuerunt in paradiso eis esse nuptiae honorabiles, & thorus immaculatus sine ardore libidinis, sine labore pariendi.

Quare in paradiso non coierunt.

Lib. eo. Cur ergo non coierunt in paradiso? Quia creata mulie-
Cap. 4. re? mox transgressio facta est, et eiectioni sunt de paradiso. Vel
quia

D I S T I N C T I O XX.

302

quia nondum Deus iusserat ut coierent, et poterat diuina expectari auctoritas, ubi concupiscentia non angebat. Deus uero non iusserat, quia casum eorum praesciebat, de quibus homo propagandus erat. Ecce expresse habes de modo propagationis filiorum.

De termino translationis illius uitae ad aliam
super caelestem,

De termino uero temporis, quo transferratur ad spiritua-
lem caelestemque uitam, certum aliquid scriptura non tra-
dit. Et ideo ambiguum est, utrum parentes genitis filijs, per-
fectamque humani officij iustitia, ad meliorem statum trans-
ferentur non per mortem; sed per aliquam mutationem: an
partes in aliquo statu uitae remanerent, ligno uitae utentes,
donec filij ad eundem statum peruenirent: & sic impleto nu-
mero omnes simul ad meliora transferratur, ut essent sicut
sancti angeli in caelis. De quo Aug. ambigue differit, super
Gen. ita inquit, Potuerunt primi homines in paradiso fi-
lios gignere: non ut morientibus patribus succederent filij;
sed in aliquo forma statu manentibus, & de ligno uitae uigo-
rem sumentibus, & filij ad eundem perduceretur statum, do-
nec impleto numero sine morte animalium corpora in aliam
qualitatem transirent: in qua omnino regenti spiritu deser-
uissent, & solo spiritu uiuificante sine corporeis alimentis
uiuerent. Vel potuerunt parentes filijs cedere, ut per succes-
sionem numerus impleretur, qui genitis filijs perfecta que
humani officij iustitia, ad meliora transferrentur, non per
mortem; sed per aliquam mutationem. Ecce hic habemus de
transitu hominis ad meliora; sed incertum nobis relinqui-
tur, utrum simul transferrentur, an per successiones.

Quales procrearentur filij, an aequè ac primus homo
conditus fuit.

Si uero quaeritur, Quales si non peccasset homo, filios ge-
nuisset: utrum uidelicet sicut ipse primus homo secundum
naturam corporis et usum membrorum perfectus mox con-
ditus extitit, ita etiam eius filij in ipso natiuitatis exordio
perfecti existerent: quia ambulare, & loqui, & cuncta fa-
cere possent? Responderi potest quod filios paruulos nasci

oportet.

Mortalitas in statu innocentiae non est alia a mortalitate in statu miseriae, quia non est post peccatum data noua potentia, nec ablata: ergo pari ratione in statu innocentiae, & in statu gloriae non est alia, & alia immortalitas. **ITEM.** Si homo steteret, transferretur ad immortalitatem, ita quod nullius proprietatis nobilis in eo fieret deperditio: ergo cum immortalitas in homine diceret conditionem nobilem, si transferretur, illa immortalitas non amitteretur; sed non sunt in eodem homine duae immortalitates simul, & semel: ergo immortalitas innocentiae, & immortalitas gloriae non differrent.

SED CONTRA. Quod habet aliud, & aliud principium proximum differens per essentiam, est differens per essentiam: sed immortalitas in statu innocentiae, & in statu gloriae habet aliud & aliud principium differens, per essentiam, quia illa est a gloria, ista est a gratia gratis data: ergo differunt per essentiam. **ITEM.** Non est transitus ab eodem in idem, sed transitus ab immortalitate innocentiae ad immortalitatem gloriae: ergo illa immortalitas, & ista non sunt eadem. **ITEM.** Quorum opposita sunt diuersa, ipsa sunt diuersa: sed immortalitas status innocentiae non opponitur mortalitati, cum simul inessent eidem. Adam enim & mortalis erat, & immortalis: sed immortalitas gloriae opponitur illi: ergo non est eadem cum illa immortalitate. **ITEM.** Licet uita Adae esset una, & continua, si steteret in uia, & patria: status tamen uitae

& conditio esset alia, & alia: quia conditio animalitatis, & spiritualitatis non habent identitatem, sed potius oppositionem, & diuersitatem: ergo cum immortalitas non dicitur solum uitam, sed potius conditionem uitae secundum statum animalitatem, & spiritualitatem, ut quod immortalitas sit alia, & alia. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur per aliud, quod dicitur in litera. Alia est immortalitas quam amisimus: alia quam in resurrectione speramus. Ex hac auctoritate expresse colligitur, quod alia sit immortalitas uitae, & alia patriae.

RESOLVTIO.

Eadem quantum ad potentiam: sed alia quantum ad dispositionem super additam. Vel una & eadem, sed altera, siue alterata.

RESP. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod cum idem sit signatum in principali, & deriuatiuo, siue in abstracto, & concreto: idem est signatum huius, quod est mortale, & eius quod est immortalitas. Immortale autem dicitur, quod est aptum natum siue potens non mori: immortalitas igitur idem est, quod potentia, siue aptitudo ad non moriendum. Et haec potentia ad non moriendum non est aliud, quam potentia animae in regendo, & continuando corpus, ut nunquam deficiat, nec ab ea separetur. Haec autem potentia consequitur ipsum liberum arbitrium, & ei conformatur. Vnde sicut in statu innocentiae homo poterat peccare, & non peccare: sic anima poterat corpus continere, & non continere, & homo poterat mori, & non mori. Quia uero in statu gloriae impossibile est liberum ar-

bi.

bitrium peccare: impossibile est etiam, animam corpus deserere. Et quia in statu miseriae necesse habet peccare, & aliquando in peccato esse, saltem in sua origine: id impossibile est animam corpori unitam continuare quemadmodum ipsius liberi arbitrii, potentia in statu innocentiae, & gloriae est eadem per essentiam, differens solum secundum statum, & dispositionem superadditam: sic illa potentia continuandi, & regendi corpus, quae dicitur immortalitas, per essentiam est eadem, differens sola superaddita dispositione. Et ideo cum quaeritur, utrum immortalitas innocentiae, & gloriae, siue uitae, & patriae sit eadem. Responderi potest, quod eadem est quantum ad potentiam: sed alia quantum ad dispositionem superadditam. Vel (ut proprius dicamus) una, & eadem est: sed altera, siue alterata: sicut coriscus albus, & niger idem est: sed alteratus. Et ideo concedendae sunt rationes ostendentes, quod haec immortalitas, & illa per essentiam essent una.

AD RATIONES uero ad oppositum facile est respondere. Nam ad illud, quod primo obiicitur, quod principium proximum huius immortalitatis, & illius est aliud, & aliud: plana est ratio: quia principium proprium. scilicet potentia contentiuam est una, & eadem: licet sit aliter, & aliter disposita: haec gratia, idem uero gloria. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod non est transitus ab eodem in idem. Dicendum, quod transitus ab hac immortalitate ad illam est per diuersificationem statuum, quia est transitus a statu in statum: & ideo sicut

quod mouetur a statu imperfectionis ad statum perfectionis non dicitur aliud, & aliud: sed status dicitur alius, & alius: sic in proposito intelligendum. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod habent diuersa opposita. Dicendum, quod illa diuersitas oppositionis uenit ex ratione superadditae dispositionis: sicut intelligitur in libertate arbitrii, quae est libertas a coactione, a culpa, & a miseria. Libertas. n. a culpa superaddit aliquam dispositionem, scilicet gratiam: libertas autem a miseria superaddit aliam dispositionem, scilicet uel innocentiam, uel gloriam, ratione quarum dispositionum habet opposita diuersis. Sic & immortalitas gloriae superaddit ultra immortalitatem innocentiae: sicut dispositio, quae est necessitas supra dispositionem, quae est congruitas. **AD ID** quod obiicitur, quod immortalitas dicit conditionem uitae, siue statum. Dicendum, quod uerum est, sed non principaliter: imo principaliter dicit potentiam corporis contentiuam, sicut praedictum est: & ideo ratio illa non cogit. **AD ULTIMUM**, scilicet licet auctoritatem Magistri iam patet responsio. Quod enim dicitur, quod sit alia, & alia: aut intelligitur hoc esse dictum: quia est altera & altera: aut intelligitur esse alia, & alia: non quantum ad ipsam potentiam, quam principaliter importat ipsa immortalitas: sed quantum ad dispositionem superadditam. Et sic patet responsio ad quaesita.

D I S T I N C T I O XX.

De hominis duratione & conseruatione quantum ad
filiorum procreationem.



Ost hac videndum est qualiter primi parentes si non peccassent, filios procreassent, & quales ipsi filij nascerentur. Quidam putant ad gignendos filios primos homines in paradiso misceri non potuisse, nisi post peccatum: dicentes concubitum sine corruptione, vel macula non posse fieri. Sed ante peccatum nec corruptio, nec macula in homine esse poterat: quoniam ex peccato hac consecuta sunt. Ad quod dicendum est, quod si non peccassent primi homines, sine omni peccato, & macula in paradiso carnali copula conuenissent, & esset ibi thorus immaculatus, & comestio sine concupiscentia: atque genitalibus membris sicut ceteris imperarent, ut ibi nullum motum illicitum sentirent: & sicut alia membra corporis alijs admoemus, ut manum ori sine ardore libidinis: ita genitalibus uterentur membris sine aliquo pruritu carnis. Hac enim lethalis aegritudo membris humanis ex peccato inhaesit. Genuissent itaque filios in paradiso per coitum immaculatum, & sine corruptione. Vnde Aug. Cur non credamus primos homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare potuisset, sicut ceteris in quolibet opere sine voluntatis pruritu utimur? Incredibile enim non est Deum talia fecisse illa corpora, ut si non peccassent, illis membris, sicut pedibus imperarent, nec cum ardore seminarerent, vel cum dolore parerent: sed post peccatum motum illum meruerunt, quem nuptiae ordinant, continentia cohibet. Infirmitas enim pro-na in ruinam turpitudinis excipitur honestate nuptiali: & quod sanis est officium, aegrotis est remedium. Emissi quidem de paradiso conuenerunt, & genuerunt: sed potuerunt in paradiso eis esse nuptiae honorabiles, & thorus immaculatus sine ardore libidinis, sine labore pariendi.

Quare in paradiso non coierunt.

Lib. eo. Cur ergo non coierunt in paradiso? Quia creata muliere? mox transgressio facta est, et eiectione sunt de paradiso. Vel
Cap. 4. quia

D I S T I N C T I O XX.

302

quia nondum Deus iusserat ut coirent, et poterat diuina expectari auctoritas, ubi concupiscentia non agebat. Deus uero non iusserat, quia casum eorum praesciebat, de quibus homo propagandus erat. Ecce expresse habes de modo propagationis filiorum.

De termino translationis illius uitae ad aliam
super caelestem,

De termino uero temporis, quo transferratur ad spiritua-
lem caelestemque uitam, certum aliquid scriptura non tra-
dit. Et ideo ambiguum est, utrum parentes genitis filijs, per-
fectamque humani officij iustitia, ad meliorem statum trans-
ferentur non per mortem; sed per aliquam mutationem: an
partes in aliquo statu uitae remanent, ligno uitae utentes,
donec filij ad eundem statum peruenirent: & sic impleto nu-
mero omnes simul ad meliora transferratur, ut essent sicut
sancti angeli in caelis. De quo Aug. ambigue differit, super
Gen. ita inquit, Potuerunt primi homines in paradiso fi-
lios gignere: non ut morientibus patribus succederent filij;
sed in aliquo forma statu manentibus, & de ligno uitae uigo-
rem sumentibus, & filij ad eundem perduceretur statum, do-
nec impleto numero sine morte animalium corpora in aliam
qualitatem transirent: in qua omnino regenti spiritu deser-
uirent, & solo spiritu uiuificante sine corporeis alimentis
uiuerent. Vel potuerunt parentes filijs cedere, ut per succes-
sionem numerus impleretur, qui genitis filijs perfecta que
humani officij iustitia, ad meliora transferrentur, non per
mortem; sed per aliquam mutationem. Ecce hic habemus de
transitu hominis ad meliora; sed incertum nobis relinqui-
tur, utrum simul transferrentur, an per successiones.

Quales procrearentur filij, an aequè ac primus homo
conditus fuit.

Si uero quaeritur, Quales si non peccasset homo, filios ge-
nuisset: utrum uidelicet sicut ipse primus homo secundum
naturam corporis et usum membrorum perfectus mox con-
ditus extitit, ita etiam eius filij in ipso natiuitatis exordio
perfecti existerent: quia ambulare, & loqui, & cuncta fa-
cere possent? Responderi potest quod filios paruulos nasci

oportebat propter materni uteri necessitatem; sed utrum
mox nati perfectionem stature & membrorum usum ha-
berent, an paruuli & in minore etate constituti uti possent
membrorum officijs, an per interualla temporum eo modo
quo nunc fit, perfectionem stature, & usum membrorum
recepturi essent, auctoritatibus definitum non habemus.

Ambigua Augu. sententia ad proposita.

Lib. de paruu-
lorū ba-
ptismo
primo;
qui a-
lias dici
tur de
peccato
rum me-
ritis, et
remis-
sione in
c. 37. et
Tom. 7

Et super hoc August. ambigue loquitur, Monet nos, in-
quit, si primi homines non peccassent, utrum tales filios es-
sent habituri, qui nec lingua, nec manibus, nec pedibus ute-
rentur. Nam propter uteri necessitatem forte necesse erat
paruulos nasci: sed quamuis exigua pars corporis sit costa,
non tamen propter hoc paruulam uiro coniugem fecit, un-
de & eius filios poterat omnipotentia creatoris mox natos
grandes facere. Sed ut hoc omitam, poterat certe eis præ-
stare, quod multis animalibus prestitit: quorum pulli, quam-
uis sint paruuli, tamen mox ut nascuntur currunt, & ma-
trem sequuntur. Econtra. Homini nato nec ad incessum pe-
des idonei sunt nec manus saltem ad scalpendum habile, &
iuxta se mammis positus nascentes, magis possunt esurien-
tes flere quam surgere: proprieque infirmitati mentis con-
gruit hæc infirmitas carnis. His uerbis uidetur insinuari,
quod filij etiam paruuli officijs membrorum ualent uti.

Aliorum placita ad idem.

Sed cum Augu. sub assertionem de his nihil tradat, non ir-
rationabiliter quibusdam placuit primorum parentum fi-
lios nascituros paruulos, ac deinde per interualla temporum
eadem lege qua & nunc natiuitatem humanam ordinatam
cernimus, stature incrementum, & membrorum usum re-
cepturos, ut in illis expectaretur etas ad ambulandum &
loquendum sicut modo in nobis, quod utique non esset uitio
imputandum; sed conditioni nature: sicut à cibo abstinere
penitus non ualebant, nec tamen illud erat ex uitio; sed ex
nature conditionis.

Oppositio

DISTINCTIO XX. 303
Oppositio quorundam arbitrantium eos posse uiuere
sine alimonia.

Ad hoc autem opponitur, Si non peccarent, non moreren-
tur: sed non peccarent, si non comederent: poterant igitur si-
ne alimonia uiuere. Ceterum, sicut supra diximus, non so-
lum peccarēt, si de ligno uetito ederent: sed etiam, si conces-
sis non uterentur: quia sicut erat eis preceptum non illo li-
gno uti, ita alijs uesci. Præterea contra naturalē rationem
facerent, qua intelligebant de illis esse edendum, quod & na-
turaliter appetebant. Item opponitur. Cum fames sit pœna
peccati, si non peccarent, famen non sentirent: sed sine fame
superfluum uidetur comedere. Vnde putant quidam eos ci-
bis non indignisse ante peccatum: quia nō poterant esurire,
si non peccassent. Ad quod dici potest, quod fames uere defe-
ctus est, & pœna peccati. Est enim immoderatus appetitus
edendi, cui non subiaccisset homo, si non peccasset: sed pro-
culdubio peccaret, nisi hunc defectum cibo præueniret. Ha-
bebat enim naturalem appetitum & moderatum, cui ita sa-
tisfaciendum erat, ne defectum famis sentiret. Sicut ergo
non ex uitio, sed ex nature conditione erat, quod ante pec-
catum homo cibis indigebat: ita non ex uitio esset: sed de na-
tura, si hominis conditio in principio suo, id est, in primo pa-
rente perfecte inchoata, in subsequenti propagatione a mo-
dico ad maiora proficeret: ut scilicet per interualla tempo-
ris stature corporee incrementa, usumque membrorum
susciperet.

Utrum sicut statura corporis, ita etiam sensu mentis par-
uuli per accessum temporis proficerent.

Et cum de corpore humano non sit absurdum uel incon-
ueniens hoc existimare, quæri solet utrum de sensu animæ
& cognitione ueritatis eodem modo sentiendum sit: ut scili-
cet hi qui sine peccato nascerentur, sensu & intelligentia
mentis imperfecti existerent, & per accessum temporis in-
his proficerent usque ad perfectionem: an mox conditi per-
fectionem sensus, & cognitionis perciperent. Illi qui sentiunt
paruulos natos, in statura corporis & usu membrorum
per accessum temporis profecturos, non diffitentur eodem

in exor-

in exordio natiuitatis sensu imperfectos existere, & per interuallum temporis in sensu & cognitione proficere usque ad perfectum.

Contra superiorem sententiam oppositio quorundam.

Respon-
sio. Ad quod quidam opponunt dicentes, Si mox nati non haberent perfectionem sensus & intelligentiæ, ignorantia in eis esset. Ignorantia autem peccati est pœna. Sed qui hoc dicunt, non satis diligenter considerat: quia non omnis qui aliquid nescit uel minus perfecte aliquid scit, statim ignorantiam habere siue in ignorantia esse dicendus est: quia ignorantia non dicitur, nisi cum id quod sciri & non ignorari debet, nescitur. Talisq; ignorantia pœna peccati est, cum mens uitio obscuratur, ne cognoscere ualeat ea que scire deberet.

De hominis translatione in meliorem statum.

aug. de
si. c. 1.
1. p. 2.
c. 5.
or. Talis erat hominis institutio ante peccatum secundum corporis conditionem. De hoc autem statu transferendus erat cum uniuersa posteritate sua ad meliorem dignioremque statum, ubi celesti & æterno bono in celis sibi parato fruere. Sicut enim ex duplici natura compactus est homo ita illi duo bona conditor a principio preparauit: unum temporale, alterum æternum: unum uisibile, alterum inuisibile; unum carni, alterum spiritui. Et quia primum est quod est animale, deinde quod est spirituale, temporale ac uisibile bonum prius dedit. Inuisibile autem & æternum promisit, & meritis quærendum proposuit. Ad illius autem custodiam quod dederat, & ad aliud promerendum quod promiserat, naturali ratione in creatione animæ hominis indita, qua poterat inter bonum & malum discernere, præceptum addidit obedientiæ: per cuius obseruantiam datum non perderet, & promissum obtineret, ut per meritum ueniret ad præmium.



VPRA egit Magister de duratione immortalitatis, in hac parte agit de procreatione posteritatis. Vel aliter, & in idem redit. Supra egit de conseruatione indiuidui: hic agit de conser-

uatione speciei, quæ quidem est per filiorum procreationem. Diuiditur autem hæc pars in tres partes. In prima determinat, qualiter primi parentes filios procreassent. In secunda determinat, quales filii nascerentur. ibi.

Si

Si uero queritur, quales si non peccassent, &c.) In tertia breuiter epilogat, que primo determinata sunt. ibi. *Talis erat hominis institutio, ante peccatum, &c.)* Prima pars habet duas. In prima determinat de modo generationis. In secunda de tempore translationis. ibi. *De termino uero temporis, quo transferrentur &c.)* Similiter secunda pars principalis habet duas. In prima determinat, quales nascerentur filii quantum ad corpus. In secunda, quales nascerentur quantum ad animam. ibi. *Cum de corpore humano non sit absurdum, &c.)* Aliarum partium subdiuisiones, & contentia manifesta sunt in litera. *Diffinitas enim prona in uinam, &c.)* Contra. Ex hoc uidetur, quod non possit actus ille sine peccato, & turpitudine exerceri. Sed contra hoc est: quia omnis actus, qui est in præcepto potest fieri sine peccato: ergo & coitus. *Respon.* Dicendum, quod hic non dicitur de turpitudine, que sonat in culpam, sed que magis sonat in pœnam: uel si de illa intelligitur, tunc nuptiæ ita excipiunt pronitatem carnis, quod actus ille absque omni peccato potest fieri: unde quod dicit Magister, quod nuptiæ ordinant actum illum, non est intelligendum ratione ordinationis, que fit in actu illo: sed que inesset, nisi esset matrimonium: de hoc autem diffusius agitur in Quarto in tractatu de Matrimonio. *Potuerant in paradiso eis esse nuptiæ honorabiles.)* Contra. Videtur, quod similiter sint honorabiles in statu ecclesiæ cum sit sacramentum magnum, sicut dicit

cit Apostolus Ephe. v. cum etiam approbentur a iure naturali. Si tu dicas: honorabilitas nuptiarum attenditur quantum ad actum illum, tunc queritur, Quare magis actus ille honestus, & castus, fit cum pudore, quam alius actus, in quo est culpæ deordinationis: magis enim uerecundatur quis de actu illo honeste, & caste facto, quam de alio actu inordinato, utpote cognoscere uxorem, quam percutere seruum. *Respon.* Dicendum, quod est loqui de nuptiis quantum ad signatum, & quantum ad fructum, & quantum ad actum: & quantum ad hæc tria honorabiles erant in paradiso: in statu uero miseriæ, quibus sint honorabiles quantum ad signatum, & fructum, habent tamen pudorem annexum quantum ad actum, quia omnis homo utens ratione, actum illum erubescit exercere coram aliis, etiam cum propria uxore. Rationem autem huius assignat Augustinus in decimo quarto de Ciui. dei. Quia cum ratio deberet dominari corpori, magis erubescit, quod ipsa subiiciatur alicui parti corporis: & quod aliqua pars corporis dominetur ei, quam quia ipsa inordinate dominetur ei: ideo magis uerecundatur de ardore libidinis, quæ est in actu illo, quam de perturbatione furoris, quæ est inconuitiando seruo. *Nondum Deus iusserat, ut coirent.)* Hoc uidetur esse falsum: quia dicitur Gene. i. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Constat, quod hoc dictum est quantum ad actum generatiuus: ergo &c. Iuxta hoc queritur, si mandatum illud omnes obligat, quod

Cap. 16
Tom. 5

Dub. 3

Dub. 2

quod si sic uideatur, quod transgressi sunt; quia non coierunt in statu innocentiae. Si non: ergo uidetur, quod poterat continere seruare uirginitatem. Item. Quaero, utrum illud mandatum maneat adhuc, quod si manet: ergo non licet alicui seruare uirginitatem, quod est contra Apostolum, qui dicit. i. Cor. viii. Volo uos omnes esse sicut ego sum loquitur de castitate. Si non obligat modo, Quaero, quando reuocatum est. Videtur etiam, quod modo fiat melioris conditionis homines, quam tunc, quia modo possunt seruare uirginitatem; tunc autem non poterat. Resp. Dicendum, quod illud mandatum datum fuit uiro, & mulieri in statu innocentiae; sed cum esset mandatum affirmatiuum non obligabat ad semper; sed pro loco, & tempore: determinatio autem temporis dependebat ex relevatione diuina uoluntatis, quam quia Deus nondum eis reuelauerat: ideo dicit Magister, quod nondum iusserat. Ad illud quod quaeritur utrum illud mandatum fuerit reuocatum. Dicendum, aliter obligabat: tempore naturae institutae, aliter nunc: tunc enim omnes obligabat: quia omnibus erat in officium: nunc autem non obligat omnes pro eo, quod sunt muti qui sufficiunt illud implere aliis consilium uirginitatis seruantibus. Hoc autem consilium competit statui naturae lapsae: non autem naturae institutae; quia tunc cum nulla esset pronitas, non esset maior uirtus continere, quam nubere, & oēs ad cultum Dei generarent: nunc autem propter difficulta-

tem omnino continere magnae uirtutis est, & dignitatis. Et sic patent ea, quae obiiciuntur.

Impleto numero, & c.) Videtur haec positio esse inconueniens. Primum, quia magnum dispendium esset parentibus: si tanto tempore gloria eorum differretur, quousque electorum numerus impleretur. Et iterum. Si spes, quae differtur affligit animam: uidetur, quod in eis esset aliqua afflictio. Rursus. Est numerus electorum futurus sic in magna multitudine, quomodo possent omnes homines intra paradisi spatium contineri: hoc non uideatur esse probabile. Si tu dicas, quod propter hoc parentes transferrentur absque aliis, & glorificarentur: hoc non uidetur conueniens, quia ad magnitudinem Dei spectat, omnes simul glorificari, sicut faciet in die iudicii in resurrectione generali. Et dicendum breuiter, quod ista secunda opinio probabilior est, sicut dictae rationes ostendunt. Nec obstat illud de simultate glorificationis: hoc enim magis est propter iudicium, & resurrectionem corporum (quam decet esse simul) quam propter beatitudinis collationem. Huius ratio expressius habet in Quarto, in tractatu de resurrectione.

In illis expectaretur aetas & c.) Hanc de paruulis primorum parentum opinionem uidetur Magister approbare. Sed contra hoc est uerbum Aug. praecedens paulo ante hoc: dicit enim sic, In firmitati mentis congruit haec infirmitas carnis. Item si natura humana potentior, & nobilior est, quam brutalis: & quorundam animalium

Dub. 4.

Dub. 8.

maliū fetus statim quando nascitur possunt ambulare: multo fortius uidetur, quod filii hominum. Respon. Dicendum, quod magister nullam istarum opinionum intendit asserere: et dubium est, utrum sic, uel sic esset: nihilominus tamen hanc opinionem approbat tanquam probabiliorē, quae dicit: Paruulos paulatim proficere, & crescere ad usum membrorum. Nec hoc dicit sine ratione. Teneritudo enim membrorum debetur proli hominis propter bonitatem complexionis, & congruentiam naturae, quae procedit a debiliore complexione ad fortiorem: unde paruuli habent teneriora membra, quam adulti. Processus autem in incremento non esset miraculosus, sed naturalis, etiam tempore naturae institutae: & ideo rationabiliter Magister hunc modum dicendi magis approbat. Verbum autem Augustini praecedens intelligitur de infantia ratione incommodorum, concommirantium eam, non ratione imperfectionis membrorum. Ad illud, quod obiicitur de illis generibus animalium, non ualet: quia alterius sunt complexionis, & organizationis.

Dub. 6 Per interuallū temporis in sensu, & c.) Contra. Videtur falsum quod hic dicit de paruulis: cum enim anima rationalis senescit in tempore, non uidetur secundum conditionem temporis alterari: ergo uidetur, quod processu temporis non efficeretur magis sciens, cum non haberet in scientia per tempora alterari. Item. Deus fecit animam Adae perfectā scien-

tia: ergo pari ratione fecisset animam filiorum, si ipse stetit. Respon. Dicendum ad hoc, quod haec est probabilior positio, quod aliquo modo per interualla temporum in sensu, & cognitione profecissent. Anima enim dum est in corpore complexionem corporis imitatur. Et quoniam infantia est mollis, & fluida complexio cerebri: ideo non potest ibi esse fortis impressio specierum, nec fortis conuersio super illas. Vnde sicut facies non relucet in aqua mota: sic paruuli non essent idonei statim ad usum cognitionis. Quod ergo obiicitur, quod anima non alteratur in tempore: uerum est quantum est de se; sed ratione corporis, cui coniungitur, quod crescit, et in tempore fortificatur. Ad illud uero quod obiicitur, quod haberet habitum. Dicendum quod et si haberet scientiam: quantum ad habitum non tamen haberet quantum ad actuale considerationem propter organi ineptitudinem, sicut etiam non habent dormientes. Vnde sicut paruuli baptizati dicuntur habere uirtutes in munere, non in usu, uel in actu: sic intelligendum est paruulos illos scientiam habuisse, & post modum complexione facta habili ad considerandum, statim essent in actu considerationis sine penuria, et labore; et potissimum uerum esset in eis illud uerbum Philosophi, quod dicit, quod in sedendo, et in quiescendo fit anima prudens, et sciens: cum sensio, et quies dicatur contra motum, et fluxibilitatem complexionis.

7. Phj.

Præceptū addidit obedientie etc.)

Dub. 7. Queritur, quare dominus addidit præceptum super præceptū: & quare tot fuerunt præcepta, quæ homini dedit: & iterum, quare præceptum obedientiæ, siue disciplinæ potius fuit negatiuum quàm affirmatiuum. Respondendū est ad hoc breuiter, quod tria dominus fecit eis præcepta in principio. Vnum scilicet quod fuit. Crescite, & multiplicamini. Aliud fuit. De ligno paradisi comedite. Tertium fuit. De ligno scientiæ boni, & mali nolite comedere. Numerus autem, & sufficiencia istorum præceptorum potest sumi dupliciter. Vno modo sic. Quoddam. n. est præceptum, quod ordinat ad Deum: & istud fuit præceptum obedientiæ. Quoddam, quod ordinat ad proximum: & illud fuit præceptum de multiplicando genere. Quoddam, quod ordinat ad seipsum: & hoc fuit præceptum de comestione. Secundo modo sic. Vt quoddam præceptū respiciat corpus: & hoc est præceptū de comedendo. Quod respiciat animā: & hoc est præceptum de abstinendo, quod est obedientiæ meritum. Quoddam coniunctum; & hoc est præceptum de consimili multiplicando. Præceptum autem disciplinæ fuit negatiuum, ut facilius esset eius obseruantia, & homo non posset de transgressione, uel uel omissione habere excusationem. Et in hoc terminatur totalis illa pars huius Libri, quæ est de hominis constitutione.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An in statu innocentie fuisse sexuum commixtio?



D intelligentiam huius partis, quæ est de procreatione liberorum in statu innocentie, quædam incidunt dubitabilia. Et primo queritur, utrum in statu innocentie fuisse sexuum commixtio. Secundo, utrum in illa commixtione esset femininum decisio. Tertio, utrum in illa femininis decisione esset delectationis intensio. Quarto, utrum in illa commixtione esset integritatis corruptio. Quinto, utrum in omni coitu esset prolis generatio. Sexto, utrum æqualis esset per generationem masculorum, & foeminarum multiplicatio.

Circa quam sic proceditur, & ostenditur: quod & si homo stetit facta esset sexuum commixtio. Primo per textum Gen. 1. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Sed uir non indigebat adiutorio mulieris, nisi quantum ad actum generationis: nec poterat simul aliquem generare, nisi simul commisceretur: ergo &c. **ITEM.** Aug. 14. de ciuitate Dei. Quisquis dicit non coituros non generaturos homines, nisi peccassent, quid aliud dicit nisi propter numerositatem sanctorum, necessarium fuisse peccatum: ergo si hoc est inconueniens ponere, etiam si homo non peccasset, uir, & mulier per commixtionem sexuum generaret. **ITEM.** Distinctio sexuum non est nisi propter generationem: sed in primaria sui conditione

RESOLVTIO.

ditione distinctio fuit in humana specie: sicut in aliis: ergo si sexus distincti ad unum effectum non concurrunt, nisi commisceantur, uidetur, quod si homo stetit, uir & mulier commisti essent. **ITEM.** Vir habuit uirtutem generatiuam: sed planum est, quod intra prolem se concipere non poterat: cum nec haberet locum, in quo foetus uegetaretur, nec uiam, per quam egrederetur: ergo uidetur, quod ad hoc, quod generaret, necessarium erat sibi cum muliere commiscere, & conuenire.

SED CONTRA. Aug. de bono coniugali. Nuptiæ non nisi mortalium esse poterunt: constat hoc dictum esse quantum ad commixtionem sexuum: si ergo manente statu innocentie homo poterat non mori: ergo nec mulieri poterit commisceri. **ITEM.** Dam. Poterat Deus genus hoc absque generatione multiplicare, si homo mandatum suum seruasset usque in finem: ergo uidetur, quod si stetit, quod uir mulieri commisceri non habere, nec filium procreare. **ITEM.** Ad hoc data est uis generatiua, ut quæ non possunt continuari in se, conseruentur in suo simili: sed homine stante in perpetuum continuari posset: ergo non uidetur, quod homo generaret. **ITEM.** Commixtio sexuum est opus carnale: sed primi parentes, cum essent spirituales, non erant dediti operibus carnis, nec impediabantur a quiete contemplationis: ergo non uidetur, quod natura stante haberent in se simul commisceri.

Cum generatio non minus in hoc statu, quàm in illo est de perfectione nature, & de complemento ciuitatis supernæ fuisse; non magis nunc, quàm tunc futuram commixtionem sexuum arbitrandum est.

RESPONDEO. Dicendum, quod in statu innocentie absque dubio homo haberet generari ex homine: & hoc attestatur auctoritati scripturæ, & iudicio rationis rectæ. Dicitur enim hominibus in statu innocentie, sicut scribitur Gen. 1. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Et alius Textus dicit. Mulierem in adiutorium uiri esse factam. Rationi etiam rectæ hoc consonat, quæ dicit potentiam generandi spectare ad complexionem nature: usum uero generationis ad complementum, & perfectionem ciuitatis supernæ. Et quia in statu innocentie natura perfectior erat, quàm in statu uitæ, & si homo stetit, superna ciuitas suorum ciuium numerositate nequaquam fraudata esset: ponendum est, quod homo in statu innocentie generare poterat, & genuisset. Et quia nec uir per se, nec mulier per se sufficeret ad generandum: ideo per commixtionem fieret coniunctio unius ad alterum, & mutuum sibi præberent auxilium in procreatione prolis ad multiplicandum genus humanum. Et ideo concedenda sunt rationes ostendentes, quod si homo stetit, & esset generatio, & sexuum commixtio.

AD ILLUD autem, quod primo obicitur in contrarium de uerbo August. in Lib. de Bono.

cōiugali. Dicitur quod mortale non uocatur ibi, quod habet necessitatē in moriēdo: sed mortale dicitur generaliter pro uita animali, in qua sola potest fieri gñatio, quia in ea solū potest fieri decisio, & restauratio: & quia hæc immortalitas esse poterat in statu innocētię, quamuis non in statu glorię: ideo patet illud. Ad Illud, quod obiicitur de uerbo Dam, Dicendum, quod Dam non uult dicere, quod non esset generatio, si hō stetit: sed quod non esset per eū modū, per quē est modo, scilicet, cū libidine, & fœditate. Pręterea ipse non dicit, quid deus faceret, sed quid facere posset. AD ILLVD, quod obiicitur, quod ideo data est uis generatiua, quod perpetuētur corruptibilia. Dicēdū, quod illa non est rō tota, imo ratio præcipua: & secūdū fidē, quę ignorauit Philosophus, est propter multitudinē numeri electorū, quā Deus sic disposuit facere successiue propter congruentiā multiplicē, sicut supra tactū est: tū uidelicet propter diuinę glorię manifestationē, tum et propter hominū maiorem cōiūctionē, ut magis adinuicem se diligeret, tum et propter uniuersi decorem, & perfectionē: quę non solummodo attenditur secūdū esse permanens, imo et secundum esse decurrēs: decursus autem in rebus irrationalibus debet esse secundum ordinem, & exigētiam ad res rationales, propter quas factę sunt. AD ILLVD, quod obiicitur, quod commissio sexū est opus carnale. Dicendum, quod caro uno modo sonat in uitium sicut illud Gal. quinto. Caro cō-

cupiscit ad uersus spiritū. Alio modo caro dicit naturā, sicut illud Eph. v. Nemo carnē suam odio habuit. Et sic carnale potest dici dupliciter: uel a carne secundum quod dicit naturam, uel a carne secundum quod dicit uitium: & hoc ultimo modo in primo statu sexuum cōmissio non esset carnale opus, eo, quod non esset ibi uitiositas: esset tamē opus carnale, secundum quod caro sonat in naturam: & nihilominus esset spirituale opus, quia natura, & opus nature concordat spiritui & gratiæ.

QVÆSTIO II.

An in commissio sexuum in statu innocētię fuisset seminum decisio?

VT RVM in illa commissio- ne esset seminum decisio. Et quod sic uiderur. Generare est de substantia sua aliquē producere: sed nemo producit aliquem de substantia sua, nisi det ei partem substantię suę, cū dare totam non possit, nisi solus Deus: partē autem substantię non dat nisi decidēdo a se: ergo &c. ITEM. Filius a patre, & matre generatur, non tantum effectiue, sed etiam materialiter: sed quando cūque aliqua duo sunt materia unius, necesse est ea ad inuicē uniri, & cōmisceri secundū se totū, uel scđm aliquid sui: illud autem, in quo uniuntur non solum habet rationem materialis, sed etiam effectiui, & tale uocamus semen, igitur si homo stetit, generatio nihilominus esset per cōmissionem seminum. ITEM. Vir ex suo coitu mulierē fecundaret: sed hoc non esset, nisi aliquid impartiret mulieri: sed

Hinc D. Tho. 1. 2. q. 98. ar. 1. 4. c. 22. q. 2. ar. 1. tenet quod commissio non soluitur per tota literarum gñationem in eo statu ut et habeatur. q. 4. h. 1. em. dis.

sed constat, quod non impartiretur necessarium, quia natura illud sibi reseruat, ergo impartiretur alimenti superfluū, & hoc est semen: ergo fieret seminum cōmissio. ITEM. A primaria conditione habuerunt uir, & mulier uasa susceptibilia, & idonea ad humoris seminarij generationem, & decisionem, & cōmissionē: & illa sunt, quę sunt organa uirtutis generatiuę: ergo in generatione prolis naturale est semen descendere, ergo si homo gñaret tunc, secundū quod cōpetebat nature, in statu innocētię fuisset cōmissio seminum. SED CONTRA. Semen est superfluum nutrimenti; ubi cūque autem est superfluitas, ibi est uitiositas, sed in natura instituta non erat uitiositas: ergo nec superfluitas: igitur nec humor seminarius. ITEM. Semen est superfluitas tercię digestionis: sed si homo stetit, non esset in eo superfluitas secundę digestionis, utpote stercus, & urina: ergo nec superfluitas tercię. Prima patet per Philosophum: secunda manifesta est, quia illę superfluitates nunquā sunt sine fœditate, & ignominia: ergo si fœditas, & ignominia non sunt in homine, nisi per culpā, nullo modo esset in eis talis superfluitas. ITEM. Si esset in eis semen, aut esse conueniens proprię complexionī, aut non. Si non: ergo non uideretur, quod de eo deberet, uel posset proles generari. Si sic: sed natura naturaliter tenet, quod est sibi conueniens: & si expellit, hoc non est per naturam, sed per uolentiā: ergo si in statu innocētię homo

hominem generaret non uolēter, sed naturaliter, uideretur, quod in generatione semen non emitteret. ITEM. Actualis decisio partis a parte est uia ad corruptionē: sed hō in statu innocētię ad corruptionē non tendebat: ergo generādo semē non descendebat.

RESOLVTIO.

Pręterea, cū masculus & femina respectu prolis se habeat nedum per modum efficientis, sed & materialis.

RESPOND. Dicendum, quod cum generatio prolis quantum est de ordine, & potestate nature habeat fieri per coniunctionem, & cōmissionem duorum sexuum in hominibus, qui respectu prolis se habent per modum materialis, & efficientis; ita quod ratio materialis plus residet penes mulierem, & efficientis, uel actiui plus residet penes uirum; necesse est ad generationem aliquas particulas tam a muliere quam a uiro decidi, in quibus esset uirtus, & ratio seminalis respectu corporis propagandi. Quia igitur hic est ordo nature non solummodo lapsę, sed etiam institutę: ideo dicendum est, quod in statu innocētię & uir, & mulier per decisionem seminum generassent.

AD ILLVD, quod obiicitur in cōtrarium de seminis superfluitate. Dicendum quod est superfluitas residuitatis, & est superfluitas impuritatis. Superfluitas residuitatis est in semine, & hæc superfluitas necessitatem non excludit, imo idem ipsum, quod necessariū est, est superfluū; sed necessarium speciei, superfluū indiuiduo; necessarium uirtuti generatiuę, sed superfluū nutritiue.

tritruæ: & hæc superfluitas non repugnat bonitati, & cōplexioni naturæ, quia nō sonat in uirtutē, sed in cōplementum. Est & alia superfluitas impuritatis, sicut stercus, & urina, defluxio rheumatis, & emissio sudoris, & consimilia: & hæc est in duplici dīa. Quædā uenit ex debilitate uirtutis contentiuæ, & conuersiuæ, sicut sudor, & rheuma: & talis non fuisset in Adā, propterea quia uirtutes naturales in ipso erant in suis operationibus efficaces. Alia uero est, quæ uenit ex nutrimenti qualitate, & nutrimentī puritate, & hæc fuisset in Adā: qualis est superfluitas egestionis, & urina, quæ sunt p̄ separationē puri ab impuro: ut illud, quod purum, & idoneum est assumatur in alimentum: illud uero quod est minus idoneū, abiiciatur exterius, licet non eū tanto fœtore, & fœditate, sicut nunc: & hoc satis indicant uasa, & intestina, & uoramina quæ sunt homini a sua prima conditione naturaliter deputata. ET PER hoc patet r̄sio quasi ad oīa obiecta. Nā primū quod obiicitur, quod ubi est superfluitas, ibi est uitiōsitas, nō ualet, quia non habet ueritatem de superfluitate residuatis, qualis est superfluitas feminis. SECVNDVM autē, quod obiicitur, quod superfluitas secundę digestionis est cum fœditate, & ita cum pœnalitate, similiter non ualet, quia quāuis illa separatio puri ab impuro sit in nobis cū fœditate, in istis esset sine aliqua fœtoris corruptione in attestationem uirtutis potentie conuersiuæ, & puritatis nutritiuæ. SIMILITER tertium

non multum cogit: quia semen cum sit superfluum nutritiuæ, est necessarium generatiuæ: & non cōuenit cum natura, ut saluans ipsam in se, sed ut saluans eā in altero: & ideo natura non appetit sibi illud retinere, sed in alterum transfundere, & quamuis non cōueniat naturæ generantis in se, ut sic est: cōuenit tamen naturæ generati. SIMILITER ultimum non cogit quod dicit: quod decisio est uia ad corruptionem. hoc enim locū habet, ubi est decisio partis necessariæ cum quadam uiolentia, & ubi est decisio sine restauratione: hoc autē non est in seminis decisione, sicut ostensum est. Et ita omnia obiecta possunt solui p̄ distinctionem prius factam, & alia etiam plura media, quæ ad hoc possent adduci.

QVÆSTIO III.

An in statu innocentie in seminum emissionem fuisset delectationis intensio?

VT RVM in illa seminis emissionem esset delectationis intensio. Et quod sic uidetur. Natura bene disposita desiderat superfluum emittere: ergo melius disposita magis desiderat illud emittere: sed natura instituta multo melius erat disposita, quā natura lapsa: ergo uis generatiua multo magis desiderabat semen emittere, quod est superfluum: sed ubi maius est desiderium, ibi in cōplexione multo maior est delectatio: ergo in seminis decisione multo maior esset tunc delectationis intensio, quam sit modo. ITEM. Delectatio est ex coniunctione cōueniens cum cōuenienti, & sensu eiusdē: & ideo dicunt

dicunt naturales, delectationem esse in coitu propter transitum humoris per locum neruosum, in quo maxime uiget sensus: si ergo tanta erat tunc cōuenientia, uel maior, quam sit modo: & sensus tunc magis uigebat, quā modo, uideretur. quod in seminis decisione maior tunc, quā nunc esset delectationis intensio. ITEM. In quaque uirtus cognitiua delectatur in facilitate, & cōplemento suæ operationis: hoc per se uerum est: ergo quanto maior esset cōpletio, & facilitas, tātō maior esset delectatio: sed uis generatiua, in qua uiget sensus tactus, facilius, & cōpletus exisset tūc in actū suum, quā nunc: ergo maior esset ibi delectationis intensio. ITEM. Oculi Adæ plus delectabatur in aspectu lucis, & auditus in auditu sonori, quā aspectus, uel auditus hominis lapsi: ergo pariter in gustu, & tactu appositio sibi cōuenienti, multo plus haberet delectari: ergo cū cognouisset uxorem, uel cū cōmedisset, maiorem delectationem habuisset.

SEDCONTRA. Aug. dicit de ciui. dei quod si hō non peccasset, sic mēbra genitalia applicarentur adinuicem, sicut modo applicatur manus ori: sed in applicatione manus ad os, aut nulla, aut modica habetur delectatio: ergo pari rōne uidetur, quod nec in contactu illorū membrorū. ITEM. Si tanta esset delectationis intensio tunc, quāta est nūc, cum mō sit deordinatio in actu generandi p̄ delectationis intentionem, tunc fuisset generatiua deordinata: ergo non esset

generatiua instituta, sed destituta. ITEM. Si in actu illo natura stante, esset delectationis intensio, cum fortificata una uirtute, minoratur usus alterius, uidetur, quod sicut nunc in illo opere absorbetur usus rationis, ita & tunc: sed hoc non potest esse sine hominis subuersione: ergo non esset natura ordinata, sed inordinata, & subuersa. ITEM. Si tāta esset tunc delectatio in præsentia, & coniunctione sexuū, quāta est nunc: ergo similiter tātus esset appetitus in absentia, quātus est nunc: sed uehementia appetitus, & desiderii excitat pruritus, & pruritus uehementia facit membra illa inobedientia rōni, & repugnantia: ergo in statu ante lapsum esset pugna, & controuersia, quod est contra omnes sanctos, & contra fidem sinceram. Restat ergo, quod tempore naturæ institutæ in sexuū commistione non erat delectatio intensa.

RESOLVTIO.

Fuisset quidem & tunc: sed non quāta nunc, propter indebitū modū.

RESP. Intelligēdum est hic duplicem modum esse dicēdi. Quidam. n. dicere uoluerunt, quod tanta uel maior erat delectatio tūc, quāta nunc: & tamen non erat immoderata. Tanta erat p̄ naturalis uirtutis perfectionē: immoderata non erat p̄ inferiorum uirtutum subiectionē. Ratio enim dominabatur illi delectationi, & eā deferebat in suū finem: & ideo non absorbebatur, nec erat ibi repugnantia. Et per hoc uolunt soluere obiecta. Est & alius modus dicēdi qui magis concordat uerbis Augu.

& probabilitati rationis. s. q̄ in decisione seminum, & commixtione sexuum, tempore naturæ institutæ aliqua fuisset delectatio: moderata tamē, & mensurata, secundū q̄ exigebat hominis reſtitudo, & sc̄m q̄ eā uolebat reſperare ratio hominis: & ideo nō erat tanta, quāta est modo. Nunc enim, quia uirtus illa maxime exiuit rationis imperium, dum ratio amisit originalis iustitiæ uinculum, & retinaculum, per quod imperabat uiribus inferioribus: ideo laxatis sibi habeatis, toto impetu, & conatu se præcipitat in delectabile sibi oblatum: non propter intensionem uirtutis mouēris: sed propter defectum uirtutis retardatis. Vnde sicut equus lasciuus rupto frænō uelocius currit, & impetuosius, q̄ cum infrenatur, & detinetur a suo seſſore, licet non habeat maiorem uirtutem: sic & in proposito intelligendū est se habere: & hoc est quod dicit Aug. de ciui. Dei. Nuptiæ illæ dignæ felicitate paradisi (si peccatum non fuisset) & diligendam prolem gignerent, & pudendam libidinem non haberēt. Et ideo concedendæ sunt rationes ostendentes, q̄ non esset tunc tāta delectationis intensio, quāta est nunc, cum modo tanta sit ut modum, & ordinem debitū non obseruet.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur in contrarium, q̄ natura desiderat emittere superfluitatem. Dicendum, quod uerum est: sed illud desiderium habet terminū, & limitē, & in natura instituta illū terminum nō exiret: nunc autē exit, & rō prius ta-

ta est. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ delectatio uenit ex cōiunctione conuenientis cum conuenienti, & sensu eiusdem. Dicendum, q̄ nō tantum uenit ex cōiunctione, sed etiam ex uirtutis conuersione super delectabile: in statu autē naturæ institutæ, & si esset cōiunctio conuenientis cum conuenienti, & sensus: non tamen tanta esset uirtutis incuruatio, & inclinatio quanta est modo: & ideo non esset tā improba, & tam intensa delectatio. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ uirtus delectatur in completionē, & facilitate sui actus. Dicendum, q̄ uerum est: sed tamē adhuc ista delectatio terminum præfixum debet habere, & haberet utique si homo stetisset. Et qm̄ illum merito peccati egreditur, hinc est, q̄ amplius delectatur, quāuis delectationis materia non sit maior. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ amplius delectaretur homo in sensu uisus & auditus. Dicendū, q̄ uerum est de delectatione naturali, sed nō est uerum de delectatione curiositatis. Nec est simile de delectatione, quæ est in uisu, & quæ est in tactu, quoniā uisus delectatur in obiecto; quod est nobile, & magis accedit ad naturā spiritualet, similiter & auditus: & ideo in beatis delectatio uisus potissime intenditur: tactus uero delectatur in re magis grossa, & materiali: & ideo intensio suæ delectationis magis repugnat statui spirituali, & magis reddit hominem carnalem, & animale, qualis est homo in statu miseriar. Et sic patet quod illud non est simile.

Ad

QVAESTIO IIII.

An in coitu pro statu innocentia fuisset integritatis corruptio?

VT RVM in illo coitu esset integritatis corruptio. Et q̄ non uidetur primo per Aug. 14. de ciui. dei. Sine ulla corruptione integritatis infunderetur maritus gremio mulieris: ergo uidetur, q̄ si homo stetisset, nulla esset integritatis corruptio. ITEM. Vbi est corruptio integritatis in re habente sensum, est passio, & dolor: quia dolor est sensus diuisionis partiū, sicut dicit Philosophus: si ergo in actu illo fuisset integritatis corruptio, cū esset in re habente sensum, nihilominus esset per consequens doloris passio: sed hæc passio nō poterat esse in natura stante: ergo nec integritatis corruptio.

ITEM. Vbi est corruptio integritatis, ibi est amissio uirginalis dignitatis: sed si homo stetisset, in actu illo non fuisset alicuius dignitatis amissio: ergo nec integritatis uiolatio. ITEM. Corruptio integritatis est principium destructionis disponēs ad mortem: immortalitas enim integritatē dicit, & priuat corruptionē: si ergo statu illo manēte tā uir, q̄ mulier erāt immortales: ergo integritatem per corruptionem aliquā non poterant perdere.

SED CONTRA. Impossibile est semen suscipi, & emitti, nisi per apertionē uiarū: sed in actu generationis fuisset sexuū, uel seminum cōmissio: ergo fuisset & uiarum apertio: si igitur in apertione uiarū integritatis uirginalis est uiolatio: igitur &c.

ITEM. Quamuis naturalia sint deteriorata, nō tamen sunt abla-

ta: ergo sicut medo cōmiscetur maritus uxori, ita & tūc: sed nūc non potest cōmisceri sine corruptione integritatis: ergo nec tūc. ITEM. Quod aliqua uirgo concepit, hoc est miraculū, & propriū solius matris Xpi: si ergo miraculū est supra naturā, & contra naturā, ut q̄ natura stante, nulla mulier posset concipere uirginitate manente, & corporis integritate, ITEM. Mulier non posset parere salua uirginitatis integritate, q̄a fetus non posset nisi per apertam portā exire: exire. n. per ianuā clausam hoc est solius propriū Christi, & naturæ impossibile: si ergo esset integritatis corruptio in partu, pari ratione & in conceptu.

RESOLVTIO.

Fuisset, sed sine penali passione, aut sc̄da delectatione.

RESPON. Dicendū, q̄ proposita quæstio plus habet curiositatis, quā utilitatis: q̄a tñ habet ortum ex uerbis Aug. ideo introducta est maxime ppter explanationē illius uerbi, quod dicit, q̄ maritus commisceretur uxori sine ulla corruptione integritatis, quod quidem non uē esse intelligibile: si enim mulier permaneret integra, nunq̄ esset uiri ad mulierem carnis cōmissio, Propter quod intelligendū est, q̄ integritatis corruptio tria dicit, s. claustrorum apertionē, pœnalē passionē, & sc̄dā delectationē: primū est naturæ, secundū est pœnæ, tertium uero est corruptionis uitiosæ, quæ tenet medium inter culpā, & pœnam. Si igitur uir cognouisset uxorem in tpe naturæ institutæ fuisset ibi claustrorū apertio, sicut ostē-

dunt

dunt rationes secundo inducē, nō tamē fuisset ibi pœnalis passio, ac fœda delectatio, quia uis generatiua nec esset corrupta, nec esset infecta: imo obedirent rōni illa mēbra (sicut dicit Augu.) sicut obediūt os, manus, & lingua: unde sicut manus aperitur, & clauditur, & os aperitur, & clauditur, nec est ibi passio, uel pœna, nec delectatio fœda, sic fuisset ī natura instituta, nec turpius fuisset tūc loqui de istis mēbris, q̄ sit loqui de aliis: nunc enim turpe est loqui propter hoc, q̄ natura horret, & erubescit actum illum ratione fœditatis, quē in ipso consistit.

ET SIC patet responsio ad rationes ad partem oppositā: omnes n. procedunt de corruptione, scđm q̄ corruptio sonat in uiolentiam, & pœnalitatem, & in delectationem, & in fœditatem: et sic minuit dignitatem uirginalem: et hoc patet pertractanti singulas.

QVAESTIO V.

An quotiens tunc coniuncti essent, totiens prolem genuissent?

VTRVM in qualibet coniunctione uiri, et mulieris esset prolis generatio. Et q̄ sic, uideatur. Matrimonium pro tempore innocentie erat solum in officium, non in remediū: sed officium consistit in procreādo prolem: ergo solū ad hoc erat: si ergo uir, et mulier non coniungantur matrimonialiter, nisi pp̄ q̄ erat matrimoniū, uidetur q̄ nunquam cōiuncti essent, quin prolē generarent. **ITEM.** Qui debitum petit in statu naturæ lapsæ, præter necessitatem prolis

procreandæ, peccat saltem uenialiter: ergo ibi nūquam uir peteret debitum præter necessitatem prolis procreandæ, aut si peteret peccaret, & caderet a statu innocentie: ergo illo stato manente nūquam cognosceret uxore, quin ex ea susciperet prolē, cū ibi actus non esset priuatus debita intentione, nec intentio debita sine: priuatio. n. intentionis recte nō est sine culpa: priuatio uero utilitatis intentæ, non est sine pœna: quorum neutrum erat in natura instituta. **ITEM.** Nunquam hō comedisset, quin ex illa comestione sumpsisset refectioem: nec unquam nutritiua in suo actu priuata fuisset proprio effectu: ergo pari rōne generatiua in suo actu nunquam caruisset debito fructu: sed fructus eius ē p̄les; ergo &c. **ITEM.** Nunquam homo seminasset terram, quin ex ea collegisset fructum temporaneū: sterilitas. n. non fuit in terra, nisi propter hominis culpam; ergo si uenter mulieris ita erat alienus a sterilitate, sicut terra tpe naturę īstituta: igitur nunquam mulierem cognouisset, quin ex ea debitū fructum sumpsisset.

SED CONTRA. Vis nutritiua semē administrat generatiuę: ergo cum hō cōtinue nutrireretur, humor feminarius generatiuæ cōtinuē administrabatur: ergo uel oportebat hōiem extraordinarie pollui, uel naturā grauari ex retentione seminis, uel aliquā mulierē cognoscere, q̄ non esset apta generare, utpote quādo prolē h̄ret in uentre: si ergo prima duo mēbra sunt inconuenientia, restat ergo tertium. s. q̄ uxorem

aliquādo cognouisset, quando prolē nō generasset. **ITEM.** Sicut comedere est actus naturalis, ita etiā & coire: sed hō naturaliter appetit comedere nō solū in statu naturę lapsę, sed et institutę: ergo pari rōne naturaliter appetebat coire: sed hō tpe naturę institutę debebat appetitui naturæ satisfacere, cū natura esset ordinata, & ordinate appeteret, alioquin pœnā sentiret: ergo uir, q̄ siue mulier posset cōcipere, siue nō, uir p̄ter necessitatem prolis generandę aliquā mulierē cognosceret. **ITEM.** Ponat, q̄ Adā cognosceret uxore suā p̄gnatē, q̄ro, aut peccaret, aut nō. Si nō: igitur non erat necesse, q̄ in oī coitu generaret. Si sic: **Cōtra.** Sāctius erat tūc matrimoniū, q̄ tēpore naturæ lapsæ, & eque magnę & maioris efficacix: sed nūc pp̄ bonum matrimonii excusatur coitus a culpa, et quādo nulla est prolis generandę necessitas; ergo uidetur, q̄ multo fortius tunc. **ITEM.** Nō erat maior inordinatio in cōtactu illorum mēbrorum, q̄ in admouēdo manū ad os: sed manus admoueri pōt ad os sine aliquo peccato, & præter necessitatem: ergo uidetur, q̄ Adam potuit cognoscere uxorem suam ab s̄q; p̄tō pp̄ necessitatem prolis generandę.

RESOLVTIO.

Semper tunc prolem uir suscepisset: quia semper ordinate uxorem cognouisset.

RESPOND. Dicendum, quod uir in quolibet actu, quo cognouisset uxorem, suscepisset ex ea prolem. Et ratio huius est, quia congruentia ordinis exigebat, & perfectio uirtutis ad hoc suf-

ficiebat. Exigebat nanque hoc congruentia ordinis duplicis, scilicet uirtutis generatiuæ ad rationem, & utriusque ad suum finem. Vis enim generatiua ordinem habebat ad rationē, ordinē (inquam) perfectæ subiectionis: & ideo in actum nō exibat, nisi secundum q̄ ratio dictabat: ratio autē recta, & ordinata dicitur nulla re esse utendum nisi ad id, propter quod est: & quia uis generatiua data fuit hōi ad prolis multiplicationem, iō recta rō nunq̄ dictaret, & uis generatiua nunquam exiret in actū, nisi pp̄ prolis generationē: hoc enim congrue natura hominis exigebat. Perfectio autem uirtutis aderat, quæ ad hoc sufficiebat, Quia enim uis generatiua in uiro ad generandum erat potens, & sufficiens, nec habebat impedimentum: similiter & in muliere pro suo loco, & tempore: ideo cum ordinate cognosceret uir uxore, semper ex ea prolem susciperet: pp̄ exigentiā duplicis ordinis. & sufficientiā duplicis uirtutis, scilicet generantis, & concipientis, sicut prædictū est. Vnde rationes hoc ostēdentes concedendæ sunt.

AD ILLVD ergo, quod primò obiicitur in contrarium, q̄ nutritiua semper deseruiret generariuæ. Dicendum, q̄ ita esset natura Adæ ordinata, ut nunq̄ de cibo sumeret, nisi ad eo temperate, quod superfluitas tertie digestionis, quę quidem dicitur semen, non esset sufficiēter coadunata, quou s̄que ueniret hora debita generandi. Adā. n. in statu innocentie posse naturæ suæ cognouisset, & sufficientiā ali-

alimenti, & tempus, & horam quando generare debuisset: & ita uiueret modeste, & sobrie, q̄ nec ad superabundantiā, nec ad indigentiam declinaret. AD ILLVD, quod obiicitur, quod naturaliter appeteret coire, sicut comedere. Dicendum, q̄ nō est similes: q̄a actus comestionis est ordinatus ad salutem indiuidui, in quo continue fit deperditio: actus uero generationis ad conseruationem speciei, & multiplicationem similis, quā non oportet continue fieri, sed temporibus determinatis: & ideo nō sic esset appetitus naturalis ad coitū, sicut est ad cibū, nec ita cōtinuus, nec ita frequens. Si. n. in uiris castis ēt tempore naturę lapsa non est sic inclinatio ad coitum, sicut ad cibum, multo minus nec in Adam erat. Quod autem ita intendatur appetitus uis generatiue, hoc potius est corruptionis naturę, q̄ institutionis primarię. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ si cognosceret p̄gnantē, nō peccaret. Dicendum, q̄ p̄gnans non potest cognosci sine deordinatione, uel quę sit, uel quę nō. Et quia in statu innocentie deordinationem timere non poterat, quia non erat ibi titillatio, nec pruritus: ideo si tunc cognouisset, si sciuisset se inutiliter cognoscere, inordinatus fuisset: & ideo peccasset. Nec est simile, quod inducit de matrimonio in statu naturę lapsę; quia nunc non solum est in officium procreandę prolis; sed etiam in re medium uitandę fornicationis, sicut melius in Quarto Libro patebit. AD ILLVD, quod obiicitur, quod non esset ibi maior

inordinatio, quā in admouendo manum ad os. Dicendum q̄ similitudo illa attenditur quantum ad hoc, q̄ utrumque membrorum rationi subiacebat, & utrumque concupiscentię pruritia & ardore carebat: in hoc tamen dissimilitudo est; quia magis oportebat actum illum ad finem debitum ordinare, quā qualēcunque motū manus, uel pedis propter determinationem usus illorum membrorum ad productionem prolis: usus autem manus, uel pedis non est ita determinatus: & ideo non oportet cum tanta deliberatione exerceri.

QVAESTIO VI.

An equaliter mares ac mulieres multiplicati essent; si primi parentes sterisissent?

VTRVM equalis fieret multiplicatio uirorum, & mulierum. Et quod sic, uidetur. Natura sic procederet in generando, sicut Deus eam instituit: sed Deus cum produxit naturam humanam, produxit masculinam, & fœmininam in pari numero: ergo similiter & natura in pari numero multiplicasset. **ITEM.** Generatio hominis non poterat continuari, nisi per masculum, & fœminam: & ita necessaria est ad generationem mulier, sicut & masculus: ergo uidetur, q̄ natura equaliter intēderet utrumque sexum: sed sicut intendebat, ita multiplicabat: ergo &c. **ITEM.** Sicut uir intendit se saluari in simili, scilicet in uiro, quē generat: sic et mulier in cōsimili, scilicet in muliere: sed natura eque bene esset ordinata in muliere, sicut in uiro: ergo

ergo si uir non frustratur sua intentione, similiter nec mulier: igitur quot cōciperet masculos ad conseruationem sexus uirilil, tot conciperet fœminas ad conseruationem sexus muliebris.

ITEM. In statu innocentie sicut quilibet comederet, ita quilibet prolem multiplicaret, cū oībus esset dictum, Crescite, & multiplicamini &c: ergo quilibet haberet uxorem: si ergo matrimoniū requirit, quod sint duo in carne una, tot essent uiri quot mulieres, nec plures, nec pauciores.

1. phy. tex. cō. 81. & 2. de Genera. tio. animal. c. 4. **S**ED Contra. Sicut dicit Philosophus in Lib. de Animalib. Fœmina est uir occasionatus: ergo uidetur esse p̄ter naturę intētionem: sed tempore naturę institutę cū natura esset recta, nihil produceretur p̄ter intētionem ipsius: ergo uidetur, q̄ nulla mulier generaretur, uel saltē pauca: igitur plures essent uiri q̄ mulieres. **ITEM.** Sicut uult

2. de Gen. cor. 59. & 1. phy. tex. 59. Philosophus, Natura semper desiderat, q̄ melius est: sed sexus uirilil perfectior est, & melior, q̄ sexus muliebris: ergo natura magis desiderat generare uirū, q̄ mulierem: si ergo sic produceret secundū q̄ desideraret, plures p̄duceret uiros, q̄ mulieres.

Itē Generatio maris ē p̄pter uigorē uirtutis generantis, & seminis decis; sicut dicūt naturales, & medici: sed in statu naturę institutę uirtus generatiua, & semen decisum completam, & sufficientem haberet uirtutem: ergo semper, uel pluries masculos generari contingeret. **ITEM.** Cū semen uiri p̄dominatur semini mulieris, tunc ad propriam naturam trahit, & conuertit: sed

secundū ordinem naturę masculus potentior est fœmina, ergo natura stante semper, uel pluries uinceret semen uirile: ergo plures generaret natura masculos, quā mulieres.

RESOLVTIO.

Aequaliter cum semper commixti essent congruenter.

RESP. Dicendum, q̄ si homo stetit, equaliter natura multiplicaret uiros, & mulieres. Rationem autem huius facile est accipere a parte finis ad quē; sed difficile est accipere a parte principii a quo. A parte namq; finis ad quem, ratio est in promptu. Cum enim distinctio sexuum esset propter multiplicationem generis humani, & completionem numeri electorum; & illa multiplicatio ad omnes spectaret, & hoc solū secundum legem matrimonii, in qua tantum una erat unius, necesse est, si natura stetit, tot fuisset mulieres, quot uiros, cum nulla mulier careret uiro, & nullus uir careret uxore: nec una esset plurium, nec plures unius. Rationem autē a parte principii effectiui assignare ē difficile; pōt tñ sic inuestigari, descendendo ad principia alterius snie, scilicet naturalis, & medicinę, quarū utraq; famulari habet theologię. Magna est. n. q̄stio apud Naturales, & medicos de distātia gñationis maris, & fœminę: & cū q̄erit quare mō masculus, mō fœmina generatur, triplex rō rededitur a diuersis. Una a parte uasis suscipientis; si enim suscipitur in parte dextra, dicitur, q̄ ibi generatur uir propter fortē calorem, qui ibi uiget; si in parte

te sinistra, sic generari hēt mulier. Secunda ratio redditur ex parte cōmitionis utriusque sexus, scilicet uiri, & mulieris. Si enim prædominatur semē uiri, tunc trahitur ad naturam uiri, & generatur masculus: si uero semen mulieris, tunc trahitur ad suam naturam, & generatur sexus fœmineus. Tertia ratio redditur ex parte uirtutis feminis uirilil. Si enim semen uirile fuerit uirtutis fortis ex cōcursu triplicis caloris, & spiritus in ipso existentis, tūc fit fortior coagulatio, & complexio, & generatur sexus uigorosus, id est masculus. Si autem fuerit uirtutis debilis, tunc fit coagulatio mollior, & fragilior, & generatur ex eo sexus infirmior, scilicet fœmineus. Hæc autem ratio tertio dicta principalior est inter istas tres, nec aliæ habent efficaciam nisi ab ista. Nam, sicut uult Philosophus, principaliter mouens in generatione siue maris, siue fœminæ est semē uirile: & ideo nec semen mulieris proprie habet femini uiri prædominari, nisi hoc dicatur propter debilitatē feminis uirilil, qua accedit ad cōformitatem feminis muliebris. Nec locus matricis facit sexuum diuersitatem principaliter mouens; sed sicut cooperans principaliter mouenti, quæ quidem est fortitudo, uel debilitas in uirtute uirilil feminis. SI AUTEM quæritur, quæ sit ratio diuersitatis in debilitate, & uirtute uirilil feminis, triplex etiam ratio potest reddi. Vna est propter caliditatem, & bonitatem mēbri, a quo fit feminis generatio: & propter quod fit feminis transfusio, ita

quod nec excedit in caliditate, nec declinat ad frigiditatē: tunc enim semen, quod ab illo membro transfunditur, est fortis uirtutis, & uigoris: si autem membrum se habet in opposita dispositione, tunc est uirtutis debilis. Alia ratio potest sumi ex parte exterioris adiutorii, utpote alimenti, & uenti, & temporis, quæ multum faciunt ad uigorationem, uel debilitationē uirtutis. Boreas enim suo flatu uirtutem uigorat, dum eam recludit interius: sed auuster debilitat, dum eam exhalare facit: sic etiam facit cibus, & tempus: & quādo exteriores dispositiones concurrunt, quæ uirtutem habent uigorare, tunc semen est fortis uirtutis: quādo uero sunt in contraria dispositione, tūc semen est uirtutis debilis. Tertia ratio sumitur ex parte animæ. Vis enim generatiua multum conformatur accidentibus animæ, & imaginationibus secundum quod per experimētum patet. nam ex memoria delectationis frequenter fit excitatio pruritus carnis, & ex imaginatione forti in somnis fit effusio feminis, sicut fit ad præsentiam mulieris: & uis formatiua, quæ est præcipua uirtus in femine multū adiuuatur ab imaginatiua, secundum quod exempla ponuntur, & sunt in sacra scriptura, & etiam in medicina, ut patet in ouibus Iacob Gen. 30. Et narratur pro exemplo, quod mulier, quæ nanum aspiciēbat, cum a uiro cognoscebatur, omnes filios nanos cōcipiebat. Inter has autem rationes cū omnes sint bonæ, & faciant ad feminis uigorationem secundum statum

statum naturæ lapsæ, præcipua tamen sumitur ratio ex parte cōplexionis membri: aliæ duæ sunt sicut adminiculantes solum uel impediētes: sed tempore naturæ institutæ, in qua corpus subiectum erat animæ, principalis ratio sumitur generationis maris, & fœminæ a parte uirtutis animalis mouentis, & imaginantis. Cum enim uir intēderet, & uellet generare uirum, tunc uigoretur uirtus naturalis eius in agendo, & esset semen maioris uirtutis, & generaretur sexus uigorosus, siue masculus: quando uero uellet, & imaginatur sexū fœmineum, tunc minus forti impressione ageret in naturam inferiorē corporalem: & tunc semen esset minus forte, & generaretur sexus fœmineus: & ideo in tempore naturæ institutæ generatio maris, & fœminæ subesset uoluntati rationali. Et quoniā ratio dictaret omnia faciēda esse ordinate, & tot producere mulieres, quot uiros: ut quilibet uir haberet adiutorium simile sibi, secundum exigentiam legis matrimonii: ideo tunc uiros, & mulieres produceret in numero æquali: Nunc autem quia generatiua non omnino subest uirtuti animali, id est imaginariæ; nec etiam rationali, licet ei aliquo modo conformetur: sed magis uariatur penes dispositionē mēbri, & exterioris adiutorii: hinc est, quod non est certa determinatio numeri nec in uiris, nec in fœminis generandis: immo quādo credit generare masculum, generat fœminam: & quando credit generare fœminam, generat masculum: & aliqui habent

plures fœminas, aliqui plures masculos. Sic igitur patet, quod si homo stetit, in æquali numero fieret multiplicatio uirorum & mulierum. Vnde rationes hoc ostendentes concedendæ sunt.

AD ILLVD, quod primo obiicitur, quod fœmina dicitur uir occasionatus. Dicendum, quod Philosophus non uult dicere, quod fœmina sit præter naturæ intentio nem: sed quod uirtus naturæ aliquē defectum habet in productionis uiri: ille autem defectus non repugnat ordini naturæ; sed potius saluat. Secundum enim ordinem naturæ, sicut producuntur in eodem corpore quædam membra magis fortia, quædam minus, sic producuntur in eadē specie quædam indiuidua unius sexus, quædam alterius: & ideo licet ille defectus, qui ordinem naturæ corrumpit, utpote est ille, qui est causa defectus mēbri, uel bonæ complexionis, sit præter naturæ intentionem: generatio tamen mulieris nec est præter naturam, nec contra naturam; sed secundum naturam. AD ILLVD, quod obiicitur, quod natura semper desiderat illud, quod melius est. Dicendum, quod non intelligitur, quod semper desiderat melius simpliciter; sed melius in ordine: licet autem sexus masculinus melior sit in se, quā fœmineus, non tamen esset ita sufficienter salus naturæ in solo uirili sexu, sicut in uirili, & muliebri: & ideo natura magis desiderat utrumque, quam alterum solum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod semen uiri prædominatur femini mulieris. Dicendum, quod illa ratio dēt sane, intelligi ad hoc, quod

qualeat: proprie enim loquendo, nunquam semen mulieris prædominatur semini uiri: sed ideo dicitur prædominari semen mulieris, quia semen uiri adeo est uirtutis debilis, quod magis est idoneum ad productionem sexus muliebris, quam uiri: hoc autem potuit esse in statu primo, sicut prædictum est. Et per hoc patet responsio ad aliud, quod obicitur de fortitudine caloris, & uirtutis: gradus. n. ibi fuissent secundum ordinem rationis, & secundum exigentiam finis: ita quod uir aliquando operaretur actione magis fortificata in produ-

ctione uiri, aliquando minus fortificata in productione mulieris. Si quis autem uellet dicere, sicut aliqui existimant, quod mulier semper gemellos conciperet, ita quod dextra pars attraheret, quod est maioris uirtutis de semine ad generationem sexus uirilis, & pars sinistra, quod est uirtutis magis debilis ad generationem sexus feminei, tunc facile esset ad ea, quæ obiecta sunt, respondere. Hoc autem nec de facili probatur, nec etiam reprobatur certitudine rationis: ideo modus soluendi præhabitus uidetur esse magis rationalis.

DISTINCTIO XXI.

De hominis lapsu, seu de peccato primorum parentum, & eorum tentatione.



IDENS igitur diabolus hominem per obedientiam humilitatem posse ascendere, unde ipse per superbiam corruerat, inuidit ei: qui prius per superbiam diabolus fuerat, id est, deorsum lapsus, zelo inuidie factus est sathã, id est, aduersarius. Unde & mulierem tentauit, in qua minus quam in uiro rationem uigere nouit. Eius enim malitia ad tentandum uirtutem timida, humanam naturam in ea parte ubi debilior uidebatur, aggressa est: ut si forte illic aliquatenus praualeret, postmodum fiducialius ad alteram, quæ robustior fuit, pulsandam, uel potius subuertendam accederet. Primum ergo solitariam feminam explorauit, ut in ea primum omnem suę tentationis uim experiretur.

Quare in aliena forma uenit.

Sed quia illi per uiolentiam nocere non poterat, ad fraudem se conuertit, ut dolo hominem supplantaret, quem uirtute superare nequiret. Ne autem fraus illius nimis manifestaretur, in sua specie non uenit, ne aperte cognosceretur, & ita repelleretur: iterum ne nimis occulta foret fraus

eius quæ caueri non posset, ut homo simul uideretur iniuriam pati, si taliter circumueniri permetteret eum Deus, ut precauere non posset: in aliena quidem forma uenire permissus est diabolus: sed in tali, in qua eius malitia facile posset deprehendi. Ut ergo in propria forma non ueniret, uoluntate sua propria factum est: ut autem in forma suę malitię congruenti ueniret, diuinitus factum est. Venit ergo ad hominem in serpente: qui forte si permetteretur, in columbæ specie uenire maluisset. Sed non erat dignum ut spiritus malignus illam formam homini odiosam faceret, in qua spiritus sanctus appariturus erat. Non ergo nisi per serpentem tentare permissus fuit diabolus: ut per illud quod foris erat, astutiam tentantis animaduertere femina quiret. Diabolus enim per serpentem tentabat, in quo loquebatur. Ideoque serpens dictus est esse callidior cunctis animantibus terrę, quia ut ait *Gene. 3* *Aug. s. per Ge. lib. 11. cap. 2.* *Aug. Mali angeli licet superbia deiecti, natura tamē sunt excellentiores omnibus bestijs propter eminentiam rationis: quāuis serpens non rationali anima, sed spiritu diabolico possit sapientissimus dici. Nō ergo mirum si diabolus spiritu suo implens serpentem sicut uates implebat, sapientissimū reddiderat omnium bestiarum: quem tamen ad tentandum nō elegit diabolus, sed per quod animal permissus fuit, tentauit. Unde Aug. super Gene. Non est putandum quod diabolus serpentem per quē tentaret elegerit, sed cum decipere cuperet, non potuit, nisi per quod animal posse permissus est. Nocendi enim uoluntas inest cuique à se, sed potestas à Deo. Sic autem loquebatur diabolus per serpentem ignorantē, sicut per energumenos uel phanaticos loquitur. Serpente. n. uelut organo est usus, mouens naturam eius ad exprimendum sonos uerborum & signa, quibus suam monstraret uoluntatem. Serpens ergo nec uerba intelligebat, nec rationalis est factus: callidissimus tamen est dictus propter astutiam diaboli. Locutus est autem sicut asina Balaam: sed hoc diabolicum, illud angelicum fuit: boni & mali angeli similiter operantur. Hic quæri solet, quare mulier nō horruit serpentem. Quia cum nouerit creatum esse, ipsum etiā officium loquendi à Deo accepisse putauit.*

Tentatio autem hoc modo facta est, Stans coram femina hostis superbus non audet in verba persuasionis exire metuens deprehēdi: sed sub interrogatione eam aggreditur, ut ex responsione colligeret qualiter in malitia procedere posset. Cur inquit, præcepit vobis Deus, ut non comederitis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier, De fructu lignorum quæ sunt in paradiso nescimus: de fructu vero ligni quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus, ne forte moriamur. In quo verbo dedit locum tentanti cum dixit, ne forte moriamur, unde mox diabolus dixit ad mulierem. Nequaquam moriemini, scit enim Deus quod in quacunque die comederitis ex eo, aperiemur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Attende ordinem ac progressum humanæ perditionis. Primo Deus dixerat. Quacunque die comederitis ex eo, morte morietur. Deinde mulier dixit: Ne forte moriamur. Nouissime serpens dixit, Nequaquam moriemini. Deus affirmavit, mulier quasi ambigendo illud dixit, diabolus negavit, quæ ergo dubitavit, ab affirmante recessit, & neganti appropinquavit.

Ecci. 13
Gen. 3.
Gen. 3.
Augu.
lib. 9.
Gen. 1.

Versutia diaboli,

Qui ad suam persuasionem pleniter suffulciendam, id est, ut malum quod intendebat libere persuaderet: & malum quod mulier timuit, negando remouit, & repromissionem addidit: & ut eius persuasio citius reciperetur, promissionem duplicavit. Vbi nam nempè comestionem suadens, duo in premio proposuit, similitudinem Dei, scientiamque boni et mali spondens. Vbi tribus modis hominem tentavit, scilicet gula in persuasionem cibi, cum dixit, In quacunque die comederitis: Inani gloria in promissione deitatis, cum dixit, Eritis sicut dii: Avaritia in promissione scientiæ, cum dixit, Scientes bonum & malum. Gula est immoderata cibi aviditas. Vana gloria, amor propriæ excellentiæ. Avaritia, immoderata habendi cupiditas, quæ non est tantum pecuniæ, sed etiam altitudinis & scientiæ, cum supra modum sublimitas ambitur.

Grego.
Homil.
16.
Evang.

De

De duplici tentationis specie.

Porro sciendum est duas esse species tentationis, interiorē scilicet & exteriorē. Exterior tentatio est, quando nobis extrinsecus malum uisibiliter suggeritur uerbo uel signo aliquo, ut ille cui fit, ad consensum peccati declinet: & talis tentatio tantum fit ab aduersario. Interior uero tentatio est, quando inuisibiliter malum nobis intrinsecus suggeritur: & hæc tentatio aliquando fit ab hoste, aliquando a carne. Nam & diabolus inuisibiliter mala suggerit, & ex carnis corruptione suboritur motus illicitus & titillatio praua: ideoque tentatio quæ ex carne est, non fit sine peccato: quæ autem est ab hoste, nisi ei consentiatur, non habet peccatum: sed est materia exercendæ uirtutis. Tentatio autem carnis interior difficilius uincitur: quia interior oppugnans de nostro contra nos roboratur. Homo ergo qui sola exterior tentatione pulsatus cecidit, tanto grauius plestendus erat, quāto leniori impulsu fuerat prostratus. Et tamē quia aliquam, licet modicam, cedendi occasionem habuit, idcirco per gratiam iuuari potuit ad ueniam, ut qui per alium ceciderat, per alium erigeretur. Qui ergo incitatorem habuit ad malum, non iniuste reparatorem habuit ad bonum. Diabolus uero quia sine alicuius tentatione peccauit, per alium ut surgeret iuuari non debuit, nec per se potuit, & ideo irremediabile peccatum eius extitit. Peccatum uero hominis sicut per alium habuit initium, ita per alium non incongrue habuit remedium.

Grego.
lib. 4.
mor. ca.
9. et. An.
gn. 2. 1.
de mira.
bilibus
sacris
script.
c. 2.

Quare homo non angelus, sit redemptus.

Præterea angelica natura quoniam non tota perierat; sed ex parte perstiterat, non est redempta: humana uero tota perierat, & ideo ne penitus perderetur, ex parte est redempta, ut inde ruina suppleretur angelica: unde Aug. in Ench. Placuit uniuersitatis creatori & moderatori, ut quoniam non tota multitudo angelorum Deum deserendo perierat, ea quæ perierat, in perpetua perditione remaneret: quæ autem cum Deo illa deserente perstiterat, de sua certissime cognita semper felicitate gauderet. At uero creatura rationalis, quæ in hominibus erat, quoniam peccatis atque

R. 2. supplicis

Supplicijs tota perierat, ex parte poterat reparari, vnde angelica societati suppleretur quod ruina illa minuerat: hoc enim promissum est sanctis, quod erunt equales angelis Dei.

Quod non soli viro præceptum fuit datum.

Augu. sup Ge. 8. lib. c. 17. Gene. 3. Gene. 2. Illud etiam notandum est, quod non soli viro præceptum videtur esse datum, cum ipsa mulier testatur sibi etiam esse mandatum, dicens. Præcepit nobis Deus, &c. Supra tamen legitur, ante factam mulierem Deum dixisse viro, De ligno scientiæ boni & mali ne comedas. Non dixit, ne comedatis. Forte quia facturus erat mulierem de viro, sic præcepit ut per uirum ad mulierem perueniret mandatum, quia mulier quæ subiecta viro fuit, non nisi mediante viro diuinum debuit accipere præceptum: unde Apostolus, Si quid discere mulieres uoluerint, domi viros suos interrogent. Si queritur quomodo loqui potuerunt, vel loquentem intelligere, qui non didicerant inter loquentes crescendo re, magisterio. Dicimus, quia Deus eos tales fecerat, qui possent loqui, & discere ab alijs, si essent.



Erminata prima parte principali huius totalis Libri, in qua agit magister de hominis conditione sequitur secunda pars principalis, in qua agit de lapsu. Et quoniam lapsus hominis est per peccatum, & peccatum hominis est triplex. Quoddam in quo persona corrumpit naturam, & hoc fuit peccatum hominis primi. Quoddam in quo natura corrumpit personam, & hoc est originale. Quoddam uero in quo persona corrumpit seipsam, & hoc est actuale. Ideo pars ista habet tres partes. In prima determinat Magister de peccato primorum parentum. In secunda uero determinat de peccato originali, quod ab illo fuit causatum, infra distinctione trigesima. In superioribus insinua-

tum est, &c.) In tertia uero de peccato actuali infra dist. 34. Post prædicta de peccato actuali, &c.) Prima pars, in qua determinat de peccato primorum parentum habet duas. In prima determinat modum transgrediendi. In secunda uero, ut ostendatur hominis culpa, ostenditur quod homo habuit potentiam resistendi. Siue in prima determinat de culpa, per quam cecidit. In secunda de potentia, per quam stare potuit, infra dist. 34. Nunc diligenter investigari oportet, &c.) Et quoniam culpa, siue peccatum Adæ comparationem habet ad diabolum tentantem, & ad hominem cadentem, & ad Deum permittentem; ideo prima pars habet tres partes. In prima determinat de diaboli tentatione. In secunda determinat de hominis

minis transgressione, infra dist. 22. Hic uidetur diligenter investigandum, &c.) In tertia uero determinat de Dei permissione infra dist. 23. Præterea queri solet, &c.) Prima pars continet præsentem dist. & potest diuidi in tres partes. In prima Magister determinat, quare primi parentes fuerunt tentari. In secunda uero determinat generaliter modos tentandi, ibi. Porro sciendum est duas species tentationis &c.) In tertia uero concludit propter tentationem præambulam remissibilitatem humani peccati, ibi. Homo ergo, qui sola exteriori tentatione, &c.) Duabus ultimis partibus remanentibus indiuisis, prima pars habet tres partes. In prima determinat de tentatione primi hominis quantum ad motiuum. In secunda uero quantum ad instrumentum, ibi. Sed quia illi per uolentiam, &c.) In tertia uero determinat quantum ad progressum, ibi. Tentatio autem hoc modo facta est, &c.) Et sic in parte ista tria determinantur, scilicet modos primæ tentationis in speciali, modi etiam cuiuslibet tentationis in generali: postremo uero qualitas, & quantitas peccati humani, ibi. Homo ergo, qui sola exteriori tentatione &c.

Dub. 1. **L**ogebatur diabolum, &c.) Contra. Diabolum mouet energumenos mediante uirtute sensibili ergo uidetur similiter, quod mouerit serpentem ad formandum locutionem mediante sensibili uirtute: hoc autem non uidetur possibile: quia imaginatio serpentis non erat capax sermonis & locutionis: ergo illa mediante non poterat uox articu-

lata formari. Iuxta hoc queritur, a qua uirtute sit illius locutionis formatio principaliter: & utrum data sit noua potestas serpenti: utrum etiam fuerit miraculum, sicut fuit in locutione asinæ ad Balaam. Respon. Dicendum, quod ad locutionis formationem ista tria concurrunt. Primo instrumentorum aptitudo, & conuenientia. Secundo modo uirtus motiua: Et tertio modo uirtus directiua, cuius regimine seruetur uox articulata; & hæc tria sunt in homine complete a sui natura: in brutis uero animalibus reperiuntur incomplete. Habent enim quædam animalia organa apta, licet non complete, ad uocis formationem. Habent etiam uim sensibilem motiuam. Habent etiam uim excogitatuam, siue imaginatiuam, ratione cuius erudiuntur ad aliquas uoces pronuntiandas: non tamen est in eis complete: sed cum adest uis rationalis, quæ possit & regere, & mouere, tunc illa potestiam incompleta ad actum habet reduci: & sic fuit in illa prima tentatione. Nam diabolus excitabat uim motiuam, & adiuuabat, & dirigebat, ut posset illas uoces articulas formare: ita quæ serpenti non est data noua potestas, sed superior assistebat: unde proprie miraculum non erat, licet quis rationabiliter admirari posset, cum esset supra potestatem irrationalis creaturæ talia uerba formari. Licet igitur maior sit aptitudo in energumenis ratione uis motiue, & organorum in loquendo, quam in serpente: quia tamen uirtus principa-

liter mouens utrobique, & dirigens informando est uirtus dæmonis, ideo dicit Magister eodē modo locutum esse diabolum per serpentem, quomodo loquitur per hominē demoniacum. Ad illud, quod obiicitur, quod imaginatiua uis serpentis non erat capax locutionis. Dicendū quod uerum est de locutione quātum ad significationem: sed non est uerum quātum ad uocis expressionem. Vel posset dici, quod quamuis motus serpentis cooperaretur ad modum linguæ: non tamen cognitua cooperabatur ad uocis articulationem: & per hoc patent ea, quæ quæsitā sunt.

Calidissimus tamen est dictus &c.)
Dub. 2. Contra. Si hæc est ratio, quare serpens dictus est calidissimus, pari ratione si diabolus aliud quodcunque animal assumpsisset, calidissimus diceretur: ergo non esset ratio, quare magis illud aīal assumpsisset, quā aliud. Respon. Dicendum, quod calliditas attenditur in cognitione ordinata ad nocendum, & seducendum. Et quoniam duplex est nocumentum, uidelicet spirituale, & corporale, duplex potest esse calliditas, aut in nocendo corporaliter, aut in nocendo spiritualiter. Calliditatem innocendo corporaliter homini, habet serpens naturæ suæ industria, loquendo saltem secundum statum naturæ lapsæ. Calliditatem uero nocendi spiritualiter non habet a se, sed a diaboli pntia: & de hoc loquitur Aug. & Magister in lra. Et quia spiritualia dnt significari per corporalia sibi similia: iō cū serpens ex se habeat

calliditatē nocendi, & insidiā corporaliter, congruū fuit p ipsum diabolū exercere calliditatē suā cōtra hoīem in nocendo spiritualiter: & scdm hunc duplicē sensum intelligi pōt scriptura.

Sciendum est duas esse species tentationis, &c.) Contra. Exterior tentatio non est nisi propter interiorem nec ad culpam perducit, nisi mediante interiori: ergo non uidetur, quod ab inuicem habeant distingui. Item. Subdiuidit interiorē in eā, quæ est ab hoste, & in eā, quæ est a carne, & uidetur quod diuisio illa sit insufficiens: quia non solum tentatio est ab hoste, & carne, sed et a mūdo, scdm illud 1. Ioā. 2. Omne, qd̄ est in mundo, aut est concupiscētia carnis &c. Quæritur ergo de sufficiētia horū membrorū. Et cū alibi legantur plures alię differentie tentationis, quæritur, quō distinguuntur ab illis. Respon. Dicendum, quod tentatio quinque modis cōsiderari pōt. s. quātum ad motiuum, quātum ad instrumentum, quātum ad effectum, quātum ad gradum, & quātum ad modū. Quātum ad motiuum, uel generaliter, uel specialiter. Si generaliter, sic diuiditur tentatio in eā, quæ est ab hoste, & a carne, & a mundo, ut dicitur in quadam sequētia. Mandus, caro, demonia diuersa mouēt prelia. Et specialiter ut dicatur motiuū, qd̄ offert non solū p modum obiecti, sed et quod inducit, & excitat per modum impulsui: sic est illa diuisio, quā ponit Magister in litera, quod tentatio alia est ab hoste, alia a carne, quorum utrūq; hēt ad malum incēdere.

Si

Si autem loquamur quātum ad instrumentum, sic dupliciter potest considerari, aut generaliter, aut specialiter. Si generaliter sic est illa diuisio Grego. quod tentatio quedam est per uitia, quædam per flagella. Si specialiter, sic est illa diuisio tētationis, quā ponit Glo. in Psal. 110. super illud. Omnem escam abhominata &c. ubi dicitur, qd̄ multiplex est tentatio. Quarum prima est error, siue nescientia ueritatis. Secunda, difficultas uincēdarum concupiscētiarum. Tertia tedium boni. Quarta tempestas seculi. Si tertio modo. s. quātum ad effectum consideretur ipsa tētatio, similiter dupliciter potest considerari aut generaliter, aut specialiter. Si gñaliter, sic est illa diuisio, q̄ ponit in Glo. super illud. 1. Cor. 12. Tentatio uos nō app. &c. ubi dī in Glo. qd̄ tentatio alia diabolica, alia est humana. Et differunt, quia sicut ibidē innuitur: tentatio diabolica est, quæ malum habet exitum, & quæ terminatur ad mortale peccatum. Tentatio uero humana dicitur, quæ exitū periculosum non habet, uel quia ibi est peccatum ueniale, uel nulla est ibi culpa, secundum q̄ ostenditur in Glos. ubi dicitur, quod tribus modis habet fieri tētatio humana. Si specialiter, sic est illa Aug. de doctrina Christiana, qd̄ diabolus tentat, aut uexādo carnem, aut uulnerando naturalia, aut expoliando gratuita: hic. n. ponuntur specialiter effectus tētationis diabolicæ. Si autē quarto modo consideretur tentatio, scilicet quantum ad gradū: hoc potest esse dupliciter, aut gene-

raliter, aut specialiter. Si generaliter, sic est illa, quam ponit Magister in litera. Tentatio alia est extetior, alia interior. Si specialiter, sic est illa, quā ponit Greg. & habetur in Glo. super illud Iacob. i. Vnusquisque tentatur a concupiscētia &c. quod tentatio tripliciter perficitur, suggestione, delectatione, consensu: ubi notantur gradus in progressu tentationis explicitē, qui ponebantur in diuisione prius habita implicitē. Per tentationem enim exteriorem, intelligimus suggestionem; per interiorem, intelligimus illam, in qua est delectatio, uel consensus. Et p hoc patet responsio ad illud, qd̄ primo obiicitur, quod illa membra ad inuicem non distinguuntur, cum unum ordinetur ad alterum. Si autem quinto modo cōsideretur tentatio, scilicet quantum ad modum tentandi, hoc similiter aut erit generaliter, aut specialiter. Si generaliter, hoc potest esse uel explicitē, uel implicitē. Si implicitē, sic est illa, q̄ ponitur in Glo. sup Psal. 90. Qui habitat in adiutorio: &c. ubi dī, quod quedam est tētatio leuis, & occulta, quedam grauis, & occulta, quedam leuis, & manifesta, quedam grauis, & manifesta. Si autem explicitē, sic est illa, quam ponit Bern. per septem membra. Quarum prima est inportuna. s. quæ procaciter insistit. Secunda dubia. s. quæ animū dubietatis nebula inuoluit. Tertia est subita, scilicet quæ iudicium rationis preuenit. Quarta occulta, quæ scilicet de liberationis ordinem preterfugit. Quinta uiolenta, quæ uires nostras

R. r. 4 tra

transcendit. Sexta fraudulēta, quae scilicet animū seducit. Septima perplexa, quae uariis uitiis impeditur: In hac. n. diuisione explicantur difficultates & grauitates tentationū, siue modorū tentandi, & latētie, quae in priori diuisione implicite clauderantur. Veruntamen tā hęc diuisione, quā praecedens de modis tentationis in sua generalitate cōsideratur. Si autem cōsideretur specialiter tentatio, prout cōtrahitur ad tēntationem diaboli: sic modi eius pnt dupliciter assignari. Vel implicite, & sic diuidit Aug. in quodam sermone. Diabolus tentat, ut leo, tentat ut draco. Vel explicite, & sic illa diuisione Grego. super Iob. xl. super quē locū dicit Greg. sic. Fideli famulo dominus cūctas hostis callidi machinationes insinuat, s. quod opprimēdo rapit, insidiando circūuenit, minando terret, suadendo blāditur, desperādo frāgit, permittendo decipit. In hac autem diuisione explicantur modi, quos August. clauserat sub his duobus uerbis, quā tēntat ut leo, tentat ut draco. Et sic patet rō assignādi diuersas diuisiones tēntationis, secūdu diuersas eius cōsiderationes: patet nihilominus responsio ad obiecta.

Tentatio autem carnis? Cōtra. Cum diabolus possit carnē cōmouere, & uexare: uidetur si militer quod tentatio, quae est ab hoste, sine peccato, esse non possit. Item. Cū nō sit in nostra potestate tentari, uel nō tentari, uidetur quod tēntatio de se nō ponat in nobis culpā, nisi ei cōsentiatur: sicut ergo tentatio hostis, cui nō consentitur, est ma-

teria exercendae uirtutis: ita uidetur ē tēntatio carnis: propter hoc est quāstio, quare tentatio carnis est magis semper cū peccato, quā tentatio hostis. Resp. Dicēdū, quod tēntatio carnis est impulsus sensualitatis, quē cōsueuimus appellare primū motū: & quoniā in illo impulsu sensualitas mouetur inordinate, & praeter rationis ordinē, hinc est quā tentatio carnis numquam est in nobis, quin sit in nobis aliqua inordinatio, & ita aliqua uenialis culpa. Tentatio uero hostis omnino extra est, & pōt esse sine aliqua delectatione inordinata in nobis existente: & ideo dicit Magister, quod tentatio hostis pōt esse sine peccato: tentatio carnis minime. Alia ē potest reddi ratio, quoniā est in potestate nostra, & tam possumus ad libitū nostrum domare: ideo potius imputatur nobis in culpā carnis impulsio, quā diabolica suggestio. Quomodo autē carnis impulsus, siue primi motus debeant dici eē peccatū, infra suo loco magis expōsse determinabit.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

A quo motus fuit diabolus ad tentandum hominem.



Di intelligentiam autē huius ptis circa tria incidit hic quāstio. Primo quirit de tēntatione primorū parentū. Secūdo quiritur de diuersitate tentationum. Tertio uero incidit hic quāstio circa quantitatem, & qualitātē peccati, quod ex illa tentatione est secutum. Circa primum quærentur tria. Primo quæritur

de

de tentatione primorū parentū quantū ad motiū. Secūdo quāntum ad instrumētū. Tertio quāntum ad ordinē, & progressum.

CIRCA quā sic proceditur, & quæritur, quid mouerit diabolum principaliter ad tēntandum hominē. Et quod inuidia, uidetur primo p illud, quod dicitur Sapient. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū: introitus autē mortis fuit per tentationē, & seductionē hominis: ergo ad tēntandum hominē inuidia diabolum cōmouit. **ITEM.** Greg. in Moralib. In paradiso diabolus inuidēs homini supbiae uulnus infixit: ergo cū uulnus infixit per tentationē, tentatio fuit inuidia. **ITEM.** Diabolus tēntando hominem, factus est homicida, secūdu quā dicitur Ioannis viii. Ille homicida erat ab initio: sed homicidium procedit ex odio: odium autem procedit ex inuidia: ergo a principio tentatio hominis, in qua diabolus fuit homicida, processit ex inuidia. **ITEM.** Qui desiderat casum alterius sine suo fructu, non mouetur ex amore cōmoditatis propriae: sed ex odio felicitatis alienae: sed diabolus casum hominis desiderabat absque suo fructu, sicut constat: ergo mouebatur odio felicitatis humanae ad tēntandum hominē: sed tale odiū nō est aliud, quā inuidia: ergo &c.

SED CONTRA. Omnis inuidia ē respectu paris, uel superioris, secūdu quod dicit Greg. super illud Iob. Paruulū occidit inuidia (superioris in quā saltē secūdu reputationē) sed diabolus nō reputabat hominē superiorē sibi: ergo uidetur, quod ei nō in-

uidebat: ergo si ipsum tēntabat, hoc non erat ex inuidia. **ITEM.** Inuidia est respectu boni, quod quis aliquo modo potest acquirere: sed diabolus nō poterat uenire ad aeternā beatitudinē, quā lapsus erat irreuerabiliter: ergo uidetur, quod ppter illius acquisitionem non inuidebat homini. **ITEM.** Inuidia ē respectu boni, quod desideratur, nullus. n. inuidet alicui de aliquo, nisi eū illud amat, & cupit: sed diabolus nec cupiebat mandatis dei obedire, nec ad supernā patriā ascendere, nec amicus dei esse ppter sui desperationē: ergo uidetur quod hoc in homine nō inuideret: ergo, &c. **ITEM.** Inuidia nō est nisi respectu eius, quod natū est diminuere bonū propriū: sed beatitudinis acquisitio nullius bonū pōt diminuere: ergo non est aliquid, quod ab aliquo inuideri possit: ergo uidetur, quod si diabolus aliquo appetitu hominem cadere fecit, ex inuidia motus non fuit.

RESOLVTIO.

A superbia, & inuidia: ab illa tantquam motiuo primo: ab hac ueluti à proximo.

RESPON. Dicendum, quod sicut p̄tactum fuit, ista duo peccata sunt, quae maxime possidēt mētē diaboli, superbia, & inuidia. Vnde sicut habitum fuit supra, & Augustinus dicit, Ex his duobus, qui prius erat Lucifer, diabolus factus est. Et sunt quasi hęc duo inseparabilia, ita quod unū cōcomitatur ad alterum. Superbus. n. amat excellentiā, & ita nullum uult habere parem, ac per hoc statim appetit excellentiā singulariter posside-

re: & ideo statim uel actu, uel habitu inuidet, cum nolit bonum consimile bono, quod appetit, ab alio communicari. Mens igitur diaboli ab his duobus uitiis possessa, uidelicet superbia, & inuidia, uidens hominem in statu quo poterat cadere sub diabolicam potestatem, & in quo poterat ascendere ad supernam felicitatem, ex qua ipse ceciderat, & ex superbia motus est, & ex inuidia ad ipsum tentandū. Ex superbia namque, ut ipsum sibi subiiceret: ex inuidia uero, ut ipsum a superna felicitate impediret. Et superbia fuit, sicut mouens primum: inuidia uero sicut mouens proximum, & immediatum. Esto enim, quod nō posset dominium super hominē acquirere, adhuc studuisset ipsum a paradisi gaudiis impedire: & ideo scriptura dicit, & eius expositores, diabolum ad tentandum hominem ex inuidia motum esse. Et cōcedendæ sunt rationes hoc ostendentes.

AD ILLVD, quod primo obiicitur, quod inuidia est respectu superioris, uel paris. Dicendum, quod non solum est respectu superioris eius, qui est superior: sed etiam eius, qui potest esse: quamuis autem diabolus in statu illo non reputaret hominem superiorem se, inuidebat tamē, ne merito obedientiæ sublimaretur ad statum gloriæ, in quo statu ipsum superiorem se non dubitaret. Potest etiam dici, quod tunc reputabat ipsum superiorē se, in hoc quod poterat peruenire ad illam gloriā, ad quam diabolus ascendere non poterat.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod

inuidia est respectu boni, quod potest acquiri. Respondendum est per interemptionem, quia non solum inuidet aliquis illud quod potest obtinere, sed etiam illud quod natus est habere, quamuis non possit: sicut truncatus, & cæcus inuidet aliis uisum, & progressum. Licet autem diabolus non possit ad beatitudinem peruenire: tamē habebat ad hoc naturalem aptitudinem. AD ILLVD, quod obiicitur, quod inuidia est respectu boni desiderati. Dicendum, quod inuidia non tantum uenit ex desiderio alicuius boni priuati: immo ex odio boni alieni. Quia tamen desiderium boni proprii uidetur esse principium omnis peccati: ideo potest aliter dici, quod inuidia non solummodo est respectu eius boni, quod consideratur: sed et respectu eius boni, cuius obtentu minuitur bonum desideratū, uel æstimatur minus. Et quoniā diabolus desiderat singulariter efferri, ideo per exaltationem hominis æstimabat suum bonū impediri: & ideo inuidebat, & ex inuidia oppugnabat.

Et per hoc patet responsio ad ultimum, quia & si hominis glorificatio, & exaltatio secundum ueritatem alicuius bonum non diminueret: tamen secundum estimationem falsam credi potuit, esse alicuius boni diminutū, & ex illa estimatione oriiri inuidia. Affectiones enim

non tantum oriuntur ex iudiciis certis, sed et ex suspicionibus, & estimationibus falsis.

QVAB

QVÆSTIO II.

An consulto in serpentis forma tentauit. diabolus primum hominem.

DE tentatione primorum parentum quantum ad instrumentum medium. Et dicitur in Genes. 3. quod diabolus tentauit hominem per serpentem. Et quod iste modus nō fuerit cōueniēs, ostenditur primo sic. Quanto tentatio est occultior, tanto est ad decipiendum efficacior: si ergo diabolus quanto maiori calliditate poterat hominem decipere conabatur, uidetur quod ipsum debuisset tentare spirituali tentatione absque alicuius corporis assumptione. ITEM. Tanto tentatio est efficacior, quanto tentans est in suggerendo affabilior: sed actus locutionis proprie debetur humanæ effigiei: ergo uidetur, quod diabolus ad tentandum magis debuit assumere effigiem hominis, quā bruti animalis, cum brutum animal sua locutione potius esset ad terrorem quā ad persuasionem. ITEM. Quanto tentans magis simulat, & induit speciem sanctitatis, tanto magis præualet in tentando: sed multa sunt animalia, quæ magis suis proprietatibus sanctitatem prætendunt, quā serpens; sicut colūba, & agnus: ergo uidetur, quod illa magis debuerit assumere diabolus ad tentandum. ITEM. instrumentum, siue organum debet conformari exercitio per ipsum facto: sed tentatio erat ad decipiendum: ergo diabolus debuit assumere animal maxime dolum, & callidum: sed plus est de dolo firmitate in uulpe, quā in serpente:

ergo magis debuit assumere uulpem, quam serpentem.

AD OPPOSITVM sunt rationes: sed quoniam uerum concludūt, possunt propterea claudi in responsionem.

RESOLVTIO.

Ita tentauit, quia ita Deus non iniuria permisit.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod modus ille tentandi non tantum fuit ex diabolica electione (sicut dicit Aug.) sed etiā ex diuina permissione: non enim licuit diabolo tentare omni modo, quo uellet, & posset: sed eo modo, quod dominus permetteret. Concessit autem diuina sapientia, quæ omnia ordinat, & gubernat, & permittit, quod diabolus tentaret hominem in effigie animalis bruti, & non cuiuscunque; sed serpentis; sic enim exigebat congruentia ordinis. Quod enim homo tentaretur a diabolo in effigie bruti animalis, congruum erat tum respectu operis: tum respectu finis intenti: tum etiam respectu diuini iudicii. Respectu operis: quia homo natus est inclinari ad bonum, ut nunc maxime ex parte sensibili, & brutali: & ideo congruum erat ipsum tentari in effigie animalis bruti. Respectu finis intenti similiter congruum erat, quia ad hoc ordinabatur tentatio, ut homo efficeretur similis animali bruto, cum contempto bono incommutabili adhereret bono commutabili, & ibi quiesceret: & idō adhuc insinuandum, in specie animalis bruti debuit tentari. Respectu diuini iudicii etiam congruum fuit, quoniam dominus iustus, & fidelis non

per-

permittit hominem tētari ultra, quam possit. Et ideo sic patitur diabolus in tentatione latere, ut nihilominus possit ab homine deprehendi: & ideo non passus est, q̄ diabolus hominem tētaret omnino in specie consimili, & per hoc non in specie, uel effigie humana; sed potius brutali. Triplex igitur congruentia ordinis exigebat, ut homo a diabolo in brutali effigie tentaretur. Hac ē triplici congruentia exigente, permittus est homo tentari a diabolo, non in quolibet animali bruto; sed in serpēte. Primum ratione operis: quia. n. tentatio fiebat per suggestionis ingressum, q̄ intrat ad cor ad modū serpētis, & ibi uirtus peccati diffundit, ex quo hō habet spiritualiter mori: ideo ut exterior effigies operi responderet interiori, cōgruum fuit hōiem a diabolo tentari in effigie serpentis, cuius est serpere, & uenenū diffundere, & diffundēdo hōiem interrimere. Respectu ēt finis intenti congruum erat: quia. n. intendebat diabolus faciem hōis, & caput, & superiorē mentē conuertere deorsum, & totum prosternere, & sic prosternendo ad malum finem deducere, proponendo sibi præmiū aliquod delectabile: ideo permittus est tētare in serpente, qui secundum totum corpus suum habet terræ in suo incessu adhærere. Congruum etiam erat respectu diuini iudicii: quia enim ex illa tentatione diuino iudicio inter tētatum, & tentantē debebat inimicitia exoriri: ideo tentatio hōis in serpente debuit fieri, quē post lapsum maxime exhorret, & qui maxi-

mè sua calliditate insidiatur hominem ledere. Et sic patet multiplex congruentia, quare diabolus permittus est hominem tentare in effigie serpentina.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur, q̄ tentatio tāto est efficacior, quanto occultior. Dicendum, q̄ & si diabolus se manifestaret exterioribus sensibus in effigie serpentis, nihilominus tamen in illa manifestatione plus se occultabat, quam manifestabat: unde mulier non credidit eum, qui loquebatur in serpēte, esse aduersarium; sed etiam potius bonum cōsiliarium: & ideo ita occulta erat illa tentatio, sicut si diabolus loqueret ad cor interius. Aliter responderi potest, q̄ iusto iudicio demon est permittus tentare interius, quia non habebat posse ingredi interius, nisi homo præberet sibi aditum: & ideo tentauit ab exteriori per sensum, & uoce sensibili magis quam uoce spirituali, nō enim debebat aliter permitti.

AD ILLVD de maiori affabilitate iam patet responsio: uerum est enim, quod si fuisset in effigie humana, affabilior fuisset: sed diuina prouidentia non debuit hoc permittere, sed cautelā diaboli debuit tēperare: & ideo concessum est sibi corpus serpentis, quod tamen habebat faciem uirginis, sicut dicit Beda: & reliquum corpus erat serpentis, ut sic ex una parte posset latere, ex altera deprehendi. AD

ILLVD, quod obiicitur de amicabilitate, iam patet responsio: quia sic debuit permitti ostendi effigies amicitiae, ut posset deprehēdi ueritas inimicitiae: nam tentator

tentator, qui effigiem amicitiae prætendebat, secundum ueritatem inimicus erat: ideo huic operi animal maxime competebat, quod haberet aspectum humanum: corpus uero eius animalis, q̄ natum est homini esse maxime inimicū. AD ILLVD, quod obiicitur ultimo de caliditate. Dicendum, q̄ & si sint aliqua animalia callidiora, & prudētiora: tamen in nocendo, & insidiādo homini serpens est animal calidissimum. Et quia caliditas tantis erat ad hominem offendendum, hinc est, quod inter cetera animalia magis permittus est tētare per serpentem.

QVÆSTIO III.

Quis fuerit ordo, & progressus tentationis in primis partibus?

DE tentatione primorum partium quantum ad ordinem, & progressum. Et dicit scriptura, & Magister in litera, q̄ tētatio incepit a muliere, & per mulierem uenit ad uirum. Et uidetur, quod hic modus progrediendi competat astutiæ diaboli, & quod etiam debeat a deo permitti: ordo enim destructionis contrarius est ordini cōstructionis: quæ enim sunt ultima in componendo, sunt priora in soluendo: sed mulier fuit ultimò facta, & formata: ergo uidetur, q̄ uia deformationis, & corruptionis a muliere debuit habere exortum: ergo tentator debuit eam prius aggredi. ITEM. Tentatio exterior debet cōformari interiori: sed in tētatione interiori peccatum ascendit a sensualitate ad superiorem partem median-

ergo superior portio est uir, & inferior est mulier: sicut tētatio interior procedit ad uirum mediante muliere, sic & tentatio exterior. ITEM. Cautus pugnator citius aggreditur in bello illum, quem potest expugnare facilius: si ergo mulier facilius poterat expugnari, quam uir, uidetur q̄ progressus tentationis peruenire debuit ad uirum mediante muliere. ITEM. Facilius est alicui expugnare fortem inimicum per domesticum, quam etiam per seipsum; sed uir erat fortis, & spiritualiter præditus: ergo non uidetur, q̄ diabolus ausus fuerit eū tentare per seipsum; sed per suū domesticum: ergo mediante muliere tētatio peruenit ad uirū.

SED CONTRA. Peccatum nō tantū est in carne; sed & in Dei imagine, scilicet anima: sed mulier, & uir equaliter sunt ad imaginem Dei, quia in anima non est distinctio sexus: ergo uidetur quod tentatio non magis debuit inchoari a sexu muliebri, quam a uirili. ITEM. Mulier nullam habebat pronitatem ad peccatum, sicut nec uir, & ita erat recta, sicut uir: nec caro eius aliquo modo animam incuruabat: ergo uidetur, quod ita difficile erat mulierem, sicut uirum deicere: nulla igitur ratio uidetur esse, ob quam tentatio diaboli magis inciperet a muliere.

ITEM. Vituperabilius est uinci a muliere, quam a uiro, & gloriosius est uincere uirum, quam mulierem: si ergo diabolus maxime refugit uituperiū, & audissimè quærit gloriam, uidetur, quod magis tentationem

tionem a uiro, quam a muliere inchoauerit. **IT E M.** Natura auctatum est libenter fortibus occurrere; sed diabolus est audacissimus, & procacissimus, & maxime presumens de suis uiribus; ergo uidetur, quod indignatus fuerit primo aggredi muliebrem sexum: non igitur uidetur probabile, quod prius tentauerit mulierem, quam uirum.

RESOLVTIO.

Diabolus in tentandis primis parentibus a muliere cepit, ad uirum si stitit; diuina sapientia ita non iniuria permittente: & diaboli uersutia similiter exigente.

RESPOND. Dicendum, quod sicut dicit scriptura, & Magister dicit in litera, non est dubitandum, quin tentatio diaboli a muliere inchoauerit, & per eam peruenit ad uirum. Ratio autem huius sumitur ex parte sapientiae Dei, & ex parte astutiae diaboli. Ex parte sapientiae Dei: dominus enim tali ordine permisit diabolum tentare. Tum propter uiri exercitationem. Tum etiam ne mulier haberet excusationem. Tum etiam propter eruditionem nostram. Propter uiri exercitationem, quia ipse adeo fortis erat, & spirituali mente praeditus, quod non solum poterat resistere serpentis tentationi: sed etiam suggestioni mulieris: & ideo fortiori tentatione permissus est tentari. Propter mulieris uero remouendam excusationem primo debuit ab ipsa tentationem incipere: nam si uir primo peccasset, cum uir sit caput mulieris, & dominetur ei, non esset multum mirandum, si mulier ei consentiret: immo magnum haberet excusatio-

nis colorem. Propter nostram eruditionem etiam hoc permisum est. In illo enim modo tentandi sensibili cognoscimus nos modum, & progressum tentationis inuisibilis: & sicut ille a serpente uenit ad uirum mediante muliere, sic iste a sensualitate peruenit ad superiorem portionem rationis mediante inferiori. Ex parte similiter astutiae diaboli potest sumi ratio. Diabolus enim attendebat mulierem esse minoris sapientiae, & debilioris constantiae, & importunioris adhaerentiae. Quia minoris sapientiae, erat facilius ad seducendum: & ideo diabolus seductor per eam uoluit sibi facere transitum, ac uiam. Quia debilioris constantiae facillius erat ad peruertendum: & ideo diabolus expugnator aggressus est hominis ciuitatem ex ea parte, ex qua erat aditus minus munitus. Quia uero importunioris erat adhaerentiae, cogitauit diabolus, quod si ipsa primo uinceretur, non quiesceret, quousque peruerteret uirum. Unde dicitur Eccl. 7. de muliere, quod laqueus est uenatorum, & sagena cor eius, uincula sunt manus illius. Propterea diabolus astutus impulsor, incepit a sexu foemineo. Et sic patet, quod sicut dicit scriptura per omnem modum congruum fuit tentationem incipi a muliere: tum quia hoc diaboli astutia expetebat: tum quia hoc diuina prouidentia disponebat. Unde concedenda sunt rationes ad hoc inductae.

AD ILLVD autem, quod primo obicitur in contrarium, quod quantum ad imaginem non est sexuum differentia. Dicendum, quod licet in uiro,

& mu-

& muliere reperitur imago aequae expressae quantum est de natura ipsius animae: quia tamen anima, quando est in corpore, complexionem corporis imitatur, ex ratione debilitatis, complexionis, & sexus, contrahit anima quaedam effoeminationem: & propterea quantum est ex parte naturae, nisi sit fortitudo maioris gratiae, facilius incuruatur ad malum sexus foemineus: & propterea illud non cogit. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod mulier nullam habuit ad hoc pronitatem. Dicendum, quod uerum est: non tamen ex hoc sequitur, quod haberet aequalem stabilitatem: quauis enim non haberet curuationem in affectu, nec deceptionem in aspectu: facilius tamen poterat in hoc incidere, quam uir, in quo & natura erat fortior, & gratia creditur fuisse abundantior. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod uituperabile est uinci a muliere, &c. Dicendum, quod uerum est: ueruntamen gloriosius est mulierem luctando superare, quam cum uiro luctando succumbere. Et quia diabolus si inceperat a uiro timebat ne uiriliter sibi resisteret: ideo maiori cautela studuit gloriam adipisci. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod audaces libentius aggrediuntur fortes. Dicendum, quod illud uerum est, ubi est audacia sine astutia: diabolus autem non tantum est audax, & procax, imo etiam astutus, & fallax: & ideo in tentando non aggressus est uiam difficiliorem, sed potius efficaciorum. Praeterea non permittebatur sibi totam suam exercere potentiam: cum enim non

uincat nisi uolentem, est debilis in pugnando: & ideo non a fortiori, sed a debiliori sua inchoauit tentationem.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An carnis sit tentare.



CONSEQUENTER queritur circa secundum articulum de modis tentationis in generali. Diuidit autem Magister tentationem in eam, quae est ab hoste, & in eam, quae est a carne: sed cum de tentatione, quae est ab hoste, aliquis possit haberi notitia per ea, quae determinata sunt supra de potestate demonum: ideo hic queritur de tentatione, quae est a carne. Et circa hoc possunt queri tria. Primo queritur, utrum carnis sit tentare. Secundo queritur utrum tentationem carnis a tentatione diaboli contingat separari. Tertio queritur, cui istarum tentationum difficilius sit resistere.

Circa primum sic proceditur, & ostenditur, quod carnis sit tentare. **IACO. 1.** Unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus: sed concupiscentia, quae maxime abstrahit, & illicit est concupiscentia carnis: ergo &c. **IT E M.** Cassiodorus definiens tentationem, dicit, quod tentatio est assimilatio boni ad fallendum: sed appetitus carnalis facit bonum ut nunc, credi esse bonum simpliciter, & hoc decipit, & fallit spiritum: ergo contingit spiritum tentari a carnali appetitu. **IT E M.** Tentatio diabolica non est aliud, quam suggestio: sed sicut diabolus suggerit

suggerit

suggerit homini mala, ita & carnis prudentia, quæ est Deo inimica: ergo si diabolus dicitur tentare, cum suggerit mala, eadem ratione & caro cum spiritum trahit ad carnalia. **ITEM.** Diabolus impugnat nos tentando, nec est aliud diaboli tentatio, quam eius impugnatione: sed sicut impugnamur a diabolo, ita etiam a carne impugnamur, & impellimur: ergo uidetur, quod sicut tentamur a diabolo, ita uere, & proprie tentamur a carne.

SED CONTRA. Hugo de S. Vict. Tentare est callide experiri, & quasi quibusdam blandis conatibus probare: sed experimentum sumere hoc est solius substantiæ rationalis: ergo non uideatur esse carnis. **ITEM.** Tentatio differt a tentatione: nullus enim tentat seipsum: sed qui tentatur, est homo carnalis. Cum igitur homo carnalis a carne sua non differat per substantiam, uideatur, quod nullus homo tentetur a carne sua, nec ab alia constat ergo quod nulla caro tentat. **ITEM.** Persuasio ordinata ad decipiendum, potius est sophisticatio, quam tentatio. Tentatio enim est persuasio ordinata ad sumendum experimentum: sed caro uitiosa directe inclinatur ad malum, & sua inclinatione seducit spiritum: ergo carnis propulsio potius debet dici sophisticatio, quam tentatio. **ITEM.** Quandoque aliquis actus de aliquibus subiectis dicitur, dicitur secundum aliquod commune in eis repertum: sed Deus tentare dicitur in scriptura, & diabolus, & homo, caro ergo secundum aliquod commune debet dici: sed caro non uideatur aliquo modo communicare in

aliquo cum Deo, & cum spiritu angelico: ergo uideatur, quod ei non possit competere tentatio, aut si competit, hoc erit æquiuoce, & secundum alium modum dicendi: & si sic est, tunc est quæstio, secundum quem modum dicitur, & quare illa carnis impulsio tentatio appellatur.

RESOLVTIO.

Caro, tametsi si nihil intendat; quia tamen ad eius pulsationem uel assentire, uel dissentire possumus, tentare & ipsa dicitur.

RESPON. Dicendum, quod hoc uocabulum [tentare] multas habet acceptiones, sicut dicunt illi, qui significationes uocabulorum studiose rimati sunt: si tamen uelimus eius principalem, & præcipuam significationem accipere, tentare probare est, unde tentatio dici potest quidam tactus, quod illud quod tangitur, probatur: sicut cæcus dicitur tentare, quando suo tactu uult aliquam certitudinem habere de aliqua re, quam tangit. Per hunc modum in spiritualibus tentatio dicitur quidam tactus ad probandum ordinatus. Hoc autem potest esse quadrupliciter. Aut quia ille, qui pulsatur intendit probare, & approbare, siue probatum ostendere: & hoc modo tentat Deus secundum quod dicitur Sap. 3. Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos se. Aut ille, qui pulsatur intendit probare, & reprobare, siue reprobum facere: & sic tentat diabolus, secundum quod dicitur Act. 5, Cur tentauit Satanus cor tuum mentiri spiritui sancto? Aut quia ille, qui pulsatur intendit solum probare, & experimentum sumere de eo, quod est in homine: & sic tentat

tentat homo cautus, & de hoc Eccl. 30. Ex multis loquelis tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis. Aut quia & si pulsans nihil intendat, ad eius tamen pulsationem sequitur approbatio, uel reprobatio hominis: & sic tentat caro, uel carnalis concupiscentia. De qua Iac. 1. Vniquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illecebrus. A carne enim siue a carnis concupiscentia homo pulsatur, & quasi tangitur: cui tactus, siue pulsationi si consentiat, probatur, & reprobatur: si uero dissentiat, probatur, & approbatur: & sic recte, & proprie carnis impulsio tentatio dici potest. Unde rationes hoc ostendentes concedendæ sunt.

AD ILLUD, quod obiicitur in contrarium, quod tentare est experiri. Dicendum, quod illa ratio ab Hug. non assignatur nisi proprie de tentatione diaboli. Si autem quis generaliter uelit eam intelligere, ut se extendat ad omnem tentationem, quæ ad malum inclinatur, tunc dicemus, quod intelligitur per causam, ut sit sensus: & per tentationem fit experientia, & probatio, utrum homo dignus sit approbari, uel reprobari: & hæc ratio non fit a diabolo, sed etiam a carne. Si autem uelit dicere hoc essentialiter esse dictum, tunc dicemus, quod nomine carnis non intelligitur corpus solum, sed ratio carnalis: & idem ipse homo secundum quod carnalis est, & ad carnem conuersus; seipsum tentat secundum quod spiritualis est, & diuine legi subiectus.

AD ILLUD, quod obiicitur secundum quod tentans differt a tentato secundum substantiam. Dicen-

S. Bon. Lib. 2.

dum, quod sicut iudicare, & iudicari sunt actus diuersarum personarum: nihilominus tamen eadem persona secundum aliam, & aliam sui portionem potest seipsam iudicare: sicut semetipsum homo diiudicat, & superior portio inferiorem iudicat: sic etiam intelligendum est, quod spiritualiter ipsa sensualitas tentare potest rationem, siue homo exterior interiorem: & ita cum caro tentat spiritum, non idem tentatur a se, sed alius ab alio: illa tamen reperiri habet in eadem persona.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod persuasio ordinata ad decipiendum, potius est sophisticatio, quam tentatio. Dicitur potest, quod tentatio large dicta comprehendit, & sophisticacionem, & tentationem proprie dictam. Sophistica enim persuasionem potest homo de alio experimentum sumere: & ita non ualet illa obiectio, quia tentatio secundum quod hic accipitur, contra deceptionem, & sophisticacionem non diuiditur. Aliter tamen posset dici, quod tentationis nomen magis translaturum est a tentatione materiali, in qua est quedam palpatio, secundum quod cæcus dicitur tentare, quam a tentatione illa, quæ est in rationibus, per quem modum diuiditur contra sophisticacionem, ut dicatur alius syllogismus sophisticus, alius tentatiuus. **AD ALTIUM,** patet responsio ex prædictis. Aliquod enim commune reperitur in omnibus illis, de quibus dicitur actus tentandi, uidelicet tactu quodam pulsare, ad quem consequitur pulsati probatio: & hoc prius explanatum est.

SI

QVAE.

*An eadem sit tentatio carnis quae
diaboli?*

VTRVM contingat tentatio-
nē carnis a tētatione diabo-
li separari. Et q̄ sic, uidet̄. Quē
cumquae diuiduntur ex opposi-
to, unū potest esse sine altero,
siue separari pōt ab altero: sed
tentatio carnis diuiditur contra
tentationem hostis: ergo, &c.
ITEM. Diabolus tentauit homi-
nem primum, & tentauit Chri-
stum: sed nec caro Christi, nec
caro hominis primū ad malum
impellebat; ergo neuter a carne
tentabatur: ergo cū tētaretur a
diabolo, tētatio, q̄ est a diabolo,
separat̄ a tētatione, q̄ ē a carne.
ITEM. Esto, quod diabolus nū-
quā nobis mala suggereret, ni-
hilominus sensus nostrī ad ma-
lum ab adolescētia proni sunt:
ergo omni tentatione diaboli
circūscripta, adhuc homo ten-
taretur a carne propria. **IT**EM.
Aliud est inquinamentum car-
nis, & aliud inquinamentū spiri-
tus, sed diabolus impellit ad pec-
cata spiritualia: caro uero ad
peccata carnalia: ergo cum pec-
catum spirituale possit esse sine
carnali, & econuerso, uidetur,
q̄ tentatio carnis sequestrari ha-
beat a tētatione diaboli. **IT**EM.
Quaecūque duo sic se habent, q̄
uni contingit mereri, & alii de-
mereri, illa cōtingit ab inuicē
separari: sed tentatio hostis est
materia exercendē uirtutis: ten-
tatio uero carnis semper est a
culpa, uel cum culpa, sicut dicit
Magister: ergo una istarum se-
q̄strari habet ab altera. **IT**EM.
Tentatio carnis, & hostis diffe-
runt, sicut dicit Magister in lite-

ra, sicut tentatio exterior, & in-
terior; sed quod est exterius, se-
questrari habet ab eo, quod est
interius: ergo & tentatio carnis
ab ea, quae est a diabolo. Quod si
tu dicas q̄ tentatio, quae est ab
hoste: est ita interior, sicut ten-
tatio quae est a carne, per hoc nō
effugitur, quia cum Deus fide-
lis non permittat hominem ten-
tari supra id, quod possit, & al-
ter istorum modorum ad exer-
citandum sufficiat, nec homo si-
mul possit esse intentus circa di-
uersa, uidetur, q̄ alio, & alio tē-
pore fiat circa nos tentatio car-
nis, & tentatio diabolica.

SED CONTRA, quod tētatio
carnis non habeat esse sine ten-
tatione hostis, uidetur super il-
lud Psal. Diuerte a malo, & fac
bonum. Glo. Hieron. Mala om-
nia ab instinctu diaboli proce-
dūt, sicut bona ab instinctu Dei:
ergo nullum peccatū fit, in quo
diabolus non interponat partes
suas: si ergo tentatio carnis uia
est ad peccatum, uidetur, q̄ nō
possit esse sine tentatione dia-
boli. **IT**EM. Motus instrumenti
nō est sine motu principalis mo-
toris: sed caro est sicut instrumē-
tum in tentando respectu diabo-
li, sicut dicitur super illud Iob.
ix. Terra data est in manus impi-
i, id est caro in manus diabo-
li: ergo titillatio carnis non est
absq; impulsione diaboli: si igitur
haec est tentatio: patet, &c.
ITEM. Si non sit ponere primū
malum, quod non sit ab alio: est
tamen ponere malum, quod est
initium omnis mali, sicut dicitur
Eccle. 10. Iniciū omnis pec-
cati superbia. Si igitur diabolus
rex est sepe omnes filios super-
bię

bię, & pater omnis mendacii, ui-
detur, quod nullum sit pecca-
tū, qđ aliquo modo nō procedat
ab ipso: & ita ad nullum malum
impellit caro absque diabolo: er-
go tentatio carnis non separa-
tur a tentatione hostis. **IT**EM.
Quod tentatio hostis non sepa-
retur a tentatione carnis, simili-
ter ostenditur Gala. 5. Manife-
sta sunt opera carnis, quae sunt
fornicatio, adulterium, conten-
tiones, æmulationes, irae, inui-
dię, &c. ibi enumerantur pecca-
ta carnalia, & spiritualia: ergo
uidetur, q̄ omnia peccata pro-
cedant a carne: igitur ad nullū
malum inclinatur tentatio hostis
absque tētatione carnis. **IT**EM.
Generatio transfertur a corpora-
libus ad spiritualia: sed in cor-
poralibus impossibile est gene-
rari aliquid a patre sine matre:
ergo nec in spiritualibus. Sed
pater omnis peccati dicitur esse
diabolus: mater uero caro siue
concupiscentia: ergo, &c. Prima
per se patet, secunda manifesta-
tur per illud, quod dicitur Eze-
chi. 16. Pater tuus Amorrhęus,
& mater tua Cethea. per Amor-
rhęum enim intelligitur diabo-
lus, per Cetheam uero concupi-
scentia. Et expressius dicit Gre-
gorius super Leuiticū decimo
nono. Concupiscentia est mater
omnis peccati, & diabolus pa-
ter: ergo, &c. **IT**EM. Diabolus
non potest tentare bonum ange-
lum, nec malum, neque spiritū
separatum, sed solum spiritum
carni cōiunctum: ergo uidetur,
quod aditum nō habeat ad mē-
tem nisi per carnem: ergo absq;
carne non tentat: ergo non con-
tingit tentationem diaboli a tē-

tatione carnis separari.

RESOLVTIO.

*Cum aliter tentat caro, aliterur de-
mon; non eadem erit utri-
usque tentatio.*

RESPON. Dicendū, quod cum
dicimus tentationem esse a car-
ne, uel ab hoste, hoc dupliciter
potest intelligi. Aut sicut a mo-
uente primo, aut sicut a mouen-
te proximo, & immediato. Si si-
cut a mouente primo, sic tenta-
tio carnis nunquam potest esse
absque tentatione hostis: quia
omnis carnis tētatio est ex eius
corruptione, quae ortum habuit
a prima hostis tentatione: tenta-
tio tamen hostis potest esse abs-
que tētatione carnis, tūc potissi-
mē, quando is tentatur, in quo
non est carnis corruptio, sicut
fuit in Adam, & in Christo, uel
quando ex illa tentatione nulla
oritur incuruatio. Quando ue-
ro tentatio hostis ad peccatum
pertrahit, eum nullum peccatū
sit in nobis, quod nō habeat or-
tum ex concupiscentia aliqua,
sic tentatio diaboli a tentatione
carnis non potest separari: sic
igitur iudicandum est secundū
q̄ tentatio dicitur esse a carne,
uel ab hoste, tanquam a mouen-
te primo. Si autem sic dicatur ef-
fe, sicut a mouente proximo, &
proprie, sicut accipit Magister
in litera, sic sequestrantur & di-
stantia formali, & distantia tē-
porali. Distantia formali, quia
alio modo tentat caro, & alio
modo diabolus: & ad aliud ui-
tium impellit haec, & ad aliud
ille: & principium mouens est
aliud, & aliud. Sequestrantur
etiam distantia temporali, quia
aliquo tēpore uexat diabolus.

LIBRIS SECVNDI

& instigat ad aliquod uicium, ad quod non inclinatur caro, & aliquando potest esse eoduerso. Et sic isto ultimo modo accipiēdo proprie tentationem carnis, & tentationem hostis, ut accipit Magister in litera: concedendum est eas ab inuicem separari, ut non solum inter unam, & alteram sit differentia, sed etiā una possit esse sine altera. Vnde concedendę sunt rationes, quę hoc probant. AD ILLVD, quod primo obicitur in contrarium, quod omne malū est ab instinctu diaboli, intelligendum est sicut a mouente primo, non sicut a motore proximo. Nam absente diabolo peccatum potest esse a libero arbitrio, uel uoluntate propria, uel attrahente carnis concupiscentia. AD ILLVD, quod obicitur, quod caro mouet sicut instrumentum. Dicendū, quod hoc uerum est, quando diabolus uexat carnem, & uexado carnem uexat spiritum: & tunc tentatio carnis, & diaboli non ponunt in numerum. Cōtingit tamen carnem mediante sensuualitate sibi coniuncta spiritū nostrum ad malum inclinare, etiā diabolo non mouente: & tunc non mouet sicut instrumentū, sed sicut mouens primū, & hoc modo habet sequestrari a tentatione diaboli. AD ILLVD, quod obicitur, quod peccatum diaboli est initium omnis mali. Dicendum, quod hoc non est intelligendum, quod sit principium immediatum respectu cuiuslibet peccati, sed quia ante peccatum eius non fuit aliud: & ipsum fuit initium illius peccati originalis, ex quo est iniciū ad

omne malū. AD ILLVD, quod obicitur, quod omnia peccata sunt a carne. Dicendum, quod caro sumitur ibi large pro omni concupiscentia, quę inheřit animę ex coninnctione sui ad carnem: & sic nomine carnis intelligitur concupiscentia, quę est mater omnium malorum, & sine hac diabolus non generat in nobis aliquod peccatum. Et per hoc patet responsio ad sequens obiectum de generatione spirituali: accipitur enim ibi caro, & concupiscentia large, sicut ostēsum est. Ex illo tamen nō sequitur, quod tentatio diaboli non possit esse absque tētatione carnis: non enim omnis tētatio diaboli est peccati generatio: frequenter nō tētat: ira quod nulla sequitur culpa. AD ILLVD, quod obicitur, quod non tētat nisi hominem carnalem. Dicendum, quod hoc non est: quia tentatio diaboli pendeat a tentatione carnis, sed quia non potest aliquē tentare, nisi quando habet ueritabilitatē liberi arb. & est in statu merendi, uel demerendi, & in quo potest seduci: & hoc solum est, quando spiritus rationalis est coniunctus carni mortali. Ex illa tamen ratione non concluditur, quod caro in tentatione diaboli sit causa precipua, sed solū causa, sine qua nō.

QVÆSTIO III.

Quę difficilior tentatio superatur, diaboli, an carnis?

CVI istarum tentationum sit difficilior resistere. Et quod tentationi carnis, uidetur per illud, quod Magister dicit in litera. Tentatio carnis interior difficilior delicitur, quia inte-

rius

rius oppugnans, de nostro contra nos roboratur, sed illi tentationi difficilior est resistere, quod difficilior est uincere: ergo &c. IREM. Seneca. Nulla pestis efficacior, quā familiaris inimicus: sed inimicus carnis est multo familiarior, quā diabolus: ergo eius tentatio crudelior, & periculosior, ac per hoc ad uincendum difficilior. IREM. Quanto tentatio est ad nocendum efficacior, tanto difficilior est resistere tentationi: sed tentatio carnis efficacior est ad nocendum, quā tentatio hostis: quia cum tentatio hostis sit exercendę uirtutis materia, tentatio carnis nunquā est sine culpa: ergo &c. IREM. Tanto difficilior est resistere alicuius persuasioni, quāto ille, qui persuadet magis amatur: sed homo multum diligit carnem, & multum odit diabolum: ergo multo difficilior est resistere impulsioni carnis, quā suggestioni diaboli, siue tentationi.

CONTRA. Quāto impugnās est fortior, tanto eius impugnationi difficilior resistitur: sed diabolus est hostis fortissimus, sicut dicitur Iob. 40. Non est potestas super terram, quę ei possit comparari: ergo difficilior est eius tentationi, siue impugnationi resistere, quam ei tentationi, quę est ex carne. IREM. Quanto tentans est uersutior, & callidior, tanto difficilior est eius laqueos, & cautelas euadere: sed diabolus est uersutissimus: ergo difficilior est eius illaqueationi, siue tentationi resistere, quam tentationi carnis. IREM. Quanto inimicus est oc-

cultior, tātō minus potest hō eius imperū declinare: sed diabolus est hostis spiritualis, et occultus: caro uero est hostis manifestus: ergo tētatio, siue pręliū diaboli maioris est periculi, quā tētatio carnis: cū maiori igitur difficultate ei resistit. IREM. Facilius superatur, quod est in nostra potestate, quā quod non est in nra potestate: sed caro in nostra potestate est, nā ipsam possumus mortificare, & cū uitiis, & concupiscentiis crucifigere, diabolū uero minime: ergo multo facilius est resistere eius tentationi, quā resistere tentationi diaboli. IREM. Spiritus magis adheret bono proprio, quā bono carnis, siue bono interiori, quā bono inferiori: sed diabolus suggerit, & inclinatur ad bonū interius, dū tētat de peccatis spiritualibus: caro uero ad bonū inferius, dum tētat de peccatis carnalibus. Si ergo difficilior repellitur, quod est maioris adherentię, difficilior repellitur tentatio hostis, quę est de peccato spirituali, quā tentatio carnis, quę est de peccato carnali. IREM. Difficilior est resistere uolētis, quā blanditiis: quia uolētū importat de sua rōne impossibilitatē, siue difficultatem resistendi: sed diabolus tētat uolētando, sicut dicit Hug. caro autem tētat blandiendo: ergo difficilior superatur diabolus, quā superetur caro.

RESOLVTIO.

Si ambę tentationes carnis, scilicet & diaboli fuerint circa idem, difficilior profecto illa, quā ista experitur.

RESP. Ad prędictorū intelligētiam est notādū, quod quęritur,

Si 3 cui

cui tentationi sit difficilius resistere, utrum, tentationi carnis, uel hostis? dupliciter potest intelligi. Aut respectu eiusdem peccati, aut respectu alterius. Si respectu eiusdem peccati, utpote peccati carnalis, ad quod instigat caro, instigat & diabolus: tunc respondendum est, quod tentatio carnis est difficilior propter conjunctionem carnis ad spiritum, ob quam magis incuruat animam: & sic intelligit Magister in littera, & rationes probant ad primam partem inductæ. Si autem intelligatur cõparatio fieri respectu diuersorum peccatorum, utpote tentatio carnis intelligatur respectu carnalium, & tentatio hostis respectu peccatorum spiritualium, sic se habent ut excedentia, & excessa. Quidam. n. homines sunt, qui magis sunt proni ad peccata carnalia, utpote ad luxuriam, quàm ad superbiam: & his difficilius est resistere tentationi carnis, quàm tentationi hostis. Quidam autem sunt, qui proniores sunt ad peccata spiritualia, quàm ad carnalia, utpote illi, qui magis desiderant honores, quàm uoluptates: & his difficilius est resistere tentationi hostis, quàm tentationi carnis. Si quis autem sit indifferens ad utrumque, & æqualiter pronus quantum est de se, quodam modo tentatio carnis est difficilior ei, quodammodo tẽtatio hostis. Tentatio carnis erit difficilior ei propter maiore, & magis intrinsecam, & magis continuã adhærentiã. Tentatio uero hostis difficilior p̄p̄ maiore boni p̄missi apparentiã, & p̄p̄ latentiore inhiãtis fallaciã: sicut, n. Greg. i

Homil. ostendit, hostis antiquus multa, quæ sunt uitia, sc̄dm ueritatem palliat sub specie uirtutum. Si igitur quæritur, quæ harũ tentationum sit ad uincẽdũ, difficilior? Si respectu eiusdem peccati intelligatur: respondendũ est, qđ tentatio carnis. Si respectu diuersorũ, sic se habent sicut excedentia, & excessa, sicut ostensum est: & sic procedunt rationes ad utrãque partem. Si autem quæritur, quæ earũ magis excedat alterã: dicendũ, qđ quia oĩs caro corrumpit uiam suam, & homines ex maiori parte carnales sunt, & desideriis carnis obsequuntur, qđ difficilius est resistere tentationi carnis, quàm hostis.

Et ad rationes illas, quæ obiiciuntur in oppositum, quod hostis ille est fortior, & astutior, & occultior: facile est respondere, quia non permittitur tẽtare sc̄dm totam suam potentiam, & astutiã, immo reprimatur potestate diuina. AD ILLVD uero, quod obiicitur, quod caro est in nostra potestate. Dicendum, quod & si in nostra sit potestate sc̄dm ordinẽ naturæ, tamen p̄p̄ peruersitatem concupiscentiæ in multis & regnat ancilla, & seruit dñã, & nimius amor carnis facit uentrem Deũ esse hominis: & iõ nõ est in nostra potestate, quousq; liberemur de potestate corporis huius, adiuuante gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Tanta. n. est uis amoris, ut amante amato quodammodo subiiciat. Vnde & si filius sit in potestate patris: non est tamen patri facile occidere, uel affligere filium, sed ualde difficile: sic in proposito intelligendum est: quia

quia nemo unquam carnẽ suam odio habuit: sed nutrit, & fouet eam. AD ILLVD, quod obiicitur, quod bonũ interius magis adhæret. Dicendum, quod & si magis aderat spiritui, secundũ quod spiritus est: non tamen magis adhæret secundũ qđ carnalis est: nunc autem fere oĩs homines carnales sunt, nec permanet spiritus Dei in homine, quia caro est. AD ILLVD, quod obiicitur, quod diabolus tentat uolentiis. Dicendum, quod nulli infert uiolẽtiam simpliciter: uolentare tamen dicitur quodammodo propter immistionem aliquarum tribulationum, quæ nõ ita mouent affectum, sicut carnis incitamenta, nisi caro ibi interponat partes suas.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An peccatum Adæ potuerit esse ueniale?

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum quæritur de quãtitate peccati primorum parentum. Et circa hoc quærentur tria. Primo quæritur, utrũ primũ peccatũ potuerit esse ueniale. Secundo quæritur, utrum fuerit remediabile, siue remissibile. Tertio quæritur, utrum inter cætera genera peccatorum fuerit magis graue.

VTRVM primum peccatũ hominis fuerit, uel potuerit esse peccatũ ueniale. Et quod sic uidetur. In egressu a relicitudine, prius curuatur aliquid parua obliquitate, quàm magna: sed obliquitas magna est culpa mortalis, & parua est culpa uenialis:

ergo cum cecidit a statu relicitudinis innocẽtiæ, per ueniale trãsuiuit ad mortale: ergo prius peccauit uenialiter, quàm mortaliter. ITEM. Consensum, siue electionem præcedit appetitus: nihil enim legimus, nisi prius illud appetamus: ergo ante cõsensum primi hominis fuit appetitus: sed ille appetitus erat ad illicitum: ergo erat peccatum: sed non mortale, quia nihil est mortale citra cõsensum: ergo ueniale: prius igitur peccauit peccato ueniali, quàm peccato mortali. ITEM. Contingit aliquid diligere inordinate, & supra Deum. Contingit et aliquid diligere ordinate, & sub Deo: sed inter hæc duo cadit medium, uidelicet diligere aliquid sub Deo, sed inordinate. Si igitur ab extremo in extremum peruenitur per medium, prius dilexit homo aliqd inordinate sub Deo, quàm supra Deũ: sed primũ est mortale, secundum ueniale: ergo &c. Si trã dicas, quod hõ in primo statu existens non potuit peccare uenialiter, ostenditur quod sic. Primum, quia uerbum otiosum est peccatum ueniale quantum est de genere suo, cum non sit contra aliquod mandatum: sed Adã potuerat uerbum otiosum dicere, & cum uxore sua iocari: ergo poterat in statu illo uenialiter peccare. ITEM. Quod potest in maius, potest in minus, qđ est ordinatum ad illud: sed Adã poterat peccare mortaliter: sed peccatum mortale est maius, quàm ueniale. Cum igitur Adam potuit etiam primo peccare mortaliter, potuit primo peccare uenialiter. ITEM. Est ponere statũ

in quo non potest aliquis peccare uenialiter, nec mortaliter, ut puta statū cōprehensoris: & statum, in quo potest peccare uenialiter, utpote statum uiatoris: & statum in quo contingit peccare mortaliter, & non uenialiter, sicut statum angeli lapsi: ergo erit ponere statum, in quo contingeret peccare uenialiter, & non mortaliter: sed hic nō est status nisi hominis instituti: ergo &c.

SED CONTRA. Peccatū ueniale, ueniale est pp impulsione, & pronitatē, quam homo habet ad illud: sed primus homo nullum habuit impulsū: ergo non potuit primo committere ueniale peccatum. IREM. In primo homine nullus erat motus brutalis, sed quilibet erat scdm deliberationē rōnis: sed peccatū cōmittere cū deliberatione rōnis ubi nulla est pronitas, nō potest esse nisi mortale: ergo &c. IREM. Regnum animæ adeo ordinatum erat, sicut dicit Augu. quod si ipsa seruaret ordinē sub Deo, nihil exiret eius imperiū: ergo impossibile fuit hominem peccare, nisi prius a Deo se auerteret: sed hoc est per mortale: ergo &c. IREM. Angelus propter dignitatē sui status non solum peccauit mortaliter, sed etiam irremediabiliter: ergo si status innocentiae excedebat statū miseriae in magna præcellentia, uideretur, quod illud, quod in nobis est modo modicū & leue, in statu illo esset magnum, & graue, nulla igit essent ibi leuia, & minuta peccata, sed omnia essent graua, & mortalia. IREM. Omne peccatū aufert innocentiam:

sed qđ auferebat hoī innocētiam, auferebat immortalitatē: & qđ auferebat immortalitatē, inferebat mortē: & qđ inferebat mortem, erat mortale: ergo a primo nullū peccatū poterat esse in primo hoīe, quod non esset mortale. IREM. Si Adā primo cōmississet ueniale, quæro utrū potuisset pœnitere, an non. Si nō, ergo fuisset irremediabile. Si sic, ergo propter ueniale peccatum doluisset, ergo passibilis factus esset: & si passibilis: ergo & mortalis cū eadem esset in eo rō passibilitatis, & mortis: ergo necesse fuit primum peccatū primi hominis uel esse mortale, uel esse irremediabile, uel quod aliquid esset ueniale, & inferret mortē: quæ duo simul stare nō poterāt.

RESOLVTIO.

Qui statum Adæ exquisitè attende rit, non nisi mortaliter in tantā inobedientiam pro labi potuisse affirmauerit.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandū, qđ circa hoc duplex fuit opinio. Quidā enim dixerunt, quod Adam primo peccato peccauit mortaliter potuisset tamē peccare uenialiter, non tñ omni genere uenialis. Quoddam. n. est ueniale, qđ est ueniale ex genere actus, sicut dicere uerbum otiosum, & mendacium iocosum, uel exire in risum dissolutū: & hoc est ueniale non solum cum præuenit rationis iudicium: sed et cum subsequitur: & hoc peccato dicunt Adam primo peccare potuisse. Est & aliud genus uenialis peccati, quod dicitur ueniale, a ueniendo: quia uenit ex surreptione, & pronitate naturæ corruptæ:

præ: & hoc præuenit, non subsequitur iudicium rationis: & tali peccato dixerunt Adā peccare non potuisse propter ordinē originalis iustitiæ, quo inferior potentia ita subdebatur superiori, quod nihil appeteret absq; eius imperio, & dictamine: & hæc positio satis fuit probabilis. Verūtamen cōmuniter nō approbāt eam Doctores theologiæ: nā improbabilitatem habet, si quis attendat ad perfectionem status, & regulam rectitudinis, in qua erat: a qua etiā cum nullum haberet impellens, exire non poterat, nisi contemnendo diuinam iustitiam, & scedando suam innocentiam, & corumpendo naturā suam, quæ omnia faciunt primam culpam Adæ non ueniale, sed mortalem fuisse, nec potuisset aliter esse. Et ideo est communis opinio, quā hodie approbāt doctores: quod Adam in statu innocentiae primo peccato peccauit mortaliter, nec primū eius peccatum ueniale esse potuit. Vnde concedendæ sunt rationes, quæ hoc ostendunt.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur qđ prius est peruenire ad paruā obliquitatē, quam ad magnam. Dicendum quod uerum est, ubi est curuitas paulatiua, & per successionem: ibi autem potius fuit fractio, quam curuatio: uel si curuatio dici debet, primo incepit in consensu, qui fuit mortale peccatū, & ita inter rectitudinē, & illam obliquitatem non intercedit medium. Et si tu queras, unde hoc. Dico, quod hoc non fuit propter immediatam oppositionem rectitudinis ad peccatum mortale, sed quia

in tali subiecto, quod quidē uel oportebat esse sanum, uel mortuum. AD SECVNDVM, quod obiicitur, quod appetitus præcedit consensum. Dicendum, qđ uerum est: sed appetitus, qui præcessit consensum primorum parentum, non fuit libidinosus, sed naturalis: ex tunc autem incepit esse libidinosus, quando uolūtas deliberatiua consensit, & tunc incepit etiam esse mortalis: & ita non ante incepit peccatum esse, quā esse mortale. AD ILLVD, quod obiicitur, qđ medium est inter diligere ordinate sub Deo, & inordinate supra Deū. Dicendum, quod & si sit mediū cōparando statum ad statū simpliciter: cōparando tamen ad hoīem illum, non cadebat mediū. Ratio aut huius erat pp magnam approximationem ad Deum, ob quam nihil poterat inordinate diligere, quin per hoc Deo iniuriam faceret, ac per hoc supra Deum diligeret. AD ILLVD, quod obiicitur, quod poterat dicere uerbū otiosum, quod est ueniale. Dicendum quod uerbum otiosum ei fuisset mortale propter status perfectionem. Vnde quod dicitur, aliqd peccatum esse ueniale generaliter, siue de genere sui actus, hoc intelligendum est respectu naturæ lapsæ. AD ILLVD, quod obiicitur, quod potest in maius, potest in minus. Dicendum, quod illud non est semper uerū: quia non est hominis potentia aliquando ita ordinata ad minus, sicut ad maius. Vnde maius est hominem mori, quam febricitare: facilius tñ potest aliquis aliqui inferre mortē, quā febrē, sic

fit & hō primus citius potuit se occidere, quā debilitare, id est prius mortaliter, quā uenialiter peccare. AD ILLVD, quod obicitur, quod quartus status esse deberet, in quo posset tantum uenialiter peccare. Dicendum, q̄ illum statū nullo modo cōuenit esse. Quod. n. aliq̄ peccatum sit ueniale alicui, hoc est propter magnam pronitatē, q̄ habet ad peccandum, & difficultatem, quam habet ad benefaciendum: & ubi hæc sunt, est facilitas ad mortale: & ita nunquā est ponere statum, in quo peccetur uenialiter, in quo nō possit peccare mortaliter: est tamen ponere econuerso statum, scilicet in quo contingit peccare mortaliter, & non uenialiter, propter defectum pœnitentiæ: huiusmodi autem est status dæmonum.

QVÆSTIO I I.

An peccatum hominis remediabile, uel remissibile fuerit potius quā angeli?

VTRVM peccatū, qđ primo secutum est ex tētatione illa, fuerit remissibile, uel irremissibile. Et quod irremissibile, uideatur. Augu. de Mirabilibus sacræ scripturæ loquens de angelo, dicit: quod resurgere non potuit, quia de subtilissimo statu cecidit: sed homo cecidit de nobilissimo gradu, & statu, quem potuit habere in uia: ergo si non potuit resurgere de mō, pari ratione nec homo. I T E M. Peccatum, ad qđ nullam habet inclinationem, nullam habet excusationē: & quod omni caret excusatione, non est dignum remissione: sed peccatū, qđ omnino ineptū est ad remissionē, est irremissi-

bile: ergo peccatum illud est irremissibile: quod fit sine aliqua inclinatione: sed tale fuit peccatum, quod consecutum est ex prima tētatione: ergo &c. I T E M. Morbus, qui totam naturam inficit, est incurabilis: quia omnino sanitatē, & principium sanitatis expellit: sed peccatum, quod ex primaria tētatione subsecutum est, totam naturam humanam inficit: ut igitur, qđ fuerit morbus incurabilis. I T E M. Adā antequam peccaret non solum habuit naturalia, sed et gratuita, sicut ostenditur infra, & hoc innuit Glo. Luc. x. ubi dicit, quod hō uulneratus fuit in naturalibus, & expoliatus gratuitis: angelus uero non habuit gratuita, sed solum naturalia: sicut ostensum fuit supra: ergo maiorem corruptionem fecit peccatum hominis in homine, quā peccatum angeli in angelo: sed peccatum quod magis corruptit, minus est aptum sanari: ergo si peccatum angeli fuit irremediabile, multo fortius peccatum hominis.

SED CONTRA. Pœnitentia est uia ad ueniam, uel ad merendum: sed primus parēs postq̄ peccauit, potuit pœnitere, qđ patet: quia doluit, & pœnituit: ergo potuit ueniā, & misericordiā inuenire: ergo peccatum eius fuit remissibile. I T E M. Dignū est, qđ q̄ ab alio deicitur, ab alio adiuetur: sed hō cum peccauit, alio tentante deiectus est: ergo deiecit ipsum habere præsiū, & adiutoriū ad resurgendū, sed illa habito, peccatu hominis est irremissibile: ergo &c. I T E M. Peccatū primi hōis totam natura-

turam

humanam infecit: ergo si irremissibile fuisset, tota humana natura damnata fuisset: ergo diuina prouidentia, & dispositio, quæ hominem fecerat propter beatitudinē, fuisset frustrata, & ita esset uana I T E M. Non est maioris stabilitatis culpa, q̄ gratia, nec demeritum, quam meritū: ergo si culpa Adæ fuisset irremissibilis, gratia præcedens fuisset inamissibilis: ergo si grām potuit amittere, pari ratione potuit a culpa resurgere. Quæ scio est igitur, propter quod remissibile fuit peccatum humanum, non angelicum.

RESOLVTIO.

Precipua ratio, qua homines peccatum petius quā angeli ueniale dignum fuerit, dicitur uertibilitas uoluntates post lapsum.

RESP. Dicendum, quod primū peccatum hominis, quod ex tētatione diaboli subsecutum est, remissibile fuit. Et si quæretur ratio huius: Dicendū, quod ex tribus rationibus, una potest ratio iustificiens colligi. Remissibile namque fuit peccatum primi hominis, quia erat in carne mortalis, in uoluntate uertibilis, in transgressionem excusabilis. Carnis mortalitas faciebat remissibilitatem: potuit. n. diuina iustitia seueritatem, & æquitatē sui iudicii in homine exercere præter æternā damnationē, in hoc q̄ hōiem peccatōrē morti tradidit, & hōis innocētis mortē pro satisfactione suscepit, ut sic exerceretur in hōie seueritatis uindicta p̄ culpa perpretata: ut quēadmodū hō uoluntarie peccando Deū deseruerat, et seipsum morte culpe occiderat, sic spiritus

uitus desereret corpus, & mors exigatur in pœna, sicut cōmissa fuerat in culpa. Angelus autē per naturā immortalis erat, nec mori poterat, nisi morte æterna: nō enim erat alia uia exercendi in ipsū iustitiæ seueritatē, nisi per mortē dānationis æternæ: & sic carnis mortalitas multū facit ad hoc, qđ peccatū hōis esset remissibile. Voluntatis uertibilitas, ad hoc nihilo ius faciebat: quia. n. hō cōditus est in uertibilitate arbitrii, q̄ non tm̄ debebat esse in eo ad momētum, sed et ad tempus diuturnū, quia longo tēpore debebat esse uiator: hinc est, q̄ sicut grā adueniēs eius uolūtati non abstulit uertibilitatē ad malum, sic culpa superueniēs non abstulit potentiā reuertēdi ad bonū: & sicut potuit transgredi, ita potuit conteri: & sicut p̄ culpā peruenit ad irā diuinam, sic per pœnitentiā rediit ad gratiam. Hoc autem angelus non habuit, sicut ostensum fuit supra Dist. 7. propter breuitatem spaciū merendi, post quam uoluntas eius uertibilitatem habere non poterat, sicut ibidē ostensum est. Excusabilitas etiam in culpa faciebat ad peccati hōis remissibilitatem. quia. n. alio suggerente cecidit, dignum fuit per alium subleuari: & ideo competebat sibi mediatorem habere: & quia lapsus non potest resurgere sine manu subleuante, & inimicus non potest reconciliari sine mediatore interueniente, hinc est quod peccatum hominis fuit remissibile, non peccatum angeli: quia hō per alium cecidit, alium debuit habere adiutorem, & reuoluitorem: Angelus uero non, quia

quia cecidit per semetipsum: & hæc est ratio, quã Magister reddidit in litera. Et sic patet, quod triplex est ratio, quare peccatũ hominis remissibile fuit. Et istæ tres concurrentes reddunt unã rationem integram. Inter has tamen præcipua est ratio, quæ medio loco posita est, scilicet uertibilitas uoluntatis post lapsum, per quã homo susceptibilis erat penitentiae, mediante qua ad ueniam poterat peruenire. Concedendæ sunt igitur rationes ostendentes peccatum hominis, quod ex prima tẽtatione secutum est, fuisse remissibile.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod cecidit de nobilissimo statu. Dicendum, quod quamuis hõ esset in statu sublimi: non tamen sic dicitur de sublimissimo statu cecidisse, sicut angelus, Angelus. n. proximus erat gloriæ: adeo quod uno solo motu conuersionis ad Deũ poterat effici gloriosus: nõ sic fuit de hoie: & ideo non est simile. AD ILLVD, quod obiicitur, quod hõ nullam habuit inclinationem. Dicendum, quod & si non habuit inclinatiũ interius, habuit tamen impulsium exterius, ratione cuius aliquo modo fuit peccatum eius excusabile: esto tamẽ quod excusabile non esset in se, nihilominus excusabile factum est, quando homo incepit de sua transgressione dolere. AD ILLVD, quod obiicitur, quod tota natura est corrupta. Dicendum, quod & si corrupta sit tota quantum ad totam posteritatem, quæ seminaliter ex Adam procedit: nihilominus tamen remansit ipsi Adæ semen, in quo benedictæ sunt omnes gentis idest

Christus, in quo nulla fuit corruptio: immo membrum sanissimum fuit: & ideo sua cauterizatione cætera membra a face peccati curauit. Remansit etiam in hoie aliqua naturalis rectitudo, utpote synteresis, quæ non fuit in eo extincta, qua mouente, & instigante potuit peccatum detestari, & detestando ad Deum reuerti, & reuertendo curari. AD ILLVD, quod obiicitur quod homo habuit naturalia, & gratuita quæ peccauit. Dicendum, quod & si aliquid donum amiserit in peccando, quod Lucifer non perdidit: quia non habuit: naturæ tamen rectitudo non est adeo obliquata in homine, sicut fuit in diabolo: & non tam improbe, & pertinaciter adhæsit ei, quod appetit, sicut angelus qui nullum habuit retardatiuum.

QVAESTIO III.

An peccatum primum grauisimum fuerit inter omnia peccatorum genera?

VTRVM peccatũ, quod ex illa tẽtatione subsecutum est, fuerit grauisimum oĩum peccatorum. Et quod sic uerbum, Aug. xiii. de ciui. dei. Magna fuit in peccato iniquitas, ubi tanta fuit in non peccando facilitas, Ex quo uerbo elicitur tale argumentũ. Vbi maior est ad obediendum facilitas, ibi maior est culpa in contemnendo: sed primo homini obedi re fuit facillimum: ergo in transgressione illa fuit peccatum maximum. ITEM. Aug. ibidẽ. Obedientia secũdi hois eo est prædicabilior, quo factus est obediens usque ad mortẽ. Ex quo uerbo potest elici tale argumentũ. Sicut qui est obediens usque ad mortẽ habet

maximum

maximum meritum in obedientia, & est maxime laudabilis, sicut fuit filius Dei, sic qui sic est inobediens, ut etiã non desistat propter timorẽ mortis, maxime culpabilis est, & uituperabilis: sed talis fuit inobedientia primorũ parentũ, qui cõminatione mortis non timuerunt transgredi diuinum mandatum: ergo uerbum, quod illud peccatum fuit maximum. ITEM. Tanto grauius est peccatum, quanto magis corrumpit: quia peccatũ est corruptio modi, speciei, & ordinis: sed peccatum primorum parentũ fuit maxime corruptiuũ, quia non solũ ipsos corrumpit: sed est totum genus humanum: ergo fuit oĩum peccatorũ maximũ. ITEM. Tanto grauius est peccatum, quãto maiori pœna punitur per iustũ Dei iudicium: sed peccatum primorum parentũ fuit pœna mortis, & exheredationis in se, & in suis posteris, & hæc maxima est omnium pœnarum: ergo illud peccatum fuit maximum.

SED CONTRA. Minus est peccatum remissibile, quam irremissibile: sed peccatum illud fuit remissibile, ut supra probatũ est: multa autem peccata sunt irremissibilia: ergo &c. ITEM. Grauius est peccatum, quod nullo modo est excusabile, quã quod aliquam habet excusationẽ: sed peccatum parentum primorum aliquam habet excusationẽ, in hoc quod factum est ad alienam instigationem: peccatum autem in spiritum sanctum colorem excusationis non habet: ergo peccatum illud nõ fuit peccatum grauisimum. ITEM. Tanto grauius est peccatum, quanto ex maiori

libidine procedit: sed in primis parentibus regnauit minima libido, & uoluntatis improbitas, cũ eorum natura esset munda, & ianna: ergo uidetur, quod illa transgressio ex inobedientia non fuerit maxima. ITEM. Grauius est peccatum, quod est contra naturã, & rationem, & institutionẽ diuinã, quã quod solum est contra diuinum mādaturum: sed peccatũ primorũ parentũ, quod ex illa tẽtatione secutum est, nec fuit oĩno contra naturã, nec contra rationẽ, sed solum contra diuinã institutionẽ: nam nec natura, nec ratio pro se dictabat de illo ligno non esse edendũ: multa autem sunt peccata, quæ sunt contra naturam, & rationem, & institutio nem diuinam, quæ nos appellamus peccata contra naturam: ergo uidetur, quod illa primorum parentum transgressio omnium peccatorum fuerit maxima.

RESOLVTIO.

Peccatum Adæ omnium humanorum peccatorum grauisimum fuit: nec usquequaq;: sed propter totius humani generis læsionẽ.

RESPOND. Dicendum, quod cũ multis modis possit dici peccatum unum grauius, & maius altero: ad præsens tamen attendendum est, quod tribus modis dicitur unum peccatum esse grauius altero. Aut propter maiorem libidinem, aut propter maiorem ingratitude, aut propter maiorem corruptionẽ. Si primo modo loquamur, sic peccatũ illud nec fuit maximum simpliciter, nec maximũ oĩum peccatorũ humanorũ: ex maiori. n. libidine diabolus peccauit, & etiam multi

multi filii Adæ ex maiori libidine peccant, quam peccauerit primus parens. Si uero secundo modo dicatur peccatum maius, scilicet quatum ad ingratitudinē, sic peccatum Adæ non fuit maximum simpliciter: maximum tamen fuit omnium humanorum. Maximum nanque simpliciter non fuit, quia diabolus ex maiori ingratitudine peccauit, cum plura bona in sua creatione perceperit, & de sublimiori statu lapsus fuerit: fuit tamen maximum omnium humanorum: quia in nobiliori statu, & altiori erat, quam aliquis posteriorum suorum, qui lapsus fuerit in peccatum: & ideo maxime iudicatur fuisse ingratus. Si autem dicatur tertio modo peccatum maius altero ratione maioris læsionis, sic quodam modo fuit maximum

omnium, & quodam modo nõ. Maior enim læsio dupliciter potest intelligi & esse, scilicet intensiue & extensiue. Intensiue loquendo peccatum Adæ non fuit maxime læsionis, quia non adeo deprauauit uoluntatem suam, sicut multa peccata deprauant. Extensiue uero loquendo, peccatum illud maxime læsionis fuit, quia nullum peccatum est, quod tot personis nocuerit, & in tot pertrahatur: sicut illud peccatum, quod perpetratum fuit ex tentatione primaria: & ita quodammodo fuit grauissimum, quodammodo non.

Ex hoc patet responsio ad rationes ad utramque partem adductas: utraque enim secundum diuersas uias uerum concludunt, sicut aspicienti satis planum est.

DISTINCTIO XXII.

De hominis transgressione.

Li. II.
c. 5.



Aug. li.
de Gen.
ad li. 1.
c. 30.

Ic uidetur diligenter inuestigandum esse quæ fuerit origo & radix illius peccati. Quidam putant quandam elationem in animo hominis præcessisse, ex qua diaboli suggestioni consensit. Quod uidetur Aug. innuere super Gene. ita inquit, Non est putandum quod homo deiceretur, nisi præcessisset in eo quædam elatio comprimenda, ut per humiliationem peccati sciret quam falso de se præsumpserit, & quod non bene se habet natura si a faciente recesserit. Item in eodem, Quomodo uerba tentatoris crederet mulier, dum se a re bona & utili prohibuisset, nisi inesset eius menti amor ille propriæ potestatis, & de se superba præsumptio: quæ per tentationem fuerat conuincenda, ut perimenda? Denique non contenta suggestione serpentis, aspexit lignum bonum esu, decorum aspectu: nec credens se inde posse mori, forte putauit Deum ali-

cuius de causa significationis illa dixisse: ideo manducauit, & dedit uiro suo fortassis cum aliqua suasionem, quam scriptura intelligendam reliquit. Vel forte non fuit suaderi necesse, cum eam mortuam esse illo cibo non uideret uir. Sicut ergo non est permissus diabolus tentare sceminam, nisi per serpentem, ita nec uirum, nisi per sceminam, ut sicut præceptum Dei per uirum uenit ad mulierem, ita diaboli tentatio per mulierem transfret ad uirum. In muliere uero quæ rationalis erat, non est ipse locutus ut in serpente; sed per suasionem eius, quamuis instinctu adiuuaret interius, quod per serpentem gerebat exterius. Ex prædictis tentationis modus, atque progressus insinuat: nec non etiam quod prædiximus, innui uidetur, scilicet quod tentationem præcesserat aliqua elatio, & præsumptio in mente hominis.

Redarguit, qui dicunt elationem processisse in mente.

Quod si ita fuit, non ergo alterius suggestionem prius peccauit, cum auctoritas tradat ideo peccatum diaboli incurabile esse: quia non suggestionem; sed propria superbia cecidit: hominis uero curabile: quia non per se; sed per alium cecidit, & ideo per alium resurgere potuit. Quocirca prædicta uerba Aug. piæ ac diligentem lectorem efflagitant: quæ sic intelligere sane quimus. Non deiceretur homo in actum illius peccati, ut scilicet lignum uetitum ederet, & in has miseras per tentationem diaboli, nisi elatio comprimenda processisset nõ utique tentationem; sed opus peccati. Talis enim fuit ordinis processus. Diabolus tentando dixit. Si comederitis, eritis sicut dii, scientes bonum & malum: quo audito statim menti mulieris surrepsit elatio quædam, & amor propriæ potestatis; ex quo placuit ei facere quod diabolus suadebat, & utique fecit. Suggestionem igitur peccauit, quia tentatio præcessit; ex qua in mente eius orta est elatio, quæ peccatum operis secutum est: & pœna peccati.

Quæ fuerit elatio mulieris.

Et talis quidem elatio in mente mulieris fuit pro certo, quæ credidit & uoluit habere similitudinem Dei cum equalitate quadam, putans esse uerum quod diabolus dicebat. & ideo specialiter mulierem commemorat Aug. inquit, *In principio huius*

Quomodo

Quomodo crederet, mulier diabolo, nisi esset in mente eius de se superba presumptio? Et quod ibi sequitur, scilicet, Quae per tentationem fuerat conuincenda, uel perimenda: ad mulierem referendum est, ut intelligatur, quae mulier, non quae elatio fuerat per tentationem, &c.

Quae fuerit elatio uiri.

Solet quari, Vtrum illa talis elatio & amor propriae potestatis in uiro fuerit, sicut in muliere. Ad quod dicimus, quia Adam non fuit seductus eo modo quo mulier: non enim putauit esse uerum quod diabolus suggerebat. In eo tamen fuisse deductum credi potest, quod commissum ueniale putauerit, quod peremptorium erat. Sed nec prior seductus fuit, nec in eo in quo mulier: ut crederet Deum illud lignum ideo tangere prohibuisse, quoniam si tangerent, fierent sicut dii. Veruntamen prauaricator fuit Adam, ut testatur Apostolus. Poterat enim aliqua elatio menti eius inesse illico post tentationem, ex qua uoluit lignum uetitum experiri, cum mulierem non uideret mortuam esca illa praecpta. Vnde Aug. super Gene. Cum Apostolus Adam prauaricatorem fuisse ostendat dicens, In similitudine prauaricationis Adae, seductum tamen negat ubi ait, Adam non est seductus; sed mulier: Vnde & interrogatus non ait, Mulier seduxit me: sed, Dedit mihi & comedi. Mulier uero dixit, Serpens seduxit me. Haec autem seductionem proprie uocauit Apostolus, per quam id quod suadebatur, cum falsum esset, uerum putatum est, scilicet quod Deus lignum illud ideo tangere prohibuerit, quia sciebat eos, si tetigissent, sicut Deos futuros: tamquam eis diuinitatem inuideret, qui eos homines fecerat. Sed etsi uirum propter aliquam mentis elationem, quae Deum latere non poterat, sollicitauit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierem uideret accepta illa esca non esse mortuam: nec tamen eum arbitror, si iam spirituali mente praeditus erat, ullo modo credidisse quod diabolus suggerebat.

Quis plus peccauit Adam, uel Eua.

Ex quo manifeste animaduerti potest, quis eorum plus peccauerit, Adam scilicet, uel Eua. Plus enim uidetur peccasse mulier, quae uoluit usurpare diuinitatis aequalitatem,

& n.

& nimia presumptione elata credidit ita esse futurum: Adae uero nec illud credidit, & de penitentia, & Dei misericordia cogitauit, dum uxori morem gerens, eius persuasioni consensit, nolens eam contristare, & a se alienatam relinquere ne periret: arbitrans illud esse ueniale non mortale delictum. Vnde Augustinus. Apostolus ait, Adam non est seductus. Quod utiq; ita accipi potest, ut intelligatur non esse seductus, prior, scilicet, uel in eo in quo mulier: ut scilicet crederet illud esse uerum, Eritis sicut dii, sed putauit utrumque posse fieri, ut & uxori morem generet, & per penitentiam ueniam haberet. Minus ergo peccauit, qui de penitentia & Dei misericordia cogitauit. Postquam enim mulier seducta manducauit, eique dedit, ut simul ederet, noluit eam contristare, quam credebat sine suo solatio contabescere, & a se alienatam omnino interire: non quidem carnali uictus concupiscentia, quam nondum senserat, sed amabili quadam beneuolentia, qua plerumque fit, ut offendatur Deus, ne offendatur amicus, quod eum facere non debuisse, diuinae sententiae iustus exitus indicauit. Ergo alio quodam modo ipse etiam deceptus est. Inexpertus enim diuinae seueritatis, in eo falli potuit, ut ueniale crederet esse commissum: sed dolo illo serpentino quo mulier seducta est, nullo modo arbitror illum potuisse seduci. Ex his datur intelligi, quod mulier plus peccauerit, in qua maioris tumoris presumptio fuit: quae est in se, & in proximum, & in Deum peccauit: uir autem tantum in se, & in Deum. Inde etiam colligitur quod mulier plus peccauerit, quia grauius punita est: cui dictum fuit, In dolore paries filios, &c.

Lib. ciui. 4. te. cta. 11. ap. Lib. 11. de Ge. ca. 42.

Quid praedictae sententiae aduersari uideatur.

Sed huic uidetur contrarium quod Aug. super Gene. de uiro & muliere peccatum suum excusantibus ait: Dixit Adam: Mulier quam dediisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi: non dicit, peccavi. Superbia enim habet confusio nis deformitatem, non confessionis humilitatem. Nec etiam mulier confitetur peccatum, sed refert in alterum dicens, Serpens decepit me, & comedi. in impari sexu, sed pari fastu, Ecce hic dicit Augustinus, quia parem fastum habuit

Gen. 3. Lib. 11. de Gene. cap. 35.

S. Bon. Lib. 2.

Tr mulier

mulier cum uiro. Pariter ergo superbierunt, & pariter peccauerunt. Sed hoc ita determinari potest, ut dicamus parem utriusque fuisse fastum in excusatione peccati, & est in esu ligni uetiti: sed disparem, & in muliere multo maiorem, in eo quod credidit & uoluit esse sicut Deus, quod non uir. Veruntamen & de uiro legitur, quod uoluit esse sicut Deus. Dicit. n. Aug. super illud locum Psal. 68. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Rapuit Adæ, & Eua presumptas, ut diabolus de diuinitate, rapere uoluerunt diuinitatem, & perdidderunt sclicitatem. Item super illum locum, Deus quis similis tibi? Qui per se uult esse, ut Deus, per uerse uult esse similis Deo: ut diabolus qui noluit sub eo esse: & homo, qui ut seruus noluit teneri præcepto, sed uoluit ut nullo sibi dominante, esset quasi Deus. Item super illum epistolæ locum, Non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo: quia non usurpauit quod suum non esset, ut diabolus, et primus homo.

Quorumdam sententia, quod Adam ambierit esse ut Deus, sed non crediderit possibile.

Ideo quibusdam uidetur, quod etiam Adam ambierit esse sicut Deus, non tamen crediderit id fieri posse, & ideo falsum esse quod diabolus promittebat, cognouit. Et licet diuinitatis æqualitatem concupierit, non tamen adeo exarsit, nec tanta est affectus ambitione sicut mulier, quæ illud fieri posse putauit, & ideo magis illud ambiendo superbiuit. Virum autem aliqua forte ambitionis surreptio mouit: sed non ita, ut illud uerum uel possibile fore putaret. Aliis autem uidetur ideo dictum esse, quod Adam illud uoluerit, quia mulier de eo sumpta, illud uoluit: sicut si, inquit, peccatum dicitur per unum hominem intrasse in mundum, id est, in humanam naturam: cum tamen mulier ante uirum peccauit, quia per mulierem intrauerit de uiro factam. Vel potius ideo per hominem dicitur intrasse, quia etiam peccante muliere si uir non peccasset, humanum genus minime peccatis corruptum periret. Minus ergo peccauit uir quam mulier.

Obiectio quod uir non minus, peccauerit.

His autem opponi solet hoc modo. Tribus modis (ut Isido

rus ait) peccatum geritur, scilicet ignorantia infirmitate, industria. Et grauius est infirmitate peccare, quam ignorantia, grauiusque industria, quam infirmitate. Eua autem uidetur ex ingorantia peccasse, quia seducta fuit. Adam uero ex industria, quia non fuit seductus, ut Apostolus ait. Ad quod dicimus, quia licet Eua in hoc per ignorantiam deliquerit, quod putauit uerum esse quod diabolus suadebat: non tamen in hoc, quin nouerit illud Dei esse mandatum, & peccatum esse, contra agere. Et ideo excusari a peccato per ignorantiam non potuit.

Quod ignorantia alia excusat, alia non.

Est enim ignorantia, quæ excusat peccantem, & est ignorantia talis quæ non excusat. Est autem ignorantia uincibilis, et ignorantia inuincibilis. Excusatio omnis tollitur, ubi mandatum non ignoratur.

De triplici ignorantia quæ excusat, & quæ non.

Est autem ignorantia triplex: eorum scilicet qui scire nolunt cum possint, quæ non excusat, quia & ipsa peccatum est: & eorum, qui uolunt sed non possunt, quæ excusat, & est pœna peccati, non peccatum: & eorum qui quasi simpliciter nesciunt non reuertes, uel proponentes scire: quæ ne minem plene excusat, sed fortasse ut minus puniatur. Vnde de Augu. ad Valentinum. Eis aufertur excusatio, qui mandata Dei nouerunt: quam solent habere homines de ignorantia. Et licet grauius sit peccare scienter quam nescienter, non ideo tamē confugiendum est ad ignorantie, te nebras, ut in eis quisquam excusationem requirat. Aliud est enim nescisse, aliud scire noluisse, quia in eis qui intelligere noluerunt, ipsa ignorantia peccatum est: in eis uero qui potuerunt, pœna peccati. Ignorantia uero quæ non est eorum qui scire nolunt, sed qui tanquam simpliciter nesciunt, nullum sic excusat, ut æterno igne non ardeat, sed fortasse ut minus ardeat. Non igitur mulier excusationem habuit de ignorantia, cum & mandatum nouerit, & peccatum esse secus agere non ignorauerit.

Vñ, pcesserit cōsēsus illius pētī, cū nā hoīs eēt incorrupta.

Solet etiam queri, cum sine uitio esset natura hominis,

It 2 unde

unde cōsensus mali processerit. Ad quod respōderi pōt quia ex libero arbi. propriæ uolūtatis fuit. In ipso. n. & in alio causa extitit, ut fieret deterior. In alio, quia in diabolo qui suavit. In ipso, quia uoluntate liberi arbitrij consensit, & cum liberum arbitrium sit bonum, ex re utique bona malus ille consensus prouenit: & ita ex bono malū manauit.

Distin. 34. De hoc autem in sequenti plenius tractabimus, cum origo mali, & in qua re coalescat, inuestigabitur.

An uoluntas præcesserit illud peccatum.

Si uero queritur, utrum uoluntas illud peccatum præcesserit: Dicimus quia peccatum illud & in uoluntate, & in actu consistit: & uoluntas actum præcessit, sed ipsam uoluntatem alia hominis uoluntas mala non præcessit: atque ex diaboli persuasione, & hominis arbitrio illa uoluntas mala prodijt: qua iustitiam deseruit, & iniquitatē inchoauit: & ipsa uoluntas iniquitas fuit.



VPRA egit Magister de lapsu hominis in cōparatione ad diabolum tentantem. In hac uero parte agit, quantum ad hominem transgrediendum. Diuiditur autē pars ista in duas partes. In prima determinat de peccato primorū parentū quātū ad genus. In secunda uero, quātū ad radicem, utrum. s. fuerit ex industria, an ex ignorantia, ibi. &c. His autē opponi solet hoc modo, etc.) Prima pars habet tres. In prima determinat de genere primi peccati generaliter. In secundo uero de genere peccati uiri, & mulieris specialiter. ibi. Et talis quidē elatio est in mente mulieris, &c.) In tertia uero determinat, quod eorū peccauerit magis grauius. ibi. Ex quo manifeste animaduerti potest, &c.) Quælibet autem harum partium diui-

di potest in duas. Nam in qualibet primò determinat ueritatē. In secunda remouet dubitationem. Secunda uero pars principalis, in qua determinat de peccato quantum ad radicem, diuiditur in tres partes. In prima inquirit, utrum peccatū illud ex ignorantia processerit, & per illam excusari habeat. In secunda uero querit, unde processerit primi peccati malitia. ibi. &c. Solet etiam queri, cum sine uitio esset natura &c.) In tertia uero inquirit, cum peccatum illud fuerit a uoluntate, utrum primo ante uoluerit, quam peccauerit. ibi. Si uero queritur, utrum uoluntas, &c.) Subdiuisiones partium, & intellectus satis apparent. Primo enim Magister determinat de ipsa culpa primorū parentum in se. Secundo uero prout comparari habet ad radicem

dicem ignorantia.

Dub. 1. **S** Ita contrahit homo massam carnis a muliere, sicut a uiro, & magis: si ergo originale peccatum contrahimus ex corruptione massæ damnatæ, ita contraheret originale peccatū ex corruptione mulieris, sicut ex corruptione uiri. Respo. Dicendū quod quia principale principiū propagationis residet penes uirum, potestas seruandī iustitiā maxime penes uirū residebat, & Deus hanc uiro seruandam commiserat: & ideo si uir non peccasset, posteri originali iustitia non carerēt. AD ILLVD, ergo quod obiicitur de muliere, respondetur dupliciter. Vel quod homo tunc ex parte mulieri cōtraheret corruptionem pœnaltatis, non corruptionem fœditatis, quæ principaliter habet ortum ex parte uiri: uel certe (quod probabilius uidetur) uir mulieri commistus amplius nō esset: sic enim Deus aliam nouā formasset, hoc saluo, quod sententia damnationis mortis, & corruptionis permanisset in ea.

Dub. 2. **T**ribus modis, ut Isidorus ait: &c.) Contra. Beda dicit, quod quatuor sunt nobis inflicta propter primum peccatum, uidelicet infirmitas, ignorantia, malitia, & concupiscentia: ergo cum omnia ista sint peccatorū principia, uidetur diuisio Isidori insufficientes esse, quæ ponit tantum tria membra. Item. Sicut ignorantia opponitur industria, ita infirmitati opponitur potentia: ergo sicut ponit aliud genus peccati esse ex ignorantia, & illud esse ex industria, simili-

ter deberet aliud poni ex infirmitate, aliud ex potentia. Respo. Dicendum, quod ista diuisio peccati accipitur penes corruptionem uirium anime, ita quod ignorantia respicit rationalem, infirmitas irascibilem, & malitia respicit concupisibilem: & uocatur hic idem peccatum ex industria, & ex malitia: Ideo cum omnes uires motiue sub his tribus comprehendī possit, omne peccatū, quod fit in statu naturæ lapsæ, ad ista tria genera habet reduci. Ad illud uero, quod obiicitur de concupiscentia. Dicendū quod illud membrum non distinguit contra alia, quia (sicut idē Beda dicit) concupiscentia ex omnibus his est contracta: & Ideo penes concupiscentiā non sumitur aliqua differentia: cum omnia peccata procedant ab ipsa. Sicut enim dicit Aug. Dū lex prohibet concupiscentiam, prohibet omne malum. Ad illud, quod obiicitur, quod potentia opponitur infirmitati, sicut industria ignorantie. Dicendū, quod industria nō stat ibi pro malitia, quæ cōcomitatur sciētia. Quare autē peccatū ex malitia, dicatur ex industria, infra patebit, cū agatur de peccato in spiritū santū.

Est autem ignorantia, &c.) Inuit Magister, quod ignorantia eorum, qui scire uolunt, dū possint, non excusat. Contra. Quia sicut dicit Philosophus, omnes homines naturaliter sciēre desiderant: sed quod naturale est, nullo modo assuecit in cōtrarium: ergo uidetur, quod nullus homo sciētiā respuat. Item. Sic se habet sciētia ad intellectū, sicut se habet pax ad af-

Dub. 3.

I. Mem. 1.

fectum: sed quia pax est perfectio affectus, nullus est, qui non appetat pacem, sicut dicit Aug. Propter pacem enim bellant omnes, quicumque bellant: ergo uidentur similiter, quod nullus scientiam respuat. Respon. Dicendum, quod sicut contingit aliquid nosse in uniuersali, & ignorare in particulari, sic contingit aliquid appetere in uniuersali, & tamen contemnere in particulari. Et hoc patet. Omnis homo appetit beatitudinem: illam tamen beatitudinem, quam Christiani expectant multi sunt, qui aspiciuntur, & recusant: & primus quidem appetitus est a uoluntate naturali: secundus est a uoluntate electiua: & per hunc modum est & in proposito. Et si omnes homines natura scire desiderant, & uelint esse scientes: scientiam tamen mandatorum Dei plurimi aspiciuntur. Et sic patet responsio ad illa duo obiecta: nam scientiam recusare, hoc non est naturae, sed uoluntatis electiuae. Et sic etiam, & si pacem in uniuersali nullus recuset: tamen hunc modum pacis, uel illum multi refugiant: & ideo confugiunt ad bellum.

Non ideo tamen confugiendum, &c. Contra. Cum ignorantia sit pura priuatio, & nihil appetatur nisi sub ratione boni, & utilis, uidetur quod ignorantia non possit affectari, uel ad eam confugere. Praeterea nihil amatur, nisi cognitum: sed ignorantiae tenebrae non cognoscuntur: ergo uidetur, quod ad eas nullus confugiat. Respon. Dicendum quod quaedam appetuntur propter aliquid appetibile, & delectabile, quod habent in se, sicut

bona spiritualia, & corporalia. Quaedam appetuntur propter bonum, quod ad ea consequitur, & ex ipsis elicitur: sicut aliquis appetit angustias, & tribulationes, ex quibus puenit homo ad perfectionem in merito, & premio. Quaedam appetuntur propter comparisonem maioris mali, sicut aliquis, ne capiatur, proicit se de alto: & illud proprie non est appetere, sed ad ipsum confugere: & per hunc modum intelligendum est esse in proposito. Quia enim homo timet deprehendi in scelere, ideo fugit lucem, non enim uenit ad lucem, ne arguantur opera eius. Et quia non contingit fugere lucem nisi in tenebris, & per tenebras, ideo oculus adulteri obseruat caliginem: & qui uult male facere, diuinorum mandatorum requirit ignorantiam: non quia illam propter se appetat, sed quia refugit sceleris deprehensionem, & amat delectationem, quam amat in sceleris perpetratione.

In ipso enim, & in alio causa extitit, &c. Contra. Sic uidetur, quod homo non peccasset, nisi diabolus fuisset: & hoc uidetur falsum: quia homo habebat liberum arbitrium uertibile: ergo circumscripta omni tentatione diaboli in malum poterat consentire, ac pro hoc peccare. Item. Aug. probat, quod Deo auctore nullus potest fieri deterior in principiis. 83. Quaestionum: quia nec a minori, nec a pari, nec a superiori. Minor enim non potest, par aequali non praevalet, superior non uult, quia nihil est superius bono, nisi bonum: & bonum non uult bonum deteriorare. Respon. Dicendum, quod absque dubio nulla tentatione pellente homo peccare poterat,

rat, sicut patet in Lucifero, qui peccauit sine impulsu alieno, quod etiam excellentior erat homo primo; Magister autem loquitur superponendo modum peccandi, secundum quod homo lapsus est, uidelicet ad suggestionem diaboli: & ideo dicit, quod in ipso homo, & in diabolo erat, quod homo fieret deterior; sed & aliter, & aliter, quia diabolus solum erat causa inducens, & quasi administrans; sed homo fuit causa efficiens, & consummans. Et quia omne peccatum, quod facimus, quodammodo habet ortum a peccato primo propter corruptionem, quae inoleuit per originalis transfusionem; hinc est, quod non solum primus parens deterioratus dicitur fuisse a diabolo; immo et omne peccatum dicitur esse ab ipso. Unde Hieronymus super Hieremiam in originali dicit. Quicquid peccamus, quicquid nocte, & die malorum operum perpetramus, imperium est demonum; quia uel omne peccatum procedit ex suggestionem demonum immediata, uel ex illa suggestionem demonum primaria. Et sic patet illud, quod Magister dicit in littera. Nec obstat illud Augustini, qui intelligit de principali agente, uolens ostendere, quod corruptionis primarie nullus potuit esse principalis auctor, nisi ipse homo.

ARTICVLVS I.

QUESTIO I.

Quo peccati genere peccauit mulier?



Intelligentiam huius partis circa duo incidit hic questio. Primo igitur quaeritur de culpa primorum paren-

tum in se quantum ad inordinationem affectus. Secundo uero quaeritur in comparatione ad ignorantiam intellectus. Et circa primum quaeruntur tria. Primo quaeritur, quo genere peccati mulier peccauerit. Secundo, utrum quod mulier appetit, uir concupierit. Tertio uero quaeritur, quis horum grauius peccauerit.

CIRCA quam sic proceditur, & ostenditur, quod mulier peccauerit peccato superbiae. Eccle. 10. Initium omnis peccati superbia. Et iterum Eccl. 25. A muliere initium peccati: ergo mulier peccauit peccato superbiae. **ITEM.** Aug. in Lib. de uirgi. Diabolus in caelo uoluit esse sicut Deus: cadens autem persuasit homini similitudinem suae uoluntatis: ergo si persuasit mulieri, & mulier persuadenti consensit. peccauit igitur peccato superbiae. **ITEM.** hoc uidetur ratione. Impossibile erat hominem deordinari in potentia superiori, nisi prius deordinaretur in inferiori: ergo non poterat prius inordinate conuerteri ad bonum interius, uel exterius, quam conuerteretur ad bonum inferius: sed conuerti inordinate ad bonum inferius hoc est superbia: ergo primum peccatum mulieris non potuit esse, nisi superbia. **ITEM.** Mulier uoluit manducate pomum: hoc non fuit propter famem, uel appetitum delectandi in cibo, cum nulla esset in gustu eius deordinatio: igitur hoc fuit, quia aliquid spirituale per illius cibi comestionem intendebat: hoc autem non erat, nisi esse sicut Deus, quod diabolus promiserat: ergo &c.

SED CONTRA. Videtur, quod primum peccatum mulieris fuerit inobedientia. Primo, quia hoc innuit text. Gen. 3. Quis indicauit tibi, quod nudus esses, nisi quia de ligno, quo praeceperam tibi, ut non comederes, comedisti? Secundo, quia hoc confirmat Apostolus Rom. 5. Sicut per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi &c. Et iterum. Per unius inobedientiam mors intrauit in mundum. Postremo hoc expressius declarat Aug. de Vera relig. ubi ait. Adā propter transgressionem inobedientiae de paradiso eiectus est. Si ergo primum peccatum hominis fuit inobedientia: non ergo uidetur quod fuerit superbia. **ITEM.** Quod peccatum primum fuerit gula, uidetur. Primo per hoc, quod innuit Gen. 3. Vidit igitur mulier lignum, quod esset ad uescendum suaue. Secundo hoc confirmat euangelium, quia Christus primo fuit tentatus a diabolo de gula, sicut legitur Matth. 4. Dic, ut lapides isti &c. sed eo ordine tentationis tentauit primum hominem, quo tentauit Christum: sicut sancti dicunt. Postremo hoc expressius declarat Ambro. in illo hymno. Quando pinoxialis morte morsu corruit. Si igitur peccatum primum fuit gula: ergo non fuit superbia, cum sint diuersa peccatorum genera: & unum & idem, simul & semel in diuersis generibus esse non possit. **ITEM.** Videtur, quod primum peccatum mulieris fuerit auaritia. Primo per text. Genes. 3. Eritis sicut dii scientes bonum, & malum. Hoc promisit diabolus, & hoc primo cecidit

in mulieris appetitum: sed appetere multitudinem scientiae plus quam debet, hoc est auaritiae, sicut dicit Grego. Deinde hoc confirmat Apost. 1. Tim. ult. Radix omnium malorum est cupiditas. Sed peccatum mulieris omnium aliorum peccatorum radix fuit. Postremo hoc ipsum expresse declarat Glos. super illud Psal. Quae non rapui &c. Vbi dicit, quod Eua uoluit rapere diuinitatem: si ergo rapina est peccatum auaritiae, primum peccatum Euae fuit in genere auaritiae; ergo non in genere superbiae. **ITEM.** Videtur quod primum peccatum fuerit infidelitas. Primo, quia hoc insinuat textus Gen. 3. ubi dixit mulier. Ne forte moriamur: dubitauit igitur de uerbo Dei. Si ergo dubitare de eo, quod debemus credere, hoc est infidelitatis, peccatum infidelitatis primum commisit. Secundo, hoc confirmat euangelium Luc. 1. Beata, quae credidisti. Dictum est uirgini Mariae: si ergo salus respondet per oppositum praeruaricationi, & haec incepit a fide Mariae, uidetur, quod illa incepit ab infidelitate Euae. Postremo, hoc expressius declarat Magister, & habitum est in Distinctione praecedenti in progressu tentationis, ubi dicit: quod mulier cum dubitauit, ab affirmante recessit, & negati appropinquauit: sed hoc non fuit sine culpa infidelitatis: igitur infidelitas fuit primum mulieris peccatum: non ergo primum peccatum peccato superbiae. **SI FORTÉ** tu dices, quod pluribus generibus peccatorum simul, & semel peccauerit, hoc non uidetur possibile, cum simul, &

semel

semel non possit se pluribus conuersionibus, & auersionibus deordinare: & quicquid de hoc sit, planum est, quod primum peccatum uni soli conuenire potest, cum per superabundantiam dici habeat.

RESOLVTIO.

Triformi peccato peccauit mulier, superbia in initio; auaritia in progressu, gula in consumatione.

RESPON. Dicendum, quod sicut innuit textus, & expresse dicit Apostolus: Principale peccatum hominis, per quod lapsus est, fuit inobedientia, & per quod deriuatur mors in omnes posteros. Vnde & ad hoc diabolus ipsum inducere intendebat, quod patet per principium suae interrogationis, Cur praecipit uobis Deus &c. Sed quoniam nemo operatur ad malum aspiciens, nec appetit malum, nisi sub specie boni: ideo clare deprehendens diabolus, quod non posset mulierem in peccatum praecipitare, nisi proponeret aliquod appetibile, illa in tentando proposuit fallaciter, ad quae omnis homo secundum ueritatem tendit naturaliter. Naturaliter enim omnis homo beatitudinem appetit quae est bonum copiosum, & gloriosum, & deliciosum: ideo omnis homo naturaliter appetit excellentiam, & sufficientiam, & laetitiam: & in ordinato appetitu consistit iustitia, in inordinato uero consistit culpa. Nam superbia non est aliud, quam immoderatus appetitus excellentiae. Auaritia non est aliud, quam immoderatus appetitus sufficientiae. Gula non est aliud, quam immoderatus appetitus cibi reficietis

suauiter. Consideras igitur diabolus, hanc esse uiam ad praecipitandam mulierem in culpa. Primo promissit dignitatis excellentiam. Eritis sicut dii. Secundo subiungit cognitionis abundantiam. Sciētes bonum, & malum. Postremo praetendit suauitatis experientiam, cum ostendit lignum pulchrum uisu, & ad uescendum suaue. Quoniam igitur mulier diabolicę suggestioni, consensit: ideo primo in appetendo esse sicut Deus, fuit superbia. Deinde in appetendo esse sicut Deus, fuit superbia. Deinde in appetendo scire bonum, & malum, quod non oportebat: & scire plus, quam oportebat, fuit auaritia. Postremo in experiendo suauitatem ligni uetiti, fuit gula: & in hoc fuit transgressionis rea, & culpa inobedientiae inuoluta. Et sic patet, quod peccatum mulieris inchoatum fuit in superbia, progressum habuit in auaritia, consummationem habuit in gula. Patet etiam, quod inordinata fuit quantum ad triplicem potentiam. scilicet quantum ad irascibilem, dum appetiit alta. Quantum ad rationalem, dum appetiit scire occulta. Quantum ad concupiscibilem, dum uoluit degustare suauiam. Vnde ex illo peccato pullulauerunt radices omnium peccatorum. **EX HIS** igitur patet responsio ad quaesita. Rationes enim ostendentes, quod primum peccatum fuit superbia uerum concludunt, quia ab illo fuit inchoatio. Rationes similiter ostendentes, quod fuerit inobedientia, gula, & auaritia: uerum concludunt, licet non fuerit ibi auaritia proprie dicta, secundum quod dicitur esse appetitus pecuniae: fuit tamen auaritia secundum quod est

est appetitus sufficientiæ, & in ipsa fuit peccati progressus: sed in peccato gulæ, & inobedientiæ fuit consummatio in actu, uidelicet comedendi. Gula. n. erat in quantum in illo cibo inordinate delectari uolebat: sed inobedientia, cum in actu ipsius commestionis contra diuinum imperium faciebat. Et hoc expresse dicit Grego. in quadam Homil. ubi ostenditur, quod tribus peccatorum generibus tentauit diabolus Christum, sicut prius tentauerat mulierem, & in illis tribus a Christo deiectus est, sicut per illa tria mulierem deiecerat. Nec est inconueniens plura genera peccatorum secundum progressum concurrere ad unum flagitium perpetrandum. Facillimum enim est de peccato in peccatum ruere, sicut contingit de motu unius uirtutis ad motum alterius ascendere, AD ILLUD, igitur solum restat respondere, quod obiectum est de infidelitate: non enim concedendum est, mulierem peccato infidelitatis peccasse, nisi infidelitas accipitur ualde large. Quid ergo obicitur, quod mulier dixit, forte. Dicitur potest quod [forte] est ibi nota euentus, non dubitationis. Sed quia Magister dicit expresse quod nota est dubitationis: ideo potest aliter dici, quod reuera mulier non dubitauit uerum esse, quod dominus dixerat: sed de hoc dubitauit uidelicet, qualiter dominus intelligebat, utrum. s. intelligeret de morte corporali, uel spirituali, uel alio quocumque modo; & illa dubitatio nec fuit pena, nec fuit culpa, sed quædam nescientia, quæ

diabolo tentanti præbuit uiam. Nec cogit illud, quod obicitur de fide beatæ Mariæ; nã: & si fides in conceptione filii Dei non modicum tenuerit locum, habuit tamen humilitatis usum præambulum ratione cuius diuina uirgo Deo placuisse, sicut ipsa dicit. Respexit Deus humilitatem ancillæ suæ. Nec oportet et omnino per eundem ordinem respondere reparationem destructioni: immo frequenter est e contrario, sicut uia resolutionis, & compositionis oppositis modis habent terminari, & inchoari: sic & in proposito potest intelligi.

QVÆSTIO II.

An quod mulier appetit, etiam uir concupit?

VTRVM quod mulier appetit, uir etiam concupit. Et quod non, uidetur. 1. Tim. 2. Vir non est seductus, sed mulier: sed si Adam uoluisset esse sicut Deus, quemadmodum mulier, utique circumuentus fuisset; si ergo circumuentus, uel seductus non fuit, id quod mulier appetit, non concupit. I T E M. Aug. super Gene. ad literam. Non arbitror uirum, si iam spirituali mente præditus erat, credere, quod diabolus promittebat: si ergo Adam gratiam habuit, patet &c. I T E M. Si Adam appetit esse sicut Deus, cum ad hoc multo minorem haberet similitudinem, quam Lucifer, uir, quod grauius peccauit Adam, quam Lucifer: ergo si peccatum Luciferi fuit irremissibile, & peccatum hominis factum irremissibile, quod supra improbatum est. I T E M. Si Adam appetit esse sicut Deus: aut ergo suggerere muliere, aut suggerere serpente. Non suggerere.

te serpente: quia ipse Adam non concupitur de serpente, sed de muliere. Gen. 3. Mulier, quam dedi mihi &c. Si suggerere muliere: ergo sicut mulier decepta fuit a serpente, ita uir a muliere: sicut igitur mulier dixit. Serpens seduxit me, ita uir dixisset: Mulier decepit me; sed hoc non dixit, sed dixit, Mulier dedit mihi &c. Quid si tu dicas, quod ita fuit, quauis scriptura non exprimat: hoc simpliciter apparet improbabile: nam si mulier dixisset, Comede, quia eris sicut deus, cum ipsa comedisset, & absque dubio non esset sicut Deus, nulla ratione uir probabile, quod uir ei credidisset.

SED CONTRA. Super illud Ps. 118. Superbi iniquè &c. Nisi homo suggestionem serpentis, ut deus esse noluisse, non lætalis culpa transisset ad nos hereditas. Si tu dicas hoc esse dictum quantum ad mulierem; obicitur de uiro per illud, quod dicit Grego. in Moral. & habet in Glo. Iob. 41. Per se accipere diuinitatem Adam credidit, & immortalitatis gloriam amisit; ergo Adam idem quod mulier appetit. I T E M. Phil. 2. super illud. Non rapinam arbitratus est, Gl. Non usurpauit quod suum non erat. scilicet equalitatem Dei, sicut diabolus fecit, & primus homo; ergo primus homo uoluit esse sicut Deus, & hoc uoluit mulier; ergo &c. Si tu dicas, quod primus homo stat ibi per mulierem. Contra. Super illud Ps. 68. Quæ non rapui. &c. Adam, & Eua uoluerunt rapere diuinitatem, & amiserunt felicitatem; ecce expresse dicitur de utroque. I T E M. Hoc uir ratione. Maiorem assimulationem habebat uir ad Deum, quam mulier: ergo si similitudo est

mater falsitatis, uidetur, quod multo magis credibile fuit uirum appetere esse sicut Deus, quam mulierem. I T E M. Multo sapientior erat Lucifer, quam esset primus homo: ergo si cum tota sua sapientia Lucifer uoluit esse sicut Deus, nec sapientia impediuit superbiam, multo minus uidetur, quod hoc sapientia impediret humana; si ergo hoc mulier appetit, non est improbabile, quod uir non concupierit: maxime cum glose, & auctoritates uideantur hoc dicere.

RESOLVTIO.

Nō idem appetit Adam, quod Eua: quia hæc appetit esse ut Deus: quod in cor illius minime ascendit.

RESPOND. Dicendum, quod quia ista est questio facti, circa quam non potest multum efficaciter ratiocinari: & scriptura non determinat expresse, & Sancti super hoc loquuntur uarie; ideo sunt hic opiniones diuersæ. Quidam enim propter auctoritates inductas dicunt, quod Adam idem ipsum, quod mulier appetit, concupit, sed non credidit sicut mulier, & propter hoc factus est superbus; sed tamen non dicitur fuisse seductus. Appetere enim potest aliquis aliquid, & tamen non credere ad hoc peruenire; multa quidem cupimus, ad quæ non speramus nos peruenturos; quia non quid possit, sed quid uelit attendit ambitionis flagitium. Et istam positionem sustinendo, respondent ad rationes ad utranque partem. Sed quia uerbis beati Augustini hæc opinio non consonat, immo expresse uidetur sentire contrarium, sicut patet ex auctoritatibus eius adductis in litera; nec uir esse credibile,

le, quod uir appeteret aliquid, ad quod crederet se non posse peruenire, cum ante illud peccatum ualde ordinatus esset. IDEO est aliqua positio, quod uir in appetibili, & principali motiuo non fuit conformis mulieri transgrediendo, licet esset ei conformis in transgressione mandati diuini: uterque enim inobediens fuit: sed aliter uir, quam mulier ad inobediencie culpam prolapsus est. Non enim uir pomum comedit propter appetitum excellentie in sui assimilatione ad Deum, nec propter appetitum sufficientie in mulierum cognitione, nec propter appetitum suauitatis in cibi degustatione, sicut fecit mulier: fuit tamen in uiro quidam superbia, quidam auaritia, & quidam lasciuia, per quas perductus est ad inobedientiam. Quodam enim modo superbiuit, dum se nimis magni precii esse apud Deum aestimauit: & tanti, ut propter comestionem illius cibi non incurreret grauitatem alicuius supplicii: sed de facili consequeretur ueniam de offensa. Fuit et quaedam auaritia, dum curiose scire uoluit, quod sibi eueniret, dum cibum uetitum degustaret. Fuit et quaedam lasciuia non carnalis delectationis: sed cuiusdam amicitialis affectionis, qua frequenter fit, ut offendatur Deus, ne contristetur proximus: hoc autem fecit Adam, dum comedere uoluit, ne suas delicias contristaret, hoc est, ne mulierem offenderet. Unde & dominus ipsum arguit, quod obediuit uoci mulieris: & per hoc perductus est ad inobedientiam, & transgressionem mandati Dei; & haec tria trahuntur ex uerbis Augustini super Gene. ad litteram, quae adducit Magister in littera. Pri-

mo enim dicit, quod non est putandum, quod homo deiceretur, nisi praecessisset in eo quaedam elatio comprimenda. Et iterum dicit, Voluit Adam lignum uetitum experiri, cum non uideret mulierem mortuam, esca illa percepta. Et iterum. Noluit eam contristare, quam credebat sine suo solatio contabescere, & a se alienatam interire. Concedendum est igitur, quod Adam non appetiit esse sicut Deus, quem admodum mulier, sicut ostendunt rationes ad hoc adductae. Si autem dicatur alicubi appetiisse se esse sicut Deus, hoc est dictum triplici ratione. Aut quia diuinum contempsit imperium, & uoluntatem suam diuinae praetulit iustitiae, & se sibi tanquam Deo subiecit, & ex hoc Deo aequiparari uoluit. Aut dictum est, quia mulier de illo sumpta appetiit sicut Deus esse, & per synecdocham quod est partis attribuitur toti. Unde sancti quod appetiit alter, frequenter loquuntur synecdochice, & attribuunt utrique. Aut potest hoc tertio modo dictum intelligi, quia ipse cum esset mulieri praesuppositus, ipsam non compefcuit, unde sibi imputatur culpa mulieris. Mulier autem intelligenda est appetiisse se esse sicut Deus, non per omnimodam aequalitatem; sed per quandam sublimationem in dignitate supra humanum modum: quod cum uir non compefcuit, immo potius eius uoluntati paruit, sibi peccatum mulieris imputatur, & uoluisse esse sicut Deus refertur.

ET SIC patet responsio ad auctoritates, quae prius inductae sunt, & per hanc uiam determinari possunt.

sunt, si quae aliae circa istam materiam consimiles inueniantur.

AD ILLUD ergo, quod obiicitur, quod maiorem assimilationem habebat uir, quam mulier. Dicendum, quod & si maiorem haberet assimilationem, habebat tamen praecellentiam uirtutis, & cognitionis respectu mulieris, quae duo non patiebantur hominem ita trahi a modica similitudine. AD ILLUD, quod obiicitur, quod angelus erat sapientior homine. Dicendum, quod uerum est de cognitione innata: non tamen uerum est de cognitione gratuita: creditur enim a doctoribus, quod primus homo ante lapsum habuerit gratiam gratam facientem, sicut melius ostendetur infra: de Lucifero uero creditur, quod gratiam gratam facientem non habuit, sicut determinatum fuit supra.

QVAESTIO III.

An uir, uel mulier grauius peccauit?

QUIS eorum grauius peccauerit, utrum uir, aut mulier. Et quod uir grauius peccauerit uir. Grauius est peccatum, ubi maior est ingratitude: sed ubi maiora sunt dona, ibi maior est ingratitude in peccando: sed Adam praecellebat mulierem in naturalibus datis & gratuitis: ergo cum peccauit, magis ingratus fuit: igitur &c. ITEM. Tanto maius est peccatum, quanto peccans est in altiori gradu constitutus: grauius enim peccat platus, quam subditus eodem genere peccati: sed uir erat caput mulieris, & ei praepositus, ergo uir, quod peccauerit grauius. ITEM. Tanto grauior est culpa, quanto ibi maior est contemptus: sed maior est contem-

ptus in transgressione mandati immediate suscepti a domino, quam mediante alio: si ergo mandatum per uirum peruenerat ad mulierem, uidetur, quod magis contempserit uir, quam mulier: ergo &c. ITEM. Tanto grauior est culpa, quanto maior est ibi laesio, & corruptio, quia peccatum de se corruptio est: sed peccatum Ade magis fuit corruptiuum, quam peccatum Eue, quia ex peccato Ade fuit totius posteritatis corruptio, secundum quod dicitur Roma. v. Per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi: ergo &c.

SED CONTRA. Aug. super Gene. & Magister refert in lit. Peccauerunt impari sexu, sed pari factu: sed ubi est par factus, ibi est par transgressio: ergo non uidetur, quod magis peccauerit uir, quam mulier. ITEM. Sicut in bonis, quod similis est meliori, est melius: ita quod similis est peiori, est peius, per se loquendo: sed peccatum Eue similis fuit peccato Luciferi, quam peccatum Ade propter maiorem elationem superbiae: ergo maius fuit peccatum Eue, quam Ade. ITEM. Tanto grauior est culpa, quanto maiori digna est poena: sed mulier magis fuit punita, quam uir, sicut patet Gen. 3. & a Deo, qui iuste punit: ergo amplius peccauit mulier, quam uir. ITEM. Grauius peccat, qui peccat peccato in se, & in alterum, quam qui peccat in se tantum: sed mulier peccauit in se, & in uirum, dum pertraxit eum ad peccatum. Vir autem peccauit in se tantum (de peccato actuali loquendo): ergo grauius peccauit mulier, quam uir.

Diuerso respectu tum mulier, tum uir grauius peccauit.

RESPON. Dicendum, quod (sicut prædictum fuit supra) peccatum potest dici grauius alterum altero tribus modis. uidelicet in gratitudine, libidine, & ex consequenti corruptione. Si igitur loquamur de maiori grauitate quantum ad ingratitudinem, grauius peccauit uir, quam mulier, pro eo quod abundantiora dona suscepit: & ideo cum beneficiorum oblitus benefactorem suum contempnit, & offendit, magis ingratus fuit; & in sui ingratitudine maiori culpabilior extitit. Si autem loquamur de maioritate quantum ad libidinem; sic amplius peccauit mulier, quam uir: pro eo quod magis improba uoluntate peccauit, dum concupiuit Deo assimilari: & ardentius appetiit, dum credidit hoc se obtinere posse quod diabolus ei suggestit: & ideo propter uoluntatem magis improbam mulier peccauit ex maiori libidine, & quantum ad hoc culpabilior uiro fuit. Si autem loquamur de maioritate culpæ quantum ad corruptionem consequentem, Distinguedum est, quia aliquid potest dici corrumpere dupliciter: aut per modum causæ, aut per modum occasionis. Si per modum causæ, sic quia peccatum uiri fuit causa transfusionis peccati in posteros, & ita corripit se, & alios: maior consecuta est ex peccato uiri corruptio, & quantum ad hoc culpa uiri dicitur fuisse grauior, Si uero per modum occasionis, sic quia peccatum mulieris fuit occasio

peccati uiri, & ita per consequens omnium aliorum, hoc modo mulier potest dici ceteros corrupisse, non solum posteros; sed etiam uirum suum. Vnde non solum peccauit in se: sed etiam in proximum. Et quantum ad hoc dici potest in muliere grauius fuisse peccatum. Per hanc distinctionem responderi potest ad rationes, quæ ad utranque partem adducuntur pro eo quod secundum diuersa membra huius distinctionis procedunt. Aliter posset dici, & quasi in idem redit, quod peccatum potest dici grauius altero, aut pensatis conditionibus ex parte peccati. Si igitur pensamus conditiones ex parte peccatis, grauius peccasse dicitur uir, quam mulier, tum propter donorum præcellentiam, tum propter status præsentiam, quia mulieri quodammodo prælatus erat. Si autem pensantur conditiones ex parte peccati, grauius peccauit mulier, quam uir, tum propter impietatem in Deum, tum propter iniquitatem in proximum. Deum enim sua ambitione inhonorauit, & proximum suggestionem suam deiecit.

ET SECUNDUM hoc procedunt rationes similiter ad oppositas partes. Quod autem dicit Augustinus, quod pari fastu peccauerunt, hoc intelligitur non quantum ad interiorem affectionem; sed quantum ad exterioram mandati transgressionem, ad quod uterque eorum æqualiter obligabatur. Vel par fastus dicitur non per omnimodam æqualitatem; sed per quandam conformitatem; & sic ex dictis colligitur, quod peccatum Eue aliquo modo

modo excedebat peccatum Adæ, & aliquo modo econuerso. Si autem aliquis quærat, quod eorum magis excedebat aliud. Ad hoc dicendum est, quod cum peccatum Eue excedat peccatum Adæ in conditionibus, quæ respiciunt peccatum essentialiter, utpote in maiori improbitate libidinis, in hoc quod & maius, & magis ambiuit, peccatum Eue magis excessit, & grauius fuit, simpliciter loquendo. Et huius signum est, quia magis punita fuit, & si ad infernum descendisset, maiorem penam habuisset. Nec obstant rationes ad oppositum adductæ, quia sumuntur ex conditionibus peccantis, quæ non faciunt peccatum grauius simpliciter sed quodammodo.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An peccatum primorum parentum ex ignorantia fuerit?



ONSEQUENTER queritur de peccato primorum parentum in relatione ad ignorantiam ex parte intellectus. Et circa hoc queruntur tria. Primo queritur, utrum peccatum primorum parentum fuit ex ignorantia. Secundo, utrum ignorantia aliquo modo sit culpa. Tertio queritur, utrum sit culpa excusatoria.

Circa quam sic proceditur. & ostenditur, quod peccatum primorum parentum fuit ex ignorantia, ad minus peccatum mulieris. Gen. iii. Serpens seduxit me &c. sed ubi est seductio, ibi est scientiæ priuatio: ubi autem hoc est ibi ignorantia: ergo &c.

ITEM. Qui dubitat de aliquo, de quo debet esse certus, potius dicitur illud ignorare, quam scire: sed mulier de uerbo domini debuit esse certa, quod dixerat, quacunque die comederis, morte morieris: & de hoc dubitauit, cum dixit, Ne forte moriamur: ergo ex ignorantia peccasse uidetur. ITEM. Qui credit mortale peccatum esse ueniale, ignorat ueritatem diuini iuris: sed Adæ credidit peccatum illud esse ueniale, sicut dicit Augustinus. & Magister adducit in litera. Arbitratus est illud esse ueniale, non mortale delictum: ergo uidetur quod tam uir, quam mulier peccauerit ex ignorantia. ITEM. Omne peccatum aut est ex ignorantia, aut ex infirmitate, aut ex malitia. Sed peccatum primorum parentum non fuit ex malitia, quia tunc esset peccatum in Spiritum sanctum. Nec ex infirmitate, quia nullam habebat pronitatem ad peccandum: ergo fuit ex ignorantia. ITEM. Si Adam, & Eua credidissent Deum tam grauiter offendere, & tantas penalitates incurrere, cum nullam haberent ad peccatum pronitatem, nullo modo uidetur, quod culpam commisissent: si ergo culpam commiserunt, uidetur quod hoc ignorauerunt, & ita ex ignorantia peccauerunt.

SED CONTRA. Si peccauerunt ex ignorantia, aut illa ignorantia fuit poena, aut culpa. Si culpa: ergo culpa fuit in eis ante primam culpam, quod est impossibile, cum implicentur hic duo opposita. Si poena: ergo poena fuit ante culpam. ITEM. Si fuit ibi ignorantia, aut ergo iuris, aut facti.

Non

Non facti, quia bene sciebant se de ligno uetito comedere. Non iuris: quia bene sciebant se debere Deo obedire, & contra eius imperium nullo modo facere: nulla ergo uidetur in eis ignorantia fuisse. **ITEM.** Si fuit ibi ignorantia, aut ergo uoluntaria, aut inuoluntaria. Si uoluntaria: ergo uidetur quod iam uoluntas eorum in appetendo ignorantiam esset inordinata. Si inuoluntaria: ergo uidetur quod nullo modo debuit eis imputari culpa: si ergo est imputata, non uidetur quod fuisset ex aliqua ignorantia. **ITEM.** Si fuit ex ignorantia, aut ergo innata, aut contracta, aut inflicta, aut procurata. Non est procurata, nec contracta, nec inflicta: ergo fuit ex ignorantia innata: sed non decebat Deum facere naturam humanam cum pronitate, & impotentia: ergo pari ratione non debuit eam facere cum cecitate, & ignorantia: si ergo ex ignorantia peccauerunt, uidetur, quod hoc possit imputari Deo. **ITEM.** Si aliquo modo dicitur ex ignorantia peccasse mulier, hoc est: quia a serpente seducta fuit: sed uir non fuit seductus, sicut dicit Apostolus: ergo ex ignorantia peccatum eius non processit: si ergo radix peccati in uiro, & muliere non fuit altera, & altera: uidetur et, quod nec mulier peccauerit ex ignorantia.

RESOLVTIO.

Peccatum primorum parentum si ex ignorantia fuisse concedendum est; non nisi large concedendum est.

RESPON. Dicendum, quod peccatum esse ex ignorantia potest dici dupliciter, uidelicet proprie, &

communiter. Proprie, prout distinguitur peccatum ex ignorantia contra peccatum ex infirmitate, & ex industria: & hoc modo ignorantia dicitur priuationem scientiae, quae non competit homini ex natura, sed merito primae culpae fuit contracta: & hoc modo peccatum primorum parentum non potest dici ex ignorantia, nec continetur sub illa diuisione, qua dicitur, quod omne peccatum aut est ex ignorantia, aut &c. illa enim diuisio peccati est secundum statum naturae lapsae. Communiter autem dicitur peccatum esse ex ignorantia, quod committitur, aliqua nescientia existente circa peccantem, ratione cuius nec considerat grauitatem culpae, nec grauitatem poenae: & si peccatum primorum parentum ex ignorantia dici potest fuisse: quia tam in uiro, quam in muliere fuit quaedam nescientia, quae non fuit poena, sed quaedam naturalis imperfectio, magis reperta in muliere, quam in uiro. Mulier enim ignorauit utrum serpens sibi uerum, uel falsum suggereret: ignorauit et seueritatem diuinae iustitiae. Vir autem alterum horum dicitur ignorasse, uidelicet diuinae iustitiae seueritatem, in hoc quod estimauit de illa transgressione cito ueniam inuenire: inexpertus n. erat seueritatem diuinae iustitiae. Vterque tamen cognoscere potuit per scientiam, quam habebat se malefacere. Et sic large accipiendo ignorantiam, dici potest peccatum primorum parentum fuisse ex ignorantia, & magis peccatum Euae, quam peccatum Adae. Et hoc concludunt rationes ad primam

primam partem inducta. Proprie uero accipiendo ignorantia secundum quod dicitur poenam, & hoc prout dicitur ne scientiam eius rei, quam homo deberet scire secundum exigentiam sui status, sic peccatum primorum parentum non fuit ex ignorantia, sicut ostendunt rationes adductae ad partem contrariam; & hoc patet discurrendo per singulas.

QUOD .n. obiicitur quod ignorantia aut est poena, aut culpa. Dicitur potest, quod ista diuisio non est sufficiens, nisi accipiatur ignorantia proprie. Nam non solum homo primo institutus, sed et angelus beatus aliqua ignorat: cum multa innotescant principatibus, & potestatibus per ecclesiam. Unde talis ignorantia nec culpa, nec poena est: quia est respectu horum, quae non debet scire, quantum est de prima conditione naturae. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod aut fuit ignorantia iuris, aut facti. Dicendum, quod non fuit ibi proprie loquendo ignorantia iuris quantum ad principale: sed quantum ad aliud quid annexum, utpote quantum ad securitatem iudicis. Similiter non fuit ibi ignorantia facti quantum ad principale, quia bene sciebat se gustare lignum uetitum: fuit tamen in muliere quaedam ignorantia quantum ad id, quod credebat assequi illud, uidelicet assimilationem ad Deum: & ita non fuit ignorantia proprie dicta, sed communiter. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod ignorantia aut erat uoluntaria, aut inuoluntaria. Dicendum, quod ista non est diuisio per immediata, si large accipiatur ignorantia: aliquis .n. est, qui nihil cogitat de eo, quod ignorat: & tunc nec

circa illud afficitur uoluntarie, nec inuoluntarie, & sic erat de illa ignorantia Euae. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod aut erat innata, aut contracta &c. Dicendum, quod illa ignorantia dicebat quaedam scientiae incompletionem, & imperfectionem: quae inerat animabus primorum parentum ex defectu propriae naturae, per hoc, quod animae eorum non erant in omnimoda lucis plenitudine: in tali autem statu deest hominibus sic fieri, quia (sicut infra patebit) prius debuit esse uiuator, quam comprehensor: nec tamen ex illa ignorantia dicitur homo fuisse in tenebris, uel in cecitate, quia sufficiens lumen habebat ad incedendum per uiam iustitiae; & ideo non est simile de pronitate. Pronitas .n. non solummodo dicit imperfectionem, sed etiam quendam naturae curuationem, ac per hoc deordinationem. **AD ILLUD**, quod ultimo obiicitur, quod uir non peccauit ex ignorantia, quia non fuit seductus. Dicendum, quod non solummodo mulier ignorasse dicitur propter seductionem, sed etiam quia ignorauit poenae subsequenter acerbiter: & licet in Adam non fuit ignorantia illius seductionis, fuit tamen ignorantia per inexperientiam diuinae ultionis: & ideo aliqua ignorantia, siue nescientia fuit in Adam, licet minor, quam in Eua. Nec ualet illud, quod obiicitur de radice, quia ignorantia non ponitur ibi esse tanquam ex una radice, sed quia quodammodo talis nescientia occasionem praebuit ad peccandum

QUESTIO II.

An ignorantia in aliquo homine culpa esse possit?

VTRUM ignorantia in aliquo homine possit esse culpa. Et quod sic uidetur. I. Corint. 14. Ignorans ignorabitur: sed nullus ignoratur a deo nisi propter culpam: ergo &c. **ITEM.** Super illud ps. 35. Noluit intelligere &c. Gl. Aug. Ignorantia in his, qui intelligere nolunt, est peccatum. **ITEM.** Ratione uidetur. Cognoscere credenda, & operanda est actus uirtutis, scilicet fidei, & prudentie: ergo haec ignorare, est uirtutibus privari: sed privationes uirtutum sunt uitia, & peccata: ergo aliqua ignorantia est culpa. **ITEM.** Non facere ea, quae homo tenetur facere, est peccatum: similiter non dicere: similiter non amare ea, quae homo tenetur amare, est peccatum: ergo similiter nescire quod tenetur scire, est peccatum: sed multi sunt, qui ignorant ea, quae tenentur scire, utpote ea, sine quibus saluari non possunt: ergo in talibus ignorantia est culpa. **ITEM.** Error est peccatum: ergo ratione eius, quod ponit, aut ratione eius, quod priuat. Non ratione eius, quod ponit, quia peccatum priuatio est, non positio. Si ratione eius, quod priuat: sed error priuat scientiam, & priuatio scientiae est ignorantia: ergo ignorantia est culpa.

Contra. Aug. in Ench. dicit: quod inflata est nobis ignorantia rerum agendarum, & concupiscentia noxiarum: sed nullum peccatum est nobis inflatum, ergo ignorantia non est peccatum. **ITEM.** Ratione uidetur. In omni peccato est auersio a bono incommutabili, & conuersio ad commu-

tabile: sed ignorantia nulla est ad bonum commutabile conuersio: ergo ignorantia non est culpa. **ITEM.** Nullum peccatum remanet post poenitentiam: sed ignorantia remanet in homine post poenitentiam, & contritionem: ergo ignorantia non est culpa. **SI TRV** dicas, quod remanet actu, sed transit reatu: ergo tunc uidetur, quod ignorantia non esset culpa actualis, sed originalis. Sed non est originalis, quia manet post baptismum, & hoc melius patebit infra: nec actualis: ergo non est culpa. **ITEM.** Omne peccatum est in affectu, cum omne peccatum sit uoluntarium: sed ignorantia est in intellectu ergo ignorantia non est peccatum. **ITEM.** Si ignorare est peccare: sed de uiro ignorate uerum est dicere, quod in omni instanti ignorat, ergo in omni instanti peccat: ergo tot sunt in eo peccata, quot sunt instantia: quod si hoc est falsum, & impossibile, restat ignorantiam peccatum non esse.

RESOLVTIO.

Ignorantia affectata sola est, quae culpa est.

RESP. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod cum privationes cognoscantur per habitum, cognitio ignorantiae pedet ex cognitione scientiae. Attendendum autem, quod quaedam est cognitio aliquorum, quae nec est necessaria ad uirtutem, nec est necessaria ad salutem, sicut artium mechanicarum, & liberalium: & talis cognitio nec est uirtus, nec deesse uirtutis: & illa ignorantia, quae est huius cognitionis priuatio, culpa non est: siue sit ignorantia

ratio negationis, siue dispositio nis, siue, et sit uoluntaria, siue non. Alia est cognitio credibilium, & operabilium, quae ad salutem necessaria est in adulto: & haec est cognitio fidei, & prudentiae: & ad hanc cognitionem habendam tenemur, quia sine hac nullus potest recte uiuere. Huius autem cognitionis priuatio potest dupliciter in nobis esse. Aut manente tentatione, aut non manente: si manente, tunc est ibi culpa: quia cum quis tenetur ad aliud, & illud non implet, ex hoc ipso culpatur, & dignus est poena. Si autem sit in nobis priuatio non manente tentatione, cum non potest scire, & impotentia excusat ab obligatione, sic priuatio huius cognitionis culpa non est, sicut in furiosis: & secundum hoc ignorantia, quae dicitur priuationem cognitionis ad salutem necessariam, uno modo peccatum est, alio uero modo minime. Aliter potest dici: & quasi in idem redit: quod priuatio cognitionis ad salutem necessariam dupliciter potest esse. Aut ita, quod est in nobis, sed non a nobis, & hoc modo culpa non est, sed magis poena: & cum non sumus eius principium in ipsa, nec meremur, nec demeremur. Aut ita, quod est in nobis, & a nobis: & sic culpa est. Hoc autem potest esse tripliciter. Vel cum in uia ueritatis existentes, uoluntarie ab ea recedimus, & in erroris foueamus nos praecipitamus: & haec priuatio potest dici ignorantia erronea, quae est in haereticis. Vel cum ad uiam ueritatis ualentes pertinere, cupimus in tenebris ambulare: & haec potest dici ignorantia affectata. Aut quia ex quadam pigritia, & negligentia non

curamus ueritatem addiscere. & haec dicitur ignorantia crassa, & supina: & quaelibet istarum est culpa, licet prima maior, quam secunda, & secunda quam tertia. Et sic concedendae sunt rationes ostendentes quod ignorantia aliquo modo potest esse culpa.

AD ILLVD, ergo, quod obiicitur in contrarium, quod ignorantia est nobis inflata. Dicendum quod prout nobis inflata est, poena est, & non culpa: prout tamen uoluntas nostra aliquo modo deordinatur circa illam (sicut prius dictum est) incipit esse culpa. Sicut passiones sanctis martyribus illatae, poenae erant consideratae secundum se: comparatae tamen ad uoluntatem sanctorum libenter eas perferentium pro amore Christi, erant eis meritoriae.

Vtrum autem aliquo modo sit culpa, prout se contra tracta uidebit infra, cum agatur de originali peccato. **AD ILLVD,** quod obiicitur, quod ignorantia non est conuersio. Dicendum, quod uerum est, prout est pura priuatio: prout tamen ipsam concomitatur, aliquo modo nostra affectio non habet ueritatem: & hoc modo dicitur esse culpa, non primo. **AD ILLVD,** quod obiicitur, quod ignorantia remanet post poenitentiam. Dicendum, quod non remanet, prout habet rationem culpae. scilicet ratione uoluntatis concomitantis, uel quodammodo eam causantis, sed si remanet, hoc est in quantum habet rationem poenae ex originali contractae: Ideo quantum ad primum, in quo habet rationem actualis, transit non solum actu, sed etiam reatu, cum quis poenitet: quantum uero ad secundum quodammodo remanet: & ita

uidetur ignorantia remanere actu, & in hoc habet quadam approximationem ad peccatum originale: secundum id tamen, quod culpa est, actuale peccatum est. AD ILLUD, quod obiicitur, quod ignorantia est in intellectu. Dicendum, quod illa ignorantia, quae opponitur cognitioni uirtutis, ad quam tenemur, non tantum respicit intellectum, sed etiam affectum: sicut & uirtus sibi opposita. Unde non tantum dicitur scientiae carentiam, sed etiam uoluntatis incuriam, & negligentiam ad scientiam percipiendam. AD ILLUD, quod obiicitur, quod in quolibet instanti ignorat. Dicendum, quod ignorare non dicitur esse culpa, nisi eatenus quae quis tenetur scire, quod ignorat: ideo & si in quolibet instanti ignoret, & in quolibet teneatur: quia tamen preceptum affirmatiuum non obligat semper, sed pro loco, & tempore: ignorans ignorando non peccat, nisi in illo instanti, & tempore, in quo tenetur nosse, uel addicere, quod ignorat: ideo quamuis semper dicatur ignorare, non tamen semper dicitur peccare.

QVAESTIO III.

An ignorantia a culpa excuset?
VTRUM ignorantia sit culpae excusatoria. Et quod sic, uidetur primo Timo. 2. Misericordiam consecutus sum, quia ignorans hoc feci: si ergo ignorantia fuit ratio, quare peruenit ad misericordiam, uidetur quod ignorantia excusabilem fecerit eius culpam. **ITEM.** Scientia aggrauat culpam, sicut dicitur Luc. 10. Seruus sciens uoluntatem domini sui &c. ergo per op-

positum ignorantia alleuiat: ergo excusat. **ITEM.** Omne peccatum est uoluntarium: ergo quod diminuit de ratione uoluntarii, diminuit de ratione peccati: sed ignorantia diminuit de ratione uoluntarii, quia uoluntarium est (ut dicit Philosophus) cuius principium est in ipso cognoscente singularia: ergo &c. **ITEM.** Sicut ad resistendum peccato requiritur fortitudo, sic etiam requiritur & cognitio: sed defectus fortitudinis, utpote infirmitas, excusat culpam: ergo similiter uidetur, quod defectus cognitionis, scilicet ignorantia. **ITEM.** Quod in sua plenitudine omnino tollit culpam, citra plenitudinem aliquo modo diminuit: sed cum aliquis simpliciter est ignarus, sicut paruulus, & furiosus: nihil quod faciat, imputatur ei in peccatum, sicut dicit Bern. & alii doct. ergo uidetur quod omnis ignorantia, peccato perpetrato aliquo modo prebeat excusationis patrocinium.

CONTRA. Isid. in lib. de Eccl. institutione. Nullus in culpa maior est, quam qui Deum nescit: ergo uidetur quod ignorantia non excuset: sed aggrauet. **ITEM.** Super illud Rom. secundo. An ignoras &c. Ambr. glos. Grauiissime peccas, quia ignoras: ergo uidetur grauare culpam. **ITEM.** Ignorantia de se malum est, sed malum additum malo facit maius malum: ergo uidetur, quod ignorantia peccatum augeat, non excuset. **ITEM.** Scientia nec auget, nec minuit, meritum: sed sola gratia, & charitas: ergo pari ratione, nec ignorantia auget nec diminuit demeritum:

Item: ergo non excusat peccatum. **ITEM.** Esto quod unus sciens peccet ex aliquanta libidine, & alter ignorans ex tanta libidine: si aequalis est ibi libido, ergo aequalis debet esse poenitentia: ergo uidetur, quod aequalis sit utrobique excusatio, uel accusatio: ergo non magis excusat, uel accusat ignorantia, quam scientia. Est igitur quaestio, propter quid magis excusat ignorantia, quam scientia. Et cum tam ignorantia, quam infirmitas excuset, similiter est quaestio, quae istarum magis excuset. Rursus cum sint multae differentiae ignorantiae, cum hoc quaeritur, quae earum excuset, & quae non? & quae magis, & quae minus.

RESOLUTIO.

Quae ignorantia a peccato excuset; et si non a toto, saltem a tanto.

RESPOND. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod omnis ignorantia aliquo modo excusat a peccato: & ratio huius est: quia minuit de ratione uoluntarii, minuit etiam de ratione contemptus. Ceteris enim paribus, magis contemnit, qui peccat ex industria, quam qui ignoranter peccat. Et iterum. Cum uoluntarium includat in se cognitionem, quod priuat cognitionem, priuat de ratione uoluntarii. Quia ergo peccatum mensuratur secundum qualitatem libidinis, & contemptus, & ignorantia diminuit de ratione horum, generaliter uerum est, quod omnis ignorantia in quantum huiusmodi, excusat peccatum: & si tanta sit, quod priuat omnino rationem uoluntarii, & rationem contemptus,

excusat a toto: si uero non omnino priuat, excusat a tanto. Concedendae sunt igitur rationes ostendentes, quod ignorantia excusat peccatum.

AD ILLUD ergo, quod obiicitur in contrarium de Isidoro, Grauiissime peccat, qui Deum nescit. Dicendum, quod Isidorus ibi comparat peccatum infidelitatis ad alia peccatorum genera: & ipsum in se ualde graue est: quia non est sine magna animae deordinatione: nihilominus tamen cum quis ignorans aliquid facit, & ex incredulitate (sicut dicit Apostolus de se) minus grauius peccat, quam ille, qui facit ex certa scientia. **AD ILLUD**, Ambrosii, quod grauiissime peccat, qui ignorat. Dicendum, quod hoc dicitur non ratione maioris culpe, sed ratione infirmitatis magis periculosa: quia cum non habeat scientiam de morbo, siue culpa, non quaerit medicinam: & ita semper remanet morbus, & corruptio: & hoc est quod dicit Aug. in Lib. Confessionum. Eo insanabilius peccabam, quo me non peccare arbitrabar. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod malum additum malo, facit maius malum: Dicendum quod illud habet ueritatem, cum malum malo conformatur. Malum autem poenitentiae, cum sit inuoluntarium, non conformatur malo culpae, quod est uoluntarium: & ideo non auget, sed potius diminuit. Et quoniam ignorantia in nobis non est sine culpa, non quia etiam aliquo modo sit poenitentia: ideo culpam perpetratam excusat. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod scientia non auget meritum. Dicendum

dum, q̄ illud non sequitur. Quā-
 titas. n. meriti non est a nobis,
 sed a gratia Dei: demeritum ue-
 ro, & eius quantitas ortū habet
 a uoluntate liberi arbitrii: & iō
 quod facit ad rationem uolun-
 tarii, facit aliquo modo ad aug-
 mentum peccati: & similiter q̄
 diminuit, facit ad alleuationem
 peccati: talis autem ignorantia,
 (ut dictū fuit supra) potest mi-
 nuere peccatū. AD ILLVD; q̄
 obicitur, q̄ peccantes ex pari li-
 bidine equaliter puniuntur. Di-
 cendum, q̄ hoc non cogit, quin
 ignorantia excuset: quia si ille, q̄
 ignorat, peccat ex tāta libidine,
 ex quanta ille, qui cognoscit, in
 statu ignorantie existens, si ha-
 beret scientiam, peccaret multo
 maiori: & ita grauius peccaret,
 & grauius puniretur: & iō igno-
 rantia, quę in ipso est, excusat
 peccatū: excusat (inquam) & mi-
 nuit quantitatem peccati, non
 quam habet, sed quam haberet,
 si ignorantia non esset. AD IL-
 LVD; quod queritur, quę ma-
 gis excuset, utrum ignorantia,
 uel infirmitas. Responderi po-
 test, quod duo sunt de ratione
 uolūtarii, uidelicet cognitio sin-
 gularium, siue circumstantiarū:
 & quod operationis principiū
 sit intrinsecum: igitur ignoran-
 tia excusat, quia priuat de ratio-
 ne cognoscendi: infirmitas ex-
 cusat: quia priuat de ratione per-
 fecte principiandi: & quoniam
 priuato priori, priuatur poste-
 rius, & non conuertitur, & co-
 gnoscere pręambulum est ad fa-
 cere, plus tollit de ratione uolū-
 tarii ignorantia, quā infirmi-
 tas, uel impotentia: & ideo ma-
 gis excusat ceteris paribus. A deo

tamē pōt infirmitas pręcellere,
 & ignorantia parua esse, siue ex
 culpa nostra procedere, q̄ erit
 conuerso. Vnde & si (in genera-
 litate loquendo) uerum est dice-
 re, quod magis excusat ignoran-
 tia, quā infirmitas: descenden-
 do tamen ad specialia peccata,
 possunt se habere sicut exceden-
 tia, & excessa. AD ILLVD; quod
 queritur, quę ignorantia excu-
 sat, & quantum: Dicendum, q̄
 est ignorantia facti, & ignoran-
 tia iuris. Ignorantia facti potest
 esse dupliciter, aut adhibita de-
 bita diligentia, aut non. Si adhi-
 bita debita diligentia, excusat
 a toto. Si non adhibita, non ex-
 cusat a toto, sed a tanto. Si autē
 sit ignorantia iuris: hoc potest
 eē dupliciter, aut est uincibilis,
 aut non uincibilis. Si uincibilis,
 tunc est ignorantia, quę est cul-
 pa. Et hęc aut est ex cōsensu ue-
 ro, aut ignorantia affectata: &
 ista sic ex una parte excusat, q̄
 ex alia parte magis aggrauat.
 Aut est ex negligentia, & igna-
 uia, sicut ignorantia crassa, & su-
 pina: & ista si aliquo modo ex-
 cusat, non tamen ita excusat, ut
 sempiterno igne non ardeat, si-
 cut dicit Aug. & Magister in li-
 tera. Si autem sit ignorantia in-
 uincibilis, hoc potest esse dupli-
 citer. Aut ista ignorantia est in
 nobis introducta per culpā prę-
 bulam, aut pręter omnem cul-
 pam. Si pręter omnē culpā, aut
 simpliciter priuat cognitionem
 iuris, sicut in infantibus, & fu-
 riosis, qui omnino carent usu ra-
 tionis: & hęc excusat a toto. (Vn-
 de dicit Bernardus, q̄ pueris in-
 fantibus, & dormientibus nihil,
 quod faciunt imputatur.) Aut

non

non tollit omnino usum ratio-
 nis, sed semiplenum: & tunc nō
 excusat a toto, sed a tanto, sicut
 est in his, qui non sunt plene fu-
 riosi, sed aliquo modo habent
 lucida interualla, & in pueris, q̄
 aliquando sunt capaces pręcep-
 ti, licet non plene. Si autē igno-
 rantia est introducta per culpā
 propriam, sicut est in ebrio, &
 furioso, quorum uterque se prę-
 cipit in hoc per culpam suā,
 sic non excusat a toto, sed a tan-
 to: quia sicut dicit Philosophus
 3. Ethi. cap. 7. Ebrius habebit du-
 plices maledictiones, maledictio-
 nem. s. pro culpa pręcedenti, &
 maledictionem pro culpa subse-
 quenti. Quantum autem, & qua-
 liter excuset subsequenterem cul-
 pam: diuersimode quidam deter-
 minant. Quidam enim dicūt, q̄
 nec ebrius, nec furiosus, qui usu
 rationis caret, committere po-

test nouam culpam, sed ex inor-
 dinatione sequenti aggrauatur
 culpa prima: potest enim culpa
 aggruari ex euentu sequenti.
 Aliis autem uidetur, quod nec
 sic excuset, quin nouam culpam
 cōmittat: non tñ est adeo grauis
 sicut si illā faceret ex certa scien-
 tia. Primus tñ modus dicēdi pro-
 babilior esse uī. Ex his patet, q̄
 Loth non oīno excusatur a cul-
 pa incestus, cum cognouit filias
 suas. Primum quidem: quia non
 fuit in eo plena ignorantia: licet
 enim dicatur in textu, quod nō
 senserit, quando filię accubue-
 runt: hoc dicitur: quia nō discre-
 uit. Secundo uerō, quia in illam
 ignorantiam peruenit per ebric-
 tatem, quā debuisset uitare: &
 ideo sancti dicūt eum fuisse cul-
 pabilem: licet ex alia parte dicāt
 eum fuisse aliquatenus excu-
 sabilem.

DISTINCTIO XXIII.

De Dei permissione in actu tentandi.

Reterea queri solet, cur Deus hominem tentari
 permiserit, quem decipiendum fore pręsciebat.
 Sed non esset laudabile homini, si ideo bene uiue-
 re posset, quia nemo male uiuere suaderet: cum
 in natura posse, & in potestate haberet uelle non consen-
 tire suadenti, Deo iuante, & est gloriosius non consenti-
 re, quā tentari non posse. Mouentur etiam quidam dicen-
 tes, Cur creauit Deus quos futuros malos pręsciebat? Quia
 pręuidit quid boni de malis eorum esset factururus. Sic enim
 eos fecit, ut relinqueret eis unde aliquid facerent: & si cul-
 pabiliter aliquid facerent, illum de se laudabiliter operan-
 tem inuenirent. A se habent uoluntatem malam ab illo na-
 turam bonam, & iustam pñam. Frustra ergo dicitur, non
 deberet Deus creare quos pręsciebat malos futuros: scie-

Augu.
 super
 Gen. li.
 11. c. 4
 & 6.
 Lib. eo.
 c. 9. ibi.
 d. ca. 6.
 Lib. eo.
 cap. 7.

Vu 4 bat

bat enim bonis profuturos, & iuste pro mala voluntate puniendos. Addunt etiam talem hominem debere facere, qui nollet omnino peccare. Concedimus quidem meliorem naturam esse, quae omnino peccare nollet. Concedant & ipsi non esse malam, quae alii facta est, ut posset non peccare si uellet: & iuste punitam, quae voluntate, non necessitate peccauit. Cum ergo haec bona sit, illa melior, cur non utranque faceret, ut uerius laudaretur de utraque? Illa enim de sanctis angelis, haec de hominibus est. Item inquit, Si Deus uellet, & illi boni essent. Et hoc quidem concedimus: sed melius uoluit, ut quod uellent, essent. Et boni quidem non infructuose, mali uero non impune essent. Item (inquit,) posset Deus uoluntatem eorum uertere in bonum, quia omnipotens est. Posset reuera. Cur non fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipse nouit. Non debemus plus sapere, quam oportet.

Qualis fuerit homo secundum animam.

Et quidem secundum animam rationalis fuit homo, habens discretionem boni & mali: Scientiam quoque rerum creatarum, & cognitionem ueritatis: quae primae perfectioni congruebat, mox conditus non incongrue accepisse putatur, & ad illam non studio, vel disciplina aliqua per interualla temporis profecisse, sed ab exordio suae conditionis diuinitus illam percepisse.

Quod triplicem habuit homo ante lapsum cognitionem.

Fuit homo primus ante lapsum triplici cognitione praeditus, rerum scilicet propter se factarum, & creatoris, et sui. Rerum quippe cognitionem hominem accepisse perspicuum est, cum non ipse creator uel angelus aliquis, sed homo omnibus animantibus nomina imposuerit: ut ostenderetur, quod singulorum notitiam homo ipse habuerit. Quae enim propter illum creata erant, & ab illo regenda, & disponenda erant, horum omnium Deus illi & scientiam tribuit, & prouidentiam atque curam reliquit: quia, ut ait Apostolus, non est cura Deo debentibus. Quorum, aliorumque animalium Deus homini curam reliquit & prouidentiam: ut dominationi eius subicerentur, et ratione illius gubernarentur: ut sciret illis necessaria

Lib. eo.

cap. 9.

Ro. 12.

Hugo

li. 1. de

sacra-

mentis

par. 6.

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

cap. 12

providere, a quibus emolumentum debebat recipere. Hanc autem scientiam homo peccando non perdidit, sicut nec illam, quae carnis necessaria prouiderentur: et id circo in scriptura homo de huiusmodi non eruditur, sed de scientia animae, quam peccando amisit.

De cognitione creatoris.

Cognitionem quoque creatoris primus homo habuisse creditur. Cognouit enim a quo creatus fuerat, non eo modo cognoscendi, quo ex auditu solo percipitur, quo modo a credentibus absens quaeritur: sed quadam interiori aspiratione, qua dei praesentiam contemplantur: non tamen ita excellenter, sicut post hanc uitam sancti uisuri sunt: neque ita in enigmate, qualiter in hac uita uidemus.

De cognitione sui.

Porro sui cognitionem idem homo talem accepisse uideatur, ut & quid deberet superiori, & quid equali, & inferiori non ignoraret. Conditionem quoque suam, & ordinem, scilicet qualis factus esset, & qualiter incedere deberet, quid agere, quid cauere, intellexit. Si horum notitiam non habuisset, non esset reus praenaricationis, neque seipsam cognouisset.

Utrum homo praescius fuerit futurorum sibi.

Si autem quaeritur, Utrum homo scientiam habuerit eorum, quae circa eum futura erant, id est, si ruinam suam praesciuerit: et similiter praescierit bona, quae habiturus fuisset si inobedientia perstitisset. Responderi potest, quod ei magis facienda indicta sunt, quam futura reuelata. Accepit enim scientiam, & praecipuum eorum, quae facienda fuerant; sed non habuit praescientiam eorum, quae futura erant. Non fuit ergo homo praescius sui casus, sicut & de angelo diximus. Quod Augustinus super Genesim asserit, ratione utens, quam supra posuimus. Haec de scientia hominis quantum ad primum statum pertinet, dixisse sufficiat.

SUPRA egit Magister de lapsu primorum paratione ad Deum permittentem: & quia non est aequum permittere aliquem inscium ab astuto circumueniri, ideo ut ostendatur prima promissio esse iusta, pars ista duas habet. In prima determinatur, cur Deus hominem tentari permisit.

Hugo

ibi.

ca. 15.

Ro. 10.

1. Cor.

13.

Ibid.

15. Ibi-

dens.

Dist. 4.

Li. 11.

c. 17. &

libr. de

correc.

& gra

tia. c. x.

1. Co. 9

pro-

In

In secūda uero determinat, quā tum, & qualem cognitionis habitum dedit. ibi. *Et quidem secundum animam, &c.*) Prima parte remanente in diuisa, secunda diuiditur in tres partes. In prima determinat, qualiter homo cognitionem habuit, utrum per disciplinam, & studium, an per diuinum donum. In secūda uero determinat, quorum cognitionem habuit. ibi. *Fuitque primus homo, &c.*) Et illa pars habet tres. In prima determinat, qualem cognitionem habuit de rebus creatis. In secunda qualem cognitionem habuit de Deo. ibi. *Cognitionem quoque creatoris, &c.*) In tertia, qualem cognitionem habuit de seipso. ibi. *Porro sui cognitione, &c.*)

Dub. I. *Non esset laudabile homini, etc.*) Sed contra. Si hoc uerum esset, tunc uideretur, quod uita nostra in gloria laudabilis non erit, ubi nemo male uiuere suadebit. Itē. Esto quod diabolus nihil mali persuasisset: nihilominus mereri potuisset: sed si mereretur, esset laude dignus: ergo &c. Respon. Dicendum, quod laus quaedam est, quae respicit dignitatem operis uoluntarii, in quantum illud nobile est: & haec posset esse in homine, & si nullum ipsum tentasset. Quaedam autem est laus, quae non respicit opus uoluntarium: sed opus strenuum, & arduum, quod consistit in expugnatione aduersarii, & reportatione triumphii: & de hoc loquitur Apostolus. 2. Timo. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Et de hac laude Magister intelligit. Et sic patent illa duo obiecta, quia procedunt de laude secundum

primum modum.

Gloriosius est non consentire peccato, &c.) Contra. Deus non potest tentari, homo uero sic: ergo gloriosior est homo, quam Deus. Item. In statu gloriae homo non poterit tentari, in statu uiae potest: ergo gloriosior est status uiae, quam patriae: quod si uerum est, gloriosior est miseria, quam gloria. Respon. Dicendum, quod uerbum Magistri intelligendum est circa eum, qui efficitur gloriosior ex merito suorum operum: & ideo non ualet illud, quod obicit de Deo. Item. Intensio gloriae, intelligenda est in uerbo proposito non quantum ad premium substantiale, sed quantum ad aliquam accidentalem laudem, qua laudatur uir iustus. Eccl. 30. Qui potuit transgredi, & non est transgressus, &c. & ideo non ualet illud, quod obicitur secundo

Hanc autem scientiam, &c.) Innuat Magister, quod scientiam rerum creatarum homo non perdidit, & propterea in scriptura de ea non eruditur. Contra. Videtur esse falsum: constat enim, quod nos, qui sumus filii Adae rerum naturas ignoramus, & ignorant nasceri: nec nosse possumus, nisi cum magna difficultate dicamus. Similiter secundum uidetur esse falsum, quia in sacra scriptura habetur de productione omnium rerum in operibus sex dierum, & qualiter productae sunt, & qualiter etiam distinctae sunt. Respon. Dicendum, quod si homo merito primi peccati excacatus sic, & factus sit ignorans tam in cognitione uniuersitatis, propter ipsum creaturam, quam in cognitione uiae salutis suae: plus

tamen

tamen excacatus est & in secundo, quod in primo. Nam ad cognitionem naturalium rerum multum potest proficere proprio studio, atque ingenio: sed in cognitione modi perueniendi ad uitam per seipsum plus deficit, quam proficit, nisi diuinae reuelationis instructione dirigatur: & propterea magis data est nobis scriptura diuinitus, & per spiritum sanctum reuelata in cognitione fidei, & morum, quam in cognitione rerum naturalium, licet omnis ueritas aliquo modo a spiritu sancto esse dicatur, & pro tanto intelligendum est uerbum prius propositum a Magistro fuisse dictum. Quod ergo obicitur de amissione cognitionis, uerum est, quod amisit habitum: non tamen amisit naturale iudicium. Ad illud uero, quod obicitur, quod scriptura insinuat productionem rerum. Dicendum, quod non determinat ibi rerum speciales naturas, & causas: sed hoc explicat, quod sentit fides sana, uidelicet diuinam uoluntatem omnium esse causam primam, & summam, & omnia esse facta per uerbum, & reparata per uerbum.

Dub. 4. *Si autem queratur, uirum homo, &c.*) Innuat Magister, quod homo habuit praescientiam eorum, quae futura erant circa ipsum. Contra. Si enim hoc uerum esset, cum nos multa praesciamus de futuris, & sancti patres praesciunt aduentum Christi, & prophetae: similiter uidetur, quod Adae non fuit ita sapiens, sicut nos sumus hodie. Si tu dicas, quod hoc non est inconueniens propter gratuitam reuelationem, quae in nobis est, & prophetis, ut aliquid scia-

mus, quod ignorauit Adae, Obicitur contra hoc. Quia (sicut sancti exponunt.) Adae in sopore illo captus est, & ad caelestem curiam dicitur fuisse perductus, & hoc innuit textus, quod statim post euigilationem propheticè locutus est. Hoc nunc os, &c. Si ergo uere locutus est propheticè, praecognouit: quid significabat mulieris, & uiri coniunctio, & mulieris de latere uiri formatio. Et primum signat Christi incarnationem: secundum passionem: igitur post cognouit Christum incarnandum, & Christum passurum: sed redemptio, & reparatio praesupponit lapsum: ergo praecognouit Adam lapsum futurum, & suum remedium, Respon. Dicendum, quod Magister non loquitur de quibuscumque futuris: sed de his, quae spectabant ad statum suum, utpote de lapsu, & confirmatione: confirmationem enim praescire non potuit: quia non erat mansurus: lapsum autem scire non debuit: & rationes supra assignatae sunt, cum hoc questum fuit de angelo. Cum ergo obicitur, quod praesciuit incarnationem, dupliciter respondetur. Vno modo, quod hoc est falsum, & si non sciret mulierem factam, ut coniungeretur sibi per coniugii sacramentum: non tamen oportuit, quod sciret incarnationem, & passionem, pro eo quod coniugium tempore innocentiae non significabat coniunctionem Christi, & ecclesiae quantum ad matrimonii coniunctionem, sed per charitatem, & dilectionem. Alius est modus respondendi: quod sicut Ioseph praecognouit suum principatum, non tamen praecognouit

Dist. 4.
arti. 2.
q. 2.

uit

uit suam uēditionem, & fuit antecedens ad illud: sic Adam nosse potuit aliquid, quod spectabat ad hanc naturæ exaltationē, sicut fuit Christi incarnatio: ita tamen quod ignorabat posteritatis suę lapsum per suā preuaricationē, uel quia Deus nō reuelauit, uel quia ipse non pertractauit.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An deus debuerit facere hominem inexpugnabilem?



Ad intelligentiam huius partis circa duo incidit hic q̄stio; secundum duo, circa quæ uerfatur principaliter totalis Distinctionis intētio. Primo quæritur de tentationis primæ permissione. Secundo quæritur de primorum parentum cognitione. Circa primum quærentur tria. Primo quæritur, utrum Deus debuit hominem facere inexpugnabilem, an taliter quod posset expugnari. Secundo quæritur, utrum hominem, quem præsciebat expugnandum, debuit permittere per tētationem impugnari. Tertio, utrum tentationis pugna a uiris iustis debeat desiderari.

QUOD Deus debuit facere hominem impeccabilem, siue inexpugnabilem. Ostēditur primo per diuinam bonitatem: quia ut dicit Dionysius Optimi est optima adducere: sed melior est natura rōnalis, quæ non potest peccare, quæque potest: ergo uidetur, quod decuerit Deum optimum facere hominem ad peccandum impossibilem, & ita inexpugnabilem. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur per diuinam liberalitatem. Ad excel-

lentiam enim liberalitatis, non solum facit dare multa, & magna; sed etiā dare uelociter: sed donum gratiæ confirmantis, & beatificantis hoc maius est, quā donum cuiuslibet gratiæ gratū facientis: ergo si Deus hoc dare homini disposuerat, & homo ex prima sui conditione ad hoc idoneus erat, uidetur quod statim, cum eum fecit, debuit ei hoc donum dare: sed si hoc haberet, esset inexpugnabilis: ergo &c. **ITEM.** Hoc ipsum ostenditur tertio ex parte sapientię. Maioris enim sapientię est scire mala præcauere, quā postquam facta sunt, remedium adhibere: ergo si diuina sapientia maxime manifestāda erat in hominis conditione, ut quod talem debuit eum facere, & tantam sibi cautelam adhibere, quod non possit in malum incidere. **ITEM.** Hoc ipsum ostenditur ex parte diuinæ potentię. Quanto. n. potētia maior est, tāto uelocius operatur: magis igitur diuina potentia manifestatur in operatione subita, quā in operatione successiua: si igitur hominis gratificatio, & confirmatio, & glorificatio est immediate a Deo, ut quod Deus subito, & in eodem instanti, in quo hominem fecit, debuit eum gratificare, & gratia cōfirmare, ac per hoc inexpugnabilem facere.

SED CONTRA. Gloria est bonū laudabile: sed nullus est laudandus in eo; quod habet, nisi habeat illud per merita: ergo si Deus fecit hominem ad hoc, ut perueniret ad statum glorię, & præmii, uidetur quod debuit facere hominem in statu meriti: sed statum meriti & præmii debent esse distincti,

sicut status uie, & patrię secundum legem communem; ergo dona uie, & patrię: si igitur habere impossibilitatem ad peccandum, spectat ad securitatem beatitudinis, uidetur quod a principio non debuit homini dari: ergo debuit homo expugnabilis fieri.

ITEM. Ad plenam perfectionē uniuersi decuit fieri omnē creaturam, quę ratione recta potuit excogitari, sicut dicit Aug. in 3. de libero arbi. sed rationabiliter cogitari potest ad perfectionem uniuersi spectare creaturam, quæ haberet libertatem arbitrii, & relicta esset in manu consilii sui: & hanc igitur decuit fieri, & in statu uertibilis constitui: sed hoc nulli creaturę magis competit, quā homini, ergo &c. **ITEM.** Uniuersum ex oppositione mali ad bonum decoratur, quasi quibusdam antithetis, sicut dicit

Lib. 11 Aug. & Eccl. innuitur. 34. **Con-**
ciui. dei tra malum bonum &c. Si ergo
6. 18. Deus uniuersum uenustare debuit, decorare, uidetur quod hunc decorem uniuerso nō debuit auferre: sed si fecisset hominē inexpugnabilem, iam hic decor non esset: ergo &c. **ITEM.** Hoc uidetur quarto, quia deus uniuersum fecit ad sui ipsius manifestationē: & sicut Deus est summe potēs, & sapiens, sic est summe iustus, & misericors: ergo tale debuit facere uniuersum: in quo manifestaretur eius summa iustitia, & summa misericordia: sed summa iustitia non manifestatur nisi in seueritate punitionis malorum: summa misericordia non manifestatur perfecte nisi in liberatione miserorum, & remissione delictorum: hæc autem

non possent esse, nisi rationalis creatura facta esset in statu, in quo posset peccare, & expugnari: ergo diuina iustitia, & misericordia exigebat hominem uertibilem, & expugnabilem fieri.

RESOLVTIO.

Debuit, & ideo uoluit Deus, hominem expugnabilem creare: ut magis ac magis & sua potentia, & sapientia, atque iustitia elucescerent.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam notandum est: quod & si ipsa diuina operatio non indigeat approbatione: pro eo, quod quicquid Deus facit, bene facit, & recte facit: ueruntamen ad excitandam deuotionem in mente fidelium, & compescendam rabiem in ore blasphemantium, & Deū in suis operibus inculpantiū, quadruplex potest ratio assignari, quare Deus fecit talē hominem, ut possit ab aduersario expugnari. Et prima est manifestatio diuinę potentię. Voluit. n. Deus ostēdere homini: quia sicut sine eo factus non fuerat, ita nec sine ipso persistere poterat. Ut igitur homo nosset, quod diuinum posse non solummodo est omnis potentię cauatiuum; sed etiam conseruatiuum, & quod ipsum solum est, quod non potest deficere, nec expugnari: ideo placuit sibi creaturā rationalem facere uertibilem, & expugnabilem, nec ipsam cōfirmare, quouique experimento disceret, quod ipse solus est, in quo non cadit, non posse. Secunda ratio est manifestatio diuinę sapientię: maioris enim sapientię, ostēsiuum est scire ordinare bona cum malis, & eligere bona ex malis, quā ordinare solū bo-

na cum bonis: & ideo cum non deceret eum ibi mala facere, debuit talem facere creaturam, quæ posset in operando deficere, & malum committere, ut Deus mala illa ordinando, suam sapientiam declararet. Tertia ratio sumitur ex manifestatione diuinæ misericordiae, quæ potissime manifestata est, cum unigenitum filium suum traderet ad liberationem serui. Quarta ratio sumitur ex manifestatione diuinæ iustitiæ, quæ potissime manifestatur in hoc, quod Deus retribuit unicuique secundum opera sua, præcipuè in æterna punitione maiorum: hæc autem retributio, & punitio, & præfata misericordiae liberatio non esset, nisi Deus creaturam rationalem, & præcipuè hominem in statu uertibilitatis fecisset, & ita potentem impugnari, & expugnari: & ideo congruum fuit, Deum hominem in statu tali facere: & concedendum sunt rationes ad hoc inductæ.

AD ILLVD, quod primo obiicitur, quod Deus debuit facere hominem optimum. Dicendum, quod est optimum simpliciter, & est optimum in ordine. Cùm autem dicit Dionysius. Quod optimi est optima adducere, non intelligit absolute: sed in ordine: & ideo ex hoc non sequitur, quod homo debuit fieri in optimo statu simpliciter; sed in statu, in quo optime saluaretur uniuersitatis ordo, & pulchritudo: & sic factus est cùm productus fuit in statu uertibilitatis: ut ordinato processu perueniret a merito ad præmiũ, ab imperfecto ad perfectum, ab inferiori ad supremum. AD ILLVD, quod obiicitur de summa

liberalitate. Dicendum, quod & si Deus sit liberalissimus, tamen liberalitas non præcludit uiam iustitiæ, & sapientiæ: ideo sicut dona sua distribuit largiter, ut tamen non excludatur sapientiæ recta ordinatio, & iustitiæ iusta retributio, ideo non statim debuit beatificare, & confirmare, sed merita hominis expectare. AD ILLVD, quod obiicitur, quod maioris sapientiæ est præcauere malum &c. Dicendum, quod falsum est: imo multo maioris sapientiæ est morbum bene curare, quam naturam a morbo præseruare. Vnde Aug. in Ench. Melius iudicauit deus de malis bona facere, quam mala nulla permittere: & maiori etiam sapientiæ attestatur (ut prædictum est) sic res ordinare, ut ex superuenienti etiam deordinatione non deturpentur, sed earum ordinatio decoretur. AD ILLVD, quod obiicitur, de potentia. Dicendum, quod si in omnibus operibus diuinis manifestatur diuina potentia: ea tamen, quæ spectant ad hominis gratificationem, & glorificationem; plus sunt ad manifestationem diuinæ misericordiae, & iustitiæ, quam potestati: ideo maior est congruentia in proposito, quam in opposito: nihilominus tamè quantum ad aliquem modum ex ipsa humana infirmitate, & indigentia, plus innotescit homini diuina potentia, quam si homo nunquam conspexisset uertibilitatem in rationali creatura.

QVÆSTIO II.

An Deus permittere debuerit hominem impugnari?

VT RVM debuit Deus permittere hominem impugnari.

Et

Et quod sic, uidetur per illud, quod dicit Magister in litera. Non esset laudabile bene uiuere, nisi esset; qui male uiuere suaderet: ergo si debuit permittere omne, quod faciebat ad humanam laudem ampliandam: debuit igitur mittere hominem impugnari per suggestionem diabolicam. ITEM. Secundum rectum iudicium, rationis, & attestationem apostoli ii. Tim. i. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit: si ergo homo producendus erat ad coronam gloriæ, uidetur ex recto ordine, quod statui debuerit in conflictu tentationis, & pugne. ITEM. Decet Deum sic administrare res, & eis providere, ut salua sit lex, quam indidit eis a prima conditione, iuxta illud August. vii. de ciui. Sic res, quas Deus condidit administrat, ut eas agere proprios motus sinat: sed Deus fecit, & facere debuit hominem in uertibilitate arbitrii, & relinquere eum in manu consilii sui, & similiter Luciferum: ergo si diabolus uoluit hominem uexare, & homo uoluit ei consentire, Deus nullum eorum debuit impedire. ITEM. Facilius erat homini uincere aduersarium, quam diabolo uincere hominem: homo enim non poterit uinci nisi uolens: ergo pugna illa de se magis erat ordinata ad uictoriam hominis, quam ad uictoriam diaboli: ergo magis ad bonum, quam ad malum. Si ergo Deus permittere debet, quod directe ad bonum hominis ordinatur, uidetur quod a tentatione primi hominis aduersarius non erat arcendus.

CONTRA. Impius esset pater,

qui permetteret filium aggredi bellum, in quo sciret eum esse ab alio superandum: sed Deus nouerat Adam illa tentatione esse superandum: ergo uidetur, quod non tanquam pius pater se habuit, dum permisit eum superari a diabolo. ITEM. Non est bonus prælatus, nec pastor, qui permittit ouem morderi a lupo, & capi: dum potest ipsum repellere, & arcere: sed Deus prælatus, & pastor hominis erat: ergo cùm uideret lupo atrociter insistere, uidetur quod non debuit permittere ab aduersario hominem impugnari, siue impeti a lupo.

ITEM. Non est rectus iudex, qui bellum constituit inter eos, qui non sunt equaliter fortes: sed diabolus multo fortior erat uiribus per naturam, quam homo, eum non sit potestas super terram, quæ possit ei comparari. Multo etiam erat obstinatio in malitia, quam homo esset confirmatus in gratia: si igitur Deus iudex equus est, non debuit permittere eos inuicem configere. ITEM. Non est fortis possessor, qui permittit alium inuadere atrium suum: cum enim fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet: ergo cùm homo in primo statu atrium, & templum esset Dei, & dominus ipsum custodiret, aut Deus non fuit fortis armatus, & custos, aut

non debuit permittere aduersarium uexare, & inuadere hominem per conflictum, & pugnam tentationis.

Re-

RESOLVTIO.

Debit Deus hominem tentari permittere & propter uirtutis exercitium, & propter maiorem gloria cumulum, remedium adhibendum, & premium consequendum.

RESP. Ad prædicta dicendum est, quod cum Deus posset aduersarium prohibere, ne hominem tentaret, decuit tamen ipsum permittere. Et ratio condecens haberi potest ex rationibus assignatis in præcedenti problemate, in quo ostensum est, quod Deus debuit facere hominem in uertibilitate liberi arbitrii. Præter has tamen rationes assignari potest ratio primò ex ordine, qui attenditur ex comparatione uirtutis ad proprium actum. Sic enim Deus res omnes administrat, ut eas agere proprios motus sinat: & ideo tam hominem, quam diabolum constituit in libertate arbitrii, & in manu consilii sui reliquit, & utrunque permisit agere quod uoluit, siue hunc in tentando, siue illum in consentiendo: hoc enim competebat regimini in conseruatione ordinis, qui attenditur ex comparatione uirtutis ad proprium actum. Secunda uerò sumitur ratio ex ordine, qui attenditur per comparationem boni ad suum oppositum: in quo gloriosior, & laudabilior ostenditur uirtus ad suum oppositum, siue ex ipsa prædicta comparatione: ob quæ relucet, & magis apparet: siue ex cuiusdam nobilis triûphi assecutione, ob quam fortificatur & uigoratur: ideo ut uirtus hominis reluceret, & proficeret, decuit Deum permittere ipsum ab aduersario impugnari: quia uel

tunc, uel post ex ipsa tentationis impulsione manifestada erat fortitudo, & eminentia charitatis, de qua dicit Apostolus, quæ neque mors, neque uita, neque principatus, neque potestas ea poterunt separare. Roman. 8. Tertia ratio potest sumi ex ordine, qui attenditur ex comparatione morbi ad suum remediû. Quia enim peccatum hominis nõ debebat carcere remedio propter hoc, quæ tota in ipso humana natura erat, sic debuit Deus hominem permittere peccare, quod deceret ipsum eidem redemptorem præstare: & ideo magis disposuit Deus hominem peccare alio suggerente, & impellente, quam uoluntate propria incuruante, qua fortassis incuruatione homo cecidisset, & si nunquam aduersarius pestifera suggestisset. Quarta ratio potest sumi ex ordine, qui attenditur per comparationem meriti ad præmium. Quia enim nemo dignus est coronari, nisi qui certat legitime: ideo decuit Deum hominem militem suum in campo certaminis prius examinare, quæ ipsum in gloria exaltare: & quia examinatio consistit in conflictu, & pugna: permittere debuit hominem a diabolo impugnari. Sunt & aliæ rationes, quæ possunt de hoc ipso reddi: ad præsens tamen istæ sufficiant. AD illud autem, quod primo obiicitur in contrarium de pietate paterna. Dicendû, quod & si Deus sit pater pius, est tamen iudex æquus: & ideo sic decebat Deum erga hominem pietatem paternam ostendere, ut tamen non amitteret officium potestatis iudicialis: & ideo quicquid de homine prænosset, sustinere debuit ipsum ab aduersario impeti tentationis bello. AD ILLUD, quæ obiicitur de bonitate prælationis. Dicendû, quæ prælatus debet oue a morsu lupi eripere: siue quæ ad hoc tenetur ex lege charitatis, siue quæ ex malo nescit eligere bonû, & ideo nõ potest elicere bonû maioris utilitatis. Vtriusque horum oppositum reperitur in deo, si quis attendat: & ideo illa ratio nõ cogit in proposito. AD ILLUD, quod obiicitur de rectitudine iudicis. Dicendû, quæ & si diabolus fortior, & astutior esset, quæ homo in pugna tentationis nõ erat fortior, imo multo debilior, siue ex generali lege tentationis, dum nemo uincitur, nisi uolens: siue ex fidelitate dei, quæ non permittit aliquem tentari supra id quod possit: imo facit cum tentatione prouentû: & ideo impulsus tentationis primariæ cum fieret, & seruata dei fidelitate, & tentationis lege, non fuit contra ordinem potestatis iudicialis. AD ILLUD, quæ obiicitur de fortitudine armati custodiētis. Dicendû quod & si deus hominem fortiter custodiret: non tamen custodiebat inuitû, siue inuoluntarium, quia non acceptat deus seruitium coactum, sed liberale, & uoluntarium: & ideo si homo cum deo stare uoluisset, nullus uiolenter de manu dei eum auferre potuisset: sed quia ipse ab eius custodia se subtraxit: ideo deus suam ei custodiã de negauit, & ex hoc aduersarius non in uasit: imo nõ ex defectu dei custodiētis, sed ex ingratitude hominis custoditi.

QUESTIO III.

An uir iustus optare debeat tentationem?

UTRUM tentationis impulsio desiderari debeat a uiro iusto. Et quod sic uidetur. Iac. 1. Omne gaudiû existimate fratres, cum in uaritas tentationes incideritis. Si ergo tentatio cum præsens est, est materia gaudendi: cum absens est, uidetur, quæ debeat affectuose desiderari. ITEM. In Psal. 25. Proba me domine, & tenta. Hæc sancta anima petebat, & recte: sed nihil debet homo a deo petere, nisi quæ debeat desiderare: ergo &c. ITEM. Hoc uidetur ratione. Omne enim illud, quod facit ad uirtutis exercitationem est appetendum: sed tentatio est huiusmodi. Vnde Greg. sanctus uir se tentari post uirtutes desiderat, ne ex confidentia uirtutum torpescat. Si igitur tentatio uirtutes exercitat: patet &c. ITEM. Omne illud, quod facit ad gratiæ promotionem, est appetendum: sed tentatio est huiusmodi. Vnde 1. Cor. 10. Faciet cum tentatione prouentû &c. si igitur tentatio promouet ad bonum, uir quæ ad ipsam anhelare debeat desiderium iustorum. ITEM. Omne illud, quæ est opus, & effectus diuinæ acceptationis, est appetendum: sed tentatio est huiusmodi. Vnde Thob. ultimo. Quia acceptus deo eras, necesse erat &c. ITEM. Omne illud, per quæ peruenitur ad meritum consumptionem est appetendum: sed tentatio est huiusmodi. Quod patet: quia nulla est maior tentatio, quam illa quæ est per flagella: tribulatio autem patientiã operatur, patientia uero opus

perfectum habet: ergo uidetur, quod quicumque uult esse perfectus, appetere debet tentationis impullum.

SED CONTRA. Nihil est desiderandum, cuius contrariū est continue appetendum: sed omnes uiri iusti illam petitionē debent facere, *Et ne nos inducas in tentationem*: ergo nullus debet appetere tentari. ITEM. Nihil est appetendum, quod diligenter est precauendū: sed tentatio diligenter est precauenda, sicut dominus monet. Matth. 21. Vigilate, & orate; ne intretis in tentationē: ergo &c. ITEM. Nihil est appetendum, cui non debeat se homo offerre spōte: sed tentationi non debet se homo sponte offerre, sicut dicitur sup illud Matth. 4. Ductus est Iesus &c. Glo. Ductum esse Iesum cōmemorat, ut nos instruat, quod non sponte oporteat in tentationem insilire. ITEM. Nihil appetendum est, quod nostræ salutis aduersarius optat: sed diabolus desiderat nos tentare: ergo uidetur, quod nullus debeat tentationem appetere.

RESOLVTIO.

A carne tentari simpliciter appetere nō licet: autē a dæmone: ad uirtutis exercitium, & profundæ ad meritum maiorem cumulum, licet.

RESPON. Ad prædictam questionem uia duplici responderi potest, & utraque satis probabiliter. Vno modo sic, ut dicamus, quod cum triplex sit tentatio, siue a triplici principio, una scilicet a deo, alia a diabolo, alia a carne: Prima tentatio simpliciter appetenda est, quia deus nō

tentat nos nisi ad bonum. Altera uero tentatio, quæ scilicet est a carne, simpliciter fugiēda est, quia illa non potest esse absq; peccato, sicut supra dixit Magister dist. 21. Tertia uero, quæ est a diabolo, aliquibus fugiēda est, aliquibus appetenda est. His. n. qui uirtute fortes sunt, nec de facili in tentationem induci possunt, & si tentantur, appetibile est tentari ad suæ uirtutis exercitium, & cumulum meritorū: infirmis uero minime, quia timere possunt, ne ex ipso impulsu in tentationem inducantur, quod omnes debent refugere: nam & si tentari malum nō sit: in tentationē tñ induci, semper malum est, quia hoc est a tentatione superari. Et hoc est quod dicit Aug. 14. de ciuita. dei. Sicut se habet firmitas, & infirmitas electorum: sic metuunt, cupiuntq; tentari. Et secundū hanc destinationem ad rationes ad utranq; partem inductas potest de facili responderi pro eo, quod secundum diuersas uias procedunt. Alius modus dicendi est, quod dupliciter est loqui de tentatione. Aut sub propria rōne: & sic tentando est impulsus ad illicitum; secundū quod de ea fit sermo in proposito: loquimur enim hic de tentatione diaboli, quæ fit per mali culpæ suggestionem, quia diabolus hominē ad malū dicitur incuruare: non de tentatione dei, quæ fit per flagellationē, qua deus uult illos, quos acceptat; approbare, & probatos ostendere. Hanc igitur tentationem secundū se considerata nullus debet appetere: imo abhorre, & refugere: maxime confide-

considerando finē: aliter. n. est considerare tentationē prout est materia exercendæ uirtutis; & sic a uiris iustis desiderari potest, ab eis potissime, qui in charitate feruent: adeo quod ignis deuotionis ipsorum plus inflāmur ex potentia contrarii, quam extinguatur. Ab eis autē, qui sunt modicæ charitatis, non sic desiderari debet. Et est exemplum; quia uentus perflans fornacem magis, & magis accendit; sed cā delam extinguit: & ideo tentationis impulsus, & si quantum in se est, refugiendus sit ab omnibus, & ab infirmis potissime, sicut rationes ad secundam partem inductæ ostendunt, in quantum tamen est uirtutis exercendæ materia a uiris feruentibus, & perfectis appeti potest, sicut ostendunt rationes, quæ ad primam partem inducuntur. Illud tamen genus tentationis potissime appetunt uiri iusti, quod est in flagellorū perpeffione, sicut passus est Iob, & Thobias, sicut etiā passi sunt martyres ab impiis zelo diaboli excitatis: & ad hoc ostendendum procedūt rationes, quæ ad primam partem inducuntur, ideo concedendæ sunt.

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An si homo steterit, profecisset in cognitione per temporum interualla?



ONSEQUENTER quantum ad scdm positum queritur de cognitione primorū parentu: & incidit hic questio circa tria. Primo. n. querendum est de cognitione primorum paren-

tum quantum ad profectū. Secundum querendum est quantum ad defectum. Tertio queritur de ipsa cognitione quantum ad complementum, & statum.

VT RVM si hō steterit in cognitione, profecisset per tēporū interualla. Et q̄ nō uī primo per uerbum Hug. in li. de sacra. Rerum oīum, quæ cū hoīe, & pp hoīem factæ sunt, perfecta cognitionē hoīem accepisse nulli dubium esse dēt: si ergo statim perfectam cognitionem habuit: ergo ulterius proficere nō potuit. ITEM. Hoc ipsum ostēditur ratione, quā facit ipse Hugo. Nomē debite impositum, est nature rei expressiuum: nullus igitur potest res omnes nominare, nisi is, qui omnium rerum plenā habet cognitionem: sed Adā omnibus nomina imposuit, nec illis rebus alia sunt aliquando perfectiora nomina imponenda, ut igitur quod Adam perfecte cognouerit omnia creata: ergo in cognitione non profecisset, si in statu suæ cognitionis permansisset. ITEM. Nullus bene regit, & gubernat ea, quorū natura ignorat: sed oīa fuerunt commissa regimini, & gubernationi Adæ secundum quod dī in Gene & in Psal. 8. Oīa subiecisti sub pedibus eius &c. A sui igitur conditione primaria habuit primus hō rerum cognitionē: ergo non profecisset ad illā per disciplinā per temporum interualla. ITEM. Quicquid hō addiscit, addiscit mediante uia sensus, memoriæ, & experientię, & ita ab interiori, & exteriori. Si igitur hō in statu innocentię didicisset, per interiora, & exteriora ad perfectiōnem

tionem uenisset: sed talis ordo non congruit naturæ institutæ, & bene ordinatæ: sed solū lapsę, cum omni creaturę præfset. Videtur ergo, quod nihil sensibilibus in statu illo didicisset.

SED CONTRA. Adam in statu illo per interualla tēporum profecisset ad gratiam, alioquin peior esset conditio sua, quā nostra: cum nos multiplicando merita, crescamus in gratia: ergo pari ratione per interualla tēporum profecisset in rerum notitia. ITEM. Aut Adam sciebat, quæ uentura erant, aut non sciebat. Si sciuit; ergo præsciuit lapsū suū, & quid ex illo posteris suis esset aduēturum, quod plane apparet esse falsum. Si futura non cognoscebat, & rerum naturæ uariabantur in tempore: ergo multa incipiebat cognoscere secundum tēporum uariationem: ergo profecisset in cognitione. ITEM. Nec Adā omnia uiderat, nec omnia audierat. Esto igitur, quod uideret aliquam rem, quam prius non uidisset, cū uidere sit cognoscere, sicut intelligere, uidetur quod sicut necessario sequitur, quod incœpit intelligere, incœpit cognoscere: similiter si incœpit uidere, incœpit cognoscere: si ergo multa sensibilia uidisset, quę prius non uiderat, uidetur, quod multa didicisset sensibilia per tēporum interualla. ITEM. Si homo steterisset, aut unus homo sciret uoluntatem, & cognitionem alterius, aut non. Si sic: ergo frustra egerent sermone. Si non: ergo cum posset ab alio edoceri, uidetur, quod in statu innocentie multa addiscere potuisset.

RESOLVTIO.

Et si non in cognitione eorum, quę naturali cursu fiunt quod ad nouū habitus acquisitionem: saltē quod ad modum cognitionis experimentalis, & maiorem habilitationem ad iudicandum.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod perfectus scientię triplici uia potest considerari, uel a parte scibiliū, uel a parte modorum cognoscendi, uel a parte maioris habilitationis in cognoscendo. Secundū primum modum loquēdo, intelligendum est, quod quędā sunt res, quę fiunt cursu naturali: quędā quę cursu miraculi, uel mirabili: quędā, quę fiunt uoluntario cursu, secundum quod determinat Anselmus. In earum igitur rerum cognitione, quę quidem cursu naturali fiunt, non profecisset Adam quantum ad nouū habitus acquisitionē. Accepit enim (sicut dicit Hugo, & Magister in littera) ab exordio omnium rerum plenam notitiam: & hoc est ostēdunt rationes, quę ad primam partem inducuntur: proficere tamē potuisset, quātum ad alium modum cognoscendi, & quantum ad maiorem habitū sciendi. Quātum ad alium modum etiam proficere poterat: quia quod nouerat simplici notitia, cognoscere poterat experientia; & quod nouerat intellectu, cognoscere poterat & sensu. Proficere etiam poterat quantum ad maiorem habilitationem, quia ex frequenti consideratione eorum, quę nouerat; promptior fuisset, & paratior ad iudicandum de his rebus, quarum habebat cognitionem per habitū innatum. Et si enim primus

primus homo non haberet tarditatem hebetudinis per aggrauationem corporis mortalis, habebat tamen spiritus eius quandam minorem uelocitatem per uegetationem corporis animalis: & sic in cognitione rerum naturalium Adam quodam modo profecisset, quodā modo minime, si steterisset. In earū uero rerū cognitione, quę fiunt cursu uoluntario & mirabili, siue supernaturali, simpliciter proficere potuisset, non solū quantum ad modum cognoscendi, sed et in acquirendo nouam cognitionem. Nec mirum, quia ad hoc, quod cognosceret diuina mysteria, indigebat superna illustratione: ad hoc uero, quod cognosceret secreta alterius, indigebat ipsius deteptione. Nec talis profectus statui innocentie derogabat, cum et beati angeli in cognitione diuinorum mysteriorum, & humanorum secretorum proficiant, propter quod dicitur Ephe. 3. Ut innotescat principibus, & potestatibus per ecclesiam multiformis dei sapientia.

ET SIC patet responsio ad propositam questionem. Nam rationes ad primam partem inductę procedunt de cognitione rerum naturalium, & sic intelligit Hugo: illis enim rebus nomina imposuit Adam, & illarum rerum cura sibi commissā fuit. Ultima tamē ratio de perfectione ab interiori, & exteriori non cogit: quia sicut dicit August. in 6. Musica. Obiectū exterius non agit in animam, nec ipsam perficit: sed ipsa anima seipsam mouet occasione ab exteriori accepta: & informando seipsam ma-

gis agit in obiectum, quā agatur ab ipso: & hoc fuit in Adam multo fortius, & nobiliter, quā sit post lapsum. Unde illa ratio cogit, quod Adam non potuisset respectu eorum, quę cognoscebat, nouū modū cognitionis acquirere: nec præcedentes rationes hoc astruunt, quod Adā nō posset magis habilitari in cognoscendo per frequentiam in considerando.

RATIONES. autem, quę ad partem oppositam inducuntur, ostēdunt, quod Adam, si steterisset, proficere potuisset in cognitione respectu eorum, quę sunt uoluntaria, & mirabilia. De aliis autem, scilicet de his, quę naturaliter fiunt, non concludunt, quod Adā acquisiuisset cognitionem nouam, Unde illa prima ratio de computatione gratie ad scientiam nō ualet, quia perfectio gratie non tantum est ex dono, sed etiam ex merito. Perfectio autem cognitionis in Adam erat ex dono: & si steterisset non solum in ipso, sed etiam in posteris, non in dote creditur a pluribus, similiter fuisse saltē quātū ad habitū: & hoc dico propter causam infantie. Ad alia satis plana est responsio per iam dicta.

QUESTIO II.

An primi parentes si steterissent, aliquid quando decipere potuissent?

DE cognitione primorum parentum quātū ad defectū. Et hoc est querere, utrum si steterissent in statu innocentie aliquid decipi possent. Et quod sic uer. Ge. 3. dixit mulier. Serpens seduxit me. Sed constat, quod mulier nō cōsensit, nisi quia estimauit eē uerū quod serpens dixit: sed ante cōsensum non peccauit: ergo anteq-

peccaret decepta fuit. **ITEM.** Aug. super Gen. ad literam & habetur supra 22. distin. Credidit Adam utrunque fieri posse, ut & uxori morem gereret, & per pœnitentiã ueniam haberet: sed constat, quod illud fuit falsum, & hoc credit antequam peccaret, quia aliter non peccasset: ergo &c. **ITEM.** Magister supra dist. 21. loquens de muliere, & seipente dicit: quod mulier non horruit serpentem: quia cum noverit esse creatum, etiam officium loquendi à Deo accepisse putauit: sed constat hoc falsum fuisse, quod putauit: ergo &c. **ITEM.** Hoc uidetur ratione. Si Adam stetitisset, dormiuisset, utique, & habuisset alias operationes naturales: ergo cum somniũ sit ex naturali motu fumosum, & phantasmatum circa organum phantasiæ, Adam somniasset: sed in somnio similitudo rei accipitur pro ueritate, & ubique hoc est, ibi est deceptio: ergo &c. **ITEM.** Naturale est quod quicquid uidetur sub angulo, & quanto a remotiori aliquid uidetur, tanto minorem generat speciem, & uidetur sub angulo acutiori: ergo ita paruus uidetur sol ipsi Adæ, sicut & nobis: ergo sicut decipitur sensus nostrer in iudicando de quantitate solis, ita uidetur, quod decipitur sensus Adæ. **ITEM.** Ponatur, quod aliquis homo peccasset, Adã ignorãte, & assereret ei falsum, aut Adam sciret ipsum dicere falsum, aut non. Si sic; tunc sciret occulta cordis a terius; pone enim, quod ipse loquatur ei de secretis cordis sui, quæ nosse in alio, est proprium solius Dei. Si

nesciret esse mēdacem; ergo crederet ipsum ueracem esse, aut male iudicaret de illo. Sed si crederet ipsum esse ueracem, crederet ipsum dicere uerum, ergo necessario deciperetur.

SED CONTRA. Aug. Vera pro falsis approbare non est natura hominis instituti, sed pœna damnati; sed cum quis decipitur, approbat uerum pro falso, uel econuerso; ergo nunquam hoc fuisset in homine, si persistisset in statu innocentie. **ITEM.** Aug. in Ench. 11. cap. Ipse per seipsum error est, aut magnus in re magna, aut paruus in re parua; tamen semper est malum; & ubicunque est deceptio, ibi est error aliquis uel magnus, uel paruus; ergo non potest esse in aliquo, quin in eo sit malus; sed in Adam in statu innocentie nec est malum culpæ, nec malum pœnæ; ergo &c. **ITEM.** August. in Ench. c. ix. Hic homines fallunt, atque falluntur: miserioreque sunt, cum mentiendo fallunt, quam cum mentientibus credendo falluntur; ergo uidetur, quod utrobique sit miseria, licet maior in fallendo: ergo si in statu innocentie non erat miseria: uidetur &c. **ITEM.** In statu innocentie nihil homo pateretur, uel ageret contra naturam: sed deceptio est contra appetitum naturæ rationalis: Vnde Aug. in Ench. 21. c. Vsque adeo tamen rōnalis creatura refugit falsitatem, & quantum potest deuitat errorem, ut falli non sit, et quicunque amat fallere. Adã igitur hoc naturaliter reculabat: ergo in statu innocentie decipi non poterat.

ITEM. In Adã oēs uires inferiores

iores subiectæ erant uoluntati, alioquin rectus ordo non seruetur in homine in statu innocentie; ergo si homo nolebat decipi, nec assentire falso, uidetur quod nunquam in ratione eius fuisset deceptio, uel ad falsum inclinatio, quandiu permansisset in statu illo primo. **ITEM.** Maior indignitatis est falli in anima, quam pati in corpore, uñ deicit Christus assumere passionem in corpore, non deceptionem in mente: sed si Adam stetitisset, nulla fuisset in eo corporalis passio: ergo nulla fuisset in eo deceptio.

RESOLVITIO.

Non nisi circa operabilia: nec firma adhesionem: sed aliquam tantum estimationem.

RESPON. Ad prædictam questionem de facili potest responderi: rōnes et possent dissolui quædam facili distinctione. Possent. n. sic dici: quod deceptio quædam est circa scibilia, quædam uero circa opinabilia. Scibilia aut dico illa, quæ certa rōne comprehenduntur: sicut sunt illa, de quibus sunt scientiæ liberales. Opinabilia uero illa uoco, quæ non habent cognosci nisi per quandam cōiecturam, sicut secreta alienæ conscientie, & futura contingētia, quæ fiunt casu, uel fortuna, uel uoluntate libera. In primis autem Adam falli non poterat, quia omnium cognitionem habebat. In secundis uero dupliciter contingit aliquem falli, aut ita quod adhæret firma credulitate, aut quod adhæret qualicunque estimatione. Et prima deceptio uocatur error proprie; & hæc in primo homine stante non fuisset. Secunda uero potest dici

opinio, in qua est acceptio unius partis sine pleno assensu credulitatis, & hæc potest dici quædam estimatio falsa; & hæc fuisset in Adam absque culpa, & pœna, maxime cum ex hac estimatione nec incideret in peccatum, nec incurreret damnus; & secundum hanc distinctionem dissolui possunt rationes ad utranque partem inductæ. Nam rationes ostendentes, quod in Adam potuit esse deceptio, fere omnes procedunt de deceptioe secundum quod dicitur qualiscunque estimatio.

RATIONES uero ad oppositum procedunt secundum quod deceptio dicit firmam credulitatem, ut non solum quis decipiatur putando falsum esse uerum: sed etiam approbando falsum esse uerum, uel econuerso: & talis est deceptio, quæ est error. Sed licet hoc, quod nunc dictum est, satis probabile uideatur: non tamen plene satisfacit rōni, nec concordat uerbis August. in Ench. c. 16. Ait enim. Cū nihil aliud sit errare, quam uerum putare, quod falsum est: & falsum, quod uerum est: uel certum habere pro incerto, incertum pro certo, siue falsum sit, siue uerum: idque tam sit in animo deforme, atque indecens, quam pulchrum, atque decorum esse sentimus, uel in loquendo, siue in asserendo, uel assentiendo est, est, non, non. Et profecto ob hoc ipsum uita ista misera est, qua uiuimus, quod nonnunquam, ut non omittatur, error est necessarius. Ex hoc uero colligitur, quod August. uocat errorem generaliter omnem deceptionem: & illum dicit indecorum, & indecentem, & ad ui-

ram miserā pertinere. Et in Libro de Vtilitate credēdi expresse dicit: q̄ nullus error ab (q; uirio esse pōt. Ideo dicēdum est, q̄ & si in statu innocentiae fuisset in hoīe alicuius nescientiae imperfectio, sicut ostensum fuit supra Distin. proximè præcedēti: non tamen in eo fuisset deceptio. Deceptio .n. ultra nescientiam addit iudicii obliquationem; hæc non fuisset in Adā in statu innocentie, sicut nec in eo fuisset passio corporalis. Et hoc pōt intelligi sic. Sicut .n. dupliciter contingit aliquem pati, aut passione intrinseca, aut ab extrinseco illata, sic contingit aliquē dupliciter decipi, aut q̄ ipse se ipsum daralogizet, aut paralogizetur ab alio; neutrum autem horū in Adam fuisset. Sicut .n. nulla fuisset in eo passio intrinseca, q̄a uirtus aīæ regitiua perfectè suo corpori præsidebat, & ipsum cōseruare poterat, sic nulla fuisset deceptio ueniēs ab extrinseco, quia iudiciū rōnis omnibus potētis sensituiis præsidebat: nec ipse in contrariū rōni mouebatur, sed potius ab ea sufficienter dirigebatur: quemadmodum etiā pati nō poterat passione illata, siue q̄a nullus in tpe illo esset, qui inferret, siue quia si adesset, diuina uirtus eum protegeret, sicut supra determinatum est: sic ēt in statu illo nemo esset, qui hoīem circumueniret, aut paralogizaret. Nam unusquisque loqueretur ueritatē cū proximo suo: aut si esset diuine inspirationis reuelatio, siue per se, siue p̄ angelū succurreret, ne fallerēt, sicut uirtus succurrebat ne læderetur: & sic Adā stante

nulla fuisset in eo deceptio, nec ab intrinseco, nec ab extrinseco: unde rōnes, quæ hoc p̄bant, cōcedendæ sunt. AD ILLVD autē, quod obiicit de seductione mulieris, & ēt uiri. Dupliciter pōt rōderi. Vno mō sic: q̄ illa seductio fuit falsa credulitas: & si p̄cessit peccatum inobedientiæ, & ambitionis, secuti tñ fuit peccatum p̄sumptionis, merito cuius excæcatus est oculus rōnis, ut falsum estimaret esse uerum. Statim .n. mulier audita prolatione serpētis, de seipsa p̄sumpsit, & similiter uir audita suggestione mulieris: & iō mulier existimauit per comestionē assequi posse excellentiā, & uir de transgressionē mandati inuenire ueniā. Vnde deceptio, siue error secutus fuit peccatum elationis in utroque, licet plus in muliere. Aliter potest dici, q̄ duplex est iudicium, Quoddam est speculationis: & illud non est pars liberi arb. nec in eo consistit peccatum: & huius iudicii error post peccatum est, non ante. Est & aliud iudicium in agendis, & in his quæ spectant ad ueritatē uitæ: & illud iudicium est lib. arb. & hoc nunquam est sine uoluntate. Et huius iudicii error bene pōt esse culpæ, uel p̄sumptionis, uel infidelitatis, uel alicuius alterius. Et hæc fuit deceptio, qua mulier primo decepta fuit, & ipse Adā: & in ista deceptione non permansit in statu innocentie, imo cecidit. Et per hoc patet respōsio ad duas auctoritates primo inductas. AD ILLVD, q̄ tertio obiicitur de auctoritate Magistri, quod mulier putauit serpentem habere usum loquendi.

di. Dicendum quod aut intelligit, quod talis putatio fuit in muliere post peccatum, aut si ante fuerit, non putauit, quod hoc officium haberet determinatè uirtute sibi naturaliter data, sed aliqua latente uirtute, permittente diuina prouidentia, quæ omnes res gubernabat, sicut creauerat. Nec mirum si nō expauit: quia nondum erat in ipsa muliere passio timoris: unde mulier aspiciēdo serpentem, falsum pro uero non approbavit, sed aliquam ibi uirtutem latentem ignorauit. AD ILLVD, quod obiicitur de somnio. Dicendum, quod in statu innocentie non fuisset somnium ex perfectione phantasmatum ad modū parturientis, sicut dicitur Eccl. 34. Hoc enim uenit, quia uires inferiores non sunt subiectæ rationi, & corpus non obedit spiritui: sed si fuisset, hoc esset quia ab altissimo mitteretur aliqua uisitatio, in qua hō non deciperetur, immo potius illustraret. Præterea esto, q̄ esset ibi somnium, non sequitur, quod esset propter hoc ibi deceptio: deceptio enim respicit rationis usum in somnis aut rationis usus non eēt, aut si esset, purgaret potius deceptionē phantasiæ, quam ei contentiret; potius enim diceret ratio in somniis homini somniāti: Tu somnias: quā diceret, Quod uides, est ueritas. AD ILLVD, quod obiicitur de uisu. Dicendum, quod nulla esset deceptio, quia bene nosceret Adam, quod res, quæ a remotiori appareret, esset minor: & ideo non iudicaret secundum apparentiam oculi tantum, sed pensa-

ta distantia mediū: & ideo non falleretur, sed haberet iudicium rectum. AD VLTIMVM iam patet responsio ex prædictis, quia uel Adam manifesto signo deprehenderet istum peccasse, q̄ satis uidetur probabile, eum magna ualde transmutatio facta fuerit in natura Adæ per commissionem culpæ: & tunc non crederet ei, nec discredere, nisi quatenus aliās uideret sibi credendum fore. Aut si non deprehenderet eum peccatorem, ubi sua nō sufficeret cautela, succurreret diuinæ prouidentie cura diligentissima, quæ nec permisisset eum lædi, nec permisisset falli, si uoluisset eius imperiis obtemperanter subiici.

QVAESTIO III.

An Adam ita clarè in statu innocentie cognouerit Deum; sicut nunc cum agnoscent beati in patria.

Veritur quantum ad cognitionis Adæ complementū, & statum; & est quæstio, utrum Adā Deū cognouerit in statu innocentie, eo gñe cognitionis, quo expectamus Deū cognoscere ī statu gloriæ. Et q̄ sic uir. Magister & Hugo de S. Viçt. ī Lib. de Sacra. Cognouit hō creatorē suum, nō ea cognitione, quamodō a credētibus absens fide creditur, sed ea, qua tūc per presentiam contēplationis sciētī manifestius cernebatur: sed manifeste deū cernere: hoc est uisionis beatę, ergo &c. I T E M Magister 4. lib. dist. 1. ca. Triplici autem de causa, &c. Homo, qui ante peccatū sine mediō Deum uidebat &c. sed uidere Deū sine mediō, hoc ē uidere facie ad faciē: &

hec est uisio glorie; ergo &c. **ITEM.** Exo. 33. Loquebatur dñs ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet hō ad amicū suū: sed multo excellentior fuit status nature institutę, q̄ lapsę; si ergo sine medio uidebatur Deus a Moysē, multo fortius ab homine in statu nature institutę. **S.** rvdicas hoc fuisse in subiecta creatura, Obiicitur, qđ dicitur Num. 12. Palam, & nō per figuras, & enigmata Deū uidet. **ITEM.** Hoc ipsum ostenditur ratione. Sicut uolunt sancti cōiter, Adā non solum fuit cōstitutus in paradiso corporali; uerum etiā in paradiso spiritali quantum ad delicias mentis; fruebatur enim Deo, sicut dicit Damascenus, et Augustinus; et hoc etiam de se planum est; homo. n. in tempore nature institutę ipsum Deum in se, et immediate amabat; ergo si ita facilis est intellectus ad cognoscendum, sicut affectus ad amāum per naturam, uidetur, qđ sicut Deum in seipso amabat, ita etiam et in seipso uidebat. **ITEM.** Omnis aīa recta desiderat uidere deū, ergo Adā hoc desiderabat; aut igitur desiderū eius nō implebatur, et ita iā affligebatur, quod non est conueniens, aut aliquo mō Deum uidebat, sed non uidebat uisione imaginaria, nec corporalis; ergo intellectualis; sed hec est uisio, qua uidetur Deus in sua essentia; ergo &c. **ITEM.** Mēte humana nihil Deo propinquius, cum est ab oī peccato immunis; sed mēs Adę in statu nature incorruptę nō habebat aliquā peccati malitiā, nec oculus hēbat aliq̄ obscuritatis nubē; ergo ut, qđ in

ipsum Deum immediate aspectum suū figere poterat: & hęc est uisio, quam expectamus in gloria, ut uideamus ipsum Deū: ergo &c. **ITEM.** Quod in gloria nō aliter uideatur, quā uidebat ab Adam, ostenditur: aut. n. in gloria ut Deus immediate, aut mediate. Si mediate: sed sic poterat uideri ab Adam i uia. Si immediate: ostenditur hoc esse falsum per suasionem sumpta ex triplici medio, quarum prima est, qđ cognoscens super cognoscibile dēt habere potentiā quantum ad illud, per qđ cognoscit: sed intellectus creatus non pōt super ipsam lucē increatam in se quātumcumque eleuetur per gratiā, siue per gloriam; quia illa semper in infinitum excedit: ergo impossibile est, qđ intellectus ipsam lucē in creatā uideat in seipso. **Q**uod si tu dicas rōnem istā non cogere: quia potentia cognitiua plus est in suscipiēdo, quā in agēdo: ostenditur hoc ipsum scđa per suasionem, qđ cognoscētis ad cognoscibile dēt esse proportio, maxime in ea cognitione, in qua est magna delectatio: si ergo illius summę lucis respectu intellectus nostri est excessus improportionabilis, & tantus ut p nihil additū possit ei pportionari noster intellectus, quā in semper excedat in infinitum, ut, qđ nunquā in fonte lucis intellectus noster possit cōtemplari Deū. **Q**uod si tu dicas, qđ non requiritur ibi proportio quantitatis; sed solum cōformitatis, ostenditur hoc idem per suasionem tertiā: si. n. in gloria Deus uidetur in seipso, & absq; omni medio, cum ipse in se nullam habeat diuersitatem, omni-

no uideretur ab omnibus uniformiter: qđ si cōstat esse in gloria differentias p̄miorum, nō uidetur qđ absque omni medio Deus à glorificata anima uideatur: si igitur uidetur per mediū, & sic uidebatur ab Adam, restat ergo qđ Adam eo genere cognitionis cognouit, quo cogniturę sunt anime beatę.

SED CONTRA. Exod. 33. Nō uidebit me homo, & uiuet. Constat qđ hoc nō intelligitur de uita spiritali, sed de uita animali: si igitur Adam in statu innocentie uita animali uinebat: ergo Deū uidere non poterat. **ITEM.** Ioan. 1. Deum nemo uidit unquam, nisi unigenitus, &c. si ergo nullus unquam uidit Deum ante aduentū Christi: ergo nec Adam. **ITEM.** Super illud Esa. 6. Vidi dominum sedentem, &c. Greg. Quantumcūque mens in contemplatione profecerit, semper quod infra Deum est, uidet: ergo uidetur, qđ cum aliqui homines perueniant ad eminentiā gratie, quę fuit in Adam, & nullus in p̄senti per actum contemplationis Deū uideat: ergo nondum habebat illam uisionem, qđ expectat anima sancta. **ITEM.** Visio Dei est tota merces: ergo qui uisionē Dei habet, plenam habet mercedem, & si hoc habet, habet plenam gloriam, & nullus talis potest cadere: si igitur Adam cecidit: ergo Deū in seipso non uidit. **ITEM.** Lux increata perfecta delectatione delectabat aspicientes: ergo si Adā illam summā lucem aspexisset, perfecte in ea delectatus fuisset: ergo nunquam ab eo auerti consensisset. **ITEM.** Status uie, & sta-

tus patrię debent esse distincti: ergo pari ratione contemplatio uie, & contemplatio patrię: sed Adam erat uiator, ergo nō erat comprehensor: ergo non eo genere uisionis uidebat, quo uidere expectamus in patria.

RESOLVTIO.

*Deum in statu innocentie, & si aper-
tissime uiderit Adam: non tamen
equę ac in patria à beatis uidebitur.*

RESPON. Ad predictorum intelligentiam est norandum: qđ cōmuniter omnes ponunt cognitionem, quam habebat Adā de Deo in mediam inter cognitionē, quę est in statu miserie: & cognitionem, quę est in statu glorie: sed in modo ponendi plurima est differentia. Quidam nāque innitentes auctoritatibus male intellectis, & rationibus sophisticis, dixerunt Deum nunquam immediate uideri nec in uia, nec in patria. Dicit. n. Chrysostomus. Ipsum, qui Deus est, non solum prophetę, sed nec et angeli uident. Et alię reperiuntur auctoritates cōsimiles, quas male intelligentes, & putantes hoc dictum esse, qđ Deus immediate uideri nō possit p̄ improportionabilitatē lucis increatę ad oculum mentis creatę, dixerunt qđ Deus per quasdam lubricationes uideri habet & in statu uie, & in statu innocentie, uidebitur et & in statu glorie: & in illis luminosis influentiis dixerunt Deū in his statibus uideri magis clare, & minus clare, secundū qđ Deus magis se oculis nō uult cōtēperare, & clarioribus theophaniis ostendere. Sed ista positio heretica est, & repro-

bata: nec immerito: quia & contra rationem est, cum anima quiescere non possit, donec in seipso videat Deum. Et contra sacram scripturam: nam. 1. Cor. 3. dicit, Tunc cognosca, sicut & cognitus sum. Et 1. Iohan. 3. Videbimus eum sicut est. Et hoc ipsum etiam innuere auctoritates doctorum reperiuntur: quibus omnibus adhærendo error iste reprobatus est: & auctoritates, siquæ uideantur esse, pro ipso oēs exponendæ sūt: quia loquuntur de cognitione comprehensiois, qua dicitur aliquid cognosci totaliter: & hac cognitione Deus sibi soli cognoscibilis est: sicut in Lib. 3. patebit.

SECVNDVS autem modus dicendi est, quod Deus a purgatis mentibus non solum in patria; sed et in statu innocentie, & in statu uite in seipso uideri habet: nec est differentia nisi in gradu: quod clarius, & perfectius in statu glorie uidebitur, & minus perfecte in statu innocentie, & minime in statu nature lapsæ. Differentia autem istorum graduum uenit ex hoc, quod anima in statu glorie est omnino a sarcina corporis absoluta, aut omnino habet corpus spirituale, quod nullo modo impedit ipsam, quin possit immediate in Deum tendere, & secundum totum suum posse: in statu uero nature lapsæ, quia habet corpus corruptibile, & animale: impeditur, & aggrauatur in terrena habitatione, ne possit in ipsam lucem tendere perfecte: in statu uero nature instituta se habebat medio modo: quia corpus Adæ, & si non esset subiectum necessitati moriendi & passibilitati, erat tamen indigens alimonis: & oportebat animam circa regimen, & uegetationem sui corporis aliquando occupari: & ideo nec adeo excellenter intuebatur primus homo Deum, sicut beati intuentur in gloria: nec adeo exiliter, sicut uiri sancti intuentur in presenti miseria. Hanc autem suam positionem ex auctoritatibus Augustini eliciunt: qui dicit in pluribus locis in Lib. de Trinitate, quod etiam in presenti uita notiosem potest homo homine Deum, quam fratrem: & hoc in Li. 8. & alibi dicit: quod a purgatissimis mentibus cernitur. Docet et in 8. Lib. per contuitum ueritatis, & bonitatis intueri Deum. Sed hæc positio & si non sit adeo ueritati aduersaria, sicut prima: nihilominus tamen dictis sanctorum non consonat. Sicut enim dicit Dionysius in Libro de Mystica theologia, quod excellentissimus modus contemplandi est ignote ascendere: quia nec ipse Moyses ualuit Deum uidere: & ideo introductus dicitur fuisse in caliginem. Unde Dionysius uocat eos indoctos, qui dicunt se nosse eum, qui posuit tenebras latibulum suum. Et etiam Gregorius dicit: quod quantumcunque mens in contemplatione profecerit, non peruenit ad contuitum Dei. Et communiter doctores in hoc concordant, intelligentes illud, quod dicit Apostolus, quod quandiu sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino, & per fidem ambulamus, non per speciem. Unde si quæ auctoritates illud dicere inueniantur, quod Deus in presenti ab homine uidetur, & cernitur: non sunt intelligendæ quod uidetur in sua essentia, sed quod in aliquo effectu interiori cognoscitur, sicut iam me-

lius patebit: nisi fortassis in his: qui rapiuntur, sicut credimus fuisse in Paulo: qui specialitate priuilegii statum uiatorum supergrediuntur: nec ibi aliquid agunt: sed solum aguntur. TERTIVS autem modus dicendi est: quod in patria uidebitur Deus immediate, & plenè, quantum est ex parte uidentis: in statu uero miserie uidetur mediate, & semiplene: in statu uero innocentie uidebatur medio modo, scilicet immediate, & semiplene. Semiplene, (inquam:) quia non receperat adhuc plenam remunerationem: immediate autem, quia nullam habebat uelaminis interpositionem: & hoc uidentur sonare uerba magistri Hugonis. ueruntamen nec sic intelligendum est, quod homo in statu innocentie uideret Deum in sua essentia, siue facie ad faciem. Huic enim obuiant rationes, & auctoritates prius inductæ. ET IDEO est quartus modus dicendi ad hoc, quod re uera cognitio status innocentie media est inter cognitionem status glorie, & status miserie, sicut etiam locus paradisi medius est inter hanc uallem miserie, & patriam celestem: & quemadmodum paradisius terrestris plus se tenet cum terra, quam cum cælo, sic Adæ cognitio, siue status innocentie plus conformis est cognitioni status presentis, quam futuri. Unde in solo statu glorie uidebitur Deus immediate, & in sui substantia, ita quod nulla erit ibi obscuritas: in statu uero innocentie, & nature lapsæ uidetur Deus mediante speculo: sed differenter: quia in statu innocentie uidebatur Deus per speculum clarum, nulla enim erat in anima peccati nebula: in statu uero miserie uidetur per speculum obscuratum per peccatum primi hominis: & ideo nunc uidetur per speculum, & in ænigmatate. Aenigma enim (sicut dicit Augustinus in 14. de Trin.) est similitudo obscura. Unde nota quod quadruplex est genus cognoscendi Deum, uidelicet per fidem, per contemplationem, per apparitionem, & per apertam uisionem. Et primum est gratie communis, secundum est gratie excellentis, tertium gratie specialis, & quartum glorie consummantis. Et sufficientia istorum modorum ita colligitur: omne enim quod cognoscitur, cognoscitur per aliquid presens: si igitur Deus cognoscitur, necesse est quod per aliquid presens intellectui cognoscatur: presens autem uoco hic secundum quod Augustinus uocat, quod presens est intellectui ad uidendum. Aut igitur cognosco Deum per hoc, quod est presens mihi, aut per hoc, quod est presens alii. Si per hoc, quod est presens alii, sic est cognitio fidei. Quod enim Deus si trinus, & unus, hoc ego credo Dei filio, quod hoc enarrauit, & predicauit: & spiritui sancto, qui hoc inspirauit. Quod enim credimus, debemus auctoritati, sicut Augustinus de utilitate credendi. Si autem cognosco Deum per hoc, quod est presens mihi, hoc potest esse tripliciter. Aut per hoc quod est presens mihi in effectu proprio: & tunc est contemplatio, quæ tanto est eminentior, quanto effectus diuinus

diuinæ gratiæ magis sentit in se homo, uel quanto etiam melius scit considerare Deum in exterioribus creaturis. Aut est præsens mihi in signo proprio: & sic est apparitio, sicut apparuit Deus Abrahæ in subiecta creatura, quæ ipsum Deum figurauit: & sicut spiritus sanctus apparuit in columna. Aut est præsens Deus in lumine suo, & in seipso: & sic est cognitio, qua uidetur Deus in uultu suo, siue facie ad faciem: & sic est aperta uisio, quæ tota dicitur merces omnium meritorum. Primum igitur, & ultimum genus cognitionis statui innocentiæ non competeat. Primum propter cognitionem ænigmaticam, & propter hoc, quod cognitio fidei ut plurimum est ex auditu, secundum quod innuit Apostolus. Ultimum uero ibi esse non poterat propter summam perfectionem: ideo homini non exhibebatur: sed potius in præmium promittebatur. Medii uero duo, scilicet contemplationis, & apparitionis utrique statui communes esse poterunt, maxime cognitio contemplationis, quæ in utroque statu est: ibi tamen potissime uigebat, tum propter anime puritatem, cum etiam propter carnis, & inferiorum uirium subiectionem, quibus duobus ut plurimum anima caret in statu naturæ lapsæ: ideo non potest ad illum gradum contemplationis attingere. Rationes igitur monstrantes Adam Deum non cognouisse eo genere cognitionis, quæ expectamus in gloria, sunt concedendæ: ad eas autem, quæ ad oppositum adducuntur, satis facile est respondere.

AD ILLAS enim tres auctoritates primo inductas iam patet responsio: omnes enim intelliguntur de contemplationis cognitione, non per remotionem cuiuscunque medii: sed per remotionem uelaminis, & obscuritatis, qualis est in his, qui aliquo uitio peccati sunt infecti. AD ILLVD autem quod obicitur, quod immediate Deum amabat. Dicendum, quod non est simile. Amor enim (sicut uult Bernardus) multo plus se extendit, quam uisio: ex sola enim estimatione sequitur aliquando dilectio. Et ipse etiam dicit in Lib. de Amore Dei: quod ubi deficit intellectus, ibi proficit affectus. Et ratio huius est, quia uisio est solummodo rei presentis: sed dilectio non solummodo est rei presentis: sed et absentis. Præterea Visio non dicitur qualemcunque modum cognoscendi: sed modum cognoscendi completum: dilectio uero, & perfecta potest esse, & imperfecta: id quomodo immediata Dei dilectio sit in uia: non tamen oportet, quod uisio, siue cognitio immediata. AD ILLVD, quod obicitur, quod Adam desiderabat Deum uidere &c. Dicendum, quod uerum est: sed sic desiderabat uidere, quod aliquam cognitionem habebat, in qua reficiebatur, & aliquam expectabat in remunerationem, & præmium. Et illa, quam expectabat, erat cognitio patriæ: illa uero, quam habebat, erat contemplatio uicæ, quæ erat uisio per speculum. Et si tu quæras, utrum erat uisio intellectualis, uel corporalis. Dicendum, quod intellectualis: sed non ipsius diuinæ essentia in se: sed alicuius gratiæ, uel

influentiæ: & illam in se per experientiam nosse, & uidere poterat, sicut sentit anima sancta, quando liquefcit, cum sponsus alloquitur eam. AD ILLVD, quod obicitur, quod mens humana in illo statu erat deo immediata. Dicendum, quod immediata erat quantum ad esse naturæ, quia nulla natura est ea superior: quantum uero ad statum non erat immediata. Ad altiore enim statum promouenda erat: tunc enim erat in similitudine gratiæ, sed perducenda erat ad deformitatem gloriæ, in qua non solum aspiceret diuinum effectum, sed etiam ipsum uultum desideratum. Concedo tamen nihilominus, quod oculi aspectus in deum figi potest, ita quod ad nihil aliud aspiciat: attamen non perspiciet, uel uidebit ipsius lucis claritatem, imo potius eleuabitur in caliginem, & da hanc cognitionem eleuabitur per omnium obliuionem sicut Dionysius dicit in libro de mystica theologia, & uocat cognitionem istam doctam ignorantiam. Hæc enim est, in qua mirabiliter inflammatur affectio: sicut eis patet, qui aliquoties conueniunt ad anagogicos eleuari excessus. Hunc modum cognoscendi arbitror cuilibet uiro iusto in uia ista esse querendum: quod si deus aliquid ultra faciet, hoc priuilegium est speciale, non legis communis. AD ILLVD, quod quæritur, utrum deus in patria uideatur per medium, an sine medio. Respondendum est, quod uidere per medium potest intelligi tripliciter, aut per medium disponens, aut per me-

dium deferens, aut per medium deducens. Per medium disponens recte, & catholice ponitur, deum in patria esse uidentem, quia anima in patria mediante deformitate, & influentiæ gloriæ disponetur ad hoc, quod clarissime possit deum in seipso uidere. Deformitas enim gloriæ sufficiens est dispositio ad hoc, quod anima deum in se possit uidere. AD HOC enim, quod uideat non oportet, quod anima potens sit in deum agere: uidere enim potius est in suscipiendo, quam in agendo, maxime cum uidetur lumen. Nec oportet eam proportionari quantitatiue, sed quantum ad infinitatem, ut sit tanta, quanta deus in uirtute est: sed sufficit qualitatiue quantum ad similitudinem expressam secundum cuius maiorem, & minorem participationem erit ordo in gradibus præmiorum in futura gloria. Et sic patet, quod si ponatur, deum uideri per medium disponens, persuasiones, quæ prius ponebantur, dissoluuntur, & ueritas explicatur. Per medium autem deferens nullus posuit deum uideri, quia ipse sit immediatus rationali creaturæ. Sed per medium deducens, siue contemperans posuerunt aliqui deum uideri, ne per excellentiam lucis obtunderetur acies intellectus, & potius deiiceret, quam lætificaretur. Sed hoc ponere (sicut prius tactum fuit) non est sanum, nec habet rationem, quia lumen illud potius est saluatiuum, quam corruptiuum, unde excellentia illius in nullo obest, sed potius confert: & quia pax, & gaudium, & lux illa superat omnem sensum,

sum, hō totus ideo undique cō-
pletur, ut nihil aliud quærat, sed
potius absorbeatur ipsa nostra
intelligentia ab eminentia lucis,
sicut & ipsa nostra affectio a tor-
rēte uoluptatis: & hoc supra de-
terminatū fuit in Primo Libro
Distinct. 1. de fruitione. Nunc
aut pro firmo tenendū est, q̄ &
si Adam Deū in sua substantia
nō uidebat in statu innocentie,
uidebitur tamen in gloria in sua
substantia: nec licet huius con-
trarium sentire, & dicere.

NAM hoc est usus de decem
articulis reprobatis ab uniuersa
tate magistrorū Parisien. tēpore
Episcopi Guilhelmi, & Odonis
Cancellarii, & fratris Alexādrī
de Hales patris, & Magistri no-
stri: qui ut euitētur, subscripti
sunt. Primus articulus est, q̄ di-
uina essentia in se, nec ab hoīe,
nec ab angelo uidebitur Secun-
dus est: q̄ licet diuina essentia
una sit in patre, & filio, & spiri-
tu sancto: tñ ut in ratione forme
una est in patre, & filio: & non
una in his, & spiritu sancto; & tñ
forma idē est, q̄ essentia diuina.

Tertius est, q̄ spiritus sanctus
ut amor, uel nexus nō procedit
a filio, sed tantum a patre. Quar-
tus est, q̄ animæ gloriatē nō
sunt in cœlo empyreo cum an-
gelis, nec corpora gloriata
erunt ibi, sed in solo aqueo uel
crystallino, q̄ est supra firma-
mentū. Quintus est, q̄ malus an-
gelus in primo instanti suę crea-
tionis fuit malus, & nunquam
fuit bonus. Sextus est, q̄ ange-
lus in uno instanti potest esse in
diuersis locis, & etiam ubique si
uoluerit Septimus est, q̄ multæ
sunt ueritates ab æterno, quæ
non sunt Deus. Octauus est,
quod primum nunc, & creatio
passio non est creator, nec crea-
tura. Nonus est, quod qui ha-
bet meliora naturalia, plus ha-
bebit de necessitate de gratia, &
gloria Decimus est, quod ma-
lus angelus nūquam habuit, un-
de stare posset, nec etiam Adam
in statu innocentie. Hi omnes
errores a prædictis personis pro-
hibiti fuerunt, & excommuni-
cati: & propterea sunt tanquam
pestiferi euitandi.

DISTINCTIO XXIII.

PARS PRIMA.

De adiutorio, per quod homo ante lapsum stare potuit,
scilicet de libero arb. in quantum ad alias
potentias comparatur.

NUNC diligenter inuestigari oportet, quam gra-
tiam vel potentiam habuerit homo ante casum:
& utrum per eam potuerit stare, uel non. Scien-
dum est ergo, quod homini in creatione (sicut de
angelis diximus) datum est per gratiam auxilium, & col-
lata est potentia, per quam poterat stare, id est, non declina-
re ab

re ab eo quod acceperat: sed non poterat proficere intantū,
ut per gratiam creationis sine alia mereri salutē ualeret.
Poterat quidem per illud auxilium gratiæ creationis resi-
stere malo: sed nō perficere bonum. Poterat tamen per illud
bene uiuere quodammodo, quia poterat uiuere sine pecca-
to: sed non poterat sine alio gratiæ adiutorio spirituali-
ter uiuere, quo uitam mereretur æternam. Vnde Augusti-
n. in Enchi. Si factus est homo rectus, ut & manere in ea recti-
tudine posset, non sine diuino adiutorio: & suo fieri peruer-
sus arbitrio: utrumlibet horum elegisset, dei uoluntas fie-
ret uel ab illo, uel de illo. Et quia suam maluit facere uolū-
tatem quā dei, de illo facta est uoluntas dei. Item in eodē,
Sic hominem prius oportebat fieri, ut & bene posset uelle,
& male. Nec frustra, si bene: nec impune, si male. Idem quo-
que in Libro de correctione, & gratia ait, Si hoc adiutoriū
uel angelo, uel homini cum primis facti sunt, defuisset: quo-
niam non talis natura facta erat, ut sine diuino auxi-
lio posset manere si uellet: non utique sua culpa cecidisset:
defuisset quippe adiutorium, sine quo manere non posset.
Idem, Dederat deus homini bonam uoluntatem: in illa quip-
pe eum fecerat rectum: dederat adiutorium, sine quo non
posset in ea manere, si uellet, et per quod posset. Vt autē hoc
uellet, in eius dimisit arbitrio. In eodem, Acceperat posse si
uellet, sed non habuit uelle quo posset: nam si habuisset, per-
seuerasset. His testimonijs euidenter monstratur, quod ho-
mo rectitudinem & bonam uoluntatem in creatione acce-
pit, atque auxilium quo stare poterat: alioquin non sua cul-
pa uideretur cecidisse.

Qualis fuerit illa rectitudo & bonitas uoluntatis, in
qua creatus est Adam.

Sed quomodo rectā et bonam uoluntatē habuit hō, si per
eā nec mereri uitā ualuit, nec in ea stare uoluit? quia nec ali-
quid mali ea tunc uolebat, & ad tēpus stare uoluit, sed non
perseuerāter: & ideo recta & bona fuit tunc uolūtas hoīs.

Oppositio contra illud, quod dictum est, hominem non
potuisse proficere.

Ad hoc autem quod diximus hominem nō potuisse profice

re uel mereri per gratiam creationis, solet opponi sic. Per illud auxilium gratiæ creationis potuit stare in bono quod acceperat, potuit ergo resistere tentationi. Sed resistere tentationibus atque suggestionibus malis, meritum est ac bonum remunerabile: omne autem bonum meritum profectus est: per gratiam ergo creationis proficere potuit sine adiectione alterius gratiæ. Ad quod dicimus, quia resistere malo, et non cōsentire tētationi, non fecisset illi meritū, et si non cōsensisset: quia nihil in eo erat quod ad malū impelleret: sicut angelis qui non ceciderūt, non fuerit meritū quod steterūt, id est, quod non correrunt. Nobis autē meritum est aliquando si malū non facimus, sed resistimus: ibi dumtaxat, ubi causa subest que nos id facere mouet: quia ex peccati corruptela proueniunt ad laesum gressus nostri. Vbi autem non interuenit causa nos ad malum impellens, non meremur si ab eo declinamus. Declinare enim a malo semper uitat pœnam, sed non semper meretur palmam.

De adiutorio homini in creatione dato, quo stare poterat.

Hic considerandum est, quod fuerit illud adiutorium homini datum in creatione, quo poterat manere si uellet. Illud utique fuit libertas arbitrii ab omni labe & corruptela immunis, atque uoluntas rectitudo, & omnium naturalium potentiarum animæ synceritas, atque uiuacitas.

De libero arbitrio.

Liberū uero arbitriū est facultas rationis, et uoluntatis, qua bonū eligitur gratia assistente, uel malū edem desistente. Et dicitur liberū, quantum ad uoluntatē, que ad utrumlibet ^{02e.13} flecti potest. Arbitriū uerū quantum ad rōnem, cuius est facultas uel potentia illa, cuius est discernere inter bonum & malū: & aliquando quidem discretionē habens boni & mali, quod malū est eligit, aliquando uero quod bonum est. Sed quod bonū est nisi gratia adiuta non eligit, malū uero per se eligit. Est .n. in anima rationali uolūtas naturalis, qua naturaliter uult bonū, licet tenuiter & exiliter, nisi gratia iuuuet: quæ adueniens iuuat eam, & erigit ut efficaciter uelit bonum. Per se autē potest uelle malum efficaciter. Illa ergo rationalis animæ potentia, qua bonum uel malum potest uel

le,

le, utrunque discernens, liberū arbitriū nuncupatur: quod bruta animalia non habent, quia ratione carent; habent tamen sensum & appetitum sensualitatis.

De sensualitate.

Est enim sensualitas quedam uis animæ inferioris, ex qua est motus qui intenditur in corporis sensus, atque appetitus rerū ad corpus pertinentium, Ratio uero uis, animæ est superior, quæ (ut ita dicamus) duas habet partes uel differentias, superiorē & inferiorē. Secundum superiorē supernis conspiciendis uel consulendis intendit: secundum inferiorē ad temporalium dispositionem cōspicit. Quicquid ergo in anima nostra nobis considerantibus occurrit, quod non sit cōmune cū bestiis, ad rationem pertinet. Quod autem in ea reperies cōmune cum belluis, ad sensualitatem pertinet. Et ubi nobis gradatim in consideratione partium animæ progredientibus primū aliquid occurrit quod non est commune cū bestiis, ibi incipit ratio. Hoc autem Augu. docet in 12. lib. de Trini. ita ^{Li. 3 tri} dicens, Videamus ubi sit quasi quoddam hominis exterioris ^{12. c. 8.} interiorisq; cōfiniū. Quicquid .n. habemus in animo cōmune cū pecore, recte dicitur ad exteriorē hominē pertinere. Non ^{Ibi. c. 6} enim solū corpus hō exterior deputabitur: sed adiuncta quadam uita sua, qua cōpages corporis & omnes sensus uigent, quibus instructus est ad exteriora sentienda. Ascendentibus ergo introrsum quibusdam gradibus cōsiderationis per animæ partes, ubi incipit aliquid occurrere quod non sit nobis cōmune cū bestiis, ibi incipit ratio, ubi homo interior iā possit agnosci. Rōnis autē pars superior æternis rōnibus conspiciendis uel consulendis adhærescit, portio inferior ad temporalia gubernanda defleetur. Et illa rōnis intentio, qua cōtemplamur æterna, sapiētia deputatur: illa uero qua bene ^{Li. 20. c. 14. & 15. Ibi. Cap. 4.} utimur rebus temporalibus, scientia deputatur. Cū uero differimus de natura mentis humane, de una quadam re differimus, nec eā in hæc duo, quæ cōmemorauimus, nisi per officia ^{Ca. 12.} geminamus. Carnalis autem uel sensualis animi motus, qui ^{e. u. s. d. e. m.} in corporis sensus intenditur, nobis pecoribusque commu- ^{lib.} nis est: qui seculus est a ratione sapientiæ, rationi autem scientiæ uirtutis est.



V P R A determinavit Magister de culpa, p̄ q̄ hō cecidit. In hac parte determinat de auxilio, per q̄ stare potuit. Et quoniā hoc auxilium scilicet liberi arbitrii habet tripliciter cōsiderari, videlicet in cōparatione ad alias potentias animæ & in se, & in cōparatione ad perfectionem gratiæ: ideo pars ista habet tres partes. In prima determinat de libe. arb. in cōparatione ad alias potentias. In secunda uero determinat de ipso secundum se, infra dist. 25. *Tam uero ad propositum redeamus, &c.* In tertia uero determinat de ipso per cōparationem ad gratiam infra dist. 26. *Hec est gratia operans & cooperans, &c.* Et quoniam secundum cōparationē liberi arb. ad potentias animæ attenditur progressus & cōsummatio peccati: ideo prima pars habet duas. In prima determinat de libero arbitrio inquantū ad alias animæ potentias cōparatur. In secunda uero determinat, qualiter in homine tentationis ordo, & progressio cōsummat. *ibi. Illud quoque pratermittendum non est, &c.* Prima pars tres habet particulas. In prima determinat, ad quid datum fuerit illud auxilium homini. In secunda uero, quod sit illud adiutorium, *ibi. Hic considerandum est quod fuit illud adiutorium &c.* In tertia uero ad maiore explanationem subiungi distinctionem prædictorum, *ibi. Est enim sensualitatis quadam uis, &c.* Quælibet autem harum partiū diuidi potest in duas. In prima determinat ueritatem. In secun-

da remouet dubitationem, *ibi. Sed quomodo rectam, & bonam uoluntatem, &c.* Similiter secunda pars, in qua determinat quod fuit adiutorium, duas habet partes. In prima explicat, quod fuit illud adiutorium nominando. In secunda diffiniendo. *ibi. Lib. uero arbit. est facultas, &c.* Similiter tertia pars, in qua diuisionē ponit potentiarum, duas habet partes. In prima assignat differentiam sensualitatis ad rationem. In secunda uero ostēdit uiam, per quam cognosci possit, & discerni illa differentia, *ibi. Quicquid ergo in anima nostra, &c.* Sic totalis huius particule sententia circa duo uersatur, uidelicet circa adiutorium, quod fuit homini collatum, & circa distinctionem potentiarum.

R Esistere malo, & non consentire &c. Contra. Si hoc uerum est, tunc, cum nullum fuisset in Adam impellens, nunquam meruisset in aliquo opere suo. Item. Christus nullum habuit interius impellens ad malum cum diabolo in tentatione restitit, & in operibus suis nullum habuit retrahens a bono: ergo nihil meruit in sua tentatione, nec in aliqua operatione, quod omnino nefarium est dicere. Item. Exemplum eius uidetur esse malum, cum subiungit. Sicut angelis non fuit meritorium, quod itererunt: hoc enim est contra ueritatem; & contra Augu. qui dicit in Lib. de correctione, & gratia: quod Angeli, qui aliis cadentibus remanserunt, huius mansionis debitam mercedem receperunt: ergo uidetur quod stando meruerunt.

A D

Ad hoc dici posset, quod est meritum dimissionis pœnæ, siue satisfactorium: & est meritum uitæ æternæ, siue substantialis præmii. Ad primum requiritur pœnalitas, & difficultas: ad secundum uero sufficit sola charitas. Magister autem intelligit de merito secundum primam differentiam, non secundum aliam. Sed quia illud meritum satisfactionis nunquam fuisset in Adā, nec profectus in eo, si in statu innocentie permansisset, prædicta responsio non uideretur pertinere ad propositum. Et propterea aliter uideretur esse dicendum, quod est meritum de genere operis, & est meritum ex radice charitatis. Meritorium de genere operis dicitur, quod est opus uirtutis de se: hoc autem est arduum, & difficile. Alio modo dicitur meritum omne opus, quodcūque sit: dum tamen ex radice charitatis procedat. Vult igitur Magister dicere, quod in resistendo temptationi, Adā non fuisset meritum, si non habuisset gratiam, nec primo modo, nec secundo: si uero restitisset ex charitate, meritum fuisset secundo modo, non primo. In nobis autē semper est meritum uel utroque modo, uel altero propter difficultatem ad bonum, & pronitatem ad malum. Et per hoc patet responsio ad obiecta, quia procedunt de merito secundam differentiam, uidelicet de eo, quod est meritum ratione radicis.

Declinare enim a malo &c. Cōtra. Aut. n. declinat quis a malo ex charitate, aut nō. Si nō: similiter nec facere bonū extra chari-

tatem meretur palmam: ergo nō est differentia inter declinare a malo, & facere bonum. Si sic: cū omne illud quod fit ex charitate sit meritorium: patet &c. Si tu dicas, q̄ non meretur palmam ex genere operis: quia non est difficile: hoc non soluit, quia licet nō sit difficile homini in statu innocentie: est tamen difficile in statu nature lapsæ: ergo nō semper meretur palmam. Item. Declinare a malo est una pars iustitiæ, sicut facere bonum: ergo sicut unum est meritorium, ita & reliquum. Resp. Dicendū, quod declinare a malo dupliciter dicitur, sicut non uelle malum. Vno modo priuatiue, sicut dicitur dormiens non uelle malum, quia nō habet aliquam affectionē ad malum. Alio modo contrarie, ut dicatur nō uelle malum, quia respuit, & contraria affectione afficitur contra malum. Sic etiā declinare a malo dupliciter dicitur. Et si dicatur contrarie, tunc est meritum. Si uero priuatiue, uitat pœnam, quia si non peccat, non punitur: non tamen meretur palmam, quia non est ibi aliquod opus meritorium, & primo modo est pars iustitiæ: secundo modo non, quia non est opus.

Liberum uero arb. est facultas, &c. Videtur male dicere: quia si hoc uerum esset, tunc liberi arb. gratia destitutum semper consentiret peccato, q̄ plane falsum est. Item. Videtur quod nō deberet poni in diffinitione lib. ar. quia (sicut dicit Philosoph.) peccat qui diffinit aliquid p̄ peiora, & per ea ad quæ non habet principaliter ordinati: si ergo li-

Dub. 3.

berum arb. de se quātum est de prima conditione sua, non ordinatur ad malum, non debet diffiniri per electionem mali. Respon. Dicendum, quod Magister diffinit hic liberum arb. non simpliciter, sed secundum statū naturæ lapsæ, & quia in statu naturæ lapsæ defectum habet, & inclinationem ad malum: ideo non tantum diffinit per electionē boni, ad quam ordinatur mediante gratia: sed etiam per electionem mali, in quam cadit ex defectibilitate propria: nec ponitur ibi electio mali tanquam finis, ad quem ordinatur, sed ut per hoc magis innotescat, qualiter ad finem proprium ordinatur: non enim ad illud peruenit nisi per gratiæ adiutorium: & sic patet responsio ad utrūq; obiectū.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An possibile fuerit dari homini liberum arbitrium inflexibile per naturam?



Ad intelligentiā huius partis circa duo incidit hic quæstio. Primo quæritur de adiutorio homini collato, per quod posset resistere. Secundo quæritur de diuisione potentiarū animæ. Circa primum quærentur duo. Primo quæritur, utrum dari potuerit homini, siue alicui creaturæ adiutorium, quod esset naturaliter inflexibile. Secundo quæritur, utrum datum fuerit ei adiutorium, per quod posset absque auxilio gratiæ tentationi resistere.

Quod homini dari potuerit adiutorium, siue liberum

arb. inflexibile per naturā, hoc est absque gratia super addita, ostenditur primo a simili. cōiungit enim reperiri lucem corporalem, quam impossibile est per naturam in se obnubilari, sicut lucem empyrei, uel lucem solis. Si ergo lux spiritualis multo permanentior est, quam corporalis, uidetur quod anima humana potuit fieri in perfectione tantum luminis per naturam, quod nullo modo posset obscurari nec per ignorātiā, nec per culpam. **ITEM.** Contingit reperiri aliquam substantiam corporalem in transmutabilem quantum ad substantiam, & quantum ad proprietates, sicut est corpus ultimum, scilicet empyreum: & hoc non habet solum per gratiam, sed etiam per naturam: ergo pari ratione possibile est substantiam spirituales per naturam in tanta stabilitate fieri, quod nullo modo ualeat permutari a rectitudine naturali: si enim hoc reperitur in substantia corporali, multo fortius reperiri potest in substantia digniori. **ITEM.** Gratia est perfectio nature, & perfectio conformatur suo perfectibili: ergo si gratia conformationis omnino reddit naturam impossibilem ad peccandum, uidetur quod anima humana naturaliter capax sit talis stabilitatis, & inuertibilitatis. Si dicas, quod non est capax talis inuertibilitatis nisi mediante gratia: Obicitur contra hoc, quod talis uertibilitas ad mala, aut est essentialis ipsi naturæ, aut non. Si est essentialis: ergo uidetur, quod per gratiam non possit auferri. Si non est essentialis: ergo uide-

uidetur, quod sine tali uertibilitate ad malum possit natura rationalis fieri salua sua natura, & aulla superaddita gratia: propter hoc est quæstio: Cum tam liberum arb. hominis, quam gratia sit creatum, sicut patebit infra, ad quid dari potest inflexibilitas ad malum ipsi gratiæ, & non potest dari creaturæ rationali: uidetur enim ratione consimili: quod si potest dari uni, quod possit dari alteri. **ITEM.** Licet omnis creaturā per se uertibilis sit in naturam: aliquę tamen tales creantur a sua origine, quod impossibile est eas corrumpi: & hoc habent sine aliquo addito naturalibus: sicut patet in substantiis simplicibus: unde angeli & animę per naturam sunt immortales: ergo pari ratione uidetur, quod aliquę animę possunt creari per naturam ad malum inflexibiles: uidetur igitur fuisse possibile tale adiutorium a Deo conferri, per quod naturaliter ad malū non posset inflecti.

SED CONTRA. Ista duo sunt conuertibilia, sicut uult Damasc. & etiam Aug. uidelicet esse creabile, & esse uertibile: sic ergo in omni creaturā necesse est esse aliquam uertibilitatem: sed in substantia spiritali non est uertibilitas secundum substantiam: ergo necesse est, quod sit secundum electionem: igitur impossibile est substantiam creatam habere liberum arb. per naturā inflexibile. **ITEM.** Non est per naturam magis arctatus affectus, quam intellectus: sed intellectus eo ipso quod intellectus est, per naturam suam est natus omnia intelligere: ergo pari ratione af-

fectus per naturam suam est potens hoc, uel illud appetere: ergo est ab uno oppositorum in alterum transire: ergo omnis affectus creatus, quantum est de natura sua non solum bonum concessum, sed etiam prohibitū potest uelle, & periclitari: ergo &c. **ITEM.** Liberum arb. creatum hoc ipso quod liberum est, domini naturæ actui suo: hoc ipso quod creatum est, debet aliquid suo creatori, uidelicet honorem: ergo si dominatur suo actui, potest non reddere, quod debet: sed hoc est peccatum: ergo necessarium est liberum arb. quantum est de sua natura fieri flexibile ad peccatum. **ITEM.** Si liberum arb. per naturam suam esset inflexibile ad malū: ergo stare in bono, & facere bonum esset ei naturale: ergo omne opus egrediens a lib. arb. esset in genere operis naturalis, & nullum esset in genere moris: ergo si hoc uerū est, nullum esset meritorium, nullum etiam esset laudabile: per nullū est opus, quod faceret, esset liberum arbitrium ad gloriā ordinabile: sed hoc est contra naturalem lib. arb. institutionem: ergo impossibile est alicui creaturæ dare liberum arbitriū per naturam inflexibile.

RESOLVTIO.

Nec hominis, aut cuiusuis rationalis creaturæ initiale principium, nec finalis eorundem terminus uoluntatis, ut inflexibiles essent natura ad malum.

RESP. Dicendum, quod impossibile fuit hominē, uel aliquā creaturā rōnalē per naturā habere liberum arb. inflexibile ad malū: hoc. n. repugnat nature ipsius creaturę

rationalis, & a parte principii initialis, & a parte termini finalis: & hoc patet sic. Si n. liberum arb. creaturæ rōnalis fieret naturaliter ad malū inflexibile, aut hoc esset propter ipsius arctationem ad bonum, aut propter ipsius determinationem. Si propter arctationem, ut sic faceret bonum, sicut lapis tendit deorsum, iam certe liberum arb. nec esset liberum; nec opus eius esset laude dignum: & ita ineptū esset ad finē, pp quē est factū, uidelicet ad laudis, & glorię præmiū assequendum. Si autem inflexibile esset ad malum propter determinationē: quia sic potens esset per propriam naturā in bonum, ut non posset deficere in malo, sicut est de libero arb. diuino, qđ ad sola bona determinatum est, iam tale li. arb. caret uanitate per naturā suam: ergo iam non esset creatura, nec productum ex nihilo: cum omnis creatura uanitati subiecta sit: & ita hoc esset contra naturam principii initialis quantum ad quod dicimus, creaturam rationalem ex nihilo esse productam. Repugnante igitur natura rationalis creaturæ, & ex parte initialis principii, & ex parte finalis termini, impossibile fuit hominē, uel aliam quancunque creaturam rationalem liberum arb. habere per naturam ad malum inflexibile: unde concedendę sunt rōnes hoc ostēdentes.

AD ILLVD, quod primo obiicitur de luce corporali. Dicēdū, qđ non est simile, tum pp hoc, qđ fons lucis corporalis reperiri pōt in gñe creaturę: fons aut lucis spiritualis nō reperit in gñe

creaturæ: sed est ipse creator: iuxta illud Eccl. i. Fons sapiētię uerbū Dei in excelsis. Tū ēt: galux corporalis respectu actus lucendi hēt arctationem, adeo ut lucere eius non sit laudabile, sed pure naturale: non sic est de rectitudine, & operatione creaturæ rationalis, siue uoluntatis deliberatiuę. AD ILLVD, qđ obiicitur, qđ aliqua substantia corporalis per naturam est intransmutabilis &c. iā patet responsio per hoc, quod non ualet, siue nō decet creaturam spirituales sic esse arctatam ad opus suū, sicut corporalem: siue etiā, quia non tenet summum in genere spiritus, sicut aliqua creatura corporalis tenet summum in genere corporum. Veruntamē dici posset, quod omne corpus mutabile est aliquo genere mutationis, sicut uniuersaliter uult Augustinus: siue quia ipsum mutatur in ipso: & hoc ultimo modo mutatio posset esse in empyreo. AD ILLVD, qđ obiicitur de gratia confirmante. Dicendum, quod gratia dicitur esse perfectio naturæ, non solum quia adiuuat, sed ēt quia defectum eius excludit: unde in omni natura creaturæ rōnalis est aliquis defectus naturalis, qui per gratiam habet excludi, quātumcunque illa natura sit in genere creaturæ perfectas: & ideo non sequitur, qđ si aliquid conuenit alicui per gratiam, qđ conueniat per naturā. Et si obiiciatur, quod Deus potuit dare naturę, quod dedit gratię. Dicēdū, qđ natura nō fuit nata suscipere: sicut n. alia est natura operis moralis, alia operis natu-

naturalis, nec proprietas operis moralis pōt cōuenire operi naturali, nisi naturale desineret esse naturale: nō n. pōt laus, & uituperiū, quæ est proprietas operis moralis, sed m qđ hmōi: competere operi naturali in quātū tale: sic & i pposito itelligēdū est se hēre. AD ILLVD, qđ obiicitur de immortalitate: patet rōsio p p dicta. Quod n. naturaliter est immortale, ex hoc nō est laudabile, uel uituperabile: & ita si liber. arb. inflexibile creatum esset: nec laudis, nec uituperii capax esset.

QVAESTIO II.

An homini datum fuerit adiutoriū: per quod absque omni gratia tentationi resistere potuisset?

VT RVM datū fuerit hōi naturale adiutoriū, p qđ posset absque oī gratia tētationi resistere. Et qđ sic vř. Liberum arb. (ut dicit Ansel.) est potestas seruandi rectitudinem propter se: sed liberum arb. est potentia naturalis: ergo per naturalē potentiam absque addita gratia homo poterat seruare rectitudinē, siue iustitiam. Sed seruando rectitudinem, tentationi non consentiret, imo resisteret, & superaret: ergo &c. ITEM. Ponatur homo in puris naturalibus: aut igitur posset resistere diabolo suadēti, aut non. Si non, & nullus peccat in eo, qđ uitare non potest: ergo si consentiret tentationi diabolice, non peccaret, qđ est impossibile. Si sic: ergo p naturale adiutoriū sine grā superaddita superare poterat aduersariū. ITEM. Natura nulli dat esse, quin etiā det ei aliquam potētiam perma-

nendi, cum non deficiat in necessariis: unde sicut aliquid naturaliter propagatur, sic etiam naturali uirtute in esse conseruatur: si ergo liberum arb. homini datum, per naturam propriā innocens erat, & immune a culpa: ergo per naturam propriam absque omni gratia permanere poterat in sua innocentia: ergo &c. ITEM. Rectitudo uoluntatis solo actu uoluntatis seruatur: quod enim rectus est, obliquus esse non potest, quamdiu uult esse rectus; sed nihil tam est in uoluntate nostra, quā ipsa uoluntas: nihil facilius homini recto, quā uelle rectitudinem: si ergo liberum arb. hominis quantum est de sua conditione primaria, rectum erat, absque omni gratia superaddita rectitudinem seruare poterat, & sic aduersario resistere, & tentationē superare. Sed contra Aug. de uera innocentia. Humana natura, & si in illa integritate, in qua cōdita est, permaneret: nullo tamē mō se ipsam creatore non adiuuante seruaret: ergo quantumcunque hō haberet liberum arb. ad hoc, ut pmaneret, necessariū ei erat gratiæ diuinę suffragium. ITEM. Si tūc poterat de potētia naturæ tētationi resistere, & naturalia sunt eadē in nobis, & in ipso: ergo si tentationi resistere esset a nobis per naturam possibile, ergo frustra frequentaremur dominicā orationē, petentes: *Et ne nos inducas in tentationē: qđ si absurdum est dicere: patet &c.* ITEM. Si uirtute ppria posset hō absque oī gratia tentationi resistere, posset ēt uictoriā de inimico obtinere: sed uictori-

rie respondet corona: ergo absq; omni gratia potuisset mereri, & peruenire ad gloriam: q; si euidenter falsum est: restat &c. **ITEM.** Tentationi resistere hoc est opus de se laudabile: sed faciēs opus laudabile non pōt nō proficere: igitur si uirtute propria habuit, unde posset stare, uirtute propria habuit unde posset proficere: quod est cōtra Magistrum in litera, qui dicit, q; habuit unde stare posset, sed non habuit, unde posset proficere.

RESOLVTIO.

Absque peculiari gratia, supposita tantum diuina influentia, potuit primus homo in statu innocētie cuiusque tētationi resistere.

RESPON. Dicendum, quod aliquem posse resistere uirtute propria tētationi diabolicæ absque omni gratia intelligi potest dupliciter. Aut ita, q; excludatur continuatio diuinę influentię: aut ita, q; excludatur appositio nouę gratiæ. Primum simpliciter est impossibile: nunquam enim lib. arb. male suggestioni resisteret, nisi deus suę bonitatis influentia continua in bono cōseruaret. Secundo modo ueritatem habet pro statu innocētię. Sicut enim Magister dicit in litera, magna erat in primo homine liberi arb. ab omni labe, & corruptione immunitas, atque naturalium potētiarum animę sinceritas, & uiuacitas, & p hoc poterat euitare, & repellere suggestionē diabolicam: nec indigebat ad hoc. apponi sibi nouā grām, cū respectu huius nulla esset in eo difficultas, sicut dicit Magister in lra, & rōnes ostēdunt, q; ad primam partē indu-

cuntur: & ideo concedēda sunt.

AD ILLVD ergo Aug. de uera innocētia, iā patet responsio: dicit enim q; nulla creatura rationalis potest sine diuino adiutorio conseruari: non quia ad resistēdum peccato sit ei necessaria gratia, quādiu est in innocētia: sed quia in quocūque statu est, necessaria est sibi diuinę bonitatis influentia. **AD ILLVD**, quod obiicitur, q; eadem sunt naturalia in nobis, & in primo homine. Dicendum, q; & si eadē sint secundum substantiam, tamē in firmata sunt, & uulnerata, & deteriorata: & ideo non sequitur, q; tantum posse habeant, quantum habuerunt, quando natura erat instituta. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod tentationi resistere, hoc est uictoriam obtinere. Dicendum, q; plus est aduersarium superare, quā eadem resistere. **AD ILLVD**, quod aliquis aduersarium superet, optimum est, q; oppositum assequatur, ad quod aduersarius pertrahere intendebat: hoc autem solum est, quando homo non tantum resistit aduersario uoluntarie, uerū etiam meritorie. Tunc enim recte uincitur diabolus, quādo ex uexatione tentationis, per quā intendebat incuruare ad demeritum, homo proficit ad meritū: hoc autē lib. arb. facere non potest nisi per gratiæ adiutorium, quamuis per se possit refugere peccatum. Si enim absque gratia peccatum refugeret, meritorium sibi non esset: & tamen tentationi resisteret. Et p hoc patet responsio ad sequens: quia Magister non loquitur de quocūque profectu: sed de profectu in merito

rito, in quo non semper proficit homo, cum facit opus bonum bonitate morali, nisi ad sit gratia spiritus sancti, sicut melius infra patebit.

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An intellectus & affectus uel ratio & uoluntas essentialiter differant?



ONSEQUENTER quæritur de secundo: uidelicet de diuisione potentiarum animæ: & circa hoc possunt quatuor quæri. Primo quæritur de illa diuisione potentiarum animę, quæ est per cognitiuam, & affectiuā, siue per rationem, & uoluntatem. Secundo quæritur de illa, quæ est per portionem superiorem, & inferiorem. Tertio quæritur de illa, quæ est per deliberatiuum, & naturale. Quarto, & ultimo quæritur ad pleniorē explanationem de illa diuisione, quæ est per possibilem, & agentem.

VT RVM intellectus, & affectus, siue ratio, & uoluntas sint potentię diuersę per essentialitatem. Et q; non uidetur. Aug. 9. de Trin. dicit, quod hęc tria scilicet intelligētia, memoria, & uoluntas sunt una mens, una intelligentia, una uita: sed hoc non esset, si essent diuersę per essentialitatem: ergo &c. **ITEM.** Philosophus in 3. de Anima dicit, quod intellectus speculatiuus extēsiōne fit practicus: sed extēsiōne non uariat potentiam per essentialitatem: ergo eadem est per essentialitatem intelligentia speculatiua, & practi-

Tex. cō.
49.

ca: ergo & cognitiua, & motiua. **ITEM.** Potentię distinguuntur per obiecta, sicut dicit Philosophus: si ergo prima ratio distinguēdi est ex parte obiectorum, non est maior distinctio in potentiis, quā in obiectis: sed uerum sub rōne ueri est obiectum intellectus: bonum sub ratione boni est obiectum affectus: cum igitur eadem sit p essentialitatem bonitas, & ueritas spiritualis creaturæ: ergo eadē erit per essentialitatem rō, & uoluntas. **ITEM.** Magis cōformatur imago summę trinitati, q; conformetur uestigium: sed in summa trinitate nulla est distinctio essentialis: sed solū secundum relationē: si igitur ueritas, & bonitas sola relatione differunt in creatura, & non essentialiter: multo fortius ueritas, & uoluntas sola relatione habeant distinguui. **ITEM.** Ad omnem delectationem necessario concurrat sensus: delectatio. n. est coniunctio conuenientis cum conuenienti, & sensus eiusdem: sed constans est, q; uoluntas habet delectari. ergo habet delectabile cognoscere, & sentire: igitur ipsa erit potentia sensitiua. **ITEM.** Ad omnem habitum uirtutis necessario concurrat amor, & medii inspectio. Sicut. n. uult Aug. de Moribus ecclesię, Omnis uirtus est amor. Et sicut uult Philosophus: Virtus est inspectrix medii: si ergo uirtutes sunt in uoluntate: ergo actus uoluntatis est medium inspicere, & amare: sed primum pertinet ad uim cognitiuam, secundum ad effectiuā: ergo eadem est potentia cognitiua, & affectiua. **ITEM.** Luminis, & caloris in corporibus correspondet

2. de A.

1. ma.

ex. cō.

33.

3. Eth.

respondet cognitio, & amor in spiritibus: sed sol per eandem virtutem illuminat, & calefacit: calefactio enim generatur ex radiorum multiplicatione; ergo multo fortius ut, quod si substantia spiritualis potentior est, quod per eandem virtutem cognoscat, & diligat: ergo &c. **ITEM.** Optimum uniuscuiusque rei non potest esse nisi unum: sed optimum in anima est illud secundum quod immediate coniungitur Deo. Hoc autem est intellectus, & affectus siue ratio, & voluntas: ergo non sunt diuersę potētīe, sed una. **SI** TV DICAS, quod inter omnes potentias: principatum tenet voluntas, & illa est, quę intimius adhęret: Obicitur contra hoc: quia virtus unita plus potest, quā multiplicata: si igitur anima una potentia sola tenderet in Deum, perfectius ei uniretur, quā si cędat pluribus: ergo si optimo modo facta est ad perueniendum in finem, videtur quod una sola potentia sit ratio, & voluntas secundum essentiam.

SED CONTRA. Aug. in II. de Trinitate dicit, animam esse ad imaginem, quod ad unitatem essentię, & trinitatem potentiarum: ergo si vera est ibi trinitas, vera est ibi potentiarum distinctio: ergo non solummodo distinguuntur relatione: sed etiam secundum id, quod sunt absolutę.

ITEM. Si eadem potentia per essentiam esset ratio, & voluntas, sicut una essentia est in patre, & filio: ergo sicut pater non per filium dicitur intelligere, sed per seipsum, sic voluntas non solum intelligeret per intelligentiam, sed etiam per seipsam: falsum igitur

diceret Aug. I. de tri. cum dicit quod nihil volumus, nisi per uoluntatē; nihil intelligimus, nisi per intelligentiā. **ITEM.** Expresius Aug. 9. de tri. c. 4. loquens de ratione, & uoluntate, siue notitia, & amore ait sic, Admonemur, si utrumque uidere possumus, hoc in anima existere, & tanquam inuoluta inuolui, ut sentiant, & numerentur substantialiter: uel (ut ita dicam) essentialiter. **ITEM.** Ratione uero, quia cuiuslibet potētīe unius est unum primum actum assignare: sed actus complectens totam intelligentiam est intelligere, actus uero complectens totam affectiuam est afficere: ergo si actus primi, & proprii istarum potentiarum sunt diuersi essentialiter, uidetur similiter, quod & ipsę potētīe. **ITEM.** Sola distinctio relationum in creatura non est distinctio rerum, sed in diuinis est uera distinctio personarum: ergo si in anima non est distinctio potentiarum, nisi solum secundum relationem, anima non esset illius summę trinitatis similitudo expressa, & ita nec imago, quod si hoc est falsum: restat, &c. **ITEM.** A natura creaturę est, quod cum uigoratur actus unius potētīe, minoratur actus alterius propter hoc, quod potētīe radicanter in eadem substantia: ergo multo fortius actus unius potētīe intus remittit alterum actum eiusdem potētīe: ergo si ratio, & uoluntas essent eadem potentia, cum intenderetur cognitio, minueretur affectio; ergo quanto clarius Deum uideremus, tanto minus amaremus, quod si omnino falsum est restat, &c. **ITEM.** Ubicumque lux, & calor sunt formaliter, differunt essentialiter, sicut patet in igne; ergo pari ratione ubicumque; potētia cognoscendi, & amandi formaliter reperiuntur in creatura, essentialiter distinguuntur: sed sic reperiuntur in anima: ergo &c.

RESOLVTIO.
Diuersus usus harum potentiarum diuersas eas esse liquido ostendit.

RESP. Dicendum, quod & si predicta questio plus contineat curiositatis, quam utilitatis: propter hoc, quod si uel una pars teneatur, siue altera, nullum pręiudicium nec fidei, nec moribus generatur: uerumtamen quia sancti, & alii qui tractant de potentiis anime plurimum loquuntur de potentiarum distinctione: & quia etiam plurimum questionum determinatio pedit ex predictę questionis determinatione: ideo determinationi eius aliquantum diligenter oportet insistere. Notandum igitur, quod istius questionis terminatio ex illius questionis tractatione pedit, quia queritur de comparatione potētīe ad substantiam anime: unde secundum quod illa uarie determinatur a diuersis, sic consequenter & ista. **QVI DAM.** n. dicere uoluerunt, quod potētia anime non est aliud, quam ipsa relatio, uel ipsa anima relata ad actum: & hi ponunt, quod omnes anime potētīe sint unum per essentiam, nec est in eis aliqua differētia, nisi solum secundum relationem ad actum alium, & alium: & hoc confirmare nituntur per Aug. in Lib. de anima, & spiritu, ubi ut hoc expresse dicit, & sentit. Et si tu dicas quod ille liber non est Aug. per hoc non euaditur: quia hoc ipsum in Lib. de Tri. dicit de potentiis anime, quod sunt una essentia, una uita. **ALII** uero dicere uoluerunt, quod potētīe

anime non tantum dicunt modum, siue relationem; sed etiam dicunt proprietates inherentes ipsi anime, quę sunt de genere accidentium, utpote in secunda specie qualitatis, uidelicet naturalis potētīe, & impotentię: & isti dicunt, quod potētīe in anima differunt essentialiter, sicut diuersę formę accidentales existunt in eodem subiecto: & hoc confirmare nituntur per quodam uerbum Hugo in quodam libello, quem fecit de Trinitate ubi dicit, quod notitia, & amor non uerę sunt, quod ipsa mens; sed quasi affectiones quedam, & formę ipsius, quibus non sit hoc aliquid esse: sed adesse tantum ei, quod est hoc aliquid. **TERTII** sunt, qui dicunt, quod potētīe anime nec adeo sunt idem ipsi anime, sicut sunt eius principia intrinseca, & essentialia, nec adeo diuersę, ut cedant in aliud genus sicut accidentias; sed in genere substantię sunt per reductionem: & isti dicunt, quod cum potētīe simpliciter non dicant aliam essentiam, quā substantiam anime, quod non sic differunt essentialiter ipsę potētīe, quod sint diuersę essentię. Et iterum, cum non sint omnino idē cum anime essentia, dicitur quod non sunt omnino idē per essentiam: & fringit ideo quasi medium tenentes inter utraque opinionē; dicunt quod anime potētias sic differre adinueniunt, ut nullo modo dici possint una potentia: nec tamen concedunt eas simpliciter diuersificari secundum essentiam, ita ut dicantur diuersę essentię; sed differre essentialiter in genere potētīe, ita ut dicantur diuersę potētīe siue diuersa instrumenta eius.

Huc dicitur dē modo in Sco. dicitur. 2. m. 2. Sc. dicitur. 2. m. 2. Sc. dicitur. 2. m. 2. Sc. dicitur. 2. m. 2.

eiusdem substantiæ. Quelibet autem dictarum positionum tuos hēt defensores: nec est facile rationibus cogētib; earū aliquā improbare; quia tamen hæc positio ultimo dicta cōcordat uig cōi, & auctoritatibus tractatorū, & magis sobria est, & rationi consona; ideo iuxta hanc tertiam positionem ad propositam questionem respondendum est: q̄ intellectus, & affectus siue ratio, & uolūtas non sunt una potentia; sed diuersæ; & hoc senserunt predecessores nostri sensisse etiam uidetur Aug. sicut expressē apparet in auctoritatibus supradictis: omnes etiam quotquot diuidunt animæ potentias, prima diuisione diuidūt in cognitiuam, & affectiuam, siue motiuam. Rursus. Cum quis ad semetipsum redit, uolens quasi quodā experimento discere potentiarū, quas hēt in se, cōuenientiam, & differentiam: inueniret se in cognoscendo, & amādo recurrere ad diuersa instrumenta. Vnde cōsideranti usum potentiarū manifesto iudicio apparebit, & maior est differentia intelligentiæ ad uoluntatē, q̄ sit intelligentiæ ad memoriā, uel et irascibilis ad cōcupiscibile. Memoria enim, & intelligentia negociātur circa idē: ita ut q̄ illa acquirit, illa conseruat; uel illa offert, & ista diiudicat. Similiter concupiscibilis, & irascibilis ita se habēt, q̄ cōcupiscibilis acgrit, & irascibilis defendit; & quia utrūque horum necessarium est ad perfectionē actus cognitionis, & affectionis, ideo memoria, & intelligentia potius dicunt diuersæ uires, q̄ diuersæ potentiæ; simili-

ter irascibilis, & concupiscibilis. Et est exēplum, sicut si aliquis haberet diuersa instrumenta ad diuersos actus principales, ut securim ad scindendum, & martellum ad fabricandum: posset tamen nihilominus ipsa securi uti ex una parte ad scindendū, utpote ex parte aciei, & ex alia parte ad alium actum illi consonum. Iuxta hoc materiale exemplum, quod non est per omnia simile, intelligi potest in potentiis spiritualibus. Concedendæ sunt igitur rationes, & auctoritates ostēdentes rationē, & uoluntatem diuersas esse potētias.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur de August. q̄ sunt una essentia, & una uita. Dicendum est, q̄ ideo dicuntur esse una essentia pp hoc, q̄ in una essentia radicanur, & adeo adherent illi intrinsecus, ut nō cadant in aliud genus: & ideo ad illius expressionem utitur beatus Aug. tali prædicatione. Q̄ uero ista sit expositio ab intellectu, & sensu illius uerbi distorta colligitur ex ipsis uerbis beati Aug. in 15. de Trini. ubi dicit, q̄ ipse Deus est tres personæ: sed in creatura habens tres potentias nō est ipsa potentiæ: & hæc est dissimilitudo quedam Trinitatis creatæ, & Trinitatis increatæ. Cum igitur ibidem explanet uerba prius posita; qua iter sunt intelligēda, ex ipso uerbo Aug. colligitur, q̄ cum dixit memoriā, & intelligentiā, & uoluntatem, unam esse essentiam, nō dixit per omnimodam identitatē, sed per quandam intrinsecam adhaerentiam: & hunc modum loquendi credendum est habuisse

se auctorem Libri de Anima & spiritu, siue fuerit August. siue alius: quoniam si aliter intelligeretur, ualde improbabiler uideretur esse locutus: sequeretur enim ex uerbis illis, q̄ unum, & idem esset ratio interior, & exterior sensus: quod adeo contra rationem est, ut etiam refugiat ipse auditus. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ intellectus speculatiuus extensione fit practicus. Dicendum, q̄ (sicut in capitulo De mouente patet 3. de Anima) Philosophus differentiam assignat inter practicum intellectū, & appetitum. nec unquam dicit intellectum fieri appetitum, sed bene dicit intellectum speculatiuum fieri practicum, quia ille idem intellectus, & illa eadē potentia, quæ dirigit in considerādo postmodum regulat in operando: uoluntas autem non est intellectus practicus, sed est appetitus ratiocinatus: & ideo non sequitur ex hoc, quod sola extensione ratio fiat uoluntas, uel q̄ intellectus fiat affectus. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ potentiæ differunt per obiecta. Dicendum quod immediatus distinguuntur potentiæ per actus, quam per obiecta. Ad differentiam autem potentiarum essentialē sufficit diuersitas obiectorum secundum rationem: & ideo quamuis uerum, & bonum non differant essentialiter: nihilominus: quia cognoscere, & amare absque duobus sunt actus differētes: potentiæ quæ sunt ad hos actus: per se ipsas diuersitatem habent. AD ILLVD, quod obiicitur de uestigio. Dicendum q̄ illa ratio potētius est ad oppositum, si quis re-

ste intelligat, quam ad propositum. Quia enim magis representat ipsa imago illam summam trinitatem, quam uestigium, cū in illa summa Trinitate sit uera distinctio in hypostasibus, & personis: si anima est expressa Dei imago, debet in se habere trinitatem, in qua sit uera distinctio, alioquin non erit expressa similitudo. Illa autem differentia, quæ est in creatura per relationem, non dicit distinctio nem nisi solum quantū ad modum: ideo & si talis distinctio sufficiat in ratione uestigii, amplior tamen debet esse in ratione imaginis: & ideo illa ratio non concludit. Potest etiam aliter dici: quod ratio uestigii sumitur ex comparatione ad creatorem, quæ attenditur secundum relationem effectus ad causam: & quia illa comparatio, scilicet quæ est creaturæ ad creatorem secundum triplex genus causæ est omnimode ipsi creaturæ essentialis: ideo non differunt in ipsa creatura ueritas, & bonitas essentialiter, sed ratio imaginis attenditur in creatura secundum quod ipsa comparatur ad Deū in ratione obiecti: eo enim imago dei est, quo capax eius, & particeps esse potest: & quia secundum easdem potentias habet anima ferri in Deum, & etiā in res alias cognoscendas: ideo non sunt essentialiter ipsi animæ ratio & uoluntas, sicut predicta: & ideo oportet quod tanta sit conuenientia inter intelligentiam, & uoluntatē, quanta est inter ueritatem substantialem, & bonitatē. AD ILLVD, quod

quod obiicitur, quod ad delectationem concurrat sensus. Dicendum, quod uerum est; sed non oportet, quod ille sensus sit ipsius uoluntatis, quæ delectatur; sed sufficit, quod sit rationis associantis, seu associatæ. Sicut enim oculus uidet sibi, & pedi; & tamen est aliud organum, quàm pes: sic ratio sibi uidet, & uoluntati, & uoluntas sibi appetit, & rationi. Et quod illud sit uerum patet per auctoritatem Aug. prius inductam, quæ dicit, quod nihil intelligimus nisi per intellectum, nihil uolumus nisi per uoluntatem. AD ILLVD, quod obiicitur, quod omnis uirtus est amor, & inspectrix medii. Dicendum, quod inspicere medium est dupliciter, aut per modum considerationis, aut per modum inclinationis. Primo modo inspicere medium non est cuiuslibet uirtutis secundum se; sed per concomitantiam, uel communicantiam, quæ sicut ratio uidet sibi, & aliis potentiis sic prudentia, & fides: discernunt sibi, & aliis uirtutibus. Si autem secundo modo dicatur inspectrix medii, quia per inclinationem ad illud tendit, sicut lapis tendit deorsum, & medicina una dicitur habere aspectum ad talem humorem purgandum, sic non solum est cognitionis, immo etiam affectionis: & ideo ex hoc non concluditur: quod eadem sit potentia affectiua, & cognitiua. AD ILLVD, quod obiicitur de comparatione luminis, & coloris, iam patet responsio per rationem adductam in contrarium, quia hic non habet ueritatem, cum sint in aliquo informatiue: sed si habet ueritatem, hoc est solum, cum sint in aliquo effecti-

ue. Præterea hoc plures negant, quod sol per eandem uirtutem, quæ illuminat calefaciat: & potest esse quod uerum dicant, sicut ostensum est supra Dist. 14. AD ILLVD, quod obiicitur de optimo animæ. Dicendum quod est optimum quantum ad esse primum, & est iterum optimum quantum ad esse secundum: & si optimum quantum ad esse primum unum sit, utpote forma ultimò completiua: tamen quantum ad esse secundum non oportet, quod sit unum: nisi intelligatur esse unum: quia ex multis est collectum, sicut ad aliquod bene esse multa concurrunt. Et sic quoniam potentia creaturæ arctata est, non potuit creatura habere posse perfectum, nisi esse in ea: potentialium multitudo, ex quarum collectione, siue adunatione, una supplente defectum alterius, resultaret unum posse completum: sicut manifeste animaduerti potest in organis humani corporis, quorum unumquodque indiget, a uirtute alterius adiuuari. ET SI obiiciatur, quod potentior est anima, si uirtus eius est una: quia tunc esset magis unita. Dicendum, quod quamuis ueritatem habeat ex comparatione potentia ad unum actum, non tamen habet in comparatione ad diuersos actus: aut certe si ueritatem habet comparando potentiam ad idem, non tam en est uerum comparando ad diuersa. Verum aut enim quod si homo haberet unum oculum tantum, uirtuosius uideret ille, quàm modo uideat dum habet socium, nunquam tamen ita bene uideret solus, sicut uideret ipse, & socius eius:

eius: sic & in proposito intelligendum est se habere: & ideo magis est completum posse animæ ex multis potentiis collectum, quod si esset simplex unitum, quia una potentiarum alteram non diminuit, sed adiuuat: & propter mutuam adiutorium, & quodammodo sociale obsequium aliquando dicitur posse animæ esse unum, aut etiam habitus existentes in anima esse unum: non quia hoc dictum sit secundum ipsarum potentialium, & habituum propriam rationem, & specialem naturam: sed quia hoc dictum est per quandam collectionem. Ad perfectum enim posse animæ concurrunt omnes potentia, & ad perfectam habilitationem omnes uirtutum habilitates. Unde si aliqua auctoritas inueniatur, quæ uideatur ponere unitatem potentialium animæ, & uirtutum: intelligenda est, secundum modum præscriptum, uidelicet, secundum quandam collectionem. Si iterum inueniatur, quæ dicat, potentiam animæ esse animæ essentiam, intelligenda est per reductionem ad idem genus. Sunt enim quedam, quæ sunt in genere per se: aliqua per reductionem ad idem genus. Illa per se sunt in genere, quæ participant essentiam completam illius generis, ut species, & individua. Illa uero per reductionem, quæ non dicunt completam essentiam: & hæc sub quinque membris continentur. quedam reducuntur sicut principia, & quedam sicut complementa, quedam sicut uia, quedam sicut similitudines, quedam sicut priuationes. Sicut principia dupliciter aut essentiantia, aut integrantia: ut principia essentiantia, si-

cut sunt materia, & forma in genere substantia: ut principia integrantia, sicut partes substantia sunt in genere substantia per reductionem. Si reducuntur ut complementa, hoc potest esse dupliciter. Aut enim est complementum per modum actus: & sic est actus primus, qui reducitur ad idem genus cum substantia, cuius est actus, ut uiuere, & esse substantia ad genus substantia. Aut per modum aptitudinis: & sic differentia completiue ad idem genus reducuntur cum specie. Si autem reducuntur sicut uia, hoc potest esse dupliciter. Aut sicut uia ad res, & sic motus & mutationes, ut generatio, reducuntur ad substantiam. Aut sicut uia a rebus: & sic habent reduci potentia ad genus substantia. Prima enim agendi potentia, quæ egressum dicitur habere ab ipsa substantia, ad idem genus reducitur, quæ non adeo elongatur ab ipsa substantia, ut dicat aliam essentiam completam. Si autem sunt similitudines, sic sunt in genere per reductionem, & reducuntur ad idem genus, sub quo continentur illa, quorum sunt similitudines: ut patet in similitudine albedinis, & coloris, quæ quidem non est albedo, sed ut albedo: non est color, sed ut color. Postremo, quia priuationes non habent essentiam aliquam nisi per habitum, in eodem genere esse habent, in quo & habitus per reductionem. Et sic patet responsio ad omnia quaesita.

QUESTIO II.

An portio superior, & inferior in anima diuersæ potentia sint?

DE illa diuisione potentialium animæ, quæ est per superiorē, &

inferiorem portionem; & est
 quæstio, utrum superior portio
 & inferior sint diuersæ poten-
 tiæ. Et quæ sic uidetur. Sicut dicit
 CAP. 3. Aug. 12. de Trini, inter superio-
 rem portionem rationis, & infe-
 riorem est coniugium, quia hæc
 dicitur uir, & hæc dicitur muli-
 er: sed non est coniugium eius-
 dem ad se, sed diuersi ad diuer-
 sum: cum igitur inter hæc duo
 sit coniugium, in quantum sunt
 potentiæ; ergo in genere poten-
 tiæ sunt diuersæ. ITEM. Sicut in
 pluribus locis in lib. de Trini, di-
 cit Augu. Imago non consistit
 in ratione quantum ad inferio-
 rem partem, sed quantum ad
 superiorem: sed esse ad imaginē
 non est accidens potentiis ani-
 mæ, sed est eis essentialē: cum
 igitur superior portio, & infe-
 rior differant per esse ad imagi-
 nem, & per non esse ad imagi-
 nem, uidetur quæ sint potentiæ
 per essentialē diuersæ. ITEM. Si
 cut uult Augu. superior portio
 se habet ad inferiorem, sicut re-
 gens ad rectum: regens autem,
 & rectum sunt ad inuicem rela-
 tiue opposita: si ergo relatiue op-
 posita non possunt esse circa idē,
 necesse est esse aliam potentiā,
 quæ regit, aliam quæ regitur.
 ITEM. Nihil secundum idem a-
 git, & patitur: sed superioris por-
 tionis est mouere inferiorem, &
 inferioris est moueri: ergo im-
 possibile est, quæ concurrant in
 eadem potentiā: ergo &c. ITEM.
 Si ratio superior, & inferior non
 differrent, nisi quia hæc inten-
 dit æternis, & illa intendit tem-
 poraliibus: ergo non plus differ-
 rent, quam oculus aspiciens sur-
 sum, & sapiciens deorsum: sed

nullo modo diuiditur oculus in
 superiorem, & inferiorem, pro-
 eo quæ aspicit sursum, & deorsum
 ergo nec ratio sic diuidi debe-
 ret: si ergo diuiditur, ergo ratio
 superior, & inferior non differe-
 runt tantum penes actus, & aspe-
 ctus: sed etiam penes id, quod
 sunt. ITEM. Si solum penes aspe-
 ctus diuersos, & actus esset ibi
 differentia, cum ratio angeli aspi-
 ciat superiora, & inferiora, uide-
 tur quod deberet diuidi in supe-
 riorem, & inferiorem: sed talis
 differentia in potentiis angeli
 non cōsueuit assignari: amplius
 ergo differunt quam secundum
 actus, & aspectus: ergo redit
 idem, quod prius, quæ sunt diuer-
 sæ potentiæ secundum id, quod sunt.

SED Contra Augu dicit 12.
 de Trin. Cum differimus de na-
 tura menti humanæ, de una
 quadam re differimus: nec eam
 per hæc duo, quæ, commemo-
 rauimus, nisi per officia gemina-
 mus, sermo præcellerat de su-
 periori portione rationis, & in-
 feriori, ergo &c. ITEM. Anima
 (sicut dicit Philosophus) secundum
 intellectum quodammodo
 est omnia: sed hoc non esset,
 nisi potentia intellectiua, cum sit
 una, nata esset cognoscere om-
 nia: si ergo dicitur ratio super-
 ior, in quantum cognoscit superio-
 ra: & inferior in quantum cogno-
 scit inferiora: ergo non est alia,
 & alia potentia. ITEM. Idē est
 habitus, quæ dirigit animam ad amo-
 rē dei, & proximi, utpote chari-
 tas: ergo multo fortius eadē po-
 tentia, qua cōuertimur ad deum,
 est ad deū & ad proximū: sed ē
 ratio superior, & inferior: ergo
 &c. ITEM. Lux increata se ha-
 bet

bet ad creatas, sicut se habet lux
 solis ad colores, sicut dicit Au-
 gu. in Lib. Solilo: sed eadem est
 potentia sensitua, qua cognosci-
 mus tan lucem, quam colorem:
 si ergo intellectiua potentia mul-
 to largior est, & liberior, quam
 potentia sensitua, uidetur quæ una
 & eadē potentia sit, qua conuer-
 tatur anima ad lucem æternam,
 & ad hæc temporalia.

RESOLUTIO.

*Nō diuersas potētias; sed diuersas di-
 spōnes atq; officia portio superior
 & portio inferior in aīa dicunt.*

RESPOND. Dicendum, quæ diui-
 sio rationis in superiorem por-
 tionem, & inferiorem, non est
 adeo per diuersa mēbra, ut hæc,
 & illa sit potentia alia, & alia: si-
 cut rationes ostendunt ad secū-
 dam partem inductæ: nec est p
 membra ita conuenientia, ut non
 sit in eis differentia nisi solum
 secundum aspectus. Et. n. diffe-
 rentia est in eis secundum disposi-
 tiones, & secundum officia. Secun-
 dum dispositiones, quia hæc for-
 tis, & illa debilis. Secundum of-
 ficia, quia hæc regit, & illa regi-
 tur. Ratione diuersæ dispositio-
 nis in debilitate, & fortitudine
 hæc uocatur uir, & illa mulier.
 Ratione diuersitatis in officio,
 & regimine hæc uocatur supe-
 rior, quia regit: & illa inferior,
 quia regitur: talis autem disposi-
 tionum diuersitas ortū habet,
 non ex diuersitate naturæ, sed ex
 diuersa comparatione eiusdem
 potentiæ. Dum enim ratio no-
 stra ad superiora conuertitur,
 purgatur, & illuminatur, & per-
 ficitur. Dum leges æternas con-
 spicit, & immutabilitatem diui-
 næ uirtutis, & equitatis: in bono

fortificatur, & uigoratur. Dum
 autem ad hæc interiora conuer-
 titur, utpote ad sensibilitatem,
 & carnem, quodammodo trahi-
 tur, & emollitur; & ideo sunt
 eiusdem naturæ ratio superior,
 & inferior differentes secundum
 fortitudinis, & debilitatis dispo-
 sitionem. Et quia una oritur ab
 altera, & ei coniungitur tanquam
 adiutoriū simile sibi; recte hæc
 dicitur uir, & illa dicitur mulier,
 & inter eas dicitur esse coniu-
 gium. Diuersitas autem officio-
 rum similiter non uenit ex diuer-
 sitate naturarum; sed ex diuersi-
 tate dispositionum. Quia. n. hæc
 fortis est, & illa debilis: hæc in-
 telligens, & consulens diuinam
 uoluntatem: illa uero exequens
 opere, & ideo hæc regit, & illa
 regitur; & ex hoc illa superior,
 & ista inferior appellatur. Et sic
 patet, quæ superior portio ratio-
 nis, & inferior & si aliquo mo-
 do recte cōdiuidantur, tamē di-
 uersæ potentiæ non sunt ista. n.
 mēbra uidelicet superius, & in-
 ferius essentialē potentiæ non ua-
 riāt, sed dispositiones, & officia:
 & hoc insinuant ipsa nomina.

AD ILLUD ergo, quod obii-
 citur de coniugio, iam patet re-
 sponsio: hoc enim dictum est re-
 latiue, non quia ratio superior,
 & inferior sint diuersæ personæ;
 quia cum una ab altera educa-
 tur, natura tamen non differunt,
 sed sibi inuicem coniunguntur
 quasi ad mutuū obsequium.
 AD ILLUD, quod obiicitur, quæ hæc
 est ad imaginem. & illa non.
 Dicendum, quæ cum negamus in-
 feriorē portionem rōnis esse ad
 imaginē, non hoc dicimus, quia
 imago non sit in illa potentia,
 sed

sed quia non attenditur, secundum conuersionem illam: unde non remouetur ratio imaginis à portione inferiori, secundum id, quod est imago, & secundum id, quod est ratio: sed solum secundum comparationem superadditam. AD ILLVD, quod obiicitur, quod reges, & rectum sunt opposita. Dicendum, quod uerum est: sed ex hoc non sequitur diuersitas in spiritali potentia: in ea maxime, quae nata est reflecti super seipsam: & talis est ratio, & uoluntas. Quod ergo obiicitur, quod relatiue opposita non possunt esse circa idem. Dicendum, quod uerum est secundum idem, & ad idem cum aut aliquid comparatur ad diuersa, nihil impedit in eo reperiri simul relationes mutuas sine repugnantia, & oppositione. Præterea illud habet locum in reatiuis secundum esse, & non secundum dici. ET PER HOC patet responsio ad illud, quod sequitur, quod nihil secundum idem agit, & patitur, hoc uerum est de actione, & passione physica: de passione autem spiritali, qua dicimus, idem à se moueri, & regi: ueritatem non habet: cum dicat Anselm. uoluntatem esse instrumentum seipsum mouens. AD DVO ultima iam patet responsio. Cōcedo enim, quod illa diuisio non solum attendatur secundum diuersitatem in aspectu, sed et in dispositione, & officio, quae non reperitur in angelo, uel in oculo: sicut patet per ea, quae praedicta sunt: & ista sufficiant.

QVAESTIO III.

An uoluntas naturalis et deliberatiua eadē, uel diuersae potentiae sint?

Veritur de illa diuisione potentiarum animae, quae quidem

est per naturale, & deliberatiuum: & quaeritur, utrum diuisio uoluntatis per naturalem, & deliberatiuam sic per diuersas potentias. Et quod sic, uidetur. Dam. cum diuidit potentias animae, primo diuidit in Thelesim & Bulisim, id est, in naturalem, & deliberatiuam: & postea subdividit per alias potentias: ergo si maior differentia est inter prima membra, uidetur quod naturalis uoluntas, & deliberatiua sit potentia alia, & alia. ITEM. Diuisio substantiae per rationalem, & non rationalem uariat ipsam per essentiam: ergo diuisio potentiae per huiusmodi differentias facit potentias essentialiter differre: sed talis est diuisio potentiarum animae per naturalem, & deliberatiuam: ergo &c. Minor probatur per hoc, quod (sicut dicit Philosophus) rationales potentiae sunt ad opposita: sed quoniam aliqua potentia naturaliter mouetur ad aliquid, non mouetur ad oppositum: ergo potentia ut est naturalis, non est rationalis. ITEM. Cum diuidimus creaturam per corruptibilem, & incorruptibilem, diuersificamus eam essentialiter: ergo pari ratione cum diuidimus potentiam per mutabilem, & immutabilem, eam essentialiter uariamus, sed potentia, quae mouetur naturaliter ad suum obiectum, mouetur uniformiter: deliberatiua uero uertibiliter: ergo &c. ITEM. Potentia, in qua communicamus cum brutis non potest esse eadem cum potentia, in qua differimus: sed in naturali appetitu cum brutis conuenimus, & in rationali differimus: ergo &c. Sicut. n. bruta naturaliter appetunt sui esse cō-

Lib. 1
6. 11.

9. 11.

seruationem, sic & nos appetimus.

SED CONTRA. Potentiae, quae habent idem obiectum, & sub eadem ratione, non habent diuersitatem: sed naturalis uoluntas, et deliberatiua idem habent pro obiecto, uidelicet bonum: naturaliter enim bonum appetimus, et ex deliberatione est, cum bene ordinati sumus: ergo etc. ITEM. Potentia, quae ordinat in finem, et in id, quod est ad finem: non est alia, et alia: sed uoluntas nostra, ut est in finem, est naturalis: quia naturaliter unusquisque appetit beatitudinem, ut est in re ordinata: sed potentia, quae ordinatur ad finem, est deliberatiua: ergo etc. ITEM. Eadem potentia cognitiua est, qua cognoscimus aliquid naturaliter, et per acquisitionem: ergo pari ratione eadem est uoluntas, qua aliquid appetimus per naturalem instinctum, et per deliberationis arbitrium. ITEM. Omne, quod est aliqua natura, habet operationem naturalem: sed uoluntas deliberatiua est aliqua natura, ergo habet operationem naturalem: sed uoluntas actus est uelle: ergo uoluntas deliberatiua aliquid uult naturaliter: sed uoluntas, quae uult aliquid naturaliter, est naturalis: ergo uoluntas deliberatiua est uoluntas naturalis.

RESOLVTIO.

Vna est eadem: cum una eademque uoluntate et fine, et ea, quae ad finem sunt, appetamus.

RESPONDEO. Dicendum, quod cum diuidimus appetitum in naturalem, et deliberatiuum, siue quaecumque aliam potentiam, hoc dupliciter potest intelligi. Aut ita, quod appetitus naturalis, et delibe-

ratius diuersitatem habeant: in obiectis: utpote cum unum est appetibile solum à substantia rationali, aliud autem est appetibile à brutali, et hoc modo bene contingit naturalem potentiam, et deliberatiuam esse diuersas potentias. Alio modo potest diuidi appetitus, siue potentia in naturalem, et deliberatiuam: ita tamen quod non sit differentia in obiectis, sed in modo appetendi, ut cum appellamus Synderisim esse uoluntatem naturalem, quae quidem naturaliter inclinatur, et instigatur ad bonum honestum, et murmurat contra malum: et uoluntatem deliberatiuam appellamus appetitum, quo post deliberationem aliquando adhaeremus bono, aliquando malo: Et sic diuisio potentiae per naturalem, et deliberatiuam non uariat eam secundum essentiam potentiae, sed secundum modum mouendi: Et hoc modo diuisit Damasc. non quia naturalis, et deliberatiua sint diuersae potentiae, sed quia una est potentia; diuersimode tamen mouens: et hoc sufficit ad diuisionem potentiarum. Vnde notandum est, quod multis modis consueuerunt auctores diuisionem potentiarum animae accipere. Aliquando secundum naturam ipsarum potentiarum, ut cum diuiduntur potentiae animae in uegetabilem, sensibilem, et rationalem, uel ipsa rationalis in intellectiuam, et affectiuam. Aliquando uero secundum officia, ut cum diuiditur ratio in superiorē, et inferiorē. Aliquando secundum statum, ut cum diuiditur intellectus in speculatiuum, et practicum:

intellectus enim speculatiuus secundum alium statum efficitur practicus, uidelicet dum coniungitur uoluntati, & operi in distando, & regendo. Aliquando uero fit diuisio potentiarum secundum aspectus, sicut diuiditur potentia cognitiua in rationem, intellectum, & intelligentiam, secundum quod aspicit ad inferius, ad par, & ad superius. Aliquando uero secundum actus, sicut fit diuisio in inuentiuam, & iudicatiuam. Inuenire enim, & iudicare sunt actus potentiae cognitiuae adinuicem ordinati. Aliquando uero fit diuisio potentiarum animae secundum modos mouendi: & sic est illa, quae est per naturalem, & deliberatiuam. Omnibus his modis diuersificatis utuntur auctores in diuisione potentiarum animae, & in solo primo modo diuidendi attenditur proprie potentiarum diuersificatio. Concedendum igitur est, quod naturalis uoluntas, & deliberatiua potest esse eadem potentia: quae quidem secundum alium, & alium modum mouendi sic & sic appellatur. Eadem enim est potentia, qua appeto beatitudinem, & qua appeto uirtutem, siue facere hoc bonum, uel illud ad beatitudinem ordinatum: quae ut appetit beatitudinem, dicitur naturalis, quia immutabiliter appetitus eius ad beatitudinem inclinatur: ut uero appetit hoc, uel illud bonum facere, deliberatiua dicitur, & secundum iudicium rationis potest ad contrarium inclinari.

AD ILLUD ergo, quod primo obiicitur de diuisione poten-

tiarum facta a Damasc. iam patet responsio. Ipse enim (ut ibidem patet in sua exemplificatione) potius in hac diuisione diuersitatem modorum mouendi attendit, quam diuersitatem potentiarum mouentium. AD ILLUD, quod obiicitur quod uoluntas naturalis est irrationalis, quia non est ad opposita. Dicendum, quod cum dicitur, quod potestates naturales sunt ad opposita, hoc non intelligitur de omnibus oppositis, sed de aliquibus: rationalis enim uoluntas ita ordinatur ad aliquid, quod nullo modo appetit suum oppositum: ut patet in ordine uoluntatis nostrae ad beatitudinem, & felicitatem. Licet autem determinate inclinetur ad beatitudinem: ad multa tamen genera appetibiliu illa, & eadem uoluntatis potentia est indeterminata, ita quod nata est moueri in opposita: & propterea sic est naturalis, ut tamen non desinat esse rationalis, & deliberatiua. Si autem esset sic determinata ad unum, quod nullo modo posset in opposito: sicut est potentia calefaciendi, & illuminandi in igne, tunc esset pure naturalis, & non esset deliberatiua, siue rationalis. AD ILLUD, quod obiicitur de incorruptibilitate. Dicendum, quod non est simile de incorruptibilitate substantiae, & immutabilitate potentiae: incorruptibilitas enim in substantia dicitur absolute: & ideo esse corruptibile, & incorruptibile directe opponuntur, & sunt incōpossibilia circa idem. Mutabile uero, & immutabile potentiae, uel in potentia accipi possunt respectu diuersorum obie-

torum,

torum, ut patet, cum aliqua uoluntas est immutabilis respectu finis, & mutabilis respectu eius, quod est ad finem: & ideo non oportet potentias per haec membra essentialiter diuersificari. AD ILLUD, quod obiicitur de naturali appetitu in brutis: iam patet responsio, quia cum dicitur nos communicare cum brutis in potentia naturali, & appetitu, ibi distinguitur naturalis potentia a rationali, non solum quantum ad modum appetendi, sed etiam quantum ad appetibile: & penes hoc contingit diuersas differentias potentiarum accipere.

QUESTIO IIII.

An intellectus agens, & possibilis una, uel plures potentia sint?

AD maiorem euentiam praecedentium quaeritur de diuisione potentiarum animae per agentem, & possibilem, secundum quas differentias intellectus non ster diuidi consuevit. Est igitur quaestio, utrum agens intellectus, & possibilis sint una potentia, uel diuersae. Et quod diuersae uidentur. Materialis causa nunquam simul incidit in idem cum aliis causis, sicut uult Philosophus: sed sicut se habet materia ad formam, uel efficientem, ita se habet intellectus possibilis ad agentem, sicut Philosophus dicit: ergo intellectus possibilis, & agens sunt potentiae diuersae. ITEM. Prima diuisio potentiae est per actiuam, & passiuam, sicut innuit Philosophus in Lib. 9. primae philosophiae: sed inter haec membra primo diuidentia est maxima differentia, quae sit in illo genere: ergo inter poten-

tiam actiuam & passiuam est maxima potentiarum differentia: ergo impossibile est unam potentiam esse possibilem, & agentem. ITEM. Impossibile est idem secundum idem esse in actu, & in potentia simul & semel: sed anima secundum intellectum agentem est continue in suo actu, secundum possibilem autem non: ergo &c. ITEM. Impossibile est idem secundum essentiam esse illuminans, & illuminatum: sed intellectus agens se habet sicut lux: intellectus possibilis sicut illuminatum a luce: ergo &c.

SED CONTRA. In perpetuis non differt esse, & posse, sicut uult Philosophus: ergo nec actus, & potentia: multo minus nec potentia actiua, & passiuam: sed anima est perpetua, & eius intellectus: ergo non est differentia potentiae possibilis contra agentem. ITEM. In imaginatione, quae est multo magis materialis uirtus, quam intellectus, non sunt duae potentiae imaginatiuae, quarum una sit actiua, altera passiuam: ergo si multo potentior est uirtus intellectiua, quam imaginatiua, uidentur quod per agentem, & possibilem non habeat diuersificari. ITEM. Potentia receptiua, & abstractiua in corporalibus possunt concurrere in unitatem organi, sicut patet in oculo cati, qui potest speciem suscipere, & eam a se de nouo facere: ergo pari ratione, imo multo fortiori uidentur, quod intellectus agens, & possibilis reperiatur in una potentia speciali. ITEM. Intelligere est unus actus per se: ergo est a potentia una simpliciter sed ad nostrum intelligere

3. Phy.
32.

3. Phy.

Text.
com. 2.

cōcurrunt intellectus possibilis, & intellectus agens: ergo non sunt diuersæ potētie. **ITEM.** Intellectus possibilis aut intelligit, aut nō. Si non: ergo non debet dici intellectus, nec potētia intellectiua. Si intelligit: ergo aliquo mō est potētia actiua: ergo non uī, quod intellectus possibilis sit alia potentia ab agente. **ITEM.** Intellectus agēs aut intelligit, aut non. Si nō: ergo nō debet dici intellectus, nec potentia intellectiua. Si sic: cum intellectus non possit intelligere aliud a se, nisi speciem illius habeat in se, & penes se: & cū omne illud, qđ est susceptibile speciei, sit aliquo mō possibile: ergo non diuiditur per essentiā a possibili.

RESOLVTIO.

Intellectus agens, & intellectus possibilis non duæ potentie, sed duæ differentie intellectiue potentie sunt.

RESP. Ad prædictorum intelligentiā est prænotandum, quod uariis modis tentauerunt prædecessores nostri assignare differentiam intellectus possibilis ad agentem. Quidam enim dixerunt, quod differunt sicut duæ substantiæ. Alii dixerunt, quod differunt sicut duæ potentie. Tertio modo dixerunt alii, qđ differunt sicut habitus, & potentia. Quarto modo dixerunt alii, quod differunt sicut potentia absoluta, & cōparata. **PRIMVS** autem modus dicendi, quo dicitur, quod differunt secundum substantiam, dupliciter habet intelligi. Quidam nanque dicere uoluerunt, quod intellectus agens sit intelligentia separata: intellectus autem possibilis sit

anima corpori cōiuncta. Et modus iste ponendi, & dicendi fundatus est super uerba philosophorum, qui posuerunt animā rationalem illustrari a decima intelligentia, & perfici ex cōiunctione sui ad illam. Sed iste modus dicendi falsus est, & erroneus, sicut supra improbatū fuit Dist. 8. Nulla enim substantia creata potentiam habet illuminandi, & perficiendi animam (proprie intelligendo) imo secundum mentem immediate habet a Deo illuminari, sicut in multis locis August. ostendit. Alius modus intelligendi est, quod intellectus agens esset ipse Deus, intellectus uero possibilis esset noster animus: & iste modus dicendi super uerba Aug. est fundatus, qui ī pluribus locis dixit & ostendit, quod lux, quæ nos illuminat, magister qui nos docet, ueritas, q̄ nos dirigit, Deus est, iuxta illud Ioā. 1. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem, &c. Iste autem modus dicendi, & si uerum ponat, & fidei catholicæ consonum, nihil tamen est ad propositum: quia cū animæ nostræ data sit potentia ad intelligēdum, sicut aliis creaturis data est potentia ad alios actus: sic Deus, quāuis sit principalis operans in operatione cuiuslibet creaturæ, dedit tamen cuiuslibet uim actiuam, per quam exiret in operationem propriā: sic credendum est indubitanter, quod humanæ animæ non tantummodo dedit intellectū possibile: sed etiam agentē: ita quod uterque est aliquid ipsius animæ. Et ideo primus modus assignandi differentiam tāquā

ad

ad propositū impertinens omittendus est, quo scilicet dicitur: quod intellectus agens, & possibilis differunt, sicut duæ substantie. **SECVDVS** modus dicendi, quo. s. dicitur, quod differunt sicut duæ potētie, dupliciter potest intelligi, & uno modo falsè, alio mō uerè. **Vnus** modus intelligēdi, & dicendi est, quod intellectus possibilis sit potētia pure materialis, quæ inest animæ ex parte suæ materiæ: intellectus uero agens sit potentia pure formalis, quæ inest animæ ex parte suæ formæ: & hic modus dicendi uidetur fundari super uerba Philosophi, qui dicit: qđ intellectus possibilis est, quo est omnia fieri: intellectus agens, quo est omnia facere: sicut contingit in forma, & materia reperire. Sed hic modus dicendi non consonat ueritati. Si enim intellectus possibilis esset potentia pure passiuæ, & se teneret ex parte materiæ, in omnibus posset poni, in quibus est reperire materiale principium. Præterea: sicut oculus non dicitur uisus: sic talis potentia nō deberet dici intellectus. Alius uero modus intelligendi est, ut dicatur, quod intellectus agens, & possibilis sint duæ intellectus differentie datæ uni substantiæ, quæ respiciunt totum compositum. Appropriatur autem intellectus agens formæ, & possibilis materiæ: quia intellectus possibilis ordinatur ad suscipiendum: intellectus, agēs ordinatur ad abstractendum: nec intellectus possibilis est pure passiuus: habet. n. sua spēm existentem in phantasia se conuertere, & cōuertēdo

per auxilium intellectus agētis illam suscipere, & de ea iudicare. Similiter nec intellectus agēs est omnino in actu: non. n. potest intelligere aliud a se, nisi adiuuetur a specie, quæ abstracta a phantasmate, intellectui habet uniri. Vnde nec possibilis intelligit sine agente, nec agēs sine possibili. Et iste modus dicendi uerus est, & super uerba Philosophi fundatus: dicit enim agētē, & possibilem esse duas differentias intellectus: Vnde sicut duo intelligimus necessario in medio ad hoc, quod abstractatur species ad obiecto, uidelicet lucem, & diaphaneitatē: ita qđ per unum abstrahit, & per aliud defert, et suscipit: sic et in proposito conformiter potest intelligi, ita ad unum actum hæc duo concurrere, ut hæc sine alia non habeat operationem suā cōplete. **TERTIVS** modus assignandi differentiam, quo dicitur, qđ differunt sicut potentia, et habitus, dupliciter habet intelligi. Vno modo, ut intellectus agens dicatur habitus quidam constitutus ex oībus intelligibilibus: intellectus uero possibilis intelligatur idem ipse, prout est ī potentia ad acquirendum cognitionē p phantasmata. Et hic modus ponēdi fundari uī super uerba Boetii, qui dicit: quod summa retinens singula perdit. Qđ uoluerūt aliqui intelligi sic: qđ intellectus noster dicatur habere apud se cognitionem uniuersaliū habitualemente innatam, alioquin non posset per uirtutē suā abstractendo etiam a sensibus, et a phantasmatibus facere intellectū possibile actu intelligētem.

3. de
Anim.
tex. cō.
18.

sem:

tem: omne enim, quod deducit alterum de potentia in actū, est ens in actu. Sed iste modus dicendi uerbis Philosophi non consonat, qui dicit, animam esse creaturam sicut tabulam rasam, nec habere cognitionem habituum sibi innatam, sed acquirere mediā te sensu & experientia. ALIVS MODVS dicendi est, ut dicatur intellectus agens differre a possibili, sicut habitus a potentia: non quia agēs sit pure habitus, sed quia est potētia habitualis. Et iste modus dicendi probabilis est, & uerus, & super uerba philosophica, & catholica fundatus. Verum enim est secundum Dionysium quod substantiæ intellectuales, eoque quod intellectuales substantiæ lumina sunt: ergo perfectio, & complementū substantiæ intellectualis lux est spiritualis: igitur illa potentia, quæ consequitur animā ex parte intellectus sui, quoddam lumen est in ipsa: de quo lumine potest intelligi illud Psal. 4. Signatum est super nos lumē uultus tui domine. Et hoc lumē uidetur Philosophus intellexisse esse intellectum agentem: dicit enim, quod ille intellectus, quo est omnia facere, est sicut habitus quidam, ut lumen: quodam enim modo lumen facit colores potentia, actu colores, sicut habetur. 3. de Anima. Huius autē simile potest poni in oculo cati, qui non solum habet potētiam suscipiendi in se speciem per naturam perspicui, sicut alii, sed et potētiam faciendi in se speciem per naturam luminis sibi inditi. QUARTVS autē modus assignandi differentiam inter possibile &

3. De
Anima.
18.

agentem, quo scilicet differunt sicut potentia absoluta & comparata, dupliciter habet intelligi. Vno modo ut intelligatur, quod una omnino & eadē est potentia intellectus agens, & possibilis, differens comparatione sola: ut agens sit, prout est in se considerata: possibilis uero prout unitur corpori, & phantasmatibus, uel phantasiæ. Et hic modus dicendi uidetur fundari super uerba Philosophi, qui uult, quod intellectus agens semper est in suo actu: possibilis uero aliquando sic, aliquando non. Quod n. anima lassetur, & perturbetur in actu intelligendi, hoc est ex coniunctione sui ad corpus. Sed hic modus ponendi deficit a ueritate: quoniam anima separata habet intellectum, quo est omnia facere, habet etiam intellectum, quo est omnia fieri: ergo habet agentem, & possibile, etiā cū separata est: ergo intellectus possibilis non inerat ei solū ex coniunctione sui cum corpore. Alius modus intelligendi prædictam differentiam est, ut dicatur intellectus agens differre a possibili, sicut potentia absoluta a comparata: non quia sit omnino eadem potētia comparatione differens, sed quia cū sit alia, & alia intellectus differentia, una est, per quam ordinatur anima ad suscipiendum: altera uero, per quam ordinatur ad abstrahendum: & ita una de se quodammodo completa, & habilitata: alia uero indigens habilitatione, & complemento, & cum sit nata ad illud complementū uenire mediante auxilio corporis, & corporalium sensuum, inest ipsi

ipsi animæ secundum quod habet inclinari ad corpus. Et ex hoc contrahit duplicem possibilitatem: unam respectu actus, quia non est semper in actu suo propter impedimentum a parte corporis: alteram respectu phantasmatum, a quibus excitari habet: & hanc possibilitatem non habet nisi ex coniunctione sui cum corpore: quamuis sit potentia de natura sua, qua est omnia fieri, quæ non solum est in anima coniuncta, sed etiam in anima separata. Sic igitur patet, quomodo ex multis modis dicendi eliciuntur quidam intellectus differentia inter intellectum agentem, & possibilem. Cū enim sint quatuor principales modi assignandi differentiam inter hos intellectus, & quilibet subdividatur in duos, sicut in prosequendo monstratum est: solummodo tres modi digni sunt approbari, quorum unus ab altero non discordat, sed unus ortum habet ex altero. Quia enim diuersæ differentia sunt intellectus, quæ & si respiciunt totum compositum, una tamen magis respicit animæ complementum, alia uero materiale principium: hinc est, quod una non solum tenet rationem potentia, imo est potentia habitualis: altera uero tenet purè rationem potentia: & hinc est, quod una dicitur conuenire animæ secundum se, altera uero in comparatione ad corpus: & una semper est in actu, altera uero non: non quia semper anima actu intelligat per intellectum agentem, sed quia sicut lumē corporale semper luces, & de se promptum est ad illuminandum: res autem illu-

minabilis non semper illuminabitur propter aliquod impedimentum: sic & in proposito intelligendum est. Concedendæ sunt igitur rationes, ostēdentes intellectum agentem, & possibilem duas differentias esse intellectiue potentia, licet aliquæ ex eis non sint multum cogentes. AD ILLVD autem, quod obiicitur, quod non differt posse, & esse in perpetuis. Dicendum, quod hoc intelligitur de esse substantiali, & de differentia non secundum naturam, sed de distantia secundum tempus, quia in eis materia tempore non præcedit actum: & ideo nihil facit ad propositum: quia intellectus possibilis non dicitur possibilis respectu esse primi, sed actus secundi. AD ILLVD, quod obiicitur de imaginatione, quod non differt potentia actiua & passiua, Dicitur potest, quod magis differt, quam in intellectu: quia organum corporale, in quo recipiuntur phantasmata, est ei loco potentia passiuæ: ipsa uero uis imaginaria est loco potentia actiue. Aliter potest dici, quod non est simile, quia cum species defertur a sensu usque ad imaginationem, non exit genus abstractionis, quæ quidem fuit in sensu particulari: sed cum species peruenit ad intellectum, nouum genus abstractionis ibi exigitur, & aliud genus luminis: ideo magis indiget potentia actiua distincta a possibili ipse intellectus, quam imaginatio, uel sensus. AD ILLVD, quod obiicitur de oculo cati. Dicendum, quod & si potentia receptiua, & abstractiua possunt concurrere ad unius

unius organi completionem: nunquam tamen concurrunt in eandem unius organi dispositionem. Alia enim est dispositio in oculo cati, per quam recipit, scilicet perspicuitas: & alia per quam abstrahit, scilicet luminositas, & alterius, & alterius naturæ. Sic & in potentia intellectiva, & si concurrant ad complementum, & perfectionem potentia, intellectivaque potentia per quam recipit: & potentia, per quam abstrahit: non sunt tamen eiusdem naturæ, nec per eandem naturam insunt anime: & ideo non sunt una differentia potentia, sed diuersæ. AD IL LVD, quod obiicitur, quod intelligere est actus unus, & simplex. Dicendū, quod & si intelligere possit quodā genere simplicitatis dici actus simplex: nihilominus tamen ad nostrum intelligere concurrunt recipere, & iudicare, siue abstrahere, & suscipere: & hi sunt plures actus adinuicem ordinati, ex quibus resultat unus actus perfectus: sic & in potentiis intelligendum est se habere, quod & si sint diuersæ differentia intellectus, at tamen in suis actionibus adinuicem ordinatæ sunt, & coniunctæ ad actum intelligendi perficiendum, sicut materiale, & formale principium ad unum esse compositi constituendum. AD IL LVD, quod obiicitur, quod intellectus possibilis intelligit, & intellectus agens similiter recipit. Dicendum, quod intellectus possibilis non est pure passivus, sicut supra ostensum est: habet enim potentiam se conuertendi: nec tamen est adco actiuus, sicut

agens, quia non potest sua conuersione nec speciem abstrahere, nec de specie iudicare, nisi adiutorio ipsius agentis. Similiter nec ipse intellectus agens operationem intelligendi potest perficere: nisi formetur acies intellectus possibilis ab ipso intelligibili: ex qua formatione est in pleniori actualitate respectu eius, quod debet cognoscere: quæ erat prius, cum carebat specie: & ita cum cogitamus de intellectu agente, & possibili: non debemus cogitare quasi de duabus substantiis, uel quasi de duabus potentiis ita separatis, quod una sine alia habeat operationem suam perficere, & aliquid intelligat intellectus agens sine possibili, & aliquid cognoscat intellectus agens, quod tamen homo, cuius est intellectus ille, ignoret. Hæc enim uana sunt, & friuola, ut aliquid sciat intellectus meus, quod ego nesciam; sed sic cogitandæ sunt esse illæ duæ differentia, quod in unam operationem completam intelligendi ueniant inseparabiliter: sicut lumen, & diaphanum ueniunt in abstractionem coloris. Nec sunt hic sequenda communiter uerba philosophorum,

quia pro magna parte
decepti sunt in
influentia
intel-
ligentia super ani-
mam, quam
non admit-
tit fides
catho-
lica.

DI.

PARS SECVNDA.

Quod talis est ordo peccandi, uel cadendi in nobis, qualis fuit in primis hominibus.



Illud quoque pratermittendum non est, quod talis nunc in uno homine tentationis est ordo, & progressio, qualis tunc in primis præcessit parentibus. Vt enim tunc serpens malum suavit mulieri, ipsaque consensit, deinde uiro suo dedit, sicque consummatum est peccatum: ita & nunc in nobis pro serpente est sensus animalis motus animæ, pro muliere inferior portio rationis, pro uiro superior rationis portio. Et hic est uir, qui secundum Apostolum dicitur imago, & gloria Dei: & illa est mulier, quæ secundum eundem dicitur gloria uiri. Atque inter hunc uirum & hanc mulierem est uelut quoddam spirituale coniugium, naturalisque contractus, quo superior rationis portio, quasi uir, debet præesse & dominari: inferior uero, quasi mulier, debet subesse et obedire. Ideo uir secundum Apostolum non debet habere uelamē, sed mulier. Et sicut in cunctis animantibus non est reperiendum homini adiutorium simile sibi, sed de illo sumptum quod ei formaretur in coniugium: ita & in partibus animæ, quas cum pecoribus habemus cōes, nullum menti nostre simile est adiutorium. Vnde Aug. in eodem. Illud nostrum, quod in actione temporalium tractandorum ita uersatur, ut non sit in nobis commune cum pecore, rationale est quidem; sed ex illa rationali mente, qua subheremus intelligibili, & incommutabili ueritati, tãquam ductum, & inferioribus tractandis gubernandisque deputatum est. Sicut. n. in omnibus pecoribus non est inuentum uiro adiutorium simile sibi, nisi de illo detractum in coniugium formaretur: ita menti nostre quæ supernam consulimus ueritatem, nullum est ad usum rerum temporalium, quantum naturæ hominis satis est, simile adiutorium ex animæ partibus, quas communes cum pecoribus habemus. Ideoque rationale nostrum non ad unitatis diuortium separatum; sed in auxiliū societatis quasi derivatum, in suo dispartitur officio. Et sicut caro est duorum in masculo

Lib. de
Tri. 12
cap. 3.

Gen. 2.

et in

Et in femina: sic intellectum nostrum, & actionem siue rationem & appetitum rationalem, uel si aliquo modo significantius dici possunt, una mentis natura complectitur, ut sicut de illis dictum est, Erunt duo in carne una: sic & de his dici possit, duo in mente una. Ecce ex his uerbis aperte intelligi potest qualiter in anima hominis existat imago illius coniugij, & qualiter in singulis nostrum spiritualiter sint illa tria, scilicet uir, mulier, serpens.

Qualiter per illa tria in nobis consumetur tentatio.

Nunc superest ostendere, quomodo per haec tria in nobis consumetur peccatum: ubi agnosci poterit, si diligenter intendatur, quid sit in anima mortale, uel ueniale peccatum. Vt enim ibi serpens suadet mulieri, & mulier uiro: ita & in nobis sensualis motus cum illecebram peccati conceperit, quasi serpens suggerit mulieri, scilicet inferiori parti rationis, idest rationi scientiae: quae si consenserit illecebrae, mulier edit cibum uetitum: post de eodem dat uiro, cum superiori parti rationis, idest, rationi sapientiae eandem illecebram suggerit: quae si consentit, tunc uir etiam cum femina cibum uetitum gustat. Si ergo in motu sensuali tantum peccati illecebra teneatur, ueniale ac leuissimum est peccatum. Si uero inferior pars rationis consenserit, ita ut sola cogitationis delectatione sine uoluntate perficiendi teneatur, mulier sola manducauit, non uir: cuius auctoritate cohibetur uoluntas, ne ad opus usque perueniat. Si uero adsit plena uoluntas perficiendi, ut si adsit facultas & ad effectum perducatur, uir quoque manducat, quia superior pars rationis illecebrae consensit, & tunc est damnabile & graue peccatum. Quando autem mulier sine uiro gustat, aliquando est mortale, aliquando ueniale peccatum. Vt enim dictum est, tunc mulier sine uiro gustat, cum ita delectatione cogitationis peccatum tenetur, ut faciendum non decernatur: uel cum quidam terminus mensura a peccato adhibetur a uiro, ut non liceat mulieri effrenata libertate in peccatum progredi. Si ergo peccatum non diu teneatur delectatione cogitationis, sed statim ut mulierem tetigit, uiri auctoritate repellatur, ueniale est. Si uero diu in delectatione cogitatio-

nis teneatur, etsi uoluntas perficiendi desit, mortale est: & pro eo damnabitur simul uir & mulier, idest totus homo, quia & tunc uir sicut non debuit, mulierem cohibuit, unde potest dici consensisse.

Repetitio, summam perstringens.

Itaque ut breuiter summam perstringam, quando peccatum ita in anima concipitur, ut illud facere disponat, uel etiam perficiat, aliud frequenter, aliud semel: uel etiam quando delectatione cogitationis diu teneatur, mortale est. Cum uero in sensuali motu tantum est, ut praediximus, tunc leuissimum est: quia ratio tunc non delectatur. Ideo autem supra dixi, aliud frequenter, aliud semel: quia quaedam sunt, quae si tantum semel fiant, uel facienda disponatur, damnant, quaedam uero non, nisi saepius fiant, uel facienda decernantur: ut de otioso uerbo, & huiusmodi. Haec Aug. in xii. Lib. de Tri. tradit ita, Sicut in illo coniugio primorum hominum serpens manducandum persuasit: mulier autem non manducauit sola; sed uiro suo dedit, & simul manducauerunt, ita & in quodam secreto coniugio, quod in uno homine geritur & digno scitur, cum rationi scientiae, quae in rebus temporalibus agendis ratiocinandi uiuacitate uersatur, animalis sensus ingerit quandam illecebram: tunc uelut serpens alloquitur faeminam. Huic autem illecebrae consentire, de ligno uetito est edere. Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est, superiori uero auctoritate ita retinentur membra, ut non exhibeantur arma iniquitatis peccato: sic habendum existimo, uelut lignum uetitum mulier sola comederit. Si autem consensu illo ita decernitur quodque peccatum, ut si sit potestas etiam opere impleatur: intelligenda est mulier dedisse uiro suo simul edendum illicitum cibum. Neque enim potest peccatum non solum cogitandum suauiter, uerum etiam perpetrandum efficaciter mente decerni: nisi & illa mentis intentio, penes quam summa potestas est, membra in opus mouendi, uel ab opere cohibendi male actioni cedat. Nec sane cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse faciendam, tenens tamen & uolens libenter, quae statim ut

attigerunt animum, respui debuerunt, negandum est esse peccatum: sed longe minus quam si & opere statuatur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus uenia pe-
 Mat. 6 tenda est, peccatis que percutiendum, & dicendum, Dimitte nobis debita nostra. Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat; & ideo si sola mulier cibum edisset illicitum, sola utique mortis supplicio plecteretur: ita dici potest in homine uno, si delectationibus illicitis, a quibus continuo se deberet auertere, cogitatio libenter sola pascatur, nec facienda decernantur mala, sed tantum suauiter in recordatione teneantur, quasi mulierem sine uiro posse damnari. Absit hoc credere. Hic quippe una persona est, unus homo est, totusque damnabitur: nisi hac qua sine uoluntate operandi, sed tamen cum uoluntate animum talibus oblectandi, solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per mediatoris gratiam remittantur. Idem quoque, in libro contra Manichæos de hoc eodem sic ait, Apostolus dicit, Secundum principem potestatis aeris huius spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentia. Nunquid
 Augu. Lib. de ergo uisibiliter eis apparet, aut quasi corporeis locis accedit ad eos & operatur? Sed miris modis per cogitationem
 Gene. 2. c. 14 suggerit quicquid potest: quibus suggestionibus resistendum
 in 10. 1. est. Non enim ignoramus astutias eius. Quomodo enim accessit ad Iudam, quando ei persuasit ut dominum traderet? Non quid in locis, aut per hos oculos ei uisus est? Sed utique, ut dictum est, in cor eius intrauit. Repellit autem illum homo, si paradysum mentis custodiat. Posuit enim hominem Deus in paradiso, ut operaretur & custodiret: quia sicut Ecclesie dicitur in Canticis Canticorum, Hortus conclusus, fons signatus: quo utique non admittitur peruersitatis ille persuasor, sed tamen per mulierem decepit. Non enim etiam ratio nostra deduci ad consensum peccati potest, nisi cum delectatio mota fuerit in illa parte animi, qua debet obtemperare rationi, tanquam rectori uiro. Etiam in unoquoque nostrum nihil aliud agitur cum ad peccatum quisque delabitur, quam tunc actum est in illis tribus, serpente, muliere & uiro. Nam primo fit suggestio, siue per cogita-

tione

tionem, siue per sensus corporis, uel uidendo, uel tangendo, uel audiendo, uel gustando, uel olfaciendo: qua suggestio cum facta fuerit, si cupiditas nostra non moueatur ad peccatum, excluditur serpentis astutia. Si autem mota fuerit, quasi iam mulieri persuasum erit: sed aliquando ratio uiriliter etiam commotam cupiditatem refrenat & compe-
 scit. Quod cum fit, non labimur in peccatum, sed cum aliquantula luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat, & quod libido commouerit, faciendum esse decernat, ab omni uita beata tanquam de paradiso expellitur homo. Iam enim peccatum imputatur, etiam si non subsequatur factum, quando rea tenetur in consensione conscientia.

Quare de animæ partibus dixit.

Hæc de animæ partibus interseruimus, ut ipsius animæ natura plenius cognosceretur, & secundum quam sui portionem in ea sit liberum arbitrium intelligatur: scilicet secundum rationem, qua omne peccatum mortale geritur, sed non omne ueniale: illud scilicet, quod in solo motu sensualitatis existit.

Quod sensualitas sæpe in scriptura aliter quam supra accipitur.

Non est autem silentio prætereundum quod sæpe in scriptura nomine sensualitatis, non id solum in anima, quod est nobis commune cum pecore, sed etiam inferior portio rationis, que temporalium dispositioni intendit, intelligitur. Quod diligens lector in locis scripturæ, ubi de ipsa sit mentio, uigilanter annotet.



VPRA egit Magister de distinctione potentiarum animæ ad liberi arbitrii manifestationem. In hac parte, quia secundus gradus potentiarum est ordo; & progressio tentionum, determinat qualiter, & quo ordine peccatum per ui-

S. Bon. Lib. 2.

res animæ progredi habeat, & peruenire ad cōsummationem. Diuiditur autem pars ista in tres partes. In prima determinat qualiter peccatum in uiribus animæ habeat progressum ad cōsummationem. In secunda uerò prædeterminata repetit ad maiorem explanationem,

A 22 ibi.

ibi. Itaque ut breuiter summam perstringam, &c.) In tertia uero prædeterminata epilogat ad facilitatem rememorationem, ibi. *Hæc de aîe partibus interseruimus. &c.* Quilibet harum partium diuidi potest in duas secundum duo capita, quæ in quolibet continentur. Nam prima pars habet duas. In prima determinat connexionem, & ordinem uirium animæ. In secunda uero determinat, qualiter habeat fieri progressus culpe, ibi. *Nunc superest ostendere, &c.* Similiter secunda pars habet duas. In prima explanat, & circumloquitur assimilationem uirium animæ in consummatione peccati ad primam tentionem. In secunda uero ponit quandam similitudinem, ostendens quod mulier sine uiro damnari non potest, ibi. *Nec sane cum sola cogitatione, &c.* Similiter tertia, & ultima pars duas habet. In prima breuiter epilogat, & rationem suæ digressionis assignat. In secunda uero multipliciter huius nominis (Sensualitas) ad maiorem euidenciam explicat, & manifestat, ibi. *Non est autem silentio præmittendum, &c.*

Dub. 1. *S* ergo peccatum, &c.) Inquit Magister, quod si peccatum non diu teneatur in delectatione ueniale est; si uero diu in delectatione cognitionis teneatur, & si uoluntas perficiendi desit, mortale est. Ex hoc uidetur, quod sola mora de ueniali faciat mortale. Sed contra. Circumstantia non mutat genus peccati: ergo si mora temporis est circumstantia, nunquam faciet de eo, quod erat ueniale mortale. Item. Mor-

ale excedit ueniale in infinitum: sed circumstantia non aggrauat in infinitum: ergo si mora temporis circumstantia est, ut &c. iuxta hoc quæritur, quanta mora temporis faciat peccatum, quod erat ueniale, esse mortale? & utrum hoc sit in aliis generibus peccatorum sicut in peccato carnis. Et iterum: quando quis dubitat, utrum mortaliter, uel uenialiter peccauerit, qualiter sit ei consulendum. Respon. Dicendum, quod mora temporis quanta est de se, non facit, ut quod prius erat ueniale, fiat mortale, sed solum occasionaliter, uidelicet, quod inducit consensum uerum, uel interpretatiuum. Tunc autem inducit consensum uerum, quando ex diuturnitate delectationis crescit libido, adeo ut homo uelit omnino in uitiorum delectatione persistere, & morari. Tunc uero inducit consensum interpretatiuum, quando homo aduertens periculum delectationis retentæ, negligit eam reprimere: hoc enim non est absque contemptu salutis propriæ, pro eo quod discrimini se exponit. Illa enim delectatio subintrat sicut serpens, & uenena diffundit, per quam rationalis spiritus interit morte culpæ. Sicut igitur salutem suam corporalem negligeret, qui serpentem iuxta se scienter collocaret, sic in tali delectatione auertens periculum, uel debens auertere, uoluntarie uersatur, exponit se discrimini, quando negligit repellere, & pro tanto dicit Magister ipsum peccare mortaliter: Et per hoc patet responsio ad obiecta, quia hoc non facit

cit mora de se, sed ratione consensus, uel contemptus. Ad illud uero, quod quæritur, quanta mora hoc faciat. Dicendum, quod in generali determinatur, quod rata mora hoc faciat, in qua adeo crescit delectatio, & libido, quod superuenit consensus, uel adeo est repellendi negligentia, & propriæ salutis indutia, quod superuenit contemptus, & consensus interpretatiuus. Si autem in speciali quæritur, quanta sit ista mora, utrum sit unius horæ uel dimidii, uel amplioris spatii? non potest una ratio dari, quia aliquando est maioris, aliquando minoris secundum diuersos status, & conditiones personarum: unde hoc non determinat scientia, uel lectio; sed potius conscientia recta, & punctio. Bene autem aduertit conscientia recta se non modicum lædi, quando ex morosa delectatione consensus superuenit uel contemptus: quod si non aduertat, aliquando propter tenebras, & inuolutiones affectionum securiorē partē debet eligere, & confiteri pure, sic & dolere quasi peccaret mortaliter. Ad illud, quod quæritur, utrum ita sit in omnibus generibus peccatorum. Dicendum, quod in omnibus peccatis delectatio morosa uigilanter, & strenue uitanda est. Tamen uerbum Augustini precipue uidetur intelligi in peccato carnis, quod habet ex carnis incentiuo delectationem magis sibi coniunctam, & ad quam homo facilius incuruarur: & ideo cum magna diligentia est uitanda, non solum aut hoc, sed etiam omne peccatum. Multa enim frequenter creduntur esse uenialia, que mortalia sunt, & difficillimum est in talibus discernere: & ideo

quasi à facie colubri necesse habet homo qui uult saluari, peccatum fugere.

Quadam sunt, que si tantum semel fiunt, &c.) Contra. Multiplicatio actuum non mutat genus: ergo si primum peccatum ueniale est, & secundum, & tertium: ergo nunquam faciunt unum mortale. Præterea, quod libet ueniale stat cum gratia: ergo si nullam aufert gratiam, nullam aufert uitam: ergo nunquam dant uenialia, quantumcumque multiplicentur. Ad hoc breuiter respondendum est ad præsens, quod ista quæstio determinatur in 4. dist. 16. ideo ad præsens tantum dixisse iufficiat, quod plura uenialia non determinat, nec faciunt mortale quantum est de se; sed solum dispositiue; ex frequenti enim iteratione uenialium augetur libido, & frequenter interuenit contemptus; & pro tanto intelligendum est uerbum Magistri esse dictum.

Sæpe in scriptura nomine sensualitatis, &c.) Hoc non uidetur rationaliter dictum; quia cum rationalis portio diuiditur contra sensualitatem, nullo modo uidetur, quod ratio sensualitatis nomine debeat censeri. Itē. Quæritur de hoc, quod dicit, quod sæpe hoc in scriptura reperitur cum enim philosophi de uiribus animæ sufficienter tractauerunt, & nullam mentionem fecerunt de sensualitate, unde est hoc, quod sacra scriptura & doctores sacræ scripturæ hoc nomine utuntur? Iuxta hoc est quæstio, utrum nomine sensualitatis intelligatur una uis uel plures; & utrum intelligatur uis cognitiua; aut

motiua: quòd enim intelligatur uis cognitiua, uidetur per hoc, quòd dicitur sensus: sensus enim uis cognitiua est. Quod autem dicatur motiua uidetur per hoc, quòd in ea habet esse peccatum, & ad malum habet inclinare. Respon. Dicendum, quòd scriptura distinguit hominem interiorem, & exteriorem, sicut habetur 2. Corinth. 4. Et si is, qui exterior est noster homo, corrumpitur: interior tamen renouatur de die in diem. Exteriorem autem hominem uocat non ipsum corpus tantum, sed corpus cum uiribus anime, per quas habet his sensibus intendere, & in eis inherere. Interiorem autem hominem uocat ipsum spiritum rationalem, secundum quem habet circa cœlestia seipsum occupare: secundum hoc intelligendum est, quod homo habet potentias anime, per quas conuertitur ad spiritualia, & habet potentias, per quas conuertitur ad sensualia: & illarum uirtutes, per quas conuertitur ad spiritualia insimul collectæ unum posse perfectum anime integrant, & quædam potestas resultat in terrioris hominis regitiua, quæ quidem uocatur arbitrii libertas, in qua consistit meritum, & laus, & uituperium. Secundum autem quòd homo habet conuerti ad hæc sensualia, sic habet & suas potentias, quæ similiter in unum cõcordantes, integrant quasi unum perfectum posse circa ista sensualia: & hoc nomine sensualitatis censeur scriptura, quæ simul comprehendit sensibiles cognitiuas, & motiuas, sicut & arbitrii libertas, ut uidebi-

tur infra: & hoc est quòd habitum est supra, ea. Dist. quod sensualitas est quædam uis anime inferior, ex qua est motus, qui intenditur in corporis exterioris sensus, atque appetitus rerum ad corpus pertinentium: & ideo comprehendit ex sua propria acceptione sensitiuam, & motiuam, & brutalem. Et quoniam inferior portio rationis per peccatum multum trahitur à sensualitate, & homo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: ideo inferior portio rationis aliquando in scriptura nomine sensualitatis censeatur propter nimiam cõuersionem sui ad sensualia: & per hoc patet responsio ad oia obiecta. Ad illud tamen, quòd quæritur, quare philosophi non utuntur hoc nomine. Dicendum quod sensualitas non tantum noiat ipsam potentiã sensualem quãtũ ad propriam naturam, sed et in quantum respectu rationalis habet quandam rebellionem, quæ ex peccato originali in homine traducitur. Et quoniam non perueniunt ad cognitionem originalis peccati, nec lapsus: ideo non utuntur hoc nomine sicut sacræ scripturæ.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An in superiori parte rationis habeat esse peccatum secundum se.



Ad intelligentiã huius partis quæruntur tria. Primo quæritur qualiter peccatum habeat fieri, & esse in parte rationis superiore. Secundo, qualiter

liter habeat fieri in inferiori Ter tio qualiter habeat fieri in sensualitate. Circa primum quæruntur duo. Primo quæritur, utrum in superiori parte rationis habeat esse peccatum secundum se. Secundo quæritur, utrum possit in ea esse ueniale.

Circa quam sic proceditur, & ostendi. ur, quòd in superiori parte rationis scdm se, hoc est absque instinctu inferioris partis non possit esse peccatum. Primo per illud Augu. contra Manich ubi sic ait. Ratio nostra de duci ad consensum peccati non potest, nisi cũ delectatio fuerit mota in illa parte animi, quæ debet obtemperare rationi tanquã rectori uiro suo: ergo nunquã peccat ratio superior, nisi peccatum pcedat in parte inferiori. **ITEM.** Philosophus in 3. de Anima. Intellectus semper est rectus: phantasia autem recta, & non recta: ergo intellectus quantum est de se, nunquam errat: ergo nec superior portio deuiat a ueritate iustitiæ, nisi inclinetur per sensualitatẽ, & inferiorẽ portionem. **ITEM.** Peccatum est per conuersionem ad bonum cõmutabile: sed superior portio rationis dicitur in quantum cõuertitur ad æterna: inferior in quantum conuertitur ad tẽporalia: ergo impossibile est peccatum esse, uel fieri in nobis ex actu partis ronis superioris absque actu inferioris. **ITEM.** Rõ superior dicitur, in quantum legibus æternis intendit: sed impossibile est aliquem peccare nisi declinãdo a legibus æternis: ergo impossibile est peccatum in superiori parte ronis esse scdm se. **ITEM.** Mulier est media inter

sensualitatẽ & rone superiorẽ: sed sensualitas semp mouet ad bonũ, ut nũc, quantum est de se: ergo rõ superior quantum est de se, semper mouet ad bonũ simpliciter: sed uirtus, quæ mouet ad bonũ simpliciter, in mouendo non peccat: ergo in superiori parte ronis quantum est de se, peccatum esse non potest. **ITEM.** Anima quã conuertitur ad Deũ purgatur, melioratur, & perfectitur: sed superior portio rationis attendit, in quantum cõuertitur ad Deũ: ergo cũ peccatum foedet, & obnubilet, peccatum in superiori parte ronis scdm se esse nõ potest.

SED CONTRA. Hier. 2. Filius Mēpheos, & Taphnes constuprauerunt te usque ad uerticem: si ergo uertex (scdm quod sancti exponunt) dicitur apex mentis, siue superior portio ronis, uidetur quod & illa habeat per peccatum constuprari, & foedari. **ITEM.** Aug. 13. de Trini. Vir māducat, quando superior portio ronis consentit illecebræ: sed eius est peccare, cuius est cõsentire: si igitur hoc est superioris partis, patet, & cetera. **ITEM.** Contingit aliquẽ peccare peccato infidelitatis, discredẽdo aliquos articulos, quod sunt respectu diuinitatis: sed ad illos articulos solum superior rationis portio se extendit: ergo in illo genere peccandi portio superior proprie culpã cõmittit. **ITEM.** Liberũ arb. constat esse uertibile: sed liberũ arb. maxime cõsistit in superiori portione ronis, cũ ibi maxime sit iudicium, & imperiũ: ergo uidetur, quod in superiori portione rationis etiã scdm se sit uertibilitas ad malum: igitur & peccatum. **ITEM.** Superior

portio rationis est illa, quæ discernit, & iudicat tam de agendis, quàm de credendis; sed iudiciū creaturæ (quantū est de se) absque gratia deficit ab his, quæ sunt fidei catholicæ: ergo per se pōt errare, & ab illis declinare: & si hoc, potest per se peccare. **ITEM.** Angelus cum peccauit primo peccato, appetit æquiparari Deo in potentia, & mulier similiter in sapiētia: sed hoc est appetibile solum partis superioris: ergo uidetur, quod tam peccatum hominis, qui angeli inceperit a parte superiori rationis: ergo in superiori parte rōnis secūdū se peccatū habet fieri, & esse.

RESOLVTIO.

Et si nullum ex carnalibus aliquod tamen ex spiritualibus inesse, nihil prohibet.

RESP. Ad prædictorū intelligētiā est notandū, quod aliqui dicere uoluerunt, quod superior portio rōnis non est aliud, quā synderesis: & quod ipsa superior portio rationis, quantum est de se, semper est recta, & fortis, nisi incuruetur, & emolliatur per portionem inferiorem: & ideo dixerūt peccatum in ea non esse secundum se: sed si peccat, hoc solū dicunt esse consentiendo inferiori parti, siue non cōpescendo eius deordinationem. Sed hæc positio tripliciter deuiat a ueritate. Primo in hoc, quod dicit, quod idē est superior portio rōnis, & synderesis: quod plane falsum est, cum superior portio rationis, & inferior pertineant ad arbitrii libertatem, sicut dicit August. & ideo nominant potentiam deliberatiuam: synderesis autē potentia naturalē nominat: quæ sem-

per uniformiter ad bonū inclinatur. Secūdo uero a ueritate deuiat in hoc, quod dicit in synderesi aliquo modo esse peccatum: hoc enim plane falsum est, sicut infra manifestabitur, & glos. dicit expresse. Ezech. 1. Tertio uero a ueritate deuiat in hoc, quod dicit, quod in superiori parte rationis secūdū se culpa non potest esse, nisi ab inferiori procedat, & tribuatur sibi occasio. Hoc enim contra rationem est, cum in illa portione consistat arbitrii libertas, & ita per naturam insit ei ad malum uertibilitas, & ita possibilitas ad peccandum. Est etiam hoc contra experimentū: quia rō superior non solum habet iudicare secūdū leges æternas: sed etiam habet iudicare secūdū lumen proprium, & secūdū lumen sibi ab inferiori acquisitum. Et quāuis aspiciendo ad leges æternas non peccet iudicādo: tamen secūdū ea, quæ percipit a sensibus, uel etiam secūdū lumen fidei datum, & innatum, potest deficere, & errare: maxime in statu naturæ lapsæ. Esto enim, quod sibi proponatur credibile, & aliquis articulus fidei, utpote articulus de Trinitate, & unitate: cum iste non solum repugnet sensui, & imaginationi: sed etiā discrepet a naturali iudicio rationis; si noster intellectus secūdū lumen propriū, nihil aspiciendo ad partes inferiores iudicaret, & deficeret, & discrederet, & peccaret. **ET PROPTER** hoc est alius modus dicēdi. scilicet quod duplex est genus peccati: quædam enim sunt peccata carnalia, quædam uero spiritualia. Si loquamur de peccatis carnalibus, sic faten-

dum est, quod non cōtingit esse peccatum in superiori parte rationis absque inferiori parte rationis. Si autem de peccatis spiritualibus fiat sermo, tunc concedendum est, quod peccatum habet fieri & esse (licet non semp fiat) in superiori parte rationis secūdum se: & rationes quæ hoc ostendunt, sunt concedendæ.

ET per hoc patet respōsio ad illud, quod primo obiicitur in cōtariū. Nā Aug. in proposita auctoritate loquit de progressu in peccationē peccatorum carnaliū.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod intellectus semper est rectus. Dicendum, quod uerbum Philosophi intelligendum est in his, ad quæ mouet potentia intellectiua per modum naturæ: in his uero, ad quæ mouet per modū de liberationis, non habet ueritatē: unde ibidē uocat ipse secūdū ueritatem intellectum, quod nos uocamus conscientiam naturalem. **AD ILLVD,** quod obiicitur, quod peccatum est per conuersionem ad bonum cōmutabile, Responderi potest dupliciter. Primo quod non solum est peccatum, quando fit conuersio ad illud, quod secundum ueritatem est bonum cōmutabile, sed etiam quando fit conuersio ad illud, quod est bonum incommutabile, & appetitur, ut cōmutabile. Aliiter potest dici, quod superior portio, & si differat ab inferiori in hoc, quod ipsa conuertitur ad superna; nihilominus tamen habet cōuerti ad inferiora, prout disponit, & regit inferiores potētiæ: & sic pōt deordinari, male eas regendo, siue frēna laxādo, siue suo imperiō incuruando.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod rō superior intēdit legibus æternis: Dicendum, quod iste est actus nobilissimus superioris partis, sed non semper hunc actum exercet: imo et intendit sibi, & ad se conuertitur, & sic pōt nimis ad se cōuerti, ac per hoc a Deo auerti, & deuiare a legibus æternis. **AD ILLVD,** quod obiicitur, quod sensualitas ad bonū inclinatur, ut nunc, Dicendum, quod sensualitas non semper mouetur inordinate: & præterea esto, quod semper inordinate moueretur, non tamen ex hoc concluditur, quod superior portio rōnis semper ordinate moueatur: alia. n. uis assignatur, secūdum quam semper ordinate mouetur, utpote synderesis, quæ est scintilla cōscientiæ. **AD ILLVD,** quod obiicitur, quod superior portio rōnis dicitur in quantum cōuertitur. Dicendum, quod hoc non est uerum in quantum actu conuertitur, sed in quantum est nata cōuerti. Præterea inordinate conuerti potius est auerti, quā conuerti. Cū autē dicitur, quod conuersio ad Deum purgat, illuminat, & perficit, hoc intelligitur de ordinata conuersione, quam non est semper necessarium inuenire in actione superioris portionis.

QUESTIO II.

An in superiori portione rationis ueniale peccatum esse possit?

VT in superiori portione rationis possit esse ueniale peccatū. Et quod sic, uidetur: quia contingit circa aliquem articulum fidei ex surreptione dubitare. Et constat ibi esse peccatum, cū sit motus ad illicitum. Constat et esse in superiori parte, cū sit circa, aut contra articulos fi-

dei, et respectu æternorū. Constat et esse ueniale cū sit ex surreptione: ergo etc. **ITEM.** Tunc peccat superior portio rōnis, et uir comedit, quando est plenus consensus, et præbentur, arma iniquitatis peccato: sed contingit aliquem plene cōsentire in uerbū otiosum, & mēdaciū iocosum, & hæc nō sunt nisi peccata uenialia: ergo &c. **ITEM.** Superior portio rationis est corrupta, sicut & inferior: cū originale oēs uires animæ inficiat, & debilitet: ergo si peccatū ueniale potest esse in aliis uiribus, quæ subsunt libero arb. pp corruptionē, quā accipit ex originali, eadem rōne in parte superiori. **ITEM.** Contingit, quod aliquis in conuertendo se ad Deum per amorē, est negligens: sed nō magis tenetur homo ad hoc mandatum, quā ad alia: ergo negligentia aliorū mandatorum obseruatione, est uenialis: ergo & negligentia in amando Deū, est uenialis: sed hoc est in superiori parte rationis, ergo &c.

SED CONTRA. Aug. & Magister in litera recitat. Quando superior pars rationis consentit illecebre, tunc est peccatū damnabile, & mortale: ergo uidetur, quod quocumque peccatū superiorem partem attingit, statim fit mortale. **ITEM.** Penes superiorem partem rōnis residet regula directionis in toto regno animæ: sed facta obliquatione in regula, iam non remanet aliqua rectitudo, nec species rectitudinis: igitur cum superior portio rōnis peccat, deordinatur tota anima: ergo si plena deordinatio non est absque mortali pec-

cato: uidetur &c. **ITEM.** Nulla creatura est excellentior anima quantum ad superiorē portionē, sicut Aug. in multis locis innuit, & dicit expresse: sed angelus propter suam dignitatem non potest peccare nisi mortaliter: ergo uidetur pari ratione, quod nec peccatum ueniale possit esse in superiori parte. **ITEM.** Nihil est adeo ueniale, quod non fiat peccatum mortale, dum placet: sed complacentia tunc uere dicitur, quando superior pars rōnis ad culpam incuruatur, hoc autē est, cum ipsa peccat: ergo non uidetur, quod aliquod peccatū possit in ea esse, quin sit mortale.

RESOLVTIO.

Cum in superiori rationis portione aliquis motus inordinatus esse possit: quæ fiet ut & ueniale peccatum non inesse possit.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod aliqui dicere uoluerunt, quod in superiori portione rationis nō potest esse nisi mortale peccatum, & hoc propter elongationē suā a carne, & a sensualitate, in qua consistit initiū suggestionis malæ, & ex cuius pronitate habet esse peccatum ueniale secundū statum naturæ lapsæ: & hi dixerunt, quod cum sint tres gradus in potentiis animæ correspondentes serpenti, mulieri, & uiro: uideli: et sensualitas, portio inferior, & superior: sensualitatis est tantū peccare uenialiter, superioris partis tantum mortaliter, inferioris partis utroque modo. Cum. n. sit media inter utraque, naturam sapit utriusque. Sed quia planū est in superiori portione rationis posse esse aliquo modo

modo motus inordinatos ex surreptione, planū est et in ea esse corruptionē aliquā ex originali contractione: ideo aliis uidetur probabilius, & melius: quod peccatum ueniale in rōne superiori habeat esse: unde concedendæ sunt rationes hoc ostēdentes.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur, quod superior pars rationis comedit, damnabile est, & mortale peccatum. Dicendum, quod illud intelligitur de pleno cōsensu, & hoc respectu illius peccati, cuius actus est in prohibitione, sicut est de peccato fornicationis. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod penes superiorem partem residet regula directionis. Dicendum, quod regula directionis non tollitur per quaecumque peccatum, sed per illud, quod inducit diuinum contemptum, & auersionem a Deo: hoc autem non est in quolibet peccato superioris partis, utpote in illo, quod ex surreptione cōmittitur. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod nulla creatura sit superior anima secundum mentem. Dicendum, quod & si nulla sit superior secundū ordinem efficientis, & finis: est tamen aliqua maioris dignitatis, & excellentioris naturæ, & propter hoc minorem habet excusationem. Præterea nulla natura rationalis in statu innocentiae potest peccare uenialiter, ut supra ostēsum est: nulla autem natura rationalis lapsa de culpa potest cōsequi ueniam, nisi homo propter fragilitatem carnis: & ideo non ualet illud, quod obiicitur de angelo. **AD ILLVD**, quod ultimo obiicitur, quod complacentia facit de uenali mortale. Di-

endum, quod complacentia nō dicitur ibi quamcunque inclinationem, sed plenum consensum, & deliberatum cum quadam plena quietatione: & ita ex hoc nō concluditur, quod omnis deordinatio superioris partis cadat in genus peccati mortalis.

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An in inferiori parte rationis peccatū aliquod fieri habeat, nullo latens sensualitate suggerente?



CONSEQUENTER circa scdm principalem, scilicet quo queritur quomodo peccatum habeat fieri, & esse in inferiori parte rationis, duo queruntur. Primum utrum aliquod peccatum habeat esse in inferiori parte absque sensualitate. Secundo queritur, utrum peccatū mortale possit esse in eadem parte rationis superiori non peccante.

CIRCA quā sic proceditur, & ostenditur, quod nullum peccatū possit esse in inferiori parte rōnis absque sensualitate. Primum per auctoritatem Aug. contra Manichæos: ubi ait sic. In unoquoque nostrum nihil agitur nunc, cum ad peccatum quisque dilabatur, quod tunc actum est in illis tribus serpente, muliere, & uiro: ergo si peccatum illud incepit a serpente, & sensualitas est serpens, ut ipse dicit, omne peccatum incipit a sensualitate. **ITEM.** Sicut oēm consensum præcedit delectatio, ita omnem delectationē præcedit aliqua suggestio: sed nullū peccatū rationis est absque aliqua delecta-

statione: ergo nec delectatio sine suggestione: suggestio autem non est nisi partis sensualis, uel serpentis: ergo nullum peccatum est in inferiori parte rationis, quod non incipiat a sensualitate. **ITEM.** Inferior ratio non peccat, nisi quia appetit bonum, ut nunc: sed uis, quae appetit bonum ut nunc, est sensualitas: ergo non peccat nisi praevia sensualitate. **ITEM.** Nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu: ergo pari ratione nihil est in ratione, quod prius non fuerit in sensualitate: ergo si ratio deordinatur, necesse fuit sensualitatem prius deordinari.

Omnia peccata actualia ortum habent a peccato originali, & potissime a concupiscentia, quae ex originali peccato nobis inoleuit: sed tam originale peccatum, quam concupiscentia inest animae ex coniunctione sui ad carnem: uis autem, secundum quam anima coniungitur carni, est ipsa sensualitas: ergo omne peccatum animae incipit a sensualitate: igitur absque ea in inferiori parte rationis peccatum non potest fieri.

SED CONTRA. Magis est coniuncta superior portio inferiori, quam ipsa inferior portio sensualitati, cum ratio superior, & inferior spectent ad eandem potentiam, & naturam: si ergo peccatum potest fieri in superiori parte rationis absque inferiori, sicut supra probatum est, ut multo fortius, quam possit fieri in inferiori absque sensualitate. **ITEM.** Impossibile est inferiorem partem rationis peccare peccato spirituali appetendo aliquod spirituale bonum: sed sensualitas non appetit nisi bonum sensuale: ergo potest peccare infe-

rior portio absque sensualitate. **ITEM.** Quicquid potest uirtus inferior, potest de se moueri inordinate ad aliquod appetibile sine uiribus superioribus, multo fortius superior potentia (utpote rationis pars inferior) inordinate moueri potest absque sensualitate. **ITEM.** In diabolo non est sensualitas, cum non habeat coniungi cum carne: sed constat, quod ipse habet peccare non solum in Deum; sed et in hominem: si ergo peccatum in creaturam attenditur secundum aspectum rationis; uidetur, quod absque sensualitate contingat illam portionem peccare.

ITEM. Queritur iuxta hoc, quid est inferiorem portionem rationis comedere, & quando delectatio transit a sensualitate in rationem. Si tu dicas, quod hoc est, quando ratio auertit, & percipit delectari, tunc duplex est inconueniens. Vnum, scilicet quia frequenter homo consummat peccatum, & nihil cogitat nisi de appetibili, nec aduertit se delectari, uel tritari: et ita uidetur, quod aliquis possit peccare mortaliter, ita quod inferior portio non comedat. Aliud etiam inconueniens concluditur, quia cum percipere delectationem non sit malum, nec peccati augmentatiuum, iam uidetur, quod perceptio rationis post suggestionem sensualitatis culpam non aggrauaret, quod plane, et manifeste falsum nemo esse dubitat.

R E S O L V T I O .

De carnalibus uix aliquod, immo nullum et reliquis nihil prohibet.

RESP. Ad praedictum intelligentiam est notandum, quod (sicut innuit.

*Quo late
ralis.*

Magister in fine huius Distinctionis) sensualitas dupliciter potest accipi. Aliquando accipitur pro ui, quae appetit bonum, ut nunc: & haec non est solummodo in parte sensualis: immo etiam in rationali. Et sine motu sensualitatis hoc modo dictae nunquam contingit peccatum esse in inferiori parte rationis: semper. n. cum peccat, bonum ut nunc exoptat. Alio modo dicitur sensualitas uis animae sensualis, qua intenditur in corporis sensus, sicut habitum est supra; & sine hac contingit esse peccatum in inferiori parte quantum ad peccata spiritualia, quantum autem ad carnalia uix, aut nunquam. In carnalibus autem corruptio uenit ex foeditate carnis, & concupiscentia partis sensualis: & ita in eis peccatum incipit a serpente, siue a sensualitate, & peruenit ad mulierem. Tunc autem dicitur esse in sensualitate, quando quis ex apprehensione delectabilis oblectatur, & inclinatur ante ad uersionem, & perceptionem suggestionis: hoc enim ex sursum est; nec dicitur ratio aliquo modo propter illam delectationem de uetito cibo gustasse: sed tunc ratio comedit, & peccatum in ea esse incipit, quando post delectationis aduersionem, & perceptionem, sensualitati delectanti condelectatur, & in delectatione persistit: ex tunc enim scilicet post delectationis aduersionem ratio comedere dicitur, & peccatum transire a sensualitate in ipsam: quoniam & si iudicare de delectabili, & in eo delectari, hoc sit partis sensualis: percipere tamen ipsam de-

stationem interiore[m] hoc est partis rationalis. Et ideo ratio comedere dicitur, si post talem perceptionem parti sensualis condelectetur. Sic igitur concedo, quod aliquo genere peccati peccare potest inferior portio rationis absque suggestione sensualitatis; sicut rationes ad secundam partem adductae ostendunt. Aliquo uero genere peccati, aut nunquam peccat, utpote carnalis, nisi si motus sensualitatis precedat, & trahat, & quantum ad hoc peccati genus loquitur Aug. contra Manich.

Et per hoc patet responsio ad primum quod obiicitur in contrarium.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod omnem delectationem praedit suggestio. Dicendum, quod si suggestio large accipitur ad omnem apprehensionem boni, ut nunc sub ratione appetibilis; sic uerum est, quod precedat omnem delectationem. Si uero accipitur stricte, pro illo motu serpentino partis sensualis, sic non habet ueritatem in omnibus peccatis, sed solum in peccatis carnis. **ET PER** hoc patet responsio ad sequens, quod dicitur: quod sensualitas est uis appetitua boni, ut nunc: ibi enim accipitur sensualitas large, & (sicut praestensum est) absque ea non potest esse peccatum in inferiori portione rationis, quamuis esse possit absque sensualitate dictae proprie, saltem peccatum spirituale. **AD ILLUD,** quod obiicitur, quod nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu. Dicendum, quod uerum est uel in se, uel in suo simili: multa tamen fingit homo, quae nunquam uidit,

uidit, multa etiam, postquam uidit, cogitat: ita quod illa cogitatio non excitatur a potentia sensitiva mouente: ita et intelligi potest de ratione, & sensualitate. AD IL-
LVD, quod obiicitur, quod omnia peccata habent ortum ab originali concupiscentia. Dicendum, quod & si omne peccatum quodammodo ex originali ortu habeat, & originale ex carne: non tamen oportet omne peccatum tanquam ex proximo mouente ortu habere ex carne, uel sensualitate, pro eo quod peccatum originale non tantum inficit partem sensuale, immo inficit partem rationalem, & corrumpit. Unde concupiscentia respecta est in omnibus uiribus anime: & ideo siue sensualitas sit praeambula, siue non, omnia mala nostra dicuntur uenire ex concupiscentia.

QVAESTIO II.

An pars inferior rationis mortaliter peccare possit absque superiori?

UTRUM pars inferior possit peccare mortaliter absque superiori, & quod sic uir. Aug. dicit, & habet in litera. Si peccatum diu in cogitatione delectationis teneatur, tametsi uoluntas perficiendi desit, mortale est. Sed tunc uir non dicitur comedere, nisi quando adest uoluntas perficiendi: ergo sola muliere comedente contingit peccare mortaliter. ITEM. Aug. dicit, & habet in litera. *Nec sane &c.* quod si sola muliere comedat, totus homo damnatur: sed hoc non est nisi per peccatum mortale: ergo sola muliere comedente contingit peccare mortaliter. ITEM. Superior portio rationis dicitur in quantum nata est aspicere superiora: sed contingit peccatum

aliquod committere, ita quod non cogitemus de legibus aeternis: ergo contingit aliquem peccare mortaliter solo actu inferioris partis, nihil faciente actu superioris. ITEM. Frequenter offendit quis proximum nihil cogitans de offensa Dei: sed inferior portio est, secundum quam ordinamur ad proximum: superior, secundum quam ordinamur ad Deum: ergo contingit peccare mortaliter exactu inferioris partis sine actu superioris. ITEM. Magis prona est ad peccatum inferior portio, quam superior, cum ex coniunctione ad sensualitatem mollior sit, & ob hoc mulier nuncupetur: ergo si superior portio rationis potest peccare per seipsam, multo fortius uidetur quod inferior.

SED CONTRA. Aug. xii. de Trinitate, & habetur in litera. *ibi. Nec sane &c.* Dicit, quod cum mens sola cogitatione oblectatur, de talibus cogitationibus uenia petenda est, peccatusque percutiendum & dicendum. *Dimitte nobis debita &c.* sed talis est penitentia uenialium: ergo quando mulier comedit absque uiro, peccatum est solum ueniale. ITEM. Impossibile est inferiorem portionem damnari absque superiori: sed superior portio nunquam damnatur sine culpa; ergo impossibile est inferiorem portionem absque superiori peccare mortaliter.

ITEM. Impossibile est esse peccatum mortale sine consensu: sed consensus residet penes iudicem, & arbitrum principalem: haec autem est superior portio rationis, sicut dicit Aug. & habetur in litera: ergo &c. ITEM. Impossibile est aliquem peccare mortaliter

taliter sine auersione: sed eius est auerti, cuius est conuerti: hoc autem est superioris partis: ergo inferiorem portionem absque superiori impossibile est peccare mortaliter. ITEM. Nunquam meretur aliquis in cogitatione boni, nisi proponat illud facere, uel complere, si possit: ergo similiter nunquam aliquis demeretur demerito mortalis peccati in cogitatione mali, nisi proponat illud perficere, si possit: hoc autem non est sine superiori portione rationis: ergo &c. ITEM. Quando aliquod peccatum est ueniale, consentire in illud non facit peccatum mortale: sed delectatio carnalis citra consensum est ueniale: ergo consentire in delectationem, ita quod non consentiatur in opus, non erit mortale: si ergo consensus in opus est superioris partis (sicut dicit Aug.) nunquam est peccatum mortale in inferiori parte absque superiori. Quod autem consensus in ueniale non facit mortale; probatur per hoc, quod consensus in uerbum otiosum, & mendacium iocosum non est mortale, sed ueniale. SI AUTEM tu dicas, quod non est simile; quia delectatio carnalis uia est ad mortale peccatum. Tunc ego quaero, quare potius consensus in delectationem attribuitur inferiori parti, quam superiori? & quare consensus in opus potius appropriatur superiori? Cum enim inferioris partis ita bene sit regere membra, sicut & affectiones, & alia: uidetur quod ita bene sit in potestate inferioris partis praebere arma iniquitatis peccato, sicut etiam in delectationem consentire. IDEO est quaestio, quae differentia sit inter

peccare & comedere, & utrum comedere sit idem, quod consentire, & quando dicatur mulier comedere, & quando uir, & quando mulier comedendo peccet mortaliter, & quando uenialiter. Non. n. uidetur illud uerbum Aug. de comestione uiri esse generaliter uerum: quia tunc comedit uir, quando praebet arma iniquitatis peccato: multa. n. sunt peccata, quae consummatur in sola cogitatione interna, siue iniqua, & tunc comedit, & nulla membra corporis praebentur arma iniquitatis, cum illud peccatum non habeat exerceri per membra corporis.

RESOLVTIO.

Quia peccatum in ordinationem dicitur, quae sine auersione & contemptu esse non potest: & haec omnia spectant ad superiorem rationis partem: colligitur, absque ea nullum mortale peccatum esse posse.

RESP. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod & si possibile sit mulierem comedere sine uiro: non tamen est possibile mulierem peccare mortaliter sine uiro, siue inferiorem portionem absque superiore: & hoc patet sit. Aliud enim est peccatum mortale committere, aliud cibum uetitum degustare. Peccatum enim mortale dicitur de ordinationem a Deo, quae est cum consensu, & contemptu: in ordinationem autem talis, est per auersionem, & contemptum, & hoc est superioris partis: eius enim est auerti, cuius est conuerti: consentire autem ad illam potentiam spectat, apud quam residet iudicialia potestas, & regiminis auctoritas, haec autem est superior portio rationis: & ideo impossibile

bile est aliquod peccatum esse mortale in nobis, quod superiori portioni non imputetur, & in quo ipsa non deordinetur propter naturam peccati mortalis, quæ exigit ibi esse, & contemptum auersionis, & consensum deliberationis, quorum utrumque est superioris partis. Est et ratio ex istarum potentiarum connexionem, quoniam inter superiorem portionem, & inferiorem lex conjugii est: & ideo una tenetur alteram regere, & reprimere. Non sic autem est inter sensualitatem, & inferiorem portionem: & propter hoc, cum inferior portio deordinatur, negligentia uiri, qui debuit eam reprimere, imputatur: & pariter cum illa culpabilis inducatur: Sic igitur patet, quod impossibile est inferiorem portionem rationis absque superiori peccare mortaliter: possibile tamen est unam earum absque altera comedere, & hoc quia comestio dicit conuersionem ad delectationem secundum actum proprium mulieris, aut uiri: contingit autem rationalem potentiam conuerti ad delectationem a sensualitate oblatam secundum actum inferioris portionis, ita tamen, quod non conuertitur secundum actum superioris: & ita contingit comedere mulierem uiro non degustante. Et hoc patet si attendamus progressum tentationis, & delectationis. Primo, n. delectabile offertur, siue percipitur, Secundo uero delectatio aduertitur. Tertio uero in id, ad quod trahit delectatio consentitur, uel dissentitur. Delectabile percipere est sensualitatis, delectationem aduertere est inferioris

partis rationis, quæ inferiores motus, & affectus habet diu dicare, & cognoscere: hoc autem est potentie sensitivæ. Distingui autem an hoc sit amplectendum, uel respuendum: hoc est superioris partis, in qua residet auctoritas iudicialis potestatis. Contingit igitur delectari ad apprehensionem delectabilis ante aduersionem delectationis, & hoc est sensualitatis, & absque dubio est ueniale peccatum. Contingit iterum delectari post apprehensionem delectabilis, & perceptionem delectationis ante plenum consensum deliberationis, & hoc est inferioris partis: & aliquando mortale, aliquando ueniale, & tunc dicitur comedere sola mulier. Contingit iterum tertio delectari post apprehensionem delectabilis, & aduersionem delectationis, & post plenum assensum deliberationis, & tunc dicitur comedere uir, & tunc est mortale peccatum in his generibus peccatorum, quorum actus sunt in prohibitionem propter plenum consensum, & deordinationem. Unde cum tentatio inchoet a sensualitate, planum est esse ueniale. Cum consummatur in superiori parte rationis, planum est esse mortale. Cum uero sola mulier comedit, potest esse mortale, & ueniale: & ideo dubium est discernere, quando sit mortale, uel ueniale. Potest tamen discerni hoc modo, quia cum percipitur delectatio, aut statim repellitur, aut retinetur. Si statim repellitur, tunc leue est peccatum. Si uero tenetur, hoc potest esse tripliciter. Aut quia placet ipsa

ipsa delectatio, & operis consummatio, ita quod est uoluntas delectandi in cogitatione, & etiam in opere, si facultas adesset, & tunc est ibi plenus consensus, & peccatum mortale simul concurrente uiri, & mulieris comestione. Aut placet delectatio: sed tamen displicet peccati consummatio, qui tunc est consensus semiplenus: & tunc dicitur manducare mulier: nihilominus tamen peccat mortaliter, cum in illam consentit delectationem. Aut utrumque displicet, scilicet ipsa interior delectatio, & operis consummatio, & tunc aut aduertit periculum, aut non aduertit. Si non aduertit periculum delectationis, nec repellit eam, peccat: sed non mortaliter: grauius tamen peccat, quam si statim, & uiriliter repulisset. Aut aduertit periculum, & delectationem illam non repellit: sed mentem in talibus cogitationibus reuoluit: & tunc dicunt Magistri, quod peccat mortaliter: quia quamuis non sit ibi consensus, uerus est tamen ibi consensus interpretatiuus, et comedit sola mulier: nihilominus tamen peccatum illud imputatur uiro: quia cum eam compescere debuisset, et teneretur, non tamen compescuit. Hoc tamen, quod nunc ultimò dictum est, non est usquequaque certum. Negant enim aliqui esse mortale in negligentia reprimendi, ubi est displicentia, quantumcumque quis periculum aduertat: sed tamen securior uia tenenda est, quicquid sit rei ueritas. Et si cui hoc contingat, sanum est consilium, quod de ipso ut de mortali peniteat: in dubiis enim secu-

rior uia eligenda est. Et nota, quod non de quacunque delectatione loquimur, utpote de illa, qua quis delectatur cogitando de pulchritudine mulieris: sed de illa, quæ surgit ex cogitatione illius operis nefarii: et sic patet, quod mulierem contingit comedere sine uiro, pro eo quod uir solū dicitur comedere, quādo plenus consensus adest: et tunc dicuntur arma iniquitatis preberi peccato: quia totus homo ibi ad peccatum incuruatur, siue sit peccatum carnis, siue spiritus. Peccare autem non dicitur mortaliter sine uiro: quia non potest esse peccatum sine uiri consensu uero, uel interpretatiuo.

CONCEDENDAE sunt igitur rationes ostendentes, quod inferior portio absque superiori non potest peccare mortaliter: licet duæ ultimæ non cogant. Illæ enim ostendunt, quod mulier non potest comedere sine uiro, per hoc, quod consensum in delectationem dicunt non esse peccatum, quod absque dubio falsum est, secundum quod dicit Aug. in lit. Nec ualet, quod obiicitur de consensu in mendacium, uel de consensu in uerbū otiosum. Primum non ualet, quia plura requiruntur ad bonum consummandum, quam ad malum perpetrandum: unius enim circumstantiæ defectus operationem deformat. Secundum non ualet, quia nullum ibi est periculum in delectatione ueniali, cuius actus est uenialis: ibi autem est periculum, cum delectatio uia est ad mortale peccatum.

AD ILLUD uero, quod ultimò quærebatur, iam patet responsio

sio ex prædictis, uidelicet quæ differētia est inter comestionē, & culpæ mortalis commissionē. Patet etiam quando uir dicitur comedere, & quādo mulier. Patet etiam quando mulier in comedendo peccat mortaliter, & quando uenialiter. Patet etiā, quare consensus in delectationē attribuitur mulieri, & consensus in opus uiro, quia consensus in operis perpetracione est plenarius consensus. Consensus uero in delectationem absque opere, est cōsensus semiplenus. Si autem peccatum consisteret in sola delectatione, tunc cōsensus in delectationem posset esse plenarius consensus: & tunc nō tantum esset superioris partis, sed etiam inferioris: unde non tantum dicitur uir consentire: quia uir mouet exteriora membra, sed quia mouetur uoluntate plenaria: & hanc circūloquitur Aug. in eo, quod dicit, uirū comedere, cum arma iniquitatis peccato præbet. **AD RATIO NES** autem, quæ adducuntur ad oppositum, quibus ostenditur, quod comedens mulier sine uiro mortaliter peccare pōt: plana est responsio. Nam primæ duæ auctoritates loquuntur de comestione, non de culpæ commissione. **AD ILLVD** uero, quod obiicitur tertio, quod superior portio rationis habet cōuertit ad superiora. Dicendum, quod nō solum actus eius est ad superna, sed etiam actus eius est discernere, & sententiare de his, quæ fiunt in regno animæ, & compefcere uires inferiores: & ideo cum nō compefcit, imputatur sibi. **AD** duo sequentia similiter patet re-

sponsio. Illis enim duabus rationibus ostenditur, quod peccatum potest esse in inferiori portione rationis absque proprio actu rationis superioris. Et hoc quidem uerum est: sed tamen ex hoc non sequitur, quod peccatum possit esse in inferiori parte rationis absque superiori: quia negligentia cohibendi inferiorem partem in sui motus deordinatione reddit ipsam culpabilem, ut sæpe dictum est.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An in sensualitate ueniale peccatum esse possit?



CONSEQUENTER circatertium, quomodo peccatum habeat fieri, & esse in sensualitate; duo quærantur. Primo. n. quæritur, utrum in sensualitate possit esse peccatum ueniale. Secundo quæritur, utrum in sensualitate possit esse mortale.

CIRCA quam sic proceditur, & ostenditur, quod in sensualitate possit esse ueniale peccatū. Primo per illud Aug. 12. de Trini. quod recitat Magister in lit. Si in motu sensuali tantū peccati illecebra teneatur, ueniale est. **ITEM.** Super illud Pro. uerb. 25. Septies in die &c. Glo. per necessitatem, & fragilitatē carnis singulis diebus uel inuiti, uel uolentes peccamus. Si ergo peccamus inuiti uoluntate rationali, illud peccatum nō est in uoluntate rationali, sed solū in sensualitate. **ITEM.** Ratione uidetur. Motus ad illicitum est inordinatus, & ita reprehensibilis & malus: sed primi motus sunt

sunt huiusmodi: ergo primi motus sunt peccata: sed primi motus sūt in sensualitate; ergo &c. **ITEM.** Omne, quod est ordinabile secundū regulam iustitiæ, quā deordinatur habet in se culpā: sed sensualitas ordinabilis est secundum regulam iustitiæ, & cōtingit eam ordinari in motibus suis, uidetur igitur, quod ipsa efficiatur culpabilis.

CONTRA. Augusti. 5. de Ciuitate Dei distinguit triplex genus causæ. Quædam est, quæ tantum facit: & hæc est Deus. Quædam, quæ tantum fit, ut natura. Quædam, quæ facit, & fit, ut arbitrii libertas, siue uolūtas. In prima causa non pōt esse peccatum propter sui dignitatē. In secunda uero non pōt esse peccatū propter sui arctationē; cū igitur sensualitatis sit potius motus ueri, quam mouere, agi quā agere, uidetur quod in ea peccatū non possit esse. **ITEM.** In culpis differimus à brutis: ergo impossibile est in nobis esse peccatū secundum illud, quod cōicamus cum brutis: hoc autem est sensualitas; ergo &c. **ITEM.** Stulti, & furiosi habent usum sensualitatis, & tñ in nullo suo actu peccant; ergo peccatum nunquā est in nobis ex deordinatione sensualitatis; ergo nullum peccatū in sensualitate ponendū est. **ITEM.** In ea sola potētia nata est esse culpa, secundum quā homo capax est laudis, & uituperii: sed quātū ad partē sensuale hō nec est dignus laude, nec uituperio; ergo secundum illam non pōt esse culpa.

RESOLVTIO.

Minimè secundum se considerata: sed bene, ut ordinabilis à ratione.

S. Bon. Lib. 2.

RESPON. Ad huius intelligentiam notandū est, quod cū quæritur utrū peccatū ueniale possit esse in sensualitate? Rñdetur cōiter, quod sensualitas pōt dupliciter cōsiderari: ut in se, aut prout est ordinabilis à rōne, & sub rōne. Si in se cōsideretur, hoc modo habet usum in furiosis, & hoc modo dicit Aug. quod in ea cōicamus cum brutis: et sic non pōt in ea esse peccatum, sicut rationes ad secundam partē ostendunt. Alio modo est loqui de sensualitate, secundum quod ipsa ordinabilis est ad rōnem, et ratione: et hoc modo habet regulari secundum regulam iustitiæ: et sic quando mouetur ad illicitū, ipsa eius deordinatio pōt esse peccatum: et sic cōiter tenetur, quod et si in sensualitate secundum se considerata peccatū esse non possit; potest tamen in ea esse peccatum, ut est ad rationem ordinata: et per hoc declarari possunt argumenta ad utramque partem inducta. Tamen ad huc restat quæstio, qualiter in sensualitate potest esse peccatū, et culpa: cum nullo modo ponatur in ea esse uirtus, uel gratia? Et propterea perferuari uolētibz hanc quōnē interius, duplex apparebit modus dicēdi. Fuerūt nāq; aliqui, qui dixerunt, quod est in sensualitate ordinata ad rōnem oīno ponendū est esse peccatum, sed aliquo modo secundū quid. Peccatū enim duo dicit, uidelicet actū, et deordinationē circa actum. Et licet pōtū dicatur esse in sensualitate rōne actus subtrati, et ratione motus: tñ ipsa deordinatio est in ratione, quæ minus cauta, et solici-

eadem potentia habent fieri. Dicendum est, quod uerum est de illa dispositione, quæ est eiusdem nature cum habitu, & de qua transit in habitum, sicut scientiæ dispositio fit scientia habitus: de illa autem dispositione, quæ est alterius generis, & disponit solum per quandam ordinationem, ueritate non habet. Actus enim unius potentiæ potest esse dispositio ad eliciendum actum alterius potentiæ, sicut cognitio ad affectionem: & sic in proposito habet esse: ideo non ualet. AD ILLUD, quod obiicitur de iustitia originali. Dicendum, quod de originali iustitia dupliciter contingit loqui: aut in quantum dicit habitum quendam regulantem naturam in statu innocentiam: aut in quantum dicit omnium uirium rectificationem plenariam. Primo modo ori-

ginalis iustitia habet esse in sola ratione: & sic opponitur ei culpa. Secundo modo non solum habet esse in ratione, sed etiam in uiribus inferioribus: & sic non solum habet auferri per culpam, sed etiam per poenam, siue per aliquid, quod aliquo modo habet rationem culpæ, aliquo modo rationem poenæ, & tale est ueniale peccatum. AD ILLUD, quod obiicitur, quod sicut se habet sensualitas ad illicitum, sic se habet ratio ad bonum. Dicendum, quod illa comparatio non ualet, propterea quod plus potest uirtus superior, quam inferior: ideo & si superior potentia possit induere actum, & dispositionem inferioris, & negociari circa eius obiectum, non tamen sequitur, quod possit esse econuerso.

DISTINCTIO XXV. PARS PRIMA.

De libero arbitrio secundum se, siue in generali.



AM uero ad propositum redeamus, scilicet ad liberi arbitrii tractatum: quod philosophi deficientes dixerunt, liberum de uoluntate iudicium, quia potestas & ipsa habilitas uoluntatis & rationis, quam supra diximus esse liberum arbitrium, libera est ad utrumlibet: quia liberè potest moueri ad hoc, uel ad illud. Liberum ergo dicitur arbitrium, quantum ad uoluntatem: quia uoluntarie moueri, & spontaneo appetitu ferri potest ad ea, quæ bona, uel mala iudicat, uel iudicare ualet.

Quod liberum arbitrium non pertineat nisi ad futurum, nec ad omne futurum.

Hoc autem sciendum est, quod liberum arbitrium ad presens uel ad preteritum non refertur, sed ad futura contingentia. Quod enim in presenti est, determinatum est, nec in potestate

potestate nostra est, ut tunc sit uel non sit, quando non est. Potest enim non esse, uel aliud esse postea: sed non potest non esse dum est, uel aliud esse dum est, id est, quod est: sed in futuro an hoc sit, uel illud, ad potestatem liberi arbitrii spectat. Nec tamen omnia futura sub potestate liberi arbitrii ueniunt, sed ea tantum, quæ per liberum arbitrium possunt fieri, uel non fieri. Si quis enim tale quid velit ac disponat facere, quod in eius nullatenus sit potestate, uel quod sine ipsius dispositione aequè fieret, in hoc ipse liberum non habet arbitrium.

Quod supraposita descriptio liberi arbitrii non conuenit Deo; nec his, qui glorificati sunt.

Et quidem secundum predictam assignationem, in his tantum uidetur esse liberum arbitrium, qui uoluntatem mutare, & in contraria possunt deflectere: in quorum uidelicet potestate est eligere bonum uel malum: & utrumlibet secundum electionem facere uel dimittere. Secundum quod nec in Deo, nec in his omnibus, qui tanta beatitudinis gratia sunt roborati, ut iam peccare nequeant, liberum arbitrium esse nequit, sed quod Deus liberum arbitrium habeat. Aug. docet in lib. 22. de ciuit. Dei, ita inquit, Certe Deus ipse nunquid quoniam peccare non potest, ideo liberum arbitrium habere negandus est? Ambro. quoque in Lib. de Trinit. ait, Paulus dicit, quia omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult, id est, pro libera uoluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio.

Cap. ult.
In 10. 5
1. Co. 12
In li. de
fide 2.
& 3. in
medio
capitis.

Qualiter in Deo accipitur liberum arbitrium.

Sed aliter accipitur liberum arbitrium in creatore, quam in creaturis. Dei etenim liberum arbitrium dicitur eius sapientissima & omnipotens uoluntas: quæ non necessitate, sed libera uoluntate omnia facit prout uult, Ideoque Hieron. attendens non ita esse liberum arbitrium in Deo, sicut est in creaturis, ab ipso uidetur liberum arbitrium excludere, in homilia quadam de filio prodigo dicens, Solus Deus est, in quem peccatum non cadit, nec cadere potest; cetera, cum sint liberi arbitrii, in utranque partem flecti possunt. Dum ait, cetera, indicat liberum arbitrium sicut est in ceteris, non ita esse in Deo.

Ad Damascum
Papam
in 10. 3.
in fine
epist.
Luc. 19.

Quod angeli & sancti, qui iam beati sunt, habeant liberum arbitrium.

*Angeli uero & sancti qui iam cum domino feliciter ui-
Cap. 30 uunt, atque ita gratia beatitudinis confirmati sunt, ut ad
malum flecti nec uelint, nec possint, libero arbitrio non ca-
rēt: unde Aug. in Lib. 20. de Ciuitate dei ait, Sicut prima
Ca. 105 immortalitas fuit, quam peccando Adam perdidit, posse nō
mori: ita primum liberum arbitrium, posse non peccare: no-
uissimum, non posse peccare. Idem in Ench. Sic oportebat
prius hominem fieri, ut bene uelle posset, & male. Postea ve-
ro sic erit, ut male uelle non possit: nec Deo carebit libero
arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium, quod omni-
no nō poterit seruire peccato. Neque aut uoluntas non est,
aut libera dicenda non est, qua beati sic esse uolumus, ut es-
se miseri non solum nolimus, sed nequaquam prorsus uelle
possimus. Sicut ergo anima nostra nunc habet nolle infæli-
citatē, ita nolle iniquitatē semper habitura est. Sed or-
do seruandus fuit: quo Deus uoluit ostendere quā bonum
sit animal rationale, quod etiam peccare possit: quamuis sit
melius, quod peccare non possit. Ecce his uerbis euidenter
astruitur, quod post beatitudinis confirmationem erit in ho-
mine liberum arbitrium, quo peccare non poterit: & nunc
in angelis est, & in sanctis, qui cum domino sunt: & tanto
utique liberius, quanto a peccato immunius, & ad bonum
pronius. Quo enim quisque ab illa peccati seruitute, de qua
scriptum est, Qui facit peccatum, seruus est peccati: longius
absistit: tanto in eligendo bonum liberius habet iudicium.
Ioan. 8. Vnde si diligenter inspiciatur, liberum uidetur dici arbi-
trium, quia sine coactione & necessitate ualet appetere uel
eligere quod ex ratione decreuerit.*



SUPRA egit Magister de libero arb. in com-
paratione ad alias po-
tentias: hic uero agit
de libero arb. secundum se. Di-
uiditur autem ista pars in duas
partes. In prima determinat, quod
sit liberum arb. in se, siue in ge-
nerali. In secunda uero determi-

nat de libero arb. secundum dif-
ferentes eius status in speciali.
ibi. *Ex predictis perspicuum, &c.*)
Prima habet duas particulas. In
quarum prima Magister ponit
liberi arb. assignationem. In se-
cunda ad prædictæ assignatio-
nis explanationem, quandam
mouet dubitationē. ibi. *Et qui-*
dem

*dem secundum prædictam assigna-
tionem, &c.*) Prima pars habet
duas. In prima determinat, quid
sit liberum arb. In secunda uero
ex illa diffinitione elicit, quod libe-
rum arb. non est præsentium, nec
præteritorum, sed futurorum;
& horū nō quorūlibet, sed futu-
rorum contingentium. ibi. *Hoc
autem sciendum est, quod liberum
arb. &c.*) Similiter secunda pars
habet duas. In quarum prima
mouet dubitationem. In secunda
uero determinat. ibi. *Sed aliter ac-
cipitur liberum arbitrium, &c.*)

Dub. I. **Q**uod philosophi diffinientes di-
xerunt, &c. Videtur quod ta-
lis diffinitio a philosophis assi-
gnata nec sit bona, nec sit secun-
dam artem physicam assignata.
Philosophus enim in 6. Topic.
reprehendit diffinitionē equico-
lam, in qua sunt tot uocabula
ex parte diffinitionis, quot ex
parte diffiniti: utpote si quis dif-
finiens tunicam nigram, dicat
eam esse colobium atrum. Sic &
in proposito. Si tu dicas, quod
non est diffinitio, sed nominis
interpretatio, tunc est quæstio,
quare liberum arb. potius uoca-
tur sic, quā dicatur liberum
iudicium. Item. Videtur, quod
ad Philosophos non pertineat
diffinire liberum arb. quia cum
anima sit imago Dei secundū
liberum arb. ut dicit Ricardus,
& mediante libero arb. mere-
tur: philosophi autem non cogno-
uerunt animam esse Dei imagi-
nem, nec meriti originem, uide-
tur quod liberum arb. nec sciuerūt,
nec poterunt diffinire. Respō.
Dicendum, quod sicut prædi-
ctum est, prædicta notificatio
potius dicitur nominis interpre-

tatio quā diffinitio magis au-
tem facultas illa censetur hoc
nomine, ut dicatur liberum ar-
bitrium, quā liberum iudicium, pro eo
quod iudicium importat actum
rationis regulatum secundum
regulas ueritatis, siue supernæ
legis: arbitrium uero importat
actum rationis regulatum secū-
dum imperium uoluntatis. Vn-
de ille dicitur iudex, cuius est se-
cundum iura causam termina-
re. Ille autem dicitur arbiter, qui
ad proprium uoluntatis nutum
causam terminare habet. Et quo-
niam liberum arb. quantum est
de se, decernere habet de agen-
dis iuxta uoluntatis nutum, ma-
gis quā iuxta iuris præceptū:
hinc est, quod magis proprius
nominatur per nomen arbitrii,
quā per nomē iudicii. Ex hoc
igitur, & ex prædictis colligi-
tur, quod magna fuit sapientia
in eis, qui imposuerunt nomi-
na. Non enim sine causa hæc fa-
cultas duplici nomine censetur,
nec sine causa uocabulum spe-
ctans ad rationem significatur
substantiue, uocabulum spectans
ad uoluntatem uocatur adiecti-
ue. Nec sine causa uocabulum
spectans ad rationem potius di-
citur esse arbitrium, quā iudi-
cium. Est. n. liberum arb. facultas
duarum potentiarum: ita quod
ratio habet se in ratione mate-
rialis: & decernere se habet ad
nutum, & imperium uolunta-
tis. Ad illud ergo, quod oblici-
tur, quod non est philosopho-
rum liberum arb. cognoscere. Di-
cendum, quod de libero arb. est
loqui dupliciter, aut secundum
quod est principium operum
moralium: aut scđm quod est prin-

cipium operum gratuitorum
Et primo modo est de conside-
ratione philosophorum, illorū
maxime, qui uersati sunt circa
modos, quorum lib. ar. est prin-
cipium secundum regulam, & di-
ctamen iuris naturalis, quod est
unicuique impressum. Secundo
modo est de cōsideratione theo-
logorum; quia sic habet aspectū
ad diuinam gratiam, cuius gra-
tiæ cognitio est per fidē catho-
licam, sine qua oīa opera homi-
num uana sunt, & si ēt uideātur
laudabilia; & in hac cōsideratio-
ne defecit philosophorum peri-
tia; & per hoc patent obiecta.

*Dub. 2. Secundum prædictam assignatio-
nem, &c.)* Contra. Si etiam libe-
rum arbitrium non tantummo-
do est in homine secundum sta-
tum uiatoris, immo etiam secū-
dum statum comprehensoris, &
beatitudinis: sicut determinatū
fuit supra Dist. 7. prædicta assi-
gnatio, siue diffinitio non uide-
tur esse congrua. Præterea non
solummodo hi, qui habent uolun-
tatem uertibilem; sed etiam
hi, qui habent uoluntatem in-
uertibilem habent liberum de
uoluntate iudicium; ergo! fal-
sum dicit Magister, qui dicit, q̄
prædicta assignatio solum his
conuenit, qui habent uolunta-
tem uertibilem. Iuxta hoc quæ-
ritur, cum diuersæ assignatio-
nes liberi arbitrii ponantur a
sanctis: & unius rei, unica est
diffinitio, quæ sit illarum assi-
gnationum differentia. Augu.
enim diffinit, sicut habitum est
in Dist. præcedenti, sic. Liberum
arbitrium est facultas rationis,
& uoluntatis, qua bonum eligi-
tur, &c. Ansel. in Lib. de libero

*Q̄. la.
generalis.*

arb. diffinit sic. Liberum arb. est
potestas seruandi rectitudinem
pp̄ seipsam. Bern. in Lib. de lib.
arb. sic. Lib. arb. est cōsensus ob-
uolūtatum inamissibilem liber-
tatem, & rationis indeclinabile
iudicium. Quæritur igitur, quæ
sit istarum rationum differētia:
de singulis enim disputare parū
utile est, & parum facit ad pro-
positum. Resp. Dicendum, q̄ uer-
bum propositum Magistri non
refertur ad illam notificationē
philosophorum ī hac diffinitio-
ne proposita. Liberum arb. est li-
berum de uoluntate iudicium:
sed ad illam refertur, quæ posi-
ta fuit in præcedenti Dist. Libe-
rum arb. est facultas uoluntatis,
& rationis, qua bonum eligitur,
&c. & quantum ad illam dicit
Magister, q̄ non contingit lib.
arb. aliter nisi secundum statum
solum mutabilitatis. Vnde nota
q̄ lib. ar. pōt tripliciter conside-
rari, aut in sui generalitate, secū-
dū q̄ conuenit creature, & crea-
tori, & sic diffinitur ab Ansel.
cum d̄r, Liberū ar. est potestas
seruandi rectitudinem, &c. Aut
secundum esse, quod hēt in crea-
tura non concernendo statum,
& sic est diffinitio illa Ber. Libe-
rum arb. est consensus, &c. Aut
quantum ad statum uiatoris, &
sic est illa Aug. Liberum ar. est
facultas, &c. Possunt tamen ni-
hilominus prædictæ notificatio-
nes aliter distingui ab inuicem.
Liberum arb. habet cōparari ad
actum, habet cōparari ad actū,
& obiectum, habet tertio modo
comparari ad actum, & obie-
ctum, & finem ultimum. Quan-
tum ad primam diffinitionem,
siue cōsiderationē distinguitur
a Ber-

a Bernardo: quantum ad secun-
dam ab Aug. quantum ad ter-
tiam ab Ansel. & hoc patet con-
siderando ipsas notificationes:
unde Ansel. diffiniens liberum ar.
non solum dicit ipsum esse potē-
tiam seruandi rectitudinem, sed
etiam addit, pp̄ se: p̄pter. n. dicit
causam finalē, & refertur hoc,
quod est, se, ad rectitudinē. Sed
hic attendendum est, q̄ alia est
rectitudo, quæ seruatur: alia p̄-
pter quam seruanda est. Hęc. n.
est creata, illa increata; quia ta-
men una intelligitur in altera,
hoc relatiuum, se, cū refertur ad
rectitudinem creatā, potest sup-
ponere pro rectitudine increata
in ipsa creata rectitudine intel-
lecta: sicut prima ueritas in om-
ni ueritate, & prima bonitas in
omni bonitate.

Sed aliter accipitur liberum arb.

Dub. 3. in creatore, &c.) Contra. Hoc est,
quod Anselmus. de libero ar. di-
cit: q̄ eadem debet esse diffinitio
liberi ar. in homine, & in Deo:
sicut eadē est ratio hominis, &
asini in animali. Item. Hoc uide-
tur p̄ rōnē, quam ipse assignat,
q̄ liberum arb. est potestas ser-
uandi rectitudinem, quæ nō tā-
tum conuenit creatori: imo etiā
creature. Item. Si anima secun-
dum liberum arb. maxime Deo
assimilatur, uidetur q̄ liberum
ar. in Deo, & in hoīe sit confor-
miter. Resp. q̄ est loqui de libe-
ro arb. sc̄m generales cōditio-
nes, & sic liberum ar. dicit facul-
tatem liberam a coactione, & or-
dinatam ad rectitudinis obser-
uantiam: & hoc modo reperitur
in creatura, & Deo conformiter
& secundum eandem rōnē: non
conformitate, & unitate uniuo-

cationis, sed potius analogiæ, &
consimilis habitudinis, quæ in-
ter Deū, & creaturam esse pōt,
sicut in Primo Libro in plurib.
locis ostēsum fuit. Alio mō est
loqui de libero arb. sc̄m pp̄rie-
tates speciales: & sic liberū ar. est
facultas, quæ quidē non est sub-
stantia rei, sed quædam habili-
tas: sic ēt est ptās seruandi recti-
tudinē, q̄ nō est ipsa rectitudo:
& iō pōt a rectitudine obliquari
quantum est de se in creatura:
in Deo aut liberū ar. est ipsa di-
uina essentia, est etiam ipsa ius-
titia: ideo nec obliquari potest,
nec mutari, & quantum ad has
conditiones speciales dicit Magi-
ster in litera, aliter in Deo, ali-
ter in cæteris creaturis reperiri.

ARTICVLVS I. QVÆSTIO I.

*An liberum arbitrium in solis ani-
mantibus rationalibus sit: uel
etiam in irrationali-
libus?*



Intelligentiā huius
partis incidit hic q̄o,
quid sit liberū ar. se-
cū dū rē. Et qm̄ eius
quidditas, & natura cognosci-
tur in assignando cōuenientiā,
& differentiam ipsius ad uolun-
tatem, & rationem: ideo de ipso
quæredū est in cōparatione ad
uoluntatem, & rationem. Ad hu-
ius aut cōparationis dilucidatio-
nē circa sex contingit dubitare.
Primo. n. quæritur, utrū liberū
ar. sit in solis habētibus rōnē, &
uoluntatē. Secundo, dato q̄ sic
quæritur, utrum sit potentia di-
stincta contra rōnē, & uolūta-
tem, an non. Tertio, dato, quod
nō: quæritur, utrum completa-

etur simul rationem, & uoluntatem. Quarto, dato quod sic: queritur, utrum complectatur illas duas potentias per modum potentie, aut per modum habitus. Quinto dato quod per modum habitus: queritur, utrum ille habitus addat aliquid per essentiam rationi, & uoluntati. Sexto, & ultimo queritur, secundum quam istarum duarum potentiarum principalius insit animæ libertas arbitrii, utrum uidelicet secundum rationem, aut secundum uoluntatem.

VTRVM liberum arb. sit in solis habentibus rationem, an etiam sit in brutis animalibus. Et quod sit in animalibus brutis, uidetur. Illa potentia libera dicitur esse, cuius est eligere bonum, & fugere malum: sed hæc potentiam uidemus esse in brutis, sicut patet in oue, quæ fugit lupum, & querit pastorem: ergo &c. **ITEM.** Illa potentia libertatem habet, quæ potens est in opposita: sed in brutis animalibus est potentia ad faciendum opposita; quia modo ostendunt benignitatem, modo ferocitatem: modo uadunt, modo ueniunt: ergo talia animalia a libertate arbitrii non sunt aliena. **ITERVM.** Illa potentia est libera, quæ est domina sui actus: hæc autem est, quæ potest seipsam in suo actu refrænare, & compescere: sed talis potentia reperitur in brutis animalibus: quod patet, quia ab his, quæ appetunt per disciplinam compescuntur, sicut planum est in animalibus domitis, & domesticis: ergo &c. **ITEM.** Illa potentia libertatem habet in modo uolendo, cuius motus incipit a princi-

a principio intrinseco: hic enim motus est potentie perfectæ in mouendo: sed in animalibus brutis a principio intrinseco incipit: ergo &c. **ITEM.** Illa potentia libera est præcipue, cuius est gerere prouidentiam, non solummodo circa presentia: sed etiam circa futura: sed talis est in brutis animalibus, sicut patet in formicis, & aliis animalibus irrationalibus: ergo &c. **ITEM.** Illa potentia magis participat libertatem, quæ non potest redigi in seruitutem, quam quæ potest: sed homines in seruitutem rediguntur: sed quedam animalia bruta nequaquam domari possunt, sicut dracones, & leones: ergo uidetur quod talia maxime habeant arbitrii libertatem.

SED CONTRA. Liberum arb. sic diffinitur ab Augustino Liberum arbitrium est facultas rationis, & uoluntas: sicut habitus est supra Distinctione præcedenti: sed in nullo est facultas rationis, in quo non sit ratio, & hæc est in solis rationalibus: ergo & liberum arbitrium. **ITEM.** Omne, quod habet liberum arb. est laudabile, & uituperabile: sed sola rationalia sunt digna laude, & uituperio, pœna, & premio: ergo &c. **ITEM.** Omne, quod habet liberum arb. natum est consiliari, & deliberare: hoc autem est solius rationalis: ergo &c.

ITEM. Liberum arb. est nobilissimum, quod est in homine: ergo si liberum arbitrium inueniretur in brutis, nobilissimum quod est in homine, reperiretur in illis: ergo æque nobilia essent bruta animalia, sicut rationalia sunt, quod si hoc est inconueniens, patet &c.

Re-

RESOLVTIO.

Sola rationalia arbitrii capatia sunt: quia sola libera, & arbitraria sunt.

RESPONDEO. Dicendum, quod absque dubio liberum arb. reperitur in solis substantiis rationalibus: & ratio huius sumitur tum ex parte libertatis, tam ex parte arbitrationis. Ex parte libertatis: libertas enim opponitur seruituti. Unde illa sola potentia dicitur esse libera, quæ dominium habet plenum tam respectu obiecti, quam respectu actus proprii: illa autem potentia dominium habet ex libertate respectu obiecti, quæ non est arctata ad aliquod genus appetibilis; sed nata est omnia appetibilia appetere, & omnia fugibilia respuere. Tria autem sunt, quæ sunt in appetitibus, & quorum opposita sunt in fugis, uidelicet bonum conferens, & delectabile: & nomine boni ibi intelligitur honestum. Cum autem bonum conferens, & delectabile nata sint appeti ab irrationalibus, bonum honestum a solis rationalibus potest appeti: ideo in eis solum reperitur uirtus, quæ non est ad aliquod genus appetibilis arctata, ac per hoc habet libertatem respectu obiecti. In eis etiam solis reperitur potentia habet libertatem respectu actus proprii: quod patet. Nam uoluntas in rationalibus non solum compescit manum exteriorem, uel pedem; sed etiam compescit seipsam, & refrænare, incipiens odire frequenter, quod prius diligebat, & ex suis imperio, & dominio: In brutis autem animalibus, & si aliquo modo sit reperi-

re dominium respectu actus exterioris, quia bene refrænare aliquando, sicut patet in animalibus domesticis: respectu tamen actus proprii interioris, uidelicet appetitus, dominium non est. Unde si aliquid amat, non possunt illud non amare, licet arceantur timore alicuius passionis infligunt. Et ideo dicit Damascenus, quod magis aguntur, quam agantur; ac per hoc, cum non possint actum proprium repræmere; respectu actus proprii, non habent libertatem, nec respectu obiecti: & ideo deficiente in eis libertate, liberi arbitrii non possunt participare. **SIMILITER** est sumitur ratio ex parte arbitrationis. Arbitrium enim idem est, quod iudicium, ad cuius nutum ceteræ uirtutes mouentur, & obediunt. Iudicare autem illius est secundum rationem completam, cuius est discernere inter iustum, & iniustum; & inter proprium, & alienum: nulla autem potentia nouit quid iustum, & quid iniustum, nisi illa sola, quæ est princeps rationis, & nata est cognoscere summam iustitiam, a qua est regula omnis iuris; hoc autem solum est in ea substantia, quæ est ad imaginem Dei qualis est tantum substantia rationalis. Nulla enim substantia discernit quod proprium, & quod alienum: nisi cognoscat seipsam, & actum suum proprium; sed nunquam aliqua potentia seipsam cognoscit, uel supra seipsam reflectitur, quæ sit alligata materie. Si igitur omnes potentie sunt alligatæ materie, & substantiæ corporali præter solam rationalem, sola illa est,

est, quæ potest se super seipsam reflectere: & ideo ipsa sola est, in qua est plenum iudicium, & arbitrium in discernendo quid iustum, & quid iniustum, quid proprium, & quid alienum. Tã igitur ratione libertatis, quàm ratione arbitrationis lib. arb. in solis substantiis rationalibus reperitur, & concedendæ sunt rationes, quæ hoc ostendunt.

AD RATIONES uerò ad oppositum plana est responsio per iam dicta. AD ILLVD enim quod primo obiicitur, quod bruta præciliunt bonum malo. Dicendum, quod uerum est de bono conferenti, & delectabili: sed non est uerum de bono honesto, respectu cuius proprie lib. arb. consistit. AD ILLVD similiter, quod obiicitur, quod bruta pnt ad opposita moueri, patet responsio: quia nõ possunt moueri in omnia opposita, sed solum in illa, quæ sunt infra dignitatem liberi arb. AD ILLVD, quod obiicitur, quod bruta dominantur actibus suis, quia possunt se reprimere. Dicendum, quod non dominantur actibus interioribus, licet dominantur exterioribus: & si enim comprimantur ab actu non tamen retrahuntur ab appetitu. Vel aliter potest dici, quod & si etiam retrahantur ab actu suo: non tamen hoc est per dominium proprium, sed ex imaginatione mali exterioris, quod adeo exterreret, ut magis retrahat, quàm appetitus attrahat: & ideo sicut in appetendo, & prosequendo magis aguntur quàm agant: sic etiam in abstinendo, uel se reprimendo magis reprimuntur, quam reprimant, & retrahuntur quam re-

trahant. Et per hoc patet responsio ad aliud, quod dicit, quod principium motus est ab extrinseco in brutis animalibus. Dici. n. potest quod & si principium motus exterioris procedat ab intrinseco: tamen appetitus interior potius habet ortum ab exteriori appetibili, quam ex imperio appetitus uirtutis. Vnde non quicunque motus ab intrinseco facit potentiam liberam, sed ille motus, quod uis motiua mouet seipsam: uoluntas enim, & lib. arb. ut dicit Ansel. est instrumentum seipsam mouens. AD ILLVD, quod obiicitur, quod liberi arb. est providere. Dicendum, quod providentia quædam contingit ex actu de liberationis, & præcognitionis: quædam prouenit ex instinctu naturali. Prima est libertatis arbitrariæ, & in solis reperitur rationalibus. Secunda uero est naturalis sagacitatis, & industriæ: natura enim prudentissima est: & hæc reperitur in brutis animalibus, & talis non ponit lib. arb. AD ILLVD, quod obiicitur, quod quædam animalia bruta domari non possunt. Dicendum, quod aliquod animal non posse redigi in seruitutem, hoc potest esse dupliciter: aut ratione uoluntariæ libertatis, aut ratione naturalis ferocitatis. Primo modo impossibile est hominem redigi in seruitutem: quamuis enim aliquis possit aliquem compellere quantum ad actum exteriorum, quatum tamen ad interiorum uelle, nemo potest alterum compellere, sicut patebit infra. Secundo modo bestiarum aliquæ sunt indomabiles, nec possunt redigi in seruitutem: quia tanta est eorum ferocitas, & impetus ad ea, quæ sunt ferocitatis, ut non possint assuefieri ad ea, quæ sunt lenitatis: & ideo ratio illa non cogit.

ferocitas, & impetus ad ea, quæ sunt ferocitatis, ut non possint assuefieri ad ea, quæ sunt lenitatis: & ideo ratio illa non cogit.

QVAESTIO II.

An liberum arbitrium sit potentia distincta à ratione, & uoluntate?

UTRUM lib. arb. sit potentia distincta contra rationem, & uoluntatem. Et quod sic, uir. Ber. de libe. arb. loquens de potentia liberi arb. Quid similius æternitati, quod non sit æternitas? Si ergo æternitas nec respicit rationem, nec uoluntatem: uidetur quod lib. arb. sit aliqua potentia præter has. ITEM. Ratio responderet filio, uoluntas spiritui sancto: ergo si in nobis est ponere aliquam potentiam reformatandam correspondentem patri, est in nobis ponere aliquam potentiam præter rationem, & uoluntatem, quæ spectat ad reformationem: talis autem non est nisi lib. arb. ergo &c. ITEM. Ad productionem operis ista tria sunt necessaria, uidelicet posse, & scire, & uelle: ergo si scimus per rationem, uolumus per uoluntatem: uidetur, quod in nobis sit ponere tertiam potentiam, per quam sumus potentes: hanc autem dicimus liberi arb. facultatem: ergo &c. ITEM. Cum lapis deorsum mouetur, ista tria reperiuntur, intentio, appetitus, & uirtus: dicimus. n. quod lapis intendit deorsum moueri, cum natura sit operans per intentionem: appetit etiam deorsum moueri, cum natura sit operans per intentionem: appetit etiam deorsum moueri, habet nihilominus uirtutem, per quam deorsum mouetur: ergo ui-

detur, quod illa tria sit reperire in anima rationali: si ergo rationis est intendere, uoluntatis appetere, erit ponere tertiam potentiam, cuius sit uirtualiter agere: hanc autem dicimus arbitrii facultatem ergo &c. ITEM. Iudicans præeminet iudicato, & mouens præeminet mobili: sed lib. arb. est liberum de uoluntate iudicium: ergo liberi arb. est iudicare de uoluntate. Similiter liberi arb. est mouere omnes uires anime, & rationi imperare, ut discernat, uoluntati ut appetat: ergo uidetur, quod sit tertia potentia ab istis distincta.

SED CONTRA. Potentia animæ rationalis sufficienter diuiduntur per cognitiuas, & affectiuas: ergo si ratio comprehendit uirtutes cognitiuas, et uoluntas affectiuas, non uidetur, quod sit conueniens ponere tertiam potentiam ab his differentem. ITEM. Actus liberi arb. est iudicare: sed de omni eo, quod iudicamus, per rationem iudicamus: ergo non uidetur, quod lib. arb. sit potentia a ratione, & uoluntate distincta. ITEM. Alia potentia circumscripita, remanente sola uoluntate, & ratione, possumus consentire: quia potest præcedere deliberatio per actum rationis, & subsequi præoptatio per actum uoluntatis: si ergo consentire est actus liberi arb. uidetur, quod libe. arb. non sit alia potentia a ratione, & uoluntate. ITEM. Lib. arb. est mouere, aut igitur mouet uoluntatem, aut nõ. Si non: ergo nõ uidetur esse plene liberum. Si mouet uoluntatem, & est alia potentia: ergo uoluntas mouetur ab alia potentia: si mouetur ab alia potentia: ergo nõ est libera: ergo si uoluntas in nobis est maxime

xime libera, uideatur &c. **ITEM.** Eadem est potentia cognitiua, qua intelligo aliquid, & intelligo me intelligere: ergo eadē uirtus est, & nō alia, qua uolo aliquid, & uolo me uelle illud: sed potentia, qua uolo me uelle illud, est lib. arb. potentia, qua uolo, est uoluntas: ergo lib. arb. nō est aliud a uoluntate.

RESOLVTIO.

Secundum rem liberum arbitrium à ratione & uoluntate non distinguitur: sed quodammodo tantum ratione.

RESP. Ad prædictæ quæstionis intelligentiam notandum est, qd super hac quæstione diuersę fuerunt doctorum positiones. Quidam enim dicere uoluerunt, qd sicut mens dupliciter accipitur, aliquando cōmuniter, & sic cōprehendit memoriam, intelligentiam, & uoluntatem: aliquando proprie, & sic distinguitur contra intelligentiam, & uoluntatē: sic lib. arb. dupliciter accipitur. s. communiter, & proprie. Cōmuniter: & sic nō distinguitur cōtra rationem, & uoluntatē proprie: & sic contra rationem, & uoluntatem habet distingui, & est uirtus imperans rationi, & uoluntatis: & utrunque regens, & mouens: cuius actus primus non est discernere, & uelle, sed actus reflexus super hæc duo: & hæc duo mouens, & regens, ille uidelicet, quo dicitur quis uelle discernere, uel uelle se uelle: & iste actus præambulus est ad rationē, & uoluntatē, & ista potentia correspondet primæ, pro eo qd actus eius maxime potēs est, & primus, cū nō moueatur, sed moueat: & iō a sanctis dī facultas,

siue potestas uoluntatis, & rationis. i. potestas faciliter mouēs uoluntatem, & rōnē: & consistit in istis tribus quædam ratio imaginis ex parte motiuæ. quæ principaliter per gratiam in uia, & per dotes in patria habet reformari. **ALIIS** autem aliter uideatur, qd cum rationis, & uoluntatis sit reflectere se super se, & istę duæ potentiæ sufficiant ad omnes actus animæ perficiendos, uidelicet ad iudicandum, & fugiendum, & eligendum, qd frustra poneretur in anima aliqua potentia differens ab istis. Si igitur natura nihil facit frustra, potentiæ animæ rationalis sufficiēter diuiduntur per cognitiuas, & affectiuas siue per rationem, & uoluntatem: & ideo dicunt qd liberum arb. non est potentia ab his duabus potētis distincta. **QUAELIBET** autem harū positionū multū habet probabilitatis: & si uelimus utramque earū intelligere diligēter, & pie inuenimus eas abinuicē non discordare, sed ad unius ueritatis maiore expressionē eōcurrere. Cū enim dicimus aliquā potentiam distingui ab aliis, hoc est dupliciter: aut secundum rem, aut secundū rationē. Secundum rem, sic distinguitur intellectus, & affectus. Secundū rōnem, sic distinguitur ratio, ut est cognitiua, & motiua. i. dictans moueri, uel disponēs ad motū. Loquēdo igitur de distinctione scđm rōnem dici pōt lib. arb. quodammodo distingui a ratione, & uoluntate, in hoc. s. qd lib. ar. nominat in ratione mouentis, uoluntas uero, & ratio in ratione moti: hæc in ratione imperantis, istę duæ

duæ in ratione exequentis: & ex ista parte per quandam rationē appropriationis inuenitur ī anima quædā ratio imaginis. Et per hunc modum intelligitur prima positio: & rationes currunt, quæ ad primam partem inducuntur. Non enim concludunt distinctionem liberi ar. a ratione, & uoluntate secundum rem, sed solum secundum rationem & appropriationē: sicut patet discurrenti per singulas. Loquēdo autem de distinctione potentiarū secundum rem, sic li. ar. non dicit potentiam diuersam, uel distinctam a ratione, & uoluntate, pro eo quod potentiæ anime rationalis sufficiēter diuiduntur per cognitiuam, & motiuā, & omnes actus animæ per has potentias, quæ sunt cognitiua, & affectiua, siue ratio, & uoluntas exerceri possunt, sicut rationes, quæ ad hoc inducuntur ostēdunt. Cum enim tam ratio, quā uoluntas sit nata super se reflecti, cum nomino uoluntatem, ut uolentem aliquid, & uoluntatem, ut uolentem se uelle, nō dico potentiam aliam, & aliam secundum rem: sed solum secundum rationem. Mouens enim, & motum in spiritualibus non oportet differre secundum substantiam: quia (sicut dicit Ansel.) Voluntas est instrumentū, seipsum mouens: & ratio etiam est uirtus seipsam cognoscens pari ratione: & ideo si aliqua est ibi distinctio, hæc est solum secundum rationem: Et sic patet responsio ad quæstionem, & ad rationes ad utranque partem. Cōcedo enim quod li. ar. secundū rem non dicit potentiam distin-

ctam a ratione, & uoluntate: cōcedo tamen nihilominus, qd aliquam distinctionem habet secūdum rationem: ratione cuius dicitur facultas utriusque: quanta autem sit distinctio melius patebit infra. Ad præsens autem tantum dixisse sufficiat, quod non est tanta distinctio, quæ faciat ipsam esse aliam potentiā in genere potentię a ratione, & uoluntate realiter distinctam.

Et **QVO** obicit, quod est si melius æternitari, & appropriatur patri, & est uirtus, a qua est posse, totum illud non ponit nisi solummodo distinctionē quādam secundum quandam appropriationem, & quandam rationem. Et hoc patet: quia ipsa ratio includit in se intelligentiā, & memoriam, & ita aliquid, per quod assimilatur patri, & aliquid, per quod assimilatur filio. Ipsa uoluntas includit in se irascibilem, & concupiscibilem: & ita potentiam, per quam appetit, & potentiam, per quam potest, & ideo non oportet, lib. arb. esse aliquam aliam potentiam præter has. **AD ILLUD**, quod ultimo obicitur, quod iudicans præminet iudicato, & mouens motu. Dicendum, quod non oportet in spiritualibus: loquendo de præminencia, quæ facit diuersitatem secundum essentiā. Sicut enim sæpe dictum est, eadem est uis, quæ uult aliquid, & quæ uult se uelle, & quæ iudicat se iudicare, alioquin esset infinitum abire: nihilominus tamen sortitur quasi dignius officium, dum est in ratione iudicantis, quam cum est in ratione iudicati, & cum est in ratione mouentis,

D Tho. 1. pa. q. 82. art. 3. negat li. ar. cō plectrō nē; sed tam uoluntatem; Quib. sequenti.

uentis, quam cum est in ratione moti.

QVAESTIO III.

An liberum arbitrium complectatur simul & rationem & uoluntatem?

VTRVM li. arb. complectatur simul, & rationem, & uoluntatem. Et quod sic, uidetur. Aug. de v. responsionibus. Cū de libero arb. loquimur, nō de parte animæ loquimur; sed de tota. ergo non tantummodo comprehendit cognitiuā, imo et affecti uā. **ITEM.** Dam. Aīa li. arb. libere appetit, libere iudicat, libere imperat, & facit, libere disponit, libere uult, libere eligit: sed hæc cōcernunt actus rōnis, & uoluntatis: ergo &c. **SI TV** dicas hoc esse dictum per causam, hoc nihil est: quia ipse ibidem dicit, q̄ in eo coniugatæ sunt uirtutes cognitiuæ, & uitiales: complectitur ergo li. arb. & uim motiuam, & uim cognitiuā. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur per diffinitionem liberi arb. quam ponit Ber. in Li. de libero arb. quod diffiniens dicit, q̄ li. arb. est consensus uoluntatis ob inamissibilem libertatem, & rationis indeclinabile iudiciū: ergo simul complectitur rationem, & uoluntatem. **ITEM.** Per aliam diffinitionem Aug. quam Magister ponit Dis. præcedēti, quæ talis est. Lib. arb. est facultas rationis, & uoluntatis: sed facultas uoluntatis surgit ex ipsa uoluntate, facultas rationis ex ipsa ratione: ergo facultas uoluntatis, & rationis cōprehendit utrāque potentiam: sed lib. arb. est facultas talis: ergo &c. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur ratione. Quia peccatum, & culpa est in solo libe-

ro arb. sed aliquod peccatum est in ratione, ut peccatum infidelitatis: aliquod in uoluntate: ergo. li. arb. comprehendit in se rationem, & uoluntatem. **ITEM.** Gratia, & uirtus est in solo libero arb. sed tres uirtutes theologice dicuntur esse in rationali, cōcupiscibili, & irascibili: ergo lib. arb. omnes illas potentias habet completi.

SED CONTRA. Li. arb. non potest cogi: ratio autem potest cogi: ergo li. arb. rationem ipsam nō cōprehendit. Quod autem ratio aliquādo cogitatur planum est. quod li. arb. non possit cogi, hoc iudicat ipsum nomen: si. n. posset cogi, non esset liberum. **ITEM.** Ratio est eorū, quæ sunt a nobis, & quæ non sunt a nobis: sed lib. arb. solum est respectu eorum, quæ sunt a nobis: ergo in plus est ratio quam li. arb. ergo li. arb. non comprehendit in se rationem. **ITEM.** Quod non comprehendat uoluntatem, uidetur. Voluntas nostra respectu aliquorum est impermutabilis: sed quicquid li. arb. nostrum appetit, permutabiliter appetit: ergo &c.

ITEM. Voluntas est possibiliū, & impossibiliū: sed lib. arb. est possibiliū tantum: ergo ad plura se extendit uoluntas, q̄ li. arb. ergo li. arb. non comprehendit in se rationē, & uoluntatē. **ITEM.** Rō et uoluntas sunt diuersæ potētiae, sed li. arb. est una potentia: cum habeat unum actum uidelicet eligere, siue consentire: ergo impossibile est. li. arb. comprehendere in se rationem, & uoluntatē. **ITEM.** Si li. arb. cōprehendit in se rationem, & uoluntatem, aut sicut partes subiectiuas, aut sicut partes

partes integrales. Si sicut partes subiectas: ergo tota rō lib. arb. saluatur in rōne, et tota rō in uoluntate: cū igitur alia potētia sit rō, & alia uoluntas, & numerato inferiori, numeratur superius: uē igitur, q̄ in quolibet hoīe sint duo libera arb. quod manifestè falsum est. Si autē sicut partes integrantes. Sed cōtra. Ex duabus potentiis nunq̄ fit una tertia potentia, maximè cū illæ potētiae manēt distinctæ, & actus earum sunt adinuicē ordinati, ita q̄ unus est ante alterū: si ergo rō, & uoluntas sunt potētiae distinctæ, & actus earū sunt ordinati adinuicē scđm prius & posterius, uē q̄ lib. arb. ex his integrari nō possit tamq̄ ex principiis cōstitutiuis: & ita uē, q̄ li. arb. uoluntatē, & rōnē non possit cōprehendere.

RESOLVTIO.

Vtraque definitio lib. arb. & nominis. s. & rei, utramque potentiam illud complecti, aperte declarat.

RESPON. ad prædictorum intelligentiam est notandū, q̄ lib. arb. simul cōprehendit & rōnem, & uoluntatem, & hoc non solum manifestat ipsa nōtiatio, sed etiā ipsa nōtificatio: manifestat etiā suæ proprietatis inquisitio. Nōtatio nōtā manifestat. Dicitur etiā liberū, & dicitur arbitriū: & arbitri. est ipsius rōnis, libertas uerò ipsius uoluntatis, ad cuius nutū & imperium moueri habent cætera, quæ sunt in nobis: & hoc est, qđ dicit Aug. de Quinque responsionibus. Li. arb. dī ab arbitrando, quia à rōnali parte quid eligat, quid ue recuset, nomē accepit. Hoc etiam patet per eius nōtationē: dicitur enim esse facultas rōnis, & uoluntatis, si-

S. Bon. Lib. 2.

ue consensus rōnis, & uoluntatis. Postremo illud amplius manifestatur per suæ proprietatis inquisitionē. Lib. em̄ arb. siue nōtā minet potētiam, siue habitū; nōtā minat ipsam potētiam, ut dīam, uel dominium ipsius potētiae: & hoc planum est ex ipso nōtā libertatis. Attendendum autē, q̄ dominiū alicuius potētiae potest esse dupliciter, aut respectu obiecti, aut respectu actus. Dominiū potētiae respectu obiecti attenditur in hoc, quod possit in illud, & in amplius: sicut equus, qui potest ferre. x. modios, dominium habet super tres modios ad portādum: quia præualet ad illud, qđ de facilitate portat. Dominium autē potētiae respectu actus est attendendum in hoc, quod potentia potest esse in actu, & cessare ab actu, secundū suum imperium, & secundum proprium motum. Ad hoc autem, q̄ aliqua potentia hoc dominium habeat, necesse est, q̄ ipsa possit mouere seipsam, & possit se super actum suum super seipsam reflectere. Si enim non posset seipsam super actum suum reflectere, nunquam posset illum refrēnare: nisi posset seipsam mouere, non posset illum exire, quando uellet. Reflectere autem se super se, hoc est uirtutis cognitiuæ sublimitate a materia, quæ quidem est ratio. Mouere autem se, hoc est uirtutis appetitiuæ rationem consequentis: ad hoc igitur, ut illud dominium sit in anima, necesse est, quod habeat rationē, & uoluntatem. Nam si rationem tantum haberet, non uoluntatem, per quā moueret, posset

petiti-
uā for-
maliter
licet ut
realiter
duas cō-
plectatur.

se super actum suum reflectere, sed non posset mouere, uel imperare. Si uero appetitum solū haberet, & non rationem: posset utique mouere, & in actum exire: sed quia non posset se super actum suum reflectere, non posset utiq; refrænare: & ita dominium non haberet. Sicut igitur ex concursu uirtutis duorū hominum resultat una quædā facultas ad portandum unum lapidem, quem non posset ferre alter eorum: & sicut ex concursu patris familias, & matris familias ad disponendum regimen domus resultat una potestas, & ita quod altera non sufficeret: & sicut ex concursu uirtutis manus, & oculi resultat potestas scribendi, ad quod altera illarū non sufficeret, sic ex concursu rationis, & uoluntatis resultat quædam libertas, siue quoddā dominium ad aliquid faciendū siue disponendum. Et sic patet quod lib. arb. rationem cōplectitur, & uoluntatem. Patet et, quod cum lib. arb. sit quædā potestas, siue quoddam dominium resultans ex cōiunctione istarū duarum potentiarum, scilicet rationis, & uoluntatis, quod optimè notatur per hoc, quod dicitur lib. arb. non uno nomine, sed cōposito: ut unum nomen respondeat rationi, & alterum uoluntati. Optimè aut diffinitur, cum dicitur esse facultas rationis, & uoluntatis: facultas enim non tantum nominat potētiam, imò facultatem potētiae, ex qua non tantum potens est, imò etiam præpotens est ad exeundum in actum, & ideo facultas dicit potestatem, siue dominium: quod

quidem dicitur esse rationis simul & uoluntatis, quia non est unius, nisi cōcomitante altera. Concedendæ sunt igitur rationes probantes, quod lib. arb. rationē cōprehendit, & uoluntatē.

AD RATIONES uero ad oppositum facile est respondere. Quod enim obiicitur, quod non comprehendit totā rōnem, nec totam uoluntatem. Dicendum, quod uerum est; sed comprehendit solum ipsam potentiam cognitiuam, in quantum iuncta est affectiuæ: & affectiuam, in quantum iuncta est cognitiuæ, unde dicit affectum de liberatiuum, uel deliberationē uolūtariam. Et propterea, quia ratio nominat ipsam potentiam cognitiuam, ut ordinatam ad affectiuam: & uoluntas ipsam affectiuam ut regulatam, & ratio cinatam à cognitiua: hinc est quod lib. arb. potius dicitur facultas uoluntatis, & rationis, quā intellectus, & affectus. Nō enim comprehendit totam cognitiuam, sicut duæ primæ rationes ostendunt, nec totam affectiuam sicut ostendunt duæ sequentes, sed aliquid huius, aliquid illius: sicut ostendunt rōnes ad primam partē inductæ. AD ILLVD, quod obiicitur, quod lib. arb. est potentia una, cū habeat actū unū. Dicendum, quod quāuis actus lib. arb. utpote eligere, & cōsentire unus esse uir: nihilominus tamē implicat in se actus diuersos. Cōsensus. n. dicit cōcordiā aliorū duorū, et ita dicit cōcursum actū rōnis, et uolūtatis in unū. Eligere em̄ includit in se rōnis iudicium, et uolūtatis appetitū; et ita quædam modū cōsentire, et eligere, et si

unus

An liberum arbitrium sit nomen habitus, uel potētiae?

unus actus esse uideatur: tamen diuersos actus in se includit: sic liberum arbitrium, & si uideatur una potentia, tamen diuersas in se potētias complectitur: ita quod ex concursu illarum se inuicem adiuuantium resultat in nobis regimen potestatis perfectæ. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, utrum complectatur eas sicut partes integrales, aut subiectiuas. Dicendum, quod non complectitur eas omnino sicut totum integrale, nec omnino sicut totum uniuersale, sed sicut totum potentiale, quod partim habet naturam totius integri, partim naturam totius uniuersalis. Naturam totius integri in hoc, quod in una illarum potentiarum non potest saluari absque altera. Naturam uero totius uniuersalis habet, quia ex illarum concursu adiuuicem, quamlibet illarum denominat. Vnde sicut duo homines facultatem habent ferendi lapidem, quam neuter per se habet: & ex illa facultate potentia cuiuslibet eorum dicitur esse facilis: nec tamen est una sine altera: sic intelligendum est in proposito. Et rursus: sicut similitudo est in duobus similibus: ita quod non est, in uno sine altero, & tamen quilibet eorum denominatur simul, nec dicuntur esse duæ similitudines, sed una: sic libertas dicitur esse in ratione, & uoluntate: ita quod utraque illarum potentiarum est libera ex cōiunctione suam cum alia, nec tamen sunt in eis duæ libertates, sed una: & sic patent obiecta.

VT RVM lib. arb. completatur rationem, & uoluntatem per modum potētiae, an per modum habitus. Et quod per modum potētiae uidetur. Primo per Ansel. in Lib. de Libero arb. ubi sic ait. Lib. arb. est potestas seruādi rectitudinē: sed potestas est in gñe potētiae: ergo &c. ITEM, Ber. de Lib. arb. Tolle lib. arb. iam non erit, quod saluetur: sed saluari non dicitur nisi potentia, uel substantia rōne potētiae: ergo lib. arb. uel est nomen substantiae, uel potētiae: sed non est substantiae: ergo est potētiae. ITEM. In nobis est ponere aliquā potētiam, quæ semper inclinatur ad bonum simpliciter, utpote synderesim: & aliquā quæ semper inclinatur ad bonū, ut nunc, quantum est de se: utpote sensualitatē: ergo est ponere potētiam medio modo se habentē, hanc autē dicimus lib. ar. ergo &c. ITEM. Omne, quod est susceptibile habitus, est potētia: sed lib. ar. susceptibile est habitus, utpote gratie, ergo est potētia. Quod autem lib. ar. sit susceptibile gratie, patet per Aug. qui dicit: quod gratia se habet ad lib. arb. sicut fessor ad equum.

SED CONTRA. Aug. i Ench. Libero arb. male utens hō, & se perdit, & ipsum: sed nulla potētia peccādo perditur, ergo lib. ar. nō est potētia. ITEM. Lib. ar. sic diffinitur ab Aug. cuius diffinitio posita est Dist. præcedenti. Liberū ar. est facultas uolūtatis et rōnis: facultas est illā, quo po

entia efficitur facilis: ergo cum omne illud, quod reddit potentiam facilem ad opus, reddat eam habitum, & tale sit habitus: uidetur &c. **ITEM.** Bern. de Libero arb. Lib. arb. est habitus animi liber sui: sed si hac diffinitio recte assignata est, ut quod lib. arb. essentialiter sit habitus, sed non nisi rationis, & uoluntatis: ergo &c. **ITEM.** Lib. arb. non est aliud (sicut dicit Magister in lra, & philosophi diffiniunt) quam liberum iudicium: non est potentia, sed actus, uel habitus: ergo &c. **ITEM.** Potentia non est potentia, nec potentia dicitur esse in potentia: sed lib. arb. est facultas rationis, & uoluntatis, & est in ratione, & uoluntate: ergo non uidetur, quod sit potentia aliqua, & est potentia, uel habitus: ergo &c. **ITEM.** Omne, quod habet diminui, & augeri, potius habet rationem habitus, quam potentia: sed lib. arb. est huiusmodi, sicut Magister dicit in littera, quod maior libertas est in beatis, quam in confirmatis: ergo &c.

RESOLVTIO.

Liberum arbitrium habitum principaliter nominat: & ut tale rationem, uoluntatemque complectitur.

RESP. Dicendum, quod cum queritur, utrum lib. arb. sit nomen habitus, uel potentia, hoc dupliciter potest queri. Aut ita quod queratur, utrum precise noiet habitum, uel precise noiet potentiam: & talis quaestio parum habet difficultatis, pro eo, quod fere omnia nomina potentiarum alicuius quando accipiuntur pro potentiis, aliquando pro habitibus, aliquando pro actibus. Sicut enim uult Philosophus; intellectus uocatur aliquando potentia intellectiua,

aliquando habitus intelligendi, aliquando actus. Et Ansel. dicit, quod uoluntas alicuius dicitur instrumentum, alicuius affectus, aliquando usus: & ideo hoc in proposito ratione non interditur. Alio modo potest intelligi praedicta quaestio, ut hoc inquiratur, uidelicet cui primo, & principaliter nomen lib. arb. imponatur, secundum quod de eo sacri Doctores loquuntur. Et ad istam questionem triplex est modus respondendi per diuersos. Quidam enim senserunt, quod lib. arb. nomen est potentiae, quae se habet per modum uniuersalis ad rationem, & uoluntatem: & comprehendit eas, sicut totum uniuersale comprehendit partes. Unde sicut potentia rationalis rationi, & uoluntati dicitur esse composita: sic est & libertas arb. secundum istum modum dicendi: sed istud supra improbatum est. Si enim nominaret potentiam uniuersalem ad rationem, & uoluntatem, iam cum ratio, uel uoluntas sint diuersae potentiae rationales, iam essent in eis diuersae libertates, & duo lib. arb. essent in quolibet homine. Et ideo est alia positio, quod lib. arbi. nominat potentiam ex uoluntate, & ratione constitutam ad aliquid faciendum, ad quod neutra illarum per se poterat. Et quia una iuncta alteri non tantummodo reddit potentiam potentem, sed etiam habitum, & facilem: hinc est quod lib. arb. non tantummodo nominat potentiam, sed etiam nominat habitum potentiam, & facilem. Et propterea nomen illud quamuis sit nomen impositum potentiae, uidetur tamen esse nomen habitus.

Sed

Sed quoniam difficile est intelligere, qualiter ex duabus potentiis una constituatur, uel quomodo lib. arb. (loquendo formaliter, & proprie) sit duae potentiae, maxime cum non dicatur esse ratio, & uoluntas; sed facultas uoluntatis, & rationis: IDEO est tertius modus dicendi, quod lib. arb. est nomen principaliter impositum habitui, & hoc plane manifestat ipsa nominis impositio. Arbitrium enim non dicit potentiam; sed habitum. Manifestat et ipsa notificatio, non enim dicitur lib. arb. esse potentia facilis; sed facultas potentiarum. Quemadmodum autem cum dico potentiam habitum, dico potentiam habitatam, sic cum dico facultatem potentiae, dico habitum eiusdem. Quoniam igitur lib. arb. secundum propriam suam assignationem facultas uoluntatis, & rationis recte esse dicitur, hinc est quod lib. arbi. principaliter dicit habitum, & complectitur rationem, & uoluntatem: non tanquam una potentia ex eis constituta, sed tanquam unus habitus, qui quidem dicitur facultas, & dominium: qui confurgit ex coniunctione utriusque, & potest esse super actus utriusque potentiae per se, & in se consideratae. Sicut arbitraria potestas in duabus personis regimen habet super actus utriusque in se consideratae. Concedendum sunt igitur rationes ostendentes quod lib. ar. nominat habitum, uerum enim concludunt, quia habitui principaliter imponitur, unde (essentialiter loquendo) haec est uera, Lib. arb. est habitus animae, siue facultas uoluntatis, & rationis.

AD EA uero, quae in contrarium obiciuntur, de facili respondetur. Concedo enim quod lib. arb. aliquid quando supponit potentiam, & accipitur pro potentia; sed hoc non est de sua principali significatione: sed sicut nomen potentiae frequenter trahitur ad nomen habitus, sic nomen habitus frequenter ad nomen potentiae. & sic patent ad utranque partem obiecta.

QUESTIO V.

An liberum arbitrium quidquam supra rationem, & uoluntatem addat?

VERVM lib. arb. aliquid addat supra rationem, & uoluntatem. Et quod sic uidetur. Omnis habitus addit aliquid supra potentiam: sed lib. arb. est habitus, sicut probatum est: ergo aliquid addit supra potentiam: sed est habitus rationis, & uoluntatis: ergo &c. **ITEM.** Sicut se habet potentia ad substantiam, sic se habet facultas ad potentiam: sicut enim substantia per potentiam dicitur potens, sic potentia per facultatem dicitur facilis: sed potentia addit supra substantiam; ergo & facultas supra potentiam, cuius est facultas; sed lib. arb. est facultas uoluntatis, & rationis: ergo &c. **ITEM.** Omne, quod contrahit aliquid, addit supra illud: sed lib. arb. non complectitur omnem actum uoluntatis, nec omnem actum rationis: & si hoc, ergo aliquo modo contrahit: si igitur omne contrahens aliquo modo addit, uidetur quod lib. arb. supra rationem, & uoluntatem aliquid addat. **ITEM.** Intellecto quod aliquis haberet rationem praeter uoluntatem, non haberet lib. arbi. similiter si haberet appetitum

titum præter rationem, non haberet lib. ar. si ergo non saluatur in ratione per se, nec in uoluntate, uidetur quod aliquid addat supra utranque.

SED CONTRA. Omnis habitus, qui addit aliquid supra potentiam, determinat potentiam ad aliquem actum: sed lib. ar. potius ampliat subiectum, siue potentiam, in qua est, respectu actuum, quam addat: ergo &c. ITEM. Lib. arb. quantum est de se respicit actum moris: sed nullus habitus moralis, qui addit aliquid supra potentiam est indifferens ad bonum, & malum: lib. ar. est ad bonum, & ad malum indifferens: ergo supra rationem, & uoluntatem nihil addit. ITEM. Possibile est intelligere potentiam circumscripto omni habitu, qui addit aliquid supra ipsam: sed impossibile est esse, uel intelligere aliquem habere uoluntatem, & rationem, qui non intelligatur habere lib. ar. ergo lib. ar. super rationem, & uoluntatem nihil addit nouum. ITEM. Aequae essentialis est animæ habere lib. arb. sicut esse ad imaginem Dei, (non dico aliquid additum substantiæ, & potentiis) ergo pari ratione nihil superaddo rationi, & uoluntati, cum dico animam habere lib. arb. ITEM. Si lib. ar. adderet aliquid supra rationem, & uoluntatem: aut ergo illud haberet ortum ab eis, aut non. Si non: ergo esset habitus infusus, uel acquisitus, quod absurdum est dicere. Si sic: ergo cum illud, quod addit supra alterum, & ortum habet ab eo, dependentiam habet ab illo: & quod dependet, & ortum habet ab altero, potius

habet ab illo regi, quam ipsam regere: potius habet subiici, quam dominari. ideo lib. arb. in homine non imperaret. ITEM. Si lib. arb. diceret habitum, qui adderet supra rationem, & uoluntatem, cum unum accidens non potest esse in duobus subiectis, uidetur quod ille habitus haberet plurificari propter multiplicationem subiecti primi, & quod plura arbitria essent in uno homine, quod omnino deuiat a recta ratione.

RESOLVTIO.

Nihil secundum essentiam: sed solū secundum relationem.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod cum habitus reddat potentiam facilem, & tribus modis habet habitus ad potentiam comparari. Quædam nanque potentia respectu alicuius actus est facilis per seipsam, ut patet cum dicitur, mens est nata ad meminerendum sui ipsius, uel intelligendum se: & tunc talis habitus non differt a potentia secundum rem, sed secundum rationem, & modum dicendi: & tunc non addit aliquid secundum essentiam, sed solum secundum rationem. Quædam est potentia, quæ respectu alicuius actus est habilis per aliquid sui, sicut potentia intellectiua ad cognitionem figurarum geometricarum, non est habilis per seipsam scilicet scientiam geometricam, sed potius per aliquod accidens, quod habet esse in ea, & tunc habitus talis addit supra potentiam, non solum secundum rationem, sed etiā secundum essentiam, & rem. Aliqua uero potentia facilis est ad ali-

aliquem actum per seipsam, non tamē sola, sed cum alia: & sic potentia rationalis sine aliquo habitu superaddito, ex sola coniunctione sui cum appetitu nata est in actum consentiendi, et eligendi exire: & hoc modo habitus, uel facultas non addit aliquid diuersum secundum essentiam, nec addit solum secundum rationem intelligendi, sed medio modo addit. scilicet secundum esse, quia non addit aliquid absolutum, sed respectuum: sicut patet, cum dico rationem per se, & rationem associatam, siue adiunctam uoluntati: non addo aliquid nouum supra rationem secundum se, sed solum coniunctionem sui ad alterum, quantum ad aliquem consequentem actum. Vnde sicut quando plures concurrunt ad trahendam nauem, uel ferendum lapidem, potentia unius reddit potentiam alterius facilem, ita quod nulla noua uirtus, uel habitus aduenit potentie alicuius trahentis in se: sic & in proposito intelligendum est se habere: & hinc est quod lib. arb. & si accidens esse uideatur, in quantum sonat rationem habitus secundum rem, tamē non est accidens potentie superadditum. Et iterum, licet habitus, quia tamen non dicit habitum unius potentie absolutæ, sed cum relatione unius ad alterum, in duabus autem potentiis, seu respectu duarum potentiarum potest esse unus: non enim est habitus superadditus per gratie infusionem, uel per innatam dispositionem: sed potius dicitur esse habitus, quo ratio, & uoluntas suis actibus dominatur. Qui quidem est in eis ex sua natura-

li origine, pro eo quod naturaliter istæ due potentie in eadē substantia sunt inditæ uel radicatæ, nec contingit unam ab altera separare. Concedendæ sunt igitur rationes ostendentes, quod lib. arb. secundum essentiam nihil addit supra rationem, & uoluntatem: addit tamen aliquo modo secundum esse, siue secundum relationem, quæ quidem non ponit aliquam nouam qualitatem esse in ratione, uel uoluntate, sed ponit rationem, & uoluntatem ad unum actum concurrere secundum naturalem aptitudinē.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod omnis habitus addit aliquid supra potentiam. Dicendum, quod illud non est uerum: intelligendo de additione essentiali, maxime ubi potentia est habitualis per seipsam. AD ILLUD, quod obiicitur, quod hominis potentia addit supra substantiam: ergo &c. Dicendum, quod non est simile, pro eo quod facultas essentialior potest esse potentie, quam sit potentia substantie: nihilominus tamen aliqua potentia est, quæ ad idem genus habet reduci cum substantia, sicut habitum fuit supra. AD ILLUD, quod obiicitur, quod lib. ar. aliquo modo contrahit rationem, & uoluntatem. Dicendum, quod hoc non est per additionem alicuius absoluti, sed propter concomitantiam rationis, & uoluntatis, quæ simul concurrunt ad dominium liberi arbitrii. non tamen se concomitantur in productione cuiuslibet actus proprii. Aliquid enim appetit appetitus, circa quod non est deliberatio, et aliquid nouimus, et credimus esse uerum, siue uoluntas

D. Tho. 1. part. q. 82. arti. 3. inquit quod lib. ar. est idem quod uoluntas secundum quod in ea est uirtus intellectus.

uelit credere, siue non. AD VL-
TIMVM iam patet responsio: quoniam
illud non concludit additionem
a licuius qualitatis noue super ra-
tionem, sed solum concomitan-
tiam uoluntatis, quoniam sine
uoluntate ratio libera non esset,
uel e conuerso. Si autem istae duae
potentiae ponantur in aliquo qua-
tuncunque nude, necesse est po-
nere in eo arbitrii libertatem,
et sic planum est, quod lib. arb.
et si dicat habitum complecten-
tem rationem, et uoluntatem, non
tamen dicit habitum accidenta-
lem sicut gratia, uel uirtus: imo
potius dicit illarum duarum po-
tentiarum dominium naturale,
respectu eius actus, qui est elige-
re, siue consentire: & propterea
sancti magis uocant lib. arb. fa-
cultatem, uel potestatem, quam uo-
cent habitum, ostendentes diffe-
rentiam eius ad alios habitus animae.

QVAESTIO VI.

*An penes rationem, uel penes uolun-
tatem liberum arbitrium prin-
cipaliter nobis insit?*

CVM lib. arb. sit habitus siue
facultas residens penes ratio-
nem, & uoluntatem coniunctim,
penes quam istarum potentiarum
principaliter nobis insit. Et quod
principaliter insit penes rationem,
uidetur primo per ipsam nomi-
nationem, qua dicitur esse lib.
arb. Si enim adiectiuum ponit
rem suam circa suum substan-
tium, & principaliter dicitur ali-
quid de aliquo, quod dicitur se-
cundum abstractionem, quam
quod dicitur secundum concre-
tionem, & habitus ille nomina-
tur arbitrium liberum, non li-
bertas arbitraria: arbitrium ue-
ro se tenet ex parte rationis: ui-

detur ergo &c. **ITEM.** Philoso-
phus dicit, quod ratio nata est re-
gere irascibilem, & concupiscibilem:
sed uoluntas consistit in illis
duabus uiribus. scilicet concupiscibili,
& irascibili: ergo ratio nata est
regere uoluntatem & rationem:
sed lib. arb. est magis regens, quam
rectum: ergo magis se tenet ex
parte rationis, quam uoluntatis.
SI RV dicat, quod Philosophus
intelligit de irascibili, & concu-
piscibili brutali: non de illa, in
qua consistit ipsa uoluntas, Con-
tra hoc est ipsa littera. Dicit enim
quod lib. arb. est liberum de uo-
luntate iudicium: si ergo iudica-
tis est regere iudicatum, patet
&c. **ITEM.** Facto ultimo iudicio
rationis semper uoluntas moue-
tur secundum illud: ergo si praerit
hoc tanquam iudicans, & illud
sequitur tanquam iudicatum,
cum liber as magis resideat pe-
nes illud, quod praerit, & impe-
rat, quam penes illud, quod sequitur, &
obedit, uidetur quod lib. arb. plus
tenet se ex parte rationis, quam uo-
luntatis. **ITEM.** Lib. arb. eo ipso li-
berum est, quo potest seipsum
restringere, & reprimere: sed re-
pressio actus uoliti non est nisi
per iudicium rationis: quia nisi
examine rationis interueniat, sem-
per uoluntas sequitur impetum
affectiōis: ergo libertas magis
est penes rationem, quam uoluntatem.

SED CONTRA. Lib. arb. eo ip-
so dicitur liberum, quia immu-
ne est a coactione: ergo penes il-
lud maxime est lib. arb. quod
magis elongatur a natura co-
actionis: & talis potentia est ipsa
uoluntas, non ratio: in multis enim
contingit rationem cogi, non sic
uoluntatem: ergo &c. **ITEM.** Libe-

rum

rum arbitrium est illud, quod est
in nobis imperatiuum: sed ma-
gis est imperatiua in nobis uo-
luntas, quam ratio: quicquid enim
ratio dicitur, semper illud fit, quod
uoluntas praeparat: ergo &c. **ITEM.** Lib. arb. est illud, ex quo
principaliter consistit in nobis
meritum, uel demeritum: sed me-
ritum, uel demeritum principa-
liter consistit penes uoluntatem:
ergo &c. **ITEM.** Lib. arb. est in no-
bis potentissimum, sicut dicit
Bern. & plures auctoritates hoc
sonant: sed nihil adeo est in pote-
state nostra, sicut est uoluntas,
& actus uolendi: ergo uidetur,
quod maxime penes uoluntatem re-
sident in nobis libertas.

RESOLVTIO.

*Liberum arbitrium in uoluntate
principaliter residet. Quippe quod
in ratione initiatum, in uolunta-
te consumatur.*

RESP. Dicendum, quod cum lib.
arb. sit facultas, siue dominium,
ex qua redditur potentia facilis,
non solum ad mouendum alia,
sed etiam ad mouendum seip-
sam, sicut ratio mouendi se, in-
choatur in ratione, & consum-
matur in uoluntate: sic & arbi-
trii libertas residet penes rationem,
& uoluntatem: ita quod in una il-
larum potentiarum inchoatur,
& in alia consummatur: ideo au-
tem dico motum inchoari in ra-
tione: quia non mouetur appeti-
tus, nisi praebulo cogitatu: ne-
quaquam enim possumus amare,
nisi cognoscamus: & ideo ad hoc,
quod motus fiat praerit cognitio di-
sponens, & subsequitur uoluntas
perficiens. Quantumcunque enim
praecedat cogitatus, nunquam tamen
motus sequitur, nisi ipsum impe-

ret uoluntatis affectio: & sicut uo-
luntas non habet moueri ad obie-
ctum acceptando, uel refugiendo
illud, nisi praebulo cogitatu:
sic et non habet approbare, uel
respuere, siue eligere, & refrena-
re actum proprium, nisi rationis
actus praecedat, qui dicitur ipsum
esse bonum, uel malum perficien-
dum, uel refrinandum. Ex tali enim
actu praebulo uoluntas in a-
ctu suo incipit complacere, uel
displicere: & sic patet, quod libertas
arbitrii, siue facultas, quae dici-
tur liberum arb. in ratione inchoa-
tur, & in uoluntate consumma-
tur: & quoniam penes illud prin-
cipaliter residet, penes quod con-
summatur, ideo principaliter li-
bertas arbitrii, & dominium in uo-
luntate consistit. Et iterum: quia
illud, in quo res inchoatur, se ha-
bet per modum materialis: illud
in quo consummatur, se habet per
modum formalis, & adiectiuum
respectu substantiui se habet per
modum informantis: ideo in no-
minatione illius potestatis no-
men respondens rationi signifi-
catur substantiue: nomen uero
respondens uoluntati signifi-
catur adiectiue: & propter hoc ma-
gis uocatur ista facultas liberum
arb. quam arbitraria libertas: &
per hoc patet responsio ad pri-
mum obiectum in contrarium.

AD ILLVD uero, quod obiici-
tur secundo, quod ratio regit irascibi-
lem, & concupiscibilem. Dicendum, quod
siue uis irascibilis, & concupisci-
bilis intelligatur de appetitu bru-
tali, siue de potentia appetiua ra-
tionali, utrumque tamen habet
regere ratio per modum dispo-
nentis, & consulentis, quantum est
de se. Quod autem regat per mo-
dum

dum imperantis, hoc non est nisi mediante uoluntate, quæ dat ei auctoritatem: uoluntas autem non dicit aliam potentiam per essentiam a concupiscibili, & irascibili: sed nominat ipsum appetitum, ut ratiocinatum, siue rationi coniunctum, & sic eius regere est, & imperare. Concupiscibilis autem, & irascibilis eandem potentiam nominant affectiuam, in quantum tamen habent regi: & ita dicuntur inferiores, non quantum ad naturam potentiam, sed quantum ad officium. Et hinc est, quod liberum arb. secundum rem cõprehendit istas tres potentias, uidelicet rationalem, irascibilem, & concupiscibilem, sicut dicit August. de quinque responsionibus. Cum de libero arb. loquimur, non de parte animæ loquimur, sed de tota: Hinc est etiã, quod cum ceteræ uirtutes non indocte ponantur in libero arb. non huic obuiat illud, quod conuenit dici: quod tres uirtutes theologice sunt in rationali, concupiscibili, & irascibili: uoluntas enim (ut iam dictum est) nõ nominat aliam potentiam secundum essentiam, & naturam ab irascibili, & concupiscibili, licet alio modo nominet. AD ILLVD, quod obiicitur, quod ratio iudicat, & uoluntas sequitur. Dicendum, quod duplex est iudicium rationis. Quoddam est in solo dictamine, & hoc est rationis secundum se. Aliud est secundum iudicium diffinitiuũ, ut fiat uel non fiat, & illud nunquam est sine uoluntate. Quantumcunque enim ratio delibere, in eam partem determinat

diffinitiuum iudicium, quã præoptat uoluntas. Et ideo cum dicitur, quod uoluntas sequitur iudicium: si intelligatur de iudicio, quod consistit in solo dictamine, non est semper uerum, quod ad illud sequatur uoluntas necessario. Si autem intelligatur de iudicio diffinitiuo, ex hoc nõ sequitur, quod uoluntas sequatur principaliter actum alienũ: immo potius actũ alienum trahit ad proprium. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, quod refrenatio est mediante actu rationis. Dicendum, quod uerum est, quod actui: rationis requiritur, sed nunquam ab illo principaliter est refrenatio. Quantumcunque enim ratio dicit actum uoluntatis esse malum: nunquam tamen uoluntas se retrahit, nisi uelit: & ideo sicut possibilis scribendi principaliter dicitur esse in manu, quã in oculo, licet ad eum concurrat uis oculi, & uis manus: sic intelligendum est in proposito. Ex dictis igitur patet, quid sit liberum arbitrium secundum rem, & qualiter se habeat ad rationem, & ad uoluntatem. Si enim omnia, quæ prædeterminata sunt, insimul conferantur in unum: puto satis possibile quietari intellectum: si quis autem in aliquo prædicto-

rum quiescere uelit
reliqua non per
tractans,
non
ita euidenter innotescet
ei, quæ sit liberi
ar. quidditas,
& essentia.

DI-

De libertatis arbitrii differentia secundum diuersa tempora.



*H*æ prædictis perspicuum fit, quod maior fuit libertas arbitrii prima quã secunda: & tertia multo maior quã secunda uel prima. Prima enim libertas arbitrii fuit, in qua poterat peccare, & non peccare. Vltima uero erit, in qua poterit non peccare, & non poterit peccare. Media uero, in qua potest peccare, & non potest non peccare, ante reparationem etiam mortaliter, post reparationem uero saltem uenialiter.

Hu. de
S. V. i. l. 3. sen
t. e. p.
terea
sciendũ
& li. 1. de
de sacr.
par. 6.
Ca. 16.

De quatuor statibus liberi arbitrii in homine.

Et possunt in homine notari quatuor status liberi arbitrii: ante peccatum enim ad bonum nil impediēbat, ad malum nil impellebat. Non habuit infirmitatem, ad malum & habuit adiutorium ad bonum. Tunc sine errore ratio iudicare, & uoluntas sine difficultate bonum appetere poterat. Post peccatum uero ante reparationem gratiæ premitur a concupiscentia & vincitur, & habet infirmitatem in malo; sed non habet gratiam in bono: & ideo potest peccare, & non potest non peccare, etiam damnabiliter. Post reparationem uero ante confirmationem premitur a concupiscentia; sed non uincitur: & habet quidem infirmitatem in malo: sed gratiam in bono: ut possit peccare propter libertatē, et infirmitatē, et possit nõ peccare ad mortē propter libertatē et gratiam adiuuantem: nondũ tamen habet posse omnino non peccare, uel non posse peccare, propter infirmitatem nondum perfecte absorptam, & propter gratiam nondum plene consummatam. Post confirmationem uero infirmitate penitus consumpta, & gratia consummata, nec uinci poterit, nec premi: & tunc habebit non posse peccare.

De corruptione liberi arbitrii per peccatum.

Vnde manifestum est quod præter alias pœnalitates pro peccato illo, incurrit homo pœnam in corruptione et depressione

Idem. sione liberi arbi. Per illud nāque peccatum naturalia bona
 in ipso homine corrupta sunt, & gratuita detracta. Hic est
 enim ille, qui a latronibus uulneratus est & spoliatus. Vul-
 neratus quidē in naturalibus bonis, quibus non est priuatus,
 alioquin nō posset fieri reparatio: spoliatus uero gratuitis:
 que per gratiam naturalibus addita fuerant. Hęc sunt da-
 ta optima, & dona perfecta: quorum alia sunt corrupta per
 peccatum. i. naturalia, ut ingeniu, memoria, intellectus: alia
 subtrahita, idest, gratuita: quāquā & naturaliter ex gratia
 sint: ad generalē Dei quippe gratiā pertinet. Sæpe tamē hu-
 iusmodi fit distinctio, cū gratiæ uocabulū ad speciē, non ad
 genus refertur. Corrupta est ergo libertas arbitriū per pec-
 catum, & ex parte perdita. Vnde Aug. in Ench. Libero arbi-
 trio male utens homo, & se perdidit, & ipsum. Cum. n. libe-
 ro arbitrio peccaretur, victore peccato, amissum est & libe-
 rum arbitrium. A quo enim quis deiectus est, huic seruus
 additus est. Ecce liberum arbitrium dicit hominem amissi-
 se: non quia post peccatum non habuerit liberum arbitrium;
 sed quia libertatem arbitrii perdidit: non quidem omnem,
 sed libertatem a miseria & a peccato.

De tribus modis libertatis arbitrii.

Est namque libertas triplex scilicet a necessitate, a pec-
 cato, a miseria. A necessitate, & ante peccatum, & post,
 æque liberum est arbitrium. Sicut enim tunc cogi non pote-
 rat, ita nec modo. Ideoque uoluntas merito apud Deum iu-
 dicatur, quæ semper a necessitate libera est, & nunquam
 cogi potest. Vbi necessitas, ibi non est libertas, nec volun-
 tas, & ideo nec meritum. Hęc libertas in omnibus est, tam
 in malis quàm in bonis. Est & alia libertas, a peccato, sci-
 licet: de qua dicit Apostolus, Vbi spiritus domini, ibi li-
 bertas. Et ueritas in euangelio, Si filius uos liberauerit,
 uere liberi eritis. Hęc libertas a seruitute peccati li-
 berat, & seruos iustitiæ facit: sicut econuerso seruitus pec-
 cati liberos iustitiæ facit, unde Apostolus, liberati à pecca-
 to, serui facti estis iustitiæ. Et item, cum serui essetis peccati,
 liberi fuistis iustitiæ. Hanc libertatem peccando homo ami-
 dit. Ideoque Aug. dicit quod homo malè utens libero arbi-
 trio,

trio, et se perdidit, & ipsum: quia perdita est per peccatum
 libertas, non a necessitate; sed a peccato. Qui enim facit pec-
 catum, seruus est peccati.

Qui habent hanc libertatem, scilicet a peccato, &
 per quid.

Istam libertatem, quæ est a peccato, illi soli nunc habent,
 quos filius per gratiam liberat & reparat: non ita quod pe-
 nitus sint sine peccato in hac mortali carne; sed ut in eis
 peccatum non dominetur, neque regnet. Et hęc est uera &
 bona libertas, quæ bonam parit seruitutem, scilicet iusti-
 tiæ. Vnde Aug. in Enchi. ait, Ad iustitiam faciendā non erit
 aliquis liber, nisi a peccato liberatus esse iustitiæ cœpit ser-
 uus, & ipsa est uera libertas, propter facti latitiam, si-
 mul & pia seruitus, propter præcepti obedientiam. Est alia
 libertas non uera, male seruituti adiuncta, quæ est ad ma-
 lum faciendum: ubi ratio dissentit a uoluntate, iudicans
 non esse faciendum quod uoluntas appetit: ad bonum uero
 faciendum concordat ratio uoluntati: ideo ibi uera libertas
 est, & pia. De libertate autem ad malum, & seruitute ma-
 la, ait Aug. in Ench. Seruo additō peccato, quæ potest esse li-
 bertas, nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim
 seruit, qui sui domini uoluntatem libenter facit: ac per hoc
 ad peccandum liber est, qui peccati seruus est.

Quæstio de libertate ad malum.

Hic quæri potest, Vtrum hæc libertas, qua quis liber est
 ad malum, sit libertas arbitrii. Si enim libertas arbitrii
 est, bonū quidē est: quia libertas arbitrii bonū naturale est.
 Quibusdā uidetur quod sit ipsa libertas arbitrii, quæ sem-
 per bona est; sed propter peccati seruitutē ad malū sit libe-
 rior, & pronior: & ideo dicitur non esse uera libertas; quia
 ad malum est. Alijs autem uidetur quod hæc libertas ad ma-
 lum, quam supra commemorauit Aug. non sit ipsa libertas
 arbitrii: sed sit quedam pronitas peccandi, & curuitas, quæ
 ex peccato est, & mala est.

Quæstio alia de libertate ad bonum.

Similiter etiam quæri solet. Vtrū illa libertas uera, quæ
 est ad iustitiam faciendam, sit ipsa libertas arbitrii. Quidam
 dicunt

Cap. 30
 2. Pe. 2

2. Co. 3
 Ioan. 8
 Rom. 6

In Enc.
 cap. 30
 Ioan. 8

Ioan. 8

Rom. 6
 Ca. 30.

Cap. 30
 perius
 citato.

dicunt illa eandem esse; sed reparatam per gratiam, qua iuuante, libera est ad bonum: sine gratia vero, non est libera ad bonum. Vnde Augustin. in Enchi. ista libertas ad bene faciendum nunquam erit homini addito, & uendito sub peccato; nisi eum redimat qui dicit, Si filius vos liberauerit, uere liberi eritis. Quod antequam fieri in homine incipiat, quomodo quisquam de libero arbitrio gloriatur, qui nondum est liber ad operandum bene? Ecce aperte ostendit liberum arbitrium per gratiam liberari, ut per illud bene operetur quis. Ideoque dicunt illam libertatem ueram, quæ est ad benefaciendum, cuius supra meminit Augustinus esse libertatem ipsam arbitrii gratia Dei liberatam & adiuuatam. Alij uero putant non esse ipsam arbitrii libertatem; sed aliam quandam: quæ ex gratia, & libero arbitrio in mente hominis, Deo operante incipit esse cum reparatus est.

Certa determinatio utriusque quæstionis.

Verum nobis magis placet; ut ipsa libertas arbitrii, & illa, qua quis liber est ad malum, & illa qua quis liber est ad bonum faciendum. Ex causis enim varijs sortitur diuersa uocabula. Dicitur enim libertas ad malum faciendum, antequam per gratiam sit reparata: sed cum per gratiam fuerit reparata, dicitur libertas ad bonum faciendum: quia ante gratiam libera est uoluntas ad malum, per gratiam uero libera fit ab bonum. Semper ego uoluntas hominis aliquo modo libera est: sed non semper bona est. Non enim est bona, nisi a peccato liberata: est tamen a necessitate libera. Vnde Augustin. in Libro de gratia & libero arbitrio, Semper in nobis uoluntas libera est; sed non semper bona est. Aut enim libera est iustitia, quando seruit peccato, & tunc est mala; aut a peccato libera est, quando seruit iustitia, & tunc est bona.

De libertate a miseria.

Est iterum libertas a miseria: de qua Apostolus ait. Et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Hanc libertatem habuit homo ante peccatum; quia omni carebat miseria, & nulla tange-

batur

batur molestia: & plenius habebit in futura beatitudine, ubi miser esse non poterit. Sed in hac uita, quæ est inter primum peccatum, & ultimam confirmationem, nemo a miseria liber est: quia pœna non caret.

Repetit de corruptione liberi arbitrii, ut alia addat.

Ex prædictis iam apparet, in quo per peccatum sit immutū, uel corruptū liberū arbitriū: quia ante peccatū nulla erat homini difficultas, nullūque impedimentū de lege membrorum ad bonum, nulla impulsio, uel instigatio ad malum. Nunc autem per legem carnis ad bonum impeditur, & ad malum instigatur: ut non possit uelle, & perficere bonum, nisi per gratiam liberetur, & adiuuetur: quia ut ait Apostolus, Peccatum habitat in carne. Liberum ergo arbitrium cum semper, & in singulis sit liberum, non est tamen pariter liberum in bonis, & in malis, & ad bona, & ad mala. Liberior est enim in bonis, ubi liberatum est: quàm in malis, ubi liberatum non est. Et liberior est ad malum, quod per se potest: quàm ad bonum, quod nisi gratia liberetur & adiuuetur, non potest.

De libertate, quæ fit ex gratia, & quæ ex natura.

Libertas ergo a peccato & a miseria per gratiam est: libertas uero a necessitate per naturam. Vtranque libertatem, natura scilicet & gratia, notat. Apostolus cum ex persona hominis non redempti ait, Velle adiacet mihi: perficere autē bonum nō inuenio: ac si diceret, habeo libertatem nature: sed non habeo libertatem gratia: ideo non est apud me perfectio boni. Nam uoluntas hominis, quam naturaliter habet, non ualet erigi ad bonum efficaciter uolendum, uel opere implendum, nisi per gratiam liberetur, & adiuuetur. Liberetur quidem, ut uelit: & adiuuetur, ut perficiat. Quia ut ait Apostolus, Non est uolentis uelle, neque currentis currere, id est, operari: sed miserentis Dei, qui operatur in nobis uelle, & operari bona: cuius gratiam non aduocat hominis uoluntas, uel operatio; sed ipsa gratia uoluntatem præuenit præparando, ut uelit bonum, & præparatam adiuuat, ut perficiat.

Rom. 9

AdPhi.

2.

Supra



VPRA egit Magister de libero arbitrio secundum id, quod est in generali. In hac parte agit de diuersis statibus eius in speciali, ostendens quod secundum diuersos eius status diuersi sunt libertatis gradus, pro eo quod libertas arbitrii minui habet per peccatum. Et quoniam non omnis libertas habet diminui: ideo pars ista continet tres particulas. In prima assignat Magister gradum libertatis in homine secundum diuersos status. In secunda uero assignat diuersas differentias libertatis. *ibi. Est namque libertas arbitrii triplex, &c.* In tertia uero breuiter epilogat, ostendens, quo genere libertatis liberum arb. intelligi debeat minui per peccatum. *ibi. Ex predictis iam apparet, &c.* Prima pars habet tres particulas. In prima determinat gradus libertatis. In secunda uero assignat status diuersos hominis, in quibus libertas habet augeri, & diminui. *ibi. Et pos sunt notari in homine, &c.* In tertia uero determinat, per quid minui hēt arbitrii libertas. *ibi. Unde manifestum est, quod prater alias, &c.* Similiter secunda pars tres habet partes secundum triplicem libertatis differentiam. Primo enim agit de libertate a coactione: secundo de libertate a culpa, seu peccato. *ibi. Est & alia libertas a peccato, &c.* Tertio de libertate a miseria. *ibi. Est iterum libertas a miseria, &c.* Aliarum autem partium diuisiones manifeste sunt in litera.

Dub. 1. Corrupta est ergo libertas arbitrii, &c.) Obicitur. Hoc est

contra Bern. qui dicit in Libro de libero arbitrio. Nec miseria amittitur, nec culpa minuitur. Item. In eodem libro loquēs de libero arbitrio, Sui omnino diminutionem, uel defectum non patitur. Et iterum ipse ibidē dicit. Libertas liberi arbitrii de ipso, quo condita est; statu aliquatenus non mutatur; sed æqualiter (quantum in se est) a cælis, & terris, & inferis possidetur: ergo male assignat Magister diuersos gradus libertatis arbitrii. Item. Si libertas arbitrii potest per peccatum diminui, cum non sit infinita, aliquando poterit amitti: ergo si impossibile est creaturam rationalem absque libertate arbitrii esse, impossibile est ipsum per peccatum diminui. Respon. Ad hoc dicendum, quod est loqui de libertate arbitrii quantum ad esse, & quantum ad bene esse. Si loquamur quantum ad esse, sic liberum arbitrium, non potest diminui per peccatum. Si loquamur quantum ad bene esse, sic excludit malum duplex, uidelicet culpæ, & pœnæ. quantum ad hoc liberum arbitrium potest diminui: & hæc libertas per peccatū tolli potest, sicut in damnatis, qui necessario sunt subiecti malo culpæ, & pœnæ: Et per hoc patēt obiecta contra hoc; quia pcedūt de libertate, intelligēdo quantum ad esse.

Est namque liberum arbitrium triplex, &c. Videtur quod ista diuisio sit superflua. Cum. n. nō sit nisi duplex malum. s. culpæ, & pœnæ, uidetur quod non sit nisi duplex libertas: cum ergo libertas dicat ereptionem ab aliquo malo, uidetur quod nō debeat esse nisi

nisi duplex libertatis differentia. Item. Cum non sit tantum malum culpæ, & pœnæ, sed etiam tentationis: uidetur prædicta diuisio esse diminuta, quæ omittit unam differentiam, quæ est libertas arbitrii a malo tentationis. Si tu dicas eā contineri sub libertate arbitrii a miseria. Contra Cum Bernar. in Lib. de Libero arbi. diuidat libertatem arbitrii in libertatē arbitrii, & consilii, & cōplaciti: quæritur quæ sit inter has diuisiones differentia, & penes quid sumantur harum diuisionum membra. Respon. Dicendum quod (sicut ex præcedentibus colligi potest) arbitrii libertas, & priuatiue dicitur, & positiue. Priuatiue dicitur per operationē ad illud, respectu cuius dicitur libertas, ut a quo: positiue per cōparationem ad illud, respectu cuius dicitur libertas, ut ad quod. Libertas autem opponitur seruituti: seruitus autem duplex est: uidelicet, seruitus coactionis, & seruitus subiectionis. Seruitus autem subiectionis potest esse sub duplici differentia, secundum quod duplex est malum, scilicet malum quod patimur: & hoc est malum miseriæ, & in hoc attenditur libertas a miseria: & malum quod facimus: & hoc est malum culpæ, & in hoc attenditur tertia libertatis differentia. Et sic patet, quod consideratur per comparisonem ad illud, a quo libertas habet diuidi in tres differentias, quæ sunt libertas a necessitate, a culpa, & a miseria. Si autem consideretur libertas per comparisonem ad illud ad quod, scilicet ad actum, in quem exit: hoc potest esse

terminum a quo. Et sic patet di-
uisionum sufficientia. Patet et
responsio ad obiecta. Præter
enim malum culpæ, & pœnæ est
a signare differentiam tertiam
libertatis arbitrii, quæ non su-
mitur respectu mali: utpote il-
la, quæ attenditur quantum ad
esse; & malum tentationis quo-
dammodo ad malum pœnæ. Ad
malum culpæ in quantum sub-
intrat interius: ad malum uerò
pœnæ, in quantum affligit ex-
terius: & sic facit quartum
membrum ab illis tribus di-
uersum.

Verum nobis magis placet, &c.)
Dub. 3. Hoc uidetur esse contra Ansel.
Lib. de qui dicit quod potestas peccandi nõ
lib. ar. est libertas, nec pars libertatis.
cap. 1. Item. Videtur etiam esse cõtra
rationem, quia unumquodque
debet denominari a suo optimo
& libertas, quæ est ab omni mi-
seria, & culpa, hæc est ab omni
miseria: ergo liberum arbitriũ
debet denominari ab illa. Item.
Si liberum arbitrium dicitur nõ
solum quia est in bonum, sed et
quia potest in malum, cum in
beatis non possit in malum, ui-
detur, quod equiuoce dicatur liber-
tas arbitrii in uiuatoribus, & in
beatis. Sed contra hoc est, quia
comparatio secundum maius,
& minus est respectu solius uni-
uoci. Si ergo equiuoce diceretur
liberum arb. in beatis, & in no-
bis, non esset maior libertas in
beatis, quàm in nobis, quod est
cõtra Magistrum in litera, qui
differenter gradus libertatis assi-
gnat. Propter hoc est quæstio,
utrum libertas a coactione, &
copula, & a miseria dicatur
æquiuoce, uel uniuoce, & cui

primo nomen libertatis impo-
natur? Respon. Dicendum, quod cū
nomen imponatur rei a proprie-
tate, quæ est sibi inhærens inse-
parabiliter, & essentialiter, & li-
bertas essentialis liberi arb. non
sit libertas a culpa, uel a mis-
eria, sed libertas a coactione, ab
illa libertate arbitrii habet de-
nominari. Et quoniam hæc in
creaturis, quantum est de se, in-
differens est ad bonum, & ma-
lum: ideo Magister de hac in-
telligens dicit in litera, quod li-
bertas, a qua liberum arbitrium
denominatur liberum, non est
libertas ad bonum tantum, sed
etiam ad malum: non quod princi-
paliter respiciat malum, sed quia
de generali nominis significa-
tione non determinatur ad bo-
num, licet principaliter respiciat
bonum, quàm malum. Et per
hoc patet responsio ad primum
obiectum. Ad illud uerò, quod
obiicitur, quod denominatio
debet fieri ab optimo. Dicen-
dum, quod illud uerum est de
optimo non quocunque, sed es-
sentiali, & inseparabili. Ad illud,
quod quæritur, utrum dicatur
libertas æquiuoce, uel uniuo-
ce. Dicendum, quod nec sic, sed
secundum quandam analogiã,
quæ propter conuenientiam
cum uniuoco recipit compara-
tionem, secundum magis, & mi-
nus, propter conuenientiam cū
æquiuoco recipit quandam di-
stinctionem multiplicatis: ana-
logum enim medium tenet in-
ter uniuocum, & æquiuocum; &
sic patent ea, quæ quæsitã sunt.

AR-

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

*An liberum arbitrium in quibus-
cunq; est; secundum magis,
& minus est; uel æquè?*



D. intelligẽtiam hu-
ius partis, cum su-
pra habitum sit de li-
bero ar. in se, quæri-
tur hic de ipso in comparatio-
ne. Et circa hoc quærentur sex.
Primò quæritur de libero ar. in
comparatione ad subiectũ. Secũ-
dò quæritur de ipso in cõpara-
tione ad actũ. Tertio uerò quæ-
ritur in comparatione ad obie-
ctũ. Quarto in cõparatione ad
aliquod aliud agens creatum.
Quintò in cõparatione ad mo-
uens primum. s. Deum. Sextò,
& ultimo in comparatione ad
corpus coniunctum.

D. libero arbitrio in compa-
ratione ad subiectum, utrũ
in oĩbus, in quibus est, sit æqua-
liter, aut secundum magis, & mi-
nus. Et quod sit in omnibus æqua-
liter, uidetur primò per Bern in
Lib. de Lib. arb. Manet libertas
uoluntatis tam plena in bonis,
quàm in malis: sed in bonis ordina-
tior, tam integrã quoq; suo mo-
do in creatore, quàm in creatura.
I T E M. In eodem libertas arbi-
trii cunctis pariter ratione uten-
tibus competit, nec magis est in
bonis, quàm in malis. Et iterum sub-
iugit, quod nec augetur gratia, nec
minuitur culpa. I T E M. Liberũ
ar. eo ipso dicitur liberum, quo
est a coactione immune: sed om-
ne lib. arb. est ab omni coactio-
ne immune: ergo si libertas arbi-
trii in quolibet uniuersaliter
priuat coactionẽ, & oĩmodam

priuationem non est magis, &
minus reperiri, arbitrii libertas
in oĩbus, in quibus est, equaliter
est. I T E M. Magis, & minus est
per permixtionẽ unius ad alte-
rũ: sed libertas arbitrii nullo mō
põr permisceri in aliquo serui-
tuti sibi contrarię, quæ quidem
est seruitus coactionis: ergo nõ
uidetur, quod possit secundũ magis,
& minus participari: ergo equa-
liter est in omnibus, in quibus
inuenitur.

S E D C O N T R A. Liberum ar.
est potestas seruandi rectitudi-
nem, sicut dicit Ansel. sed ma-
ior est potestas seruandi rectitu-
dinem in bonis, quàm in malis: in cõ-
firmatis, quàm in nõ cõfirmatis: er-
go lib. ar. contingit secundũ ma-
gis, & minus participari. I T E M.
Libertas arbitrii est quædam no-
bilis dignitas in anima rationa-
li: sed in nulla proprietate digni-
tatis creatura põt æquari crea-
tori: ergo impossibile est liber-
tatẽ arbitrii inter creaturam, &
creatorem æqualiter reperiri.
I T E M. Libertas arbitrii est fa-
cultas, quæ fundatur supra rō-
nẽ, & uoluntatẽ: sed uirtus cogni-
tiua multo perfectior reperitur
in Deo, quàm in creatura, & in una
creatura plus, quàm in alia. Similiter
& uis appetitiua: ergo pari rōne
& illa facultas, ex qua potentia
rōnalis, et potẽtia uoluntatis libe-
re esse dñr. I T E M. Liberius est
illud, in quo cadit nullũ genus
seruitutis, quàm in quo põt aliqd ge-
nus seruitutis cadere: cū igr ali-
qua sint, quæ nullo mō pñt subiici
nec pẽtõ, nec miserie, quã uerò,
quæ eis subiecta sunt, & seruiũt, vñ
ergo, quod ab his, & illis liber. arb.
non participetur æqualiter.

Ddd 2 RESP:

Quo ad immunitatē coactionis equē in omnibus est liberum arbitriū.

Quò uerò ad dignitatem, præstantius in Deo. Sed quò ad iustitiam seruandam inæqualiter in creaturis reperitur.

RESPON. Ad prædictorum intelligentiā est notandū, q̄ cum quæritur, utrū lib. ar. sit æqualiter in oībus, non est q̄ de ipso secūdū q̄ dicitur liberū ea libertate, quæ est a miseria, uel a culpa: hoc. n. modo planū est, q̄ liberius est i uno, q̄ in alio. Sed est q̄ de libero arb. secūdū q̄ dicitur libertas à coactione: sic. n. vñr auctoritates sanctorū sibi inuicē repugnare. Et p̄p̄ea ad contrarietate (quæ vñr) de medio dirimendā, intelligendū est, q̄ liberū arb. siue libertas arbitrii, & dicit cōparationē ad illū a quo, & ad illud ad q̄d. Per cōparationē ad illud a quo, dīr priuatiue, siue negatiue: dīr. n. liberū a coactione, p̄ eo q̄ est ab omni coactione immune. Per cōparationē ad illud, ad q̄d dīr positiue, p̄ eo, q̄ libertas ar. est q̄dā facultas siue ptās seruandi rectitudinē: hæc aut facultas prout priuationi coactionis cōiūcta est, habet quādā dignitatē: dignitatis em̄ est, & ptās non posse cogi. Et sic in li. ar. intellectu tria clauduntur, uidelicet a coactione immunitas, excellētē dignitas, & ptās, siue facultas. Quātū ad primū, liberū arb. in oībus, in quibus est, æqualiter se habet: sicut dicunt auctoritates Bernardi, & ostēdūt rōnes ad hoc inductæ: pro eo q̄ in omni, in quo ponitur simpliciter, & uniuersaliter, oēm excludit coactionē: propte

rea dicit Bernardus, q̄ ita plena est arbitrii libertas in creatura suo modo, sicut in creatore: q̄d & si non possit intelligi ueraciter esse dictū de aliquo, quod dicitur per positionē: p̄t tamen intelligi de eo, q̄d dicitur per oīmodam priuationem. Quantum ad secundū, uidelicet quātum ad excellentiē dignitatem, est æqualiter in comparatione creaturarum ad creatorem. Dignitas enim liberi ar. increati superexcellit omnem dignitatem liberi arbitrii creati, quia illa est dignitas summa, & omnis dignitas creata est dignitas infra illam, & propter illam: & sic inæqualitas inest libertati arbitrii quantum ad dignitatem, prout consideratur in creaturis, & creatore. Prout autem consideratur in creaturis relatis adinuicem, sic habet in eis reperiri æqualiter: pro eo, q̄ omne liberum ar. immediate est sub Deo constitutum, & quodlibet est suarum operationum post Deum primum principium. Attenditur enim secundum rationalis creaturæ supremū, quo solus Deus superior est, sicut uult August. Quantum autem ad tertium, uidelicet quātum ad facultatem, aut ad seruandæ iustitiæ potestatem, sic inæqualitas reperitur, non solum in creaturis, & creatore, sed etiam in creaturis comparatis adinuicem. Vna enim creatura multo potentior est altera in rectitudine seruanda, sicut beata, quam misera: & hoc est, quod dicit Ansel. in Libro de Libero arbitrii. Libertas arbitrii alia ē a se, quæ nec est accepta ab alia, nec facta

ta est, quæ est solius Dei. Alia est a Deo facta, & accepta, q̄ est angelorū, & hoīum. Facta autē, siue accepta, alia est habēs rectitudinē, quam seruat, alia carens. Habens, alia tenet separabiliter, alia inseparabiliter. Carens autē, alia caret recuperabiliter, alia irrecuperabiliter. Ex hac diuisione Anselmi apparent gradus libertatis, non solum in creaturis respectu creatoris, sed etiā in creaturis ad inuicē relatis. Sumitur. n. hæc diuisio libertatis secundum id, quod est in ea positionis: & hoc modo contingit eam secundum plus, & minus in habentibus liberum ar. reperiri: & sic procedunt rationes prius adductæ.

PATET igitur ex prædictis responsio ad quōnē propositā: patet nihilominus responsio ad obiecta: quia rōnes, quæ p̄bant equalitatē; arguunt de libero arbitrio penes id, q̄d dicit priuationē. Rationes uero ad oppositum, penes id, quod dicit positionē: & ideo utraq̄ue concedendæ sunt, quia diuersis uis uerum cōcludunt.

QVAESTIO II.

An liberum arbitrium sit actuum contingentium tantum, uel etiam necessariorum.

DE libero arbitrio in comparatione ad actum. Et quæritur, utrum sit actuum contingentium, & necessariorum, an contingentium tantum. Et q̄ sit cōtingentium tantum, uidetur per Magistrum in 2. cap. huius Dist. ubi ait sic. Hoc autē sciendū, q̄ liberum ar. non refertur ad præsens, uel ad præteritū, sed ad futura contingentia. ITEM. Liberum arbit. est respectu eorum actuum, qui sunt a nobis, & co-

rum, de quibus consiliamur. Si igitur non conciliamur de necessariis, & impossibilibus, sed de contingentibus, & ea, q̄ sunt in nobis, possumus facere: & nō facere, uidetur quòd soli actus contingentes ad liberum arb. habeant pertinere. ITEM. Liberum ar. est potestas rationalis: sed potestas rationalis est indifferēs ad faciendum & non faciendum: & nihil, quod exit a potētia, indifferenter se habēte ad hoc, & ad eius oppositum, est necessariū, sed contingens: ergo &c. ITEM. Necessariū, & uoluntarium ex opposito diuiduntur: ergo si actus liberi arb. esset necessarius, non esset uoluntarius: si ergo omnis actus liberi ar. est uoluntarius, ut quòd nullus sit necessarius.

SED CONTRA. Aug. i Ench. Erit homo sic, ut uelle male nō possit: nec tamen ideo carebit libero arb. Et paulopost. Neque autē uoluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati sic esse uolumus, ut esse miseri non solum nolimus, sed nequaquam p̄sus uelle possumus. Et ex hoc expresse colligitur, q̄ liberum arb. est respectu actus necessarii, & immutabilis. ITEM. Liberum ar. est in Deo, et angelis, et in hominibus beatis: sed Deus est immutabilis per naturam: angelus uero, et homo beatus per gloriam: ergo in ipsis liberum ar. necessario, et immutabiliter in suum actum exit: igitur non solum est respectu actus contingentis, uerum etiam necessarii. ITEM. Non est meritum sine actu liberi arb. sed iste, qui fecit bonū, uult se fecisse, et hoc ipso meretur: si igitur hūc fecisse bo-

num, demonstrato illo, q̄ fecit, est necessariū, libe. arb. est respectu actus necessarij et sc̄m statum meriti. **ITEM.** Liberum arbitriū est potestas nō alligata, eo ipso q̄ liberū est: si igitur potentia intellectiua eo ipso, q̄ nō est alligata, potest cognoscere necessaria: ergo cum uoluntas uel arbitrii libertas ad nihil astringatur, uidetur q̄ erit respectu actuum necessariorum, & contingentium simul.

RESOLVTIO.

Liberum arbitrium secundum quod liberum; & de necessarijs, & de contingentibus est. Secundum autem quod deliberans; non nisi contingentibus tantum.

RESPON. Dicendum, q̄ liberum arbitriū dupliciter potest considerari. Aut secundum q̄ liberum, aut secundum q̄ deliberans. Si loquamur de ipso secundum q̄ liberum, sic concedo, q̄ potest esse non solum respectu contingentis, sed etiā necessarii: sicut patet in Deo, & in Christo, & in angelis, & in hominibus beatis. Cum. n. duplex sit necessitas, uidelicet coactionis, & immutabilitatis. Necessitas coactionis repugnat libertati arbitrii: necessitas uero immutabilitatis non pro eo q̄ arbitrium dicitur liberum: quia non sic uelit hoc, ut possit uelle eius oppositū: sed q̄a omne, quod uult, appetit ad sui ipsius imperiū: quia sic uult aliquid, ut uelit se uelle illud: & ideo in actu uolēdi seipsum mouet, & sibi dominatur, & pro tanto dicitur liberum, quamuis immutabiliter ordinetur ad illud. Si autē loquamur de libero arb. sc̄m quod deliberans, utrū hoc

fiat, uel non fiat, sic actus eius, de quo deliberat, est contingēs. Nullus. n. deliberat de necessario, & impossibili: actus tamē ille potest esse circa necessarium, uel circa cōtingens. In libero. n. arb. est considerare actum uolēdi, & ipsum uolūtum. Et in quantum lib. arb. est deliberans, necesse est, quod contingētia sit circa utrumque istorum, uel circa alterum. Circa utrumque, ut cum quis deliberat, utrum uelit intrare religionem, uel diligere inimicū. Circa alterum, ut cum quis deliberat, utrum debeat sibi placere, uel displicere malum quod fecit, uel utrum debeat cōsentire: uel dissentire appetitui naturaliter inserto, utpote appetitui beatitudinis. Sic igitur actus liberi arb. deliberantis, quamuis possit esse circa necessariū, semper est contingens: actus uero liberi arb. ut liberum est, non solum potest esse circa necessariū, sed etiam necessarius in se:

ET PER hoc patet responsio ad propositam quæstionem, patet etiam responsio ad obiecta. Nam rationes, quæ ostendūt, q̄ liberum arbitrium potest esse respectu actus necessarii, concludunt de libero arb. sc̄m q̄ liberum est, sicut manifeste apparet pertractanti. Auctoritates uero, & rationes ad oppositum intelliguntur de lib. arb. secundum quod deliberans, & consilians: aliter non cogunt. **NAM** quod primò obiicitur de uerbo Magistri, planum est, quod intelligit de libero arb. secundum statum uiuatoris, sicut Magister in litera seipsum exponit. **SIMILITER** quod secundo obiicitur, quod lib.

Concordat D. Tho. 2. 2. q. 24 arti. 1. ubi inquit, q̄ liberum ar. ut de actibus est ratiō de cōtinētibus: ut uero de obiectis, potest esse etiā de praeteritis, & necessarijs.

libe. arb. est eorum, de quibus consiliamur: hoc enim uerum est de libero arb. secundum q̄ tenet rationem deliberantis. **ET AD** ILLVD, quod obiicitur, quod rationalis potestas est ad opposita. Dicendum, quod illud non est uerum de omni potestate rationali: sicut iam in sequenti problemate melius patebit, sed hoc est uerum de rationali potestate secundum statum mutabilitatis, & uertibilitatis: secundum quem statum intelligitur uerbum Philosophi. **AD** ILLVD, quod obiicitur, quod necessarium, & uoluntarium ex opposito diuiduntur. Dicendum, q̄ uerum est secundum q̄ necessariū dictum est a necessitate coactionis: sc̄m autē q̄ necessariū dictum est a necessitate mutabilitatis, non diuiditur contra uoluntarium: nisi uoluntarium dicatur a uoluntate deliberante, & cōsiliante: & hoc modo bene concedo, q̄ uolūtariū est cōtingēs, & hoc non obuiat, sed potius cōsonat ei, quod dictum est.

QVAESTIO III.

An liberum arbitrium, secundum quod liberum, in malum possit?

DE libe. arb. in comparatione ad obiectum. Et est quæstio, utrum liberum arb. secundum quod liberum, possit in malum. Et quod sic, uidetur. De nullouituperatur quis, nec laudatur: nisi de illo, quod est a libero arb. secundum q̄ liberum: sed de peccato, & malo uituperatur quis, & punitur: ergo peccatum est a lib. arb. secundum q̄ liberū: ergo lib. arb. potest in peccatum secundum q̄ liberum, & in malū

ITEM. Actus liberi arb. sc̄m q̄ liberū, est eligere: sed lib. arb. de se, cū est gr̄a destitutū, hēt eligere malum: bonum autē non eligit, nisi per auxiliū gratiæ: ergo lib. arb. quantum est de se, plus habet obiectū malum, q̄ bonū. **ITEM.** Potestates rōnales sunt ad opposita, sc̄m q̄ huiusmodi: sed lib. arb. sc̄m q̄ liberum, est potestas rōnalis: ergo est ad opposita, quantum est de sui natura: sed non sunt ad opposita, quæ sunt dulce, & amarū, uerū, & falsum, & similia: ergo ad opposita, quæ sunt bonū, & malū: ergo malum est obiectū libe. arb. secundū q̄ liberum. **ITEM.** Liberum arbitrium potest facere malum: aut igitur seipso, aut alio. Si alio, quæro, mediante quo: & nō est dare: tūc enim esset querere, utrum illud esset liberum, aut non: & si non esset liberum, iam in opere suo nec esset laudabile, nec uituperabile, & ita nec peccare posset. Si autem esset liberum: ergo uel erit abire in infinitum: uel est dare q̄ lib. arb. seipso peccet. Si igitur seipso potest in malum, & seipso est liberū: ergo lib. arb. sc̄m q̄ liberū hēt pro obiecto ipsum malum.

SED CONTRA. Ansel. de lib. arb. Quod libertati oppositū eā minuit, & sepatatum auget, nō est libertas, nec pars libertatis: sed potestas peccandi est huiusmodi, ut dicit. Et ex hoc concluditur, q̄ potestas peccandi non est libertas, nec pars libertatis. Si igitur malum nō est obiectū, nisi potestatis peccandi, lib. arb. sc̄m q̄ hmōi nō hēt pro obiecto malum. **ITEM.** Possē peccare plus dicit impotentia, quam

potentiā, & plus dicit defectū, q̄ complementum: sed lib. ar. secū dum q̄ liberum, est sub Deo potentissimum: ergo lib. ar. secū dū q̄ liberum non habet obiectum malum, siue peccatum. **IT E M.** Si malum est obiectum liberi arb. scđm q̄ liberum: ergo ubicun- que est libertas arbitrii est pote- stas ad malum: ergo uel in Deo est potestas ad malum, uel in ip- so non est libe. arb. q̄ si utru- que horum est impossibile, & contra Augu. restat &c. **IT E M.** Lib. arb. nunquam facit, nec ap- petit malum, nisi sub ratione bo- ni: sed uitium: quia non appeti- tur nisi sub rōne dulcis, ipsum per se non est appetibile, sed dul- ce: si ergo malum nō appetitur, nisi in quantum apparet bonū, solum bonum est obiectum li- beri arb. **IT E M.** Vnaqueque po- tentia est completior, cum con- iuncta est suo obiecto mediante actu, quā cū non est coniuncta: ergo si malum esset obiectum li- beri arb. scđm q̄ liberum: ergo nō sufficiēter diffiniretur ab An- sel. cum dicitur, Potestas seruan- di rectitudinem. **SI T V** dicas, q̄ bonum est obiectum per se, & malum per accidens. Hoc nō sol- uit: quia non sufficiēter diffinit medicinā, qui dicit eā esse scien- tiam sani, nisi addat eius oppo- situm, licet medicina sit scientia sani per se, & ægri per accidēs.

RESOLVTIO.

Liberum arbitrium in creatore, bo- num tantum pro obiecto habet. At uerò in creatura, quia cū liber- tate defectibilitatē habet admix- tā: & in bonū et in malū potest.
RES P. Dicendum, q̄ de lib. ar. est loq̄ dupliciter, aut scđm cō-

munē rōnē, scđm q̄ reperitur in creatore, & in creatura: & sic o- biectū eius est bonū, & equum: malū nō est obiectū: nisi q̄s di- cat hoc esse obiectū, q̄a lib. ar. il- lud respuit, & detestat. Hic autē uocat obiectū illud, q̄ intendit li. ar. p̄ actū p̄p̄iū, siue q̄ effi- cit. Alio mō cōtingit loqui de li- bero ar. scđm q̄ reperitur ī crea- tura, & sic est loqui de ipso du- pliciter. Aut inquātū liberum, aut inquantū deficiēs. Si inquan- tū liberū, sic natum est exire in actū, equitatis susceptibilē, & eq̄- rate informatū. Si autē loquamur de ipso in quantum deficiēs, sic lib. ar. inquātū arbitriū lib. pōt, & exit in actum liberatiū: quia deficiēs exit in actū deformatū, & ita in malū. Sic ergo patet, q̄ lib. arb. scđm q̄ liberum est, hēt obiectū bonum, & exit in bonū, nō in malum: sicut rōnes ad se- cundā partē inductę ostendunt. Nihilominus tñ inquantū cū li- bertate hēt defectibilitatē pōt in malum: ita q̄ malitia nō est obie- ctum lib. arb. nec a libero arb. se- cundum q̄ liberum, sed scđm q̄ deficiēs: actus autem substra- tus cum sit deliberatiuus, exit a libero ar. scđm quòd liberum.

ET P E R hoc patet rōsio ad pri- mū obiectum. Qđ aut obiicitur solis operibus liberi arb. deberi laudē, & uituperiū, hoc nō solū uerū est de his, quæ lib. ar. respi- ciūt scđm q̄ liberum, sed etiam scđm q̄ defectiuū: sic tm̄ opus ab eo ueniens, est uituperio di- gnū rōne deformitatis, quæ nō hēt causam efficientē, sed defi- cientem, sicut infra manifestabi- tur. **A D I L L V D,** quod obiicitur quòd lib. ar. de se eligit malum.

Dicen-

Dicēdū, q̄ & si sufficiat ad eligē- dū malum, pro eo q̄ facilius est deficere, quā p̄ficere: non tñ ad illud ordinatur p̄cipaliter, qm̄ hoc nō conuenit ei scđm naturę proprię cōplementū, sed potius scđm proprię naturę defectum. Præterea & si de se eligit malū, nunq̄ tamē eligit malū, nisi in- quantum apparet bonū. **A D I L L V D,** quod obiicitur, q̄ rōnales potestates sunt ad opposita. Di- cendū, q̄ & si hoc uerum sit in rōnalibus potestatibus defecti- bilibus, & creatis: non tamē ue- rum est in rōnalibus potestati- bus, in quibus nō pōt esse defe- ctus. Absit. n. q̄ illud philosophi cū uerbum sit uerum, quo dicitur, q̄ Deus potest praua agere: hoc. n. est cōtra ueritatem, & cō- tra Augu. sicut in 1. Lib. osten- sum fuit, & inferius suo loco o- stēdetur. Quòd. n. dicuntur rō- nales potestates esse ad opposi- ta: hoc non est, quia sunt rōna- les, sed quia sunt deficiētes, ma- xime si de eius oppositis intelli- gatur, quorum unum est priua- tio alterius, sicut se habent bo- num, & malum: & ita ex hoc nō sequitur, q̄ lib. arb. scđm q̄ libe- rum, possit ad malum. **A D I L L V D,** quod obiicitur, quòd lib. ar. seipso potest in malum. Di- cendum, quòd & si seipso pos- sit; nō tamen potest seipso suffi- ciente, sed potius seipso deficien- te: seipso. n. potest deficere, nec oportet aliquid aliud interueni- re ad hoc, quòd exeat in malū.

QVÆSTIO IIII.

An liberum arbitrium ab aliquo cogi possit?

DE libero arb. in comparatio- ne ad aliud agens creatum.

Et est quæstio, utrum lib. ar. ab aliquo agere creato possit cogi. Et q̄ sic uidetur. Tam **Dam. q̄** Philosophus dicunt, q̄ quædā sunt operationes uoluntatis par- tim uoluntariæ, partim inuolun- tariæ, & quædam mixtæ ex uo- luntario, & inuoluntario: sicut iactare merces in mare, & simi- lia. Si igitur inuoluntariū est il- lud, quod est per uiolētiam, ali- quas operationes exeuntes a lib. ar. contingit permisceri uiolen- tia: ergo si contingit magis, & magis permisceri, contingit eas simpliciter esse inuoluntarias, & coactas: ergo lib. ar. cogi potest in actione sua. **IT E M.** Maior uir- tus potest inferre uiolentiam mi- nori: sed qđ potest inferre uiol- entiam, potest compellere: ergo minor uirtus a maiori po- test compelli: sed aliqua uirtus potentior est libero arb. uiato- ris, utpote angeli: ergo saltē ab angelo lib. arb. nostrū potest co- gi. **IT E M.** Si aliqua uirtus potest impediri ab actu suo, pōt uiolen- tari: & si sufficiēter pōt impedi- ri, sufficiēter pōt uiolentari: & si sufficiēter potest uiolentari, po- test cogi: cum igitur libe. arb. ab actu suo, & usu impediri possit, sicut patet, quòd diabolus po- test auferre usum liberi arb. & facere eum hominem furiosum: ergo uidetur, quòd ab eo libe. arb. nostrum possit cōpelli, uel cogi. **IT E M.** Quando radius est iunctus aquę, mota aqua neces- se est moueri radium: sed multo maiori uinculo cōiungitur aīa corpori, quā cōiūgatur radius aquę: ergo moto corpore neces- se est moueri affectus animæ: si igitur aliqua uirtus creata potest

Lib. 1.
dist. 36
infra
Dis. 37
ar. 2. q.
1.

potest corpus transmutare; potest per consequens lib. arb. uertere, et compellere, ipso nolente. ITEM. Sicut se habet intellectus ad uerum: ita se habet affectus ad bonum: sed intellectus compelli potest ad credendum aliquod uerum: ergo et affectus ad amandum bonum: si ergo liberum arb. non dicit aliud quam rationem, et uoluntatem, uidetur quod et ipsum compelli possit per actionem alicuius agentis creati. ITEM. Agens creatum sua actione potest lib. arb. cogere coactione inducente, quæ est dispositio respectu coactionis sufficientis: sed dispositio per frequentem sui iterationem, et intentionem, potest fieri necessitas: ergo uidetur, quod si uoluntas possit cogi coactione inducente, quod processu temporis compelli possit coactione sufficienti per actionem alicuius creaturæ.

SED CONTRA. Bernardus de libero arb. Voluntas pro ingenita sui nobilitate nulla cogitur necessitate: si igitur uoluntas a nemine potest cogi, et hoc non est ob aliud, nisi propter liberi arb. libertatem: ergo libe. arb. a nulla creatura potest cogi. ITEM. Si aliqua creatura posset lib. arb. hominis cogere, hoc maxime contingeret ipsi diabolo, de quo dicitur Iob. 40. Non est potestas super terram, quæ ei possit comparari: si ergo diabolus lib. arb. nostrum non potest cogere, quia tunc faceret nos continue peccare, uidetur quod nulla alia creatura possit ipsum cogere. ITEM. Nulla maior compulsio potest fieri libe. arb. hominis, quam per comminationem mortis: sed

mortis comminatio ad compellendum lib. arb. non sufficit, sicut patet in martyribus sanctis, et aliis: ergo a nulla creatura potest compelli. ITEM. Si lib. arb. est secundum id, quod est supremum in anima: cum ipse sit regere, et mouere omnes potentias, sed eo quod supremum est in anima, solus Deus maior est, ergo nulla creatura potest in hominis lib. arb. compellendum.

RESOLVTIO.

Potest quidem liberum arbitrium a quoquam uel induci, uel impelli: ut uero cogi tum maxime quod ad actum interiorem, nequaquam.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod est loqui de lib. arb. quantum ad actum exteriorem, et quantum ad actum interiorem: siue quantum ad actum proprium, et quantum ad actum alienum. Si loquamur de libero arb. quantum ad actum exteriorem, sic respectu talium actuum potest interuenire coactio: potest enim quis compelli, ut genua coram idolo flectat, & ut manibus propriis thura altaribus imponat, uel incendat. Si autem loquamur quantum ad actum interiorem, qui scilicet est uelle, uel eligere, aut consentire: sic respectu talis actus potest lib. arb. aliquo modo induci, potest & impedi: sed nullo modo potest compelli. Induci quidem potest, quando amat aliud a se, & quod infra se est. Unde per oblationem alicuius rei amate, uel ablationem potest induci ad consentiendum in aliquo multum efficaci persuasionem, per quem modum idololatras tentabant sanctos martyres consenti se in idololatria, modo permittendo

do delectabilia, modo infligendo tristitia. Ista tamen inductio longe distat a coactione, sicut perbat ipse exitus: quia nec blandimentis allici, nec tormentis terri adeo potuerunt, ut a ueritate iustitiæ mutarentur: & sic lib. arb. induci potest: quia amat aliquid infra se, utpote uitam temporalem, uel aliquid consimile, quod potest agens creatum conferre, uel auferre. Potest etiam impedi propter inclinationem, & coniunctionem sui ad corporalem naturam, quæ subest uirtuti creaturæ: unde bene posset aliquis alium ita lædere, quod usum liberi arbitrii amitteret, ex hoc tamen lib. arb. non cogeret. Coactio enim ponit lib. arb. actum, & usum: sed ligatio, uel impeditio tollit. Et iterum impeditio prouenire potest ab inferiori, coactio prouenire habet a superiori: hinc est quod lib. arb. & si possit induci ab agente creato ratione boni exterioris amati, & possit impedi ratione coniuncti corporis: non potest cogi respectu actus proprii. Hanc enim dignitatem habet libe. arb. ut in quantum liberum soli Deo sit subiectum: & quia in quantum liberum nulli agenti creato subest, cum coactio sit a superiori, nullum agens creatum potest ipsum cogere. Unde concedendæ sunt rationes hoc ostendentes.

AD ILLUD, autem quod primo obiicitur in contrarium, quod est actio mixta ex uoluntario, & inuoluntario. Dicendum, quod illud intelligitur de actione exteriori, & quantum ad illam potest interuenire coactio. Præterea intelligitur ibi de inuoluntario

rio, prout dicitur inuoluntarium per uolentiam: non (inquam) per uolentiam coactionis sufficientis: sed solum inducentis. AD ILLUD, quod obiicitur, quod maior uirtus potest uiolentare minorem, iam patet responsio: quia quantum ad libertatis dignitatem (sicut ostensum fuit in primo problemate) omnes creaturæ rationales habent æqualitatem: nec una nata est secundum istam proprietatem in alteram agere, & propter hoc nec alteram uiolentare, nec cogere. Cuius enim dicitur, quod maior uirtus potest uiolentare minorem, hoc ueritatem habet, si secundum quod maius est, nata sit agere in minorem. AD ILLUD, quod obiicitur, quod lib. arb. potest in sua actione impedi. Dicendum, quod uerum est: tamen ex hoc non sequitur, quod possit cogi: impeditum enim priuat actum libertatis: sed coactio ponit actum liberi arb. & simul cum hoc ponit, quod non sit libertatis: & ista sunt impossibilia, sicut si poneretur aliquis actus esse uoluntatis, & non esse uoluntarius, & melius uidebitur infra: & ideo ratio illa non cogit. AD ILLUD, quod obiicitur, quod aqua mota, necessario mouet radius ei coniunctus. Dicendum, quod non est simile, pro eo quod radii multiplicatio est naturalis, nec potest lux seipsam non multiplicare, cum inuenit materiam sibi aptam: & sicut multiplicatio radii est naturalis, & reflexio eius est naturalis, & repercussio: & propterea cum aqua mouetur, alio modo suscipitur radius: ideo necessarium est ipsum alio modo reflecti. Liberum

berum autem arb. præest corpori, cum in suum actum uoluntariè exit, & seipso est. proprii actus uariatio, non ex hoc quod aliqua sit mutatio in corpore cōiuncto. AD ILLUD, quod obiicitur de cōparatione intellectus ad uerum, & affectus ad bonū. Dicendum, quod & si aliquo modo sit cōparatio consimilis, non tamen est omnimoda similitudo: quoniā (sicut ostensum fuit supra) libertas arbitrii plus se tenet ex parte motiue, quam cognitiue; & ideo coactio plus repugnat affectioni, quam repugnet cognitioni: & propterea non sequitur, quod si intellectus pōt cogi, quod & affectus. AD ILLUD, quod obiicitur, quod pōt induci. Dicendum, quod & si inductio uideatur esse quedā coactio, maxime secundum humana iura, quæ dicunt, illud quod fit causa metus, non esse habendum ratum, maxime de eo metu, qui potest cadere in constantem uirum, pro eo quod considerant exteriora opera: secundum ueritatem tamen ista inductio stat cum libertate uoluntatis, nec ei repugnat ī aliquo: sed potius repugnat plenitudini amoris, & uolūtatis. Nō. n. ita plene uult aliq̄s, q̄n uult ex inductioe, sicut q̄n uult absolute: sicut patet de iactatione mercium in mare: nihilominus tamen saluatur ibi ratio libertatis, & uoluntatis: unde talis metus apud Deū non excusat a culpa, sicut aperte patet ī negatione a Perro facta: & propterea nō sequitur, quod si possit a creatura induci, quod possit cogi. Nec ualet, quod obiicitur de dispositione, qua ha-

bet fieri necessitas per iterationem: hoc enim uerum est respectu uirtutis naturalis, & actus, qui determinatur ad unam differentiam contrarietatis: non autem uerum est respectu uoluntatis, quæ absoluta est, & quantum est de se, uertibilis est. Præterea illud locum habet in eo genere dispositionis, quæ est eiusdem generis, & proprietatis: ut est dispositio proxima, & remota, sic autem non est in proposito, ut ostensum est supra: & sic patent obiecta.

QUESTIO V.

An liberum arbitrium à Deo cogi possit?

DE libero arb. in comparatione ad mouens primum, scilicet ad ipsum Deum. Et est q̄d, utrum lib. arb. possit a Deo cogi. Et quod sic, uidetur. Luc. 13. Exi in uias, & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea: si ergo domum Dei non contingit intrare; nisi per usum lib. arb. & dominus intrare compellit, uidetur quod lib. arb. cogit. IREM. Ioā. 6. Nemo uenit ad me, nisi pater traxerit illum: sed ad Christum non itur nisi per lib. arb. bonum actum: si igitur lib. arb. non uenit ad filium, nisi trahatur a patre, & tractus est motus uiolentus, sicut dicit Philosophus: lib. arb. a Deo uiolētatū, & cogitur. IREM. Prouerb. xx. Sicut diuisiones aquarū ita cor Regis in manu domini, quocumque uoluerit, inclinabit illud: ergo si lib. arb. inclinatur ad unam partem contradictionis, quantuncumque ad illam inclinatur, Deus pōt perfecte facere, quod uelit oppositum: ergo potest

est cogere lib. arb. ad uolendū. IREM. Omnis creatura est in perfecta obedientia respectu creatoris: ergo si lib. arb. aliquid creatū a Deo est, necesse est ipsum esse in perfecta obedientia respectu Dei: ergo si aliqua uirtus potest a Deo cōpelli, potest & uirtus lib. arb. sed Deus de aliis creaturis potest facere contra propriam naturam: ergo & de lib. arb. potest facere contra propriam libertatem: ergo pōt ipsum compellere. IREM. Plus potest facere lib. arb. diuinum super humanū, quam possit lib. arb. humanum super aliquod brutum: sed homo potest aliquod brutum cogere ad aliquam operationem inferēdo sibi uiolentiam: ergo multo fortius uirtus increata pōt cogere uoluntatem nostram.

SED CONTRA. Aug. super Genes. ad lit. Tam non pōt Deus facere contra naturam, quam bonam instituit, quam non potest facere contra uoluntatem suā: si igitur Deus uoluntarie lib. arb. de dit homin: impossibile est eum de libero arbi. facere contra inditam sibi libertatem: sed si ipsum cogeret, contra eius libertatem faceret: ergo lib. arb. cogi a Deo ē impossibile. IREM. Aug. 19. de ciui. Dei. Illud est unicuique rei naturale, quod de ipsa facere disposuerit omnipotentis uoluntas: ergo si nullum naturale est per uiolentiam, nihil q̄ facit Deus est uiolētum: si igitur omnis coactio est per uiolentiā, quicquid Deus de lib. arb. faciat, nulla potest sibi a Deo inferri uiolentia, ac per hoc nulla coactio. IREM. Voluntas hoc ipso lib. arb. uult; quia cum uult, uult se

uelle & seipsum mouet: sed ipse sibile est uolūtatem a liquid uelle plene, quin illud sit a uoluntate seipsa mouente, & quin uolūtās uelit se uelle: ergo impossibile est lib. arb. cogi non solum ab aliquo creato, uerum etiam nec a Deo. IREM. Nihil aliud est dicere, aliquem facere aliquid ex coactione, quā quod faciat illud inuitus: ergo lib. arb. uel uolūtatem cogi ad actum proprium, non est aliud, quam quod uolūtās aliquid uelit inuita: sed si est inuita, respectu alicuius illud nō uult: ergo uolūtatem cogere, nihil aliud est facere, nisi facere uoluntatē simul, & semel uelle, & nolle: si igitur duo contradictoria simul esse, nō tantum est impossibile creature, uerum etiam creatrici essentiae, patet &c.

IREM. Tunc aliqua uirtus cogitur, quando ad oppositum suæ inclinationis mouetur; sed lib. arb. eo ipso quod liberum, ita natum est inclinari ad unū oppositum, sicut & ad reliquum: ergo libertas eius saluatur in inclinatione ad utrumque oppositum, siue ad hoc inclinatur, siue ad illud: si ergo coactio excludit libertatē, & libertas nō excludit ad quocūque inclinatur: igitur ex nulla inclinatione cogi pōt lib. arb. sed nō est alius modus ipsū cogendi, nisi inclinando ipsum ad aliq̄d uolūtū: ergo impossibile est ipsum cogi, nec per mouens creatum, nec per agēs primum.

RESOLUTIO.

Mutari potest: cogi non potest?

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, q̄d cum q̄ritur, utrum lib. arb. possit cogi a Deo. Dicendum, q̄ illud potest intel-

intelligi dupliciter. Aut ita, quod intelligatur, quod possit auferre libertatem, & auferendo libertatem superinducere coactionem: & hoc modo nulli dubium esse debet, quin Deus possit hoc facere quantum est de immensitate suae potentiae. Alio modo ut intelligatur, quod Deus cogat lib. ar. salua proprietate libertatis, & eius natura: & hoc modo non solum est impossibile; sed etiam non intelligibile, pro eo quod implicat in se duo contradictorie opposita. Ex hoc enim quod lib. ar. est, si aliquid uult, libere uult; & ex hoc quod uoluntarium est, si aliquid uult, uoluntarie uult, & seipso mouente uult. Ex hoc autem, quod cogitur, si aliquid uult, seruiliter uult: & si quid uult, inuite uult: & si aliquid uult, ab alio uult: quia uiolentum est, cuius principium est extra, nihil conferente uim passo: ergo libe. arb. cogi, non est aliud, quam actum lib. ar. simul, & semel esse liberum, & seruale: esse uoluntarium, & non uoluntarium, esse a se, & non a se. Si igitur impossibile est, quod claudit in se utramque partem contradictionis, non tantum est impossibile creaturae, uerum etiam creatrici essentiae: quia illud posse, non est posse sicut in Primo Libro ostensum est, planum est, quod lib. ar. secundum hunc modum intelligenda Deo cogi est impossibile. Unde concedendae sunt rationes ad hoc inductae.

AD intelligentiam autem rationum ad oppositum adductarum notandum est: quod differt dicere uoluntatem induci, & uoluntatem mutari, & uoluntatem cogi. Tunc enim induci dicitur,

quando aliqua persuasio fit, quae disponitur, ut ad aliquod appetibile inclinatur, quae si ualde intensa sit, nomen coactionis sortitur, quamuis non sit uera coactio: sicut supra ostensum est. Tunc autem uoluntas mutatur, quando ipsa uolente unum potest uirtute, affectio immittitur ei ad contrarium: & de uolente fit nolens, ita quod una affectio expellitur, & contraria inducitur, sicut patet, cum Deus de amatore temporalium, facit temporalium contemptorem: & haec dicitur esse quaedam compulsio, & tractio diuina, & uoluntas ab eo separetur, cui per amoris glutinum fortiter iungebatur. Tunc autem uoluntas dicitur cogi, quando intelligitur ipsam inuitam aliquid uelle, & repugnantem actu uoluntatis deliberatiuae aliena uirtute mouente, & repugnantia manente, ad idem aliquid uolendo inclinari: & haec duo opposita implicat, sicut ostensum est. Voluntas igitur induci potest ab agente creato, mutari uero ab alio non potest, nisi ab agente increato; cogi uero ab aliquo non potest. Et pro tanto dicit Bern quod libertas uoluntatis est ita plena suo modo in creatura, sicut in creatore: & quod in omnibus reperitur equaliter. Hoc enim (sicut supra explicatum fuit) intelligitur quantum ad coactionis priuationem. ET PER hoc manifesta est responsio ad auctoritates, & rationes. Quod enim dicitur in scriptura, Deum uoluntatem hominis compellere, & uoluntatem hominis trahere, et uoluntatem hominis ad quodcumque uoluerit, incli-

nare

nare, sicut ostendunt illae tres primae auctoritates, hoc intelligitur non quia uoluntatem cogat; sed quia uoluntatem creatam non solum inducit, sicut agens creatum: uerum etiam immutat, immittendo affectiones uarias, in qua immisione non est coactio, pro eo quod ita uoluntarie uolo illud, quod Deus immittit, sicut illud quod ex meipso uolo; et si aliquid uolo, uolens uolo, non inuitus, et ita in uolendo ad nihil compellor. AD ILLUD, quod obiicitur de perfecta obedientia creaturae. Dicendum, quod ex hac ratione potius potest concludi oppositum, quam propositum. Quia enim ibi est obedientiae perfectio, et lib. ar. respectu Dei ad omne, quod Deus uoluerit, sic habet moueri, sicut pila ad omnem partem: ideo quicquid de ipso, uel circa ipsum faciam, non compellit nec uiolentat, nec etiam alicui creaturae uiolentiam inducit quantum ad illam potentiam obedientiae: quantum autem ad potentiam specialis naturae, bene aliquando alicui infert uiolentiam in miraculorum operationem; sed talis uiolentia infertur uirtuti naturali, non uoluntati: quia uirtus naturalis sic est determinata ad unum, ut si trahetur ad oppositum, hoc est per uiolentiam. Voluntas uero uertibilis est ad utrumque oppositum: sicut et rota, et pila habent uertibilitatem ad motum. AD ILLUD, quod obiicitur, quod plus potest lib. ar. diuinum super hominem, quam humanum etc. Dicendum, quod uerum est in his, quae posse est potentiae: posse autem cogere brutum, hoc est

potentiae: sed posse cogere liberum arbitrium manens liberum hoc est inordinationis, & impotentiae, sicut prius ostensum est. Coactio enim non sic repugnat naturae brutali, sicut repugnat libertati arb. propterea illa obiectio non concludit.

QVAESTIO. VI.

An liberum arbitrium ex ineptitudine corporis impediri possit quantum ad usum?

DE libero arb. in comparatione ad corpus coniunctum. Et est quaestio, utrum propter ineptitudinem corporis ligari habeat quantum ad usum. Et quod sic, uidetur. Bernardus de libero arb. Vesanis, & infantibus, & dormientibus nihil, quod agant imputatur; sed hoc non est, nisi quia carent usu liberi. ar. & hoc non est nisi propter aliquod impedimentum a parte corporis; ergo &c. ITEM. Hoc ipsum uidetur exemplo; quia uir castus, & sanctus, cuius castitas est magna, frequenter in somnis consentit operi peccati, quod nullo modo faceret tempore uigiliae: ergo in somnis ligatur actus liberi arb. sed hoc non est nisi per lassitudinem, & ineptitudinem ex parte corporis: ergo &c. ITEM. Deficiente priori, deficit id, quod posteriorius est: si ergo impeditur aliquis actus, qui praebulatus est ad usum liberi arbitrii per ineptitudinem corporis, necesse est & usum liberi ar. impediri: actus praebulatus ad liberum arbitrium, est operatio intellectus, quae per ineptitudinem corporis impeditur: sicut patet in dormientibus, & phreneticis: & Philosophus dicit, quod intellectus

cor-

corrūpitur quodā interius cor-
rupto: & hoc docet ipsa experiē-
tia: ergo &c. **ITEM.** Sicut hō assa-
tur in sentiēdo, ita etiam lassatur
in cogitando, & in meditan-
do; sed quia corpus lassatur in
sentiēdo, ideo indiget quiete
somnia, in quo impeditur ab ope-
rationibus sensuum: ergo pari-
ratione necesse est lib. arbi. pp
lassitudinem corporis ab actu,
& usu proprio impediti.

SED CONTRA. 3. Reg. 3. re-
fert historia, quod dominus in
somnia apparuit Salomoni, &
merito petitionis, quam fecit do-
minus, dedit ei sapientiam mul-
tam nimis: si ergo mereri aliqd
apud Deum, & sapientiam sus-
cipere, hoc est usus liberi ar. in
somnia, uidetur qđ propter lassitu-
dinem, & ineptitudinem cor-
poris, & quietem in somnia lib.
arb. ab actu suo non habeat im-
pediri. **ITEM.** Grego. super illud
Iob. 7. Terrebis me p somnia (lo-
quens de nocturnis illusioni-
bus,) Hęc malignos spiritus age-
re superna dispensatio benigne
permittit in electorum cordi-
bus, ne ipse saltem a passionis p-
mio somnus uacet: ergo contin-
git in somnia mereri: ergo pro-
pter ineptitudinem corporis. li.
ar. non amittit usum proprium.
ITEM. Anima quantum ad pro-
prium operationem intellectus
sine li. ar. nullius partis corpo-
ris est actus: nec illā operationē
exercet per aliquod organum:
ergo quantumcunque corpora-
le organum uel lædatur, uel fiat
ineptū in li. ar. non perdet usum
suum. **ITEM.** Quanto magis ani-
ma recolligit ab exterioribus
ad interiora, tanto magis uiget

operatio interior: sed cum ligan-
tur organa sensuum exteriorū,
recolliguntur uires animę ab ex-
terioribus ad interiora: ergo tūc
magis debet uigere operatio in-
terior: sed penes hęc attenditur
liberi arb. usus: ergo quādo cor-
pus efficitur ad sentiēdum ine-
ptum, utpote per somnum, lib.
ar. tunc debet habere potissime
usum proprium. **ITEM.** Videre
futura, hoc est rationis maximē
elevator: sed in somnia potissime
fit reuelatio, & prauisio futuro-
rum: ergo potissimus actus ra-
tionis uiget in somnia, dum est
ineptitudo ex parte corporis: pa-
ri ratione & usus li. arb. **ITEM.**
multo magis pendet ex corpore
uis phantastica, & imaginatiua,
quā rationalis uirtus & intel-
lectiua: ergo si propter ineptitu-
dinem a parte corporis, quę qui-
dē est in phreneticis, uel etiam
in somnia, non impeditur opera-
tio phantastica, immo etiam ui-
get; uidetur quod nō debeat im-
pediri operatio intellectiua. **EST**
IGITUR quęstio, cum operatio
liberi arb. uel etiam intellectus,
nullo modo pendeat ex corpo-
re; unde est hoc, qđ impeditur
& ligatur propter aliquam ine-
ptitudinem factam circa corpo-
rale organum? Et iterum si im-
peditur, cum minus pendeat ex
corpore, quā uirtus phantasti-
ca, unde hoc est, quod magis p-
dit usum suum ratio in somnia,
quā phantastica, uel imagina-
tio? Et iterum cum ratio quan-
tum ad actum lib. arb. maxime
sit potens, & libera: unde hoc
est, quod propter ineptitudinē
ex parte corporis facilius tolli-
tur usus liberi arbi. quā aliq̄s
actus

actus rationis? In somnia enim
homo aliquos habet rationales
motus, & in furiosis similiter
hoc uidemus, quia multa dicūt
quę non possunt dicere nisi ra-
tionem haberent, cum ad inter-
rogata respondent, in neutris ta-
men dicitur usus lib. arb. esse.
Omnia hęc difficilem faciunt
quęstionem.

RESOLVTIO.

*Liberi arbutij usus impediti quidē
poteft à corporis ineptitudine, id
que ex archetypa unione eius-
dem corporis ad animam.*

RESPON. Quod & si ad hanc
quęstionem facile sit respon-
dere, cum quęritur, utrum li-
be arb. ligetur per corporis ine-
ptitudinem quātū ad usum,
quoniam ipsa experientia hoc
planē docet, & manifestat, qđ
ligatur in paruulis, et dormien-
tibus, & furiosis: ad illam ta-
men quęstionem, quę hanc sub-
sequitur, uidelicet quare liga-
tur lib. arb. ex corporis inepti-
tudine, cum non sit potentia al-
ligata organo, ualde difficile
est respondere, & eius assigna-
re causam. Intelligēdum tamē
est, qđ est quadruplex modus sa-
tisfaciēdi huic qōni. Quidā em̄
dicere uoluerunt, qđ usus rōnis,
uel ēt liberum ar. impeditur, &
ligatur ex corporis ineptitudi-
ne propter animę conuersionē.
Quidam uerō propter obsequii
corporalis priuationē. Tertius
uerō modus dicēdi est, qđ pro-
pter operationis rōnalis quan-
dam cōicationē. Quartus autē
modus dicēdi est propter cor-
poris, & aīę unionem ad tertii
constitutionē. **PRIMO** propter
cōuersionē dixerūt aliqui aīam
S. Bon Lib. 2.

impediri ab actu rōnis existēte
ineptitudine ex parte corporis.
Aut em̄ est corpus ineptum ex
aliqua lēfione interiori: sicut est
in furiosis, & phreneticis: & tūc
aīa cessat ab operatione intelli-
gēdi pp hoc, qđ nimia cōpassio-
ne cōuertitur ad corpus ratione
nobilis organi læsi. Aut est ine-
ptum imperfectione, quę est in
membris, & organis: sicut est in
paruulis: & tunc aīa adeo est in-
tenta gubernationi corporis, &
rebus, quas per sensum corporis
percipit, qđ quasi obliuiscitur
sui: & ideo ex nimia conuersione
ad corpus suum, quę est ex
organorum lēfione, siue ex im-
perfectione, contingit usum rō-
nis, & lib. arb. impediti. Sed hic
modus dicēdi non plene satisfacit:
uidemus enim qđ uehēmēs
dolor ex parte corporis in ex-
tremitatibus factus rōnis usum
non impedit; & tamen anima il-
lum dolorem multum refugit.
ITEM. In somnia non magis cō-
uertitur ad corporalia, quā in
uigilia: si ergo cōuersione, quę est
in uigilia usum rationis non tol-
lit, pari rōne uidetur, qđ nec cō-
uersione, quę est in somnia circa
regimē corporis. **ET IDEO** est se-
cundus modus dicēdi, uidelicet
qđ lib. arb. a proprio usu habet
impediri propter priuationem
obsequii corporalis: si enim o-
peratio intellectus non fiat per
organum, nihilominus uirtutes
sensitiuę ipsi intellectiue
faciunt aliquod obsequium ad
hoc, quod exerceat suum a-
ctum. Dupliciter enim obsequi-
tur uis phantastica intellectui
in actu intelligēdi: in hoc uide-
licet, qđ offert illa phantasma-
Ecc

ta intellectui possibili, sicut obiectum offert speciem oculo; & in hoc etiam quod intellectus excitari habet ab inferiori, quoad est coniunctus corpori: & ideo quando læsio est, & ineptitudo ex parte organi potentiae sensitivæ, & fit perturbatio phantasmatum, impeditur usus lib. arb. & intellectus propter hoc, quod auferatur sibi debitum obsequium, sicut oculus meus potest impediri ab actu videndi propter obscurationem aliquam factam in re visibili, quæ habet mihi offerre speciem, & visum meum excitare. Sed iste modus dicendi adhuc non plene satisfacit, pro eo, quod nos videmus operationem intellectus impediri, non facti impedimento in opere exterioris virtutis sensitivæ, utpote imaginationis, seu imaginativæ, & phantasie. Et iterum cum intellectus & memoria intellectualis aliquas species in se habeat abstractas, quas in se, & penes se conservat, quas anima secum trahit, cum a corpore separatur, videtur quod omni obsequio phantasie, & phantasmatum circumscripto, intellectus usum habere debeat respectu eorum, quorum habet in se habitum: & hoc plane falsum est, quia homo impeditur a consideratione eorum, quæ novit, sicut ab inquisitione eorum, quæ non novit. Et PROPTEREA est tertius modus dicendi, quod operatio liberi arb. & rationis ex corporis ineptitudine habet impediri propter quandam communicationem operationis. Communicat autem quodammodo potentia intellectiva operationem suam corpori coniuncto, cum comuni-

cet ei esse, & ex eis fiat unum per essentiam, non solum in quantum anima est vegetabilis, & sensibilis; sed etiam in quantum rationalis. Anima enim rationalis adveniens corpori humano, sicut ex sua unione facit ipsum esse animal, & animatum, ita facit esse hominem: & ideo sicut aliquam operationem communicat corpori in quantum facit vivum, & in quantum facit animal: sic etiam communicat aliquam in quantum facit hominem, licet non omnino uniformiter. Differenti enim modo communicat anima corpori, quæ respiciunt potentiam vegetativam, & sensitivam, & operationes potentie intellectivæ. Nam operæ sensitivæ, & vegetativæ sic communicat corpori, ut sit in corpore, & per corpus, sit et in corpore, ut non sine corpore: non enim nutrit anima nisi mediante organo corporeo, nec nutrit nisi quando est in corpore. Intelligere autem sic communicat anima corpori, ut sic intelligat cum corpore aliquo modo agente, ut tamen non intelligat per corpus: sic intelligat etiam in corpore, ut tamen etiam intelligat, cum est separata a corpore. Quia vero dum est in corpore, communicat ei rationalem operationem, ideo facta inordinatione ex parte corporis, habet illa operatio impediri. Sed iste modus dicendi calumniam habet in hoc, quod dicit, quod operatio intellectus aliquo modo communicatur corpori: cum non videatur verum, & Philosophus contradicere videtur expresse in 16. Animalium,

lium, ubi dicit, quod intellectus est actu intelligendi. Dicitur autem ab extrinseco; propter hoc, quod anima sentire per corpus, & non nullo modo est immixtus corpori. Et hoc ipsum dicit in 3. de Anima. Et iterum: & si concedatur, quod homo intelligat, nullo tamen modo conceditur, nec de toto corpore, nec de parte corporis, quod intelligat. Unde videtur, quod hoc dicatur de toto coniuncto ratione partis, scilicet anime: sicut cum dicitur homo est albus, hoc dicitur solū ratione corporis. Et PROPTEREA est quartus modus dicendi, quod scilicet operatio anime in corpore impediri habet propter corporis ineptitudinem. Et huius ratio est unio anime, & corporis ad unius tertii constitutionem, quod est unum per essentiam, & cui debetur propria operatio, secundum quod est unum: hæc autem operatio non est vivere tantum, nec sentire, sine movere; sed ratiocinari, & intelligere. Et propter ipsam unionem non tantum pendet anima ex corpore, quantum ad actum sentiendi: sed etiam aliquomodo quantum ad actum intelligendi, quando est in corpore: sed longe aliter, & aliter. Nam quantum ad actum vegetandi, & sentiendi, sic pendet, ut nullo modo possit eos exercere sine corpore: non autem sic de actu intelligendi. Sic etiam pendet, ut illos actus exerceat per corpus, & per organum corporeum: non sic est de actu intelligendi: & ideo actum sentiendi dicitur communicare anima corpori. Unde non absurde omnino dicitur, oculus videt; non sic autem dicitur de

actu intelligendi. Dicitur autem anima sentire per corpus, & non intelligere per corpus: quia cum duo concurrant ad actum intelligendi, & sentiendi, videlicet recipere, & iudicare: in sentiendo receptio speciei est a corpore, sed iudicium est a virtute: sed in intelligendo utrumque est a virtute intellectiva, videlicet ab intellectu possibili, & agente. Et propterea intellectus dicitur vis non alligata materię: & operationem hanc potest habere, cum est separata a corpore, quando est in corpore non omnino intelligit præter corpus. Sicut enim esse anime in corpore aliquo modo pendet ex corpore, quamvis non pendeat esse ipsius anime in se: ideo ad hoc quod anima sit in corpore, necesse est corpus debite complexum esse, & ad illius complexionis corruptionem contingit animam non amplius esse in corpore: sic quando anima est in corpore, intelligere suum non est sine corpore, & sine aliqua dispositione ex parte corporis, cuius actualitas conveniat actui intelligendi, sicut congrua dispositio correspondebat existentie anime in corpore, & perfectioni eiusdem. Illa autem actualitas attenditur secundum illud, quod est supremum in corpore, & quantum ad nobilissimos spiritus: qui locum habent in nobilissimis organis corporis. Et quoniam cum aliquid auferatur ab aliquo, prius auferatur ab eo illud, quod est in eo excellentissimum: & cum aliqua virtus debilitatur, prius auferatur ab ea summum, quam il-

Iud quod est citra summū: hinc est, q̄ in læsione corporis citius tollitur illud, secundū qđ conformabatur operationi intellectuæ: q̄ illud, secundū quod cōformatur operationi sensitiuæ: & ideo fumositates ascendētes ad cerebrum, quæ perturbant spiritus in somnis, uel in pueris, uel in phreneticis: uel quæcunque alia læsio organorū, in quibus residēt spiritus subtilissimi, & nobilissimi corporales, facilius impedit usum rationis, q̄ imaginationis: Et sic patet ratio, quare impeditur ex ineptitudine corporis rationis usus: & quare impeditur magis, quā usus inferioris uirtutis. Ex hac eadem ratione colligitur, quare magis impeditur ratio quātum ad usum liberi arbitrii, q̄ quantum ad alios actus rationales, quos in somnis, & in furiosis aliqn̄ dignoscitur habere. Actus enim liberi arbitrii respicit potentiam rationalem, prout est in omnimoda, & plena libertate. Liberum enim arbitrium nō dicit dominium potentiae respectu actus, sicut supra determinatum est. Et quoniam cum impeditur aliqua uirtus operatiua, primō aufertur ei actus ille, qui ei inerat secundū suam plenitudinem: sicut patet, cum aliquis infirmatur in pede, facilius ei aufertur potentia uelociter currendi, q̄ potentia ambulandi: siue facilius impeditur hic actus, q̄ ille: sic & in proposito, facilius & frequentius cōtingit auferri usum libertatis, q̄ quemcūque actum potentiae intelligendi. Concedendę sunt igitur rationes ostēdentes, quod libe-

rum arbitrium ex ineptitudine ex parte corporis habet impediri quantum ad suum usum, sicut impeditur in infantibus, & furiosis, & dormientibus.

AD ILLVD, quod primō obiicitur in contrarium de petitione Salomonis, quæ fuit in somnis. Dicendum, q̄ illud fuit aut gratiæ specialis, & priuilegii, non legis communis, q̄ in somnis potuit mereri, & dignus fuit exaudiri. Aut certē hoc dicitur, non quia Deo dormiendo placuerit, sed quia ante uigilando, & præcogitando, illud Deo placuit: & quod in uigilia placuerat, dominus per reuelationem manifestare uoluit in somnis: frequentius enim in somnis, q̄ in uigilia apparere consueuit. ET PER HOC patet responsio ad sequens uerbum Gregorii. Quod enim dicit sanctos uiros in somnis mereri, hoc dictum est, quia occasione sumpta ab eo, quod patiūtur in somnis, postmodum merentur in uigilia: sicut uir peccator demereri dicitur in pollutione nocturna, quam sua cogitatione prouocauit, uel de cuius recollectione postmodū delectatur. AD ILLVD, quod obiicitur, quod anima secundum operationem intellectiuam non est actus alicuius partis corporis: iam patet responsio ex prædictis: quamuis enim non operetur per organum corporale, nihilominus tamen ad hoc, quod anima operetur in corpore, necesse est corpus secundum nobiles spiritus, & nobilia organa in debita actualitate, & dispositione esse, sicut prius ostensum est.

est. Et quoniam hæc dispositio tollitur per corporis ineptitudinem: ideo per consequens actus rationis, & usus liberi arb. impeditur. AD ILLVD, quod obiicitur, quod anima in somnis reuocatur ad interiora. Dicendū quod uerum est, sed non quantum ad omnes operationes interiores, sed quantum ad operationes naturales. Nam somnus est quies uirtutum animalium cum intentione naturalium, & ideo non sequitur, quod usus rationis, uel liberi arb. in somnis intendatur, cum hæc potius contineantur sub uiribus animalibus, quā naturalibus. AD ILLVD, quod obiicitur, quod in somnis anima uidet futura. Dicendum, quod sicut determinatum est supra distinctio. 7. in somnis non est præuisio futurorum: nisi uisitatio emittatur ab altissimo, sicut dicitur Eccl. 14. Magis autem dominus uisitat in somnis, quā in uigilia in reuelando futura. Tum propter hoc, quod anima in uigilia est dispersa ad exteriora sensibilia comprehendenda. Tū quia etiam dominus, qui posuit tenebras latibulum suum, ad sui ipsius occultationē, magis uult in somnis, quā in uigilia reuelationes emittere. Tum quia etiam magis in somnis agitur homo, quā in reuelatione diuina plus se habet homo per modum susipientis, quā agentis. Tum quia etiam in somnis medium tenet homo inter mortuum, & uiuentem: & ita quodammodo a uita huiusmodi recedit, de qua dominus

Exod. 33. dicit. Non uidebit me homo, & uiuet. Ex hoc ergo nō potest concludi, quod usus liberi arb. sit in somnis, quamuis ibi contingat reuelationes fieri: quoniam in somnis magis agitur anima, quā agit: sed in usu liberi arbitrii magis agit, quā agatur. AD ILLVD, quod obiicitur, quod uis phantastica non impeditur in somnis. Dicendum, q̄ & si uideatur phantasia magis in somnis, quā in uigilia uigere, nihilominus tamen aliquo modo impedi habet. Potentior est enim homo in uigilia ad imaginandum omne, quod uult, quā in somnis: licet motus imaginatiuæ non ita appareat in uigilia propter conuersionem animæ ad exteriora, & in somnis medii motus sentiantur propter animæ quietationem. Et si obiicias, quod nō sic impeditur, quin aliquo modo habeat usum suum phantasia: ergo nec debet impedi superior potentia, iam patet responsio ex his, quæ supra dicta sunt: facilius enim auferatur omnis potentia in somno, quā citra somnum. Et præterea in somnis plus quietantur uirtutes animales, quā naturales: motus autem, & decursus illorum phantasmatum naturalis est, & ideo non sic impeditur usus phantasiæ, sicut usus potentię intellectuę. Ad quæstiones autē, quæ sequuntur, plana est responsio ex his quæ prædicta sunt.

D I S T I N C T I O XXVI.

De libero arbitrio, comparato ad auxilium gratia.



HÆC est gratia operans & cooperans: Operans enim gratia preparat hominis voluntatem, ut velit bonum: gratia cooperans adiuuat, ne frustra velit. Vnde Augustinus in Libro de Gratia,

Ad V. & libero arbitrio, Cooperando Deus in nobis perficit, quod lentinū operando incipit: quia ipse, ut velimus, operatur incipiens, in cap. qui uolentibus cooperatur perficiens. Vt ergo velimus, operatur. Cum autem volumus, & sic volumus ut perficiamus, nobis cooperatur: & tamen sine ullo vel operante ut uelimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil ualemus. Ecce his uerbis satis aperitur, quæ sit operans gratia, & quæ cooperans. Operans enim gratia est quæ præuenit voluntatem bonam, ea enim liberatur, et præparatur hominis voluntas, ut sit bona, bonumque efficaciter velit.

Cooperans uero gratia voluntatem iam bona sequitur adiuuando. Vnde Augustinus contra Iulianum hereticum, qui bonam uoluntatem ex libero arbitrio tantū esse dicebat, atque hominem per liberum arbitrium posse bonum uelle, & operari sine gratia assererat, ait, Apertam de commendatione gratia Apostolus sententiam protulit, cum ait, Non est uolentis, neque currentis, sed Dei misericordis. Hæc si attenderes Iuliane, non extenderes contra gratiam merita uoluntatis humane. Non enim ideo miseretur Deus alicuius, quia uoluit, & cucurrit: sed ideo uoluit, & cucurrit, quia misertus est Deus. Paratur enim uoluntas hominis a Deo, & a domino gressus hominis diriguntur. Ideoque congrue ait, Non est uolentis, neque currentis, sed misericordis Dei. Non quia hoc sine uoluntate nostra agatur, sed quia uoluntas nostra nil boni agit, nisi diuinitus adiuuetur. Vnde alibi Apostolus ait. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Non ideo dicit, quia nihil boni ageretur: sed quia nihil boni ageret, si illa non adiuuaret. His testimonijs aperte insinuatur quod uoluntas hominis gratia Dei præuenitur atque præparatur, ut fiat bona, non ut fiat

Aug. in per il- lud Ro. Non est uolentis neque currentis. Rom. 9. Pro. 16. Psa. 36. Aug. de pfectio- ne iusti- tie pa- ra. 17. circa si- nē lib. 1. Co. 15. Idem in epis. ad Bonifa. 9. c. 106. in epis. circa si-

D I S T I N C T I O XXVI.

fiat uoluntas: quia & ante gratiam uoluntas erat, sed non erat bona & recta uoluntas.

Quid sit uoluntas.

Voluntatem ipsam Augustinus in Libro de duabus animabus ita definit, Voluntas est animi motus cogente nullo, ad aliquid non admittendum, vel adipiscendum. Hæc autem ut non admittat malum, & adipiscatur bonum, præuenitur & præparatur Dei gratia. Vnde Apostolus gratiam præuenientem, & subsequenter commendans, id est, operantem & cooperantem, uigilanter dixit: Non est uolentis, neque currentis, sed Dei misericordis: & non econuerso, non est misericordis Dei, sed uolentis & currentis. Nam si (ut quibusdam placuit) quod dictum est ita accipiatur, non est uolentis, neque currentis, sed misericordis Dei: tanquam diceretur, non sufficit sola uoluntas hominis, si non sit etiam misericordia Dei: contra dicitur, non sufficit etiam misericordia Dei, si non sit etiam uoluntas hominis. Ac per hoc si recte dictum est illud, quia id uoluntas hominis sola non implet, cur non etiam a contrario recte dicitur, non misericordis est Dei, sed uolentis est hominis, cum id misericordia Dei sola non impleat? Homo enim credere uel sperare non poterit, nisi velit, nec peruenire ad palmam, nisi uoluntate currat. Restat ergo, ut ideo ita recte dictum intelligatur, ut totum detur Deo, qui hominis uoluntatem bonam præuenit, & præparat adiuuandam, & adiuuat præparatam, nolentem præuenit, ut uelit: uolentem subsequitur, ne frustra uelit. Ecce his uerbis & alijs præmissis euidenter traditur, quod uoluntas hominis præparatur, & præuenitur gratia Dei, ut uelit bonum, & adiuuetur ne frustra uelit.

Quod bona uoluntas comitatur gratiam.

Itaque bona uoluntas comittatur gratiam, non gratia uoluntatem. Vnde Augustinus ad Bonifacium Papam scribens contra Pelagianos inquit, Cum fides impetrat iustificationem, sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei, non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici uoluntate comitate, non ducete: pedissequa, non præuia. Ecce hic aper-

Ecc 4 te habes

Cap. 10 in 10. 6.

Rom. 9. Aug. in Ench. 6.

32.

Aug. li.

ad Sim-

plicia-

nū pri-

mo cir-

ca med.

qōnis 2.

in 10. 4.

Ench. 10

co prius

citato.

te habes, quod gratia praeuenit bonae uoluntatis meritum,
& ipsa bona uoluntas pedisse qua est gratiae, non praeuia.

Quae sit gratia uoluntatem praeueniens.

Epif. ca dem. Et si diligenter intendas, nihilominus tibi monstratur quae sit ipsa gratia uoluntatem praeueniens, & preparans, scilicet fides cum dilectione. Ideoque Augustinus in eodem tractans quomodo iustificati sumus ex fide, & tamen gratis (utrunque enim dicit Apostolus, qui dicit, Iustificati ex fide, alibi ait, Iustificati gratis per gratiam.) Hoc enim ideo dixit, ne fides ipsa superba sit, ne dicat sibi, si ex fide iustificati quomodo gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur, quam donatur? Non dicat homo ista fidelis; quia cum dixerit, habeo fidem; ut mereat iustificationem, respondetur ei, Quid habes, quod non accepisti? Fides enim qua iustificatus es, gratis tibi data est. Hic aperte ostenditur, quod fides est causa iustificationis, & ipsa est gratia & beneficium, quo hominis praeuenitur uoluntas & preparatur. Vnde *Cap. 9. in mca dio capi tis.* Augustinus in 1. lib. Retrahat. Voluntas est qua & peccatur, & recte uiuitur: Voluntas uero ipsa nisi Dei gratia liberetur a seruitute, qua peccati serua facta est, & ut uitia superet, adiuuetur: recte pieque uiui a mortalibus non potest: & hoc beneficium quo liberatur, nisi eam praeueniret, iam meritis daretur, & non esset gratia, quae utique gratis datur. Praeuenitur ergo bona hominis uoluntas illo gratiae beneficio, quo liberatur, & preparatur. Et illud beneficium fides Christi recte intelligitur: sicut Augustinus in Enchi. euidenter ostendit dicens, Ipsum arbitrium liberandum est post illam ruinam a seruitute peccati. Nec omnino per se ipsum, sed per solam Dei gratiam, quae in fide Christi posita est, liberatur, ut uoluntas prepararetur. Ecce aperte dicit gratiam, per quam liberatur arbitrium, & preparatur uoluntas, sitam esse in fide Christi. Fides enim Christi (ut in eodem ait) impetrat, quod lex imperat.

Quod uoluntas bona, quae praeuenitur gratia; quaedam Dei dona praeuenit.

Cap. 32 Psa. 38 Ipsa tamen eadem uoluntas quaedam gratiae dona praeuenit. Vnde Augustinus in Enchi. Praecedat bona uoluntas homi-

nis

nis multa Dei Dona, sed non omnia: quae autem non praecedit, ipsa in eis est, & ipsa iuuat, nam utrunque legitur in sanctis eloquijs. Et misericordia eius praeueniet me: & misericordia Dei subsequetur me: nolentem quippe praeuenit, ut uelit: uolentem subsequitur ne frustra uelit. Cur. n. admonemur orare pro inimicis nostris nolentibus pie uiuere, nisi ut Deus in eis operetur & uelle? Itemque cur admonemur petere ut accipiamus, nisi ut ab illo fiat quod uolumus, a quo factum est ut uelimus? Inde Apostolus ait, Non est uolentis neque currentis, sed Dei miseretis. Ex his apparet, quod bona hominis uoluntas quaedam dona Dei praeuenit, quia eam comitatur gratia adiuuans: & quibusdam praeuenitur, quia eam praeuenit gratia operans, scilicet fides cum charitate.

Quae praedictis uideantur aduersari.

Non est tamen ignorandum, quod alibi Augustinus significare uidetur, quod ex uoluntate sit fides, de illo uerbo Apostoli, Corde creditur ad iustitiam: ita super Ioan-nem tractans: Ideo non simpliciter Apostolus ait, creditur, sed corde creditur: quia caetera potest homo nolens, credere non nisi uolens: intrare ecclesiam, & accedere ad altare potest nolens, sed non credere. Item super Genesim; ubi Laban, & Batuel dixerunt, Vocemus puellam, & queramus eius uoluntatem: dicit expositor: quia fides est uoluntatis, non necessitatis. Ad quod respondentes dicimus, non haec ita accipienda fore, ut ex uoluntate hominis fides intelligatur prouenire: cum ipsa sit proprie Dei donum, ut ait Apostolus, & ex ea bona hominis merita incipiant. Per hanc enim, ut ait Augustinus super Psalm. 67. Iustificatur impius, id est, fit de impio pius, ut deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari: unde omnia bona merita incipiunt. Sed potius haec ideo ita dicta sunt, quia non est fides nisi in eo, qui uult credere, cuius bonam uoluntatem fides praeuenit, non tempore, sed causa & natura. Vnde Augustinus supra congruenter dixit, quod bona uoluntas in eis donis est, quae non praecedat: & ipsa iuuat: quia ea iuuat, quibus praeuenitur, dum eis consentit ad effectum boni: & in eis est, quia tempore ab eis non praeceditur.

Quaedam

Quædam adhuc, quæ grauiorem faciunt propo-
tam quæstionem.

Ceterum hanc quæstionem magis acunt, & urgent uer-
ba Augustini, quibus in Libro de prædeterminatione sancto-
rum utitur, pertractans illud uerbum Apostoli, Non quod
sufficiētes simus cogitare aliquid, quasi ex nobis. Atten-
dant, inquit, hic, & uerba ista perpendant, qui putant ex no-
bis esse fidei cæptum, & ex Deo esse fidei supplementum. Cō-
mendans enim istam gratiam, quæ non datur secundum ali-
qua merita, sed efficit omnia bona merita: inquit, Non quod
sufficientes simus cogitare aliquid boni, scilicet ex nobis.
Quis autem non uideat prius esse cogitare, quàm credere?
Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse cre-
dendum. Si ergo cogitare bonū non est ex nobis, ut hic Apo-
stolus tradit, nec credere: quanquam & ipsum credere ni-
hil est aliud, quàm cum assensione mētis cogitare. Hic uide-
tur insinuare, quod cogitatio bona præcedat fidem: & ita
bona uoluntas præueniat fidem, non præueniatur: quod præ-
dictis aduersari uidetur. Ad hoc autē dicimus, quod aliquā-
do cogitatio bona siue uoluntas præuenit fidem: sed non est
illa bona uolūtas uel cogitatio, qua rectē uiuitur. Illa enim
sine fide, & charitate nō est. Nā ut ait Aug. ad Anastasiū,
Sine spiritu non est uolūtas hominis libera, cū cupiditatibus
uincatur; nō est libera ad bonū, nisi liberata fuerit. Nō autē
liberatur, nisi per spiritum sanctum diffundatur charitas in
cordibus. Non est libera uolūtas, nisi eā liberet gratia per
legem fidei, id est, non est libera, sine fide operante per dile-
ctionem: & illa sufficienter & uere bona est. Non est enim
fructus bonus, qui de charitatis radice non surgit. Si uero
adsit fides operans per dilectionem, fit delectatio boni.
De illa cogitatione boni, quæ præcedit fidem.
Illa autem cogitatio siue uoluntas, quæ fidem, & charita-
tem, aliasque iustificationes præcedit, non sufficit ad salu-
tatem, nec rectē ea uiuitur. Hæc uoluntate concupiscitur
spiritus, illa bona uoluntas, quæ est magnum bonum, ista uero non.
Alia est ergo illa uoluntas siue cogitatio, alia ista. Et sicut
illa istam præcedit, ita illam præuenit intellectus. Vnde

Aug.

Augustin. ista distinguens super illum locum Psal. 118.
Concupiuit anima mea desi. iu. ait. Concupiuit desiderare,
(inquit) nō desiderauit. Videmus enim ratione nōnunquam
quàm utiles sunt iustificationes Dei, sed infirmitate præpe-
diti aliquando non desideramus. Præuolat ergo intellectus,
sequitur tardus, aut nullus effectus. Scimus bonum, nec
delectat agere, & cupimus ut delectet. Sic iste olim desi-
derare concupiscebat, quæ bona esse cernebat, cupiens eo-
rum habere delectationem, quorum potuit uidere rationē.
Ostendit itaque quibus quasi gradibus ad eas perueniatur:
prius. n. est, ut uideantur quàm sint utiles, & honestæ: dein-
de ut earum desiderium concupiscatur: postremo, ut profi-
ciente gratia delectet earum operatio, quarum sola ratio
delectabat. Attende hunc ordinem gratiarum, quæ hic di-
stincte assignat Augustinus, qualiter scilicet intellectus bo-
norum præcedit concupiscentiam eorundem, & ipsa concu-
piscencia delectationem quæ fit per fidem, & charitatē: qua
habita, uere bona est uoluntas, qua rectē uiuitur. Ipsaque
fidei comes est, non præuia. Qui uerba Augustini præmissa
secundum hanc distinctionem considerat, nullam ibi repu-
gnantiam fore animaduertit: non ignorans etiam ante gra-
tiā præuenientem, & operantem, qua uoluntas bona præpa-
ratur in homine, præcedere quadam bona ex Dei gratia &
libero arbitrio: quadam etiam ex solo libero arbitrio, qui-
bus tamē uitam nō meretur, nec gratiam, qua iustificatur.
Illius enim gratiæ percipiendæ, quæ uoluntatem hominis
sanat, ut sanata legem impleat, nulla merita præcedunt.
Ipsa est enim qua iustificatus impius fit iustus, qui prius
erat impius: meritis autem impij non gratia, sed pœna de-
betur: nec ista esset gratia, si non daretur gratuita. Da-
tur autem gratuita, quia nil boni ante feceramus, unde
hoc mereremur. Non negamus tamen multa ante hanc
gratiam, & præter hanc gratiam ab homine fieri bona
per liberum arbitrium ut tradit Augustinus in responsio-
nibus contra Pelagianos: ubi dicit, homines per liberum
arbitrium agros colere, domos adificare, & alia plura bo-
na facere sine gratia cooperante.

SUPRA 105.



SVPRA egit Magister de libero arbi. siue de adiutorio homini collato in se. In hac uero parte agit de ipso comparato ad auxilium gratiæ. Diuiditur autem ista pars in duas partes, In prima determinat quantum possit lib. arb. cum gratia. In secunda, quantum possit circumscribita gratia, infra Di. 28. *Id uero inconcussè, & incunctater teneamus, &c.*) Prima pars habet duas partes. In prima determinat de adiutorio gratiæ operantis, & cooperantis collato li. arb. prout illud adiutorium cõparatur ad lib. ar. In secunda, prout comparatur ad habitum gratuitum, & usum sibi debitum, infra Di. 27. *Hic considerandum est, cum prædictum sit, &c.*) Prima pars habet duas. In prima determinat, qd sit, siue cuius efficaciam sit illud adiutorium gratiæ qd libero ar. superadditur. In secunda uero determinat de eodem adiutorio quantum ad uoluntatem, siue ad li. ar. ordinatur. *ibi. Ipsa tamen eadem uoluntas, &c.*) Prima pars habet tres particulas. In prima determinat, qd sit illud adiutorium liberi ar. superadditum quantum ad actum, siue effectum. In secunda uero quantum ad subiectum. *ibi. Uoluntatem ipsam Aug. st. &c.*) In tertia uero quantum ad ipsum donum gratuitum. *ibi. Et si diligenter intendas, &c.*) Similiter secunda pars principalis tres habet partes. In prima determinat ueritatem. *ibi. Ipsa tamen eadem, &c.*) In secunda uero remouet dubitationem. *ibi. Non est tamen ignorandum, &c.*) In tertia uero parte subiungit uerita-

tis recapitulationem. *ibi. Illius enim gratiæ percipiendæ &c.*) Harum autem partium subdiuisiones manifestæ sunt in litera, &c.

Voluntas est animi motus, &c.) *Dub. 1.* Sicut dicit Philosophus, Peccat, qui diffinit id, quod est in quiete, per id quod est in motu: sed uoluntas est in potentia: ergo male diffinitur cum dicitur, Voluntas est animi motus. Itẽ. Velle plus est agere, quã pati: ergo plus mouere, quã moueri: si ergo motus sonat in passionem, uidetur quod uoluntas nõ debeat dici animi motus. *Resp.* Dicẽdum, qd (sicut dicit Ansel.) Voluntas dicitur æquiuoce ad uoluntatem instrumentum, & uoluntatem affectionem, & uoluntatem usum. Et Augustinus non diffinit hic uoluntatem, prout accipitur pro potẽtia, sed prout accipitur pro usu. Et si tu quæras, quare magis diffinit uoluntatem prout accipitur pro usu, quã pro potẽtia: Ratio huius est; quia potẽtiæ manifestantur per actus: & ideo cognita uoluntate usu, per consequens cognoscitur uoluntas potentia. Ad illud, quod obiicitur, quod usus uoluntatis non est passio; sed actio, & ita non debet dici motus. Dicendum, quod motus non tantummodo accipitur passiuè, immo etiam accipitur actiuè: & præterea omnes actiones animæ quodammodo passiones sunt.

Gratia uoluntatem præueniens, &c.) Videtur, quod ista notificatio gratiæ non sit conueniens. Cum enim gratia, & uirtus diuersas habeant notificationes, nõ uidetur, quod unum habeat

beat notificari per alterum, Itẽ. Cum gratia nõ solummodo ponat in anima fidem, & charitatem; sed etiam speciem, uidetur insufficienter dicere Magister, cum dicit, quod est fides cum dilectione. Iuxta hoc quæritur: cum diuersæ diffinitiones, & notificationes gratiæ assignentur diuersimode, penes quid sumitur ratio, & distinctio harum. *Respon.* Dicendum, quod Magister non intendit in illo uerbo notificare gratiam gratumfaciẽtem quantum ad suam essentiã; sed intendit eam notificare quasi per posterius, & quodam modo per effectum. Cum enim habitus cognoscatur per actus, & actus gratiæ duplex sit secundum duplicem potentiam, uidelicet secundum intellectum, & affectum, ideo per illas habet gratia notificari: & quia in illos actus non exit gratia, nisi mediãtibus habitibus uirtutum, uidelicet fidei, & charitatis; ideo notificans gratiam dicit, quod gratia nihil aliud est, quã fides cum dilectione; pro eo quod per illos duos habitus dicitur aia in actus exire, per quos innotescit nobis gratia. Ad illud uero, quod quæritur de pluralitate diffinitionum. Dicendum, quod gratia habet comparari ad suum principium, habet comparari ad suum subiectum, habet comparari ad suum oppositum, habet comparari ad suum effectum, habet & comparisonem ad suum præmium: & secundum has diuersas comparisones diuersæ reperiuntur eius notificationes. Secundum cõparationem ad suum principium est illa I. Id. Gratia est misericordiæ

donum diuinæ, per quod bonæ uoluntatis est exitus. Per comparisonem autẽ ad suum subiectum, sic est illa, quæ datur super illud; Ps. 103. Ut exilaret faciem in oleo. Gratia est quidam nitor animæ ad conciliandum sanctum amorem. Per comparisonem ad suum oppositum, sic est illa, quæ datur in Glo. super epistolas, Gratia ẽ iustificatio, & remissio peccatorum. Per cõparationem ad suum effectum, sic est illa Christo. Gratia est sanitas mentis, delectatio cordis. Per comparisonem ad præmium, sic est illa gratia, & similitudo gloriæ. Secundum autem omnes comparisones istas sic assignatur una diffinitio magistralis, quæ talis est. Gratia est forma a Deo gratis data sine meritis, gratumfaciens habentem, & bonum eius opus reddens. Inuenitur autem & alia notificatio gratiæ, qua dicitur, Gratia est manifestatio spiritus ad utilitatem; quæ sumpta est ex illo, quod dicitur. 1. Corin. 7. unicuique datur manifestatio spiritus &c. sed ista est manifestatio gratiæ gratis datæ.

Vides enim, qua iustificatus es, &c.) Ex hoc uidetur uelle dicere Aug. & Magister, quod mediante fide fit iustificatio, sed cõtrarium huius est; quia ab eodẽ est animæ iustificatio, a quo est uiuificatio: sed uiuificatio est ab ipsa gratia; nam fides sine gratia non uiuificat, immo mortua est: ergo non uidetur, qd iustificatio sit a fide; sed a gratia. Si tu dicas, qd iustificationem attribuat fidei rone adiunctæ gratiæ. Quæritur, quare nõ attribuit alii uirtuti,

tuti, sicut fidei. Item. Quæritur de hoc, quod dicit. Fides impetrat iustificationem: aut intelligit de formata, aut de informi. Non de informi, quia per eam nihil mereatur, & nihil impetramus. Si de formata, hoc non potest sane intelligi. Nemo enim habet fidem formatam, nisi sit iustificatus. Resp. Dicendum, quod iustificatio dupliciter potest dici. Uno modo iustificatio dicitur iustitiæ infusio. Alio modo iustificatio dicitur in iustitia exercitatio. Secundum autem quod iustificatio dicitur in iustitia exercitatio, sic uerbum Magistri uerum est, & planum. Nemo enim in iustitia exercitatur, nisi mediante fide operante per dilectionem: & hic dicitur impetrare iustificationem, id est profectum iustitiæ, quæ consequitur ex bonorum operum, & meritorum multiplicatione, quod non contingit esse sine fide, & charitate. Sine fine. n. (sicut dicitur Hebr. 11.) impossibile est placere Deo: sine charitate etiam impossibile est: sicut dicitur. 1. Cor. 13. Si autem, dicatur iustificatio iustitiæ infusio, sic adhuc habet ueritatem, licet non ita plene: aut enim est infusio iustitiæ in paruulo, aut in adulto. Si in paruulo: sic dicitur esse iustificatio per fidem, non propriam; sed parentum, uel totius ecclesiæ, sicut dicit Augustinus ad Bonifacium. Si autem sit iustificatio in adulto, sic cum quatuor concurrant ad iustificationem, scilicet gratiæ infusio, contritio, motus liberi arbitrii, & peccati remissio, sicut dicunt Magistri, & motus liberi arbitrii sit motus, qui pertinet ad uirtutem fidei, non in-

conuenienter dicitur adultus per fidem iustificari: nec huic obstat, quod iustificatur per gratiam. Illa autem quatuor necessario requiruntur ad iustificationem impii: & ideo aliquando homo dicitur iustificari per gratiam, aliquando per fidem, aliquando per penitentiam; quia peccati remissio præsupponit illa tria: & per hoc patet obiecta. Ista enim melius explanantur in iiii. Distinct. xvi.

ARTICVLVS I.

QUESTIO I.

An gratia sit aliquid circa acceptantem, uel circa acceptatum?



intelligentiam huius partis, supposita gratiæ entitate, & necessitate: quia hoc infra quæretur suo loco: quæritur hic de gratiæ qdditate. Hoc enim inquit magister in littera: & circa hoc quærentur sex. Primo quæritur, utrum gratia sit aliquid circa acceptantem, uel circa acceptatum. Secundo, dato quod gratia sit aliquid circa acceptatum, quæritur utrum sit donum increatum, uel creatum. Tertio utrum sit in genere substantiæ, uel accidentis. Quarto quæritur, utrum sit in genere accidentis corruptibilis, uel incorruptibilis. Quinto quæritur, utrum sit in genere potentis. Sexto, & ultimo quæritur, utrum insit ad modum perfectionis tantum, an etiam per modum motoris.

Quod gratia Dei aliquid ponat circa gratificatum, sic ostenditur. Dicitur enim. Ioan. 1. De plenitudine eius accepimus gra-

gratiam pro gratia. Si igitur, quod accepimus in nobis est: diuina gratia in gratificatis, siue acceptatis a Deo habet esse. ITEM. 1. Cor. 1. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, diuidens singulis prout uult: hoc autem non esset, nisi gratiæ donum in singulis aliquid poneret: ergo &c. Si tu dicas, hoc esse dictum de gratia gratis data, tunc arguitur a minori, quod si gratia gratis data aliquid ponit in gratificato: multo magis gratia gratum faciens, quæ maioris est efficacitatis, & magis reddit ipsum gratificatum Deo acceptabile. ITEM. Gratia gratum faciente efficitur quis dignus superna beatitudine: sed omnis dignitas aliquid ponit in eo, in quo est: ergo dignitas retributionis æternæ aliquid ponit in eo, qui dignus est: hoc autem non est nisi gratia: ergo &c. ITEM. Culpa, ex qua Deus hominem odit, & reprobatur, ponit aliquam deformitatem in eo, qui reprobatur: ergo pari ratione gratia, ob quam Deus aliquem diligit, & approbat, aliquid ponit in eo, qui acceptatur. ITEM. Contingit aliquem, qui non est gratus Deo, fieri gratum; sed hoc non est propter mutationem aliquam factam ex parte Dei acceptantis: ergo hoc est propter mutationem aliquam factam ex parte hominis acceptati: sed talis mutatio nihil ab homine tollit: ergo aliquid circa hominem acceptatum ponit. ITEM. Deus est æquus ponderator: ergo non magis acceptat unum hominem, quam alium: nisi aliquid donum, uel aliquod bonum sit in uno, quod non est in altero:

hoc autem uocamus ipsam gratiam: ergo gratia Dei aliquid ponit circa ipsum gratificatum, & acceptatum a Deo.

SED CONTRA. Dan. 1. Dedit dominus gratiam Danieli in conspectu principis eunuchorum &c. Sed constat, quod tunc nihil nouum collatum est Danieli ad hoc, quod acceptaretur ab illo eunuchorum principe: si ergo Deus est benignior, & ad acceptandum promptior, uidetur quod nihil oporteat in homine poni ad hoc, quod acceptetur a Deo: si igitur gratiam Dei habere non est aliud, quam Deo esse acceptum: uidetur &c. ITEM. Videmus experimento, quod homo homini efficitur gratus ex solo aspectu, nec aliquid dat homo homini, cum suscipit illum in gratiam suam: ergo pari ratione non oportet aliquid dari homini, ut suscipiatur in gratiam Dei. ITEM. Omnis ille est alii gratus, qui est ab eo dilectus: sed dilectio Dei non ponit circa dictum aliquid nouum, quoniam dilexit nos ante mundi constitutionem, sicut dicitur ad Eph. 1. Dilexit etiam nos, cum adhuc peccatores essemus, sicut dicitur Ro. 5. ergo pari ratione nec illa tentatio, siue gratificatio aliquid ponit circa gratificatum. ITEM. Solis precibus alicuius sine aliquo uulnere interueniente potest quis amicus, & gratus effici alicui, cuius priuserat inimicus, & odiosus: si igitur hoc est in homine, cum Deus multo promptior sit ad miserendum, quam homo, uidetur quod multo fortius possit hoc reperiri circa gratiam Dei. ITEM. Sic se habet gratia

ad gratificatum, & acceptatio ad acceptatū, sicut se habet laus ad laudatum: sed laus nihil ponit circa laudatum: sed circa laudantē; ergo nec gratia circa gratificatum, sed circa gratificantem. **ITEM.** Abundantioris charitatis est diligere, & acceptare eum, qui minus est dignus amore, sicut inimicum, quam amicū ergo diuina charitas & bonitas nō solū acceptat bonos; sed et q̄ tuncunq̄ue malos, nō solum dignos; sed etiam quātuncunq̄ue indignos: ergo diuina acceptatio, siue gratificatio nō uidetur aliquid ponere circa ipsum acceptatum, aut gratificatum.

RESOLVTIO.

Non circa acceptantem, sed circa acceptatum gratia diuina quid ponit; cum dei uoluntas in acceptando non afficiatur: sed nouus in acceptato tantum fiat effectus.

RESP. Dicendum, quod gratia diuina aliquid ponit circa gratificatum, siue acceptatum. Et ratio huius est; quia diuina uoluntas in acceptando non afficitur, diuina ueritas in approbando nō fallitur, & neutra earum in gratificando mutatur. Quia diuina uoluntas in acceptando non afficitur, nec acceptat aliquem propter nouum affectum, necesse est qđ acceptet propter aliquē effectum; & ita aliquis effectus ponitur esse circa eum, qui acceptatur. Quia ueritas diuina in approbando non fallitur, ideo nō præfert unum alteri; nec approbat magis unum, quam alterū; nisi quia habet in se aliquid, qđ est magis dignum approbatione diuina. Neminem autē acceptat, nisi quem approbat; & ita

nemo est gratus uel Deo acceptus, nisi in se habeat aliquid, p̄ quod sit approbatione dignus. Quia uero uoluntas non mutatur in acceptando, nec ueritas in approbando, cum aliquis de nouo incipit approbari, uel acceptari, & nulla cadit mutatio ex parte Dei acceptatis, uel approbantis: necesse est, quod aliqua cadat mutatio ex pte acceptati & approbati: sed hoc non est, quia aliquid ei aufertur: est ergo mutatio; quia aliquid donū sibi a Deo cōfertur: & sic patet, quod gratia aliquid donum ponit circa ipsum gratificatū. Vnde concedēdē sunt rationes hoc ostendentes.

AD ILLVD, quod primò obiicitur in cōtrarium de gratia humana, de qua dicitur, qđ Deus dedit gratiam Danieli &c. Dicendum, quod illud simile deficit ī tribus conditionibus præsignatis. Tum quia homo in acceptando afficitur, tum quia iudicium eius frequenter decipitur, tum etiam quia, cum de non acceptante fit acceptans, in seipso mutatur: hoc autem in Deo non ponitur, & ideo non est simile. Et p̄ hoc patet primum, & secundum obiectū. **AD ILLVD,** quod obiicitur de dilectione, quod nō ponit aliquid in dilecto. Dicendum, quod non est simile, pro eo qđ dilectio se extendit non solummodo ad præsens, uerum etiam ad futurum. Vnde non tantum diligit nos Deus dilectione temporalis; sed etiam æterna: acceptatio uero, & gratificatio solum ad præsens se extendit: & ideo effectum non solum in habitu, sed etiam in actu ponit circa ipsum

sum acceptatum, & gratificatū. **AD ILLVD,** quod obiicitur, quod solē preces reconciliāt. Dicendum qđ illud locum habet, ubi recōciliatio fit per mutationem affectionis, ut cum aliquis, qui alicui prius erat iratus, per preces alicuius mitigatur: hoc autē circa Deum non ponitur, & si aliquando in scriptura dici uideatur irasci, uel iratus, figuratiuē intelligendum est, uidelicet per anthropopaton. **AD ILLVD,** quod obiicitur de laude. Dicendum, qđ sicut laus creature non ponit aliquid circa laudatum, sed circa laudantem, sic et gratia, qua unus homo alterum acceptat. Deus autē, qui non uerbo eum laudat, sed approbatione laudādo aliquid ponit circa laudatum. Vnde ex hoc sequitur, qđ gratia diuina nihil ponat. Posset tamen dici, qđ nō est simile de laude, & gratia, quia laus respicit personam extrinsecam, cui laudatus ipse manifestus efficitur: sed acceptatio respicit bona intrinseca, ex quibus una persona redditur alteri accepta. **AD ILLVD,** quod obiicitur, quod maioris charitatis est acceptare eū, qui minus dignus est. Dicendum, qđ acceptatio nō tm̄ respicit opus, uel effectum, siue donū largitatis, sed et iudicium ueritatis. Qui. n. alterū acceptat, ipsum et approbat. Et quoniam diuina ueritas, & æquitas nō potest approbare nisi bonum, & æquum, nullus q̄ diu manet in sua iniquitate, potest esse Deo acceptus, & si etiam multa beneficia a Deo sibi impendantur. Et sic patet qđ ratio sua non cogit, quia sic est diuinæ largitatis

immēsitās, ut nō excludatur diuinæ ueritatis infallibilis æqtas.

QUESTIO II.

An id, quod gratia in acceptato ponit creatum, uel increatum sit?

Spposito, qđ gratia aliquid ponat circa gratificatū, queritur, utrum illud sit creatum, uel increatum. Quod sit increatum, uidetur per illud quod dicit Damascē. in Lib. de Spiritu sancto. Dicimus substantiā donorum Dei esse Spiritum sanctū, nec æstimare debemus Spiritum sanctum secundum substantiā esse diuisum, quia multitudo donorum dicitur, impartibilis em̄ est & indiuisibilis: sed iuxta differētes intellectus multis donorum uocabulis nuncupatur. Si igitur Spiritus sanctus est donum increatum, restat qđ gratia gratumfaciens dicit quid increatum. **ITEM.** Hoc ipsum ostēditur per effectus, siue actus gratiæ, quos dicitur habere in gratificato, qđ ex diuersis auctoritatibus nouem esse colliguntur. Gratiæ. n. est recreare, gratiæ est animam informare, uiuificare, illuminare, assimilare, unire, stabilire, acceptabilem Deo reddere, & affectum sursum ducere, & eleuare. Ex primo actu arguitur sic. Eodē recreat Deus, quo creat, & æqualis uirtutis (ut dicit Augusti.) est recreare, & creare: si ergo Deus seipso creat, non per aliquid creatum: ergo seipso recreat, & reformat, non per aliquid creatum: sed illud, qđ recreat est gr̄a: ergo &c. Ex secundo actu arguit sic. Pars uirtutis est formare mētē quantū ad affectum, & quātum ad intellectum: sed mens imme-

diatē a primā ueritate formatur quantum ad intellectum, ut dicit Augustinus. ergo & immediatē quantum ad affectū a primā bonitate formatur: sed aīam formate grū ad affectū, est ipsius gratiæ: ergo gratia non est aliud, quā bonitas summa. Ex TERTIO actu, uel effectu arguitur sic. Si uiuificare aīam est actus gratiæ gratum faciēris, & Deus aīam uiuificat seipso, non per mediū creatum: ergo gratia nō est aliud, quā Deus. Minor probatur per Aug. qui dicit, q̄ sicut corpus uiuit aīa, ira aīa uiuit Deo: sed anima seipsa uiuificat corpus: ergo Deus seipso uiuificat spiritum. Ex QUARTO actu, uel effectu arguitur sic. Si sol per sui essentiam esset præsens oculo, non esset necessaria aliqua luminis influētia ad hoc, quod efficeretur oculus luminosus: si igitur sol iustitiæ Deus est præsens omni creature, & essentialiter est in aīa unicuiusque, uidetur: q̄ nulla influētia luminis sit necessaria ad illuminationem aīæ: si igitur impossibile est Deum aliquid faceret frustra, uidetur, q̄ gratia illuminās aīam, nihil aliud sit, quā diuina essentia. Ex QUINTO actu, uel effectu arguitur sic. Si color esset sua similitudo, non esset necessaria nouæ similitudinis gñatio ad hoc, q̄ oculus conformaretur ipsi colori, maxime si color ipse esse posset in oculo: sed in Deo propter suā simplicitatē non differt ueritas, & similitudo. Filius em̄, qui est similitudo patris, est eiusde essentiaē cū patre: si ergo gratiæ est Deo a similitudo, & aīa est similitudo Dei,

impossibile est gratiā esse aliud a Deo. Ex SEXTO actu, uel effectu arguitur sic. Mediū unien di plus coniungitur utriq; extremorum, q̄ extremum extremo: sed Deus est intimus aīæ: ergo impossibile est, q̄ inter Deū & aīam cadat aliquod medium unitiuū, quod sit ab utroq; extremorū diuersum: si igitur gratiæ est unire aīam Deo, cū gratia non sit aīa, necesse est gratiā esse Deum. Ex SEPTIMO actu, uel effectu arguitur sic. Impossibile est uanitatē per uanitatē stabiliri: sed si stabilitur, per ueritatē stabiliri. Si igitur oīs creatura uanitas ē, aut grāe nō est stabilire aīam, aut non est aliquid creatum: sed gratiæ est stabilire aīam in bonum; hoc planū est; ergo gratia non est donū creatum, sed increatum. Ex OCTAuo actu, uel effectu arguitur sic. Eodem ipso acceptat Deus aliquem, quo amat; sed pater, & filius diligunt nos Spiritu sancto, sicut sancti dicunt, & habitum fuit in Primo Libro, nō aliquo creato; ergo acceptat nos Spiritu sancto, non per aliquod donū creatū: si igitur gratia est illud, quo Deus aīam acceptat, & reputat aīam gratā, uidetur &c. Ex NONO actu, uel effectu arguitur sic. Nihil potest mentem nostram supra se eleuare, nisi illud, quod est mēte superius; sed solus Deus maior est mente rationali, ergo solius Dei est ipsam supra se eleuare; sed iste actus, uel effectus dicitur esse gratiæ, ergo impossibile est gratiā gratum facientem esse aliquid a Deo diuersum. His nouem rationibus colligitur, quod gratia non

non est donum creatum, sed increatum.

AD OPPOSITVM arguitur primò rōnibus ostensiuus, secundò rōnibus inducentibus ad impossibile. Ad ostendendam autē gratiā gratum faciētem esse donum creatū, primò adducatur robur auctoritatis, & secundò uiolentia rōnis. Dicitur 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autē spiritus: sed nō est diuisio doni increati, ergo doni creati: ergo &c. QVOD SI DICAS, auctoritatē istā debere intelligi non de gratia gratū faciēte, sed de gratia gratis data. Obicitur tūc per uerbū Aug. ad Bonifaciū dicentis: Gratia meretur augeri, ut aucta mereatur perfici. Circa igitur istud donū consistit meritū, & augmētū: sed augmentum non consistit nisi circa donū creatum, meritum autē nō consistit nisi circa donū gratiæ gratū faciētis: ergo gratia gratum faciēs est quid creatum. QVOD si dicas augmētum illud attendi in gratia, non secundū id, qd̄ est, sed secundum effectū: adducit ad hoc auctoritas Magistri in litera, quā sumit ex uerbis Aug. ibi. *Et si diligenter intendas. Nihilominus tibi demonstratur, quæ sit ipsa gratia uoluntatem præueniens, & preparans, scilicet fides cum dilectione.* Si ergo fides est donum creatum, restat q̄ & ipsa gratia uoluntatem præparans donum creatum sit. ITEM Hoc ipsum rōne ostenditur, & ex omnibus istis actibus gratiæ assignatis una colligitur ratio. Si enim gratiæ est reformare, & informare, & uiuificare, & sic de aliis: cum omnis ta-

lis actus sit ab aliquo, sicut a principio formali: nō enim est informatio, nec reformatio, nec uiuificatio, & sic de aliis sine forma: necesse est aliquod donum poni in anima, quod sit animæ ipsius informatiuum; sed Deus nullo modo potest esse forma perficiens, quamuis possit se habere ratione formæ exēplaris: ergo propter donum increatum, quod Deus est; ad hoc quod anima gratificetur, necesse est ponere donum creatum. Huius autem rationis necessitas colligitur ex nouem mediis, ex quibus nouem possunt formari argumenta; sed tantum ualet illa in unum medium colligere, quantum diuisim explicare. Sic igitur rationibus ostensiuus apparet gratiam gratum facientem esse donum creatum. ITEM. Hoc uidetur rationibus inducentibus ad impossibile, quarum prima hæc est. Aut gratia gratum faciens ponit aliquid creatum in gratificato, cū Deus de non grato facit gratum, aut nihil. Si nihil, ergo nulla fit mutatio ex parte creature gratificatæ; ergo fit mutatio ex parte gratificantis, quod est impossibile. Et iterum; Si nihil creatum poneret, non esset melior ille, qui est gratus, quā ille, qui non est gratus. Si igitur hoc est impossibile ponere, q̄ gratus Deo non sit melior, quā non gratus: & impossibile est, q̄ sit melior nisi aliquam bonitatem habeat, quā aliter non habet, & hoc non potest esse nisi quid creatum, necesse est quod gratia aliquid creatum ponat in gratificato. Si igitur ponit ali-

quid creatum, aut est donum, siue alqs habitus, aut est actus, siue doni usus. Si est donū, & aliquis habitus, habeo propositū, scilicet, q̄ gratia in gratificato, ponit aliquod donum creatum. Si uerò est actus, uel usus, ergo non plus ponit in gratificato, quàm in non gratificato, nisi q̄n operatur: ergo non erit gratia in paruulis baptizatis, & in iustis dormientibus magis, quàm in non baptizatis, & in hoibus peccatoribus: q̄, si hoc falsum est, & alienum a fide, necesse est, gratia aliquod donū creatū in gratificato ponere. **ITEM.** Hoc ipsum ostenditur alia rōne. Tam ex fide, quàm ex auctoritatibus oportet supponere, q̄ impossibile est aliquod meritū esse sine gratia, & hoc melius manifestabitur infra. Hoc igitur supposito, quæro tunc, aut gratia est aliqua proprietas liberi arbitrii, aut oīno noīat aliam substantiam diuersam. Si est aliqua proprietas liberi arbitrii, habeo propositum, uidelicet, q̄ gratia in libero arbi. est aliquod donū creatum. Si gratia nō est aliqua proprietas lib. arb. sed Deus cū libero arbitrio exit in opus meritorium, quod est supra ipsum, in merēdo potius agitur, quàm agat, ei mouetur, q̄ moueat: & si hoc sicut motus sursum non attribuitur lapidi, nec est ex eo lapis laudabilis, uel uituperabilis, sic opus meritorium nullo modo est libero arbitrio attribuendum: & ita nec lib. arb. ex illo erit aliquo præmio dignū: q̄ si hoc est impossibile, & falsum, restat igitur, quòd illud falsum est quod dicitur, gra-

tiam non esse aliquod donum creatum.

RESOLVTIO.

Quod gratia in gratificato ponit, creatum quid est, forma hominō informans, & Deo assimilans, amicumq; reddens.

RESPON. Ad prædictorum intelligentiam est notandū, q̄ circa hanc q̄onem sapientes opinātur cōtrariū sapientib. In hac. n. q̄one aliquid est, q̄ fides determinat aliquid, q̄ rō non inuestigat. Fides, & scriptura determinat, q̄ absq; gratiæ dono impossibile est placere Deo. Determinat et, q̄ absq; dono increato, qd̄ est Spūs sanctus, hō non pōt fieri Deo acceptus, nec assumi in adoptionē filiorū Dei: & ideo oēs rectē intelligētes cōcedūt in uultis esse gr̄e donū ita ut credant et in eis esse donum increatū qd̄ est Spiritus S. & hoc a fide, & a scriptura determinatur: & iō, qui cōtrariū huius sentire, esset hæreticus. Sed utrū p̄ter donū increatum sit in nobis ponere donū creatū, per qd̄ sumus Deo accepti uel nō, q̄a nō expressē determinatur scripturæ auctoritate, inuestigat a doctoribus rōnū probabilitate. Et qm̄ tam habitus, q̄ dona, quā er uirtutes cognosci habēt per proprias operationes: iō secundū diuersam cōparationē actuum, & effectū gratiæ ad ipsam gratiā, diuersæ sunt super hoc doctorū opiniones. Sicut enim prædictū fuit in opponendo, gratiæ est recreare: gratiæ est aīam informare, gratiæ est uiuificare, illuminare, assimilare, unire, stabilire, acceptū facere, sursū leuā. Hos igit actus quidā cōparauerunt ad

ad gratiam, sicut ad principium effectiūm. Et qm̄ Deus sufficit ad hos actus, uel effectus perficiendos in rationali creatura, & solum Deum decent pro sua dignitate, & soli Deo sunt possibiles pro sua difficultate: ideo dixerunt, quòd donū creatum ponere ad hos effectus perficiendos in homine est superfluū, & indecens, & impossibile. **ALI** uero cōparauerunt effectus prædictos ad gratiam, sicut ad formam: necessarium enim est, q̄ uiuificatio, & informatio ab aliquo sit, sicut ab efficiente; & ab aliquo, sicut ab informante. Et quoniā nec est possibile, nec decens Deum esse formam perfectiū alicuius creature, ideo præter donū increatum, quod comparatur ad hos actus tanquam principium effectiūm, conueniens est, & oportunum ponere donum creatum, per quod anima informetur. Hanc autem positionem præferendā credo priori, tum quia securior, tum quia etiam rationabilior. Securior nanque est, quia consonat communitati Magistrorum, & uerbis expositorum, & pietati sanctorum. Doctores enim Parisiē. cōmuniter hoc sentiunt, & senserunt ab antiquis diebus. Verba etiam expositorum hoc præterdunt, qui gratiam in sacramentis dari, & usu uirtutis augeri dicunt. Piæ etiam mentes, & humiles huic positioni consentiūt p̄ eo, q̄ & si donum gratiæ non possit ita percipi a quocunque, uiros tamen sanctitate præclaros aliquando non latet diuinæ bonitatis influenza, quàm intra semetipsos potius experiēdo, q̄

ratiocinando cognoscunt. Hoc et piarum mentiu est, ut nihil sibi tribuāt, sed totum gratiæ Dei. Vnde quantumcunque aliquis det gratiæ Dei, à pietate non recedit, et si multa tribuendo gratiæ Dei, aliquid subtrahat potestati naturæ, uel libero arb. Cū uero aliquid gratiæ subtrahitur, & naturæ tribuitur, qd̄ est gratiæ, ibi potest periculū interuenire: & propterea cū ista positio, quæ ponit gratiam creatam, & increatam plus gratiæ Dei tribuat, quā alia, & maiorē ponat in natura nostra indigentiam, hinc est, q̄ pietati & humilitati magis est consona, & propterea est magis secura. Esto enim, q̄ esset falsa: quia tamen a pietate, & humilitate non declinat, tenere ipsam non est nisi bonum, & tutum. Præferēda est igitur hæc opinio priori, pro eo quod est securior, & magis recedit ab errore Pelagii. Quis enim negare secure audeat in nostra gratificatione, aliquod donū creatum nobis a Deo cōferri? Timere. n. debet unusquisq; ne foret negādo donū gratiæ creatæ, efficiatur aduersarius gratiæ increatæ. Præferenda est et, quia rōnabilior. Sicut. n. in opponendo ostēsum est, rationabiliter tales effectus, & actus non possunt cogitari in nobis esse, quin sint ab aliquo sicut efficiente, ab aliquo sicut informante. Quomodo. n. actus uerus informationis, & uiuificationis erit in anima, nisi sit aliqua forma complens, a qua anima informetur? Et ideo secundū hanc positionem comparatur ipsa gratia creata influentiæ luminis: & principiu eius cōparatur

solis. Vnde & scriptura uocat Deum, siue Christum solem iustitiae: quia sicut ab isto sole materiali influitur lumen corporale in aere, per quod aer formaliter illuminatur, sic a sole spiritali, qui Deus est, influit lumen spirituale in animam, a quo anima formaliter illuminatur, & reformatur, & gratificatur, & uiuificatur. Vnde inter omnia corporalia maxime assimilatur gratiae Dei luminis influentia: sicut enim haec est quaedam influentia, quae assimilat corpora ipsum suscipientia ipsi fonti luminis quantum ad proprietatem, sic gratia, quae est spiritalis influentia, quae mentes rationales fonti lucis assimilatur, & conformatur. Haec autem influentia recte dicitur gratia, tum quia datur ex mera liberalitate, nulla naturae cogente necessitate: non enim oritur ex principiis subiecti, nec a Deo exit de necessitate, sed sua mera benignitate. Tum etiam quia gratum facit: dum enim hominem Deo conformatur, & assimilatur, reddit ipsum Deo amicum, & facit Deo esse placitum, & acceptum. Tum etiam quia facit hominem gratis facere ea, quae facit. Affectus enim hominis recuruus est, & mercennarius, quantum est de se. Vnde quod facit, intendendo proprium commodum facit: sed cum diuina gratia superuenit, sic hominem totum gratum facit, ut siue ad utilitatem proximi, siue ad honorem Dei uelit, totum gratis facit impendere. Et sic patet, quod talis influentia ualde rationabiliter gratia nuncupatur. Igitur hanc positionem susti-

nendo tanquam securiorem, & rationabiliorem, ad obiecta in contrarium facile est respondere.

AD ILLUD .n. quod dicit Dam. Substantiam donorum Dei esse Spiritum sanctum: & si quae aliae auctoritates inueniuntur, intelligendae sunt per eam, & appropriationem: quia spiritus sanctus est donum, in quo omnia alia dona donantur, & qui est fons omnium donorum: non autem excluditur donum creatum per illud uerbum. Sic etiam cum quis tenet equum per frenum, dicitur tenere equum, nec sic excluditur tentio freni: quia tenendo frenum, tenet equum. Sic spiritus sanctus cum dicitur substantia donorum, non excluditur donum creatum, imo includitur. Non enim ob aliud dicitur nobis dari Spiritus sanctus; nisi ex eo, quod sic est in nobis a Deo, ut habeatur a nobis. Tunc autem habeatur a nobis, quando habitum habemus, quo possimus eo frui, & hoc est donum gratiae creatum. Et sic patet, responsio ad illam auctoritatem, & ad consimiles. AD ILLUD uero, quod obiicitur de actu, siue effectu recreationis, quod est a solo Deo. Dicendum, quod uerum est, quod quod est a solo Deo sicut a principio effectiuo: nihilominus tamen quia recreatio est rei iam existentis per aliquam dispositionem, naturae reformari, id est recreatio, & reformatio, & propterea non tantum respicit principium effectiuum, sed & principium informatiuum: non sic est de creatione, quae simpliciter est productio rei, non secundum qualitatem alteratio.

PER

PER HANC uiam ruderem potest ad omnes rationes sequentes. Omnes enim procedunt secundum quod actus illi comparatur ad gratiam, sicut ad principium effectiuum: hoc autem modo non sunt a gratia creata, sicut prius dictum est: & istud melius patet, si quis diligenter pertractare uoluerit: praetermittitur tamen ad praesens causa uitandae prolixitatis. AD ILLUD tamen, quod obiicitur de unione. Dicendum, quod gratia non unit quantum ad esse primum, quo Deus est cui libet creature intus essentialiter, potentialiter, & praesentialiter: sed gratia est medium uniuersum quantum ad cognitionem & amorem: & quantum ad hunc modum multum distat Deus a peccatoribus.

QVAESTIO III.

An gratia in genere substantia sit, uel in genere accidentis?

VERVM gratia sit in genere substantiae, uel in genere accidentis. Et quod sit in genere accidentis, uidetur. Omne, quod aduenit substantiae iam completae, est accidens: sed gratia aduenit substantiae iam completae animae rationali: ergo gratia est accidens. ITEM. Quod aduenit, & abest praeter subiecti corruptionem, est accidens: sed gratia est huiusmodi, sicut patet, quia multi iusti efficiuntur peccatores, & econuerso: ergo &c. ITEM. Omne, quod recipit magis, & minus, est accidens: sed gratia recipit magis, & minus: quia maior est in uno, quam in altero, & in eodem ipso secundum diuersa tempora magis intenditur: ergo &c. Praeterea aut gratia est substantia, aut accidens. Si est accidens, habeo

propositum. Si substantia, aut substantia materia, aut substantia forma, aut substantia composita. Substantia materia non, hoc constat. Substantia composita non: quia tunc non esset animae unibilis. Substantia forma non, quia tunc ex gratia, & anima fieret unum per essentiam: ergo si non est substantia, restat quod sit accidens. ITEM. Si est substantia, aut corporalis, aut spiritalis. Non corporalis, hoc constat. Si spiritalis, aut Deus, aut angelus, aut anima rationalis: sed constans est, quod gratia creata nec est Deus, nec est angelus, nec rationalis anima: ergo restat, quod gratia creata sit in genere accidentis. ITEM. Nulla substantia est habitus: sed gratia est quidam habitus animam decorans, & ornans: sicut dicitur super illud Psalmi 103. Ut exhiberet faciem in oleo. Gratia est quidam nitor animi, &c. ergo gratia non est substantia: & est substantia, uel accidens: ergo &c.

SED CONTRA. Nullum accidens est nobilius substantia: sed gratia est nobilior anima, quam perficit, & complet: sicut perfectio est nobilior perfectibili: ergo gratia non est accidens, & est accidens, uel substantia: ergo &c. ITEM. Nullum accidens est substantiae similius, quam substantia: sed gratia inter ceteras creaturas est Deo similior, & Deus est substantia: ergo gratia est in genere substantiae. ITEM. Nullum accidens est stabilis, quam substantia, pro eo quod substantia praebet fundamentum accidenti, non econuerso: sed gratia stabilis ipsam animam, & confir-

fffi

mat in bono, nec potest ipsa gratia aliquo modo incurvari in malo: si igitur anima est substantia, gratia est substantia. ITEM. Omnis forma, quæ est principium uitæ est in genere substantiæ: sed gratia est principium uitæ, & nobilissime uitæ: ergo gratia est in genere substantiæ. ITEM. Tria sunt genera bonorum, scilicet bona media, bona minima, bona maxima; sicut uult Augusti. in Libro de Libero arbitrio; sed bona minima, & bona media sunt in genere substantiæ: ergo multo fortius, & bona maxima, & gratia est de bonis maximis: ergo &c. ITEM. Omne accidens quod inest alicui, ut accidens, aut inest per se, aut per accidens: si igitur gratia inest anime, ut accidens, aut igitur inest per se, aut per accidens. Si per se: ergo habet ortum ex propriis principis subiecti: ergo iam non erit gratia, sed naturalis proprietas. Si per accidens: sed omne per accidens reducibile est ad per se: ergo si gratia inest anime per accidens, erit aliud subiectum, cui inest per se, quæro igitur, quid sit illud: si autem non est aliquid tale, dare restat, quod gratia non est accidens, & est accidens, uel substantia: ergo &c.

RESOLVTIO.

Si gratia donum creatum est, ex consequenti & accidens esse ponendum est.

RESPOND. Dicendum, quod ponentes gratiam donum esse creatum, necesse habent ponere gratiam esse in genere accidentis. Ad cuius intelligentiam notandum est, quod est aliquid accidens, quod comparatur ad aliquid, sicut ad

subiectum, & ad causam: aliquid, quod ^{ar. 2. eb} solū comparatur ad aliquid, sicut ^{3. & 3.} ad subiectum, & ad aliud, sicut ^{part. 9.} ad causam. Verbi gratia, nungredo in coruo comparatur ad ipsum coruum, sicut ad subiectum, & causam; lumen in aere, uel species in speculo comparatur solum sicut ad subiectum, non sicut ad causam: quia & si ibi recipiatur, aliunde tamen habet ortum. Tale autem accidens, quod comparatur ad aliquid, sicut ad subiectum, & ad aliud, sicut ad causam, potest esse sub triplici differentia. Quoddam enim est, quod habet ortum ab inferiori: quoddam quod habet ortum a pari, quoddam quod habet ortum a superiori, sicut ab inferiori, ut species lapidis in oculo, uel etiam in intellectu nostro. Sicut a pari, ut similitudo speculi in speculo. Sicut a superiori, ut lumen in aere illuminato. Tale autem accidens, quod habet ortum a superiori in quantum accidens est, completum est non quantum ad esse primum, sed quantum ad esse secundum. Quia uero a superiori est, habet nobilitate subiectum in hoc, quod iungit ipsum, & conformat ei, quod est ipso superius, & si sit tale accidens, quod ortum habet ab ente supremo, si eius infusio, uel origo sit secundum perfectam influentiam, non solum habet nobilitate, uerum etiam consummare, & quietare: & hoc non facit tantum ratione sui, uerum etiam ratione eius, a quo procedit, in quo reperitur omnis perfectio, & bonorum omnium aggregatio. Concedendæ sunt ergo ^{ti. 5.} ratio-

rationes probantes gratiam esse accidens.

AD ILLUD, quod obiicitur primo in contrarium, quod nullum accidens nobilius est substantia: Dicendum, quod illa ratio deficit tripliciter. Primum quidem, quia nobilitas substantiæ, & accidentis, & bonitas substantiæ, & accidentis proprie non habet comparari. Accidens enim bonum dicitur non sibi, sed alii, non sicut ordinatum sed sicut ratio ordinandi: sed ipsa substantia bona est tanquam bonitatis participatiua. Alius etiam defectus est ibi, quoniam & si nullum accidens nobilius sit substantia, prout accidens comparatur in se, quantum ad essentiam generis, siue quantum ad esse primum, nihilominus tamen prout accidens consideratur in subiecto, & includit esse subiecti, quædam nobilitatem superaddit quantum ad esse secundum. Tertius etiam defectus est: quia, quod gratia dicatur nobilior anima, & perfectio anime, hoc non est ratione sui tantum: sed quia unit bono increato, sicut predictum est. AD ILLUD, quod obiicitur, quod nullum accidens similius est substantiæ, quam substantia. Dicendum, quod sicut dictum est de bonitate, quod alio modo dicitur anima esse bona, alio modo gratia, sic etiam alio modo anima Deo assimilatur, & alio modo gratia. Anima enim Deo assimilatur, sicut diuine similitudinis susceptiua: gratia uero, sicut ipsa similitudo, uel donum assimilatiuum, unde non est comparatio proprie inter hunc modum assimilandi, & illum. Alius est etiam defe-

ctus: quia cum anima assimilatur Deo propter gratiam, & ubi unum propter alterum, utrobique tantum unum, sic non est maior, uel minor assimilatio dicenda in anima gratificata, quam in gratia gratificante. Tertius etiam defectus est: quia & si substantia plus assimilatur substantiæ in ratione entis, nihil tamen prohibet accidens plus assimilari alicui substantiæ sub ratione proprietatis, sicut anima sapiens plus assimilatur Deo, in quantum est ens per se, quam ipsa qualitas sapientiæ: nihilominus Deo, in quantum est sapiens, plus assimilatur anima in quantum est sapiens, quam in quantum est substantia: sic & in proposito intelligendum est. AD ILLUD, quod obiicitur, quod nullum accidens est stabilius substantia. Dicendum, quod uerum est de illo accidente, quod comparatur ad aliquid, sicut ad subiectum, & causam: de eo uero accidente, quod aliunde habet originem, non habet ueritatem, sicut patet in radio exeunte a sole, qui fixus permanet aere moto. Et quia gratia est tale accidens, ideo illa ratio non habet locum in proposito. AD ILLUD, quod obiicitur, quod gratia est forma, quæ est principium uitæ. Dicendum, quod illud habet ueritatem de forma, quæ dat uiuere, quod spectat ad esse primum: gratia autem est forma dans uitam, quantum ad esse secundum, siue quantum ad bene esse: & ideo illud non ualet: non enim fit unum per essentiam ex gratificato, & gratia, sicut fit unum per essentiam ex corpore uiuificato, & anima uiuificante. AD ILLUD, quod obiicitur de bonis maximis, & minimis, & mediis. Dicendum, quod illa di-

uisio bonorū est scđm acceptio nē boni, qua aliquid dī bonū: quia bonū alii, & utile: sicut patet ex verbis Aug. ibidem: quia bona, & maxima sunt illa, quibus non contingit male uti: & ideo ad gradū bonitatis secūdū eū modū, per quē ibi loquitur Aug. nihil facit, utrū bonū illud, qđ dī maximum, sit in genere substantiæ, uel accidentis. **AD ILLVD**, qđ quæritur: utrū insit aīæ per se, aut per accidēs. Dicendū, qđ per se inest in genere subiecti, sed non per se in genere causæ. Et quia per se est in genere subiecti, iō non est quærendū aliud subiectum, cui per prius insit. Quia uero non inest per se in genere causæ, ideo non inest omni animæ, nec ex principiis animæ habet originē: iō quodammodo habet naturā accidentis inherēntis per se, quodammodo naturam accidentis inherēntis per accidens.

QVÆSTIO IIII.

An gratia sit in genere accidentis corruptibilis, uel incorruptibilis?

VTRVM gratia sit in genere accidentis corruptibilis, an incorruptibilis. Et qđ sit accidēs corruptibile, uidet. Oē accidēs, quod est in subiecto uariabili, scđm qđ est uariabile, est corruptibile: sed gratia est in subiecto uariabili, utpote in anima scđm libertatē arbitrii, in qua cōsistit mutatio, & uertibilitas: ergo &c. **ITEM.** Omne accidēs, quod habet positum potens inesse suo subiecto, est corruptibile: sed gratia opponitur culpe, & culpa potest inesse aīæ uiri iūsti, quādiu est ī statu uīæ: ergo &c.

ITEM. Omne accidēs, quod est aliunde, & non habet causam in subiecto, potest ab illo separari: sed gratia est in aīa, & non hēt ortum ab anima: ergo potest separari ab ipsa; sed post separationem non potest in esse cōseruari: ergo gratia nata est corrupti. **ITEM.** Omne accidens, cuius conseruatio pendet ex conseruacione uoluntatis ad Deum, est corruptibile: cum uoluntas possit Deo uerti: sed gratia est huiusmodi: ergo &c.

SED CONTRA. Anima eo ipso qđ est imago Dei, est incorruptibilis: non enim esset imago Dei (sicut dicit Aug.) si mortis termino clauderetur: ergo cū in gratia consistat imago reformationis, ut qđ gratia sit incorruptibilis. **ITEM.** Accidens, quod est in subiecto non a se, sed ab alio, non mouetur necessario ad motum eius, in quo est: sicut patet de specie existente in speculo, & lumine existēte in medio: sed gratia est in anima non a se, sed a Deo: ergo non ut, qđ ad mutationem, seu ad uariationem aīæ corruptitur. **ITEM.** His, qđ sunt corruptibilia, dedit diuina uirtus propagandi potentiā: igitur aut gratia non est corruptibilis, aut si corrumpitur, habet uim producēdi gratiam sibi simile: sed gratia non potest sibi simile pducere, sicut in Primo Libro ostensum est: ergo non est corruptibilis de se. **ITEM.** Omne, qđ corrumpitur in tempore, sui diurnitate senescit in tempore: sed gratia quanto magis durat in homine, tanto perfectior est, & stabilior, & magis renouat spiritū: ergo gratia nō uide-

tur

tur corrupi. **ITEM.** Si gratia corrumpitur, aut corrumpitur a Deo, aut a libero arb. aut a peccato. A Deo non, cum gratiam corrumpi sit malum. A lib. arb. nō, cum nullum subiectum corrumpat suam perfectionem. A peccato non, quia peccatum est pura priuatio, & modica gratia potest super omnem culpam: ergo cum nihil habeat corrupens, uidetur qđ sit incorruptibilis. **ITEM.** Si corrumpitur, aut corrumpitur in aliquid, aut in nihil. Si in aliquid, quæro in quid? nec est quid dare, cum non producat ex aliquo; sed de nihilo. Si in nihil. Contra. Nihil, quod corrumpitur, cedit omnino in non ens: si igitur gratia nobilissimum est inter omnia accidentia, & Deus non permittit alia accidentia in non ens cedere, uidetur qđ nec de gratia permittat.

RESOLVTIO.

Cum gratia ex nihilo producat; subiectoque ita infunditur; si adueniente culpa, illic cedit; in nihilum redigi, & corrumpi necesse est.

RESP. Dicendum, quod cū gratia sit accidens, non potest esse præter subiectum, in quo est: & cum in subiecto, in quo est, non possit simul cum culpa subsistere: & ipsi subiecto, in quo est gratia contingat culpam inesse, necesse est gratia esse quid corruptibile. Rursus Cum gratia non producat ex aliquo materialiter; sed sit simpliciter donum gratuitū, & omnino desursum descendens a patre luminum, & omne quod corrumpitur, in id cedat, unde producat; necesse

est gratiam, sicut ex nihilo producat, sic etiam in nihilum redigi, cum corrumpitur. Talis autem modus corrupendi non solum competit gratiæ ratione sui initti; sed etiam ratione esse proprii, siue modi existendi. Ratione (inquam) sui initti: quia (sicut dictum est) sicut ex nihilo producat, ita in nihil redigitur, quemadmodum in aliis accidētibus consimiliter reperitur, quod in id redeunt, unde exeūt, cum producantur. Competit etiam hoc ei ratione esse proprii, siue modi existendi. Quoniam cum gratia nō causetur ex principiis eius, in quo est; sed aliud habeat pro subiecto, aliud pro causa; quemadmodum cum lumen corrumpitur, uel similitudo in speculo, uel ipsa species in anima, non corrumpitur illud, in quo est, nec redit ad illud, a quo est; sed quantum ad se, in nihil cedit: sic gratia, quæ non habet esse in anima per modum naturæ; sed p modum habitus, ut prius habitum est; nec ex principiis animæ pducitur, in nihil redigitur: & propterea peccatum, in quo fit gratiæ corruptio, dicitur esse nihil, & inter omnes corruptiones summo auctori, & conseruatori omniū bonorum maximè displicere dignoscitur. Concedēde sunt igitur rationes ostendentes, qđ gratia corrumpitur.

AD ILLVD ergo, quod primo obicitur in contrarium, qđ in gratia reperitur ratio imaginis, sicut in anima. Dicendum, qđ aliter reperitur imago hic, & ibi. Anima enim est imago Dei, quia capax Dei est, & particeps eius

eius esse pōt, & ita propter beatitudinem facta est, & ad beatitudinem apta, quæ inquam beatitudo nō potest inesse, nisi substantiæ immortalis; ideo necesse est animam immortalem esse. Gratia uero ex hoc solo dicitur imago: quia est imaginis reformatio: & quoniā illa imago per gratiam reformata potest deformari, hinc est, q̄ gratia pōt corrumpi, nec ualet illa ratio: quia hinc inde non est consimilis imaginis acceptio. **AD ILLVD**, qđ obicitur, q̄ accidens quod nō habet ortum a subiecto, nō mutatur ad mutationem subiecti. Dicendum, q̄ hoc non est propter hoc solum, q̄ habeat ortū aliunde; sed quia non dependet ab eo, in quo est sicut patet in radio, & lumine. Gratia autem nō solum depēdet ab eo, a quo est: sed etiā ab aīam, in qua est, nec persistit in ea, nisi quādiu habet faciem suam, siue mentem ad Deum conuersam. **AD ILLVD**, quod obicitur, quod rei corruptibili debet dari uirtus propagandi. Dicendum, q̄ illud uerū est, quando illa res est nata talē uirtutem suscipere, & quando etiā illa corruptibilitas inest rei ex defectu propriæ naturæ, neutrum aut horū cōperit gratiæ. Nam gratia nata est immediatē ab ipso Deo procedere, nec aliquo modo corrumpitur, nisi propter auersionem mentis nostræ a rectitudine ueritatis æternæ. Et per hoc patet responsio ad sequens, quod obicitur, q̄ omne, quod corrumpitur, senescit in tempore: hoc enim uerum est de eo, quod habet causam corruptionis intra se. **AD ILLVD**, qđ

queritur, a quo corrumpitur, utrum a Deo, uel a peccato, uel a lib. arb. Dicendum, q̄ ipsa gratia deficit in seipsa. Si autē queratur ratio huius, quare deficit, hoc est propter auersionē mentis humanæ. Cum n. gratia nō saluetur, nisi ex continuatione influentiæ a bonitate diuina super faciem mentis nostræ, quando anima a Deo auertitur p̄ peccatum, influentia non continuatur, & per consequēs gratia corrumpitur: & ideo quodammodo gratia per peccatum dicitur corrumpi, nō q̄ peccatum agat in gratiam: sed quia anima per peccatum se auertere, & Deo cessante influere, necesse est gratiam in seipsa deficere. **AD ILLVD**, quod obicitur, q̄ nihil qđ corrūpitur cedit omnino in nō ens. Dicendum, q̄ illud habet ueritatem in accidentibus, quæ habent esse naturæ, & in eis, quæ causantur ex principiis subiecti, pro eo, q̄ cum corrumpuntur accidentia, manēt nihilominus, & saluātur illa principia: & ideo cum talia accidentia corrumpuntur, non omnino annihilantur. In his uero accidentibus, quæ habent esse habitus, sicut similitudo in anima, & lumen in aere, non habet ueritatem. Non enim similitudo hominis mortui: quæ est in anima tua, si de anima tua deleatur, & corrumpatur; redit ad hominem illum, uel cum lumen corrumpitur redit ad solem, maxime si corruptio luminis fiat per corporis interpositionem. Nisi forte quis dicat, ad originem suam redire pro eo, quod adhuc saluatur in suo principio effectiuo, quod

quod potest producere illi simile. Quia igitur gratia habet se ad modum habitus, & ex nihilo producitur, ut prius habitum est: ideo illa propositio non habet hic locum. Et si tu quæras, unde hoc est, quod Deus permittit perire tam nobile accidens, satis facile est respondere. Similis enim questio est si queratur, cum Deus diligat amicos suos, & plus diligat unam animam sanctam, quam diligat cœlum, & terram, quid est, quod permittit animam sanctā a se separari, & non permittit cœlum, & terram corrumpi? **AD HOC** respondebit, qui sane intelligit, quod hoc cursui rerum congruit, & sic Deus res, quas condidit administrat, ut eas agere proprios motus sinat. Et propterea quia thesaurus gratiæ habetur in uasis fictilibus, quamuis sit ualde nobilis, tamē de facili amittitur, quando procellis tentationum concutitur.

QVAESTIO V.

Gratia cui primo insit substantiæ animæ, an eius potentijs?

VTRVM gratia primo insit substantiæ animæ, uel potentijs. Et quod primo insit substantiæ uidetur. Nulla potentia animæ est continue in suo actu: sed gratia est continue in suo actu; quia continue reddit hominem Deo acceptum, & gratum: ergo gratia non est in potentijs aīæ. **ITEM**. Gratia est uita aīæ, sicut dicunt sanctorū auctoritates, & etiam doctores: sed uiuere, cum sit actus substantialis, non inest substantiæ per potentijs: sed potentijs per

substantiam: ergo si primus actus gratiæ est uiuificare, uidetur q̄ prius respiciat substantiam, quā potentijs. **ITEM**. Accidens habet numerari per suum propriū subiectum: igitur si gratia primo est in potentijs, cum potentijs sint multę, necesse est gratiam in anima multiplicari: si ergo in una anima una tantum est gratia, uidetur q̄ gratia primo sit in substantia, quā in potentijs. **ITEM**. In gratia, & uirtutibus consistit imago reformationis: sed imago reformationis respondet imagini creationis: cum igitur imago creationis consistat in unitate essentiæ, & trinitate potentiarum, & tres sint habitus uirtutum, qui respiciunt tres potentijs, uidetur q̄ sit aliquid unum, quod respiciat ipsam anime essentiā; sed non est nisi gratia: ergo &c. **ITEM**. Sicut operatio exit a potentia, sic potentia oritur a substantia: ergo sicut non placet, nec acceptatur a Deo aliqua operatio, nisi si prius acceptetur, & gratificetur potentia, sic impossibile est acceptari potentiam, nisi prius acceptetur substantia: ergo cum per gratiam fiat acceptatio, per prius est gratia in substantia, quā in potentijs. **ITEM**. In paruulis baptizatis est Deus per inhabitantem gratiam, sicut dicit August. de presentia Dei, ad Dardanum: ergo cum in ipsis nulla sit potentia expedita gratia non respicit primam expeditiōnem potentijs: sed potius uiuificationem substantiæ: & sic per prius est in substantia, quā in potentia.

SED CONTRA. Ang. dicit, quod

quod gratia se habet ad liberum arbitrium, sicut seffor ad equum: ergo residet in anima ratione liberi arbitrii: sed liberum arbitrium nominat potentiam: ergo &c. **ITEM.** Magister in litera adducit auctoritatem Augustini, in qua diuidit gratiam in preuenientem, & subsequente: & utraque istarum diffinit per comparationem ad uoluntatem: ergo uidetur, quod primum, & proprium subiectum gratiae est ipsa uoluntas: sed haec est potentia: ergo uidetur, quod gratia per prius insit potentiae, quam substantiae. **ITEM.** Sicut inter potentiam, & actum cadit medius habitus: sic inter substantiam, & habitum cadit media potentia: cum igitur gratia sit in anima ut habitus, & qualitas quedam: uidetur, quod ei insit mediante potentia: ergo per prius est in potentia, quam in substantia. **ITEM.** Opposita nata sunt fieri circa idem: sed gratia, ut gratia, opponitur culpae in quantum culpa: si igitur culpa primo, & proprie respicit arbitrium liberum: pari ratione & gratia, igitur per prius erit in potentia, quam in substantia. **ITEM.** Gratia cum sit donum de sursum descendens, inest animae, secundum suum supremum: sed supremum animae (sicut uult Augustinus) est ipsa mens: mens autem non est ipsa substantia animae: sed potius potentia suprema: ergo uidetur, quod gratia per prius sit in potentia. **ITEM.** Gratia habet existere in anima secundum conuersionem ipsius animae ad Deum, & amitti habet secundum auersionem: si igitur illud secundum

quod anima primo auertitur, & conuertitur, est potentia: uidetur, quod anima per prius sit in potentia, quam in substantia. **ITEM.** Gratia non est in anima secundum seipsam; sed secundum influentiam ab aliquo principio, quod est omnino ab eo diuersum: cum igitur anima suscipit gratiam, aut habet aliquam potentiam ad suscipiendam gratiam, aut non. Si non habet potentiam ad hoc: ergo nunquam eam suscipiet. Si autem habet potentiam, mediante qua suscipit: aut illa erit ratio aut uoluntas, aut aliqua alia potentia ab his diuersa: sed non est ponere potentiam aliam in anima praeter cognitiuam, & affectiuam: ergo uidetur, quod mediantibus illis gratia suscipiatur ab anima. **ITEM.** Si gratia inesset animae secundum substantiam; cum possibile sit abstrahi per intellectum substantiam a potentiis: possibile esset intelligere animam esse gratam, suis potentiis abstractis: sed omnis anima grata est disposita ad gloriam: ergo potest intelligi per consequens anima gloriosa, abstractis potentiis: sed potentiis abstractis, anima nec uidet, nec amat Deum: ergo impossibile est animam gloriosam ponere, quae nec Deum uidet, nec Deum amat: sed si hoc est impossibile: ergo illud ex quo istud sequitur.

RESOLVTIO.

Gratia equè substantiae animae, & eius potentiis inest: licet appropriatè primò illum, deinde has respiciat.

RESP. Ad praedictorum intelligentiam est notandum: quod communis opinio tenet, gratiam primo

mo respicere animae substantiam, & uirtutes primo respicere potentias: ut sic per gratiam in uirtutibus fiat reformatio imaginis creatae, quae consistit in trinitate potentiarum, & unitate substantiae. Haec autem positio potest dupliciter intelligi. Vno modo ut intelligat, quod Deus prius influat gratiam in essentiam, & postmodum influentia illa in substantia redundet in potentias, ut sic sit conformitas gratiae ad animam: siue prout consideratur secundum rationem imaginis, siue prout consideratur ut perfectio corporis. Anima enim, ut est perfectio corporis, ratione suae substantiae, uel essentiae respicit complexionis aequalitatem: ratione uero potentiarum respicit organorum diuersitatem. Et iterum. Anima in se & uiuere habet, & agere: sed uiuere per seipsam, & propriam formam: agere uero per potentiam. Per hunc modum si gratia in perficiendo conformatur animae sub ratione gratiae, prius debet respicere ipsam animae substantiam, & per uirtutes debet esse perfectio potentiarum. Et secundum hunc modum dicendum dicitur gratia respicere substantiam, & uirtutes potentias: non tantum intelligitur esse dictum per appropriationem, uerum etiam per proprietatem. Alio modo potest intelligi praedicta positio per appropriationem quandam: non quia Deus prius influat gratiam in substantiam, quam in potentiam: sed quia cum anima suscipiat gratiam, & uirtutes mediante potè

tia: & tam gratia, quam uirtus insit animae per potentiam: aliter tamen inest haec, & illa. *Vir. tus enim dicit perfectionem respectu operis: gratia uero dicit perfectionem respectu Dei acceptantis. Et quoniam respectu operum potentiae distinguuntur: hinc est, quod uirtutes potentias respiciunt, ut distinctas: & tunc sunt in actu, quando potentiae sunt in actu. Potentiae autem in quantum comparantur ad Deum acceptantem, unica acceptione acceptantur: cum ipsa substantia, cuius sunt, & secundum unam naturam in eis reperta: & hinc est, quod gratia est una, sicut est substantia, & est semper in actu continuo; & primo dicitur respicere substantiam: non quia sit in illa absque potentia: uel propius quam in potentia, sed quia habet esse in potentiis ut continuatur ad unam essentiam: uirtus uero dicitur esse in potentiis: quia in eis est ut referatur ad operationes diuersas. Et hic modus intelligendi magis consonus est uerbis Augustini. qui dicit, quod gratia se habet ad liberum arbitrium, sicut seffor ad equum: qui etiam gratiam cooperantem, & operantem describit per comparationem ad uoluntatem. Magis etiam est consonus rationi. Si enim intelligimus gratiam tanquam habitum quendam, & influentiam, quae inest animae ad Deum conuersae, cum talis habitatio, & influentiae susceptio, & conuersio non possit intelligi, nisi per potentiam, non uidetur posse rectè intelligi, quomodo gratia sit in anima ab-*

quidem quia uerū tantū ponit habitū: a Tho. qd gratiam in potētis subiecto docet.

Hic modus dicitur de differt a Tho. a Sco.

stra-

D. Tho. fracta potentia. Rursus. Si gratia eo dicitur gratia; quia gratificat: & eo ipso quod gratificat, habet oppositionem ad culpam, cum opposita secundum idem nata sint inesse, secundum idem ipsum anima nata est gratificari, secundum quod nata est & culpari, culpa autem, & laus, & uituperium inest animæ primo secundum liberum arbitrium, ac per hoc & gratiæ donum. Non enim quæcunque acceptatio gratificatio dicitur: sed illa sola, qua Deus sic acceptat animam, ut reputet eam remuneratione dignam, & talis respicit ipsam arbitrii libertatem: & ideo gratia inest animæ primo secundum libertatem arb. & huius signum est: quia ad eas solas potentias se extendit gratia, ad quas se extendit arbitr. libertas. Concedendæ sunt igitur rationes ostendentes, quæ gratia inest animæ secundum potentias. Ad istas rationes autem ad oppositum facit respondere per iam dicta. **Q**uo enim obiicitur, quod gratia est continua in suo actu, non obuiat ei, quod nunc dicitur in relatione ad opus non sit a D. B. in suo actu continuo, & sic non habeat perfici gratia, sed uirtute, quæ in comparatione tamen ad substantiam, in qua est, est in suo actu continuo: ita enim debetur quoddam uiuere, & quidam actus continuus ipsis potentiis, secundum quæ continuatur ipsi substantiæ, quemadmodum & ipsi substantiæ: & ideo secundum hanc comparationem a gratia sunt perfectibiles. A liter etiã possit hic dici, quod duplex est a-

ctus ipsius formæ: unus qui est a forma per modum informantis, & alter qui est a forma per modum efficientis, sicut albedo subiectu suu dealbat, & oculum disgregat. Quantum ad primu, est omnis forma in actu continuo: quia ille est actus, ut habitus. Quantum uero ad secundu, non. Sic & gratia, quamuis sit in suo actu continuo quantum ad illum actum, quem habet per modum informantis, non tamen est in actu continuo quantum ad illum actum, quem habet per modum preuenientis, & subsequens, siue cooperantis, & operantis. **A**D ILLUD, quod obiicitur de actu uiuificandi. Dicendum, quod & si uita secundum quod dicit esse primu, prius respiciat ipsam essentiam, quam potentiam: non tamen oportet de uita secundum quod dicit esse secundum. Cum enim sit accidens superadditum non tantum essentia: sed etiam potetis, habet animæ inesse potentia mediante, sicut color dicitur esse in corpore ita quod primo in superficie.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod accidens numeratur per substantiam. Dicendum, quod uerum est quando ea, quæ subiiciuntur diuersa sunt, & subiiciuntur ut diuersa: quando uero per eandem naturam subiiciuntur, non oportet esse in accidente diuersitatem, & si gratia est in potentiis animæ in quantum continuatur ad unam substantiam, & in quantum communicantur in libertate arbitrii, sicut prius dictu est. Vnde sicut una sanitas dicitur esse in oibus membris hominis, quia est in ipsis secundum

quod

An gratia comparetur ad animam in ratione motoris?

VTRVM gratia comparetur ad animam in ratione motoris? Et quod sic, uidetur per auctoritatem Aug. quam Magister adducit in litera: quod gratia præueniens est, quæ præuenit bonæ uoluntatis meritum; & respectu cuius ipsa uoluntas bona pedissequa est, non præuia: igitur gratia respectu uoluntatis se habet per modum excitantis, & imperantis, & regentis: & omne tale se habet in ratione motoris: ergo &c. **I**TEM. Aug. Gratia se habet ad liberum arbitrium sicut fessor ad equum: sed fessor est motor equi: ergo gratia est motrix liber. arbitrii. **I**TEM. Hoc uidetur ratione. Plus est potentiam aliquam supra se erigere, quam ipsam mouere: sed gratia eleuat potentiam liberi arbitrii ad opera meritoria, quæ sunt super ipsam: ergo est liberi arbitrii motrix. **I**TEM. Plus potest gratia super liberum arbitrium quam liberum arbitrium possit super seipsum: sed liberum arbitrium est instrumentum seipsum mouens, sicut dicit Ansel. & uoluntas mouere potest seipsam: ergo multo fortius moueri potest a gratia. **I**TEM. Omne, quod est principium uitæ perfectæ, est principium motus in eo, quod uiuificat: sed gratia est principium uitæ in anima: ergo &c. **C**ONTRA. Voluntas eo ipso est libera, quo mouetur ex seipsa: cum igitur gratia sit aliud a uoluntate, si gratia mouet uoluntatem, aufert ei libertatem: sed contra si non aufert: ergo ipsam non mouet. **I**TEM. Omnis motor sufficiens est hoc aliquid,

S. Bon. Lib. 2.

Ggg &

& substantia completa distans a mobili: ergo aut gratia nō mouet liberū arbi. aut si mouet, est substantia: si igitur gratia creata non pōt esse in gñe substantiæ, sed ī gñe accidētis: ergo &c. **ITEM.** Si gratia mouet liberum arb. aut mouet naturaliter, aut uiolenter, aut uoluntarie. Si naturaliter; ergo opera meritoria erunt naturalia. Rursus: si naturaliter mouet, semper mouet, q̄rum est de se; ergo nunquā quiescit homo ab operibus meritoriis. Si uiolenter; ergo nec saluatur ibi rō meriti, nec liberum arbit. quorum utrunq; patet esse falsum. Si uoluntariē; sed nihil mouet uolūtariē, nisi habeat cognitionē, & uoluntatem; ergo gratia cognoscit, & uult, & ita est substantia rōnalis; igitur uel gratia, si mouet liberum arb. nō est aliquid creatum, uel si est aliquid creatum, non mouet liberum arb. **ITEM.** Si mouet lib. arb. aut sicut motor motus, aut sicut motor non motus. Si tu des q̄ sicut motor motus; ergo cum nihil secundum idē moueatur, & moueat, gratia secundum se habebit aliam, & aliam naturā, per quam moueatur; ergo non erit accidens simplex. Si sicut motor non motus; sed talis motor non est quid creatum: ergo uel gratia nō est quid creatum, uel non mouet lib. arb. **ITEM.** Idem manens idem, in creaturis, semper est natum facere idē: ergo si gratia est quid creatum, & mouet lib. arb. cum gratia nō uarietur, semper ad idem inclinabit lib. arb. ergo nunquam facit homo per gratiā, nisi unum opus meritorium: si igitur libe-

arbit. modo excitatur ad unum genus operis, modo ad aliud, uideatur quod aut illa excitatio nō sit a gratia, aut gratia non dicit aliquid creatum, aut gratia mutatur, & uariatur sicut lib. arbi.

RESOLVTIO.

Quia liberum arbitrium à gratia operante præuenitur; ab eadem cooperante ad opera meritoria eleuatur; necessariò ad illud in ratione motoris sese habet.

RESPON. Dicendum, q̄ absq; dubio, sicut auctoritates Sanctorum dicunt, necesse est ponere lib. arb. a gratia moueri, & excitari. Ab ipsa enim gratia operante præuenitur, & a cooperante ad opera meritoria eleuatur: ita quod respectu operis meritorii gratia est sicut principalis motrix, & uoluntas sicut pedissequa. Qualiter autem ipsa gratia, cum sit accidens animæ, ipsam habet mouere, hoc habet difficultatem. Ad huius autem difficultatis explicationem duplex est modus dicendi, siue intelligendi, secundum quem lib. arb. dicitur a gratia moueri. Unus modus dicendi est, q̄ gratia mouere dicitur liberum arbitrium: quoniam ipsa est dispositio ad quendam spiritualem motum. Si enim pondus in corporibus disponit ad motum, sic & suo modo pondus in spiritibus: gratia autem est quoddam spirituale pondus datum animæ, per quod habet sursum tendere: & qm̄ liberum arb. est natum seipsum mouere scđm actus, ī quos pōt de se; cū est adiutū, & informatū gratia, excellentius mouet seipsum: ita q̄ cū liberū arbi. sit mouēs, & motū, gratia disponit ipsum

ipsum sub rōne mouētis: & pro tanto dicitur gratia mouere liberum arb. quia lib. arb. gratia informatum mouet seipsum: per quē modum amor dicitur mouere hoīem ad magna opera facienda. Alius est modus intelligendi, scđm quē liberum arbit. dicitur a gratia moueri. Gratia enim est sicut quædā influentia procedens a luce superna, quæ semper hēt coniunctionē cū sua origine, sicut lumen cum sole: & quia semper suæ origini coniungitur, ideo nō tantū attribuitur ei operatio rōne subiecti, in quo est, sed et ratione subiecti a quo est. Vnde sicut lumen non solum operatur cum aere, sed et operatur in ipsum aerem rōne continuationis cum suo fonte: sic & gratia nō solum operatur cum libero arb. sed et operatur in liberum arbit. & liberum arbitrium mouet. Vnde non est aliud dicere gratiam liberū arbit. mouere, q̄ gratiam esse Spūs sancti instrumentum ad mouendum liberum arbitriū. Vterque horum modorum intelligendi cōueniēs est, & rectus, nec unus sine altero sufficit. Nam primus cōpetit gratiæ cooperanti, siue subsequenti. Secundus cōpetit gratiæ operanti, siue præuenienti. Gratia. n. operans liberum arb. præuenit, & mouet: quia Deus illam infundendo, uoluntatem hoīs sanat, & præparat. Gratia uerò cooperans, siue subsequēs liberum arbit. dicitur mouere, quia uoluntas tali dono gratiæ informata, mouet seipsam. Hæc enim potentiam habet uoluntas, scilicet mouendi seipsam, quia est potentia materiæ non alliga-

ta, sicut supra ostensum est, cū de libero arbitrio agebatur. Cōcedendæ sunt igitur rationes ostendentes, quod gratia ad liberum arbitrium comparari habet in ratione motoris.

AD RATIONES aut ad oppositū plana est rñsio ex iā dictis. **AD ILLVD** enim, quod primò obiicitur de uoluntate, qđ seipsam mouet. Dicendum, q̄ hoc non obstat, imò consonat ei, qđ dicitur, q̄ mouetur per gratiā. Sicut enim uoluntas mouet seipsam ad opera naturalia, sic ad iuta per gratiam mouet seipsam ad opera meritoria. Vel secundū alium modum intelligendi. Deus per gratiam mouet uoluntatem: nec tñ hoc uoluntati repugnat, quia uoluntas uult sic moueri a Deo. Vnde sic mouetur a Deo, q̄ mouetur et a seipsa: & ideo omne opus meritoriū attribuitur gratiæ, & libero arbitrio. **AD ILLVD**, quod obiicitur, q̄ motor distat a mobili. Dicendum, q̄ illud intelligitur de eo motu, in quo moueri est uerè pati, sicut est in motu corporali: & de eo motore, qui est tota causa efficiens, & iufficiens, & tota causa motus. Talis autē motor non dicitur esse gratia, pro eo, quod non mouet nisi sicut dispositio, uel sicut instrumentum, sicut prius fuit explanatum. **AD ILLVD**, quod quaeritur, aut mouet naturaliter &c. Dicendum, quod mouet uoluntarie nō a uolūtate, qua ipsa gratia fit uolens, sed a uoluntate, qua Deus gratiam influens est uolens, & a uoluntate, qua lib. arb. gratificatum uult mouere seipsum. **AD ILLVD**, quod quaeritur,

ritur, utrū sit motor motus, uel nō motus, patet rñsio. Illa. n. diuisio motoris est de motore, q̄ est hoc aliquid, & est substātia, & est motor sufficiens: talis autē motor non est gratia, ut p̄dictū est. AD ILLVD, quod obicitur, q̄ idē manēs idem, semper &c. Dicendū, q̄ illud fallit in Deo: & ideo secundū q̄ Deus mouet per gratiā, & per eandē gratiam pōt excitare ad diuersa opera. Secundū uerō q̄ liberū arb. seip

sum mouet per gratiam ad diuersa opera, est in seip̄o. cognitionis, & affectionis diuersitas, secundum quas ordinari habet ad diuersa operū genera: & ideo quamuis gratia non uarietur in se, mouet tamen ad diuersa ratione uariationis in motore sibi coniuncto, sine quo non potest mouere: nunquam enim gratia elicit opus meritorium, nisi uoluntas sibi cooperetur.

D. I. S. T. I. N. C. T. I. O. XXVII.

De adiutorio gratiæ prout comparatur ad habitum gratuitum, & usum sibi debitum.

HIC considerandum est, cum p̄dictū sit per gratiam operantem & p̄uenientem, uoluntatem hominis liberari, ac preparari ut bonum uelit: & per gratiam cooperantem, & subsequentem adiuuari, ne frustra uelit: utrum una & eadem sit gratia. i. unū munus gratis datū, quod operetur, et cooperetur: an diuersa, alterū operans, & alterum cooperans. Quibusdā nō irrationabiliter uidetur, quod una & eadē sit gratia, idem donum, eadē uirtus, quæ operatur, & cooperatur: sed propter diuersos eius effectus & dicitur operans, & cooperans. Operans. n. dicitur, inquantū liberat, & preparat uoluntatem hoīs, ut bonū uelit: cooperans inquantū eandē adiuuat, ne frustra uelit, scilicet ut opus faciat bonum. Ipsa. n. gratia nō est otiosa, sed meretur augeri, uel aucta meretur perfici.

Quid sit ipsa gratia, & quomodo mereatur augeri.

Si uerō queritur, quomodo ipsa gratia p̄ueniens mereatur augeri, et perfici, cum nullum meritum sit absq; libero arbitrio, & quid sit ipsa gratia, an uirtus, an nō, et si uirtus, an actus, uel nō: ut hoc apertē insinuari ualeat, p̄mittendū est tria esse genera bonorū. Alia namque sunt magna,

alia

alia minima, alia media, ut Augustin. ait in primo Lib. Re tractat: Virtutes, inquit, quibus rectē uiuitur, magna bona sunt. Species autem quorumlibet corporum, sine quibus rectē uiui potest, minima bona sunt. Potentiæ uero animi, sine quibus rectē uiui non potest, media bona sunt. Item. Virtutibus nemo male utitur: ceteris autem bonis, idest, medijs & minimis non solum bene, sed etiam male quisque uti potest: & ideo uirtute nemo male utitur, quia opus uirtutis est bonus usus istorum, quibus etiam non bene uti possumus. Nemo autem bene utendo, male utitur: non solum autem magna, sed etiam media, & minima bona esse p̄stitit bonitas Dei. Ecce habes tria genera bonorum distincta.

In quibus bonis sit liberum arbitrium.

Queritur autem, in quibus bonis contineatur liberum arbitrium. De hoc Augustinus in 1. Libro Retractat. ita ait, In medijs quidem bonis inuenitur liberum uoluntatis arbitrium, quia & male illo uti possumus: sed tamen tale est, ut sine illo rectē uiuere nequeamus. Bonus autem usus eius iam uirtus est, quæ in magnis reperitur bonis, quibus male uti nullus potest. Et quia bona & magna, & media, & minima ex Deo sunt, sequitur ut ex Deo sit etiā bonus usus liberæ uoluntatis, qui uirtus est, & in magnis numeratur bonis. Attende diligenter, quæ dicta sunt, & confer in unum: sic enim aperietur quod supra querebatur. Dixit equidem opus uirtutis esse bonum usum illorum bonorum, quibus etiam non bene uti possumus, idest, medio mediorum, in quibus posuit liberum arbitrium: cuius quoque bonum usum dixit esse uirtutem. Quod si est, non est ergo opus uirtutis, quod supra dixit, quia aliud est uirtus, aliud opus eius.

De uirtute quid sit, & quid sit actus eius.

Hic uidentum est, quid sit uirtus, & quid sit actus, uel opus eius. Uirtus est (sicut ait Aug.) bona qualitas mētis, qua rectē uiuitur, et qua nullus male utitur: quæ Deus solus in hoīe operatur. ideoque opus Dei tantum est: sicut de uirtute iustitiæ Augustinus docet super illum locū Psalmi,

Cap. 18. Feci iudicium & iusticiam: ita dicens, Iustitia magna uirtus
 Ps. 118 animi est, quam non fecit in nobis nisi Deus. Ideoque cum
 Into 8. ait Propheta ex persona Ecclesiae, Feci iustitiam: non ipsam
 concio. uirtutem, quam non facit homo, sed opus eius intelligi uo-
 26. eius luit. Ecce aperte insinuatur hic, quod iustitia in homine non
 de Ps. est opus hominis, sed Dei: quod & de alijs uirtutibus iti-
 dem intelligendum est.

De fide, quod non est ex homine, sed ex Deo tantum.

Nam de gratia fidei Ephesius scribens Apostolus, simi-
 liter fidem non ex homine, sed ex Deo tantum esse asserit,
 Eph. 2. inquit, Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis:
 Dei enim donum est. Quod a sanctis ita exponitur: Hec sci-
 licet fides non est uirtus naturae nostrae, quia donum Dei pure
 est. Ecce & hic aperte traditur, quod fides non est ex liber-
 tate arbitrij, siue ex arbitrio uoluntatis, quod superioribus
 consonat, ubi dictum est, gratiam praeuientem uel operan-
 tem esse uirtutem, quae uoluntatem hominis liberat, & sa-
 nat. Vnde Augustinus in Libro de spiritu, & litera ait, Iu-
 stificati sumus non per liberam uoluntatem, sed per gratiam
 Cap. 9. Christi: non quod sine uoluntate nostra fiat, sed uoluntas no-
 Tom. 3. stra ostenditur infirma per legem, ut sanet gratia uolunta-
 tem, & sana uoluntas impleat legem.

De gratia, quae liberat uoluntatem.

Si igitur gratia, quae sanat, & liberat uoluntatem homi-
 nis, uirtus est una, uel plures: cum ipsa gratia non sit ex
 arbitrio uoluntatis, sed eam potius sanet ac praeparet, ut
 Li. 1. c. 9 bona sit: consequitur ut uirtus non sit ex libero arb. & ita
 & 15. non sit motus uel affectus mentis, cum omnis motus uel
 & 10 6 affectus mentis sit ex libero arb. sed bonus ex gratia est, &
 Lib. de libero arbi. malus uero ex libero arb. tantum. Ut enim ait
 bono p- Aug. in Lib. Retract. Homo sponte, & libero arbitrio cade-
 fueran. re potuit, non etiam resurgere. Idem in Lib. de Duabus ani-
 tia. 2. mabus, Animae si libero ad faciendum, & non faciendum
 Cap. 11. motu animi careant: si denique his abstinendi ab opere suo
 Cap. 12. potestas nulla conceditur, earum peccatum tenere non pos-
 in 10. 6. sumus, Hic aperte ostenditur, quod motus animi siue ad bo-
 num, siue ad malum, ex libero arbitrio est. Ideoque si gratia

uel uirtus motus mentis est, ex libero arbitrio est. Si uero ex
 libero arbitrio, uel ex parte est, iam non solus Deus sine ho-
 mine eam facit. Propterea quidam non inerudite tradunt,
 uirtutem esse bonam mentis qualitatem, siue formam, quae
 animam informat: & ipsa non est motus uel affectus ani-
 mi, sed ea liberum arbitrium iuuatur, ut ad bonum mouea-
 tur, & erigatur; & ita ex uirtute, & libero arbitrio nasci-
 tur bonus motus uel affectus animi, & exinde bonum opus
 procedit exterius: sicut pluuia rigatur terra, ut germinet
 & fructum faciat: nec pluuia est terra, nec germen fructus:
 ita gratia terrae mentis nostrae, id est libero arbitrio uolun- Ps 142
 tatis infunditur pluuia diuinae benedictionis, id est inspira- Ez. 34
 tur gratia: quod solus Deus facit, non homo cum eo: qua ri-
 gatur uoluntas hominis, ut germinet & fructificet, id est,
 sanatur, & reparatur, ut bonum uelit, secundum quod di-
 citur operans: & iuuare, ut bonum faciat, secundum quod
 dicitur cooperans. Et illa gratis uirtus non incongrue nomi-
 natur, quia uoluntatem hominis infirmam sanat, & adiuuat.

Ex quo sensu dicantur ex gratia incipere bona merita.

Cum ergo ex gratia dicuntur esse bona merita & inci-
 dere, aut intelligitur gratia gratis dans, id est, Deus: uel po-
 tius gratia gratis data, quae uoluntatem hominis praeuinit.
 Non enim esset magnū, si haec a Deo dicerentur esse, a quo sunt
 omnia: sed potius eius gratia gratis data intelligitur, ex
 qua incipiunt bona merita: quae cum ex sola gratia esse di-
 cantur, non excluditur liberum arbitrium quia nullum me-
 ritum est in homine, quod non sit per liberum arbitrium.
 Sed in bonis merendis causa principalitas gratiae attribui-
 tur: quia principalis causa bonorum meritoriorum est ipsa
 gratia, qua excitatur liberum arbitrium & sanatur, atque
 iuuatur uoluntas hominis ut sit bona.

Quod bona uoluntas gratiae principaliter est, &
 etiam gratia est.

Quae ipsa etiam donum Dei est, & hominis meritum,
 imo gratiae: quia ex gratia principaliter est, & gratia est.
 Vnde Augustin. ad Sixtum presbyterum, Quid est meri-
 tum hominis ante gratiam, cum omne bonum nostrum me

ritum non in nobis facit nisi gratia? Ex gratia enim (ut dictum est) quæ præuenit & sanat arbitrium hominis, & ex ipso arbitrio procreatur in anima hominis bonus affectus siue bonus motus mentis: & hoc est primum bonum hominis meritum. Sicut, uerbi gratia, ex fidei uirtute, & hominis arbitrio generatur in mente motus quidam bonus & remunerabilis, scilicet ipsum credere, ita ex charitate & libero arbitrio alius quidam motus bonus prouenit, scilicet diligere, bonus valde: sic de cæteris uirtutibus intelligendum est. Et isti boni motus uel affectus merita sunt & dona Dei: quibus meremur ipsorum augmentationem, & alia, quæ consequenter hic, & in futuro nobis apponantur.

Ex qua ratione dicitur fides mereri iustificationem.

Qualiter bonum meretur. Cum ergo dicitur fides mereri iustificationem, & uitam æternam, ex ea ratione dictum accipitur, quia per actum fidei meretur illa. Similiter de charitate, & iustitia, & de alijs accipitur. Si enim fides ipsa uirtus præueniens dicitur esse mentis actus, qui est meritum, iam ipsa ex libero arbitrio originem haberet: quod quia non est, sic dicitur esse meritum, quia actus eius est meritum: si tamen adsit charitas, sine qua nec credere, nec sperare meritum est uitæ. Vnde apparet uere quia charitas est spiritus sanctus, quæ animæ qualitates informat & sanctificat, ut eis animæ informetur & sanctificetur: sine qua animæ qualitas non dicitur uirtus, quia non ualet sanare animam.

De muneribus uirtutum; & de gratia, quæ non est, sed facit meritum.

Epist. 105. an te med. Vbi supra præ Tam. 6. enarra. Ps. 98. Ex muneribus itaque uirtutum boni sumus, & iuste uimur: & ex gratia, quæ non est meritum, sed facit, non tamen sine libero arbitrio proueniunt merita nostra, scilicet cet boni affectus, eorumque progressus, atque bona opera, quæ Deus remunerat in nobis, & hæc ipsa sunt Dei dona. Vnde Augustin. ad Sixtum presbyterum. Cum coronat Deus merita nostra, nihil aliud coronat quam munera sua. Vnde uita æterna, quæ in fine a Deo meritis præcedentibus redditur, quia & eadem merita quibus redditur, non a nobis sunt, sed in nobis facta sunt per gratiam, recte & ipse

ipsa uita gratia nuncupatur: quia gratis datur. Nec ideo gratis, quia non meritis datur, sed quia data sunt per gratiam & ipsa merita, quibus datur.

Epilogat, ut alia addat.

Ex præmissis iam innotescere nobis aliquatenus potest, qualiter gratia præueniens meretur augeri, & alia: & quid ipsa sit, an uirtus, an aliud: & si uirtus, an sit actus, uel non. Ostensum enim est supra ex parte quorundam, quod ipsa est uirtus: quia uirtus non est actus, sed eius causa, non tamen sine libero arbitrio. Vnde quod supra Augustin. dixit bonum usum liberi arbitrii esse uirtutem, ita accipi potest, id est, actum uirtutis: alioquin sibi contradicere uideretur, qui etiam opus uirtutis supra dixit esse bonum usum eorum, quibus non bene uti possumus: in quibus posuit liberum arbitrium. Si uero bonus usus liberi arbitrii opus uirtutis est, iam uirtus non est. Cum ergo bonum usum eius uirtutem esse dixit, nomine uirtutis ipsius usum significauit.

Quod idem usus est uirtutis, & liberi arbitrii.

Idem nempe usus bonus ex uirtute est, & ex libero arbitrio: sed ex uirtute principaliter. Et bonus ille usus in magnis bonis annumerandus est. Illa autem gratia præueniens, quæ & uirtus est, & non usus liberi arbitrii est: sed ex ea potius est bonus usus liberi arbitrii, quæ nobis est a Deo, non a nobis: Usus uero bonus arbitrii & ex Deo est, & ex nobis: & ideo bonum meritum est. tibi enim solus Deus operatur: hic Deus, & homo. Hoc meritum ex illa purissima gratia prouenit, quod Apostolus notauit dicēs, Gratia Dei sum id, quod sum: & Gratia eius in me uacua non fuit. Super quem locum Augu. ita ait, Recte gratiam nominat: primum. n. solam gratiam dat Deus, & non nisi gratiam, cum non præcedant nisi mala merita: sed post per gratiam incipiunt bona merita. Et ut ostenderet etiam liberum arbitrium, addit, Et gratia eius in me uacua non fuit. Et ne ipsa uoluntas sine gratia Dei putetur aliquid boni posse, subdit, Non autem ego solus, scilicet sine gratia, sed gratia Dei mecum, id est, cum libero arbitrio. Plane cum data fue-

1. Co. 15
De gra
tia et li
bero ar.
Cap. 5.
5.
sparsim
in 10. 7.
& de
correp.
& gra
tia ca.
13.

rit gratia, incipiunt esse nostra merita bona, per illam tamen: quia si illa defuerit, cadit homo.

Aliorum sententia.

Alij uero dicunt uirtutes esse bonos usus naturalium potentiarum, non tamē omnes; sed tātummodo interiores, qui in mente sunt: exteriores uero, qui per corpus geruntur, non uirtutes esse dicunt; sed opera uirtutum. Et ideo quod *Dis. 26* Aug. dicit opus uirtutis esse bonum usum naturalium potentiarum, de usu exteriori accipiunt: quod uero dicit bonum usum liberi arbitrii uirtutem esse, & in magis numerari bonis, de usu interiori intelligunt. Et uirtutes nihil aliud esse quam bonos affectus uel motus mentis asserunt, quos Deus in homine facit, non homo; quia licet illi motus sint liberi arbitrii, non tamen esse queunt, nisi Deus ipsum liberet & adiuuet gratia sua operante et cooperante: quam Dei gratuitam uoluntatem accipiunt, quia Deus est qui & operatur in nobis uelle & operari bonum.

Quibus auctoritatibus suam fulciunt opinionem.

Quod autem uirtutes sint motus mentis testimonijs sanctorum astruunt. Dicit enim Augustin. super Ioannem, *Tr. 40* Quid est fides? Credere quod non uides. Credere autem motus mentis est. Idem in Lib. 3. de doctr. Christiana. *Cap. 10* Charitatem autem uoco motum animi. Si uero charitas & fides motus animi sunt, uirtutes ergo motus animi sunt. *Tom. 3.* *Aug. in* Quibus alij respondentes, premissa uerba Augustin. ita intelligenda fore inquirunt, Fides est credere, quod non uides, *2. lib. 9.* id est, fides est uirtus, qua creditur quod non uidetur. Item. *Euāgelii* Charitas est motus animi, id est, gratia, qua mouetur animus ad diligendum. Et quod hæc & his similia ita accipienda sint, ex his conijcitur quæ alibi Aug. ait. Nam in secundo lib. questionum euangelij, inquit, Est fides, qua creduntur ea, quæ non uidentur, quæ proprie dicitur fides. Item in *cap. 39* *Tom. 4.* *Cap. 2.* 13. Lib. de Trinitate. Aliud sunt ea quæ creduntur, aliud est fides qua creduntur. Ex quibus uerbis sic argumentando procedunt. Aliud est credere, aliud illud quo creditur: prædictum autem est fidem id esse quo creditur. Sic ergo credere non est fides: quia credere non est id quo creditur.

Adde

Addunt quoque, uirtus opus Dei tantum est, quam ipse solus facit in nobis. Ipsa ergo non est usus uel actus liberi arbitrii: sed credere est actus liberi arbitrii, non est itaque uirtus. Præmissis alijsque rationibus ac testimonijs innituntur utriusque. Horum autem iudicium diligentis lectoris relinquo examini, ad alia properans.

SUPRA egit Magister de adiutorio gratiæ in se hic uerò agit de ipso in comparatione. Diuiditur autē pars ista in duas. In prima comparat unam differentiam gratiæ ad aliā sub ratione habitus. In secūda uero comparat unū habitum ad aliū sub ratione usus: usus autē gratiæ est meritum. Vnde comparat primo gratiam præuenientē ad subsequentiū secundum identitatem, & diuersitatem. Secundo uero comparat gratiam ad uirtutem, & ad merendi efficaciam, ibi. Si uerò queritur, quomodo ipsa gratia præueniens mereatur, &c.) Et illa secunda pars diuidit in duas. In prima parte mouet quæstiones, & præmittit quædam præambula ad determinationē. In secunda uero incipit dissoluere, ibi. Hic uidendum est, quid sit uirtus, &c.) ubi ut cōmuniter assignatur initium Dist. 27. quæ melius assignaretur aliquantulum ante, sicut signauimus, quia ibi, ubi signatur; sic (sicut apparet) determinatio prioris quæstionis præmissæ. Illa igitur pars, in qua soluit, habet duas partes. In prima soluit prædictam quæstionē secundum opinionem communiorum. In secunda uero determinat secundum aliorum opinionem, quæ minus tenetur cōmuniter, Alij uero dicunt, uirtus

esse bonos usus &c.) Prima pars habet duas. In prima Magister determinat. In secunda epilogat. ibi. Ex præmissis iam innotescere &c.) Prima pars habet duas secundum determinationē duorum dubiorum. Primo enim determinat illam quæstionē, qua queritur de comparatione gratiæ ad uirtutem. Secundo uero determinat illam quæstionem; qua queritur de comparatione gratiæ & uirtutis ad meritum. Primam facit, ibi. Hic uidendum est, quid sit uirtus &c.) Secundum facit, ibi. Cum ergo ex gratia dicatur esse bona &c.) Subdiuisiones autem partium manifeste sunt in litera.

Operans in gratia dicitur, &c.) *Dub. I.* Obiicitur. Greg. in Morali. distinguens gratiam præuenientem, & subsequentiū dicit ita, Quod gratia præueniens attenditur quantum ad dona nature; subsequens autem quantum ad dona gratiæ: ergo si idem est gratia operans, & cooperans, uideatur quod operans non dicatur illa, quæ hominis uoluntatem liberat. Si forte tu dicas, quod alio modo accipitur præueniens, & subsequens: tunc est quæstio de ratione istorum nominum, quare sic nominatur, ut dicat quædam præueniens, quædam subsequens, quædam operans, & quædam cooperans. Videtur enim, quod omnis

nis

nis gratia sit cooperās, quia nulla operatio debetur formæ alicui per se, nisi cum subiecto, uideatur etiam quod nulla debeat dici præueniens. Aut enim præueniens dicitur per comparationem ad actum, aut per comparationem ad subiectum. Si per comparationem ad actum, sic omnis forma dicitur præueniens; quia omnis forma præcedit actum suum. Si per comparationem ad subiectum, sic nulla debet dici præueniens, cum nulla sit ante subiectum suum. Est igitur quæstio, cum gratia a diuersis diuersimode dicatur, & huiusmodi nomē diuersimode exponatur, unde hæc diuersitas ueniat. Resp. Dicendū, quod cum gratia una sit, multiplices tamen habet diuisiones secundum diuersas cōsiderationes: habet cum gratia comparari ad suum principium a quo, habet comparari ad suū subiectum in quo, habet nihilo minus comparari ad suum oppositum contra quod: habet comparari ad suum effectū, ad quē ordinatur. Per comparationem ad suum principium, sic diuidit gratia in gratiam prædestinationis, uocationis, iustificationis, & magnificationis. Primo enim Deus gratiam præparat, secūdo offert, tertio confert, & quarto complet. Et secundum hoc attenditur prædicta diuisio, quæ sumitur de eo, quod dicit Apostolus. Roma. 8. Secundum autem, quod gratia cōparatur ad suum subiectum, sic diuiditur in gratiā cogitationis, uolūtatis, & perfectionis, secundum triplicē potētiam eius substantiæ, in qua est gratia, uidelicet secundum intellectu-

ad p. 1.

ad p. 2.

uam, & affectiuā, & operatiuā. Et hæc diuisio ponitur a Bern. in Lib. de libero arb. Secūdo autem, quod comparatur ad suum oppositum sic est illa diuisio gratiæ; quia est gratia protectionis, liberationis, & saluationis. Sumitur. n. hæc diuisio secundum quod gratia adiuuat contra multiplex malum, uidelicet; malum tentationis, siue pugnæ; malum persecutionis, siue miserię, malum culpæ, & malū sequelę. A primo protegit, a secundo liberat, a tertio extrahit, & a quarto saluat. Et hæc diuisio sumitur pro eo quod dicitur Esa. 31. Protegat dominus exercituum Iudæam, & Hierusalē; protegens, & liberans, transiens, & saluans. Secundum comparationem ad effectū ad quem est, diuiditur in præuenientē, & subsequētem; siue operantem, & cooperantem; quæ sunt differentię gratię secundum effectus, quos habet in ipsam uoluntatē. Dicitur enim gratia præueniens in quantum ipsam uoluntatem facit bonam: & ideo præuenit; quia nō est a li. ar. sed potius infunditur ab ipso Deo. Cooperās uero, siue subsequens dicitur in quantum adiuuat li. ar. respectu boni operis eliciendi. Et notandū, quod secundū quod nomen gratię diuersimode accipitur: sic etiā & istę duæ differentię præueniēs, & subsequens. Accipitur. n. gratia uno modo largissime, & sic comprehendit dona naturalia, & dona gratuita, utraque. n. defursum est: & hoc modo gratia habet diuidi in præuenientē, & subsequētem: ita quod præueniēs uocatur dona naturalia: subsequēs

uero

uero dona gratuita: & sic accipit Grego. in Moral. Alio modo accipitur gratia minus communiter, & sic comprehendit gratiam gratis datam, & gratum facientem: & tunc diuidere gratiam in præuenientem, & subsequētem nihil aliud est, quàm diuidere gratiam in gratis datam, & gratum facientē. Et sic diuidit Bern. cum dicit: quædam est gratia, quæ seminat cogitatum, & hæc uocat gratiam præuenientem. Quædam, quæ perficit bonum, & hanc dicit gratiam subsequētem. Ait enim sic in Lib. de li. ar. Hæc tria in nobis operat Deus, scilicet cogitare, uelle, perficere. Primum sine nobis operatur: secundum nobiscum: & tertium per nos. Accipitur & gratia strictē, & sic comprehendit gratiam gratum facientē, & gloriam: & tunc diuidere gratiam in præuenientem, & subsequētem non est aliud, quàm diuidere in gratiam, & gloriā: & sic diuidit Aug. in Lib. de natura, & gratia: cū ait. Gratia præuenit, ut pie uiuamus: subsequitur, ut cū illo semper uiuamus. Nūc præuenit, ut uocemur: tunc subsequitur, ut glorificemur. Accipitur etiam gratia magis strictē, & tunc nominat solum gratiam gratum facientem: & tunc diuidere eam in præuenientem, & subsequētem, hoc est secundum duplicem effectum gratiæ, qui potest distinguī tripliciter. Vel ita ut unus effectus sit contra malum, & alter ad bonū. Vel ita quod uterque sit ad bonum: sed unus cōpetat gratię secundum quod informat, alter secundū quod mouet. Vel ita quod uterque attribuat gratiæ mo-

uenti; sed unus in ingressu, & alter in profectu. Et sic tripliciter exponitur ab Augustino in Lib. de natura, & gratia. Vno modo sic. Gratia præueniens hominis uolūratem liberat, & præparat: subsequens uero in quantum eadem adiuuat. Secūdo modo sic. Gratia præueniēs præuenit uolūratem, ut sanemur: & subsequitur, ut sanati uegetemur. Tertio modo sic. Gratia præuenit uoluntatem ut uelit, & subsequitur ne frustra uelit: & per hoc patet responsio ad obiecta.

Præmittendam est. tria esse genera bonorum, etc.) Videtur ista diuisio boni esse insufficientis, quoniam multæ sunt alię bonorum differentię. Est enim bonum fortunæ, & bonum nature, & bonum gratię, & gloriæ. Si tu dicas, quod istæ differentię reducuntur ad has, quæritur tūc, sub qua istarum contineatur bonum, quod Deus est, siue ipsa anima. Si tu dicas, sub magnis bonis. Contra magna bona sunt (ut dicitur) quibus non contingit male uti: sed Deo potest quis male uti, sicut cum diligitur propter aliud: ergo non continetur sub magnis bonis. Item. Arguitur ex hoc. Si Deo contingit male uti, uidelicet cum refertur ad aliud, & Deus est optimus inter omnia bona: ergo omnibus bonis contingit male uti: ergo nulla sunt bona magna: falsum igitur dicit, cum dicit, quod bona magna sunt, quibus non contingit male uti. Item. Videtur male exemplificare de uirtutibus: nam aliquis potest de uirtutibus superbire, potest etiā uirtutes propter laudem

Dub. 2.

dem

Lib. 2.
de Lib.
arb. ca.
10.

dem humanā amare, & hoc est abuti: ergo uidetur, quod uirtutibus possit abuti: ergo sub magnis bonis non possunt contineri. Respon. Didendum, quod Aug. cum diuidit bonū per istas tres differentias, scilicet per bonum maximum, & minimum, & infimum, non generaliter accipit diuisionem boni; sed eius boni, quod est bonum alicui, & hoc est bonum, per quod contingit aliquo modo in finem ordinari: & ideo diuidit hic bonum utile. Et propter hoc cum triplex sit differentia boni utilis, per quā quis ordinatur in finem: triplicem boni ponit differentiam. Aliquid enim sic est utile ad finem, ut tamē sine illo possit ad finem perueniri, sicut sunt bona corporalia. Aliquid autem est ita utile ad finem, ut tamen sine illo non possit ad finem perueniri, per ipsum tamen potest quā sine deordinari, sicut est liberum arbitrium, quo contingit male uti. Aliquid est ita utile, quod sine ipso ad finem non potest perueniri, nec per ipsum contingit aliquo modo a fine deordinari, sicut est uirtus gratuita. Et quoniam primo bono minima est utilitas, in secundo uero maior, in tertio maxima, hinc est, quod diuidit bonum per has tres differentias, scilicet per bona minima, media, & magna. Et patet diuisionis sufficientia, & responsio ad illud, quod obiicitur de summo bono, quod Deus est. Ad illud uero, quod obiicitur, quod uirtutibus contingit male uti. Dicendum, quod uti aliquo est multis modis, sicut dictum fuit in Primo Libro, uidelicet si

cut in instrumento, & habitu directiuo, uel sicut obiecto. Primo modo nullo modo contingit male uti uirtute; quia uirtus quantum est de se, semper ad bonum dirigit, nec unquam per uirtutē aliquid ordinatur ad malum; quia uirtus est bonus usus uoluntatis, sicut dicit Aug. Secundo modo contingit male uti uirtutibus: nec est aliquid ita bonū, circa quod non possit se liberū arbitrium deordinari inordinate amando illud.

Virtus est, ut ait Augustinus,

etc.) Videtur hæc notificatio

primo redargui posse a modo predicandi. Nihil enim, quod predicatur de altero in abstractione, predicari habet de altero in concretione, sicut dicit Philosophus: si ergo uirtus est bonitas, nullo modo uirtus dicenda est bona. Item. Redarguitur predicta diffinitio a defectu conuertibilitatis in predicando; quia hæc tota ratio conuenire potest gratiæ, & donis, & aliis habitibus animæ. Item. Redargui potest a falsitate in hoc, quod dicit, Quod Deus in nobis sine nobis operatur: hoc enim est contra Aug.

qui dicit, quod qui creauit te si-

ne te, non iustificat te sine te. Et

Bernar. dicit, quod ad opus no-

stre salutis duo concurrunt, sci-

licet Deus, & liberum arbitriū.

Juxta hoc queritur cum unius

rei una sit diffinitio, & differen-

ter diffiniatur a diuersis ipsa uir-

tus, quomodo illæ diffinitiones

distinguantur. Resp. Dicendū,

quod uirtus accipitur commu-

niter, & proprie, & magis pro-

prie. Secundum quod commu-

niter accipitur, sic comprehen-

dit moralem uirtutem, & natu-

ralem:

ralem: & sic dupliciter habet dif-
finiri, aut in comparatione ad
actum, aut in comparatione ad
actum & finem ultimum. Pri-
mo modo non diffinitur a Philo-
sopho de cælo, & mundo, cum
dicit. Virtus est ultimum poten-
tiæ de re. Secundo modo diffini-
tur ab eodem in 7. Ethico. Vir-
tus est dispositio perfecti ad opti-
mum. Istæ enim duæ sunt noti-
ficationes uirtutis in sua generali-
tate, prout comprehendit uirtu-
tem naturalem, & mortalem. Alio
modo consideratur uirtus pro-
prie, prout comprehendit mo-
ralem tantum: extenditur tamē
ad politicam, & gratuitam. Et
sic dupliciter habet considerari.
Aut per comparationem ad ipsum
actum: aut per comparationem ad prin-
cipium directiuum. Si per com-
parationem ad actum, sic diffini-
tur a Philosopho in Ethi. Vir-
tus est habitus, qui perficit ha-
bentem, & opus eius bonum red-
dit. Per comparationem autem
ad principium directiuum, sic
diffinitur ab eodem Philosopho
ibidem. Virtus est habitus uolū-
tarius in medio consistens, recta
ratione determinatus, prout sa-
piens determinabit: & secundū
hoc etiam diffinitur a Tullio per
alia uerba. Virtus est habitus
mentis, in modum naturæ ratio-
ni consentiens. Secundum hanc
duplicem comparationem diffi-
nitur ab Aug. uirtus moralis per
alia uerba, idē signantia in Lib.
spiritu, & anima sic. Virtus est
habitus mentis bene composi-
tæ. In Lib. de quantitate animæ.
Virtus est æqualitas uitæ, ratio-
ni undique consentiens. Hæc duæ
notificationes, si quis attendit,

realiter idem sunt cum predictis,
& tam iste, quam ille sunt illius
uirtutis, quæ per assuetudinem
habet acquiri. Tertio modo po-
test considerari uirtus magis pro-
prie, prout accipitur pro uirtute
gratuita: & sic quadrupliciter
potest comparari, uidelicet ad
finem, ad subiectum, ad actum,
& ad suum principium secundū
quadruplex genus causæ, uideli-
cet finalis, formalis, materialis,
& efficientis. In comparatione
ad finem, sic diffinitur in Solilo-
quiis ab Aug. Virtus est ratio re-
cta ad suum finem perueniens.
In comparatione uero ad subie-
ctum, quod informat, quod est
ipsa uoluntas, sic diffinitur ab eo-
dem de Ciui. Dei. Virtus est bo-
na uoluntas. In comparatione
uero ad actum proprium, siue
complementum, sic datur illa
de Moribus ecclesiæ. Virtus est
ordo amoris, siue amor ordina-
tus. In comparatione uero ad
suum principium effectiuum,
datur illa, quæ ponitur a Magi-
stro in litera. Virtus est bona
qualitas mentis, &c. In qua diffi-
nitione hoc, quod dicitur, quali-
tas mentis, ponitur pro genere,
& subiunguntur tres differentiæ.
Per hoc quod dicitur, Quæ recte
uiuunt, separatur a bonis corpo-
ralibus. Per hoc quod dicitur, Quæ
nemo male utitur, separatur a
proprietatibus spiritualibus, &
naturalibus. Per hoc autem, quod
subiungitur, Quam Deus in no-
bis sine nobis operatur, separatur
a proprietatibus spiritualibus,
& consuetudinibus: quæ & si sint
boni usus potentiarum animæ,
non sunt tamē per infusionem;
sed per acquisitionem. Et sic pa-
tet in

ter intellectus huius diffinitionis, & distinctio ab aliis. Ad illud, quod obiicitur, quod non debet dici bona cum sit bonitas. Dicendum, quod in primis intentionibus est predicatio reflexa propter simplicitatem: hæc autem non habet locum in his, quæ sunt determinati generis, de quibus Philosophus loquitur: non enim dicitur albedo est colorata. Ad illud, quod obiicitur, quod non est conuertibilis. Dicendum, quod hic non diffinitur uirtus, prout distinguitur contra dona, & alios habitus gratuitos: sed prout nomine uirtutis clauditur omnis qualitas anime gratuita. Posset tamen dici, quod per appropriationem recte uiuere est uirtutum expedite donorum; sed perfecte beatitudinum, sicut alibi manifestabitur. Ad ultimum dicendum, quod sine nobis non priuat ex parte liberi arbitrii dispositio non susceptiuam ipsius uirtutis; sed potestatem effectiuam.

In 3. d.
34. art.
2. q. 1.

ARTICVLVS I. QVAESTIO I.

An gratia gratumfaciens diuidi habeat per differentias essentialiter diuersas?



Intelligentiam huius partis, in qua agitur de comparatione gratiae, duo quaeruntur: secundum quod gratia dupliciter comparari habet. Primo quaeritur de gratia in comparatione ad alium habitum. Secundo uero quaeritur de gratia in comparatione ad merendi exercitium. Circa primum quaeruntur tria. Primo quaeritur de una differentia gratiae in compara-

tione ad aliam. Secundo uero quaeritur de ipsa gratia in comparatione ad uirtutem gratuitam. Tertio uero quaeritur de ipsa gratia in comparatione ad gloriam.

VTRVM gratia gratumfaciens diuidi habeat per differentias diuersas per essentialiter. Et quod sic uidetur. Magister in littera sumens auctoritatem Augu. diuidit gratiam in praeuientem, & subsequenter: si igitur recta diuisio debet esse per opposita, & opposita non possunt fieri circa idem simul, & semel: uidetur igitur, quod impossibile sit unam, & eandem gratiam esse praeuientem, & subsequenter. Quod si tu dicas istam diuisionem esse solummodo per differentias quantum ad actum, & effectum, non quantum ad habitum. Contra hoc est, quod dicitur in Glo. super Exod. 32. Si inueni gratiam &c. ibi. Glo. Non una gratia sufficit sanctis. Vna enim praecedit, ut dominum diligant, & cognoscant: altera subsequitur, ut se mundos custodiant: ergo diuisio gratiae in praeuientem, & subsequenter non solum est per diuersos usus; sed etiam per diuersos habitus. **ITEM.** I. Cor. 12. Diuisiones gratiarum, &c. Si igitur illae gratiae, quas ibi distinguit Apostolus, diuersae sunt, & a Spiritu Sancto diuiduntur, uidetur, quod essentialiter distinguantur. **S**ITV dicas, quod loquitur de gratiis gratis datis, non de gratia gratumfaciente. Obiicitur contra hoc: quia plura sunt necessaria ad hoc, quod quis habeat gratiam gratumfacientem, quam gratiam gratis datam: ergo si ad perfectionem usus gratiae gratis

datae

datae requiritur habituum multitudine, multo fortius ad perfectionem gratiae gratumfacientis. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur ratione. Si unum oppositorum dicitur multipliciter, & reliquum quod illi opponitur; sed culpa eipso quod culpa est, opponitur gratiae gratumfacienti, secundum quod gratia est: ergo cum multae sint differentiae culparum, quae formaliter distinguuntur, uidetur, quod multae sint differentiae gratiae gratumfacientis, quae essentialiter diuersificantur. **ITEM.** Habitus diuersificantur per actus: sed ad gratiam, secundum quod huiusmodi pertinet animam curare, pertinet etiam a malo praeseruare, pertinet etiam in bonis ea fortificare; si igitur isti sunt alii, & alii actus, secundum quos etiam medicina corporales adinuicem distinguuntur: quia alia est medicina praeseruatiua, alia curatiua, alia restauratiua: pari ratione uidetur hoc conuenire gratiae. **ITEM.** Sicut se habet scientia respectu cognoscendorum, sic se habet gratia respectu meritorum; sed scientia respectu diuersorum cognoscibilium est alia, & alia; ergo uidetur, quod gratia, quae est principium diuersorum meritorum; sit alia, & alia; hæc autem est gratia gratumfaciens; ergo &c.

SED CONTRA. Prima diuisio gratiae gratumfacientis est in praeuientem, & subsequenter; sed ista membra (ut dicit Magister in littera) non faciunt diuersitatem habituum, sed effectuum; ergo nec aliqua alia membra gratiae diuisoria. **ITEM.** Eadem est lucis influenza, quae fugat tenebras,

S. Bon. Lib. 2.

& illuminat aerem; ergo in spiritualibus eadem est influenza, quae culpam expellit, & ad bonum disponit; sed prima est gratia praeueniens, secunda subsequens: ergo uidetur, quod tantum una gratia sit in anima. **ITEM.** Vnius acceptati una est acceptatio: si igitur gratia gratumfaciens non est aliud, quam ipsa acceptatio, siue ratio acceptandi, qua anima acceptatur a Deo, uidetur, quod in uno homine unam tantum sit ponere gratiam gratumfacientem. **ITEM.** Imago recreationis respondet imagini creationis: sed ad imaginem creationis non solum requiritur potentialium pluralitas, sed etiam essentialium unitas, ad quam reducatur illa pluralitas: ergo & in imagine recreationis necesse est ponere aliquem habitum unum, in quo uniantur omnes habitus uirtutum: hic autem non est nisi gratia gratumfaciens: ergo &c. **ITEM.** Vnus homo omnibus uirtutibus idem, & equaliter meretur, & in omnibus equaliter acceptatur: hoc autem non esset, nisi una esset ratio acceptandi ipsi hominem secundum se, & in omnibus actibus suis: hæc autem non est nisi gratia gratumfaciens; ergo &c.

RESOLVTIO.

Vna est utrumque; secundum essentialiter gratia gratumfaciens. Dicitur tamen diuersus habere differentias iuxta diuersos effectus, quos efficit.

RESP. Dicendum, quod in una anima est tantum ponere unam gratiam gratumfacientem. Ratio autem huius sumitur, & ex parte principii effectiui, & ex parte subiecti, & ex parte finis ultimi, & ex parte finis primi, & est intermedii. Ex parte principii effectiui, quoniam gratia est influenza a Deo pro-

H h h cedens

cedens in ipsam animam, secundum quam Deus totam animam sibi assimilatur. Unde quia unius rei una est similitudo, in una anima una reperitur gratia, procedens ab effectiuo principio. Ex parte subiecti similiter necesse est gratiam gratumfacientem esse unam: pro eo, quod gratia comparatur ad animam sicut principium dans ei uitam in esse secundo. Et quoniam unius uiuificabilis una est uita, siue principium uiuificans, hinc est, quod in una anima tantum debet esse una gratia. Ex parte uero finis tam primi, quam ultimi, quam et intermedii ratio sumitur. Gratia enim est ad hoc, quod faciat hominem Deo acceptum. Est et ad hoc, ut per ipsam perueniat homo ad unum, & summum bonum. Est etiam ad hoc, ut opus a libero arbitrio egrediens, sit meritorium apud Deum. Quoniam igitur Deus non acceptat hominem secundum quid: sed si acceptat, totum acceptat, & opera eiusdem hominis secundum unum statum sunt aequaliter meritoria, & merces omnium meritorum est una: hinc est, quod necesse est ponere in uno homine gratiam esse unam, exigente hoc comparatione ad effectiuum principium, & ad subiectum, & ad finem immediatum, & ultimum. Unde rationes, quae hoc ostendunt, concedendae sunt.

AD ILLUD uero, quod primo obiicitur in contrarium de diuisione Magistri, quam ponit in littera. Dicendum, quod illa diuisio gratiae est penes effectus, quos habet in nobis, quorum unus accipitur respectu mali, a quo liberat, alter respectu boni, ad quod ordinat. Unde notandum est, quod

nomen gratiae aequiuocatur, ut aliquando accipiatur pro habitu, aliquando pro effectu habitus, & in proposita diuisione non accipitur pro habitu, sed pro effectu. Per hunc est modum accipitur in illa Glo. in qua dicitur, quod non una gratia necessaria est Sanctis, &c. id est, non unus effectus gratiae tantum. Et si tu obiecias, quod habitus diuersificantur per actus, & effectus. Dicendum, quod illud habet ueritatem in actibus primis, quorum unus ad alterum non habet ordinari: sic autem non est in proposito, quia actus gratiae praueientis ordinem habet ad actum gratiae subsequens. AD ILLUD, quod obiicitur de auctoritate Apostoli, Dicendum, quod (sicut in opponendo predictum est) hoc intelligitur de gratiis gratis datis: illae enim multiplicatur propter hoc, quod ordinantur ad opera exteriora, ita quod secundum primam, & immediatam rationem effectus diuersos respiciunt: gratia autem gratumfaciens in quantum huiusmodi non habet respicere opera exteriora, sicut interiora, nisi mediantibus habitibus uirtutum, & donorum: aut si illa respicit, hoc non est, nisi in quantum considerantur sub una ratione meriti. Et ideo non tenet illud, quod consequenter obiicit, quod maior est perfectio gratiae gratumfacientis, quam gratiae gratis datae: quod & si uerum sit intensiue, non tamen oportet, quod extensiue. AD ILLUD, quod obiicitur, quod culpa multipliciter dicitur, ergo & gratia. Responderi potest, quod illa ratio deficit dupliciter. Primum quidem, quia illud

illud intelligitur de multiplicatione non secundum diuisionem, quae est in partes subiectiuas, sed secundum diuersas acceptiones, siue significationes. Cum enim irrationale diuidatur contra rationale, non oportet, quod tot sint rationalia, quot irrationalia. Secundum est deficit, quia uni bono nata sunt opponi plura mala, cum malum sit multifarie, & bonum uno modo. AD ILLUD, quod obiicitur, quod actus gratiae, secundum quod gratia est, diuersificantur, &c. Dicendum, quod & si actus illi diuersi sint tanta diuersitate, quod in corporalibus diuersis rebus attribuantur, quia alterius medicinae est curare, & alterius praeseruare: in spiritualibus tamen non sic diuersificantur, ut inducant diuersitatem habitus, tum propter ipsorum actuum, & effectuum ordinem, tum etiam propter ipsius habitus perfectionem, ex qua habet, ut possit multo melius in plures effectus sine sui multiplicatione, quam natura corporalis hoc possit ex diuersarum naturarum coniunctione. AD ILLUD, quod obiicitur de scientia, plana est responsio per iam dicta: non enim est simile, tum quia scientia dicit habitum habentem respectum ad exteriora cognoscibilia secundum speciales, & proprias condiciones, & naturas, tum etiam quia aliquo modo scientia creata causari dicitur ex rebus extra: tum etiam, quia ad ipsam maximè pertinet distinguere. Opposita autem harum proprietatum, & conditionum reperiri habent in gratia, sicut potest ha-

beri ex his, quae praedicta sunt: & ideo non plurificatur, sed in anima una reperitur una.

QUESTIO II.

An gratia gratumfaciens, & uirtus gratuita essentialiter differant?

DE comparatione gratiae ad uirtutem gratuitam: & est quaestio. Vtrum gratia gratumfaciens, & uirtus gratuita differant per essentiam. Et quod sine idem, uidetur primo per illud, quod Magister dicit, & habitum est in Distinctione praecedenti: quod gratia gratumfaciens est fides cum dilectione: si ergo fides, & charitas uirtutes sunt, uidetur &c. ITEM. Quorum definitiones sunt eadem, ipsa sunt eadem: sed gratia sic diffinitur ab Isidoro. Gratia est diuinæ misericordiae donum, per quod bonae uoluntatis est exitus. Sed haec diffinitio conuenit uirtuti gratuite: ergo &c. ITEM. Eadem est per essentiam gratia operans, & cooperans: sed gratia cooperans in libero arbitrio non est aliud, quam uirtus gratuita, cum ipse sit uoluntati cooperari: ergo idem est uirtus, & gratia. ITEM. Quorum effectus, & actus proximus, & immediatus est idem, ipsa sunt eadem: sed gratiae actus respectu subiecti est, animam uiuificare: respectu Dei est, acceptam reddere: respectu operis est ipsum opus meritorium facere, omnia haec eadem per essentiam uirtuti competunt. Nam dicitur Rom. 1. Iustus ex fide uiuit. Et Heb. xj. Sine fide impossibile est Deo placere: Et 1. Cor. 14. Si charitatem non habuerit, nihil mihi prodest: ergo si primi effectus gratiae

uirtuti attribuuntur, gratia, & uirtus sunt unus & idem habitus. ITEM. Si habitus sunt diuersi, unus non denominat alterum: sed gratia uirtutem denominat, dicitur enim uirtus gratuita: ergo gratia, & uirtus non differunt in essentia: ergo &c. ITEM. Circumscripto omni alio habitu, si quis habet fidem, & charitatem, habet unde Deo placeat, & unde ei est seruiat: si igitur illud, quod facit Deo placere, est gratia gratum faciens: ergo omni habitu circumscripto, intellecto, quod quis habeat fidem, & charitatem, habet gratiam gratum facientem: ergo gratia gratum faciens non est aliud, per essentiam differens a uirtute.

SED CONTRA. Ansel. de Concordia predestinationis, & liberi arbitrii. Rectitudinem uoluntatis nullus habet nisi Dei gratia preueniente: sed uirtus non est aliud, quam rectitudo uoluntatis: ergo uirtus est a gratia preueniente: sed in creaturis effectus differt a causa per essentiam: ergo uirtus gratuita essentialiter differt a gratia. ITEM. Quaecumque sic se habent, quod unum est medium operandi respectu alterius, illa differunt per essentiam: quia nihil creatum agit se ipso: sed gratia in opus bonum, & in actum determinatum mouet mediante uirtute: ergo gratia, & uirtus gratuita differunt per essentiam. ITEM. Quaecumque sic se habent, quod unum illorum habet actum continuum, & reliquum habet actum interpollatum, illa differunt per essentiam: sed gratia, & uirtus sunt huiusmodi, quia gratia est in actu continuo

(continuo enim uiuificat, & animam Deo reddit acceptam:) uirtus uero non est continue in ipso actu: ergo &c. ITEM. Quaecumque sic se habent, quod habent diuersas differentias diuidentes, illa differunt per essentiam: sed gratia diuiditur per preuenientem, & subsequentem, uirtus uero per cardinalem, et theologiam: ergo &c. ITEM. Quaecumque sic se habent, quod unum remanet, reliquo recedente, illa sunt per essentiam diuersa: sed uirtus aliquo modo remanet post peccationem culpam: gratia uero gratum faciens nullo modo: ergo &c. ITEM. Quaecumque duo sic se habent, quod unum remanet indiuisum, reliquum uero diuiditur, & multiplicatur, illa essentialiter differunt: sed gratia in una anima est una, sicut ostensum est supra: uirtutes uero multae, sicut ostenditur infra, & Apostolus dicit 1. Cor. 14. Nunc autem manent fides, spes, & charitas: tria haec, &c. necesse est igitur gratiam, & uirtutes gratuitas differre per essentiam.

RESOLVTIO.

Gratia, & uirtus gratuita alius & alius habitus sunt: tamen si illa ad hanc ordinatur: quippe quae eam gratiam facit.

RESPON. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod circa hoc diuersi diuersimode sentierunt. Quidam. n. dicere uoluerunt, quod gratia nihil aliud est, quam uirtus. Intellexerunt enim, quod gratia non est aliud, quam quaedam rectificatio potentiarum anime respectu eius, ad quod sunt. Hanc autem rectificationem, quia supra naturam est, non potest fa-

cere

ere nisi Deus. Et quoniam talem rectitudinem faciendo in anima, dat uirtutes ipsis potentibus, ut rationali fidem, concupiscibili charitatem, & irascibili spem: ideo dicunt gratiam creatam nihil aliud esse, quam uirtutem gratuitam, differre autem sola ratione dicendi: quia gratia dicitur in quantum Deus per illam rectitudinem animam acceptat, & approbat: uirtus uero in quantum anima sic rectificata habet exire in opera ardua, & laudabilia. ALII uero dixerunt, quod gratia, & uirtus gratuita essentialiter differunt sicut principium, & principiatum, & sicut substantia, & uirtus. Sicut enim potentia animae non est ipsa animae essentia, sed potius emanat, & procedit ab illa, sic uirtus, quae perficit potentiam, non est ipsa gratia, quae perficit animae substantiam, sed potius aliquid egrediens ab ipsa: ut sicut anima est quoddam totum potentiale, sic & gratia sit quoddam totum potentiale. Est enim una secundum se in quantum respicit ipsam animae substantiam: est tamen origo plurium, in quantum influit in ipsas potentias. Unde dicunt illas uirtutes non solummodo differre in quantum sunt uirtutes, sed etiam in quantum gratuitae: ut sit alia gratia specialis, a qua fides dicitur gratuita: alia a qua spes, alia a qua charitas gratuita nuncupatur. Quolibet autem harum positionum, & si probabilitatem habeat, nihilominus tamen, si quis interius aspiciat, uidebit aliquo modo utranque a ueritatis tramite declinare. Nam prima, quae dicit, quod

gratia nihil aliud est, quam uirtutis habitus, necesse habet dicere, aut quod omnes uirtutes sint una uirtus, aut quod in uno homine sint multae gratiae gratum facientes, quorum utrumque est improbable, & unum est improbatum supra: & aliud est satis improbabile, uidelicet quod omnes uirtutes sint una uirtus, & improbabitur suo loco. Necesse habet etiam dicere, aut quod gratia gratum faciens non totaliter tollitur per culpam: aut quod post peccatum nihil remanet de uirtute aliqua. Et primum horum est contra communem doctorum sententiam: secundum uero est contra sensibilem experientiam: ideo modus iste dicendi non modicum habet calumniam. Alius etiam a ueritate deniare dicitur Primo in eo, quod ponit, quod gratia primo existat in substantia, & post modum influat in potentias: hoc enim improbatum est supra. Secundo uero in eo, quod ponit in uno, & eodem homine esse diuersas gratias gratum facientes, & hoc ipsum supra improbatum est. Unus. n. est decor, qui datur faciei animae, ex quo non solum ipsa acceptatur, imo et habitus eius, & opera. ET IDEO est tertius modus dicendi, quod quae admodum cum dico lumē, & colorē illuminatū: dico aliam, & aliam formam: licet una sit ordinata ad aliam, & quodammodo altera compleatur ex alterius praescientia: si militer intelligendum est de gratia, & uirtute gratuita. Quemadmodum. n. color qualitas est corporis terminati: quae a praesentia luminis influxi uenustat, &

Lib. 3. dis. 33. art. 1. q. 2.

Dis. 26. q. 5.

Nec est Sco. nes cum D. Tho. co sentis simpli & citat.

H h b 3 com.

Hic est modus dicendi S. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 3. q. de ueritate. q. 17. art. 2. licet non ponat, diuersas gratias perficere res diuersas uirtutes: sed unam tantum. q. de ne 11. q. 23. art. 5.

Quia immoderate praeceden.

Scor. d. praesentibus, cōcedi potest coelatio & dimmediata sequenti hac uocatur op.

completur, ut possit mouere uisum: sic uirtus, quæ est habitatio potentiae, absque gratia grati faciente informis est, sicut color sine lumine: sed ea adueniente, ex qua tota anima in se, & suis potentiis decoratur, formari, & uiuificari dicuntur habitus uirtutum, & effici Deo accepti. Et quemadmodum ex lumine infuso, & colore non fit unum per essentiam, sed per ordinem: & iterum lumen in quantum illuminat aerem coniunctum corpori terminato, & in quantum colorem reddit luminosum, non est aliud per essentiam, sed sola comparatione differens, & secundum esse: & sicut unum lumen diuersos potest colores ad actum reducere sine sui multiplicatione: sic in influenza gratiae, & habitus uirtutis intelligendum est esse: scilicet quod gratia superueniens cum habitu uirtutis, quem informare dicitur, non facit unum per essentiam: sed ideo informat: quia ad finem suum ordinat. Similiter gratia, a qua anima dicitur esse Deo grata, & a qua aliqua uirtus dicitur esse gratuita, non differt nisi sola comparatione, sicut prius expositum est in lumine. Similiter una est gratia, a qua omnes uirtutes anime dicuntur esse gratuita. Concedendum est igitur, sicut rationes plures ostendunt, quod habitus gratiae gratumfacientis, & uirtutum habitus sunt diuersi.

AD ILLUD ergo, quod primo obiicitur de Magistro, qui dicit quod gratia est fides cum dilectione. Dicendum, quod illa praedicatio non est per essentiam, sed per quandam conco-

mitantiam, & significantiam: & aliquo modo posset reduci ad praedicationem per causam. AD ILLUD, quod obiicitur, quod diffinitio gratiae conuenit uirtuti. Dicendum, quod illa notificatio uel non est propria, uel si est propria, non eo modo conuenit uirtuti, quo dicitur de gratia: gratia enim est sicut donum primum, & excellentissimum inter dona creata: & sicut donum, quod complectitur totam bonitatem donantis: sic autem intellecta hac notificatione, non competit uirtuti. AD ILLUD, quod obiicitur quod gratia cooperans est uirtus. Dicendum, quod ille actus non assignatur gratiae secundum se, sed secundum quod est ordinatiua uirtutis: & sic dicitur liberum arbitrium cooperari. Nec ex hoc sequitur, quod idem sit quod uirtus: imo si sic argueretur, esset consequens: sicut si ita argueretur, Color mouet uisum, & lux mouet uisum: ergo color non differt a luce. Et per hoc patet responsio ad sequens, quoniam uiuificare, & acceptum reddere, & opus meritorium facere, aliter competit uirtuti, aliter gratiae. Gratiae enim competit primo, uirtuti uero ex consequenti, uidelicet quia ab influenza gratiae formatur, & ordinatur. AD ILLUD, quod obiicitur, quod si habitus sunt diuersi, unus non denominat alterum. Dicendum, quod est denominatio per inhaerentiam, sicut albedo per album denominat corpus: & denominatio per circuminectionem quandam, in qua aliqua duo sic se habent, quod unum habet ordinare alterum, secundum quod dicitur uoluntas delibe-

rans,

rans, & iustitia prudens: & per hunc modum uirtus dicitur esse gratuita. AD ILLUD, quod obiicitur, quod circumscripso omni habitu, &c. Dicendum, quod a charitate non potest circumscribi gratia, qua semper nominat charitatem uirtutem formatam. Si quis autem uocaret charitatem habitum amoris, quo natus est homo diligere Deum propter se, & super omnia: sic quamuis modo non possit absque gratia reperiri, potest tamen intelligi: sicut in Adam & in primo angelo angelis factum fuit, ut supra Dist. 3. patet. Et sic patet quod gratia est aliud quam uirtus: patet etiam quod est aliud quam potentiarum reificatio. Nam in homine quantum ad statum innocentiae erat potentiarum reificatio, antequam esset gratiae gratum facientis infuso: & hoc melius uidebitur in

Dist. 29. fr. u. agetur de necessitate gratiae secundum statum innocentiae.

QVAESTIO III.

Avaritia gratumfaciens, & gloria essentialiter differant?

In gratia in comparatione ad gloriam. Et est quaestio, utrum differant per essentiam. Et hoc sic uidetur. Gratia gratumfaciens & si non sit fides, tamen nunquam est sine fide, quia sine impossibile est placere Deo gloria autem nullo modo contigitur secum fidem: ergo nec est gratiam, & gloriam per essentiam differre. ITEM. Gratumfaciens habet se ad gloriam, sicut uia ad terminum, & sic, quod est ad finem: si igitur terminus necessario distinguitur a uia, & finis ab eo, quod ad finem distinctione

essentiali, pari ratione uidetur, quod gratia, & gloria. ITEM. Sicut se habet culpa ad supplicium, ita se habet gratia ad praemium: sed culpa, & poena aeterna differunt essentialiter: ergo pari ratione gratia, & gloria. ITEM. Corruptibile, & incorruptibile differunt per essentiam: sed gratia est corruptibilis, & amissibilis, sicut supra ostensum fuit: gloria uero omnino est incorruptibilis: ergo &c. ITEM. Quod est cognoscibile ab habente, differt per essentiam ab eo, quod non est cognoscibile: sed gloria ab omni eo, qui habet eam, cognoscitur: (nullus enim est gloriosus, qui nesciat se esse gloriosum,) gratia non: ergo differt per essentiam a gloria.

SED CONTRA. Sicut se habet charitas uiae ad charitatem patriae, sic se habet gratia ad gloriam: sed charitas uiae non differt per essentiam a charitate patriae: sicut enim dicitur 1. Corin. 13. Charitas nunquam excidit: ergo pari ratione gratia a gloria. ITEM. Christus ab instanti suae conceptionis habuit gloriam, & habuit gratiam: sed gratia illa, quam habuit, fuit ad cognoscendum, & amandum Deum: statim enim cum conceptus fuit, cognouit, & amauit cognitione, & delectatione comprehensionis: igitur in ipso gratia non differebat a gloria. ITEM. Perfectum, & imperfectum non uariant rem secundum essentiam: sed gratia dicitur assimilationem animae ad Deum secundum statum imperfectionis: gloria uero secundum statum perfectionis: ergo &c. ITEM. Aut gloria reddit acceptum Deo, aut non. Si non: ergo non tan-

Hab. 4. tum

tum placet Deo gloria, quantum gratia: ergo nec status patriæ quantum status uic, quod est inconueniens. Si sic: ergo cum iste sit proprius actus gratiæ, necesse est gloriam esse gratiam.

Quest. 1. huius arti. in resol. **ITEM.** Quando aliquis de gratia transit ad gloriam, aut perdit gratiam, aut non. Si perdit gratiam: ergo uidetur, quod desinat esse gratus Deo, & quæ gloria, & gratia habeant ad inuicem repugnantiam, quorum utrumque falsum est. Si non perdit, cum gratia sit uita animæ, sicut ostenditur

RESOLVTIO.
Minimè secundum essentiam, sed solum secundum statum: quia illa in uita inest; ista in patria: gratia hic primò inchoatur; sed ibi postea consummatur.

RESPOND. Dicendum, quod tã gratia gratumfaciens, quàm gloria nominat diuinam influentiam, per quam anima habet Deum, & Deus habitat in anima. Habere autem contingit dupliciter. Vel perfecte: & sic habet homo Deum in ratione qui scentis: uel semiplene: & sic ha-

bet homo Deum in ratione tendentis. Primò. scilicet quies competit status patriæ. Secundum. scilicet tendentia competit status uic: & ideo primum est gloriæ, secundum est gratiæ. Et quia primum est præmii, secundum est meriti: ideo gratiæ attribuitur actus merendi, gloriæ uero actus regnandi. Quoniam igitur idem potest esse præsentiam magis perfectum & minus perfectum, hinc est, quod gratia, & gloria secundum quod distinguuntur secundum modum tribuendi Deum, differunt solum secundum statum. Et quoniam non habere Deum non est aliud quam Deum habitare in nobis: ideo gratia, & gloria non solum modum distinguuntur secundum modum habendi Deum, sed etiam secundum rationem habitandi Deum in nobis. Cum tamen in eo Deum habitare in homine, duo ex hoc dico, scilicet diuina dignationem, qua hominem: ceptat, & sibi confæderat: & consequens humanam exaltationem, ex qua homo ea, & Dei sunt, excellenter participat. Et ideo illa influentia, per quam Deus in nobis habitat, dicitur esse gratia secundum primam comparisonem, uidelicet inquam Deus homini condescendit: & dicitur esse gloria quantum secundum comparisonem secundum hoc uidelicet quomodo per illam in habitationem tribuitur, & ad magna conceditur: secundum istam considerationem, & secundum istum dum gratia, & gloria non differunt nisi sola comparatione. Vnde uita eterna nominatur gloria, & nominatur et gratia. Rom. 6.

Gratia autem Dei uita eterna. Et sic patet responsio ad quoniam positam. Concedendum est. n. quod gratia gratumfaciens, & gloria non differunt per essentiam: sed si differunt aliquo modo, hoc est secundum comparisonem aliam, & aliam; & sic simul sunt in eodem, sicut in beatis, & in Christo, qui dicuntur habere gratiam, & gloriam, uel secundum statum alium, & alium; secundum quod successue eidem insunt: quia primo inest gratia in statu uic, & postmodum inest gloria in statu patriæ. Primo enim gratia inchoatur, & postmodum consummatur.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur in contrarium, quod gratia simul est cum fide. Dicendum, quod hoc est ratione status. Fides enim, quæ dicitur enigmati cam uisionem, simul potest stare cum gratia secundum statum imperfecti: non autem potest stare cum gratia secundum statum plenitudinis, qui excludit omne, quod est ex parte. Vnde ex illa ratione non potest concludi, quod gratia, & gloria differant per essentiam, siue secundum habitum, sed solum secundum statum **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod gratia se habet ad gloriam, sicut uia ad terminum. Dicendum, quod hoc dicitur ratione status, & additionis eius, quod gloria superaddit gratiæ: sicut perfectum additur imperfecto, cum ipsum perducit ad complementum: & quantum ad statum bene concedendum est, quod diuersitas esse potest inter gratiam, & gloriam. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod sicut se habet culpa ad supplicium &c. Dicendum, quod non est simile, quia culpa

principaliter inest ex parte anime, supplicium uero aliquod ex parte corporis: gratia autem, & gloria insunt anime ab eodem, & secundum idem, & ad idem, uidelicet in comparatione ad Deum. Posset tamen dici, quod aliqua culpa poena est, sicut uidebitur infra: & ita aliqua poena non differt a culpa, & aliqua differt, & est diuersa culpa: sic etiam in gloria. Illa enim, in qua consistit premium substantiale, eadem est cum gratia: sed gloria, quæ consistit in stola corporis, erit ab ea diuersa. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod corruptibile, & incorruptibile uariant essentiam. Dicendum, quod illud non habet locum, nisi ubi corruptibilitas, & incorruptibilitas uenit ex natura principiorum componentium: hoc autem non est in proposito: quia immutabilitas gloriæ uenit deorsum, corruptibilitas gratiæ deorsum, uidelicet a liberi arbitrii uertibilitate. **AD ILLVD**, quod obiicitur de cognoscibilitate. Dicendum, quod illud non concludit differentiam secundum essentiam: sola enim differentia secundum statum potest facere, ut uideatur quod prius uideri non poterat: sicut aliquis non cognoscit affectionem suam, quoniam non est intensa: sed quoniam postmodum intenditur, tunc de facili deprehenditur, & cognoscitur. **ITEM.** Color in tenebris non est uisibilis, & in lumine est uisibilis, & tamen color non differt essentialiter: sic nec diuersitas modi cognoscendi respectu gratiæ, & gloriæ habet eas diuersificare essentialiter. Et sic patet responsio ad omnia quesita.

Dis. 36 art. 1. q. 1.

LIBRI SECUNDI
ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An per gratiam mereri contingat
ipsum gratiae donum, iam
habitum?



ONSEQUENTER
quæritur de gratia in
comparatione ad me-
riti exercitium. Et cir-
ca hoc tria quærentur. Primo
quæritur, utrum per gratiam cõ-
tingat mereri ipsum gratiæ do-
num. Secundo quæritur, utrum
per gratiam contingat mereri
ipsum gratiæ augmentum. Ter-
tio quæritur, utrũ per gratiam
contingat mereri ipsius gratiæ
complementum, uidelicet glo-
riæ præmium.

VTVM per gratiam contin-
gat mereri ipsum gratiæ do-
num iam habitum. Et quod sic
uidetur. Primo per simile in
corporibus. Bonus enim miles,
& strenue militando meretur
equum a domino suo sibi gra-
tias datũ per usum ipsius equi:
ergo si tantę est efficacię usus
re spiritualis in merendo rem
spiritualem, sicut rei corporalis
in merendo rem corporalem,
uidetur quod per gratiæ bonũ
usum mereatur quis donũ gra-
tiæ iam acceptum. ITEM. Quod
potest in maius, potest in minus:
sed per usum gratiæ contingit
mereri gloriam habendam: er-
go multo fortius contingit me-
reri gratiam iam habitã. ITEM.
Vnusquisque magis est efficax
ad merendum sibi, quã alii: sed
uiri iusti, in quibus est gratia,
orãdo merentur aliis primã gra-
tiã, sicut dicit Aug. de p̄destina-
tione sanctorũ: ergo multo for-

tius hõ bene utendo dono gra-
tiæ, efficitur dignus habitu gra-
tiæ quem accepit. Quod autem
unusquisq; magis sit efficax ad
merendũ sibi, q̄ aliis: probatur p̄
illud, q̄ d̄r super illud Mat. 9. Vi-
dens Iesus fidẽ illorũ, ibi Glos.
Quantũ ualeat unicuique fides
ppria, si tm̄ profuit aliena? qua-
si dicat, multo plus. ITEM. Quã-
tũ plaet Deo petitio, & oratio
pro habendo: tm̄ placet ei gratia
rũ actio pro iam habito: sed ali-
quis ex charitate orans meretur
obtinere, q̄d petit, si petit pie, &
p̄ se, perseueranter, & ad salutẽ:
ergo pari rõne, qui gratias agit,
& pie, & pseueranter, ex chari-
tate dignus efficitur eo, q̄d iam
accepit. ITEM. Sicut se hēt chari-
tas ad amandũ: sic se hēt gratia
ad merendũ: sed p̄ charitatẽ nõ
solũmodo cõtingit amare alia,
sed etiam ipsam charitatẽ, sicut
uult Aug. & in Primo Lib. habi-
tũ est: ergo pari rõne per gratiã
contingit mereri ipsũ gratiæ do-
nũ. ITEM. Tunc est perfectio in
actibus, & habitibus aĩę, quãdo
agēs reflectit sup̄ seipsũ: tũc. n.
q̄s p̄fecte intelligit, q̄n̄ intelligit
se intelligere: ergo nõ ur̄ esse p̄-
fectum meritũ nisi q̄s mereatur
etiam illud, per quod meretur.

SED CONTRA. Meritũ, & p̄-
miũ relatiue d̄nr, sicut pater d̄r
relatiue ad filiũ: ergo sicut idẽ
non põt esse pater sui ipsius: sic
unũ & idẽ nõ põt eẽ meritũ sui
ipsius: ergo per gratiã nõ cõtin-
git mereri ipsius grã donum ha-
bitum. ITEM. Meritum, & p̄miũ
habent ordinem, sicut uia, & ter-
minus, & sicut dispositio respec-
tũ eius, ad quod disponit: ergo
necesse est, q̄d meritum p̄cedat
præ-

DISTINCTIO XXVII. 430

præmium uel tempore, uel natu-
ra: ergo impossibile est per gra-
tiam mereri ipsum donũ gratiæ
ITEM. Gratuitum & debitũ op-
ponuntur: sed quanto aliquid
magis cadit sub merito, tãto ma-
gis hēt rõnem debiti: si igit̄ usus
gratiæ nõ aufert ipsi gratiæ esse
donum gratuitũ, imopotius ad-
dit, uidetur q̄d per ipsum usum
gratiæ nullo modo cõtingat me-
reri gratiæ donum. ITEM. Quã-
tum unũquodque placet Deo,
tantum est meritorium: sed u-
sus gratiæ non placet Deo nisi
propter ipsam gratiam: ergo nõ
plus meretur usus gratiæ cum
gratia, quam gratia per seip-
sam: sed donum gratiæ eo ipso
quod habetur, non meretur se:
ergo pari ratione nec usu gratiæ
contingit mereri iam habitum
gratiæ donum.

RESOLVTIO.

Cum gratia de sui ratione, & pri-
maria infusione rationẽ gratuiti
omnino habeat; quomodo meriti,
uel debiti rationem ullatenus ha-
bere poterit?

RESPOND. Dicendum, quod
usum gratiæ consequentem non
contingit mereri per habitum
gratiæ præcedentem, nec quã-
tum ad meritum congrui, nec
quantum ad meritum condi-
gni. Quantum ad meritum con-
grui non: pro eo quod usus gra-
tiæ ad ipsum habitum non com-
paratur, sicut meritum ad præ-
mium. Tum quia nõ ordinatur
ad ipsum habitum promeren-
dum, sed aliud. Tum etiam, quia
non habet ordinari ad illud, ni-
si sicut ad suum fundamentum,
& originẽ. Meritum autem om-
ne siue congrui, siue condigni

ordinatur ad præmium tãquam
quẽdam uia, & dispositio præa-
bula: multominus uerò quantũ
ad meritum condigni, per usum
gratiæ cõtingit mereri ipsam do-
num gratiæ, quod est ipsius usus
principium. Tum quia ipsa gra-
tia quantum est de sua prima ra-
tione, & primaria infusione sic
habet rationem gratuiti, ut nul-
lo modo compatiatur rationem
debiti. (Si enim esset ex meritis,
iam nõ esset gratia.) Tum etiã:
quia si usus gratiæ ipsam gratiã
mereretur, quanto magis ipsa be-
ne uteretur, tantominus pro ip-
sa teneretur esse Deo gratus: q̄d
si hoc repugnat perfectioni me-
riti, planum est, quod gratiam
non contingit mereri, nec meri-
to condigni, quia tunc tollere-
tur perfectio gratiæ, & perfectio
meriti: nec merito congrui; quia
non saluatur ibi ordo, qui inter
meritũ, & præmium debet attẽ-
di. Vnde rationes, quę hoc ostẽ-
dunt concedendę sunt.

AD ILLVD uerò, quod pri-
mò obiicitur in contrarium de
similitudine meriti in corpora-
libus. Dicendum, quod non est
simile: quia equus quantum est
de sui rationem nisi dicit ratio-
nẽ gratuiti: ideo salua sua ratio-
ne potest quis eum iam habitũ
mereri. Primum autẽ gratiæ do-
num eo ipso quod tale est, dicit̄
quid simpliciter gratuitũ: ideo
quicquid homo faciat, nunquã
illud meretur, non solũ quia sit
iam habitum: sed quia gratuitũ.
Vnde & si aliqui dixerunt, q̄d
contingat mereri gloriam iã ha-
bitam, sicut in Angelis: non cre-
do tñ aliquos recte intelligẽres
sensisse, q̄ contingat mereri gra-

tiam iam habitam. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ si aliquid p̄t in maius, potest in minus. Dicendum, quod illud non habet ueritatem, nisi quando aliquid ordinat̄ ad maius, & ad minus consimili ordinatione: sic autem non est in proposito. Nam usus gratiæ ordinatur ad merendum gloriam, non ad merendum gratiã, pro eo quod ipsam præsupponit tanquam fundamentum. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ aliquis meretur alii primam gratiã. Dicendum, q̄ non est simile. Primum quia gratia in uiro iusto p̄cessit gratiam infundendam uiro peccatori: usus enim gratiæ in eodem homine sequi habet ipsum donum gratuitum. Preterea cum quis meretur alii gratiam donum gratiæ, non perdit ex hoc rationem gratuiti, quoniam ratio gratuiti attenditur in habitu gratiæ in comparatione ad eum, cui datur. Quantuncunque autem uir iustus oret pro peccatore, q̄ peccatori detur habitus gratumfaciens; non potest esse sine gratuita liberalitate diuinæ misericordiæ. Et ideo non sequitur, q̄ si unus alii potest mereri gratiam habendam, q̄ ipse possit sibi mereri gratiam iam habitã. Quod autem dicit̄, q̄ plus ualet unicuiq; fides p̄pria, q̄ aliena, hoc intelligitur respectu meriti p̄prie gratiæ. AD ILLVD, q̄ obiicit̄, q̄ gratiarum actio ita est efficax pro habito, sicut oratio pro habendo. Dicendum, q̄ & si gratiarum actio ita sit Deo accepta pro p̄terito, sicut oratio p̄ futuro: ex hoc tã non sequitur, q̄ gratiarum actio sit ordinata ad merendum iam habitum, pro

eo q̄ ipsa gratiarum actio, & laus p̄ beneficiis acceptis, plus tenet rationem p̄mii, quam rationem meriti. Sed si tenet rōnē meriti ordinat̄ ex diuina liberalitate potius ad donū promerendū, q̄ ad p̄merendū iã habitū. AD ILLVD, q̄ obiicitur de comparatione charitatis ad amorem, & gratiæ ad meritum. Dicendum, q̄ non est simile. Meritum enim de sua ratione importat ordinem & relationem: amor uero importat actum potētiae non alligatę materiæ: & quia idem nō hēt ad se referri, & ordinari: sed actus potētiae non alligatę materię hēt supra se reflecti, hinc est, quod amorē contingit amare; sed meritum nō contingit mereri. ET PER hoc patet r̄sio ad illud, q̄ ultimò obiiciebatur: illud. n. ueritatem in eis actibus non habet, qui quidem important relationem, & ordinem, & simul cū hoc aliquam imperfectionem: actus autem merendi respectu actus gloriosi imperfectionē aliquam dicit, & ordinē, & relationem, sicut prius ostensum est: & ideo illud non ualet.

QVAESTIO II.

An per gratiam gratia augmentum mereri contingat?

VTRVM per gratiã cōtingat mereri gratiæ augmentum. Et q̄ sic, uť. Primo per Aug. ad Bonifatiū. Gratia meretur augeri, ut aucta mereat̄ p̄fici. ITEM. Hoc uť ratione. Oīs habens gratiam, hēt unde possit proficere in merito: sed profectus in merito nō est, nisi per augmentū gratiæ: ergo gratia sui ipsius augmentū mereri p̄t. ITEM. Peccās uno genere peccati meretur incidere

in aliud genus peccati, unde efficitur peior, sicut peccans peccato superbię meretur incidere in peccatum luxuriæ: ergo pari ratione qui bene utitur gratia, p̄ bonorum operum exercitiū, uideatur mereri, ut fiat sibi gratiæ augmentum. ITEM. Laudabilior est qui se extendit ad opus perfectionis cū minori adiutorio, quam qui se extendit cum maiori: ergo si habens minorem gratiam se eleuat ad opera æqualis perfectionis cum eo, qui hēt maiorem; uideatur quod tantundē, uel amplius apud Deum mereri habeat: ergo si nulli sit retributio, nisi secundum quantitatem gratiæ, uideatur q̄ talis mereatur augmentū in gratia. ITEM. Qui petit pie, & perseueranter pro se & ad salutem, meretur exaudiri: sed qui petit gratiæ augmentum continuē, hoc modo petit: ergo uideatur gratiæ augmentum mereri.

SED CONTRA. Meritum non est respectu eius, quod oīno est impossibile: sed gratiã, cū sit forma simplex, augeri est impossibile: ergo impossibile est mereri gratiæ augmentum. ITEM. Meritum non est respectu eius, quod est in nobis; sed quod est ab alio; sed habens gratiam per uirtutē eius, quod habebat, potest in maius bonum proficere: nō solum enim habet, unde possit stare, sicut dicit Aug. sed etiam unde possit proficere. Si igitur profectus gratiæ consistit in eius augmento, sicut profectus gratiæ est in eius potestate, ita uideatur, q̄ & augmentum gratiæ: ergo nō uideatur ad hoc concurrere meritum. ITEM. Nihil augetur nisi

per rem eiusdem generis, & nature: sed gr̄a, quę in principio datur, quantum est de natura sui est ita gratuita, quod non cadit sub merito, sicut supra ostensum est. & Aug. dicit q. de Tri. quod meritis redditur, non est gratia. Si igitur nō cōtingit mereri ipsum gratiæ donū, non cōtingit mereri ipsius gratiæ augmentum. ITEM. Deus remunerat opus secundum quantitatem radicis: ergo tantum meretur quis per opus gratuitū, quantum ex illa gratia, ex qua exit opus: si igitur gratia augmentata excedit illam, uť q̄ minor gratia p̄ suū opus non possit mereri sui ipsius augmentum. ITEM. Si aliquis meretur augmentū, tūc si Deus nō auget ei gratiã, esset iniustus; & cum auget, opus illud est remuneratum: ergo uideatur, quod opus illud non esset dignum remuneratione gloriæ. Si igitur hoc est falsum, & impossibile, ut per augmentum gratiæ aufertur efficacia merendi gratiã: impossibile est ponere, q̄ augmentum gratiæ mereri contingat.

RESOLVTIO.

Cum homo proficere possit: & augmentum gratiæ mereri poterit: idque per additionem, & merito congruis.

RESP. Dicendum, quod (sicut dicit Aug.) absque dubio tenendum est, q̄ gratia meretur augeri: quis autē sit modus augendi, & modus merendi, difficile est assignare. Cum. n. multi sint modi augēdi, quis eorum cōpetat gratiæ, nō est facile discernere. Contingit. n. aliquid augeri per impermixtionē cum contrario: sicut dicitur, q̄ albius est, quod

quod est nigro impermixtius. Contingit nihilominus aliquid augeri propter hoc, quod minori succedit maius, sicut dies augetur dicuntur. Contingit etiam aliquid augeri propter aggregationem multorum: sicut lumen augetur in aere propter multitudinem candelarum, ex quarum concursu fit aggregatio luminum. Contingit etiam aliquid augeri per additionem, sicut augetur corpus per alimentum. Contingit etiam aliquid augeri per magnificationem rei in seipsa, sicut augmentata fuit costa, cum de ea facta fuit Eua: & sicut augmentati fuerunt quinque panes, cum de eis quinque milia hominum pasti sunt. Contingit etiam sexto modo aliquid augeri per accessum ad suum summum, sicut aliquid dicitur magis pulchrum, & magis luminosum, quod magis accedit ad perfectionem pulchritudinis, & lucis. Omnibus his sex modis dixerunt aliqui gratiam augeri. Sed primi tres modi improbari possunt de facili, & in Primo Libro improbari sunt aliquo modo Diff. 17. cum agitur de charitatis augmento. Eodem enim modo tam charitas, quam gratia habent augeri. Tres autem modi sequentes sunt satis convenientes, nec improbari de facili possunt. Primus tamen eorum famosior est, pro eo, quod magis consonat Sanctorum auctoritatibus, quae uidentur dicere in augmento gratiae infundi nouam gratiam, cum loquuntur de diuersa Sacramentorum efficacia. Qualiter autem hic modus ualeat sustineri in Primo

Ar. 2.
q. 1. c.
2.

Lib. Diff. 17. dictum fuit. Ultimus autem modus non est minus intelligibilis, quam aliquis praedictorum: imò secundum hunc modum dicendi obiectiones, quae fiunt contra gratiae augmentum, facilius declinari possunt. Quamuis enim augmentum per appositionem uideatur repugnare simplicibus, maxime tamen in spiritualibus, quanto aliquid est simplicius, tanto sit uirtute maius: augmentum tamē per accessum ad summum ualde uidetur eis consonum. Quocumque autem horum modorum trium sequentium dicitur, non est magna uis facienda, sed pro certo habentes, gratiam Dei in nobis augeri posse, laborare debemus taliter, quod in nobis augetur per bona opera. Per illa enim (ut dicit Aug.) meretur augeri, ut aucta mereatur perfici. MODVM autem merendi gratiae augmentum sic uidere possumus. Contingit enim aliquid mereri ex congruo, & contingit aliquid mereri ex condigno. Tunc est meritum ex condigno, quando ratio meriti reperitur ibi perfecte, & plenè: & tunc est ibi quaedam commensuratio, & adaequatio meriti ad praemium. Et quia hoc non potest esse, cum gratia augetur: hinc est, quod non potest quis mereri gratiae augmentum merito condigni: si igitur contingit ipsum augmentum gratiae mereri, hoc est merito congrui. Meritum autem congrui dicitur, in quo est aliqua dispositio congruitatis respectu eius, ad quam illa dispositio ordinatur, quae tamen deficit a ratione condignitatis.

gnitatis. Et hoc potest esse tripliciter. Aut enim est congruitas sine dignitate: & sic peccator per bona opera in genere facta extra charitatem meretur de congruo primam gratiam: ibi est enim quaedam congruitas; quia facit, quod in se est: non est tamen condignitas: quia inimicus Dei est, & indignus pane, quod uescitur. Aut enim est ibi dignitas cum indignitate, sicut est quando uir iustus meretur peccatori primam gratiam. Dignitas enim est ex parte uiri iusti, qui est amicus Dei, & dignus a Deo exaudiri: sed indignitas est ex parte peccatoris: ideo non est ibi plena ratio meriti. Aut est ibi dignitas cum gradus inferioritate, & sic habens gratiam minorem meretur per bonum usum peruenire ad gratiae cumulum: & hic modus merendi & si deficiat a merito condigni, & contineatur sub merito congrui; maxime tamen inter caeteros modos praedictos merendi accedit ad perfectionem meriti: & ideo quasi medium tenet inter meritum congrui, & meritum condigni. Ex praedictis igitur haberi potest qualiter gratia augeri, & etiam qualiter augeri meretur. Unde auctoritates, & rationes ostendentes quod gratia meretur augeri, concordandae sunt.

AD ILLVD autem, quod obiicitur in contrarium, quod cum sit simplex non potest augeri. Dicendum, quod gratia non est omnino simplex; sed solum per priuationes partium quantitatiuarum quantitate molis; non autem per priuationem partium quantitatiuarum quantitate uirtu-

tis: & quantum ad tale genus partium est ibi augmentum, non quantum ad primum. Vel potest dici secundum ultimum modum dicendi, quod augmentum, quod attenditur per accessum sed summum, non ponit compositionem; sed quandam maioris simplicitatis, & unitatis perfectionem: & ideo non repugnat: gratiae ratione simplicitatis essentiae. AD ILLVD, quod obiicitur, quod profectus est in potestate gratiae. Dicendum, quod quidam est profectus accidentaliter, utpote qui attenditur in fauoris intensione, uel habitus radicatione, uel operum multiplicatione: & hic profectus est in potestate gratiae, & secundum hunc profectum gratia non debet augeri proprie, quia non efficitur homo dignus maiori praemio substantiali per illum. Alius uero est profectus, qui respicit praemium substantiale, secundum quod dicitur homo dignus maiori praemio: & hic non est in potestate gratiae; sed in sola illius potestate, cuius est gratiam infundere: & ideo hunc gratia non facere, sed mereri dicitur: & penes hunc effectum attenditur gratiae augmentum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod augmentum gratiae est eiusdem generis cum gratia primo data, Dicendum, quod & si sit eiusdem naturae quantum ad rationem habitus: differentia tamen est quantum ad statum, pro eo quod supponit gratiae initiū. Et quia eiusdem generis est cum gratia primo data, ideo non potest mereri merito condigni. Quia gratiam praesupponit, maiori congruitate meretur quis gratiae augmentum.

mentum, quàm gratiæ initium, sicut supra dictum fuit. AD IL-
LVD, quod obiicitur, quod re-
muneratio attenditur secundū
quantitatem radicis. Respondē-
dum est, quod illud intelligitur
in merito condigni, in merito
autem congrui locum non ha-
bet. Et per hunc etiam modum
respondendū est ad illud, quod
ultimo opponitur.

QVAESTIO III.

*An merito condigni mereri contin-
gat gratiæ complementum,
sive gloriæ præmium?*

VTRVM contingat per gra-
tiam mereri ipsius gratiæ cō-
plementum, hoc est ipsum præ-
mium gloriæ, & hoc quantū ad
meritū condigni: quia de meri-
to congrui non est dubium. Et
quod sic, uidetur. 1. Tim. 4. De
reliquo reposita est mihi coro-
na iustitiæ, quam reddet mihi
dominus in illa die iustus iudex.
Si ergo, quod redditur secundū
iustitiam, meritis debetur, & re-
spectu eius præcessit meritum:
ergo si talis corona, quàm expe-
ctabat Apostolus est gloriæ præ-
mium, uidetur quod illud con-
tingat mereri per gratiæ donū.
ITEM. Zachar. 4. Adequabit gra-
tiam gratiæ. Et exponunt san-
cti, & doctores, quod adæqua-
bit gratiam patriæ gratiæ uia.
Et hoc expressius habet Mat. 7.
In qua mensura mensi fueritis,
remetietur uobis. Si igitur ubi
est adæquatio meriti, & præmii,
ibi contingit reperiri meritum
condigni: uidetur &c. ITEM. Si-
cut se habet culpa ad poenā, sic
se habet gratia ad gloriam: sed
per culpam ex condigno mere-
tur quis æternam damnationē:

ergo per gratiam econtra ex cō-
digno meretur quis æternā bea-
titudinem. ITEM. Aequè dignus
est, qui uincit aduersarium; ho-
nore, & gloria: sicut qui uinci-
tur, est dignus ignominia: si er-
go ille qui permittit se a diabo-
lo superari, dignus est æterno
improperio: uidetur quod qui
uincat, ex condigno mereatur
regnum supernum. ITEM. Aut
per seruitium quod homo facit
Deo, meretur aliquid, aut nihil.
Si nihil, ergo stultus est, q̄ Deo
seruit. Si aliquid, cum præmium
sit maioris dignitatis, quàm me-
ritum, & nihil sit excellentius
gratia nisi gloria, & per nihil
potest opus meritorium sufficē-
ter remunerari, nisi per gloriā:
ergo loquendo de merito cōdi-
gni, contingit per gratiam glo-
riam mereri.

SED CONTRA. Rom. 8. Non
sunt condignæ passionēs huius
temporis ad futuram gloriam,
quæ reuelabitur in nobis: ergo
per eas non contingit futuram
gloriam mereri merito condi-
gni. ITEM. Roman. 6. Stipendia
peccati mors, gratia Dei uita
æterna, Glo. Maluit dicere, gra-
tia Dei uita æterna, ut intelli-
geremus Deum ad uitam æter-
nam pro sua miseratione nos
perducere, non meritis nostris:
ergo si non perducit nos no-
stris meritis, uidetur &c. ITEM.
Videtur per rationem. Nullum
seruitium q̄ debetur, dum red-
ditur; obligat eum, cui fit, in ali-
quo. Vnde dominus Luc. 17.
Quis uestrum habens seruū &c.
sed homo totum quod facit, &
quod potest facere, totum de-
bet Deo: ergo uidetur, q̄ non
obliget

obliget Deum ad reddendum
sibi aliquid: ergo nihil meremur
apud Deum merito condigni.
ITEM. Nullum finitum, quod
gratis fit, obligat eum, cui fit, in
aliquo: sed opera facta ex gratia
sunt gratis: ergo non obligant
eū, cui sunt, ad retribuendum
ex debito, sed solū de cōgruo: er-
go idem q̄ prius. ITEM. Vbi est
meritū ex cōdigno, ibi est rō da-
ti, & accepti: sed Deus nihil po-
test a nobis accipere, quia bono-
rū nostrorū non indiget: ergo
præmiū gratiæ, q̄ est excellen-
tissimum, non possumus ex con-
digno mereri apud Deum.

RESOLVTIO.

*Gloriam nedum ex merito congrui:
sed ex merito condigni morari cō-
tingit: quandoquidem gratia, &
gloria commensurari debent: cui
accedit infallibilis Dei pactio:
qua nobiscum sic pepigit.*

RESPON. Dicendum, q̄ circa
istā q̄onem aliqui doctores sen-
serunt diuersimode. Quidam. n.
dicere uoluerunt, q̄ quia meri-
tum condigni dicit quandā ob-
ligationē in retribuente, & quā-
dam commensurationem in ser-
uitio, & retributione, & Deus
non pōt alicui obligari, & præ-
mio gratiæ nihil aliud pōt com-
mensurari: ideo dixerūt, q̄ nul-
lus potest cęlestem gloriam me-
reri ex cōdigno: sed si meretur,
hoc est tantum ex congruo. Et
ad istam suam positionē astruē-
dam multis fulciuntur auctōri-
tatibus Sacre Scripturæ, & etiā
expositorum, qui hoc sentire ui-
dentur: sed quoniam in scriptu-
ra etiam sepe reperitur, quod
Deus unicuique retribuet secun-
dum opera sua, & in parabola,

qua exprimitur meritum, & re-
tributio. 20. Matth. dicitur. Tol-
le, quod tuum est, &c. & plura
consimilia reperiuntur.

IDEO aliorum positio est, q̄
gloriam non tantum contingit
mereri merito congrui (tale em̄
meritum reperiri potest in gra-
tia gratis data) sed etiam contin-
git mereri merito condigni: pro
eo, q̄ gratiæ, & gloriæ quędam
est commensuratio, & in Deo
quędam cadit obligatio: nō ex
necessitate, sed sua mera beni-
gnitate, qua uoluit promittere,
& pactum firmare cum his, qui
eum diligunt, q̄ seipsum mer-
cedem eis retribuere: sicut in
Abraam apparet. Si autem ueli-
mus considerare, quis istorum
duorum modorum dicendi sit
uerior, inueniemus, quod secun-
dum diuersas comparationes
operis meritorii reperitur in eo
& meritum congrui, & meri-
tum condigni. Opus enim me-
ritorium cōparationem habet
ad principium a quo exit, & ad
finem pro quo fit, & ad statum
in quo fit. Si loquamur de ipso
per cōparationem ad princi-
pium: sic opus & ortum habet a
uoluntate libera, & ortum ha-
bet a gratia. Et in quantum or-
tum habet a uoluntate libera,
est meritorium merito con-
grui: sic enim quodammodo
nostrum est, & quasi alterius
generis est, quàm sit ipsum
præmium, quod debet ei re-
tribui. In quantum autem or-
tum habet a gratia: sic, cū
gratia reddat hominem acce-
ptum Deo, & sit quid diuinum,
& ad hoc sit ordinata, ut ducat
ad Deum, opus illud est merito

Genes.
14.

rium merito condigni. Si autem cōparemus opus meritorium ad eum, pro quo fit, hoc potest esse dupliciter: vel ad largitatē dispensantis. Vel ad ueritatē pollicentis. Si comparatur ad largitatem dispensantis, sic est meritorium merito cōgrui: nā pro suā liberalitatis immensitate decet ipsum pro modico obsequio retribuere magnum premiū. Si uero cōparetur ad ueritatem pollicentis, ex qua promisit, & quodammodo se uolūtariē obligauit, & tanto operi tantū reddit premiū, sic opus illud meritiū est merito condigni. Si autem tertio modo cōparemus opus meritorium ad statum, hoc potest esse dupliciter. Aut quantum ad tēporis oportunitatem: aut quantum ad operis difficultatem. Si quantum ad tēporis oportunitatē, quia nunc est tempus seminādi, sicut dicit Apostolus, & qui facit opera meritoria, semē proicit in terram bonā, congruum est, ut ex hac terra fructum magnū suscipiat. Et idē rectē Deus ei, qui in præsenti dimittit modicū, promittit reddere centuplum. Si autem consideretur operis arduitas, quia opus tale sic est in uoluntate facientis, ut sit supra uires, & homo eleuetur in faciendo ipsum supra se, & bono proprio preponat bonū eter num: hinc est, quod tale genus operis aeterna remuneratione est dignum, & sic per ipsum mereri contingit merito condigni. Patet igitur, quod opus meritorium consideratum in comparatione ad uoluntatis libertatem, & dispensantis liberalitatem, & tēporis oportunitatem, est merito

rium merito congrui. Comparatum uero ad gratiæ dignitatem ad ipsius pollicentis ueritatem, & ad sui ipsius difficultatem, est meritorium merito condigni.

ET PER HOC solui possunt rationes, & auctoritates ad utranque partem inducta pro eo, quod secundum diuersas uias procedunt. Nam rationes, quæ probant, quod per gratiam contingit mereri præmium æternum merito condigni, procedunt secundum alteram istarum considerationum. Illa tamen ratio, quæ fit de simili comparatione culpæ ad pœnam, & gratiæ ad gloriā, nō cogit. Tum quia gloria multo plus excellit in bono, quam pœna in malo. Tum etiam, quia facilius est descendere, quam ascendere. RATIONES uero ad oppositum procedunt, secundum aliam uiam, uidelicet, prout opus habet comparari ad uoluntatem nostram: sic enim non est de se sufficiens ad merendum. Nam omnes iustitiæ nostræ sunt sicut pannus menstruatus. Prout etiam habet comparari ad liberalitatem diuinam, quæ nulli potest obligari, sed quicquid facit ex mera liberalitate facit. Et hoc modo concludunt uerum, quod non sit ibi meritum condigni: aliter enim rationes illæ non cogerent. Nam quod dicitur, quod passiones huius temporis non sunt condignæ &c. hoc uerum est in quantum sunt tantum passiones: sunt tamen condignæ, in quantum fiunt ex charitate, quæ actionibus, & passionibus dat efficaciam, & ualorem. AD IL-LVD, quod obiicitur, quod Deus non

per-

perducit nos ad gloriam nostris meritis, exponendum est, quod hoc intelligitur secundum, quod merita merē cōparantur ad uoluntatē nostram, nō secundū quod habent ortū a gratia. AD IL-LVD, quod obiicitur, quod totum quod homo facit, debet homo ipsi Deo. Dicendum, quod & si opus illud sit debitū in quantum est creature: est tamē gratuitū, in quantum fit ex gratia, & charitate. Et ideo sicut ratio debiti non tollit rationem gratuiti, sic est nec tollit rationem meriti. ET SI obiicitur: quod nec opus gratuitū, nec debitum potest obligare Deum. Dicendum, quod & si non possit Deus nobis obligari in ratione dati, & accepti, sicut est ostendit ratio ultima: obligari tamen dicitur quodammodo ex sua mera benignitate, qua uoluit promittere seipsum diligentibus se. Præterea. Meritum condigni nō necessario ponit obligationē in retribuente, sed ponit sufficientē ordinationē eius, qui remuneratur ad ipsam remunerationem mediante aliqua laudabili operatione: gratia autem sufficientem ordinationē ponit in uiatore ad obtinendam gloriā. Tum ratione suę dignitatis, ex qua totum hominem reddit Deo & acceptū, & charum. tum est ratione diuinæ passionis:

tum ratione arduę operationis, sicut prius tactū est. ET SIC PATET ratio ad duas rationes sequentes. Nam quod obiicitur, quod gratis fit nō obligat. Dicendum, esto quod nō obliget: propter hoc tamen non tollitur a merito, quin possit esse condignū. Præterea & si non obliget eū, cuius est retribuere, & remunerare seruitiū sibi factū pensata propria utilitate: obligat tamen eū quodammodo, qui retribuit, pensata seruitutis fidelitate. Vnde magis meretur apud Deū, qui seruit ei ex amore filiali, & liberali, quā qui seruit ex amore mercenario, expectans mercedem, & retributionem. Si autem aliquis obiiciat, quod non potest ibi esse meritum condigni, quia non est ibi cōmensuratio. Dicendum, quod & si non sit cōmensuratio ibi per omnimodā equalitatē, est tamen cōmensuratio per quandam cōuenientē, uel cōsequentē proportionabilitatē, sicut fructus rectē dicitur cōmensurari semini, quando tamen excedit sicut cōueniebat fecunditati feminis, & terre germinanti. Vnde sicut aliquis nō esset cōtētus, si de semine nō reciperet decuplū, sic nullus posset esse cōtētus ex operibus meritoriiis factis, nisi pro eis reciperet premiū perfectū, quod complet, & terminat totum desiderium.

DISTINCTIO XXVIII.

De potestate liberi arbitrij hominis lapsi, quam habet, gratia circumscripta.

Cap. 9.
Augu.
Lib. de
heresib.
nico, i
ant. he-
refm.
84. in. 6



D uerò inconcussæ, & incunetanter teneamus, liberū arbitriū sine gratia præueniente, et adiuuante nō sufficere ad salutē, & iustitiā obtinendam: nec meritis præcedentibus gratiam Dei aduocari, sicut Pe-

lagiana heresis tradidit. Nam, ut ait Aug. i. Lib. Retract. Novi heretici Pelagiani liberū sic asserunt uoluntatis arbitriū, ut gratiæ Dei non relinquunt locū, quā secundū merita nostra dari asserunt. Pelagianorū heresis oīum recentissima a Pelagio monacho exorta est. Hi Dei gratiæ, qua prædestinati sumus, & qua meruimus de p̄tate tenebrarū erui, intantū inimici sunt, ut sine hac credant hoīem posse facere oīa diuina mandata. Deniq; Pelagius a fratribus increpatus, quod nihil tribueret adiutorio gratiæ Dei ad eius mādata faciendā: non eā libero arbitrio præponebat, sed infideli calliditate supponebat, dicens: ad hoc eā dari hoībus: ut quæ facere per liberū arbitrium iubentur, facilius possint implere per gratiā. Dicēdo utique, Facilius possint, uoluit credi, & si difficilius, tamē posse hoīes sine gratia facere iussa diuina. Illā uerò gratiā Dei, sine qua nihil boni possumus facere, non esse dicūt nisi in libero arbitrio: quod nullis suis præcedētibus meritis ab illo accepit nostra natura, ipsa ad hoc tantū iuuante nos per suā legē atq; doctrinam, ut discamus quæ facere, & quæ sperare debeamus. Non aut ad hoc per donū Spūs sancti, ut quæ didicerimus esse faciendā, faciamus. Ac per hoc diuinitus nobis dari scientiā confitentur, qua ignorātia pellitur: charitatē aut negāt diuinitus dari, qua piē uiuitur, ut scilicet sit donum Dei scientia, quæ sine charitate inflat: & non sit donū Dei ipsa charitas, quæ ut sciētia nō inflat, ædificat. Destruūt et orationes, quas facit ecclesia, siue pro infidelibus, & doctrinæ Dei resistentibus, ut cōuertantur ad Deū: siue pro fidelibus, ut augeatur eis fides, et perseuerēt in ea. Hęc quippe nō ab ipso accipere; sed a seipsis hoīes habere cōtendūt: gratiā Dei qua liberāmur ab impietate, dicentes secundū merita nostra dari. Paruulos et sine ullo peccati originalis uinculo asserunt nasci.

Testimonia, & fundamenta Pelagianorum.

Quod uerò dicunt sine gratiā hominem per liberum arbitrium omnia iussa implere, huiusmodi inductionibus muniunt. Si, inquiunt, non potest ea facere homo, quæ iubentur, non est ei imputandum ad mortem, sicut tu ipse Augustine in Libro de Libero ar. asseris: Quis, inquis, peccat in eo, quod

nullo

nullo modo caueri potest? peccatur autem: caueri ergo potest. Hoc testimonio Augus. Pelagius usus est disputans aduersus eum, immo aduersus gratiam: sicut August. in Lib. Retract. illud & alia huiusmodi retractans commemorat, inquiens. In his atque huiusmodi uerbis meis; quia gratia Dei commemorata non est; de qua tunc non agebatur, putant Pelagiani suam nos tenuisse sententiam: sed frustra hoc putant. Voluntas quippe est: qua peccatur & recte uiuitur, quod his uerbis egimus: sed ipsa nisi Dei gratia liberetur, & ut uitia superet adiuuetur, recte a mortaliibus uiui non potest. Ecce aperte determinat, ex quo sensu illa dixerit, inimicos gratiæ refellens.

Aliud testimonium Augustini.

Similiter & innitebatur Pelagius uerbis Augustini contra gratiam, qui in Libro de duabus animabus dicit, Peccati, inquit, reum tenere quēquam, quia non fecit quod facere non potuit, summæ iniquitatis, & insanie est. His auditis exiliūt Pelagius, dicēs, Cur ergo paruuli, & illi qui non habent gratiam, sine qua non possunt facere mandata diuina rei tenentur? Hoc autem qua occasione dixerit, in Libro Retract. Pelagio respondens, aperit. Id. n. contra Manichæos dixit: qui in hoīe duas naturas esse contendunt, unam bonam ex Deo, alteram malam ex gēte tenebrarum, quæ nunquam bona fuit, nec bonum uelle potest: quod si esset, non uideretur ei imputandum esse si bonum nō faceret.

Aliud.

Alibi etiam Aug. dicit, quod huic gratiæ contradicere uidetur, qua iustificamur, ait enim in Lib. contra Adamantium Manichæi discipulum, nisi quisque uoluntatem suam mutauerit, bonum operari non potest: quod in nostra potestate esse positum, dominus docet, ubi ait, Aut facit arborē bonā, aut fructus eius bonos, etc. Quod Aug. in Retract. nō esse cōtra gratiā Dei, quā prædicamus, ostēdit. In potestate quippe hoīs est mutare in melius uoluntatē: sed ea potestas nulla est nisi a Deo detur: de quo dictū est, Dedit eis potestatē filios Dei fieri. Cum. n. hoc sit in potestate, quod cū uolumus, facimus, nihil tā in potestate, quā ipsa uoluntas est: sed præ-

Iii 3 paratur

Li. 3. c.
18. i. to.
1. et Li.
de nā,
et gra-
tia c. 6.
7. to. 7.
Lib. 1.
cap. 6.

1. Co. 8

Ca. 26.
in to. 6.

paratur a domino voluntas: eo ergo modo dat potestatem.

Aliud.

Sic etiam intelligendum est, quod in eodē ait, scilicet, in nostra potestate esse vt vel inseri bonitate Dei, vel excedi eius seueritate mereamur: quia in potestate nostra non est nisi quod nostram sequitur voluntatem: quæ cum præparatur a domino, facile fit opus pietatis, etiam illud quod impossibile, & difficile fuit.

Aliud.

In li. ex
positio-
nis qua
rūdam
proposi-
tionem
epif. ad
Ro. ar.
60. et 61
10. 4. li.
1. 6. 23.

In expositione quoque quarundam propositionum epistolæ ad Romanos quedam Augustin. inserit, quæ uidentur huic doctrinæ gratiæ aduersari. Ait enim, Quod credimus, nostrum est: quod autem bonum operamur, illius est qui credentibus dat Spiritum Sanctum. Et paulo post, Nostrum est credere & velle, illius autem dare credentibus, & volentibus facultatem bene operandi per Spiritum Sanctum. Quæ qualiter intelligi debeant Augustin. in Libr. Retract. aperit dicens, Verum est quidem a Deo esse quod operamur bonum: sed eadem regula utriusque est, & volendi, scilicet & faciendi: & vtrunque ipsius est: quia ipse præparat voluntatem: & utrumque nostrum est: quia non fit nisi volentibus nobis. Illa itaque profecto non dixissem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter Spiritus Sancti munera reperiri.

Adhuc addit aliud.

Ca. 5. in
te. 7. &
in li. de
uera in
no. ar.
315.

Illud etiam diligenter est inspiciendum, quod Augustin. in Libr. de Prædestinatione sanctorum ait, scilicet quod posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, naturæ est hominum: habere autem fidem sicut habere charitatem, gratia est fidelium. Quod non ita dictum est tanquam ex libero arbitrio valeat haberi fides, vel charitas; sed quia aptitudinem naturalem habet mēs hominis ad credendum, vel diligendum, quæ Dei gratia præuenta credit & diligit: quod sine gratia non ualet.

Quid tenendum sit de gratia, & libero arbitrio,
pro ueritate.

Id ergo de gratia & libero arbitrio indubitanter teneat-

mus quod Hiero. in explanatione fidei catholice ad Damasum Papam Iouiniani, & Manichei, & Pelagij errores collidens docet, Liberum, inquit, sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper indigere Dei auxilio: & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum uitare non posse, quàm illos, qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. Vterque tollit arbitrij libertatem. Nos uero dicimus hominem semper & peccare, & non peccare posse, vt semper nos liberi confiteamur esse arbitrij. Hæc est fides, quam in catholica ecclesia dicimus, & quam semper tenuimus.



V P R A determinauit Magister quātum potest liberum arb. cum grā. In hac uero parte determinat quantum potest liberum arb. sine gratia. Et diuiditur hæc pars: in duas in prima determinat de potestate liberi ar. hominis lapsi, quam habet, gratia circumscrip̄ta. Secundo uero determinat liberum arbi. primi hoīs, utrum gratia operante, & cooperante egerit, infra Di 29. Post hæc considerandum est, utrum &c.) Diuiditur autē pars ista in tres partes. In prima: quia Pelagianus errabāt circa potestatem lib. ar. ponit illius hæresis improbatio nē. In secunda uero respōdet ad Pelagianorum argumentationes ibi. Quod uero dicunt sine gratia, &c. In tertia uero subiungit catholicæ ueritatis expressionem. ibi. Id ergo de gratia, & lib. arb. &c.) Media pars diuiditur in tres partes secundum tria media, a quibus sumuntur tres rationes, quibus Magister respondet. Primo enim respondet ad illud, quod Pelagius dicebat, nullum esse culpandum, si non uitat, uel nō facit illud, quod est sibi impossi-

bile Ex quo sumuntur duæ rationes, ad quas Magister respondet duabus. Secundo uero respōdet ad illud, quod Pelagius dicebat: quod nihil est tam in nostra potestate, quàm ipsa uoluntas, quæ etiam ab ipso Augustino Pelagius assumpserat. ibi. Alibi etiam Augustinus dicit, &c.) Tertio uero respondet ad illud, quod Pelagius dicebat. Quod credimus nostrum est, quod autē bonum operamur, illius est, &c. Quod etiam extraxerat de uerbis Augustini ex duobus locis: & ideo Magister respōdet in duobus capitulis. Et incipit illa pars. ibi. In expositione quoque quarundam, &c.)

D Enique Pelagius a fratribus, Dub. 1. &c.) Redarguit Magister uerbum Pelagij dicentis, quod gratiam lib. arb. infideli calliditate supponebat, &c. Cōtra. Vt, quod uerū dixit Pelagius. Si. n. gratia habitus est: & oīs habitus reddit potentiam facile, ut quod ad hoc detur gratia lib. ar. ut facilius possit exire in bona opera. Si tu dicas quod in hoc non reprehēdit eum; sed in hoc quod negabat, quod nullum posse arbitrium lib. conferebat, ut, quod in hoc etiam uerum dicebat,

quoniam si solius potentiae est posse, & gratia non est potentia: ergo non dat nouum posse. Itē. Nullus alius habitus aufert potentiam ei, in quo est: ergo uidef, q̄ nec gratia: aut si in gratia hoc est, quæro, quare magis in ipsa, q̄ in aliis. Respon. Dicēdum, q̄ quidam est habitus, qui ortū habet a potentia, sicut ille, qui per assuefactionē acquiritur ab eo, in quo est: & de tali habitu uerum est, q̄ non dat nouam potentiam: sed priorem potentiam habilitat. Est & alius habitus, qui desursum descendit, & non solum dependet ab eo in quo; sed magis ab eo a quo: & talis habitus habet potentiam nobilitare: & potest etiam illud, in quo est, mouere, & supra se eleuare ratione illius, a quo procedit: & talis habitus est ipsa gratia. Et qm̄ Pelagius non attribuebat plus habitu gratiæ, quam aliis habitibus, hinc est q̄ Aug. & Magister arguunt eum tanquam hæreticum. Et per hoc patent ea, quæ obiecta sunt.

Dub. 2. *Gratiam Dei, qua liberamur ab impietate, &c.)* Videtur, q̄ uerū dixerit, per illud quod dicit Hieronymus de prodigo filio. Nulla maior iustitia est, quam ignoscere penitenti, & ad misericordiam reuertenti misericordiam sinum aperire. Si ergo iustitia retribuit unicuique secundum merita, uidetur q̄ homo reuertendo ad diuinam misericordiam, mereatur sibi gratiā Dei. Item. Nos uidemus, q̄ homo potest mereri gratiam hominis per obsequia sibi impensa; ergo pari ratione uidetur, & multo fortius, quod mereri possit gra-

tiam Dei. Responso. Dicendū, quod gratiam primam non contingit mereri: tum quia est fundamentum omnis meriti, & principium: tum etiam quia est donum pure gratuitum: nisi enim quis habeat gratiam Dei, nihil apud Deum mereri potest merito condigni; quia sine illa nihil acceptat Deus in operibus nostris. Rursus ipsa est ita donum gratuitum, quod non redditur meritis. Sicut enim dicit Apostolus Romano. 11. Si gratia est ex meritis, iā grā nō est gratia. Ex hoc patet, quātum Pelagius aduersabatur diuinę gratię, qui dicebat aliquem eam posse mereri. Auferebat enim ipsi gratiæ suam dignitatem, & excellentiam, dum eam meritis liberi arbitrii supponebat. Auferebat etiam suam efficaciam, dum potestatem merendi alii, quam gratię attribuebat. Ad illud uerbum Hieronymi dicendum: q̄ iustitia ibi dicitur diuinę bonitatis condecencia, non prout respicit meritorum exigentiam.

Ad illud, quod obiicitur de gratia hominis. Dicendum, quod non est simile: tum quia acceptatio hominis non est ita mere gratuita, sicut diuina: tum etiā non est ita æque ponderatrix, sicut illa. Si autem quæretur, utrū aliquis in statu gratiæ existens possit sibi mereri primam gratiam post reciduum, & hoc orando, & petendo ut si caderet, Deus illum releuaret. Dicendum, quod non potest ex merito condigni: sed solum ex merito congrui. Nam meritum condigni implicat in se perseverantiam, pro eo quod peccatum sub-

subsequens mortificat, & in obliuionem ducit bona opera prius facta.

Dub. 3. *Si, inquit, non potest ea facere homo, &c.)* Videtur, quod uerum dicat Pelagius, quamuis Magister contradicat. Nam Hieronymus dixit, anathema sit, qui dicit, Deum præcipisse impossibile: ergo si præcepit homini habenti liberum arbitriū, uidetur quod Pelagius uerum dicat. Item. Augustinus in quodam sermone. Seruum pigrum non damnaret, si ea, quę fieri non poterant, imperaret: ergo redit idem, quod prius. Queritur ergo, pro quanto uerbum illud habeat ueritatem, quod nullus peccat in eo, quod non potest facere, uel uitare. Respondeo dicendum, quod posse quid facere, uel uitare dupliciter aliquis potest; quia per seipsum sine aliquo alieno suffragio potest illud: sicut aliquis potest comedere, quando est sanus, & habet cibum.

Alio modo dicitur aliquis aliquid posse non solum quia potest illud per se, & in se; sed quia potest cum alio, quod sibi præsto est. Et hoc modo accipiendo posse, omne quod Deus præcipit, in nostra potestate est; quia ipse qui præcipit, præsto est præbere gratiam adiuuantem, per quam possumus proficere. Alio modo accipiendo posse: non omne quod præcipit, est in nostra potestate: non tamen ex hoc excusatur aliquis: sicut si præciperet dominus seruo, quod daret sibi ad bibendum, & ipse non haberet aquam,

si posset eam acquirere, non excusaretur: sic & in proposito intelligendum est. Primo modo accipiendo posse, siue aliquis possit in se, siue per diuinum auxilium, intelligit Augustinus, & hoc insinuat eius uerbum. Nunquid quis peccat in eo, quod nullo modo uitare potest? Et sic intellexit etiam Hieronymus, cum dixit illum esse anathema, qui dicit, Deum præcepisse impossibile. Pelagius autem accepit primo modo: & ideo errauit, & plus attribuit libero arbitrio, quam possit. Aliter etiam consueuit responderi, quod prædicta uerba intelligantur de impotentia naturali: non de illa impotentia, in quam ex culpa sua homo seipsum intrusit: sicut ponit Anselmus exemplum de seruo, qui debuit ire ad nundinas, & præcipitauit seipsum in foueam: Primus modus exponendi errorem Pelagii magis excludit.

Nihil tamen potestate nostra, quam ipsa uoluntas, &c.) Hoc uidetur esse falsum per experientiam. Facilius enim est homini ieiunare, & magnos labores sustinere, quam inimicum diligere suum: facilius est etiam omnia bona sua dispergere, quam uoluntatem suam subiugare. Item. Si hoc uerum esset: ergo uidetur, quod cum bonitas hominis consistat in uoluntate, quod homo posset se facere talem, qualem uellet. Responso. Ad hoc dici potest, quod illud intelligitur de auxilio gratię Dei, pro eo quod bona uoluntas quantum ad actū uolendi

Dub. 4.

An liberum arbitrium resurgere possit à peccato absque gratia gratumfaciente?



Quod intelligentiam huius partis incidit hic quaestio de potestate liberi arbitrii circumscripta gratia. Circa hoc quaeruntur duo. Primo quaeritur, quantum possit liberum arbitrium absque gratia gratumfaciente. Secundo uero quaeritur, quantum possit per se absque gratia gratisdata. Circa primū quaeruntur tria. Primo quaeritur, utrum liberum arbitrium sine gratia gratumfaciente possit a culpa resurgere. Secundo, utrum possit absque gratia gratumfaciente aduersarium uincere. Tertio quaeritur, utrum possit Dei mandata implere.

Vterum liberum arbitrium absque gratia gratumfaciente possit a culpa resurgere. Et quod non, uidetur primo per illud, quod dicitur Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Et paulo ante. Ex operibus legis non iustificatur omnis caro. Et expressius ad Titum 3. Non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam, &c. igitur gratia gratumfaciente circumscripta, non potest liberum arbitrium per se resurgere a culpa. **ITEM.** Gal. 2. Non abiicio gratiam Dei. si. n. per legem iustitia: ergo Christus gratis mortuus est: si ergo uirtute lib. arbit. posset homo ad iustitiam redire, uidetur quod Christus frustra mortuus esset: quod si hoc

hoc est impiū dicere, patet &c. **ITEM.** Nemo petit ab alio, quod habet in sua potestate: sed uir sanctus petit in Psal. 40. Sana anima meam, quia peccavi tibi. Docet etiam nos ipse saluator petere in oratione dominica *Et dimitte nobis debita nostra*: ergo &c. **ITEM.** Hoc ostenditur ratione, quam facit Bern. Cum aliquis de impio fit pius, de malo fit bonus. & cum de malo fit bonus, melioratur: nullus tamen habet posse super se: ergo nullus potest seipsam meliorare propria uirtute: ergo nec absque gratia Dei a culpa resurgere. **ITEM.** Omni peccato offenditur Deus, qui est ipsa iustitia, & omne peccatum fit contra mandatum Dei: sed tanta est offensa, quantus est ille, qui offenditur. Cum igitur ipse sit infinitus, offensa habet aliquo modo rationem infiniti: si igitur liberum arbitrium potentiae finitae est, impossibile est quod in pristinum statum redeat, nisi per diuinam misericordiam, quae sua gratuita bonitate condonet culpam, siue remittat offensam: hoc autem non fit sine gratia: ergo &c. **ITEM.** Peccatum est priuatio uitae spiritualis, & priuatio lucis: sed uita spiritualis non potest redire ad animam nisi a fonte uitae, nec lux nisi a fonte lucis: ergo impossibile est, quod anima resurgat a culpa, nisi Deus, qui est fons uitae, & lux perennis, sua benignitate eam uiuificet. & illuminet: hoc autem non est nisi per donū gratiae: ergo &c.

SED CONTRA. Damasc. Peccatum est ab eo, quod est secundum naturam, in id, quod est praeter naturam auersio: sed fa-

cilius est unicuique rei moueri secundum naturam, quam praeter naturam: ergo si liberū arbitrium uirtute propria peccando potest moueri praeter naturam, uirtute propria redire poterit ad naturam: ergo sicut potuit cadere, ita & resurgere. **ITEM.** Maior est uirtus liberi arbitrii quam naturae: sed natura cum infirmatur, sanari potest absque auxilio medicinae: ergo multo fortius cum liberum arbitrium infirmatur per culpā, sanari potest absque omni gratia. **ITEM.** Absque gratia gratumfaciente de ignorante potest fieri homo sciens, non solum in his, quae subsunt naturae, sed etiam in his, quae sunt supra naturam: ergo pari ratione absque gratia gratumfaciente poterit homo fieri iustus de peccatore. **ITEM.** Peccator in mortali peccato existens potest desiderare, & uelle iustitiam: sed nihil aliud est esse iustum, quam uelle iustitiam, quia iustitia est rectitudo uoluntatis: tunc enim uoluntas recta est, cum uult iustitiam: ergo peccator in mortali peccato absque gratia gratumfaciente iustificari potest. **ITEM.** Per eandem uiam, per quam quis mouetur ad aliquid, quiescit ibidem: ergo si aliquis non mouetur ad culpam nisi uoluntate, non quiescit ibi, nisi per uoluntatem, & quando uult: ergo si non uult in culpa persistere absque gratia gratumfaciente, uidetur quod possit a culpa resurgere. **SI TRIV** dicas, quod non potest uelle. **CONTRA.** Potestates rationales sunt ad opposita, sicut dicit Philosophus: & uoluntas quamdiu est in uia uertibilis est: ergo sicut uolun-

luntariè potuit culpā appetere, sic pōt uolūtariè a culpa resurgere. IREM. Inter culpā, & gratiā media est innocentia, sicut melius patebit infra: ergo cū possit ab aliquo haberi innocentia sine gratia, sicut habita fuit ab Adam in primordio, & innocētia habita deleatur culpa, uideatur, qđ sine gratia gratumfaciēte aliq̄s possit a culpa resurgere.

RESOLVTIO.

Obstre pant, ut lubet, philosophi, hæreticiue: usque adeo necessariam dicimus diuinam gratiam spiritali nostra resurrectioni; ut sine gratia Dei uoluntate non fiat offensa remissio: sine liber ali passione Christi non fiat morbi curatio: nec sine cœlesti gratia imaginis reformatio,

RESP. Dicendū, qđ in huius q̄stionis determinatione aliter sēserunt philosophi, aliter senserunt hæretici, aliter senserūt tractatores catholici. Philosophi. n. ignorātes, qualiter peccato offendatur diuina maiestas, & qualiter per ipsum adimatur potentiarū habitas; dixerunt: qđ hō

In Post prædica. mētis c. de oppo sitis cir ea med. per exercitacionē iustus poterat effici, sicut per inordinationē a recta rōne factus erat iniustus. Vnde & Philosophus dicit, qđ prauus ad meliores exercitaciones deductus, aut multum proficiet, aut p̄fecte in contrariū habitum restituitur. Hæretici uerò aliquod lumē fidei habentes cognouerunt, qđ per peccatum offenditur maiestas diuina, & quodāmodo damnificatur uolūtas, uel lib. arb. Excecati tamen non considerauerūt, qualiter ex culpa natura infirmatur: & iō dixerunt, qđ ad hoc qđ liberum

arb. a culpa resurgat, nō est sibi necessaria aliqua gratia curans, sed sufficit sola gratuita Dei misericordia, quę inclinatur ad remittendum peccata nostra p̄ satisfactionē, quam Christus sibi facere uoluit, dum se in cruce pro nobis obtulit. Sed hæc positio non tantum a ueritate deficit, sed etiam dum contraria implicat, seipsam destruit. Dicit. n. ad hoc quod liberum arb. a culpa resurgat, necesse est, qđ Deus sibi culpam remittat: & tñ non est necesse, quod aliquid sibi retribuat, uel circa ipsum faciat. Si enim Deus nō mutatur, & iterū ipse iustus iudex est, ut nihil acceptet, nisi tantum quantum ualeat ad hoc, qđ culpa remittatur, & peccator Deo reconcilietur: necesse est, quod aliquid ipsi peccatori tribuatur, per quod morbus peccati sanetur. Catholici uerò tractatores, & luce fidei, & auctoritate scripturæ cognouerunt, quod peccatum & Dei est offensiuum, & quodam modo damnificatiuū, dū homo se trāsfert de seruitio Dei ad seruitutem diaboli, & ēt imaginis deformatiuum. Et ideo dixerūt, quod ad hoc quod liberum arb. resurgat a culpa, necessaria est gratia, non solū secundum quod gratia dicitur gratuita uolūtas Dei, nec etiam secundū qđ dicitur liberalis passio Christi, sed etiam secundū quod dicitur habitus animi. Gratuita enim uolūtas Dei concurrat ad hoc, qđ fiat offensa remissio: uoluntariè enim nobis condonat offensam. Liberalis autē passio Christi concurrat ad hoc quod fiat morbi curatio: & gratia ut fiat ima-

imaginis reformatio: & ideo ad hoc qđ homo resurgat a culpa, multum per oēm modū necessaria est sibi gratia. Concedendæ sunt igitur rationes ostendentes, qđ homo absque gratia gratumfaciente non potest a culpa resurgere. AD ILLVD uerò, qđ primò obiicitur in contrarium; quod morus in id, quod est secundum naturā, facilius est, quā ipse, qui est in id, quod est præter naturam. Dicendū, qđ illud uerum est de illo motu, qui est secundum naturam, ita quod subiacet potestati naturæ, & de illo etiam motu, qui est præter naturam: ita tamen, quod non corrumpitur, nec diminuitur ibi naturæ potestas, sicut est in motu lapidis sursum. Facilius enim regreditur deorsum, quā ascendit sursum. Tum quia moueri deorsum est in eius potestate: tum etiam quia per motum sursum nihil diminuebatur, uel adimebatur de eius grauitate. Non sic autem est in proposito, tum quia moueri ad iustitiam est per uirtutem supra naturam, tū etiā quia motus ad culpam diminuit habilitatem liberi arbitrii. Per peccatum enim non solum homo expoliatur gratuitis, sed etiā uulneratur in naturalibus. ERREX hoc patet responsio ad sequens, quod obiicitur de similitudine sanitatis naturæ ad sanitatem uoluntatis: non. n. est simile. Nam sanitas corporalis est in potestate naturæ, sanitas spiritalis uerò est per aliquid, qđ est supra naturam. Cum autem aliquid infirmatur corporaliter, non omnino naturæ perimitur uirtus, quæ est principiū sa-

nitatis: & ideo a tali infirmitate ad sanitatem naturaliter pōt fieri regressus. In peccato uero perditur ipsa gratia Dei, & iustitia, p̄ quam erat spiritalis sanitas: & pro tanto dī graue peccatum esse mortale, quia aufert homini principium uitæ. Et p̄pterea sicut de mortuo non potest fieri uiuus, nisi uirtute mirabili, & supra naturam: sic nec de peccatore pōt fieri iustus naturaliter, uel uoluntariè, sed mirabiliter. AD ILLVD, quod obiicitur de ignorante, qđ potest fieri sciens sine gratia gratumfaciente. Dicendū, quod non est simile: ignorantia enim in quantum hu iusmodi, potius dicit defectum pœnæ q̄ culpæ. Vnde ignorans scđm qđ ignorans non displicet Deo: peccans autē scđm qđ peccans displicet Deo: & ideo culpę recte opponitur gratia, quę reddit Deo acceptum: sicut ignorantia opponitur scientiæ. Et quoniā oppositū expelli hēt p̄ suum oppositū, iō non sequitur, qđ si ignorantia hēt expelli sine gratia, qđ similiter culpa. AD ILLVD, qđ obiicitur, qđ peccator manēs in mortali pōt uelle iustitiā. Dicendū, qđ aliquid uelle, est dupliciter. Vel exiliter, & semiplene, sicut dicitur: uult, & non uult piger. Vel plene, & sufficiēter: sicut dicit Apost. Philip. 2. Deus operatur in nobis uelle, & p̄ficere. Primo mō pōt esse in peccatore: & talis uolūtas nō facit ali quē iustum. Secundo mō nō potest esse sine gratia præueniēte, & adiuuante uoluntatem: hoc autem secundo modo non potest uoluntas iustitiæ reddere animam iustam. AD ILLVD, qđ obi-

obiicitur, quòd per eadem uim, per quam aliquid mouetur, generat. Dicendum, quod uerum est in eo motu, qui est ad aliquod còplemētum: hoc autem nō oportet esse in motu corruptionis, & destructionis. Aliquis enim interficitur per uiolentiam: nō tamen oportet quod per illam eandē uim in morte persistat. Et quia peccatum corruptio dicitur, nō oportet, quod quis persistat in peccato ex solo actu uoluntatis, sicut per actum uoluntatis se in peccato præcipitauit, sicut patet in eo, qui se uoluntarie interficat, uel uoluntarie se demergit. AD ILLVD, quod obiicitur quod Deus possit restituere innocentiam, & ita delere culpam absque gratia. Dicendum, quod hoc uerum est: sed largitas diuinæ misericordie si decreuit auferre malum, per quod homo displicet, ut simul daretur bonum, per quod homo Deo placeret: nec unquam expellit culpā, quin sanctificet ipsam animam, ut in ea habitet per gratiam. Vnde nihil est medicum: secundum tempus inter iustum, & impium: ex quo enim homo nascitur, necesse est animam eius uel esse peruersam per culpā, uel erectam per gratiam.

QVÆSTIO II.

An liberum arbitrium absque gratia gratum faciat in aduersariū præualere possit?

VTVM lib. arb. absque gratia gratum faciat possit aduersarium suum uincere. Et quod sic, uidetur. Gene. 4. dictum est Cain. Subter te erit appetitus tuus: & tu dominaberis illius. Sed constat, quod Cain iam erat in mortali peccato: ergo in sta-

tu illo poterat dominari appetitui suo proprio: sed nullā uictoriam habet in nobis aduersarius nisi per nostrū appetitum: si igitur absque gratia gratum faciat Cain superare poterat proprium appetitum, uidetur quòd posset etiā uincere aduersariū. ITEM. Ber. in Li. de lib. arb. Liberum arb. est potentissimum sub Deo. Et ibidem dicit, quod lib. arb. sui oīno defectum non patitur, quare potentissime in ipso æternæ, & incōmutabilis imago dei tatis uidetur. Nā & si habeat initium, nescit tamē occasum, nec de iustitia, uel de gratia accipit augmentum, nec de peccati miseria detrimentum: ergo si liberum arb. adiutū gratia, & iustitia possit superare aduersariū, pari ratione uidetur, quòd possit etiam per seipsum. ITEM. Spiritus luxuriæ deicitur, uel uincitur per continentiam, & Spiritus iracundiæ per patientiā, & sic de aliis: sed continentia, & patientia possunt haberi absque gratia gratum faciente per gratiam gratis datā: ergo &c. ITEM. Difficilius est uincere seipsum, quā uincere diabolum: sicut. n. habuit fuit, & Magister dicit supra Di. 21. Fortior est tentatio carnis, quā tentatio hostis: sed homo absque gratia gratum faciente potest seipsum uincere, & morti exponere, sicut patet in hæreticis: ergo multo fortius uidetur, quod absque gratia gratum faciente possit de diabolo triumphare. ITEM. Aduersarius noster, in quo nulla est grā gratū faciens, frequenter potest nos deuincere, & sibi subiugare: si ergo non est peioris cōditionis homo, quā

fit

fit diabolus, uidetur quod absque aliquo dono gratiæ possit quis aduersarium suum uincere.

SED CONTRA. 1. Corin. 15. Deo gratias, qui dedit nobis uictoriā per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur sine auxilio Christi nemo potest de inimico habere uictoriam: si ergo Christus auxiliatur nobis per gratiam suam, per quam nos iustificat, uidetur &c. ITEM. Roman. 7. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et respondet. Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum: si ergo nullus uincit aduersarium, nisi qui liberatur a lege peccati, & mortis: uidetur quod absque gratia Dei per Iesum Christum, quæ quidem est gratia gratum faciens, non possit aduersarium uincere. ITEM. Super illud Psal. 26. Infirmati sunt &c. Glo. Non potentes resistere uitis per se. Deo enim resistente ab auxilio laborare potest homo, sed non uincere: ergo uidetur, quod absque auxilio gratiæ gratum facientis non contingat uincere tētionem. Quid si tu dicas hoc intelligendū esse de gratia gratis data, non gratū faciente solum, Contra. Dicitur per aliam Glo. super illud Psal. 77. Immissiones per angelos malos &c. Diabolus potestatem habet in peccatore, sicut in pecore proprio: ergo cum non possit a peccato erui, nisi per gratiā gratum facientem, non potest nisi per illam erui a potestate diaboli: ergo sine illa non potest ipsum deuincere. ITEM. Vincenti debetur corona, secundū quòd dicitur Apoc. 2. & 3. sed nulli pu-

gnanti contra aduersarium debetur corona gloriæ, nisi ei, qui habet gratiam gratum facientē: ergo nullus absque gratia potest diabolum deuincere. ITEM. Quicquid homo faciat, & quicquid etiam caueat, quamdiu est sine gratia gratum faciente, manet in culpa, sicut prius ostensum est: sed cum manet in culpa, seruus est diaboli, seruus est etiam peccati: & qui seruus est diaboli, uictus est a diabolo, secundū quod dicitur 2. Pet. 2. igitur absque gratia gratū faciente impossibile est de diabolo triumphare.

RESOLVTIO.

Resistere potest: uincere nō potest.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod differt dicere, aliquē resistere diabolo aduersario, & aliquem diabolum uincere aduersarium. Plus enim importat uictoria, quā resistentia. Resistentia namque consistit in hoc, quod quis non consentiat suggestioni diabolicæ: sed uictoria consistit in assequendo oppositum eius, quod diabolus intendebat. Intendebat autē diabolus hominem reddere inimicum Deo, & facere dignum æterno supplicio. Tunc igitur uincit homo aduersarium, quando sic resistit tētionem, ut efficiatur maior Dei amicus, & mereatur regnum æternum. Et quoniam hoc absque gratia gratum faciente esse non potest, ideo cōcedendū est, quod & si quis per gratiam gratis datam possit diabolo resistere, ut ei non consentiat suggerenti, tamē absque dono, quod reddat hominem acceptū Deo, ipsum uincere non potest, ut contra eius intētionem proficiat

ficiat dignitate meriti, uel in merito condigni. Et concedendæ sunt rationes, quæ hoc ostendunt.

AD ILLUD uerò, quod obiicitur de eo, quod dictum est Cain. Subter te erit appetitus tuus &c. Dicendum, quod & si in potestate eius esset appetitum refræquare, ut in actum peccati non procederet etiam absque gratia gratumfaciente, non tamen ex hoc sequitur, quod possit aduersarium deuincere: quia & si sine gratia hoc faceret, esset ibi resistentia, per quam uitaret poenâ: non tamen esset ibi uictoria, per quam mereretur palmam. AD ILLUD, quod obiicitur, quod liberum arbitrium dicitur esse potentissimum sub Deo, & quod non augetur, nec minuitur. Dicendum, quod (quemadmodum fuit supra expositum) hoc intelligitur quantum ad priuationem coactionis: non quantum ad potentiam seruandæ rectitudinis. AD ILLUD, quod obiicitur quod spiritus luxuriæ uincitur per continentiam. Dicendum, quod & si per continentiam, quæ est absque gratia gratumfaciente, possit quis resistere spiritui luxuriæ: illa tamen resistentia triumphus dici non potest, pro eo quod ex hoc nullam assequitur palmam. AD ILLUD, quod obiicitur, quod potest quis uincere seipsum sine gratia gratumfaciente. Dicendum, quod falsum est: quamuis enim hæreticus, qui exponit se morti, uideatur seipsum uincere: non tamen est ibi uictoria, sed deiectio. Superatur enim ab erroris improbitate, & conscientie peruersitate, & obstinationis profunditate: & propter hoc

magis meretur confusionem, & ignominiam ex illa mortis peressione, quam gloriam. AD ILLUD, quod obiicitur, quod diabolus potest uincere hominem absque gratia. Dicendum, quod uictoria diaboli consistit in subiugando sibi hominem per peccatum: uictoria uero hominis consistit in promerendo illud, quod diabolus amisit: & ideo sicut facilius est peccare, quam in bono proficere: sic facilius est diabolum superare hominem, quam hominem aduersarium uincere. Præterea diabolus non uincit hominem, nisi uolentem, & consentientem: diabolus autem nunquam uincitur uolens: & ideo non sequitur, quod si diabolus potest reportare uictoriâ de homine absque gratia, quod similiter possit esse e conuerso: imo non est simile, sicut ostensum est.

QUESTIO III.

An liberum arbitrium absque gratia gratumfaciente mandata omnia adimplere possit?

VERVM absque gratia gratumfaciente liberum arbitrium possit omnia mandata implere. Et quod sic uidetur. Deut. 30. Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, non est supra te, neque procul positum &c. Et post. Sed iuxta est sermo ualde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud: hoc autem non esset, si obseruantia mandatorum esset supra posse liberi arbitrii: ergo uidetur, quod absque gratia gratumfaciente, quæ est supra posse liberi arbitrii contingat mandata Dei seruari, & impleri. ITEM. Hoc uidetur auctoritate noui testamenti. Matth. 11. Iugum meum sua-

us

ue est, & onus meum leue: hoc autem non esset, si mandatum Dei esset supra posse liberi arbitrii. ergo &c. ITEM. Hoc uidetur ratione. Multo benignior est Deus seruis suis, quam sit homo: sed homo potest mandata hominis seruare absque gratia gratumfaciente, quæ sunt grauiora, & multa: ergo uidetur, quod multo fortius possit seruare mandata diuina. ITEM. In mandatis Dei aut præcipiunt ipsa genera operum, aut præcipiunt formata opera. Si præcipiunt opera formata: ergo qui honorat patrem naturali pietate, non faciens illud ex charitate, uidetur illud mandatum omittere, quo præcipitur: Honora patrem, & matrem: & peccare mortaliter, quod absurdum est dicere. Si igitur ipsa genera operum sunt in præcepto, & hoc constans est, quod possumus facere absque gratia gratumfaciente, uidetur, quod diuina mandata absque dono gratiæ gratumfacientis contingat implere. ITEM. Nihil difficilius est, quam animam suam ponere pro alio. Maiorem enim charitatem nemo habet &c. sicut dicitur Ioan. 15. sed absque gratia gratumfaciente potest quis mortem pro alio subire: ergo multo fortius omnia gratia aliorum mandatorum.

AD OPPOSITVM arguitur sic. Iere. 10. dicitur. Scio domine, quia non est hominis uia eius, neque uiri ut ambulet, & dirigat gressus suos: sed quicumque implet diuina mandata, dirigit gressus suos: ergo non est in potestate hominis diuina mandata implere. ITEM. Actuum 15. Hoc est iugum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt, sed per gratiam domini nostri Iesu

S. Bon. Lib. 2.

Christi credimus saluari, & loquitur ibidem de mandatis legis: ergo diuina mandata obseruare non contingit absque diuina gratia. ITEM. Obseruatio mandatorum Dei faciunt hominem Dei amicum: unde Ioan. 15. Vos amici mei estis &c. sed nullus potest effici Dei amicus absque dono charitatis, & gratiæ gratumfacientis: ergo impossibile est absque huiusmodi dono mandata Dei seruari. ITEM. Obseruantia mandatorum Dei facit hominem dignum uita æterna. Vnde Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata: sed nullus potest uitam mereri æternam absque dono gratiæ Dei, ut dicitur Roma. 6. Gratia Dei uita æterna: ergo absque illa nemo potest diuina obseruare mandata. ITEM. Sicut fundamentum legis ueteris est timor, ita fundamentum Euangelii est amor, sicut insinuat Aposto. Rom. 8. & expresse dicit Augu. ergo sicut mandata legis ueteris obseruari non poterant absque Dei timore, sic mandata Euangelica impleri non possunt absque charitatis amore: sed donum amoris non est absque dono gratiæ gratumfacientis: ergo absque huiusmodi dono non conuenit diuina S. Tho.

mandata impleri. 1. 2. qd.

RESOLVTIO.

109. uin-

Et quidem quod ad substantiam operæ deest potest; sed non quod ad intentionem mandantis. nere qd potest imp

RESP. Dicendum, quod mandata Dei dupliciter contingit impleri. Vno modo quantum ad genus operis. Alio modo quantum ad intentionem mandantis. Si loquimur de impletione mandatorum quantum ad genus operis, Dei.

K K K sic

sic per gratias gratis datas contingit ea impleri, sicut per fidē mandatum de adoratione: & p̄ quandam naturalem pietatem, & deuotionem mandatum de parētum honoratione, & sic de aliis. Alio modo est loqui de impletione mandatorum quantū ad intentionem mandantis: & sic quia Deus pr̄cipit mandata ad hoc, quod uoluntas nostra conformetur uoluntati suę, & hęc non potest esse absque charitate, & charitas esse nō potest absque dono gratię gratumfacientis mandata Dei secundum intentionem mandantis absque huiusmodi dono non possunt obseruari. Et hoc est, quod dicit Apostolus Rom. 13. Quid diligit proximum, legem impieuit. Et iterum. Plenitudo legis est dilectio. Et 1. Tim. 1. Finis pr̄cepti est charitas de corde puro &c. Hoc ipsum etiā insinuat, Deut. 6, ubi post enumerationem mā datorum decalogi subditur mā datum charitatis, quo dicitur, Diliges dominū Deum tuū ex toto corde tuo &c. Patet igitur ex pr̄dictis, quanta sit necessitas gratię gratumfacientis: quia non solum est necessaria ad remissionem peccatorum, uerum etiam ad uictoriam tentationū, & ad obseruantiam mandatorum diuinorum. Multipliciter enim errauit. Pelagius, qui dixit, Liberum arb. tantum posse habere, ut non indigeret gratia gratumfaciente. Hac igitur positione tanquam heretica repudiata, implorāda est gratia Dei, per quam deleantur peccata, & uincantur diabolica tentamenta, & impleantur diuina manda-

ta: non solum secundum genus operis; sed etiā secundum intentionem mandantis: non solū ad uitationem p̄nę, uerum etiā ad meritū glorię. Nā & si primus modus obseruandi possit esse p̄ gratiam gratis datam: secundus tamen modus non potest esse absque gratia gratumfaciente, sicut prius ostensum est. Et secundum hanc uia procedunt rationes, quę ostendunt, absque gratia gratumfaciente mandata diuina impleri non posse, unde & concedendę sunt.

AD ILLUD, quod obiicitur de Deut. quod mandatum non est supra hominem, sed prope, Dicendum, quod hoc intelligitur de obseruantia quantum ad genus operis. Si autem intelligatur de obseruantia quantum ad intentionem mandantis, tunc dī esse prope: non quia lib. arb. possit illud per se sine dono gratię; sed quia gr̄a Dei pr̄sto est unicuique: nec aliquis caret gr̄a, quia gr̄a desit sibi; sed quia ipse deest gratię. AD ILLUD quod obiicitur, quod mādata leuia sunt, & suauia, Dicendum, quod hoc intelligitur in respectu habētis charitatem; homini enim habenti charitatē est facile diligere inimicum; sed non habenti est ualde difficile, & quali impossibile. Et est exemplum in auibus, quę leues sunt ad uolandum; quando habent pennarum abundantiam: quando uero pennis priuantur, graues sunt, & uolare nō possunt. Ideo dominus dicit mādata sua esse leuia, quoniam uolentibus illa seruare, & cōuerti ad se, dat charitatē, & p̄nas uirtutum, p̄ quas possunt uolare, & se super se ipsos

An liberum arbitrium gratia gratis data destitutum, sufficienter possit se disponere ad gratiam gratumfacientem.



ONSEQUENTER queritur de potestate liberi arbitrii quantum se extendit absque gratia gratis data. Et circa hoc queruntur tria. Primo queritur utrum liberi arbitrii absque gratia gratis data possit se ad gratiam gratumfacientem sufficienter disponere. Secundo queritur, utrum omni gratia destitutus possit alicui tentationi resistere. Tertio queritur, utrum possit per se, absque omni gratia in bonum aliquod in genere.

UTRUM liberum arbitrii destitutum gratia gratis data, possit ad gratiam gratumfacientem sufficienter se disponere. Et quod sic, uidetur, Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos, dicit dominus. Si igitur Deū cōuerti ad nos nō est aliud, quod gratia impartiri, antequam aliqua gratia conferatur libero arbitrio, potest ad eū conuerti: sed se conuertendo ad Deū, disposuit se ad gratiam: ergo &c. ITEM. Boetius. Naturaliter est nobis inserta ueri boni cupiditas: igitur omni gratia gratis data circumscripta, salua aīe rationalis natura, potest liberum arbitrium uerū bonum desiderare: sed desiderando unum bonum, disponitur ad donū gratuitum: ergo &c. ITEM. Omnis potestas naturalis natura iter appetit suā perfectionē eo ipso, quo illa indiget, & ab ea nata est cōpleri. Si

*Lib. 3.
de Cōso.
p. 2.
circa i-
nitium.*

igitur liberum arb. aptum natū est cōpleri per donū gratiæ, & gloriæ, omni gratia priuatū, perfectionē gratiæ desiderabit, & quæret: si igitur hoc est ad gratiā gratūfacientē se disponere: videt̄ &c. **ITEM.** Sufficiēter se ad gratiā disponit, qui facit qđ in se est: facere aut̄ qđ in se est, dicitur hō, quādo facit illud, qđ est in sua p̄tate: sed liberū ar. omni gratia destitutū pōt facere, qđ in se est: nullus. n. dubitat, quin possit facere, qđ pōt: ergo absq; omni gratia pōt se disponere ad gratiā gratūfacientē. **ITEM.** Liberum ar. destitutū gratia gratis data, aut pōt aliquid, aut nihil. Si nihil pōt: ergo nemo esset inculpandus ex hoc, qđ nō se p̄parat ad gratiā. Si aliquid pōt, uocetur illud, quod pōt A, tūc uerū est dicere, qđ liberū ar. pōt in A; sed faciendo A, toto suo posse se p̄parat ad gratiam: & quicumq; sic se p̄parat, sufficiēter se disponit: ergo &c. **ITEM.** Omne peccatum non tm̄ est expulsiuū gratiæ, sed ēt nociuū naturæ: sed oīs natura refugit sibi contrarium, & nociuū: ergo lib. ar. omni gratia destitutū, & sibi relictū per naturā hēt detestari p̄tm̄, & refugere: sed detestādo, & refugiēdo culpā, se disponit homo ad gratiam: ergo &c.

SED CONTRA. Aug. in Lib. de Eccl. dogma. Manet ad quærendā salutē libertas ar. sed admonente prius Deo inuitate ad salutē, uel ut eligat, aut sequat̄, uel agat occasionē salutis: hoc est inspirationis Dei: ergo uidetur, qđ nunq̄ liberum ar. nostrū pōt se ad uia salutis p̄parare, nisi adiuuetur per aliquā gratiā

gratis datam. **ITEM.** Timor seruilis est illud, quo mediāte declinat a malo, sicut dicitur Pro. uer. 1. In timore declinat omnis a malo: sed timere seruiliter, est donum Dei, & nullus pōt se disponere ad gratiā, nisi declinet a malo: ergo nullus pōt ad gratiam se disponere sine aliquo dono gratiæ. **ITEM.** Dispositio est eiudē generis cum eo, ad quod disponit: ergo ad bonum gratuitum non pōt quis se disponere, nisi per aliquid gratis datum: ergo impossibile est, qđ ad illud se disponat liberum arb. omni gratia destitutū. **ITEM.** Dispositio præuenit illud, ad quod disponit: si ergo liberum arb. posset se ad gratiam gratūfacientē per seipsum disponere, ergo posset gratiam præuenire; si ergo hoc est contra naturam gratiæ præuenientis: uidetur &c.

RESOLVTIO.

Potest se liberum arbitrium hominis ad gratiam gratūfacientem de congruo disponere, si per aliquod donum gratiæ gratis datæ excitatum fuerit. At omni dono penitus destitutū, nequaquam.

RESPON. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, qđ uix, aut nunquam liberum arb. destituitur omni gratia gratis data. Qm̄ nomine gratiæ gratis datæ non solummodo intelligimus illa, quæ enumerat Apōstolus. 1. Cor. 12. Alii datur per spiritum &c. sed etiam uocatur hic gratia gratis data, quicquid illud sit, quod superadditum est naturalibus, adiuuās aliquo mō & p̄parās uoluntatē ad habitum, uel usum gratiæ: siue illud gratis datum sit habitus, si-

Putant in hoc scioli qđ Sco. dicitur Pelagio fauore, in 4. dist. 14. q. 2. Sed non rini tantum Sco. loqui de peccati re fidei p̄supp-

cut

ita fide qua gratia præueniens est; nec ex peccato penitus deperdit: sed dum taxat i firmat. Ac si diceret, qđ peccator fidelis ex fide de infirmitate auxiliio dei ad bonū qđ est cōis infuens ad bonum pōt pro ducere aliqua bona opera non quidā meritoria, gratia gratūfacientis, sed dispositiua ad illā, tantū quā fidei fructu elicitur cut timor seruilis, uel pietas aliorū uisceribus inserta ab infantia, siue sit etiā aliquis actus, sicut aliqua uocatio, uel locutio qua Deus excitat animam hominis, ut se p̄paret. Sine hac quidem gratia gratis data uix, aut nunquam aliquis habens usum liberi ar. reperitur: & sine hac cedendum est liberum arb. nunquam sufficienter disponi, nec posse se disponere ad gratiā gratūfacientem, sicut dicit Bern. expresse in Lib. de lib. ar. ca. 17. Conatus liberi arbit. ad bonum cassi sunt, si a gratia non adiuuatur, & nulli, si non excitantur. Et postmodum dicit, Gratia excitat liberū arbitrium, dum seminatur cegitatum. Si igitur prima dispositio, quæ non fit a gratia gratūfaciente, est cogitatio, & hæc non est absque dono gratiæ gratis datæ, impossibile est qđ liberum arb. omni gratia destitutū ad gratiam gratūfacientem disponat seipsum. Ratio autem huius est hæc: non gratia gratūfaciens necessario præexigat dispositionē gratiæ gratis datæ: sed quia ipsa est quid diuinum, & res existēs super liberum arbitrium, & etiam super naturale iudicium: ideo liberum arbitrium nunquā assurgit nec ad cognoscendum gratiam, nec ad petendam, nisi aliquo modo a sursum excitetur, & per additionem gratiæ gratis datæ: quod tenet quasi medium inter donum gratiæ gratūfacientis, & naturalem libertatem uoluntatis. Tenendum est igitur, quod liberum arbitriū si excitetur per aliquod donum gratiæ gratis datæ, pōt ad gratiam gra-

tum facientē se de congruo disponere: si aut̄ omni tali munere contingat ipsum destitui, nunquam posset ad illam disponi. Vnde rationes hoc ostendentes concedendæ sunt.

AD ILLVD, autem, quod primo obiicitur in contrariū, qđ liberi arb. est conuerti ad Deū. Dicendum, quod liberum arbit. lapsū nunquam ad Deū conuertere potest, nisi aliquo munere gratiæ excitaretur: qđ quia p̄stō est, ideo dicit dominus. Conuertimini ad me. Hoc enim ipso, quod inuitat, & uocat; exhibet homini aliquod donū gratuitum, per quod excitetur, excitatusq; aliter qualiter ad ipsum conuertatur, & conuersus per gratiam gratūfacientem a Deo acceptetur: ex hoc dicitur Deus conuerti ad ipsum.

Unde si quis uelit attendere ordinem liberi arb. & gratiæ diuinæ, expresse insinuat Aug. 1. Lib. de Eccl. dogma. ponens quatuor gradus, inter quos gratia præuenit liberum arbitriū. Ait enim sic. Initium salutis nostræ Deo miserante habemus: ut quiescamus salutari inspirationi, nostræ potestatis est: ut adipiscamur, quod acquirendū admonitione cognouimus, diuini est muneris, ut non priuemur iam adeptæ salutis munere, sollicitudinis nostræ est, & cęlestis pariter adiutorii. In hoc ergo uerbo si quis diligenter inspiciat, insinuat ualde clare, quantum possit liberum arbitrium respectu gratiæ. Nam cū sint in salutis opere ista quatuor, uidelicet inuitare, acquiescere, adiuuare, & permanere: primum est inspirationis Dei,

ut attrōtionē. i. imperfe. Et unde peccato dolorē producat: detestatur. (imperfecte tatur, nisi aliquo munere gratiæ excitetur: qđ quia p̄stō est, ideo dicit dominus. Conuertimini ad me. Hoc enim ipso, quod inuitat, & uocat; exhibet homini aliquod donū gratuitum, per quod excitetur, excitatusq; aliter qualiter ad ipsum conuertatur, & conuersus per gratiam gratūfacientem a Deo acceptetur: ex hoc dicitur Deus conuerti ad ipsum. Unde si quis uelit attendere ordinem liberi arb. & gratiæ diuinæ, expresse insinuat Aug. 1. Lib. de Eccl. dogma. ponens quatuor gradus, inter quos gratia præuenit liberum arbitriū. merito-ria sunt.

secundum libertatis arbitrii, tertium muneris diuini, quartum sollicitudinis nostræ, & diuini pariter adiutorii. Et per hoc factis aperitur uia ad dissoluendū rationes sequentes.

AD ILLUD uerò, quod obicitur, quod inserta est nobis ueri, bonique cupiditas. Dicendum, quod uerum est generaliter: ut autem cognoscatur in speciali quod sit illud bonum, & desideretur, & requiratur, hoc non est absque Dei dono. Et illa etiam generalis cupiditas non sufficit ad disponendum ad gratiam, sicut patet in philosophis, qui beatitudinem multum desiderauerunt: nunquam tamē gratiā Dei adepti sunt. AD ILLUD, quod obicitur, quod natura appetit suam perfectionem &c. Dicendū, quod uerum est de perfectione illa, quæ est infra terminos naturæ: non autem oportet de illa, quæ super naturā est. Aut si de illa intelligatur, eo modo appetit, quo cognoscit, per se autē non cognoscit in speciali, sed tantū in generali: sic autem cognoscēdo, & appetendo non se disponit sufficienter ad donum gratiæ, sicut prius ostensum est. AD ILLUD, quod obicitur, quod sufficienter se disponit, qui facit quod in se est. Dicendum, quod facere quod in se est, potest dupliciter intelligi. Vno modo positue: quia facit aliquid ordinatū ad gratiam, & tantum facit quantum potest: & hoc modo ueritatem habet sermo prædictus. Alio modo potest intelligi priuatiue, ut dicatur facere, quod in se est: quia facit quod potest, quamuis illud non sit ordinatū

ad gratiæ susceptionem: & hoc modo liberum arb. gratia destitutum potest facere quod in se est: & sic prædictus sermo non habet ueritatem. Et per hoc patet responsio ad sequēs. Quod enim quæritur, aut potest aliquid, aut nihil. Dicendum, quod aliquid potest: sed illud aliquid nihil est respectu gratiæ suscipiendæ: sicut posse comedere, aliquid posse est: nihil tamen facit ad hoc, quod aliquis suscipiat donum gratiæ. AD ILLUD, quod obicitur, quod liberum arb. potest detestari culpam uirtute propriæ naturæ. Dicendum, quod dupliciter cōtingit detestari culpam. Aut quia est offensiuā maiestatis, & æquitatis diuinæ: aut quia est læsiua propriæ naturæ. Primus modus detestandi disponit ad gratiam gratumfacientem; nec unquam, nec absque dono gratiæ gratis datæ in statu naturæ lapsæ. Cognoscere enim, quod per culpam offenditur Deus, donum Dei est. Alio modo detestari peccatum in quantum est læsiuum naturæ: sicut aliquis detestatur fornicationem, quia per ipsam amisit usum, uel incurrit alium morbum: & talis detestatio potest esse a uirtute naturæ: sed hoc non disponit ad gratiam gratumfacientem. Et sic patet quæ sita. Patet etiam qualiter errauerit. Pelagius, qui lib. arb. non solum dixit habere potentiam disponēdi se ad gratiam gratumfacientem, sed etiam merendi eam propria uirtute. Dupliciter enim mendax fuit: & in hoc, quod dixit primam gratiam sub merito cadere: & in hoc, quod dixit etiam libe-

liberum arb. propriis uiribus ad gratiam posse se disponere.

QUESTIO II.

An liberum arbitriū gratia pœnitus destitutum tentationi resistere possit?

VERVM liberum arbit. omni gratia destitutum possit aliquid tentationi resistere. Et quod sic, uidetur. Greg. in Moral. Debilis est hostis, qui non uincit nisi uolentem. Sed quod aliquis uoluntarie facit, potest non facere: ergo si uoluntarie quis consentit aduersario; potest etiā gratia destitutus non consentire, ac per hoc tentationi resistere. ITEM. Lib. arb. omni gratia destitutum, adhuc liberum est: si liberum est: ergo non potest cogi, ergo potest repugnare suggestioni diabolicæ: & si hoc, igitur & resistere non solum uni, sed etiam omni tentationi. ITEM. Bonum potentius est, quā quod libet malum: sed liberum arbit. omni gratia destitutum adhuc habet naturale iudicatoriū, quod inest ei per naturam: ergo cum illud sit bonum, potentius est peccato, & concupiscentia, & tentatione diabolica inclinante ad malum: & si hoc, ergo potest non solum uni, sed etiam cuiuslibet tentationi resistere. ITEM. Cum sit triplex posse, uidelicet gratiæ, naturæ, & uitii, secundum quod dicitur in Glo. Roman. 7. Posse gratiæ addit supra posse naturæ: sed posse uitii diminuit: ergo posse naturæ est supra posse uitii: ergo circumscripta omni gratia, manente sola naturali potentia, uidetur quod liberum arbitrium resistere possit uitio impellenti. ITEM. Sicut liberū arbi-

trium uertibile est ad malū, ita quælibet creatura uertibilis est in non esse: sed multæ creaturæ conseruantur in esse sine aliqua gratia gratis data per naturalia principia, & diuinā potentiam: ergo pari ratione uidetur, quod per liberum arb. gratia destitutum, propria uirtute absque aliquo dono gratiæ supra appposito possit aliquis calum in peccatū effugere. ITEM. Demones habent sibi data integra naturalia, & splendidissima: ergo multo fortius liberum arb. hominis lapsi: sed lib. arb. non lapsum per se poterat tentationi resistere: ergo pari ratione uidetur, quod liberum arb. lapsum hoc possit, etiā si sit omni gratia destitutum.

SI FORTE tu dicas, quod si sit integrum quantum ad naturam potentiarum, infirmatum tamen est, & diminutum quantum ad habilitatem consequentem, adeo ut non possit resistere, Tūc ego quæro, aut potest, aut non potest. Si potest, habeo propositum. Si non potest, & nullus est inculpatus in eo, quod uitare non potest: ergo aut lib. arb. non resistēdo tentationi non peccaret, aut in peccando, non esset uituperabile: sed utrunque horū est impossibile: ergo restat alterum. scilicet quod possit tentationi resistere.

SED CONTRA. Matth. 6. Et ne nos inducas in tentationem, dicitur in Oratione Dominica: sed nullus ab altero postulat, quod potest per se ipsum: si ergo homo sapienter petit a Deo uidetur quod hoc non possit homo per lib. arb. absque aliquo dono gratiæ gratuito. ITEM. Aug. diffiniens lib. arb. sicut habitum est

supra Dist. 24. dicit, quod liberum arb. est facultas uoluntatis, & rationis; qua bonum eligitur gratia assistente, & malum gratia desistente. Si igitur haec ratio recta est, nisi adsit diuina gratia semper lib. arb. malum eliget: ergo nulli tentationi resistet. **ITEM.** Super illud Ro. 6. Velle adiacet mihi, **Glof.** Naturale est quodammodo uelle bonum per rationem. Sed tale est hoc uelle, quod semper uicariis superatur: ergo uult, quod absque adiutorio gratiae semper cum tenta, consentiat homo culpae. **ITEM.** Lib. arb. in preeliegendendo semper sequitur affectum praedominantem, & hoc expresse determinat Ansel. in Lib. de lib. arb. & per experientiam est manifestum; sed absque gratia saltem gratis data, lib. arb. corrupto, regnat amor proprii boni: ergo uidetur, quod illud semper preeligit quantum est de se, nisi gratia diuina assistat: ergo idem quod prius. **ITEM.** Mors non inest nobis, nisi per peccatum: ergo ubi est necessitas moriendi, uidetur, quod nisi adsit gratia Dei, est simpliciter necessitas peccandi: sed ubi est necessitas peccandi, non est potestas resistendi tentationi: si igitur hanc habet liberum arbitrii, prout est gratia destitutum: patet &c. **ITEM.** Habens pedem claudum cum ambulat, necesse habet claudicare: ergo si pes spiritalis est habens affectum deordinatum, & obliquum, necessario claudicat in suo actu: ergo necessario liberum arb. gratia destitutum, cum sit lapsum, & obliquatum; precipitabitur in peccatum: quod si hoc, impossibile est quod absque dono gratiae tentationi resistat.

RESOLVTIO.

Et si non cuilibet resistere ualeat: nec tamen cuilibet succumbere sperat.

RESP. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod aliqui senserunt liberum arb. secundum statum, in quo nunc est, absque munere gratiae omni posse tentationi resistere propria uirtute; quia si hoc non esset, peccatum ei imputari non deberet. Sed haec positio plane falsa est, & contra sacra scriptura, & contra sanctorum testimonia. Si. n. nemo potest resistere tentationi de luxuria, nisi per continentiam, nemo tentationi de infidelitate nisi per fidem: continentiam autem, & fidem non contingit habere absque dono gratiae diuinae, iuxta quod dicitur Sap. 9. Non possum esse continentis, &c. & 1. Cor. 12. Alii dant fides in eodem spiritu: planum est, quod ipsa sacra scriptura dicit, quod liberum arb. absque munere gratiae non posset omni tentationi resistere. Hoc est multipliciter probat Aug. in Lib. de perfectione iustitiae hominis, & de natura, & gratia. & in Lib. de uera religione dicit expresse, quod qui non uult ab alio superari, necesse habet alii inuidere: & ita uir superbus necesse habet peccare aliquando peccato inuidiae: similiter & in aliis generibus peccatorum intelligendum est esse. Et propterea illa positio Pelagii tanquam erronea repudianda est. Hoc autem fuit, quod decepit Pelagium, quod liberum arb. nunquam destituitur omni gratia gratis data, & ipse posse gratiae attribuit ipsi naturae. Supbia. n. excrucatus, nesciuit distinguere inter dona naturalia, gratuita. **ALIORVM** uero positio

tio fuit, quod liberum arb. lapsum omni gratia destitutum nulli posset tentationi resistere, pro eo quod lapsum est, & in lapsu suo adeo est infirmatum, & obliquatum, quod nisi adsit diuinae misericordiae donum, incuruatur ad omne malum, quod sibi suggeritur, & offertur. Et innuitur per illam **glofam**, quae dicit super illud Psal. 77. Immissiones per angelos malos, Diabolus potestatem habet in peccatore, sicut in proprio pecore. Et ex hoc arguunt, quod nisi ad sit diuinum auxilium, faciet illum pro uoluntate sua ruere de peccato in peccatum. **ITEM.** alia **Glof.** super 1. Abac. Nesciebam cum tantam potestatem accepisse, ut uiribus eius nemo possit resistere. Hoc intelligendum est esse dictum per se, absque auxilio diuinae gratiae. Et si tu obiicias, quod tunc homo culpandus non esset: respondet per illud, quod dicitur in **Glof.** Ro. 7. Non ego operor, sed quod habitat in me peccatum. ibi **Gl.** Nunquid quia inuitum hominem dicit peccare, immunis uideri debet a crimine? non utique. Ipsius. n. uicio, & desiderio haec cepra sunt: quia. n. mancipauit se per assensum peccato, iure dominatur illius. Sed quia illud ualde durum uidetur dicere, quod liberum arb. in statu tali nulli posset tentationi resistere, cum naturale habeat iudicium, & quendam instinctum naturalem remurmurantem contra malum, cum non sit etiam in malo confirmatum: Ideo est tertia uia, medium tenens inter haec duo extrema, quod liberum arb. omni gratia destitutum: nec omni possit te-

tationi resistere, nec necesse habeat omni tentationi succumbere. Non possit, inquam, omni resistere. propter suam instabilitatem & infirmitatem: iuxta illud **Treno. 3.** Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Et **Glof.** super illud **Treno. 3.** Misericordiae domini, &c. Non potest homo diu stare contra insultus diaboli, nisi misericordia domini adiuuetur. Unde si contingeret hominem resistere uni tentationi, tantum possent multiplicari, quod nisi diuinum auxilium adesset, necesse haberet homo deici, sicut ponitur exemplum in foraminibus nauis, per quae ingreditur aqua. Potest etiam exemplum poni in pugile, qui cum se cooperit ex una parte contra ictum, & ex altera discooperit, a magis experto pugnatore laeditur. Sic & diabolus frequenter facit pluribus, quibus praetendit tentationem de luxuria: & ex hoc quod non consentiunt, facit ipsos proflire in superbiam, nec umquam potest euitare hominem, quin in aliquam tentationem incidat, & hoc propter suam instabilitatem. Propter suam etiam infirmitatem necesse haberet in aliquam tentationem incidere. Cum enim sit obtenebratus ignorantia, & alligatus carnis concupiscentia, tentationem carnis, & infidelitatis non posset euadere, quin etiam aliquando consentiret, nisi adiuuaretur aliquo munere diuinae gratiae. Per iam dicta patet responsio ad quaestionem propositam: patet etiam pro parte responsio ad obiecta. Illae enim rationes, quae primo probant, quod contingat tentationi resistere,

si con-

si cōcluderent de tentatione in particulari, cōcedendē eēt: quā uero concludunt, q̄ contingat absque gr̄a omni tentationi resistere: iō oportet eas dissoluere.

AD ILLVD ergo, q̄ obiicitur primo, q̄ diabolus non uincit nisi uolentē. Dicendum, q̄ uerum est: aliqua tamen sunt, quæ sic uolumus, q̄ ad illa uoluntas nostra necessariō inclinatur propter corruptionē originalis culpæ, nisi adsit aliq̄d m̄nus gratiæ, per quod releuetur, & dirigatur: & ideo quamuis uincat uolentem, non tamen sequitur, q̄ homo absque gratia possit resistere. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ liberum arb. non pōt cogi: iā patet r̄sio. Non. n. est ibi coactio: sed tanta est ad malum inclinatio, & uoluntatis pronitas, q̄ nisi esset aliud sustentans, necesse haberet motu uoluntatis aliq̄n in malum incidere. AD ILLVD, q̄ obiicitur, q̄ bonum est potentius malo. Dicendum, q̄ uerum est, per se loquendo: sed quādo bonū subiicit se malo, malum tunc operatur p̄ uirtutem boni, & sufficit sibi bonū: & per hunc modum in homine habet regnare peccatū, sicut dicit Apost. Ro. 6. Nō regnet peccatū in uestro mortali corpore. ET PER hoc patet responsio ad sequens, quod obiicitur de uelle naturæ, & de uelle uitii. Uelle. n. uitii præsupponit posse naturæ: & ipsam naturam deordinando, efficitur ip̄sō uelle naturæ potentius: sicut uidemus in aliquo morbo, qui adhæret uirtuti naturali. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ uertibilitas naturæ stabilitur absque munere gra-

tia superadditæ. Dicendum, q̄ non est simile: quia & si natura propter defectum sit uertibilis in non esse: tamen totum, quod in ipsa est, naturaliter, & determinate appetit esse. Et quia Deus conseruat rem sc̄dm q̄ appetit: ideo sola diuina præsentia per propriam naturā conseruat creaturas. Liberum autem arb. lapsum indifferenter appetit licita, & illicita, & prohibita, & concessa, & cum magno impetu ad malum tendit: ideo ad hoc, q̄ stabilitur, necessarium est ei aliq̄nōd donum gratiæ. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ liberū ar. integrum est, Respondēdum est (sicut dicebatur in opponendo) q̄ hoc intelligitur quantum ad essentiam potentiarum, non quantum ad perfectionem habilitatum consequentium. Et si quæratulterius, utrum possit resistere, uel non. Dicendū, quod de aliqua tentatione per se non potest: si tamen consentiat, non est a culpa immune, propter hoc q̄ adiutoriū gratiæ sibi p̄sto est, si uellet suscipere. Propter hoc ēt: quia ex propria sua culpa deuenit in illam necessitatē. Et hoc est q̄ dicit Aug. q̄ quia homo noluit uitare peccatum, dū potuit: inflictū est ei, ut nō possit, cū uelit. Hoc etiam dicit Magister supra Dist. 25 q̄ post peccatū ante reparationem gratiæ liberū ar. præmitur a concupiscentia, & uincitur: & ideo potest peccare, & non potest nō peccare, etiam damnabiliter. Et sic patet, quod rationes concludentes liberum arb. per se posse resistere tentationi, non cogunt de necessitate.

AD

AD RATIONES uero ad oppositum, quibus ostenditur, q̄ non possit tentationi resistere, facile est respondere. Si enim cōcludant, quod necesse haberet aliquando cadere: de plano sunt concedendæ. Si autem aliquis p̄ eas uelit arguere de libero arbitrio, quod omni tentationi succumberet. Responderi potest ad primum de oratione; q̄ illud petitur non quia non possit alicui tentationi resistere: sed quia nō potest omni resistere per se. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ liberum arb. eligit malum gratia desistente. Dicendum, quod illud non intelligitur semper; sed aliquando. AD ILLVD, q̄ obiicitur, q̄ uelle naturæ semper superatur. Dicendum, quod illud nō intelligitur, quia in omni tentatione discedat homo a naturali rectitudine uoluntatis: sed quia illa rectitudo non est tantæ uirtutis, q̄ possit absque gratia Dei eripere hominem a seruitute peccati. AD ILLVD, q̄ obiicitur de necessitate moriendi. Dicendum, quod necessitas moriendi non inest homini propter peccatum quod inest: sed propter peccatum quod infuit. Vnde illud non concludit, quod necessarium sit hominem peccare; sed quod necessarium sit hominem peccare, uel peccasse. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ liberum arb. sequitur affectū prædominantem. Dicendum, q̄ affectus non prædominatur in homine respectu cuiuslibet mali, quod suggeritur: sicut patet in auaro, cui suggerit bonorum suorum dissipatio: uel prodigo bonorum suorum retentio: &

ideo non sequitur q̄ consentiat omni peccato. Præterea, qui afficitur circa aliquid in habitu, potest in aliqua consideratione magis affici circa eius oppositū in actu, sicut homo frequenter irascitur circa rem, quam multū diligit. AD ILLVD, quod obiicitur de claudicatione pedis. Dicendum, quod non est simile, quia actus ambulationis nunquam separari potest a dispositione claudicationis i pede claudico: non sic autem est de actu affectionis respectu deordinationis, quæ est in libe. arbi. propter multitudinem motuum, & affectuum, qui consurgunt in nobis ex diuersitate considerationū, sicut præactum est, ob quā modo mouetur homo ad unum, modo ad eius oppositū: & ideo aliquando motu recto, aliquando obliquo. Per hæc autem, quæ dicta sunt: patet responsio ad obiecta, & ad cōsimilia, quæ obiici possunt in hac materia. AD ILLAS autem duas glossas, quæ in soluendo adductæ sunt, quibus uidetur innui, quod liberū arbit. absque omni gratia tentationi non possit resistere, intelligendæ sunt, non quia diabolus plenum posse habeat super hominem quantum ad actum tentandi: & quod homo nullo modo possit ei resistere: sed hoc intelligitur quantum ad hoc, quod posse habet in eius morte ad infernalibus supplicia, nullo impediendo, pertrahere: ita quod homo uiribus eius non potest resistere.

QVAB-

An liberum arbitrium omni gratia destitutum, in purisque naturalibus constitutum; in aliquo bono opere ex genere possit?

VTRUM liberū arb. omni gratia destitutum possit in aliquo bonū in genere. Et quod sic, uidetur. Virtus consuetudinalis non dat nouam potētiā uoluntati; sed solum redit eam facilem: si igitur uoluntas habēs uirtutem consuetudinalem, potest in bonum in genere, & bonum ex circumstātia, uidetur quod tunc possit carens uirtute, licet cum difficultate. **ITEM.** Brutum bruto per naturam potest compati: ergo & homo homini per naturam potest compati, circūscripto omni bono gratiæ: & si potest compati, & misereri, potest & elemosynam largiri: & hoc est bonum in genere, dare elemosynam indigenti: ergo &c. **ITEM.** Vitium non fortificat naturā; sed homo uane gloriosus potest prædicare euangelium, uel facere aliquod opus bonum in se; ergo si hoc potest homo, deprauatus uitio inanis gloriæ, multo fortius potest hoc ex potestate naturæ. **ITEM.** Difficilius est auaro dare omnia, quæ hēt; quā dare partē eorum, quæ habet: sed auarus absque omnidono gratiæ potest fieri prodigus, & dissipare omnia bona sua: ergo multo fortius absque omni dono gratiæ potest dare unam elemosynam, cum illud sit multum facilius. **ITEM.** Aut lib. arb. omni gratia destitutum potest in aliquod bonū, aut non. Si non, ergo nullius est potētiæ. Si potest in aliquod; cum

principiū, quod est uoluntas, distinguatur a principio, quod est natura: illud non tantum erit bonum naturale, sed etiam bonum morale: sed minimum inter omnia bona moralia est bonum in genere: ergo &c.

SED CONTRA. Dominus. Io. 14. Sine me nihil potestis facere. **Glos.** Nec parum boni. Igitur absque auxilio gratiæ Dei lib. arb. non potest perficere aliquid boni. **ITEM.** 2. Cor. 3. Non quod sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. Si igitur bonum cogitare, hoc est initium omni boni, & hoc non possumus per nos: ergo nullum bonum per se potest lib. arb. diuina gratia destitutum. **ITEM.** Aug. ad Bonifacium Papam Non potest homo aliquid boni uelle, nisi adiuuetur ab eo, qui malum non potest uelle. **ITEM.** Isidorus, Sciāt defensores liberi arb. nihil boni liberi arb. posse, nisi diuinę gratiæ iuuamine sustentetur: ergo redit idē sicut prius. **ITEM.** Bernardus super Can. 33. Sciāt (inquit) hostes gratiæ, nec ad bonū cogitandum sufficientes esse cor humanum. Et expressius in Libro de libero arb. Tria in nobis Deus operatur, cogitare, uelle, & perficere. Primum sine nobis, secundum nobiscum, tertium per nos. **ITEM.** In eodem libro ca. 8. Velle si quidem in nobis est ex libero arbitrio: non autem posse quod uolumus: non dico uelle bonū, aut uelle malum; sed uelle tantum. Ex his omnibus auctoritatibus concluditur, quod liberum arbitrium gratia destitutum non possit in aliquod bonum quantumcumque paruum.

R E-

RESOLVTIO.

Potest: sed infructuose, & difficulter: cooperante tamen generali Dei influxu:

R E S P. Ad prædictorum intelligentiā est notandum, quod opus aliquod tripliciter potest dici bonū. Vno modo dicitur aliquid bonum simpliciter: & hoc est bonū, quod est ordinatum in finē: & tale bonū, quod est meritorium: & in huiusmodi bonum non potest lib. arb. lapsus absque auxilio græ gratum facientis. Secundo modo aliquid dicitur bonum ex hoc, quod aliquo modo de congruo disponit ad bonū: & tale est bonū, quod fit extra charitatem: nihilominus tamen cum recta intentione: & in tale non potest lib. arb. usque munere gratiæ gratis datæ: per quod illuminetur, & dirigatur, & exciteatur, ut uelit facere aliquid, quod sit Deo placitū. Et quod ad hoc sit munus græ necessarium, expressè innuitur. Sap. 8. ubi dicitur. Sciui quoniam aliter non possum esse contentus, nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius donum hoc esset. Vnde non est paruū donum gratiæ cognoscere ipsum munus gratiæ, & cognoscere quod sine gratia homo saluari non potest. Tertio modo dicitur aliquid bonum; quia in finē est ordinabile, & hēt aliquā ordinationē intra se, siue ex transitu super materiā debitā, sicut pascere esurientē: siue ex debita circumstātia superaddita; uidelicet ut hoc faciat, cum exigit tempus, & locus, & opportunitas. **A D I L L V D** autē genus boni concludendum, & si gratia gratis data sit necessaria ad hoc, quod fiat, faciliter; circūscripto tamen omni munere græ, & lib. arb. relicto in puris naturalibus per naturale iudicatio-

rium, & instinctū posset in tale bonū, Deo sibi cooperante, sicut cooperatur aliis creaturis. Nam si ne primo agente nullū agēs potest agere, sicut suo loco infra manifestabitur, cum agatur, utrum omnis actio sit a Deo. Ad præsens autem tamen dixisse sufficiat, quod lib. arb. sola Dei cooperatione absque aliquo munere gratiæ (licet difficulter) potest exire in aliquod bonum morale: per illud tamen nec disponitur ad gratiam, nec ad gloriā; quia non est in finem ultimum ordinatum: sed tantum ordinabile: & istud concludunt rationes ad primam partem inductæ: & ideo concedendę sunt. In bonum autem, quod ducit ad bonum perfectum siue merito congrui, siue merito condigni, non potest absque auxilio Dei, sicut expressè dicunt auctoritates sanctorum ad contrarium adductę, & sic omnes intelligendę sunt. Et quod isto modo debeant intelligi, planum est. Nam si liberum arbitrium in solis naturalibus suis relinquatur, adhuc remanebit ei rationis iudicium, per quod cognoscit parentes esse honorandos; & constat, quod si habet hoc naturale iudicium per illud, per quod potest nosse parentes esse honorandos, per illud potest cogitare; & cum habeat naturalem instinctum, potest etiam id uelle: & cum habeat exteriora organa sibi subseruientia, potest opere implere; sed prout illud facit iudicium rationis rectę, absque munere gratiæ, non dirigit ad obtinendum finē, qui Deus est, & mercedē eternę beatitudinis, quā nosse non potest nisi Deus reuelat. Et propterea dicunt san-

Dis. 37
q. 1.
q. 1.

ti.

est, quod nec cogitare, nec uelle, nec facere potest bonum absque iuamine diuinae gratiae; quia loquitur de bono, secundum quod est ordinatum ad assequendum beatitudinem. Si autem intelligatur auctoritates de alio bono, tunc nomine gratiae non est intelligendus aliquis habitus superadditus naturalibus: sed intelligatur gratuita Dei in fluentia, per quam caetera conseruat, & adiuuat, ut compleant operationes suas. Et sic intelligitur illud uerbum Iohan. 14. Sine me nihil potestis facere. Et illud Isa. 26. Omnia opera nostra in nobis oportet esse domine: & consimilia. Et sic intelligendum est illud quod dicitur in Libro de Cognitione Dei, quod nullus potest aliquid addicere nisi Deus doceat. Hoc enim non dicitur, quia omnis cognitio sit infusa: sed quia lumen creatum non potest perficere operationem suam absque cooperatione luminis increati, per quod illuminatur omnis homo, qui uenit in hunc mundum. Et hoc modo intelligenda sunt uerba Dionysii, & aliorum sanctorum, qui dicunt, quod omnis essentia est a prima essentia, & omnis uita a prima uita, & omnis intelligentia a prima intelligentia, & omnis bonitas a prima bonitate. Haec enim dicta sunt, non quia Deus tota causa: sed quia si ne ipso non potest agere aliqua uirtus creata. Patet igitur ex praedictis, quantum sit necessaria liberi arbitrii gratia gratumfaciens: quia sine ea non potest a peccato resurgere, nec potest aduersarium uincere, nec potest mandata Dei implere. Patet nihilominus, quantum sit necessaria gratia gratis data; quia sine ea non potest

Augu.
Lib. de
Magi.
stro. 11
& 12.
To. 1.

lib. ar. ad gratiam gratumfacientem sufficienter se disponere: non potest enim omni temptationi resistere: non potest etiam in aliquod bonum quantumcunque modicum, quod sit ordinatum ad salutem. Et licet possit in aliquod bonum morale, uix aut nunquam tamen faceret nisi malum propter peccati originalis corruptionem. Et ex his manifeste conuincitur error Pelagii, & superbia, quae se contra diuinam gratiam erigebat, & ingratus gratiae Dei, sibi quod erat gratiae, usurpabat: & dum hoc agebat, seipsum a munere diuinae gratiae elongabat: & propterea error iste cauendus est non modicum. Unde Ber. in Lib. de lib. ar. c. 18. Cauendum est, ne cum hoc sit bonum propositum, inuisibiliter intra nos, aut nobiscum excitari sentimus, aut uoluntati nostrae attribuamus, quae infirma est: aut Dei necessitati, quae nulla est: sed soli gratiae, quae plenus est. Haec liberum arbitrium excitat, cum seminat cogitatum: sanat cum inuitat affectum, roborat ut perducatur, seruat ne sentiat defectum. Sic autem cum libero arbitrio operatur, ut illud primo praeueniat, in caeteris comitetur: ad hoc itaque praeueniens, ut sibi deinceps cooperetur: ita tamen, quod gratia ceptum pariter ab utroque pericitur, ut mixtim non sigillatim, simul non uicissim per singulos profectus operentur: non partim gratia, non partim libero arbitrio, sed totum singula opere indiuiduo peragunt: totum quidem hoc, & totum illa: sed ut totum huic, uel in hoc sit, totum est ex illa.

DI-

DISTINCTIO XXIX.

De potestate liberi arbitrii primi hominis; utrum, scilicet egerit gratia operante secundum statum naturae institutae.

Post haec considerandum est, utrum homo ante peccatum egerit gratia operante, & cooperante. Ad quod breuiter dicimus: quia non cooperante tantum; sed etiam operante gratia indigebat: non quidem secundum omnem operandi modum operantis gratiae (operatur enim liberando, & preparando uoluntatem hominis ad bonum) egebat itaque homo ea, non ut liberaret uoluntatem suam, quae peccati serua non fuerat; sed ut prepararet ad uolendum efficaciter bonum, quod per se non poterat. Non enim poterat bonum mereri sine gratia, ut Aug. in Ench. euidenter tradit, Illam, inquit, immortalitatem, in qua poterat non mori natura humana, perdidit per liberum arbitrium. Hanc uero, in qua non poterat mori, acceptura est per gratiam, quam fuerat, si non peccasset, acceptura per meritum: quamuis sine gratia, nec tunc ullum meritum esse potuisset: quia etsi peccatum in solo erat arbitrio constitutum, non tamen iustitiae habendae, uel retinendae sufficiebat liberum arbitrium, nisi diuinum praebetur adiutorium. Ecce his uerbis satis ostenditur, quod ante peccatum homo indigebat gratia operante, & cooperante. Non enim habebat quo pedem mouere posset sine gratiae operantis, & cooperantis auxilio; habuit tamen quo poterat stare.

Quod homo ante lapsum uirtutes habuerit.

Præterea quæri solet, utrum homo ante lapsum uirtutes habuerit. Quibusdam uidetur quod non habuerit, id ita probare conantibus. Iustitiam, inquiunt, non habuit: quia præceptum Dei contempsit, nec prudentiam; quia sibi non prouidit: nec temperantiam, quia aliena appetit, nec fortitudinem; quia prauæ suggestioni cessit. Quibus respondentes, dicimus eum quidem non tunc habuisse has uirtutes, quando peccauit; sed ante, & tunc amisisse. Quod multis

sanctorum

sanctorum testimonijs comprobatur. Ait. n. Aug. in quadam Homilia, Adam perdita charitate malus inuentus est. Item, Princeps vitiorum, dum vicit Adam de limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, charitate splendidum, primos parentes illis donis ac tantis bonis expoliavit, pariterque peremit. De hoc eodem Ambrosius ad Sabinum ait, Quando Adam solus erat, non est præuaricatus: quia eius mens Deo adhærebat. Super Psalm. quoque dicit: Quod homo ante peccatum beatissimus auram carpebat ætheream. Sed quomodo sine uirtute beatissimus erat? Augustinus quoque super Genesim dicit, Adam ante peccatum spiritali mente præditum fuisse. Non est ergo dubitandum hominem ante peccatum uirtutibus fulsisse, sed illis per peccatum expoliatum fuisse.

De eiectione hominis de paradiso.

In illius quoque peccati pœnâ eiectus est de paradiso in istum miseriarum locum, sicut in Genes. legitur. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno uitæ, & comedat, & uiuat in æternum, emisit eum Deus de paradiso voluptatis. His uerbis insinuari uidetur quod nunquam moreretur, si postea de illo ligno sumpisset.

Quomodo intelligendum sit illud, Ne sumat de ligno uitæ, & comedat, & uiuat in æternum.

Sed quia per peccatum iam mortuum corpus habebat, illa uerba ex tali intellectu accipi possunt. Deus modo irati loquens, de homine superbo ait, Videte ne forte mittat manum suam, &c. id est caueate uos angeli ne comedat de ligno uitæ, quo indignus est: de quo, si perstitisset, comederet, & uiueret in æternum, sed modo propter inobedientiam indignus est comedere. Et sicut uerbo dixit: ita opere exhibuit. Emisit enim eum Deus de paradiso uoluptatis in locum sibi congruum: sicut plerumque malus, cum inter bonos uiuere cœperit, si in melius mutari noluerit, de bonorum congregatione pellitur. pondere præuæ consuetudinis præssus.

De flammeo gladio, ante paradysum polito.

Ne uero ad illud posset accedere, collocauit Deus ante paradysum Cherubin, & flammeum gladium atque versa-

tilem

tilem, ad custodiendam uiam ligni uitæ. Quod iuxta litteram potest hoc modo accipi; quia per ministerium angelorum ignea custodia ibi constituta fuit. Hoc enim per celestes potestates in paradiso uisibili factum esse credendum est, ut per angelicum ministerium ibi esset quædam ignea custodia: non tamen frustra; sed quia aliquid significat de paradiso spiritali. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientiæ: hæc est charitas; quia plenitudo legis est dilectio. Gladius autem flammeus pœnæ temporales sunt, quæ uersatiles sunt; quia tempora uolubilia sunt. Illa ergo ad custodiam ligni uitæ ideo posita sunt ante paradysum; quia ad uitam non reditur nisi per Cherubin, scilicet plenitudinem scientiæ, id est, charitatem: & per gladium uersatilem, id est, tolerantiam passionum temporalium.

An homo ante peccatum comederit de ligno uitæ.

Potest autem quæri, Vtrum de ligno uitæ ante peccatum comederit homo. De hoc August. in libr. de baptis. par. sic ait, Recte profecto intelliguntur primi homines ante malignam diaboli persuasionem abstinuisse a cibo uetito, atque uisi fuisse concessis. His uerbis ostenditur, quod de ligno uitæ ante peccatum sumpserint: quibus præceptum erat, ut de omni ligno paradysi comederent, nisi de ligno scientiæ boni, & mali.

Quare non sunt facti immortales, si comederunt de ligno uitæ.

Quare ergo perpetua soliditate, & beata immortalitate uestiti non sunt, ut nulla infirmitate uel ætate in deterius mutarentur? Hanc enim uirtutem naturaliter illud lignum habuisse dicitur. Sed forte hoc non conferebat, nisi sæpe de illo sumeretur. Potuit ergo fieri, ut de illo sumeret semel, & non sæpius: qui per aliquam moram in paradiso fuisse intelligitur, cum scriptura dicat eum ibi soporatum fuisse, quando costa de latere eius assumpta est, & inde formata mulier, & animalia ante eum ducta, quibus nomina imposuit.



SUPRA ostendit Magister, quantum libere arbit. indiget auxilio gratiæ secundum statum naturæ lapsæ. In hac parte inquit, utrum egerit gratia operante, & cooperante secundum statum naturæ institutæ. Diuiditur aut pars ista in duas partes. In quarum prima determinat de auxilio gratiæ, quæ collatum fuit homini ante peccatum. In secunda per oppositum determinat de supplicio pœnæ, quod inflictum fuit homini post peccatum, ibi. *In illius quoque peccati pœnam &c.*) Prima pars habet duas. In prima inquit Magister utrum libere homo ante lapsum gratia egerit. Secundo uero, utrum in statu illo gratiæ, & uirtutes habuerit, ibi. *Præterea quærit solet, utrum homo ante lapsum &c.*) Similiter secunda pars principalis duas habet. In prima, determinat cuiusmodi pœna homo fuit punitus propter peccatum, uidelicet pœna expulsionis de paradiso; ubi est explanat uerba scripturæ circa hanc materiã. In secunda remouet dubitationem, quæ ex dictis habet originem, ibi. *Potest autem queri, utrum de ligno uitæ &c.*) Et sic terminatur illa totalis pars, in qua agit Magister de primi hominis lapsu, & quantum ad peccatum, per quod cecidit; & quantum ad adiutorium, per quod stare potuit.

Dub. 1. **D**icimus Adam quidem, &c.) Contra uidetur dicere falsum, quia si non habuit eas quædo peccauit; ergo antea misit eas, quàm peccaret: sed uirtutes non possunt amitti sine pecca-

to: ergo ante peccauit, quæ peccauit. Iuxta hoc queritur, utrum homo quædo peccauit, erat sapiens, uel stultus. Si sapiens, ergo non peccabat: Si stultus, ergo non uideatur stultitia esse pœna peccati. Respon. Dicendum, quod tempus commissionis peccati Adæ potest dupliciter determinari. Aut secundum inchoationem, aut secundum cõsummationem: utroque istorum modorum sermo Magistri habet ueritatem, secundum intellectum differentem. Si, n. intelligatur de initio, ut sit sensus: non habuit uirtutes quando peccauit, id est, quædo peccare inchoauit. Dicendum, quod sermo iste intelligitur, quod non habuit uirtutes quantum ad usum, licet haberet uirtutes quantum ad habitum. Vnde in peccati sui inchoatione, quodammodo uirtutes habuit, quodammodo uirtutibus caruit, habuit secundum habitum, sed caruit secundum usum. Si autem intelligatur de tempore consummationis peccati: sic cum consummatio peccati fuerit in instanti, & simul sunt peccatum contummani, & esse: sic etiam prædictus sermo ueritatem habet, non solum propter hoc, quod Adam tunc non habuit uirtutes quantum ad usum, uerum et quantum ad habitum. Si enim habuit tunc peccatum, constat quod non habuit uirtutis habitum. Sicut enim in peccato simul est contummani, & consummatio esse: sic & in habitu uirtutis simul est amitti, & amissum, esse: & si amissus est, non habetur. Planum est igitur, quod quædo peccauit, uirtutes

non

non habuit: nec tamen ex hoc sequitur, quod non amisit. Amittere enim in his, quæ subito amittuntur, non ponit habere in actu, sed habuisse de præterito, & non habere de presenti: hoc autem melius manifestat in Quarto Tractatu de iustificatione impij. Et per hoc patent illa duo, quæ obiecta sunt.

Dub. 2. *Nunc ergo, nec fortè mittat manum suam, &c.*) Contra. Si hoc uerum esset, sequeretur, quod Adam ex primo peccato non incidisset in necessitatem moriendi, quod est contra textum. In quacunque die comederis morte morieris. Item. Lignum uitæ si gnium erat illius ligni uitæ, quod Christus est, quod est in medio paradisi ecclesie: sed istud lignum potius obest, quàm promissit illis, qui indignè sumunt: ergo uideatur, quod si Adam comedisset de illo ligno, potius sibi nocuisset, quàm profuisset: ergo non uiueret in æternum. Respon. Dicendum, quod uerbum illud est uerbum domini loquentis ad Angelos. Vnde litera supplenda est sic. Nunc ergo (supple) uideat ne mittat manum suam &c. Hoc autem dixit dominus, non quod Adam in æternum uiueret, si post peccatum de illo ligno comederet, sed quia longiori uixisset tempore. Vnde uerbum illud potest intelligi fuisse uerbum misericordiæ, quia dominus uolebat ipsum diu uiuere in calamitate præsentis uitæ, in quâ reclusus erat merito culpæ suæ. Vel potest esse uerbum rigoris iustitiæ. Et quia Adam gustando cibum ligni ueriti se indignum reddiderat ad percipiendum effectum ligni uitæ, ideo

dominus in uerbo præmissio, in quo fert sententiam contra eum, indicat se Adam duplici bono priuari, uidelicet ligni esu, & ligni effectum: non quia post peccatum pesset ad illum effectum peruenire, sed quia merito peccati utrunque meruit amittere. Et sic patent illa, quæ obiecta sunt. Veruntamen illud, quod obicit de sacramento altaris, non est simile: quia istius sacramenti est efficacia specialis: & ei debetur reuerentia singularis ratione suæ dignitatis, & excellentiæ: nullum autem horum reperitur in eo, qui manducat, & bibit indignè: non sic autem erat in illo ligno uitæ.

Emisit enim eum Deus de paradiso uoluptatis, &c.) Videtur, quod hoc non debuit Deus facere: cum enim Deus sit maioris misericordiæ, quàm sit homo, & nos uideamus peccatores sustineri intra ecclesiã, quæ est paradisos quædam non uidetur, quod Deus debuisse eum eicere, sed potius longanimiter ad pœnitentiam expectare. Item. Quæro quare dicit mundum istum fuisse sibi locum congruum. Aut enim erat deterioratus, aut non. Si non erat deterioratus, non uidetur, quod esset habitatio sibi congrua post concupiscentiam. Si deterioratus erat, uidetur, quod magis debuisse deteriorari locus ille, in quo peccauerat: quàm ille, in quo non peccauerat. Iuxta hoc queritur, de quo seruiat iste locus homini? quia modo non seruiat, nec post diem iudicii seruiet; ergo uidetur, quod frustra factus sit locus iste. Respon. Dicendum, quod Deus de paradiso hominem eiecit æquo iudicio, ita quod

simul fuit ibi misericordia, & ueritas. Veritas nanque fuit ibi, quia sicut Angelus de paradiso celesti eiectus est: quia ibi peccauerat, & se indignum illo, loco tradiderat: sic & hō de amenitate paradisi terrestris eiici debuit. Misericordia etiā ibi fuit, ut homo in loco maioris calamitatis existens, & sciens se extra paradysum terrestrum esse, quasi exulem in mundo seipsum reputaret, & presentem uitam contemnendo ad bona inuisibilia assurgeret, & illa desideraret, & sic ad illam perueniret. Si enim temporalia amaret, impediretur, ne spiritualia apprehenderet: & si nunc amat corruptus concupiscentia, quando est in ualle miserie, quanto magis tunc amaret, si esset in illius paradisi amoenitate, postquam morbo concupiscentie corruptus esset? Tanta enim ex tunc adherentia quieti temporali inhereret, ut nunquam eternam requireret: & ideo cum eo est actum misericorditer, & iuste. Et per hoc patent dubitationes premissae: patet etiam, quod nō est simile de paradiso ecclesie: patet etiam quod locus iste magis est congruus statui miserie, etiam si uterque deterioratus esset. Postremo patet, quod locus ille frustra non est: multum enim facit ad nostram eruditionem, & occasionem nobis prebet requirendę salutis, in qua consistat summa etiam perfectio totius utilitatis humane.

Dub. 4. Sed forte hoc non conferebat, etc.) Innuit Magister, quod lignum illud non conferebat immortalitatem, nisi sepe de illo

sumeretur. Hoc enim uidetur esse falsum, quia immortalitas perfecta ponit hominē extra statum animalitatis, sed frequēs comestio ponit hominem in statu animalitatis: ergo per frequentem usum ligni non perduceretur ad perfectam immortalitatem. Item. Frequentatio alicuius rei non uariat effectum secundum speciem, sed solum confirmat, uel intendit: ergo si unica comestio non poterat facere immortalitatem; uidetur pariri ratione, quod nec frequentatio. Respon. Dicendum, quod Magister dubiose loquitur, nec sine causa: utraque enim pars potest sustineri satis probabiliter, scilicet quod lignum uitę unica comestione conferret immortalitatem. Nec huic obuiat, quod dominus preceperat Adę, quod de omni ligno paradisi comederet: preceptum enim affirmatiuum non obligat ad semper, sed pro loco, & tempore. Potest etiam intelligi, quod non conferret illum effectum unica comestione, sed pluribus: & hoc quia lignum illud non conferebat mortalitatem, sicut causa immortalitatis principalis, & effectiua, sed sicut dispositiua. Et quęadmodū uidemus in medicina, quę frequēta disponit ad sanitatē, ad quā non sufficiēter disponeret semel sumpta, sic & in proposito intelligendum est. Et per hoc patet, quę obiecta sunt: procedunt. n. ac si lignum uitę esset principale effectiuum immortalitatis. De effectu autem istius ligni planius habitū est supra: Dist. 19. art. 2. hac autem dicta sufficiat.

AR-

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An absque dono gratie acceptus esset homo Deo in statu innocentie?



Intelligentiam huius partis, in qua agitur de gratie adiutorio secundum statum nature institutę, incidit hic quęstio circa tria. Primo quęritur, utrum homo ante peccatum gratia egerit. Secūdo quęritur, utrum ante peccatum gratiam habuerit. Tertio quęritur de quantitate gratie, quā in illo statu habuit. Circa primū quęruntur duo. Primo quęritur, utrum homo in statu innocentie circumscripso dono gratie esset Deo acceptus. Secūdo quęritur, utrum absque gratia posset exire in opus meritorium.

VTRVM absque dono gratie homo esset Deo acceptus in statu innocentie. Et quod sic, uidetur. Gen. 1. Vidit Deus cuncta quę fecerat, & erant ualde bona: sed summo bono non potest complacere illud, quod est ualde bonum: si ergo homo inter cęteras creaturas inferiores principatum obrinebat, uidetur quod ipse ualde bonus erat: & si hoc, ergo Deus illud acceptabat. Item. Sapient. 11. Diligis omnia domine, & nihil odisti eorum, quę fecisti: sed homo in statu innocentie nihil habebat, quod esset dignum odio, & rotum quod habebat a Deo factū erat: ergo Deus ipsum totaliter diligebat: sed quod sic a Deo diligitur, ab eo acceptat: ergo &c.

Item. Prouerb. 8. Ego diligentes me diligo: sed homo secundum statum nature institutę diligebat Deum propter se, & super omnia; quia rectus erat: ergo uidetur, quod etiam præter omnem gratiam Deus amabat: & si hoc: ergo Deo acceptus erat. Item. Artifex creatus complaceat sibi in opere suo, & illud acceptat, quando ipsum fabricat secundum uoluntatem suam: sed Deus, qui est summus artifex, hominē formauerat ad imaginem suam, & optima ratione cum condiderat: ergo uidetur, quod ex naturalibus sibi datis homo Deo placebat. Item. Nihil est, quod plus faciat animam charam Deo, & acceptam, quam quod sit tota pulchra, & nulla sit in ea macula: sed anima Adę in statu innocentie tota erat pulchra, nulla erat in ea macula, quantum erat ex naturali conditione: ergo absque omni gratia superaddita Deo erat accepta. Item. Aut Deus poterat facere aliquam creaturam ita bonam, quę ex puris naturalibus sibi placeret, aut non. Si nō, uidetur quod nō esset omnipotēs. Si sic, ergo non uidetur, quod ad hoc, quod natura placeat Deo, necessariū sit superaddi donū grę: si igitur hō perfecte conditus fuit secundū exigentiā status nature, uidetur quod Deo placebat absque omni dono gratie superaddite.

SED CONTRA. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo: sed fides est donum superadditum nature, secundū quod dicitur. 1. Coriu. 13. ergo sine dono grę nature superaddite nullus potest placere Deo. Item. Sapient. 6.

Neminē diligit Deus nisi illū, qui cum sapientia inhabitat: sed sapientia est donum Dei, naturæ superadditum, secūdū quod infra subiungitur 9. cap. Mitte illam de cœlis sanctis tuis &c. ergo absque dono gratiæ, naturæ superadditæ, impossibile est Dei amicū esse. *ITEM.* Dion. Lib. de Ecclesiastica Hierarchia. Lex diuinitatis est inferiora per media & media per superiora reducere: sed media bona sunt potentie naturales, bonā maxima sunt gratia & uirtutes, quibus nō cōtingit male uti: ergo secundum rectum ordinē anima non potest ad Deū redire, nec Deo placere, nisi perficiatur per dona uirtutum, & gratiæ. *ITEM.* Nihil excellentius secundum naturā in hominē, quā ipsa imago: sed imago indifferens est ad acceptandum, & non acceptandū: ergo ad hoc, quod aliqua anima a Deo acceptetur, necesse est ultra naturalia esse aliquod donū naturæ superadditum. *ITEM.* Quotiescunque Deus animam acceptat, eam in coniugium sibi desponsat. Vnde & animā dicit sponsam suam in Cant. Sed quantumcunque aliqua creatura sit excellens, semper in infinitum est Deo inferior: ergo nunquam digna est in coniugiū assumi, nisi Deus ex mera liberalitate condescendat, & hoc est præstare gratiam: ergo &c. *ITEM.* Cum Deus hominē acceptat, filium suū reputat, secūdū quod dicitur Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Sed creatura quantumcunque sit nobilis, semper est Dei serua: sed seruus nō potest adoptari in filiū,

Cap. 5.
par. 1.

Cap. 3.

quin fiat ei gratia: ergo impossibile est, quod aliqua creatura acceptetur a Deo sine munere gratiæ superadditæ.

RESOLVTIO.

Esset quidem acceptus, sed non specialis; at generali tantum acceptione.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod dupliciter contingit dicere aliquid acceptari a Deo. Vno modo quadam acceptatione generali: ut idem si acceptare aliquid, quod reputare bonum, & in bono cōseruare: & hac acceptatione non tantū acceptatur creatura rationalis, sed etiam omne opus Dei. Est etiā alia acceptatio specialis, qua dicitur Deus acceptare illud, quod dignum reputatur æterna beatitudine: & tali acceptatione non acceptat Deus nisi creaturam rationalem: illa enim sola est, quæ eius capax, & particeps esse potest. Hanc autem creaturam rationalem tunc acceptat, cum cōsacrat in templū, & adoptat in filium, & assumit in coniugium. Nam animæ sanctæ, quæ Deo placent, & dicuntur templum Dei, & dicuntur filii Dei, & dicuntur sponsæ Dei, secundum quod colligitur ex nouo, & ueteri testamento. Primum genus acceptationis nō requirit superad di donum gratiæ ultra ea, quæ sunt de conditione naturæ. Secundum uero genus acceptationis non potest nō esse gratuitum: tum propter gratuitam Dei condescensionē, tū propter creaturæ exaltationem ultra terminos, siue status naturæ. Gratuita namque Dei cōdescensio in huiusmodi acceptatio

ne necessario requiritur. Quod enim Deus immensus habitare uelit in anima, ut in templo: quod iterum uelit seruum reputare pro filio, quod ancillam suam assumere uelit in cōiugium, hoc nemo dubitat esse mere gratiæ, & condescensionis liberalissimæ. Creaturæ etiam sublimatio in tali acceptatione ultra statū naturæ reperitur. Quod enim creatura consecratur in templum, adoptatur in filium, assumatur in coniugium, hoc est supra naturale complementū omnis creaturæ: & ideo nec cōsecratio, nec adoptatio, nec unio animæ ad Deū fit per aliquam proprietatem naturæ, sed per aliquod donum gratiæ super additum, quod animam cōsecrat, ut sit templū, assimilet ut sit Dei filia, quod faciē decoret animæ, ut apta sit esse Dei sponsa: hæc autē omnia facit gratia gratūfaciens, cui est adeo iuncta Dei conformitas, ut nullo modo possit Deo dissimilis fieri: adeo iuncta spiritualis uenustas, ut nullo modo possit deformari: & ideo reddit animam Deo acceptam. Et est ratio acceptandi secundum illas tres proprietates prædictas, quæ quidem conueniunt ei non secundum tropum, aut transsumptionem, sed secundum ueritatem, aut secundum proprietatem. Et sic patet, quod homo in statu innocentie gratia gratūfaciente indiguit ad hoc ut Deo placeret. Et hæc necessitas sumpta est ex parte modi acceptandi. Posset nihilominus, & alia ratio sumi ex parte acceptantis. Deus enim, qui omnia fecit in gloriam suā, & nullus indiget laude, potissi-

me requirit a creatura rationali honorem. Et quia honorē Deo exhibemus, quod in ipsum omnia referimus tanquam in omnium auctorem, & finem, non decreuit Deus hominem perducere ad perfectionem gloriæ per aliquid, quod ortum haberet ex naturæ principiis, sed per munus additum naturalibus: ut ex hoc homo Deo magis gratus existeret, & totius salutis suæ opus Deo attribueret. Et sic patet, quod nemo potest acceptari a Deo absque munere gratiæ superadditæ naturæ, & concedendæ sunt rationes ad hoc inductæ.

AD RATIONES uero ad oppositum planum est respondere ex his, quæ dicta sunt. Nam duæ primæ auctoritates intelliguntur de acceptatione, & dilectione secundum generalem modū: nos autem loquimur hic de acceptatione secundum modum spirituales, quo Deus acceptat ipsam animam, ut reputet eam dignam æternæ gloriæ. AD ILLUD, quod obiicitur, Ego diligentes me diligo &c. Dicendum, quod illud intelligitur de dilectione charitatis, quæ non est absque gratia, & hoc plurimum differt a dilectione naturali, qua homo diligebat Deum propter se, & super omnia, sicut ostensum est supra Dist. 3. AD ILLUD, quod obiicitur, quod artifex creatus cōplacet sibi in opere suo. Dicendum, quod istud est uerum de illa generali acceptatione, & cōplacencia, qua aliquis reputat aliquid esse bonum: sed de illa acceptatione, qua aliquis sic acceptat aliquid, ut reputet se illi obligatū, ad retribuendū aliquid magnum,

ueritatem non habet: hanc enim solum contingit reperire circa opus diuinum, quod habet lib. arb. & circa quod nata est esse laus, & uituperiū. AD ILLUD, quod obiicitur, quod natura instituta absque omni gratia esset tota pulchra, & sine macula. Dicendum, quod & si esset sine macula: non tamen esset tota pulchra: pulchritudo enim gratiæ est sancti amoris conciliatiua secundum quod dicit Glo. super illud Psal. 103. Ut exhilaret faciē in oleo. Glof. Gratia est quidam nitor animæ ad conciliandum sanctum amorem. AD ILLUD, quod obiicitur, utrum Deus posset talem naturam facere, quæ esset ei accepta absque munere gratiæ. Dicendum, quod & si ipse posset omnia tanquam omnipotēs, natura tamen non esset capax, unde impossibilitas illa uenit ex parte creaturæ. Si enim hoc faceret, nihil aliud esset facere, quod facere donum gratiæ donum esse naturæ, & gratiam esse naturam: hoc autem impossibile est: cum donum gratiæ sit ultra terminos naturæ. Unde sicut impossibile est, quod homo fiat a Deo beatus per naturam, quāuis possit creari beatus: quia beatitudo consistit in bono, quod est supra omnem naturam, sic etiā intelligendum est & in gratia. Præterea. Esto, quod posset facere: non tamen decreuit, quia non decreuit. Et ratio huius dicta est, uidelicet ut ex hoc diuina seruetur gloria, in cuius præiudiciū Deus neminem acceptat. Conferueretur etiam nihilominus ipsa gratia, quæ nullo modo potest, nec debet esse ingrata: &

ideo sic debet dari, ut reputetur esse gratis data.

QVAESTIO II.

An homo in statu innocētiæ in opus meritorium exire posset absque dono gratiæ?

VERVM homo in statu naturæ institutæ posset in opus meritorium exire absque dono gratiæ. Et quod sic uidetur. Aug. in Lib. de Natura, & gratia. Quis nesciat ita factum hominem, ut in eo lib. arb. ad iuste uiuendum pro possibilitate, & capacitā sua constitueretur? ergo uidetur quod ex libertate arbitrii naturali posset iuste uiuere: ergo & opera meritoria facere. ITEM. Damasc. Manentes in eo, quod est secundū naturam, in uirtute sumus: sed opera uirtuosa sunt meritoria: ergo lib. arb. in integritate suæ naturæ manens, absque omni gratia poterat facere opera meritoria. ITEM. Dei perfecta sunt opera: & perfectum est aliquid (ut uult Philosophus) cum attingit proprio fini, seu propriæ uirtuti: ergo si homo perfectus cōditus est, poterat exire in operationem, propter quam factus est: hæc autem est operatio, per quam peruenitur ad gloriam: ergo &c. ITEM. In omnibus creaturis distantibus a suo termino, ad quæ ordinantur, data est uirtus, per quam possint ad illum finem peruenire: sicut patet in igne, qui cum deorsum est, sua leuitate potest sursum ferri: ergo aut libe. arb. miserabilius fuit inter ceteras creaturas, aut si aliæ creaturæ per naturam habent potentiam perueniendi ad suum finem, ut multo fortius, quod & hoc modo posset per uirtutē naturæ ante sta-

tum

rum miserię. ITEM. Natura nihil facit frustra, nec deficit in necessariis: sed nihil est maius necessarium homini, quàm illud, sine quo non potest beatificari: ergo cum potestas merendi huiusmodi sit, uidetur quod hæc inesset ei per naturam, omni gratia circūscripta. ITEM. Circūscripta gratia intelligamus hominē in statu naturæ seruare diuina madata; aut igitur meretur aliquid, aut nihil. Si nihil, ergo frustra operatur: sed frustra operari non potest esse sine aliqua pœna: hoc autem non poterat esse in natura instituta. Si aliquid meretur, cum opus rectum sit ad beatitudinē ordinatum, uidetur quod ex puris naturalibus mereri possit premium æternum.

CONTRA. Rom. 6. Gratia Dei uita æterna. Et Glof. Nihil aliud in nobis Deus coronat, quàm sua munera: ergo tã ex textu, quàm ex Glofa colligitur, quod uita æterna non contingit mereri absque gratia. ITEM. Deus nullo modo indiget bonis nostris: ergo si acceptat bona nostra, hoc non est propter aliquam suam utilitatē: sed si hoc, est per meram benignitatē: igitur nisi diuina iustitia condescendat per gratiam, impossibile uidetur, quod reputet aliquem dignum gloria propter aliqua opera, quæ faciat. ITEM. Meritum, & premiū debent esse proportionabilia: sed natura quantumque eminens, improporcionabilis est, & alterius generis est, quàm sit beatitudo glorię: igitur impossibile est mereri gloriam per pura naturalia. ITEM. Nobilior est substantia, quàm operatio: sed Deus nūquam ac-

ceptat hominem absque munere gratiæ: ergo nec operationē hois reputat meritoriā, nisi procedat a libero arb. & a gratia.

RESOLUTIO.

Minimè, idque ex conditione retribuentis, & retributionis: Sicut nec modo ultra dictas conditiones, propter conditiones operantis & operationis.

RESP. Dicendum, quod non solummodo gratia necessaria est ad merendum secundum statum naturæ lapsę: sed etiam secundum statum naturæ institutę, licet secundum statum naturæ lapsę magis indigeat liberum arbitrium dono gratiæ. In statu namque naturæ institutę necessaria erat gratia, tum propter conditionē retribuentis, tum et propter conditionem retributionis. Propter conditionē retribuentis, quoniam ipse Deus bonorum nostrorum non indiget: ideo nec acceptat hominē propter opera, nec aliquod meritum obligare potest ipsum secundum rationē dati, & accepti: ideo ad hoc, quod aliquod bonum opus creaturę ad remunerandum Deo cōplaceat, necesse est quod ipsius gratiæ bonitatis influētia in operante procedat, per quam creatura ipsi creatori grata existat. Similiter propter conditionē retributionis impossibile erat lib. arb. mereri sine auxilio gratiæ gratū faciētis: pro eo quod illud premiū, quod meremur, est beatitudo æterna. Beatitudo autem æterna consistit in habendo eū, qui est omne, & summū bonum, & qui est super omnē naturam exaltatus, & lucē habitans inaccessibilem: & ideo impossibile est, quod homo merendo ad illud summum bonū ascen-

dat

dat, & perueniat, nisi per aliquod adiutorium, quod sit ultra naturam: Sic igitur homo in statu nature institutus absque dono gratie mereri non potuit, tum propter conditionem retribuētis, tum propter conditionem retributionis: In statu uero nature lapsę non solummodo indiget gratia ad merendum propter has conditiones, sed etiam propter conditionem operantis, & operationis meritorie. Operans. n. in statu nature lapsę semper est in peccato, & Dei aduersarius, & inimicus, nisi a peccato releuetur per gratie donum: & ideo quicquid faciat, nisi uoluntate eius pręueniatur a gratia, quę Deo reconciliet, nihil meretur merito condigni pro eo quod Dei est aduersarius, & inimicus: Deus autem opera non acceptat, nisi prius acceptet personam, sicut innuitur Gene. 4. Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius: prius dicit ad Abel, & postea dicit ad munera. Propter conditionem etiam operationis necessaria est gratia, quia nulla est operatio meritoria nisi recta: & nulla est recta, nisi fiat ex recta intentione: & nulla potest esse recta intentio, nisi quę summum bonum omni bono pręponat: nulla autem intentio potest hoc facere in statu lapsę nature sine dono gratie: & propterea qualemcunque, uel quantacunque faciat homo operationem absque gratia, non meretur, quia non pefat Deus quantum, sed ex quanto hoc faciat. Patet igitur, quod multiplex est necessitas gratie ad merendum, scilicet propter conditiones retribuētis, & re-

tributionis: operantis, & bonę operationis: ita quod hæc quadruplex necessitas concurrat ad statum nature lapsę: & duplex ad statum nature institutę, & hoc est, quod Magister dicit in litera: quod homo indigebat gratia operante, & cooperante secundum statum nature institutę, licet non secundum omnem modum gratie operantis.

AD ILLUD ergo, quod obiicitur in contrarium de auctoritate Augu. & Dam. Dicendum, quod illud dictum est, non quia potestas liberi arbit. & nature sit sufficiens in opus meritorium, sed quia natura bene ordinata concordat cum gratia, & discordat a culpa. AD ILLUD, quod obiicitur, quod Dei perfecta sunt opera: Dicendum, quod est perfectio quantum ad esse primum, & est perfectio quantum ad esse secundum. Et perfectio quantum ad esse secundum duplex est. Quędam enim est, quę habet ortum a perfectione secundum esse primum: sicut illa perfectio, quę attenditur in accidentibus, quę oriuntur ex principiis subiecti. Est alia perfectio quantum ad esse secundum, quę non causatur a perfectione secundum esse primum, sed potius est supra illud, sicut est perfectio in esse gratuito, uel glorioso: quod est in nobis, non ex nobis, sed ex Deo. Cū ergo dicitur, quod Dei perfecta sunt opera, hoc intelligitur quantum ad esse primum, & quantum ad esse secundum quod causatur ab illo. Quantum autem ad illud esse, secundum quod non causatur a perfectione secundum esse primum, ueritate non habet. Non. n. fecit Deus oēs be-

tos,

ros, & gloriosos; sed illos solos beatificauit, quos predestinauit conformes fieri imaginis filii sui: hoc enim disponit dare per merita tanquam honum laudabile. Et ratio huius assignata fuit supra. 24. Dist. AD ILLUD, quod obiicitur, quod alię creature possunt peruenire in finem, ad quem sunt per uirtutem nature. Dicendum, quod non est simile; quia finis creature rationalis est summum bonum, quod est supra omnem naturam. Finis uero aliarum creaturarum est bonum creatum, quod est infra terminos nature: ideo creatura rationalis magis indiget dono gratie, ut possit peruenire ad suum finem, quam alię creature. AD ILLUD, quod obiicitur, quod natura non deficit in necessariis, iam patet responsio ex predictis: hoc enim intelligitur de necessariis, quę quidem attenduntur quantum ad esse primum, uel quantum ad esse secundum, quod causatur ex principiis nature. Quantum uero ad illud esse secundum, quod est supra naturam, necesse est naturam deficere, & tale est esse gratuitum; & gloriosum; nullum tamen ex hoc fit nature præiudiciū: quia Deus defectum nature supplet, & semper præsto est, cū se offert tempus, & locus, complere, & dare, quod natura non poterat, AD ILLUD, quod obiicitur ultimo, utrum homo mereretur aliquid, uel nihil, si faceret mandata Dei &c. Dicendum, quod non mereretur aliquid de condigno; sed de congruo, & sic merendo disponderet se ad gratiam: & ideo non operaretur frustra.

Ex predictis patet quantum humana natura in statu innocentie eguerit gratia.

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An homo ante lapsum gratiam habuerit?



ONSEQUENTER queritur, utrum homo in statu innocentie habuerit gratiam

gratum facientem. Et circa hoc queruntur duo. Primo queritur, utrum habuerit gratiam ante lapsum. Secundo queritur, utrum simul tempore conditus fuerit in gratuitis, & naturalibus.

UTRUM homo ante lapsum habuerit gratiam. Et quod sic, uidetur Luc. x. Qui etiam expoliauerunt eum, & plagis impositis &c. Et exponunt sancti, Et Glo. quod expoliauerunt eum gratuitis, & uulnerauerunt naturalibus: ergo si hoc intelligitur in primo homine, primus homo non tantum habuit naturalia, sed etiam gratuita ante peccatum. ITEM. Ber. cum uideret patrem nostrum omnium hominum æmulus, charitate circumdatum, & omni uirtute uestitum, & hoc accepisse terrenum hominem, quod ipse per superbiam amisit, inuidit in facibilis homicida. Ex hoc igitur patet, quod primus homo & charitatem habebat, & omnem uirtutem. ITEM. Adam post soporem prophetauit, sicut innuitur in textu Gen. & in Glof. hoc autem non fuit, nisi quia introductus fuit illo tempore in secretum celestis curie, sicut plures dicunt auctoritates; sed nullum decebat illuc introduci,

Cap. 2.

duci, qui non haberet gratiam gratūfacientē: ergo &c. **ITEM.** A deo recepit mandatum disciplinæ; sed si illud mandatum seruasset absque gratia, nihil meruisset. Si igitur illud mandatū est sibi in meritum obedientię, uidetur quod Deus non dederit sibi in præceptum præter gratiæ adiutoriū, alioquin dedisset in malū, quod nullo modo decet facere Deum. **ITEM.** Peccatum Adæ arguitur fuisse maximæ ingratiitudinis: sed nullum donū in uia est maius gratiæ gratūfaciente: ergo si maior ingratiitudo fuit in peccato Adæ, quā in peccato aliorum posterorū, & posteri eius post acceptū donum gratiæ Deum offendūt, uidetur, quod ipse ante peccatum habuit donum gratiæ gratūfacientis.

SED CONTRA. Deus sciebat ipsum statim esse lapsurum: ergo sciebat, quod illud gratiæ donū in nullo esset sibi utile, sed potius esset sibi in nocumentum. Si igitur sapiens artifex non debet aliquid frustra facere, uel ēt quod uertatur in operis sui dānum, & nocumentum; uidetur, quod non dederit illi gratiam.

ITEM. Adam, quia iustitiā originalem habuit, quando peccauit, & uoluntarie perdidit, nunquam eam recuperauit: ergo pari ratione si habuisset donū gratiæ gratūfacientis, nec ipse, nec aliquis posterorū eius gratiam recuperasset: si igitur ipse gratiam gratūfacientem recuperauit, uidetur, quod ante lapsum ea non habuit. **ITEM.** Adā habebat optima naturalia, & nullam habebat pronitatē ad malū, nec

difficultatem ad bonum: ergo si charitatem, & gratiam habuisset, totaliter Deo adhæsisset: ergo nunquā in peccatum cecidisset: sed constans est quod cecidit: ergo gratiam ante lapsum non habuit. **ITEM.** Lucifer nō habuit gratiā gratūfacientē, sicut probatum fuit supra: si ergo Adam gratiam gratūfacientem habuit, & ab illa cecidit: ergo de altiori gradu cecidit, quā Angelus: ergo uidetur, quod peccatum eius fuit incurabilius, quā peccatū angelicum: si igitur hoc constat esse falsum, Adam ante peccatū non habuit gratiæ donū. **ITEM.** Prius debet probari aliquis, quā in amicum assumi: hoc non solum uerum est in amicitia humana, uerum ēt in amicitia diuina. Vnde dicitur Hebr. 8. Abraam pater noster tentatus est, & per multas tribulationes probatus Dei amicus effectus est. Si igitur nullus habet Dei grām, quin habeat Dei amicitia, uel quod ante tentationē Adā non habuit gratiam: sed statim post tentationē peccauit: ergo non habuit gratiam ante lapsum.

RESOLVTIO.

Si Adam demeruit transgrediendo: meruisset igitur obediendo. Quare gratiam gratūfacientem habuisse censendum est: quia & malo resistere, & in bono profectō proficere posset.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod circa hoc duplex consuevit esse opinio. Quidam enim dicere uoluerunt, quod Adam non habuit gratiam gratūfacientem, pro eo quod non uidetur credibile, quod lapsus esset, si tale adiuto

rium habuisset. Ad auctoritates autem, & rationes respondent dicentes: quod Adam habuit multas gratias gratis datas, & naturam habuit ualde bonam: & propterea sancti aliquando uidentur dicere, ipsum habuisse gratiam ante lapsum, non quia habuit donum gratiæ gratūfacientis: sed donum gratiæ gratis datæ, & per illud poterat tentationi resistere, & ad gratiam gratūfacientem seipsum disponere. Sed quoniam auctoritates sanctorum expresse uidentur dicere de gratia gratūfaciente: sicut patet in illis, quas Magister adducit in litera, & huic et consonare uidetur scripturæ auctoritas, & rationis probabilitas: Ideo est alia opinio communior, & uerior, & probabilior, quam etiam Magister sustinet in litera, scilicet quod Adam ante lapsum gratiam gratūfacientem habuit, per quam non solum malo resistere, sed etiam in bono proficere potuit: & illa gratia adiutus ita bene meruisset mandatum domini obseruādo, sicut demeruit transgrediendo. Hanc igitur opinionem sustinendo, concedere possumus rationes, quæ ad primam partem inducuntur.

AD ILLVD autem, quod obiicitur in contrarium, quod Deus sciebat statim ipsum lapsurum. Dicendum, quod propter hoc non debuit dimittere donū gratiæ sibi dare duplici ratione. Primo quidem, quia simul cum hoc præsciebat, quod bonum debebat de lapsu eius elicere. Secundo uero, quia deus in conferendo gratiam non attendit futura pecca-

ta; sed idoneitatem presentē ad gratiam: sicut patet, cum cōfert gratiam in tempore præscitis, & eis, quos ab æterno reprobauit: & utroque eorum commendatur Dei largitas, & sapientia, & arguitur hominis ingratiitudo, & iniustitia, in hoc quod a tam benefico, & tam benigno se auertit sine causa. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod nō potuit recuperare originalem iustitiam, quā habuit quando peccauit. Dicendum, quod nō est tota ratio, scilicet quod uoluntarie amisit iustitiam illam; sed simul cū hoc facit, quod iustitia originalis, non tantum respiciebat uoluntatem deliberatiuam; sed etiam respiciebat ipsam naturam institutam: gratia autem respicit ipsam uoluntatē liberam, ut est libera. Et quoniam uoluntas de facili uertitur, & reuertitur: natura autē cum corrupta est, nō sic de facili releuatur, hinc est quod magis potest recuperari gratia, quā prima iustitia, quamuis utraque fuerit per peccatū amissa. Est & alia ratio, quare non recuperatur originalis iustitia; sed hæc manifestabit infra, cum agetur de originali peccato. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod si Adam habuisset grām, quod inseparabiliter Deo adhæsisset. Dicendum, quod hoc non oportet: quia liberum arb. habens gratiam moueri potest præter gratiæ inclinationem, & frequenter mouetur, nihil considerans de eo, ad quod mouet gratia: unde frequenter contingit, quod hō magnæ charitatis inordinate afficitur, pro eo quod non semper actualiter fertur in illud summum bonū, circa quod ha-

Dis. 32
art. 1.

bet immensum desiderium: sic intelligendum est accidisse ipsi Adæ. Quis enim est homo habens charitatem, qui peccaret, si Deum præ oculis semper haberet, & actu consideraret, quantum Deus amabilis est, & quantum nefas est ipsum offendere. AD ILLVD, quod obiicitur, quod Lucifer nõ habuit gratiam gratum facientem. Dicendum, quod uerũ est ex hoc tamẽ nõ sequitur, quod homo peccauerit maiori ingratitude, pro eo quod Lucifer proximior erat statui gloriæ: si enim recepisset gratiam, & gloriam. Homo uero sic conditus fuit, ut longe ante gloriam haberet gratiam: & ideo positus est in terra quasi longe a coelo distans, ac per hoc in transgrediendo nec adeo cecidit de alto ut Lucifer, nec adeo fuit ingratus, nec adeo per peccatum deprauatus. AD ILLVD, quod obiicitur, quod prius debet homo tentari, quam in amicum assumi. Dicendum, quod illud intelligitur de illa amicitia, quæ facit Deo hominem probatum, & familiarum, per quem modum dicit ipse dominus apostolis. Io. 15. Vos autem dixi amicos, &c. De amicitia autem large dicta hoc non potest intelligi apud Deum, licet posset intelligi de amicitia apud homines pro eo quod nisi Deus gratiam daret, in probando potius reprobaret, quam approbare: non enim habemus unde possimus approbari a Deo, nisi per eius donum: non sic est autem de homine respectu hominis: & sic patet illud.

An homo simul tempore & in naturalibus & in gratuitis conditus fuerit?

VTRVM homo simul tempore conditus fuerit in gratuitis, & naturalibus. Et quod sic, uideatur per tex. Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Sed (sicut exponit Aug. & habitum est supra Dist. 16.) imago est in naturalibus, & similitudo in gratuitis: ergo si homo factus est ad imaginem, & similitudinem, uideatur quod conditus fuit simul in naturalibus, & gratuitis. **ITEM.** Eccles. 17. Deus de terra creauit hominem. Et post: Et secundum se uestiuit illum uirtute: igitur homo a sui conditione primaria uirtute fuit uestitus & si hoc, redit idẽ, quod prius. **ITEM.** Dam. Fecit Deus hominem innocẽtem, rectum, uirtuosum, sine sollicitudine, sine tristitia, omni uirtute decoratum, omnibus donis ornatum; ergo uidetur, quod homo in gratuitis fuerit conditus. **ITEM.** Hoc uidetur ratione. Deus fecit hominem quantum ad ætatem perfectum, & quantum ad conditionem ab exordio suæ conditionis: ergo pari ratione uidetur quod fecerit eum perfectum quantum ad uoluntatis rectitudinẽ; sed uoluntatis rectitudo consistit in dono gratiæ: ergo uidetur, quod donum gratiæ habuerit in initio suæ conditionis. **ITEM.** Ad hoc, quod alicui detur gratia, requiritur diuina liberalitas, & recipiẽtis idoneitas: sed Deus in primordio cum Adam condidit, liberalissimus erat, & Adã

a suæ

RESOLVTIO.

Exigere diuina sapientia, bonitas, atque iustitia: ut primo naturalibus, deinde gratuitis donis cohereretur homo.

a suæ conditionis primordio ad suscipiendam gratiam idoneitatem habebat: ergo ab ipso conditionis primordio Deus ei gratiam conferebat.

SED CONTRA. Aug. dicit. Homo in suæ conditionis primordio habuit unde posset stare, sed non unde posset proficere.

ITEM. Magister dicit supra Dist. 24. Poterat homo per auxilium gratiæ creatoris resistere malo: sed non perficere bonum: sed si habuisset gratiam gratum facientem ab exordio creationis, potuisset utrunque: ergo si nõ potuit proficere per bonum, patet &c. **ITEM.** Magis conuenit gratia cum gloria, quam natura cum gratia: sed in homine gratia præcedit gloriam: ergo pari ratione, immo multo fortiori natura præcessit tempore bonum gratiæ.

ITEM. Per gratiam fit matrimonium inter Deum, & animã: sed lex matrimonii est, ut non fiat absque mutuo consensu: ergo uidetur, quod nulli adulto gratia debeat dari, nisi præcedat consensus: si ergo Adam prius fuit, quam natura eius consentire posset: ergo non habuit simul naturam, & gratiam. **ITEM.** Donum gratiæ infructuosum est, nisi a Deo esse recognoscatur: nemo enim in se gratiam reseruare potest, nisi pro illa Deo gratus existat: igitur si magis tenet rationem gratuiti, quod est naturalibus superadditum, quam quod est naturaliter inditum: & donum gratiæ est mere gratuitum: ergo uidetur, quod nõ ab ipsa creatione: sed post donum gratiæ fuerit homini collatum,

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod circa hoc duplex fuit opinio. Quidam namque dicere uoluerunt, quod homo fuit creatus nõ solum in naturalibus, uerumetiam in gratuitis, tum propter Dei liberalitatem, tum etiam propter hominis idoneitatem. Sed quoniam sanctorum auctoritates uidentur sonare contrarium, ideo est alia opinio communior, & probabilior, quod homo prius tempore habuit naturalia, quam heret gratuita: Vnde secundum hanc in statu innocentie distinguuntur duo tempora: quodam, n. fuit tempus, in quo tantum habuit naturalia, quoddam uero in quo habuit & naturalia, & gratuita. Secundum diuersitatem huius duplicis temporis dissoluitur apprensens contrarietas in auctoritatibus sanctorum: Nam quedam uidetur dicere, quod homo habuit gratiam, quedam uero quod non: & utraque uerum dicunt pro diuersis temporibus. Ratio autem, quare dominus uoluit post naturalia dare gratiam, cum posset dare simul, sumitur ex triplici ordine, uidelicet ab ordine sapientie, bonitatis, & iustitie. Ordo sapientie hoc requirebat, ut sicut esse gratuitum est alterius generis, quam esse naturale, sic in diuersis temporibus homini conferretur: & sicut elementa mundi prius tempore fuerunt creata, & distincta, quam ornata propter ordinem sapientie

com.

commendandum, sic etiam fieret circa hominem, qui est minor mundus. Ordini etiam bonitatis hoc cōp etebat: hoc enim ordine dicitur aliquid ordinari in suum finem: tunc igitur gratia homini ordinate datur, quā do datur ei secundum quod est utilior, & fructuosior. Tāto autem gratia Dei est nobis utilior, & fructuosior, quanto pro ea Deo gratiosiores existimus: & ideo sic debuit dari, ut ex ipso ordine dandi cognosceretur donum illud esse gratuitum: propterea non fuit a creatione indita; sed naturæ iam perfectæ, & constitutæ fuit superinfusa. Ordo etiam iustitiæ hoc requirebat. Deus enim secundum legem communem requirit aliquā dispositionem, & præparationem a parte nostra ad hoc, quod infundat alicui gratiā, siue in eo, cui infundit, ut in adulto, siue in alio adiuuante, secundum quod contingit in paruulo: & ideo gratia non fuit homini concreata; sed dilata fuit quousque homo per actum, & usum rationis quodammodo se disponderet ad illam suscipiendam, ut sic uerificaretur illud Aug. in primo homine. Qui creauit te sine te, non iustificat te sine te. Patet igitur, quod multiplex ordo hoc exigebat, ut homo prius fieret in naturalibus, quā donis gratuitis ornaretur, & concedendæ sunt rationes, quæ hoc ostendunt.

AD ILLUD, quod obiicitur. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem, &c. Dicendū, quod similitudo attenditur ibi in gratiis, gratis datis. Vel dicendū, quod Deus dicit fecisse ho-

minem ad imaginem, & similitudinem, non quia statim cum dedit imaginem, simul etiam dedit similitudinem; sed quia alterum dedit, scilicet imaginem, & ad alterum habilem fecit, uidelicet ad similitudinem, quam postmodum pro loco, & tempore dedit. Vnde quantum est ex ui uerbi, nō potest concludi, quod simul, & semel fuerit in homine imago Dei, & similitudo. Et per hoc patet respōsio ad duas auctoritates sequentes, Eccl. uidelicet, & Damasc. quia sic intelliguntur: nō quia Deus statim, ut hominem cōdidit, uirtute destituerit, & ornauerit; sed quia tunc dispositum fecerit, & non longo post tempore compleuit.

AD ILLUD, quod obiicitur de perfectione ætatis, & cognitionis. Dicendum, quod non est simile, quia perfectio ætatis, & cognitionis non tātum elongatur a perfectione naturæ, sicut perfectio gratiæ. Vnde homo per uim naturæ sibi inditam potest peruenire ad perfectam ætatem, & proficere ad cognitionē; sed nūquam potest per se homo in habitum gratiæ, nisi Deus infundat mera sua benignitate.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod homo erat idoneus, & Deus erat liberalissimus. Dicendum, quod Deus maiorem idoneitatem expectabat, quæ quidem competeret ordini sapientiæ, & bonitatis, & iustitiæ, sicut prius ostensum est: & ideo non statim gratiam dedit; sed distulit, pro eo quod Deus sic operatur liberaliter, ut tamen sua liberalitas non excludat sapientiam, nec iustitiam.

AR.

QVAESTIO I.

An homo tot uirtutes habuerit post lapsum, quot ante lapsum?



CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum quæritur, quantam gratiā primus homo habuerit. Et primo est quæstio de quantitate gratiæ primi hominis quantum ad donorum multitudinem. Secundo quæritur quātum ad donorum magnitudinem.

UTRUM homo habuerit tot uirtutes ante lapsum, quot habuit post lapsum. Et quod sic, ut primo per Damasc. dicentē, quod Deus fecit hominem omni uirtute circumdatū, & omibus bonis ornatū; ergo nō ut, quod aliquis habitus uirtutis, quod sit in nobis, deesset eidē. Item. Ex parte cognitionis: nō. n. cognoscimus plura, quā Adā cognouit, nec plures in nobis habemus scientias: ergo pari ratione ex parte affectionis nō ut, quod plures in nobis habeamus habitus uirtutū, quā habuit primus homo. Item. Cōnexio est in uirtutibus, sicut Sancti dicunt, & suo loco ostendit in Tertio: ergo si Adā habuit aliquā uirtutē, necesse fuit, quod omnes habuerit: ergo tot habuit, quot nos habemus. Item. Aut aliquā uirtutē habemus, quā nō habuit Adā: aut non. Si nō: ergo tot uirtutes habuit, quot nos habemus. Si sic: aut ergo illius uirtutis fuit Adā capax, aut nō. Si nō: ergo ut, quod per peccatū creuerit in nobis boni capacitas, quod absurdū est dicere. Si sic: cum Deus daret gratiam Adā secundum capacitatem suā, uideretur quod omnem uirtutē, quam nō

S. Bon. Lib. 2.

bis confert post lapsum, & ipsi Adā contulerit ante lapsum.

SED CONTRA. Virtus fortitudinis consistit in propeessione terribiliū: sed in Adā in statu innocentiæ nō poterat esse talis propeessione: ergo nec fortitudo. Item. Tēperantia consistit in coercēdis prauis carnis passionibus, & tales nō poterāt reperiri in natura instituta; ergo nec tēperantia. Item. Pn̄tia consistit in detestatione malorū propepetrorū: sed nullo modo cōtin gebat in statu innocentiæ de malis cōmissis dolere: ergo tūc nō poterat esse in hōie uirtus pn̄tiæ. Item. Qui habet donum perseverantiæ, nō cadit a iustitia: sed Adam a iustitia cecidit: ergo perseverantiam non habuit. Hanc autē multi habēt in statu naturæ lapsæ: ergo non omnis uirtus, quæ nūc est, fuit in statu innocentiæ.

RESOLVTIO.

Caruit is uirtutibus, quæ in suo actu imperfectionē claudunt: et quibusdam donis, tūc ei nō necessarijs.

RESP. Dicendū, quod cū sit cōparatio multitudinis donorū gratiæ ad statū naturæ lapsæ, & statū naturæ institutæ, hoc potest intelligi uel de donis gratiæ gratis datæ, uel de donis gratiæ gratū facientis. Si intelligat de donis gratiæ gratis datæ, sic se habent sicut excedētia, & excessa, pro eo quod aliqua dona gratiæ gratis datæ habuit Adā in statu illo, utpote immortalitatē, & impassibilitatē, quæ non habuit aliquis posterorū eius, & aliqua dona gratiæ gratis datæ hnt posteri sui, quod ipse nō habuit, sicut gratiā lanitātū, & operationē uirtutū, & genera linguarum, & cōsimilia. Ratio autē huius diuersitatis uenit ex hoc, quod alia dona

M m m expc

expediebant illi tempori, & alia competunt isti. Si autem loquamur de donis gratiæ gratum facientis, sic quia illa dona connexionem habent quantum ad habitus, & quantum ad actus, qui perfectionis sunt: sic concedendum est, quod in æquali multitudine fuerunt in primo homine, in qua reperiuntur in eius posteritate. Hoc dico quantum ad habitus, & quantum ad actus, qui perfectionis sunt, sicut rationes ad primam partem inducunt ostendunt. Quantum vero ad actus, qui habent imperfectionem annexam, non contingebat virtutes secundum statum illum in Adam ponere.

ET PER hoc patet responsio ad tria obiecta, quorum vnus est de fortitudine, alterum de temperantia, & tertium de poenitentia, quæ omnia procedunt secundum actus habentes imperfectionem aliquam annexam: quæ quidem imperfectio non competit aliis virtutibus secundum omnem statum, sed solum secundum statum præsentis miseriæ. AD ILLVD autem quod obiicitur de perseuerantia. Dicendum, quod perseuerantia vno modo dicitur propositum perseuerandi in bono: & hoc modo est virtus, vel dispositio consequens virtutes inseparabiliter. Alio modo perseuerantia est continuatio in bono vsque ad finem, & sic non dicitur habitum, sed potius dicitur statum, & hunc primus homo non habuit: ex hoc tamen non sequitur, quod aliqua virtute caruerit pro eo tempore, quo in gratia permansit. SI QVIS autem quærat cuiusmodi actus habue-

runt virtutes in primo homine, quæ imperfectionem habent annexam in actibus suis secundum statum naturæ lapsæ. Dicendum, quod actus illi in statu innocentie plurimum conformes erant actibus, quos in primis virtutes sunt habitu rei: cuiusmodi autem sunt isti determinat Magister in Tertio Lib. Dis. 33. & ibi suo loco determinabit.

QVÆSTIO II.

An dona gratuita æque efficacia ad merendum homini fuerint ante & post lapsum?

VTVM dona gratuita fuerint æque magnæ efficaciæ in homine ad merendum ante lapsum, sicut sunt post lapsum. Et quod fuerint maioris efficaciæ tunc, quàm nunc, videtur. Quanto perfectior est cognitio, tanto perfectior est dilectio: & quâto maior est dilectio, tanto opus nostrum est Deo acceptabilius. Prima propositio patet per illud, quod quantum cognoscis, tantum diligis. Si ergo in Adam secundum statum innocentie clarior fuit cognitio, videtur quod charitas ad merendum fuerit efficacior. ITEM. Albius est, quod est nigro impermixtius: ergo magis est meritum, quod minus habet in se de demeritorio: sed omnia merita nostra quodammodo permixta sunt culpæ, secundum illud Esa. 44. Omnes iustitiæ vestre sicut pannus mæstruatae. Si ergo in Adam secundum statum innocentie merita omnino fuissent impermixta culpæ, videtur quod secundum statum illum dona gratuita erant multo maioris efficaciæ. ITEM. Meritum est a gratia, & libero arbitrio. quanto igitur liberum arbitrium magis gratiæ obedit, tanto gratia efficacius in actum

actum suum exit: sed tunc natura magis erat obediens gratiæ, quàm nunc, cum sit corrupta: ergo tunc dona gratuita erant ad merendum efficaciora. ITEM. Amor visibilius, & sollicitatio circa terrena impedit hominem, ne iungatur Deo perfecte: si igitur in statu primo nulla vigeat in homine concupiscentia, vnde quod Deo perfectius, & diuturnius adhaerebat, & ita magis ad merendum dispositus erat.

SED CONTRA. 2. Thi. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit: sed magis impugnatur homo secundum statum naturæ lapsæ, quàm secundum statum naturæ institutæ: ergo si has pugnas vincit, gloriosius triumphat: & si gloriosius triumphat, maiorem meretur coronam: ergo &c. ITEM.

2. Ethic. Cap. 3.

Philosophus dicit, quod ars, & virtus est circa difficilia: ergo si hoc per se verum est, quâto actus virtutis est difficilior, tanto virtuosior: & quanto virtuosior, tanto ad merendum efficacior: si ergo maior est difficultas in perficiendis diuinis mandatis nunc, quàm esset in statu naturæ institutæ, videtur quod maior sit merendi efficacia. ITEM. Si homo stetit, aut Christus non esset incarnatus, aut si esset incarnatus, nunquam esset passus: sed Christus sua passione non sibi meruit, sed nobis: & tamen merita nostra, quæ sacramenta effinaciam habent a passione, & eius fide: si igitur inter omnia quæcunque Deo placere possunt, hoc fuit Deo acceptissimum, quod Christus se obtulit hostiam Deo, & patri, & inde sumunt efficaciam merita nostra, & illam efficaciam non habuissent merita in statu naturæ institutæ: ergo vnde

quod non essent efficaciora. ITEM. Natura non deficit in necessariis, ut dicit Philosophus: sed si hoc est verum in natura creata, multo magis verum est in natura increata: & si diuina prouidentia non deficit bobus, de quibus minus cura est ei: ergo multo minus nec deficit hominibus: sed natura humana magis indiget adiuuari, quàm indigeret ante lapsum: ergo videtur, quod nunc Deus det homini fortius, & efficacius adiutorium: si igitur efficaciam meritum attenditur secundum magnitudinem charitatis, & gratiæ, videtur quod nunc dona gratuita in merendo sint maioris efficaciæ.

RESOLVTIO.

Efficaciora nunc, quàm tunc: quia necessaria hic, quàm ibi.

RESP. Dicendum, quod efficacia meriti principaliter ex tribus venit, videlicet ex difficultate operis, ex promptitudine voluntatis, & ex magnitudine charitatis. Difficultas operis multum facit ad meritum: & adeo facit, ut homo, qui est multo minoris charitatis, quàm angelus, possit mereri, ut perueniat ad sublimitatem angelicam, secundum quod colligitur ex illo, quod dicitur Matth. 11. de Iohanne Baptista. Qui minor est in regno caelorum, maior est eo. Non enim est dubitandum, quin Iohannes sit exaltatus ad ordines excellentium angelorum: & tamen secundum statum vite minoris charitatis erat, quàm aliquis eorum. Promptitudo est voluntatis plurimum facit: sed voluntas propria secundum illud, quod habet, accepta est ad meritum. Quantumcunque enim sit in homine gratia, nisi sit voluntas gratiæ con-

sentanea, nunquā eliciet opera meritoria: & quātomagis voluntas gratiæ subiacer, & cōformat, tanto magis homo in operibus meritoriis exercet. Magnitudo charitatis est principalior interbia, quæ faciunt ad meritū: quia secundū illius quantitatem attēditur remuneratio præmij substantialis. Pondus. n. amoris est, quod dat valorem operibus meritoriis. Si igitur fiat cōparatio efficaciam merendi in donis gratuitis secundū statū post lapsum, & secundū statū ante lapsum, Responderi pōt, q̄ quantum ad primam conditionem, videlicet quantum ad difficultatē efficaciores sunt virtutes nunc, q̄ tūc fuerūt. Nunc. n. magis impugnatur, & impugnādo probatur, & examinatur virtus, quā tunc, sicut patet in sanctis martyribus. Et sic procedunt rōnes ostēdentes dona gratuita ad merendum esse nunc efficaciora. Quantum autē ad secundam cōditionem. i. quantū ad prōptitudinē voluntatis, efficaciores fuissent virtutes in merendo tunc, q̄ nūc, pro eo q̄ voluntas tunc quasi continē fuisset in bonis operibus Deo placentibus sine retardatione: nunc autē siue ex lassitudine, siue ex surreptione frequenter cessat a bonis operibus, & intendit aliquando rebus nociuis, aliquādo inuti.ibus, tū propter difficultatē ad bonū, tum propter pronitatem ad malum. Et quantū ad hanc conditionem procedunt rationes probantes, q̄ dona gratuita in statu nature institutæ fuissent ad merendū efficaciora: Et p̄ hoc patet rōsis ad rōnes ad utranq; partē: procedūt

enim secundum diuersas vias, secundum quas se habēt dona gratuita in merendo, sicut excedentia, & excessa: & reperitur in eis secundum diuersas conditiones maior, & minor efficacia: & sic nulla est inter rationes illas repugnantia. Vtræque enim verum concludunt secundum diuersam viam. Si autem quæratulterius de maioritate efficaciam quantum ad tertiam conditionem: tunc respondendū est, q̄ aut sit comparatio particularis personæ ad particularem personam, aut status ad statum. Si primo modo: dicendum est, q̄ se habent sicut excedentia, & excessa. Satis enim p̄babiliter credi pōt, q̄ aliqui sunt, qui habēt maiorē gratiam aliquibus, qui fuissent in statu innocentiam, si Adam sterisset: alii uero minorem aliquibus: sicut dici consuevit, cum comparatur status legis scriptæ ad statum legis euangelicæ. Si autem comparetur generaliter status ad statum, tunc non uidetur usquequaque certum, in quo statu dominus homini maius munus charitatis, & gratiæ retribuisset, pro eo quod secundum diuersas conditiones reperitur maior, & minor idoneitas in homine suscipiente. Et quod plus est, magnitudo gratiæ distributæ plus attēditur secundū distinctionē distribuētis, q̄ cognitionē nostrā latet. Hæc enim pars probabilior ur̄, & magis auctoritatibus cōsonat, ut dicamus quod Deus maiora munera gratiæ elargitus est homini lapsō, quā dedit homini, si in statu innocentiam permansisset: tum quia homo maiori adiu-

torio

torio gratiæ indiget, tum etiam quia decet Deum de malo maius bonum elicere, quā sit illud bonum, quod adimēdo malum nocet, tum etiam quia mediator, & intercessor pro nobis interpellat, quem decet exaudiri in omnibus pro sua reuerentia. Vnde cum appareat uultui Dei semper ad interpellādū pro nobis, & p̄ nobis in cruce oblatus fuerit, & quotidie offeratur, ualde probabile uidetur, q̄ maius munus gratiæ tribuatur nobis, q̄ si ipse non fuisset incarnatus, uel p̄ nobis oblatus. Et hoc expresse uidetur innui Ioan. 7. cum dicitur, quod spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Vnde cū ascendit in altum, tunc dedit dona hominibus. Ex hac igitur triplici ratione, quarum una est in commendatione misericordiæ, & secunda in commendatione sapientiæ, & tertia in commendatione diuinæ iustitiæ, satis rationabiliter colligitur, q̄ nunc magis sint efficaciam dona gratuita ad merendum, quā in statu innocentiam non solum ratione difficultatis, uerum etiam ratione gratiæ, & charitatis. Quāuis

non absurde dici possit, quod maior efficaciam in merendo erat tunc, quā nunc ratione prōptitudinis uoluntatis.

ET HAC uia procedunt rationes, quæ ad primam partem inducuntur, sicut patet intuenti: aliter enim non cogunt. NAM ad illud, quod primo obiicitur, quod maior erat tunc dilectio: quia maior cognitio. Dicēdum q̄ uerum est de dilectione secundum q̄ se tenet ex parte potentiæ concupiscibilis: sed nō est uerū de dilectione, scđm q̄ se tenet ex parte græ aīam eleuātis. Et si obiiciatur, q̄ utraque cōmēsurat cognitioni. Dicēdū, q̄ illud nō est uerū de oī cognōrione: sed de cognitione experimētali: hæc autē nō magis uiguit in primo parēte, q̄ in uiris sanctis, q̄ fuerūt, & sunt in statu nature lapsæ. AD ILLUD uerō, qđ obiicitur, q̄ meritū erat magis impermixtū in statu innocentiam. Dicēdū, q̄ hoc uenit ex hoc, q̄ uoluntas non est ita prōpta p̄p̄grauitatē carnis cōiunctæ, & p̄p̄nitatē concupiscētiæ contractæ: & rō illa procedit ex parte prōptitudinis uoluntatis, similiter & duæ rationes sequentes.

DISTINCTIO XXX.

Quid sit originale peccatum quod a peccato primorum parentum fuit cauatum.



N superioribus insinuatū est, licet ex parte (non enim perfectē sufficimus exponere) qualiter primus homo deliquerit, & quam pro peccato pœnam subierit: quibus adiiciendum est, peccatum simul ac pœnam per eum transisse in posteros, sicut Apostolus ostendit inquitens, Sicut per unum hominem

M m m 3 pec-

Ad Ro. peccatum in hunc mundum intrauit, ita in omnes homines mors pertransiit.

Vtrum illud peccatum fuerit originale, uel actuale.

Hic primo uidendum est, quod fuit illud peccatum, originale scilicet an actuale: & si de originali intelligatur, consequenter quid sit originale peccatum, & quare dicatur originale: & quomodo pertransierit vel pertransseat in omnes, diligenter inuestigandum est. Quibusdam placuit de peccato actuali Adae illud accipere, asserentibus hoc Apostolum sensisse, cum inferius ait, Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita &c. Evidenter, inquit, etiã ipso nomine exprimit Apostolus peccatum, quod per unum hominem intrauit in mundum, scilicet inobedientiam. Inobedientia uero peccatum actuale est.

Quomodo intrasse in mundum dicunt.

Lib. 1. Hoc autem dicunt intrasse in mundum, non traductio-
q alias ne originis, sed similitudine prauaricationis: omnesque in
de Pec- illo uno peccasse dicunt, quia omnibus ille unus peccandi
catoru exemplum extitit. Hoc male senserunt quidam hereti-
meritis ci, qui dicti sunt Pelagiani: de quibus August. in Libro de
et remif sione cõ baptismo paruulorum commemorat dicens, Sciendum est,
tra Pe inquit, hereticos quosdam, qui nominati sunt Pelagiani, di-
Ligia- xisse peccatum primæ transgressionis in alios homines non
nos. c. 9 propagatione, sed imitatione transisse. Vnde etiam in par-
In to. 7 uulis nolunt credere per baptismum solui originale pecca-
et dener tum, quod in nascentibus nullum esse omnino contendunt.
bis Apo Sed eis dicitur: quia si Apostolus peccatum imitationis,
stoli fer non propagationis intelligi uoluisset, eius principem non
mo. 14 Adam, sed diabolum diceret. De quo in Lib. Sapien. dicitur,
Sap. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Et quia
non uult intelligi hoc esse factum propagatione sed imita-
tione, continuo subiunxit scriptura. Imitantur autem eum,
qui sunt ex parte ipsius. Imitantur quidem Adam, quot
quot per inobedientiam transgrediuntur mandatum Dei.
Sed aliud est quod exemplum est uoluntate peccantibus,
aliud quod origo est cum peccato nascentibus. Non est igi-

tur accipiendum peccatum Adae transisse in omnes imi-
tationis tantum exemplo, sed propagationis & origi-
nis uitio.

Illud esse peccatum originale, quod transit in posteros.

Et est illud peccatum originale, ut aperte Aug. testatur, quod per Adam transiit in omnes, per eius carnem uitia-
tam concupiscentialiter generatos.

Quid sit originale peccatum.

Quod diligenter inuestigandum est, quid sit. De hoc enim Lib. 13
sancti doctores sub obscuritate locuti sunt, atque scholasti- de Trl.
ci doctores variè senserunt. Quidam enim putant origina- c. 16. ubi
le peccatum esse reatum pœnæ pro peccato primi hominis, sine.
idest, debitum vel obnoxietatem, qua obnoxij & addicti su-
mus pœnæ temporali & æternæ pro primi hominis actua-
li peccato: quia pro illo (ut aiunt) omnibus debetur pœnæ
æterna, nisi per gratiam liberentur. Iuxta horum senten-
tiam oportet dici, originale peccatum nec culpam esse, nec
pœnam. Culpam non esse ipsi fatentur: pœna quoque secun-
dum eos esse non potest: quia si debitum pœnæ originale pec-
catum est, cum debitum pœnæ non sit pœna, nec originale
peccatum est pœna. Quod etiam quidam eorum admittunt,
dicentes in scriptura originale peccatum sæpe nominari rea-
tum: & reatū ibi intelligunt, ut dictum est, obnoxietatem
pœnæ: & ea ratione asserunt peccatum originale dici esse
in paruulis: quia paruuli pro illo primo peccato rei sunt
pœnæ: sicut pro peccato iniqui parentis aliquando exulant
filij secundum iustitiam fori.

Autoritates quod originale peccatum sit culpa.

Sed quod originale peccatum culpa sit, pluribus sancto- Exo. 13
rum testimonijs edocetur. Super Exod. ubi dicitur, Primo- Haben-
genitum asini mutabis ore, Gregor. ait, Omnes in peccatis tur hæc
nati sumus, & ex carnis delectatione concepti, culpā origi- uerb. in
nalem nobiscum traximus, unde & uoluntate nostra pec- Gl. sup
catis implicamur. Ecce culpam originalem dixit nos trabe hunc lo-
re, unde constat originale peccatum culpam esse. August. cõ. c. 4.
quoque in Libro de natura & gratia de hoc eodem sic ait, Tom. 7.
Omnes (ut ait Apostolus) peccauerunt, utique vel in seip- Rom. 3
hypo Lib. 2.
sis.

gnostis, uel in Adam, quia sine peccato non sunt, uel quod originaliter contraxerunt, uel quod malis moribus addiderunt. Peccatum. n. primi hominis, non solum ipsum, sed omne necauit genus humanum: quia ex eo damnationem simul & culpam suscepimus. Idem super Psal. 50. Quod de corpore mortuo seminatur, cum uinculo peccati originalis nascitur & mortis. Ideo igitur se in iniquitatibus conceptum dicit David, quia in omnibus trahitur iniquitas ex Adam, et uinculum mortis. Nemo enim nascitur nisi trabens pœnam, & meritum pœnæ. Meritum autem pœnæ peccatum est. Omnis ergo, qui nascitur per carnis concupiscentiam, peccatum trahit. Peccatum itaque originale culpa est, quam omnes concupiscentialiter concepti trahunt. Vnde in Eccle. dogmatibus scriptum est. Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum uiri & mulieris concipitur, cum originali peccato nasci impietati subditum, mortique subiectum, & ob hoc natura iræ nasci filium, a qua nullus liberatur, nisi per fidem mediatoris Dei & hominum. His & alijs authoritatibus euidenter ostenditur, peccatum originale culpam esse, & in omnibus concupiscentialiter genitis trahi a parentibus.

Quid sit, quod dicitur peccatum originale.

Nunc superest uidere quid sit ipsum originale peccatum: quod cum non sit actuale, non est actus siue motus animæ uel corporis. Si enim actus est animæ uel corporis, actualiter utique peccatum est: sed actuale non est, non est ergo actus uel motus. Quid ergo originale peccatum dicitur? Fomes peccati, scilicet concupiscentia uel concupiscibilitas: quæ dicitur lex membrorum, siue languor naturæ, siue tyrannus qui est in membris nostris, siue lex carnis. Vnde Augustin. in Lib. de Baptismo paruulorum. Est in nobis concupiscentia, quæ non est permittenda regnare. Sunt & eius desideria, quæ sunt actualia concupiscentiæ, quæ sunt arma diaboli, quæ ueniunt ex languore naturæ. Languor autem iste tyrannus est, qui mouet mala desideria. Si ergo uis esse uictor tyranni: atque inermem inimicum inuenire, non obedias concupiscentiæ malæ. His uerbis satis

osten-

ostenditur fomitem peccati esse concupiscentiam.

Quod nomine concupiscentiæ intelligitur fomes peccati, & quid dicitur fomes.

Nomine autem concupiscentiæ non actum concupiscentiæ, sed vitium primum significauit, cum eam dixit legem carnis. Vnde idem in tractatu de uerbis Apostoli ait, Semper pugna est in corpore mortis huius: quia ipsa concupiscentia, cum qua nati sumus, finire non potest, quandiu uiuimus: quotidie minui potest, finire non potest. Quæ autem est concupiscentia, cum qua nati sumus? Vitium utique est, quod paruulum habilem concupiscere facit, adultum etiam concupiscentem reddit. Sicut enim in oculo cæci in nocte vitium cæcitatatis est, sed non apparet, nec discernetur inter uidentem & cæcum, nisi luce ueniēte: sic in puero vitium esse non apparet, donec ætatis prouectioris tempus occurrat. Ex his datur intelligi, quid sit originale peccatum, scilicet vitium concupiscentiæ, quod in omnes concupiscentialiter natos per Adam intrauit, eosque uitiauit. Vnde Augu. in Lib. de baptismo paruulorum, Adam præter imitationis exemplum occulta etiam tabe carnalis concupiscentiæ suæ tabificauit in se omnes de sua stirpe uenturos. Vnde Apostolus rectè ait, In quo omnes peccauerunt. Circumspectè & sine ambiguitate dicit hoc Apostolus. Siue enim intelligatur, in quo homine, siue in quo peccato, sanum est. In Adam enim omnes peccauerunt, ut in materia, non solum eius exemplo, ut dicunt Pelagiani. Omnes enim ille unus homo fuerant, id est, in eo materialiter erant. Manifestum est itaque omnes in Adam peccasse, quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus, quos genuit, omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur sicut cuncti constituti sunt peccatores, ita & in illo uno peccato, quod intrauit in mundum, rectè omnes dicuntur peccasse: quia sicut ab illo uno homine, sic ab eodem uno peccato immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum absoluantur. Alia ergo sunt propria peccata, in quibus tantum peccat, quorum peccata sunt. Aliud hoc unum, in quo omnes peccauerunt, id est, ex quo omnes peccatores constituti sunt.

Quid

Quid sit peccatum, in quo omnes peccauerunt.

Hoc est originale peccatū, quo peccatores nascuntur oēs concupiscentialiter geniti: quod ex Adā sine ex eius inobediētia emanauit, & in posteros demigravit. Vnde Apostolus cōsequenter per inobedientiam vnius hoīs multos dicit cōstitutos esse peccatores, quæ est actuale peccatū. Cū autē dixerit per vnū hominem peccatum intrasse in mundū, & in eo oēs peccasse, de originale dictum esse oportet accipi. Ex quo sensu dictum est, Per inobedientiam unius multi sunt constituti peccatores.

Quod ergo ait, Per inobediētiā vnius multi constituti sunt peccatores: eo sensu dictum esse intelligendum est: quia ex inobediētia Adæ, scilicet ex peccato actuali Adæ processit originale peccatum, quo omnes peccatores nascuntur: ut & in illo esset, & in omnes transfiret.

Quod peccatum originale in Adam fuit, & in nobis est. Vnde Aug. Iuliano heretico nullum peccatum in paruulis esse contendenti respondens, aperte asserit, peccatum originale ex uoluntate Adæ processisse, ac per eius inobediētiā in mundum intrasse. Quærit enim Iulianus, per quid peccatum inuenitur in paruulo, ita inquit, Non peccat iste qui nascitur, non peccat ille qui genuit, nō peccat ille qui cōdidit. Per quas igitur rimas inter tot præsidia innocentie, peccatū fingis ingressum? Et respondet sancta pagina. Per vnū hominē peccatū intrauit in mundum: per vnus inobediētiā, ait Apostolus. Quid quærit amplius, quid quærit apertius. Item inquit Iulianus, Si per hominem peccatum intrauit in mundum, peccatū uel ex uoluntate est, uel ex natura est. Si ex uoluntate est, mala uolūtas est, quæ peccatū facit: si autē ex natura est, mala est natura. Cui respondeo, Ex uoluntate peccatum est. Quærit forte, Vtrum originale peccatum ex uoluntate sit. Respondeo prorsus & originale peccatum ex uoluntate esse: quia hoc ex uoluntate primi hominis seminatum est, ut in illo esset, & in omnes transfiret.

Obiectio quorundam contra id, quod supra dictum est, omnes in Adam fuisse homines.

Ad hoc autē, quod diximus in Adam fuisse omnes homi-

nes quidam uerborum sectatores sic obijciunt, dicentes. Nō omnis caro, quæ ab Adam traducta est, in eo simul existere potuit: quia multo maioris quantitatis est, quàm fuerit corpus Adæ. In quo nec tot etiam atomi fuerunt, quot ab eo homines descenderunt. Quocirca uerum non esse asserunt, substantiam uniuscuiusque in primo fuisse parente.

Responso.

Quibus responderi potest, quod materialiter atque causaliter, non formaliter dicitur fuisse in primo homine omne, quod in humanis corporibus naturaliter est, descenditque a primo parente lege propagationis, & in se auctum et multiplicatum est, nulla exteriori substantia in id transeunte, & ipsum in futuro resurget. Fomentum quidem habet a cibus; sed non conuertuntur cibi in humanam substantiam, quæ, sicut per propagationem descendit ab Adam. Transmisit enim Adam modicum quid de substantia sua in corpora filiorū, quando eos procreauit, id est, aliquid modicum de massa substantiæ eius diuisum est, & inde formatum corpus filij, suique multiplicatione sine rei extrinsecæ adiectione auctum est: & de illo ita augmentato aliquid inde separatur, unde formantur posteriorum corpora: & ita progreditur procreationis ordo lege propagationis, usque ad finem humani generis. Itaque diligenter ac perspicue intelligentibus patet, omnes secundum corpora in Adam fuisse per seminalem rationem, & ex eo descendisse propagationis lege. Auctoritate, & ratione probatur, nihil extrinsecum conuerti in humanam substantiam, quæ ab Adam est.

Quod uero nihil extrinsecum in humani corporis naturā transeat, ueritas in euangelio significat dicens, Omne quod intrat in os, in uentrem uadit, & in secessum emittitur. Quod etiam ratione ostendi potest hoc modo, Puer, qui statim post ortum moritur, in illa statura resurget, quā habiturus erat, si uiueret usque ad etatem triginta annorum, nullo uitio corporis impeditus. Vnde ergo illa substantia, quæ adeo parua fuit mortua, in resurrectione tam magna erit, nisi sui in se multiplicatione? Vnde apparet, quod etiam si ueretur, non aliunde, sed in se augmentaretur illa substantia:

sicut

In li. 2.

ad Va-

deriū de

nuptijs

& cōcū-

piscen-

tiac. 28

Tom. 7.

Quæ-

Iul.

ibidem.

Respon-

Augus-

tim.

Respon-

Augus-

tim.

Augus-

tim.

Augus-

tim.

Augus-

tim.

Augus-

tim.

Augus-

tim.

Quomo-

do per

propa-

gationē

descēdit

Magia-

ster hic

non ap-

probat

Matth.

15.

15.

15.

15.

15.

15.

15.

15.

15.

15.

15.

15.

15.

15.

15.

15.

15.

sicut costa, de qua facta est mulier, & sicut panes euangelici. Non inficiamur tamen, quin cibi & humores in carnem & sanguinem transeant: sed non in ueritate humane nature, quæ a primis descendit parentibus, quæ sola in resurrectione erit: reliqua uero caro, in quam cibi transeunt, tanquam superflua in resurrectione deponetur: quæ tamen ciborum aliarumque rerum fomentis coalescit.



ARS ista, in qua Magister determinat de hominis lapsu, diuisa fuit in tres partes secundum triplicem differentiam corruptionis peccati: in quarum una persona corrumpit naturam, in altera uero natura personam, in tertia uero persona corrumpit seipsam. Et prima quidem consistit in peccato primi parentis, secunda in peccato originali, & tertia in peccato actuali. Prima igitur parte determinata, aggredditur hic Magister partem secundam. Diuiditur autem pars ista in partes quatuor. In quarum prima determinat, quid sit originale peccatum. In secunda uero qualiter traducatur, infra Dist. 31. *Nunc superest inuestigare, &c.* In tertia uero, qualiter deleatur, infra Dist. 32. *Quoniam supradictum est peccatum originale, &c.* In quarta uero determinat, utrum peccatum originale multiplicetur, & intendatur per peccata parentum primorum, infra Dist. 33. *Predictis adijciendum est, &c.* Prima pars quæ continet presentem Distinct. diuiditur in tres partes. In prima ponit partem proœmialem. In secunda determinat propositum principale. ibi. *Hic primo uidentum est, &c.* In tertia determinat quandam incidentem dubi-

tationem de ueritate humane nature ibi. *Ad hoc autem, quod diximus, &c.* Prima, & tertia parte remanente indiuisa, media pars diuiditur in tres. In prima inquirit, utrum peccatum primorum parentum sit originale, uel actuale. In secunda supposito quod sit originale, inquirit, utrum sit poena, uel culpa, ibi. *Quod diligenter inuestigandum est, &c.* In tertia inquirit, utrum sit concupiscentia, uel alia culpa, ibi. *Nunc superest uidere, &c.* Harum autem partium subdiuisiones in litera planæ sunt.

Nunc superest uidere quid, &c. Dub. 1. Circa istam literam notandum: quod cum Magister nomen peccatum originale octo nominibus, scilicet originale peccatum, legem carnis, concupiscentiam, fomitem, concupiscentiam, legem membrorum, languorem nature, tyrannum, quomodo distinguatur illa nomina? Dicendum, quod originale peccatum habet comparari ad id, a quo est: & sic dicitur originale peccatum: quia est ab origine: dicitur etiam lex carnis: quia contrahitur mediante carne. Habet etiam comparari ad illud, ad quod est, siue ad quod inclinatur, & hoc uel in dispositione remota, & sic dicitur

dicitur concupiscentia: uel in dispositione propinquiori, & sic dicitur fomes: uel etiã in dispositione proxima, & sic dicitur concupiscentia. Habet etiã comparari ad illud, per quod inclinatur, & sic dicitur lex membrorum. Habet etiam comparari ad illud, contra quod. Et hoc dupliciter, uel in quantum difficile reddit ad bonum, & sic dicitur languor nature: uel in quantum predominatur uoluntati, ut curuat eam in malum, & sic dicitur tyrannus. Et patet, quod secundum diuersas comparationes diuersis nominatur nominibus.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An corruptio humane nature insit à sui conditione, uel ex prima transgressionem?



DI intelligentiam huius partis secundum tria, quæ determinat Magister in litera, incidit hic quæstio circa tria. Primo nanque queritur de originalis peccati entitate. Secundo de quidditate. Tertio, & ultimo de ueritate humane nature. Quatum ad primum articulum queruntur duo. Primo queritur, utrum corruptio quæ est in natura humana, insit ei ex primo ortu sue conditionis, uel ex merito primæ transgressionis. Secundo, dato quod merito transgressionis, est quæstio, utrum propter peccatum Adæ humana natura sit corrupta penaler tantum, an etiam poenaliter, & culpabiliter.

UTRUM corruptio, quam uidemus in humana natura

insit ei ex sue conditionis primordio, an ex peccati merito. Et quod non insit ex sue conditionis primordio, sed ex peccati merito; uidetur tam ex ordine diuine iustitiæ, quæ ex ordine diuine sapientiæ, quam etiam ex ordine bonitatis. Differt enim triplex ordo increaturis, quia per iustitiam fit ordinatio remunerationum, & meritum, per sapientiam uero ordinatio partium ad seinuicem, per bonitatem uero ordinatio rerum in suum finem. EX PARTE diuine iustitiæ arguitur sic. Nullus affligitur poena nisi præcedat culpa: sed passio inuoluntaria in rationali creatura est poena: talis autem passio non fuit in homine, antequam præcessit in culpa: igitur talis corruptio non fuit in humana natura a primordio sue conditionis, sed ex merito transgressionis. ITEM. A summa æquitate iustitiæ nulla procedit curuitas, uel obliquitas: sed humana natura non solum corrupta est corruptione poenalitatis, uerum etiam corruptione carnis, quæ est corruptio culpabilis: quia uidemus homines ex corruptione sibi indita inclinari ad malum: ergo nunquam a diuina iustitia processit, quod humana natura sit corrupta in sui primordio: ergo si corrupta est, hoc solum est peccati merito. EX ORDINE autem sapientiæ arguitur sic. Vbicunque est summa sapientia, ibi est summa pulchritudo, sicut exponit Aug. in litera. Lib. 6. de Tri. ibi. *Quare species appropriatur filio: sed a summa pulchritudine nihil procedit foedum, aut turpe, nihil quod ronalẽ offendas*

fendat aspectum: sed in homine ratione utente; sunt aliquę passionē connaturales, de quibus rationabiliter erubescit: ergo passio talis nunquam fuit in homine a sua prima origine, & fuit sic, uel merito trāsgressionis: ergo &c. **ITEM.** Vbicunque intelligitur summa sapiētia, intelligitur summa ueritas & summa æqualitas: sed a sūma æqualitate nulla debet procedere improportio nabilitas: sed duratio, & conseruatio corporis secundum statum presentis miserię est improportio nabilis animę, quę est eius forma; quia hoc est temporale, illud perpetuum: ergo nūquam humana natura sic pducta fuit in sui primordio a summa sapiētia: ergo uidetur, quod in hoc cecidit ex propria culpa. **EX ORDINAE** diuinę bonitatis arguitur sic. A summa bonitate nihil procedit, quod sit magis propinquum ad malum, quam ad bonum, cum uniuersa propter semetipsum summa bonitas operetur; sed sensus, & cogitationes hominum prona sunt ad malū ab adolescentia sua, secundum quod dicit sacra scriptura: ergo in illa corruptione, in qua est, non fuit humana natura a summa bonitate pducta. **ITEM.** Nihil quod procedit a summa bonitate, est dignum maledictione: sed multę sunt in nobis passionē dignę maledictione, propter quas tam Iob, quam Hieremias maledixit diei suę, in qua natus est, & in lege maledicebatur steriles mulieres: ergo non uidetur, quod humana natura in ea corruptione, in qua nunc est, creata sit a summa bonitate,

Gen. 8.

Iob. 3.

Ier. 2.

Exo. 23

Deu. 7.

uidetur igitur, quod in hęc corruptionem, & statū deuenit merito culpę, cum hoc sit cōtra ordinem bonitatis, sapiētię, & iustitię, contra quem ordinem inconueniens est Deum aliquid facere.

SED CONTRA. Primo ostenditur, quod hoc non repugnet ordini diuinę iustitię: quia non est maioris innocentię homo, quā sit ouis, uel agnus; sed ouis mortalis, & passibilis pducta est a Deo, ita q̄ in nullo ex hoc derogat diuinę iustitię: ergo pari ratione uidetur: quod si talē produxisset hominē, qualis nūc est, non uidetur in aliquo derogari eidem. **ITEM.** Quod non repugnet ordini sapiētię uidetur. Secundum idem exemplar, secundum quod Deus produxit hominem de terra, produxit etiam alia animantia, & corpora mixta: sed hoc nō repugnat pulchritudini diuini exemplaris, quod ex quatuor elementis composita sunt corruptibilia, immo hoc facit ad ordinem uniuersi, sicut in pluribus locis ostendit Aug. ergo non uidetur esse contra ordinem sapiētię, si Deus easdem proprietates passibilitates a natura indidit hominibus, quas et dedit aliis animalibus. **ITEM.** Quod non sit contra ordinem bonitatis diuinę, uidetur. Ad summam enim bonitatē spectat dare unicuique inclinationem competētem suę naturę; sed sicut anima rationalis delectari habet in bono simpliciter, ita & sensibilis in bono ut nunc: & sicut terra habet quiescere deorsum, ita & ignis sursum: si igitur Deus omnibus dedit proprias inclinationes,

igitur a primaria hominis constitutione erat diuersitas appetituum in sensibili, & rationali: erat nihilominus appetitus diuersus in elementis, corpus cōstituentibus. Si igitur diuersitas primę inclinationis facit rebellionē, & diuersitas secundę inclinationis inducit tētationem, uidetur quod si homo hoc modo conditus esset, in nullo derogaretur ordini bonitatis diuinę. **ITEM.** Quod talis fuerit homo conditus, uidetur posse persuaderi ex ratione sumpta secundū principia naturalis philosophię. Cum enim homo sit minor mundus, propter quem omnia facta sunt, debet habere naturalē conformitatem ad mundum maiorem q̄ propter ipsum factus est a sua primaria conditione: sed ita uidemus in maiori mundo, quod inferiores orbēs contrariō motu mouētur orbi superiori, secundum quod dicunt philosophi naturales: ergo pari ratione uidetur, quod in homine per naturam portio sensitiua moueatur contra iudicium rationalis: sed hęc corruptio, q̄ in nobis est, est maxime inordinata: si igitur hęc est a prima conditione, uidetur quod omnis alia. **ITEM.** Hoc uidetur alia ratione sumpta per principia moralis philosophię: dicit enim Philosophus quod uirtus est difficillimorum operatiua, nec est aliqua uirtutis laus, ubi nulla est difficultas: si ergo homo fuit conditus ad uirtutem dispositus, uidetur qđ a sua prima conditione habuit difficultatem faciēdi bonum, & uitandi malum: & in tali fuisset dispositus, quod omnis uirtus

Orbis superior ab oriente mouetur in sensum contra.

2. Eth. 4. 3.

habere posset in eo suum usum: ergo uidetur creatus fuisse cum huiusmodi corruptionibus. **ITEM.** Hoc uidetur ratione sumpta secundum principia theologię: dicit enim per scripturam Spiritu san. quod uia perueniendi ad gloriam, & sublimitatem est per ignominiam, & humilitatē. uia perueniendi ad coronā est per tētationem, & pugnam: uia perueniendi ad quietem, & tranquillitatem est per labores, & tribulationes; si igitur homo debuit sic fieri, quod esset dispositus peruenire ad gloriam, & uictoriam, & pacem perfectam, uidetur quod humana natura in penalitatibus, & corruptionibus, in quibus nunc est, a suę conditionis primordio fuerit constituta.

RESOLVTIO.

Quid obloquuntur philosophi de merito primę trāsgressionis presentibus agitamus.

RESP. Dicendum, quod absque dubio natura humana in has tētationes deiecta est merito primę preuaricationis, non instituta a primordio suę conditionis: hoc enim ueritas fidei predicat, sacre scripturę auctoritas confirmat, rationis p̄bilitas manifestat. Fides hoc clamat, & dicit filiū Dei passum esse, ut nos a morte eriperet, in quam nos induxerat primus parens. Sacre scripturę auctoritas confirmat; quia dicitur Gen. 2. qualiter homo per culpam inobediētię pōenam mortalitatis incurrerit. Ratio autem hoc manifestat, sicut prius in opponendo monstratū est, tam ex ordine, qui respicit sapientiam.

sapientiam, quā etiam ex ordine, qui respicit bonitatem summam. Attendendum est tamen, quod ratio in inquirendo dupliciter potest procedere, aut prout est adiuta radio fidei, & sic procedit aspiciendo ad causas superiores, aut prout iudicio proprio relicta est, & sic procedit respiciendo ad naturas & causas inferiores: acquirit enim scientiam per viam sensus, & experientiae. Primo modo ratiocinatur doctores catholici, & fideles circa ea, quae sunt fidei, & secundum hunc modum ratiocinandi multum est hoc consonum rationi quod Deus in tanta miseria, & calamitate, in qua nunc est, hominem a principio non fecerit: immo dicere contrarium magnae impietatis videtur esse peccatae, & sanae menti. Secundo modo ratiocinandi praecesserunt philosophi, qui non aspexerunt in hominis conditione suum principalem auctorem: sed aspexerunt principia componentia, & operationes, quas habet per uirtutem naturae: secundum hunc modum ratio potius discordat ueritati catholicae, quam concordet. Et haec est ratio, quare philosophi, qui fuerunt tantae ueritatis indagatores, non peruenerunt ad lapsus humani conditionem: quae eis uidebatur esse ualde rationale hominem sic fuisse conditum, cum tamen catholicis doctoribus non solum fide: sed et rationum euidentia certitudinaliter eius contrarium appareat esse uerum. Vnde & rationes, quae hoc ostendunt, sunt concedendae,

AD ILLVD ergo, quod pri-

mo obiicitur, quod Deus fecit passibilem ouem, quae tamen non peccauit. Dicendum, quod non est simile de homine, & de oue: homo enim, qui rationis particeps est, capax est beatitudinis, & iustitiae, & per oppositum culpe, & miseriae. Vnde sicut in homine obliquari culpa est: sic & pati poena est: in oue autem neutrum contingit reperiri: ideo passibilitas ouis nihil facit ad ordinem, nec contra ordinem diuinae iustitiae, cuius est considerare meritum exigentiam: non sic autem est de passione in natura humana. AD ILLVD, quod obiicitur, quod secundum idem exemplar alia genera animalium facta sunt corruptibilia. Dicendum, quod non est simile, pro eo quod alia animalia ab homine non habent formam completiuam incorruptibilem, in solo autem homine anima est immortalis per naturam, sicut ostensum fuit supra: ideo mortalitas in aliis animalibus non ponit aliquam improportionem perfectibilis ad suam perfectionem, sicut ponit in homine: ac per hoc nec ita repugnat mortalitas in aliis animalibus ordini, quem sapientia Dei seruat in rerum conditione, sicut mortalitas reperta in homine. AD ILLVD, quod obiicitur, quod summam bonitatis est dare unicuique inclinationem suam. Dicendum, quod hoc uerum est, saluo ordine: qui attenditur inter res, secundum quod comparantur adinuicem: quoniam bonitas non praedicit sapientiae: sed quia secundum ordinem naturae corpus debet esse subiectum animae, & sensualitas subiecta

debet

debet esse rationi, sic debuit Deus dare inclinationem tantum corpori hominis, quam sensualitati carnis, quod in nullo praediceret rectitudini rationis: & hinc est, quod & si sensualitas bonum, ut nunc, appeteret: nulla tamen erat rebellio in primo homine, quia tantum appetebat, si cut ratio dictabat: nunc autem est rebellio: quia praeter iudicium rationis frequenter appetit: & propter hoc brutales effecti sumus, & iumentis insipientibus comparati: cum tamen homo in primordio conditus fuerit in honore, & dignitate rationis. ET PER hoc manifesta est responsio ad sequens obiectum, quod obiicit de diuersitate motuum orbium caelestium: quia & si videatur ibi esse contrarietas; non tamen est ibi contrarietas, immo ordinatio recta, pro eo quod sphaera superior mouet semper inferiorem, & nunquam inferior superiorem: nunc autem in nobis non est sic, pro eo, quod uidemus aliam legem in membris nostris repugnantem legi mentis nostrae, & captiuantem nos in seruitute peccati. AD ILLVD, quod obiicit, quod uirtus est difficillimorum operatiua. Dicendum, quod quaedam est difficultas, quae uenit ex genere operis, quaedam uero, quae uenit ex defectu operantis. Prima difficultas est de essentia uirtutis: uirtus enim in quantum uirtus circa magna consistit, & ardua: haec autem difficultas in primo homine fuit sic. Homo enim ita perfecte Deo obediisset; & ita perfecte Deo adhaesisset, sicut perfectio uirtutis obedientiae, & amicitiae hoc

S. Bon. Lib. 2.

requirit, & sic de aliis uirtutibus. Est & alia difficultas, quae uenit ex defectu operantis: & ista quidem non est de essentia uirtutis; immo accidit uirtuti, secundum quod uirtus est: & ideo ad hoc, quod homo esset uirtuosus, non oportuit hanc difficultatem reperiri in homine in primordio. Et quod illud sit uerum, hoc planum est: quanto enim aliquis magis proficit in uirtute, tanto magis operatur cum minori difficultate ex parte sua: si igitur haec difficultas esset de uirtutis essentia, secundum quod homo proficeret, minueretur in eo uirtutis excellentia, quod falsum nemo esse dubitat. AD ILLVD autem, quod obiicitur de uia perueniendi ad salutem secundum scripturam instructionem. Dicendum, quod scriptura sacra tradita est homini lapsio, & documenta tradit, per quae perducatur ad patriam, secundum quod competit statui praeterea: immo ex his non potest argui, quod talis debuerit homo fieri, ut per hanc uiam deueniret: tales enim uiae sunt ualde asperae. Si autem homo non peccasset, non cum asperitate, sed cum omni lenitate peruenisset ad suum finem. Et est simile; quia sanitas conseruat per bona cibaria, & suauia; sed non recuperatur, nisi per potiones amaras.

QVAESTIO II.

An natura humana demerito primae transgressionis uel demerito penaltiter, sed etiam culpabiliter corrupta fuerit.

VERVM merito primae transgressionis humana natura fuerit corrupta penaltiter tantum, an etiam culpabiliter. Et quod culpabiliter corrupta sit, uidetur Rom. 5. Sicut per unum homi-

N n n n n n

nein peccatum intravit in mundum, & peccatū mors: ita & in oēs homines mors pertransit, in quo omnes peccauerūt. Ex isto uerbo colligitur, quod omnes in Adam fuerunt infecti, & peccatores constituti. **SI FORTE** dicas (sicut dicunt Pelagiani) quod pertransit per imitationem. **Cōtra.** Ephe. 2. Eramus natura filii iræ, sicut & cæteri: sed nemo est filius iræ, nisi per culpam: si ergo per naturam omnes eramus filii iræ, omnes per naturam cōtrahimus culpam: ergo in cæteris natura humana culpabiliter est infecta. **ITEM.** Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto &c. sed nullus a premio æterno excluditur, nisi pro peccato: si igitur omnes nō baptizati excluduntur, siue sint parui, siue adulti: ergo omnes ex quo nati iunt, habent culpā; sed non culpam, quam fecerūt, cum huic sententiæ subiaceant ante usum rationis, sicut patet in paruulis incircuncisis. Gene. 17. igitur hæc est culpa, que per naturalem generationem reperitur in quolibet: ergo &c. **ITEM.** Si tota natura esset in una persona, corrupta illa persona quantum ad esse, necesse est totam naturam corrūpi quantum ad esse: ergo pari ratione si corrumpetur quantum ad bene esse, corrūperetur tota natura quantum ad bene esse: sicut enim sequitur, si Adam moritur, homo moritur: sic sequitur, quod si Adam peccat, homo peccat: cum igitur tota natura esset in Adam, quando peccauit, uidet quod tota in eo peccauerit natura, ac per hoc tota in omnibus,

& singulis culpabiliter infecta fuerit. **ITEM.** Venenato fonte, per consequens uenenantur & riuuli, a fonte procedentes: si igitur omnes homines processerūt ab Adam, sicut rami a radice, & riuuli a fonte, & ipse corruptus fuit morbo concupiscentiæ, qui fuit in eo culpa, uidetur quod & ceteros corruptit eodem corruptionis genere, & ita culpabiliter. **ITEM.** Sicut se habet innocēs respectu innocentis generandi, sic peccator respectu peccatoris: sed si Adā stetit in sua innocentia, omnes filios genuisset innocentes: ergo tota humana natura esset innocēs, & pura quantum esset ex ipso: hoc satis planum est: ergo pari ratione cum peccauit, totam humanam naturam constituit peccatricem, ita quod oēs filios gigneret peccatores. **ITEM.** Quia Adā peccauit, factus est mortalis: & quia mortalis est, necesse fuit, quod generaret omnes filios mortales: sed sicut se habet effectus ad effectū, ita se habet causa ad causam: si igitur causa mortalitatis fuit culpa, & mortalitas personæ Adæ totam naturam humanam fecit mortalem, & totam corruptit pœnaliter, pari ratione uidetur, quod culpa Adæ totam naturam humanam infecit culpabiliter, & omnes ex illo exeuntes corrūperit culpabiliter: si igitur culpa, quæ omnibus inest per naturam, est culpa originalis, colligitur ex omnibus his rationibus, quod sit ponere culpam originalem.

SED CONTRA. Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater &c. si igitur hæc lex diuina est, secundum diuinam legem

legem quilibet peccat sibi, & nō alii, iuxta illud Prouer. 9. Si sapiens eris, tibi meripsum eris: si autem illusor, solus portabis malum: igitur nō uidetur, quod ex peccato patris filius habet infici culpabiliter. **ITEM.** Tam in nouo, quam in ueteri testamento nuptiæ cōcessæ sunt tanquam bonæ, & licitæ: sed ad nullum bonum necessario cōsequitur malum: sed ad nuptias necessario sequeretur malum, si proles culpā contraheret a sua origine: ergo uel nuptiæ sunt malæ, & illicitæ, quod est contra sacrā scripturam, & si dem Christianam, uel nō est ponere peccatū originale. **ITEM.** Corrupta re transmūtabili, & minus nobili, non propter hoc corrumpitur, quod est intransmūtabile, & maius nobile: sed persona hominis est transmūtabilis, & minus nobilis, quam natura: tota enim natura speciei perpetua est, & magis nobilis, quam una persona singularis: ergo impossibile fuit eam a persona Adæ totaliter, et per culpam infici. **ITEM.** In malis generaliter est uerum, quod malum habitum præcedit malus actus, quāuis e contrario sit in bonis: ergo habitualis corruptio naturæ oritur ex actuali culpa ipsius naturæ: sed natura, quantum est de se, semper est recta, & non peccat; quia peccare proprie est uoluntatis: ergo non uidetur quod tota natura infecta fuerit, uel et potuerit infici. **ITEM.** Nullum naturale est culpabile, pro eo quod naturalibus nec laudamur, nec uituperamur: sed originalis corruptio est naturalis, cum sit eadem apud omnes: ergo uidetur, quod ista duo sint

incōpossibilia, quod aliqua corruptio sit culpabilis, & quod sit originalis: ergo non uidetur, quod natura tota a persona potuerit culpabiliter infici. **ITEM.** Nullum necessarium est uoluntarium: sed corruptio originalis est necessaria: ergo non est uoluntaria: sed omnis culpa est affectio uoluntaria, secundum quod dicit Aug. in Lib. de libero ar. ergo impossibile est originalem corruptionem esse per culpam: redigit igitur idem quod prius, quod nulla culpa sit a natura, & quod natura humana in Adam non fuerit infecta culpabiliter.

RESOLVTIO.

Diutina priuatio uisionis Dei: subita rationis erubescencia: et quotidiana immo et continua pugna carnis ac spiritus ad modum nos nedum pœnaliter, sed & culpabiliter primæ transgressionis demerito infectos esse, demonstrant.

RESP. Dicendum, quod absque duobus tota massa. hoc est natura humana in omnibus hominibus seminaliter ab Adam descendens corrupta est, non solum pœnaliter, sed etiam culpabiliter: hoc enim manifestat uisionis Dei carentia, rationalis erubescencia, concupiscentiæ prædominantia. Carentia uisionis Dei hoc manifestat: quia nullus debet æterno bono, ad quod factus est, priuari, nisi in se habeat aliquid, per quod indignus sit diuino aspectui præsentari: tale autem non est nisi culpa: si igitur omnes, quotquot sunt, uisionis Dei priuatur, nisi per baptismum fluminis, uel fluminis renascantur, planum est, quod omnes quotquot sunt, cōtrahunt ex sua

origine culpam. Erubescencia etiam rationis hoc manifestat: nullus enim rationabiliter erubescit de his passionibus, quas habet a natura, nisi insint ei per aliquam culpam: sed omnino homo naturaliter erubescit ex genitalium membrorum motu. Ex hoc igitur colligitur, & manifestatur, quod quilibet in se ipso non tantum poenaliter, sed etiam uituperabiliter, & culpabiliter est corruptus quantum est de sua origine. Prædominantia concupiscentiæ hoc euidentissimè manifestat: certum enim est, quod tunc anima hominis est ordinata, quando spiritus est sub Deo, & caro, & uirtutes animales sunt sub spiritu, & sequuntur eius imperium: ab oppositis igitur tunc anima hominis est peruersa, quando caro, & uirtutes animales præsumunt spiritui rationali. Et hoc quidem uerum est de plano, non tantummodo secundum fidem uerumetiam secundum philosophiam. Sed in homine uigor concupiscentiæ, & lex membrorum, quam unusquisque habet a natiuitate, captiuat spiritum, & ei prædominatur. Ex hoc igitur clarum, & apertum est, quod anima cuiuslibet hominis a natiuitate peruersa est, & inordinata: sed sicut ordinatio in homine, & restitudo iustitiæ est, sic peruersitas, & inordinatio culpa est: si igitur natura cuiuslibet hominis per legem concupiscentiæ peruersa est a sua origine, in quolibet homine indubitatè prænotandum est esse peccatum originale, quantum est de sua prima natiuitate: & de hoc

nemo dubitat, nisi quod nescit quantum sit uigor concupiscentiæ, & qualiter spiritus rationalis Deo debet subesse. Constat enim, quod non subest spiritus noster perfecte Deo, nisi diligat ipsum super omnia, & propter se. Planum est etiam, quod nullus in statu naturæ corruptæ Deum diligit super omnia, & propter se sine dono gratiæ, imo necessario uincitur a uigore concupiscentiæ, ut magis amet se, uel aliquod bonum apparens. Planum est igitur, quod anima cuiuslibet hominis in sua natiuitate peccatrix est, cum subuersa, & inordinata sit, sicut ostensum est. Et ideo dicit Apostolus Rom. 7. in persona hominis lapsi. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati. Et exclamat, Infelix ego homo, quis me liberabit a corpore mortis huius? Et respondet. Gratia Dei per Iesum Christum. Hanc igitur legem, & ordinationem ad Deum, si quis uelit attendere, nullo modo dubitabit hominem esse peccatorem a sua natiuitate, imo ita certum est, ut dubitari non possit de originali, sicut etiã nec de actuali. Hoc tamè ignorauerunt philosophi, & etiã aliqui hæretici: quia nescierunt attendere, in quo attenditur restitudo animæ, & iustitiæ, & pro quanto anima dici debet ad Deum ordinata. Constat igitur, quod tota humana natura corrupta est non solum poenaliter: sed etiam culpabiliter. A quo autem corrupta fuerit, hoc planum est ex ipsa scriptura: quia ab Adam. Potuit autem Adam

toram.

etiam naturam corrumpere, & culpabilem facere suo peccato triplici, conditione concurrere. Prima est, quia non tantum erat humanæ naturæ indiuiduum, sed totius humanæ naturæ principium. Secunda est: quia non tantum fuit sibi datum mandatum sicut singulari personæ, sed tanquam stipiti totius humanæ naturæ: & hoc bene indicat textus, quia mandatum illud descendit per uirum ad mulierem. Tertia, quia Adā innocentiam, & immortalitatem susceperat pro se, & pro tota sua posteritate, unde ipse innocens, & immortalis generaliter immortalis, & innocens. Quia igitur ipse erat omnium principium, & transgressus est mandatum, quod ei datum erat secundum quod erat principium, & amisit illam iustitiam, & innocentiam, quam debebat omnibus posteris conseruare, hinc est, quod per ipsum originali iustitia sumus priuati, & in eius infestatione ceteri sunt infecti: non tantum poenaliter, sed etiam culpabiliter, tum propter debitum ordinationis, quæ debet esse in nobis, tum propter carentiam illius innocentiam, quam deberemus habere, tum propter prædominantiam concupiscentiæ, per quam animæ nostræ sunt inordinate, & iniuste: & si iniuste sunt, & inordinate, necesse est eas summæ iustitiæ displicere. Patet igitur, quod tota humana natura corrupta est non solum poenaliter, sed etiam culpabiliter. Patet nihilominus, a quo fuerit corrupta, quoniam a primo parente. Qualiter autem illa culpa traduci habeat;

hoc determinabitur infra. Rationes igitur ad primam partem concedendæ sunt.

AD ILLUD ergo, quod primo obiicitur, quod filius non portabit iniquitatem patris. Dicendum, quod illud intelligitur de peccato, quo pater peccat ut singularis persona, sicut melius manifestabitur infra: & ideo locum non habet in transgressione primaria: quia illa non fuit omnino singularis personæ, sicut explanatum est supra. AD ILLUD, quod obiicitur, quod ad bonum non necessario consequitur malum. Dicendum quod uerum est per se loquendo, unde ad nuptias non necessario sequitur genitæ proli corruptio: in quantum est ibi maris, & foemine coniunctio naturalis, sed in quantum illi coniunctioni adiuncta est corruptio uitiosa in hominis semine ob peccatum primi parentis. Et si tu obiicias (sicut obiicit hæreticus) quod qualitercunque sequatur malum, omittendum esset illud bonum. Dicendum quod illud non est uerum, nisi quando malum præponderat bono: nunc autem non est sic: quia in generantibus non est ulla culpa: in generato uero melius est sic esse, quod non esse, maxime cum subueniatur ei per gratiam baptismalem. AD ILLUD, quod obiicitur, quod corrupto minus nobili, & transmutabili, non corrumpitur magis nobile, & perpetuum. Dicendum quod illud uerum est, & locum habet, quando illud, quod est magis nobile, & perpetuum non dependet a minus nobili, & transmutabili: non sic autem

Dis. im
media
se seq.
art. 2.
q. 2.

est in proposito, quia tota natura humana dependebat a persona Ade, quantum ad existentiam. Vnde si Adam fuisset mortuus, totum genus humanum esset corruptum in eo. AD ILLVD, quod obiicitur, quod malum habitum precedit malus actus. Dicendum, quod hoc uerum est, ueruntamen ex hoc non oportet, quod malum habitum nature precedat malus actus nature secundum quod natura, sed sufficit quod precedat malus actus persone pro eo quod natura, & persona sunt indiuisa: & ideo corruptio personalis potest effici naturalis, quod ostendit Anselmus de conceptu Virginis. Posset tamen dici, quod & si natura in se non peccauerit, tamen prout erat in Adama peccauit: ipse enim Adama peccauit, in quantum erat hominum principium. AD ILLVD, quod obiicitur, quod nullum naturale est culpabile. Dicendum, quod sicut dicit Augustinus, differt dicere naturam, & naturam corruptam: potest igitur aliquid esse naturale, quod consequitur ipsam naturam secundum institutionem: & aliquid esse naturale, quod consequitur ipsam naturam secundum corruptionem. Dico igitur, quod illud quod sic est naturale, quod consequitur naturam secundum institutionem nullo modo est culpabile: illud uero quod sic est naturale, quod consequitur naturam secundum corruptionem, culpabile est, & tale est originale: & sic patet illud. AD ILLVD, quod obiicitur, quod nullum necessarium uoluntarium est. Dicendum, quod & si hoc respectu eiusdem ueritatem possit habere, tamen respectu diuersorum non necessarium est, quod habeat ueritatem. Quod enim necessarium est uni, uoluntarium potest esse alteri: & sic est in originali, quod quidem & si nobis sit necessarium, Adema tamen fuit uoluntarium: & sic ratione illius uoluntatis nobis imputatur in peccatum, unde dicuntur omnes peccasse in ipso. Hoc autem melius ostendetur, cum manifestabitur, qualiter originale peccatum traducitur.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An peccatum originale concupiscentia sit?



CONSEQUENTER queritur de secundo, uidelicet quid sit originale peccatum. Et circa hoc duo queruntur. Primo queritur, utrum originale peccatum sit concupiscentia. Secundo queritur, utrum sit ignorantia, VTRVM originale peccatum sit concupiscentia. Et quod sic uidetur. Roman. 6. Non regnet peccatum in uestro mortali corpore. Ibi Glo. Peccatum. i. fomes peccati. Si igitur fomes peccati, non est aliud quam concupiscentia, & fomes, & fomes peccati peccatum est, & non est peccatum actuale, restat quod sit originale. ITEM. Ro. 7. Concupiscentiam nesciebam esse peccatum, &c. Glo. Concupiscentia est, unde omnia mala proueniunt. Si igitur illud quod est origo omnium malorum, est originale peccatum, uidetur quod originale peccatum nihil aliud sit quam concupiscentia. ITEM. Hoc ipsum uidetur ratione. Quales sunt actus, tales sunt habitus: sed concupiscere est peccatum ergo necessitas concupiscendi mala est, & peccatum: sed necessitatem

tem concupiscendi a natura contrahimus. Si igitur peccatum, quod a natura contrahitur, est peccatum originale, uidetur, &c. ITEM. In omni peccato est conuersio aliqua ad commutabile bonum, uel in actu, uel in habitu. Si igitur peccatum originale est peccatum: ergo ibi est aliqua conuersio inordinata ad bonum commutabile: sed conuersio inordinata ad bonum commutabile nihil est aliud, quam concupiscentia: ergo necesse est peccatum originale concupiscentiam esse.

SED CONTRA. Ro. 7. Peccatum occasione accepta per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Hoc autem non potest intelligi de peccato actuale: intelligitur ergo de originali. Si ergo operans non est operatum, igitur concupiscentia non est originale peccatum, nec e conuerso. ITEM. Beda dicit, quod quatuor sunt nobis inflata propter primum peccatum, uidelicet ignorantia, infirmitas, malitia, & quartum ex his conflata concupiscentia: sed quod est inflatum pro peccato, non est ipsum peccatum: ergo si haec merito originalis sunt nobis inflata secundum quod dicit Beda: ergo &c. ITEM. Concupiscentia manet cum gratia: originale peccatum non potest manere cum gratia: ergo originale peccatum non est concupiscentia. Si tu dicas quod concupiscentia manet cum gratia in quantum est remissa, & sic est poena: in quantum autem est intensa non manet: & sic est culpa. Contra. Magis & minus non diuersificant speciem: ergo si concupiscentia remissa non est culpa,

sed poena: pari ratione uerum quod nec concupiscentia intensa. ITEM. Concupiscentia postquam remissa est, intendi potest, & in pristinum dominium reuocari, sicut experimento patet: si igitur originale peccatum esset iterabile, tunc & baptisma, quod est contra institutionem ecclesie. Est igitur questio, quid sit originale peccatum per essentiam. Et cum a Magistro dicatur, & ab Augustino esse concupiscentia, sicut patet in litera, ab Anselmo autem in Lib. de conceptione uir. dicatur esse debita iusticie carentia, quod est quomodo ista duo uerba possunt esse simul & semel uera, & in quorum uerborum magis explicatur, quid sit originalis culpa. Ca. 26

RESOLVTIO.

Peccatum originale concupiscentia est, non quacunque, sed qua in se claudit debita iusticie carentiam.

RESP. Dicendum quod sicut actuale peccatum non dicit omnimodam priuationem, eo quod non tantum dicit auersionem, imo etiam conuersionem quandam: non et dicit omnimodam boni priuationem, imo relinquit aptitudinem, & aliquem actum priuando circumstantiam erga ipsum: sic etiam in originali suo modo intelligendum est. Vnde sicut non dicitur peccatum actuale esse in aliquo, ex hoc solo quod careat iustitia: quia tunc lapsus diceretur peccatum habere, sed ex hoc quod aliquam inclinationem habet ad aliquid, in qua cum deberet esse iustitia, non reperitur. Sic etiam originale peccatum dicitur esse in aliquo non solum quia caret iustitia originali: sed etiam quia curuitatem habet, & necessitatem concu-

Nun 4 piscendi

piscēdi. Vnde quemadmodum videmus in ægritudine corporali, utpote in paralyfi, q̄ talismorbus inest ex quadā dissolutione uirtutis: ita tñ q̄ non omnino priuatur uirtus motiua sicut in mortuo, sed aliquo modo manet, non potens mēbrum regere: & ita sequitur partim ex portione, partim ex defectu manus tremulatio, sic intelligendū est tam in actuali, quā in originali peccato. Quemadmodū si quis quæreret, quid esset peccatū carnis, dupliciter posset ei notificari, uidelicet ratione inclinationis deordinatæ, ut dicatur esse immoderatus appetitus rei tractabilis secundum carnē: & rōne priuationis boni, ut dicatur esse priuatio castitatis, & continentie: & utroque modo respōdetur sic conuenienter. Sic cum quæritur, quid sit originale peccatum: rectē respondetur q̄ sit concupiscentia immoderata: rectē etiam respondetur, q̄ sit debite iustitię carentia: & in una istarum respōsionum clauditur alia: licet una notificet ipsum originale ratione eius, quod est in ipso habens modum conuersionis, altera uero ratione priuationis. Concedendū est igitur sicut rationes ostendunt, & Magister dicit in litera, q̄ originale peccatum est concupiscentia, & hæc non quæcunque, sed concupiscentia prout claudit in se debite iustitię carentiam: hæc autē est concupiscentia immoderata, & intensa, adeo ut sit carnis ad spiritum prædominantia: & talis semper est iuncta carentię debite iustitię, & scđm q̄ nobis inest ab origine dicitur peccatū

originale. Et hoc est, quod dicit Gl. super illud Ps. 31. Beati, quorū remissæ sunt iniquitates. Gl. iniquitatem dicit fomitem, qui ante baptismum non tantū pœna est, sed culpa: post baptismū uero pœna tantum est, & non culpa. Cū. n. deletur originale, non deletur, ut omnino nō sit: sed ut non sit peccatum. Concedendæ sunt igitur rationes, quæ hoc ostendunt.

AD RATIONES autē ad oppositum satis planū est respondere per ea, quæ dicta sunt. Ad illud enim quod obiicitur primo, q̄ peccatum operatur concupiscentiā. Dicendum q̄ illud intelligitur de concupiscentia quantum ad actum, quem dicitur operari mandatum: quia occasionaliter excitat nobis ipsam concupiscentiam, quæ se habet per modum habitus. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ concupiscentia est nobis inflicta per peccatum. Dicendum q̄ intelligitur de concupiscentia prout est remissa, & sic sortitur rationem pœnæ: & hoc modo non est originalis culpa, sed ipsius sequela. ET PER hoc patet responsio ad sequēs, quod obiicitur, q̄ manet simul cū gratia: non enim manet (prout dictū est in opponēdo) prout intensa est: quia sic dicit animę peruersionem, ac per originalis iustitię priuationem: prout autē est remissa per gratię præsentiam, hoc non dicit. ET SI obiicias, q̄ magis, & minus non uariat speciem. Dicendum q̄ & si istud locum habeat in naturalibus: non tamen habet ueritatē in moralibus: quoniam uirtutes & uitia in moribus attenduntur

penes

penes medietatem, & eius extrema, quæ sunt superfluum, & diminutum: & hoc non solum uerum est apud moralem philosophum, sed etiā apud theologū: qui dicit q̄ amor creaturæ circa Deum, uel sub Deo non est peccatū mortale: si uero supra Deū intendatur, mortale peccatum efficitur. AD ILLVD uerò, quod obiicitur, q̄ concupiscentia remissa iterum potest intendi: dicendum q̄ & si intendi possit, et intendatur, hoc est per peccatū actuale: concupiscentia uero intensa prima non dicebatur esse peccatum originale, nisi prout sic contrahēbatur a prima origine: & quia hoc non potest esse nisi semel, quantumcunque, & quotiescunque concupiscentia intendatur, originale peccatum non iteratur.

QUESTIO II.

An peccatum originale ignorantia sit?

UTRVM peccatum originale sit ignorantia. Et q̄ sic, uidetur: super Psal. 34. Delicta iuuentutis, & ignorantie meę. Glos. Ignorantie meę: id est originale peccatum, quod est in paruulis. Et paulò ante. Delicta ignorantie dicit ea, quæ sunt in paruulis, qui peccato originali tenentur. ITEM. Hugo in Libro de Sacra. in 7. parte. Originale peccatum est uitium, quod nascendo contraximus per ignorantiam in mente, & concupiscentiam in carne: ergo uidetur q̄ originale peccatum sit ignorantia. QVOD si tu dicas hoc esse dictū per causam. Obuiat illud, quod consequenter dicit Hugo in eadē parte. Ista quatuor mala in hoīe ap-

parent, superbia, ignorantia, mortalitas, & concupiscentia. Superbia mentis tm culpa est, mortalitas carnis pœna tantum, ignorantia uero pœna, & culpa: sed non est nisi culpa originalis: ergo &c. ITEM. Originale peccatum maxime habet deleri per si dei sacramentum: ergo d. rectius opponitur ipsi fidei, quæ est in cognitiua, quā uirtuti alicui existenti in affectiua: si ergo ignorantia dicit priuationē uirtutis dirigentis cognitiuam, uidetur q̄ peccatum originale sit proprie ignorantia. ITEM. Pœna respondet culpe: sed originali peccato proprie debetur pœna carentiæ uisionis Dei: ergo si hoc dicit priuationem ex parte cognitiuę, uidetur q̄ & ipsum originale, q̄ si hoc uerum est, redit idem quod prius. ITEM. Sicut peccatum est in concupiscendo ea, quæ non sunt appetenda, sic peccatum est in discredendo ea, quæ sunt credēda: ergo sicut habere necessitatem ad concupiscendum, est culpa: sic habere necessitatem ad discredendum est culpa: sed paruulus utranque necessitatem habet: & non habet nisi originale: ergo sicut ponitur originale peccatum in paruulo esse concupiscibilitas siue concupiscentia, sic etiam debet dici esse ignorantia.

SAD CONTRA. Beda dicit q̄ quatuor sunt nobis propter peccatum inflicta, scilicet ignorantia, & infirmitas, &c. Ergo cum peccatum originale non dicatur infirmitas, pari rōne nec ignorantia, quæ est pœna pro ipso inflicta. ITEM. Augustinus ad Valentinianū. Ignorantia in his, quæ

sciri

Lib. 1.
part. 7.
cap. 28

sciri non potuerunt, pœna peccati est. Si ergo ignorãtia in par uulis est inuincibilis, uidetur, q̄ sit pœna, & non culpa: maxime cum uideamus paruulos p̄pter ignorantiam excusari ab omni culpa. **ITEM.** Originale peccatũ deletur in baptismo: sed æque bene est ignorans paruulus baptizatus sicut non baptizatus: ergo ignorantia non potest esse originale peccatum. **ITEM.** Si aliquis ex aliquo actu suo cadit in furiam: illa furia non dicitur in eo esse culpa, sed pœna: ergo pari rōne si aliquis ex peccato primi parentis in ignorantia cecidit: non debet dici culpa originalis, sed eius pœna. Et p̄t hic esse locus a maiori: quia magis debet imputari ignorãtia in culpam, in quã incidit ex actu suo, quã ex actu alieno: **ITEM.** Cũ peccatum originale sit concupiscentia, ut probatum est supra, & Augustin. dicit, si esset ignorantia: cum concupiscentia, & ignorantia sint diuersorum generũ, tunc in quolibet esset pluralitas originaliũ peccatorũ, qđ ostenderetur inferius falsum esse.

RESOLVTIO.

Originale peccatũ ignorãtia est; non quã purẽ nescientiã dicit; sed quã nescientiã concupiscentiã commixtam importat.

RESP. Dicendum, q̄ sicut supra dictum est de ignorantia in adultis, ipsam uidelicet peccatũ non esse, nisi prout habet uoluntatẽ concomitantem: sic ecõtra cognitio nõ est uirtus, nisi ei sit iuncta affectio. Sic per hunc modum intelligendum est esse in proposito, q̄ ignorãtia, si pure dicitur nescientiã, sic tm̄ est pœna: si

uero dicat nescientiã, ut est coniuncta concupiscentiã, sic est culpa, pro eo, q̄ talis ignorãtia oppositum habet cum uirtute & gratia. Gratia enim adueniẽs in animam non solummodo rectificat affectionẽ per charitatem, sed etiam cognitiuam per fidẽ. Non enim potest dirigi uoluntas, nisi pariter dirigatur & ratio: & libertas arbi. simul in ratione & uoluntate consistit: hoc igitur modo concedi potest peccatum originale esse ignorantiam: & sic intelligit Magister Hug. & Gl. & procedunt rōnes, q̄ ad primam partẽ inducuntur:

AD ILLUD, tamen quod obicitur, de carentia uisionis Dei. Dicendum, q̄ illa ratio dupliciter deficit. Primum quidẽ: quia carentia uisionis Dei non tantũ debetur peccatis, quã respiciunt cognitiuam, imo quã respiciunt affectiuam, ac uisio sit tota merces, quã redditur omnibus uirtutibus & operibus meritorius. Scđo uero: quia cũ dicimus paruulos puniri carẽtia uisionis, i hoc intelligitur per cõsequẽs, q̄ priuẽtur & dote fructiõis, & dote rẽtionis. **RATIONES** autẽ quã ad oppositum inducuntur, procedunt de ipsa ignorantia, scđum q̄ dicit purã nescientiã, & sic est pœna, nõ culpa. Scđm. n. q̄ habet iunctam cõcupiscentiã culpa est: nec tamẽ ex hoc sequitur, q̄ in nobis sint plura peccata originalia sicut concludit ratio ultima, pro eo q̄ ubi ponitur unum propter alterum, ibi unũ tantum. Cum ergo dicimus ignorantiam ratione concupiscentiã esse peccatum originale: non propter hoc ponimus in nobis

nobis plura originalia: differentia per essentiam: sed hoc ponimus, q̄ cũ originale sit unum, deordinat & uiciat totam animam non solum secundum affectiuã, sed et secundum cognitiuã, ita tamen, q̄ principalius affectiuam: unde magis notificatur originale per concupiscentiam, & debite iustitiã carentiã, quã per ignorãtia: quia tam cõcupiscentia, q̄ debite iustitiã carentia notificant ipsum originale, secundũ q̄ est culpa, & ideo p̄dicantur de ipso p̄dicatione p̄ essentiã: ignorantia autẽ notificat magis secundum, q̄ est uitiũ cognitiuã deordinans. Unde magis p̄dicatur de peccato originali secundum q̄ ipsa ignorãtia peccatum est, p̄dicatione per causam, q̄ per essentiam, & hoc insinuat ipsum uerbũ Hug. cũ dicit, ipsũ originale esse uitiũ qđ contraximus p̄ ignorãtia. Hoc et declarat ipse Ansel. i Li. de Cõcep. uirg. ubi dicit, q̄ oẽ peccatũ ẽ iustitia, & ois iustitia & in iustitia i uoluntate cõsistit. Et sic pater, qđ sit originale peccatũ per essentiã: qm̄ est cõcupiscentia, & debite iustitiã carẽtia: Patet et quõ originale peccatũ ab Hug. dicitur esse ignorantia, & per consequens ea, quã ad utrãque partem sunt adducta.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An aliquid de alimento transeat in uernatẽ humanã naturã per actum generatiuã?



ONSEQUENTE queritur circa tertium articulum de ueritate humanã naturã. Et

cum duo cõcurrant ad hoc qđ aliquid dicatur de ueritate humanã naturã, materia uidelicet & forma: ad Quartũ Librũ spectat dicere de ueritate humanã naturã ex parte formã, ubi agitur de resurrectione. Ad hunc uerõ locũ spectat inquirere de ueritate humanã naturã ex parte materiã, ubi inquit Magister, utrum aliquid extrinsecũ in ueritatẽ humanã naturã possit trãsire. Circa hoc igitur duo quærẽda sunt. Primõ quæritur, utrum aliquid transeat in ueritatẽ humanã naturã per actũ generatiuã. Secundo quæritur, utrum aliquid transeat in ueritatẽ humanã naturã per opus nutritiuã.

UTRUM aliquid transeat in ueritatẽ humanã naturã per actum generatiuã. Et quod non, uiderat primõ auctoritate doctorum autenticorum uidelicet Magistri sententiãrum, & Hugo. ait enim Magister in litera sic. Omne, quod est in humanis corporibus, naturaliter descendit a primõ parẽte lege propagationis, & in se auctum & multiplicatũ est, nulla exteriori substantia in id transeunte. **SIMILITER** Magister Hugo de Sancto Victo. in fi. 6. partis. De substantia cõstẽ in se diuina uirtute absque extrinsecõ additamento multiplicata, corpus mulieris factum est: quemadmodum postea naturam humanam a primis parentibus in subsequẽtem generationem seminatam a modico iam intantum multiplicatã cernimus, ut multa hominũ millia ex eo iam excreuissent uideamus. **ITEM.** Hoc ipsum ostenditur

Dis. 43

Li. 1. do
San. p.
6. c. ub.

zur secundo auctoritate. Sancto-
rum: dicit enim Ansel. in Lib. de
Concep. uir. c. 2. loquens de pri-
mis parentibus. Quia tota natu-
ra humana in illis erat, & nihil
extra ipsos erat, tota infirmata
est & corrupta. Et quod maius
est, Aug. 9. super Gene. ad lite-
ram dicit, q̄ nos sumus in Adā
secūndum rationem seminalem,
& secundum corpulentam sub-
stantiam: caro autem Christi fuit
solum secundum corpulentam
substantiam: q̄ si hec uera sunt,
q̄ tota caro & omnium poste-
riorum caro fuit in Adam: ergo
nihil extrinsecum per uirtutem
generatiuam transit in ipsum.
ITEM. Hoc uidetur auctoritate
euangeliorum. Matth. 15. Omne
quod in os intrat, in uentrem ua-
dit, & in secessum emittitur: er-
go nō uidetur, q̄ ex aliquo, q̄
ab homine comeditur, plis cor-
pus constituat. Et Matth. 7. Om-
ne extrinsecum introiens in ho-
minem nō potest eum coinqui-
nare: quia non intrat in cor, sed
in uentrem, & in secessum exit
purgans omnes escas. Ibi Glo. te-
nuissimus humor, & liquēs esca-
cum in uenis & artubus decocta
fuerit & digesta, p̄ occultos mea-
tus, quos Græci poros uocāt, ad
inferiora dilabitur, & in seces-
sum. ITEM. Hoc ipsum uidetur
ratione. Primo ueritate gene-
rationis. Generare enim est de
sua substantia aliquid produce-
re: si ergo omnes uere & recte di-
cuntur ab Adam geniti, & filii
Adæ omnes sumus, sumus de
aliquo ex eius substantia propa-
gati: sed qua rōne manus mea,
uel pes, uel aliquod membrum
constitui habet ex eo quod fuit

in Adam: eadem ratione, & sin-
gula mēbra. Videtur igitur, q̄
totum corpus cuiuslibet homi-
nis ex eodem semine fuit consti-
tutum: & si hoc, nihil extrinse-
cum transit in uirtutem huma-
næ nature per actum uirtutis ge-
neratiuæ. ITEM. Hoc ipsum ui-
detur per legē cognationis: quo-
niam stipites non potest contra-
here cum aliquo ex ipso proce-
dente, nec aliqui approximantes
stipiti possunt adinuicem cō-
trahere: hoc autem non est ob
aliud nisi propter unitatem car-
nis & sanguinis: ergo uidetur,
quod non de superfluitate nu-
trimēti; sed de substantia patris
proles generetur, & non solum
de substantia patris proximi, im-
mo etiā patris remoti, alioquin
uana erit lex cognationis, quod
non solum est contra ueritatem
sacræ scripturæ, immo etiā cō-
tra dictamē nature. ITEM. Hoc
ipsum uidetur per cognationem
resurrectionis, necesse est enim
unicuique anime proprium cor-
pus reddi; esto igitur quod ali-
quis nutritus de carnibus huma-
nis generet prolem, si solum se-
men de alimento sumptum est,
cum huius alimentum esset de
ueritate corporis alterius homi-
nis, rediret ad primum corpus:
ergo iste non resurgeret, qui ge-
neratus est ex illo semine, cum
anima priuaretur p̄p̄tio cor-
pore: si igitur hoc est impossibi-
le, restat, & illud impossibile es-
se, uidelicet quod aliquid extrin-
secum transeat in semine: auge-
tur igitur, quod a primo patre
decisum fuit, in seipso sine alte-
rius appositione.

SED CONTRA. Philosophus
in

in Lib. de animalibus dicit, q̄ se-
men est superfluitas ultimi cibi:
si ergo medicis in his, q̄ dicunt
circa suam scientiam, credendū
est, cum determinare de genera-
tione hominis pertineat ad Phi-
losophum naturalem: credendū
est, q̄ semē sit ex superfluo nu-
trimenti sic quod aliquid extrin-
secum in ueritatem humanæ na-
turæ possit transire. ITEM. Su-
per illud Luc. 11. Beatus uenter
&c. Glos. interlinearis. Ex eodē
fonte & lac nutriendis, & semē
procreandis pueris emanat: de
semine ergo uirginis potuit cō-
cipi, qui eius lacte potuit enutri-
ri. ITEM. Aug. in Lib. de uera re-
lig. Alimenta corpori non apta
per congruos meatus eiiciuntur,
quorum aliud feculentissimum
redditur terræ ad alias formas
assumendas, aliud per totū cor-
pus exhalat, aliud totius anima-
lis latentes neruos accipit & in-
choatur in prolem, neruos autē
uocat seminales rōnes. Per istā
auctoritatē expresse colligitur,
q̄ semen sit ex alimēto. Si FOR-
TE tu dicas, quod Augu. intelli-
git quantum ad partem seminis
secundum naturam: obuiat ipsa
auctoritas que dicit, quod ali-
mentum accipit neruos. I. semina-
les rationes: illa enim pars di-
citur esse pars secundum speciē
super quam fundatur uirtus acti-
ua, & conuersua. In eadem au-
tem auctoritate subiungit quod
ex illo alimēto sic traducto om-
nia membra formantur, & pla-
num est secundum medicos, q̄
membra radicalia ex patribus
secundum speciem habent for-
mari siue ex humore radicali.
ITEM. Hoc ipsum uidetur rati-
ue in

ne. Omne augmentum quod fit
per naturā, uel fit p̄ rarefactio-
nem, uel fit per additionem; si
ergo ex illo semine, quod ab A-
dam decisum fuit, omnes homi-
nes naturaliter producti sunt,
necesse est illud esse actum per
rarefactionem, uel per additio-
nem: sed per rarefactionem non
posset; quia nec tot atomi fue-
runt in illo semine, quod homi-
nes sunt ex eo producti: si ergo
actum est, hoc est per additio-
nem, aliquid igitur extrinsecum
intrat in corporis humani con-
stitutionē. Quod si tu dicas ter-
tium modum augendi esse per
multiplicationem naturæ possi-
bilem. Obicitur contra hoc per
Hugo. de Sancto Victo. qui di-
cit quod facere aliquid in maius
secundum substantiam & quan-
tatem sine appositione, hoc est
soli Deo impossibile. ITEM. Im-
possibile est aliquem per uirtu-
tem nutritiuam nutriri, nisi ap-
ponatur aliquid extrinsecū, per
quod quis nutriatur: ergo pari
ratione impossibile est uirtutem
augmentatiuam augmētare sub-
stantiam, nisi addatur aliquid
extrinsecum, per quod augmen-
tetur: aut si potest in seipsa au-
geri, quare non potest per seip-
sam? ITEM. De nobilitate agen-
tis est, q̄ possit aliam naturam
ad seipsum trahere, & in se con-
uertere, sicut ignis conuertit in
se aerē: si ergo potentia genera-
tiua in homine completa est, &
perfecta, & ratio seminalis in ip-
so est maxime actiua, uidetur q̄
possit agere in extrinsecā mate-
riam, & in se cōuertere, & ratio-
nē seminalē communicare ei: &
si hoc, p̄ opus uirtutis generati-
ue in

Li. 1. de
Sac. p.
9. c. ult.

ne in uirtutem humanæ naturæ potest aliquid extrinsecum transire.

RESOLVTIO.

Et inconuenientia omnia euitetur, uia hæc media sustineatur. Aliquid, scilicet de superfluo nutrimenti, in semen iam conuersum, & cum aliquo de humido radicali commixtum, in ueritatem humanæ naturæ per actum generatiua potentie conuertitur.

RESP. Intelligendum est hic, quod sicut expresse patet in litera, opinio Magistri sententiarum fuit, quod nihil extrinsecum in ueritatem humanæ naturæ per generationem transeat. Hæc autem positio multum apparet esse probabilis, si quis attendat uerba sanctorum, & simul cum hoc conditionem resurrectionis, & legem cognationis. Hæc igitur positionem quidam sustinuerunt dicentes, quod talis multiplicatio sine extrinseci appositione in humana natura fit per uirtutem supernaturalem: Alii quod hoc fit per uirtutem supercoelestem: Tertii quod hoc fit per uirtutem elementarem. Primi dixerunt quod sicut Deus sibi reseruat animarum creationem propter earum immortalitatem: sic etiam substantiam corporum humanorum multiplicat, & augmentat sine additione extrinseca: sicut multiplicauit panes euangelicos: & sicut multiplicauit costam, de qua formata est Eua: & hoc quia corpora humana sunt ad immortalitatem ordinata: non tamen dicitur facere miracula sic multiplicando, quia hoc facit, quasi faceret per naturam. Natura enim alendo, & nutriendo quasi fo-

uet extrinsecus: sed Deus est qui nutrimentum præstat intrinsecus. Huic autem modo dicendi obuiat & sensus, & ratio, & auctoritas. Sensus obuiat; quia sic uidemus hominem ex homine produci, sicut asinum ex asino, & sicut plantam ex planta: si igitur alia corpora naturalia fiunt ex materia addita, & sensus non fallitur, iudicandum est similiter esse circa corpora humana. Ratio etiam obuiat: quia non est generatio naturalis; nisi ea, in qua natura est uere agens, uere producens sibi simile: si igitur multiplicatio hominis ex homine esset per uirtutem supernaturalem, & non per uirtutem ipsius naturæ, generatio hominis ex homine non esset naturalis: & si hoc, non esset generatio uera. Repugnat etiam auctoritas dicit enim Aug. x. super Gen. ad literam: quod nos fuimus in Adâ secundum corpulentam substantiam, & secundum rationem feminalem, Christus tantum secundum corpulentam substantiam: sed si corpora nostra educerentur ex semine Adæ per uirtutem supra naturam, iam in ipso deberet dici (sicut & Christus) esse solummodo secundum corpulentam substantiam, non secundum rationem feminalem, cum feminalem rationem dicat uim actiuam. ALII uero sustinent prædictam positionem dicentes, quod talis multiplicatio est per uirtutem supercoelestem: corpus enim quintæ essentiæ, siue luminosum natum est ex se emittere lumen, & ipsum multiplicare, non educendo naturam luminis ex illo corpore, quod illuminat; sed simul multiplicare

materiam, & formam: sic & in proposito dici uoluerunt, quod quia in natura humana multum est de natura quintæ essentiæ, potest ipsa in seipsa multiplicari. Huic etiam modo dicendi obuiat sensus, & ratio, & auctoritas. Sensus: quia nullum corpus coeleste multiplicat lumen suum in se; sed si multiplicat, multiplicat extra se, & in materia extrinseca. Et iterum non uidemus, quod sol in multiplicando generet solem, uel producat solem: igitur si secundum naturam coelestem attenditur ista multiplicatio in humano semine, nec multiplicabitur in seipso, nisi aliquo extrinseco superaddito: nec ex tali multiplicatione homo producitur ab homine, sicut nec sol producitur a sole. Ratio etiam obuiat, quoniam multiplicatio per uirtutem creata est ab aliquo simili actiuo; si ergo formæ tantum est agere, & forma non assimilatur materiæ, sed alteri formæ: impossibile est igitur aliquid multiplicari per uirtutem creatam quantum ad principium materiale, nec materiam elementarem, nec coelestem. Auctoritas etiam repugnat, quoniam lumen egrediens a corpore luminoso, corpus non est, nec habet in se materiam: & hoc supra planius ostensum fuit Dist. 13. ubi, & auctoritates ad hoc inductæ sunt. Difficile est etiam explicare secundum istam positionem, qualiter natura quintæ essentiæ intret conditionem humanæ naturæ. Et nisi hoc sanè intelligatur, sicut explanatum fuit supra Dist. 17. non potest de facili sustineri. TERTII uero sustinent, quod

talis multiplicatio fit per uirtutem inferioris naturæ, concurrente simul potentia susceptiua ex parte materiæ, & actiua ex parte formæ. Materia enim quantum est de se, non habet extensionem: sed quod extendatur tantum, uel plus, hoc est ratione formæ sibi adiunctæ. Vnde quantumcunque parum ponatur de materia in aliquo corpore, capax esset ualde magnæ extensionis, si esset aliquid agens, quod posset formam tantæ extensionis imprimere. Ex parte uero formæ est ibi potentia multiplicandi sibi simile: & hinc est, quod cum semen adiuuatur, & confouetur per alimentum extrinsecum, uis illa feminalem in sua materia potest seipsa multiplicare, & crescere; nullo repugnante: & ideo non oportet aliquid extrinsecum in ueritatem humanæ naturæ transire. & hoc uidetur Aug. sentite cum dicit in Lib. de uera relig. quod ex uno semine legetes segetum, & filios siluarum, greges gregum, populi populorum educi possunt: ita quod nihil reperitur postea in omnibus illis, quod prius non fuerit inuisibiliter in semine illo primo. Huic autem positioni, & si rationabilior cæteris uideatur; nihilominus tamen, sicut & prædictis, repugnat sensus, & ratio, & auctoritas. Sensus quidem primo repugnat: nam si in his, quæ generantur, crementum fieret per multiplicationem absque addimento, tunc mundus iste esset multo maior, quam fuerit a principio, & uisibiliter cresceret quotidie. Non enim posset dici, quod per resolutionem decem grana frumenti reducantur

ur ad unum. Ratio etiam repu-
gnat; quia materia non est subie-
ctum trāsmutationis, nisi sub ali-
quo esse. Vnde & si materia cor-
poralium per intellectū abstra-
hi possit a forma corporum, nū-
quam tamen per uirtutem alicu-
ius creaturæ potest expoliari
omni extensione, & forma cor-
porea: propter quod in pluribus
locis dicit Aug. quod impossibi-
le est ex corpore fieri spiritum,
& super Gene. ad literam, & in
Lib. de immortalitate animæ. Si
igitur hæc materia sub tali esse
statum habet, & determinatio-
nem in sua extēsiōe, ultra quā
natura non potest procedere, p-
ro q̄ (sicut dicit Philosophus se-
cūdo de Anima 36.) Omnium
natura constantium terminus
est, & ratio magnitudinis, &
augmentī: & alibi, quod ex uno
pugillo terræ potest generari
ignis in millecupla proportio-
ne: ex uno tamen pugillo non
pnt generari nisi decem aquæ:
si hoc (inquā) ita est, impossi-
bile est ponere, qđ aliqua res cor-
poralis in seipsā augeatur absq;
sua rarefactione, & alterius ap-
positione: hoc dico de operatio-
ne naturæ. Et attendendum est
hic, quod longe aliter loquen-
dum est de materia secundū es-
sentiam, & secundum esse, siue
secundum substantiam: nec est
dicendum, quod tantum sit de
materia in uno paruo lapide, si-
cut in uno monte, loquendo se-
cundum esse, siue substantiam.
quamuis in materia secundum
essentiam non sit considerare tā-
tum, & quantum, & sic ratio nō
concordat huic positioni. Auto-
ritas etiā obuiat: dicit enim Hu-

go in 6. parte, ubi distinguit sex
opera. Quorum primum est de
nihilō aliquid facere. Secundum
est de aliquo aliquid facere se-
cundum substantiam, & quanti-
tatem in maius. Tertium opus
est de aliquibus aliquid facere
secundum substantiam, & quan-
tatem in minus. Quartum opus
est de aliquo facere: non tamen
secundum substantiam, & quan-
tatem in maius. Quintū opus
est de aliquibus aliqua facere:
non tamen secundum substan-
tiam, & quantitatem in minus.
Sextum opus est de aliquo ni-
hil facere. De his sex generibus
operum subiungit, quod primū
opus, & secundum, & tertium, &
ultimum sunt soli Deo possibi-
lia. Cum igitur talis multiplicatio,
ut ibidem dicit, pertineat ad
secundum genus operis: non er-
go fiet uirtute naturæ inferioris.
Quod si ista auctoritas non
sufficit, ostenditur hoc auctori-
te Aug. 5. super Gen. ad literam
circa finem Lib. ubi sic ait. Illa
quæ producuntur ex semine, in
semine omnia fuerūt primitus,
non mole corporeæ magnitudi-
nis; sed in potentia causali: nam
illa magnitudo, copia terræ, hu-
morisque congesta est: sed illa in
exiguo grano mirabilior præ-
stantiorque uis est, qua ualuit
adiacens humor commixtuster-
ræ, tanquam materies uerti in li-
gni illius qualitatem, & ramo-
rum diffusionem, & foliorum
uiriditatem, in fructuū formas,
& opulentiam: non igitur semē
in seipso augetur sine alterius
appositione. Adhuc expressius
super Gen. ad literam in fine de-
cimi. Quid absurdus, quam pu-
tare

Lib. 1.
de Sa-
cram.
par. 6.
Cap. ul-
timo.

Ca. 23.
circa
initiu.
To. 5.

tare massā cuiuspiā metalli ex
aliqua parte crescere posse, dum
rēditur, nisi decreseat ex altera:
uel augeri latitudine, nisi crassi-
tudine minuat: aut ullū corpus
esse manēre suæ naturæ quanti-
tate, quod undique crescat, nisi
rareseat: ergo si quantitas semi-
nis decisi manet, & nō rarefit,
& undique crescit: hoc non pōt
esse sine appositione materiæ,
nisi hoc fiat mirabiliter. Quocū-
que igitur prædictorum modo-
rum iustineat opinio Magistri,
siue ēt oēs modi consentur in
unū, siue p se quilibet adapte-
t, plurima occur: ut difficilia, pp-
que multi recusant opinionem
Magistri sustinere in ista parte.

SECUNDA OPINIO: circa
istam positionē est aliquorū se-
quentium uerba naturalium, &
medicorum, & dicentium: quod
mediante uirtute generatiua, nō
solum aliquid transit in uerita-
tē humanæ naturæ, imō tota ue-
ritas prolis generatæ est ex ex-
trinfeco addito: quia est ex su-
perfluo nutrimenti: hoc autē di-
cunt esse; quia modus operandi
ordinatus est, & delectabilis, &
expeditus. Ordinatus: quia ibi
incipit operatio generatiuæ, ubi
cessat operatio nutritiuæ. Natu-
ra. n. per prius intendit sibi, q̄
alii: & ideo materia generatio-
nis est superfluitas ultimi cibi:
quæ quidem, & si sit superflua
operi nutritiuæ, est tamen ne-
cessaria operi generatiuæ. Mo-
dus ēt iste est delectabilis; quā
natura delectatur in emissione
superflui: & tristatur, & dolet
in emissione necessarij, & sibi
coniuncti: si ergo natura maxi-
mè delectatur in opere genera-
S. Bon Lib. 2.

tiuæ, materia generationis est
ex superfluo nutrimenti. Modus
etiam iste est expeditus: quia cū
tertius cibus sit in potentia pro-
xima, ut conuertatur in singu-
la membra: si natura debet ex
aliquo humore fabricare cor-
pus, fabricat ex illo: sed cū non
fabricet ex necessario, restat qđ
fabricet ex superfluo. Quoniam
igitur natura operatur quantū
potest breuius, & delectabilius,
& ordinatius: ideo dicūt talem
modum procreādi, uidelicet ex
superfluo nutrimenti maximè
esse conueniētem naturæ. Con-
uenit etiam (ut dicunt) hoc di-
spositioni diuinæ, & ordinatio-
ni corporum ad resurrectionē.
Cum enim semen non resurgat
in generante, sed in genito, non
uidetur humor ille fuisse de ge-
nerantis ueritate, sed potius de
humidi superfluitate. Licet au-
tem hic modus dicēdi multum
uideatur probabilis attendenti
uerba philosophi: obuiat tamen
ei, sicut & alii modi dicendi, &
sensus, & ratio, & auctoritas. Sē-
sus quidem: quia uidemus pro-
lem aliquando assimilari proa-
uo: & sicut assimilatur proa-
uo: ita potest assimilari ei, qui præ-
cessit usque ad generationem
decimam; ergo & sic deinceps:
ergo uidetur, quod aliquid sit
in isto primo filio traductum a
parente primo. Et iterum, cum
uideamus hominem ex coitu at-
tenuari, & ex frequentatione
talis actus mortem accelerari,
uidetur quod non solum in se-
mine fiat superflui emissio; imō
quod etiam alicuius humidi ra-
dicalis: & ita proles non tācum
est de superfluitate alimēti, sed
O o o etiam

etiā de ueritate generātis. Ratio ē obuiat: quia si solū esset proles de superfluitate cibi patris, nec esset uera generatio, cū generatio sit de substantia generantis, nec esset uera cognatio: imō magis attineret homo porco, de quo sumptum est nutrimentum, q̄ patri generanti, Auctoritas ē repugnat, qm̄ expresse dicit Aug. super Gen. ad literam: quod oēs fuimus in Adam secundum corpulentam substantiam, & secundum seminalem rōnem. Et quod maius est, Apostolus dicit: quod oēs in Adam peccauimus. Et quod Leui in lūbis erat Abrahæ qm̄ decimatus fuit: ad Heb. 7. Ex hac igitur positione si pertractetur, sequi uideretur, quod si non omnino esset proles de superfluo nutrimenti, non esset generatio, nec cognatio uera. Ex præcedenti uero si ponatur, quod nihil de alimento transit in prolem, sequi uideretur, quod non sit generatio naturalis. Si igitur pro certo habendum est, quod generatio hominis ab homine, & uera est, & naturalis est, necesse habemus uiam mediam inter utranq; harum positionum tenere, ut dicamus, quod aliquid de superfluo nutrimenti trāsit in semen: nec tamen semen omnino est de superfluo nutrimenti, imō aliquid est ibi de humido radicali, & ex utroque habet semen propagari. Vnde sicut uidemus circa nutritiuam, quod est humiditas radicalis, & nutrimentalis, utpote illa, quæ fluit: sic intelligendum est etiam circa uim generatiuā, quod in ipsa est aliqua humiditas radicalis, & ē aliqua fluens,

& refluens, & in generatione p̄lis una currit cum alia. Trāsmittitur igitur Adā, qm̄ generauit primum filium, aliquid de illa radicali humiditate, & illud modicum per uirtutē naturę toti corpori filii fuit commissū commistione perfecta: quia nullā partem erat signare in corpore filii, in qua non esset aliquid de illo humido, quod a patre traduxit. Si igitur filius Adæ in generando prolem similiter aliquid discindebat de suo humido radicali, necesse erat, quod aliquid transmitteret de eo, qđ sumptum erat a patre, & sic deinceps, pro tanto dicunt oēs fuisse in Adā: non quia fuerit ibi totaliter materia omnium nostrorum corporum: sed quia ibi erat aliquāta materia, & rō seminalis, siue potentia conuertendi ad se aliā naturā, ita ut sufficeret ad oīum procreationem addito sibi illo, in quo posset se multiplicare. Et est exemplū, si aliquis haberet fermentum, q̄ cōmiseret cōmitione p̄fecta toti pastę, nihil fieret de illa totali pasta fermentata, quod non diceretur fermentari de illa pasta: & similiter, si illa pasta commisceretur adhuc alii maiori pastę, & sic procedēdo, quasi innumerabiles panes fermentati possent fieri ex modico fermento, per appositionē rei fermentabilis. Sic & in proposito ex modico semine p̄ appositionem humoris susceptibilis rationis seminalis possent innumerabiles homines propagari. Et iste modus satis consonat rationi, nec repugnat uerbis Philosophi; & sumptus est ex uerbis Augusti. sicut patet aspiciendo

Arist.
I. de g.
no. an.
do

do auctoritatem prius positam, quæ sumpta est de Lib. De uera relig. ubi dicit, quod alimentū accipit latētes neruos totius animalis, & inchoatur in prolem. Et modū explicat in si. 5. super Ge. ad literam, sicut patet in auctoritate prius posita, ubi ostenditur, quod ex modico semine generatur arbor magna. Igitur huic modo dicendi, tanquā magis intelligibili, & magis consono philosophię, & sacrę scripturę magis adhæreo. Credo. n. beatum Aug. hoc sensisse, sicut ex uerbis eius possum colligere. Et secundum hunc modū saluatur ueritas cognationis, & generationis; p̄ eo, quod aliquid radicale a parēte traducitur in prole. Sustinetur nihilominus generatio, & propagatio esse naturalis: quia hoc fit per alimentum additionem. Et ideo cōcedendę sunt rōnes ostendentes, qđ aliquid de alimento trāsit in ueritatem humanę naturę mediante opere nutritiæ: quia non solum illud radicale, quod a patre deciditur, fit de ueritate prolis; sed ē illud cum alimēto superfluo sibi iūcto: ita ut qđ erat superfluū uni, sit necessariū alteri: utrūque. n. erat fundamentum fabricę totius corporis gñati. AD ILLVD autē, quod primò obicitur in contrariū de auctoritate Hugo. & Magistri. Dicendum, quod uerbis eorū in hac parte Magistri cōiter non assentiunt; nec ego ipsos bene intelligo: nec tamen affirmo illos falsum dixisse; sed magis intelligo aliam opinionem. AD ILLVD, quod obicitur de auctoritate Anselmi. & Aug. iam patet respon-

sio: dicunt. n. quod in Adā fuimus; non quia nulla alia materia cōuersa sit in corpus nostrū nisi illa, quæ fuit in Adam; sed si qua alia conuersa est, hoc nō est nisi per coniūctionem cum illo, quod ab Adā fuit decisum. Et si tu dicas, quod ipse Anselmus dicit, qđ totaliter humana natura erat in Adam. Dicendum, qđ hoc non dicit quantum ad existentiam possibilē, uel potentialem; sed quantum ad existentia actualē: quia nihil actu erat de ueritate humanę naturę, nisi quod in Adam erat: aliquid tamē possibile erat ad hoc, quod fieret de ueritate naturę humanę: sed hoc operatione, & uirtute carnis Adæ. AD ILLVD, qđ obicitur de auctoritate domini in Euāgelio, & de Glos. Dicendum, quod hoc nequaquā intendit, nec rextus, nec Gl. quod homo totum egerat, quod manducaret: sed quia cum homo manducaret, fit separatio puri ab impuro, per digestionem interius factas: & purum, & naturę conueniens interius retinetur, & impurū exterius expellitur: & p̄ tanto dicebat dominus, quod nihil, quod intrat in os, hominē coinquinat: & sic uerissimū est uerbum domini, secundum qđ ualet ad propositum. Possent tamen dici, quod secessus ibi non tantum uocatur uia inferior, p̄ quam currunt digestionem; sed oēs meatus subtiles, p̄ quos fit ciborum decolatio. Et gl. dicit, quod Græci uocant illos, poros: & ita nō sequitur, quod totum alimentum exterius exeat, & de illo nihil in ueritatem prolis p̄trāseat. AD ILLVD, quod obicitur,

citur, quod generatio est de substantia generantis: iam patet responsio. Dico. n. qd aliquid de radicali humiditate parentis transit in prole, & ratione illius saluatur ibi ueritas generationis: nec tamen oportet, qd sit identitas scdm totum generantis ad genitum. Sicut. n. generans no dat se totum, sed parte sui, sic & genitus no exiuit a generante scdm totum, sed scdm aliquam parte: nec illud totum, qd a generante traxit, fuit radicale ipsi generanti, sed aliquid est additum radicali, ut possit augeti. AD ILLUD, quod obiicit de lege cognationis, ia patet responsio: ia bene. n. saluatur lex cognationis, si traducitur filius a patre; trahendo ab ipso humor radicali cu additione extrinseci: sicut si de extrinseci nihil adderetur, imo multo uerius. Additio. n. extrinseci facit, ut linea consanguinitatis aliquando terminetur: & q magis distant a stipite, minoris consanguinitatis uinculo coniungantur. Et si obiiciatur, quod si traducitur aliquid de radicali, quod pari rone posset totum traduci: & quod necesse sit illud esse multiplicatum in se, cu et tot atomi non fuerint in corpore Adæ, quot processerunt ex eo hoies. Dicendum, quod semen, & est quantum mole, & est quantum uirtute: & quantitas uirtutis se tenet ex parte formæ, & potest dici ratio seminalis: & hæc cum sit forma, multiplicabilis est: & ex hoc potest similem sibi inducere in materiam sibi appositam. Quantitas uero molis, quamuis parua sit: potest tamen ad eum extendi, ut com-

miscetur ualde magnæ quantitati per eam naturam naturam, qua omne corpus in infinitum diuisibile est: & sic magnæ quantitati potest commisceri, & totum trahere ad naturam suam, & ex illa totali quantitate potest aliud fieri, quod non fieret de ipso semine per se, & quotcū que fiant ex illa totali quantitate, dicuntur facta per se. Nec tamen oportet ibi distinguere diuersas partes, ex quibus diuersa fiant in illo semine primordiali, sed solum proximo, pro eo qd illud per additionem superflui nutrimenti ad auctum est. AD ILLUD, qd obiicitur de lege resurrectionis, Respondent aliqui, quod homo non potest generari de carnibus alterius hominis, pro eo quod alimentum, & illud quod conuertitur in semen, debet esse in potentia respectu eius, in quod conuertitur: caro autem hominis secundum speciem est in actu: & ideo non potest in alium hominem transmutari. Sed illum non uidetur sufficere, pro eo quod ex carne possunt generari uermes: posset & per consequens generari planta, & fructus, & tunc esset in potentia respectu carnis humanæ: & ita per multas transmutationes uidetur, quod ex ea posset fieri semen. Alii uero dicunt, quod cum caro hominis sit possibilis ad omnem transmutationem, sicut & alia, qd de illa posset generari semen: & tunc resurget in ipso genito, pro eo qd ad ipsum habet essentialiore coparationem, & dominus supplebit illi a iude addendo, siue multiplicando uirtutem super naturam, sicut facit

facit in paruulo. Sed qua ratione dicitur de una parte, qd potest conuerti, eadem ratione & de qualibet, & sic potest homo totum corpus suum amittere. Ideo est tertius modus dicendi, quod caro hominis secundum speciem non potest fieri caro alterius hominis secundum speciem propter necessariam ordinationem, quam habet ad animam, que ipsam uiuificauit. Vtrum aut illa ordinatione fundetur in appetitu naturali, uel naturalium, uel prouidentia conditoris, difficile est discernere. Quocunque tamen modo sit, adhuc est plana responsio. Istud autem planius inuenitur determinatum in Quarto, ubi manifestatur, quid in quo resurget. Resurget autem semen in genito, non in generate: quamuis dictum sit hic, qd semen sit de radicali humiditate generantis. Aliter enim semen est radicale generanti, & aliter generato. Quia generanti est radicale secundum partem sui, est etiam radicale respectu uirtutis generatiuæ, non respectu uirtutis nutritiuæ: uirtus autem generatiua, & eius humiditas est ordinata ad aliud. Vnde si humiditas generatiuæ decidatur ab aliquo, siue alius generetur, siue no, nunquam resurget in eo: & hinc est, quod quamuis in emissionem seminis fiat decisio alicuius radicalis humiditatis, nulla tamen est ibi poena, quoniam illa humiditas per naturam erat ad alterum ordinata. Vnde & manet ibi modus operandi expeditus, & delectabilis, & ordinatus: & hoc totum est, quod illa humiditas in generate erat ad alterum.

In genito uero, quia ex ea fabricatur totum corpus, est sicut totius corporis fundamentum: & tunc quando anima unitur ei, incipit esse uere, & proprie de ueritate humanæ naturæ: tunc. n. primo incipit habere necessitatem ad resurrectionem: prius autem solum erat possibile, uel potentiale. Vnde si qua mulier faceret abortum ante anime unionem, illud nullo modo resurget.

QUESTIO II.

An quidquam transeat in ueritatem humane nature mediante opera nutritiuæ uirtutis?

VERVM aliquid transeat in ueritatem humane nature mediante opere nutritiuæ. Et qd non, uidetur primo per Augustinum. *Cap. 14. Tim. 5.* qui 22. de Ciuitate dei dicit, quod paruuli resurgent in perfectione corporali, & in ætate uirili, quam habituri erant; pro eo qd iam totum in ratione habebant, quamuis non haberet in mole, hæc est sententia uerborum: ergo si tam magni suscitabuntur paruuli, sicut illi, qui multum comederunt, uidetur, qd sumptio alimentorum ueritatem humane nature non augeat, ac per hoc nihil de illis in humani corporis ueritate pertranseat. Item. Ibidem dicit Augustinus. qd si aliquis nutritur de carnibus humanis, caro illa non resurget in eo, qd nutritur, sed in eo, in quo primo fuit caro, sed nihil est de ueritate alicuius, nisi qd resurget in eo: si ergo caro, quæ est per alimentum generata non resurget in eo, in quo est, uidetur quod nihil extrinsecum transeat in ueritatem alicuius mediante opere nutritiuæ. Item. Solum illud dicitur esse uerum

quod habet actum sibi per naturam conuenientem: ergo illud solum est de ueritate carnis humanæ, quod habet actum sibi conuenientem tali carni: sed caro habens actum sibi conuenientem potest aliam carnem in se conuertere, & dicitur caro secundum speciem: ergo illud solum transit in ueritatem carnis humanæ, quod transit in ueritatem secundum speciem: sed mediante opere nutritiua nihil transit in carnem secundum speciem, sicut uult Philosophus; alioquin esset augmentum in infinitum: ergo mediante illa uirtute nihil transit in ueritatem humanæ naturæ.

ITEM. Illud est solum de ueritate alicuius, in quo rei substantia saluatur: sed sola humiditas radicalis est illa, quæ manet, quæ continuari oportet usque in finem: ergo illud solum transit in ueritatem humanæ naturæ, quod transit in humiditatem radicalem: sed nihil potest transire in humiditatem radicalem mediante nutritiua, sicut dicunt medici: alioquin posset homo iuuenescere, & uitam perpetuare: ergo mediante hac uirtute nec transit in ueritatem humanæ naturæ.

ITEM. Quod per naturam generatur, potest per naturam corrumpi: ergo quod mediante opere generatiua proficit, & crescit, potest & minui, & decrescere: si ergo mediante uirtute nutritiua aliquid in ueritatem humanæ naturæ transiret, illud posset deperdi, & sic continue nouum restaurari: contingeret igitur aliquando, quod homo aliud corpus haberet, sicut uidemus in aqua, quæ exir de fonte.

CONTRA. Aug. de uera relig. Ca. 40. Tom. 1. In huiusmodi uisibilis corporis structuram alimenta, quæ apta sunt, assumuntur; non apta uero per congruos meatus eiciuntur. Si ergo quod est de corporis huius structura, & integritate est de humanæ naturæ ueritate: uidetur &c. ITEM. Omne, quod resurget est de ueritate humanæ naturæ: sed illud, in quod transit alimentum mediante opere nutritiua, resurget, utpote capilli. Matth. 10. Capillus de capite uestro non peribit: ergo &c. ITEM. Veritas carnis non est aliud, quam uera caro: sed uera caro est, cui debetur operatio carnis: potissima autem carnis operatio est uiuere per animam: sed in hanc carnem transit alimentum mediante uirtute nutritiua, quia tota caro hominis uiuit: ergo &c. ITEM. Vbicunque est nutritio, ibi est conuersio, & assimilatio, & unio: sed ubi est assimilatio, & unio eiusdem naturæ fit illud, cui unitur, & illud quod unitur: ergo si hoc facit uirtus nutritiua conuertendo alimentum, uidetur quod per ipsam aliquid de alimento in ueritatem humanæ naturæ transit. ITEM. Sicut se habet generatiua ad productionem proles, siue generati: sic se habet nutritiua, & augmentatiua ad perfectionem, & conseruationem nutritiua, & augmentatiua: ergo si aliquid transit in ueritatem humanæ naturæ generatiua mediante generatiua, similiter & aliquid transit in ueritatem humanæ naturæ nutritiua mediante nutritiua, & augmentatiua. EST IGITUR questio, quid sit ueritas huma-

næ naturæ, & quæ differentia sit inter ueritatem humanæ naturæ, & carnem secundum speciem. Et rursus, quæ sit differentia inter carnem secundum speciem, & carnem secundum materiam. Et quare magis dicatur ueritas humanæ naturæ, quam ueritas naturæ asinæ. Hæc omnia ualent ad intelligenda ea, quæ dicuntur in Quarto in Questione de Resurrectione.

RESOLVTIO.

Minime, prout ueritas humana natura ordinatur ad incorruptionem: sed solum prout ordinatur ad resurrectionem, & de congruo.

RESP. Dicendum, quod præter generalem intentionem, qua uerum diuiditur contra falsum, secundum quam intentionem res uera dicitur, quæ habet materiam, & formam, & actum sibi conuenientem: est & alia intentio ueri dupliciter. Una, qua uerum diuiditur contra permixtum: altera uero, qua uerum diuiditur contra uanum. Et primo horum modorum dicitur uerum, quod est purum, & impermixtum. Altero modo dicitur uerum, quod est permanens, & fixum. Cum ergo loquantur auctoritates de humana natura, loquuntur sub uocabulo ueritatis uocantes eam ueram: non est enim aliud dicere ueritatem humanæ naturæ, quam humanam naturam ueram. Sic autem uocant eam loquentes de natura humana ex parte corporis, pro eo quod corpus humanum præter hoc, quod habet formam, & operationem sibi conuenientem, sicut & alia corpora naturalia, habet ordinationem ad immor-

talitatem: & ita quandam impermisionem in hoc, quod non potest tantum transmutari, quin tandem reddatur animæ, quæ ipsum uiuificauit. Habet nihilominus quandam fixationem, siue incorruptionem, pro eo quod necesse est ipsum aliquando fieri immortale. Ratione igitur ordinationis ad incorruptionem, ex qua inest corpori humano non tantum debita operatio, sed et impermissio, & quædam incorruptio dicitur corpus humanum uerum. Illud ergo præcise, & proprie est de ueritate humanæ naturæ, quod est ordinatum ad incorruptionem, & resurrectionem. Aliquid autem ordinatur ad resurrectionem dupliciter, uel de necessitate, uel de congruo. Illud autem ordinatur in nobis ad resurrectionem de necessitate, in quo consistit fundamentum, & fabrica corporis nostri: & hoc est illud, cui primo anima unitur: & tale tractum est a generantibus: & in tale nihil potest transire opere nutritiua, secundum quod nutritiua operatur post animæ unionem. Illud uero ordinatur in nobis ad resurrectionem de congruo, in quo consistit fabricæ nostri corporis complementum: & hoc est, quod facit ad quantitatem corporis perfecti: & sic aliquid de alimento potest conuerti in ueritatem humanæ naturæ mediante uirtute nutritiua, & augmentatiua, quæ ordinantur ad completam corporis fabricam, quæ inchoata fuit mediante uirtute generatiua, cui competit operari, quousque anima infundatur, & ex tunc sequitur operatio nutriti-

Collige
ex. 2. de
Aia 31
& de in
et ps.

ue, & augmentatiuæ ad conseruandum, & complendum corpus. Huic autem modo dicendi concordant tam Naturales philosophi, quàm medici. Naturalis enim philosophus distinguit in homine duplicem carnem, carnem secundum speciem, & carnem secundum materiam. Et uocat carnem secundum speciem, illam; quæ habet uim actiuam, & potentiam conuertendi alimentum in carnis naturam. Carnem uero secundum materiam uocat illam, quæ sic est caro, ut tamen non possit aliquid in carnem conuertere propria uirtute. Dicit etiã, quòd uirtus nutritiua, & augmentatiua non conuertit alimentum in carnem secundum speciem, sed secundum materiam: quia si aliter esset, tunc nunquam staret augmentum: cum augmento enim carnis exsiceret, & uirtus augmentandi: hoc autem non sic est, & ita caro secundum speciem solum est a generantibus, siue mediãte generatiua: quamuis caro secundum materiam, scilicet quæ fluit, & refluxit, possit esse mediante nutritiua. Et est exemplum de uino generato in uite, quòd habet potentiam conuertendi aquam: sed illa aqua non habet potentiam conuertendi aliam aquam: quia si hoc, tunc semper posset quis apponere aquam, & maneret uinum: hoc autem nõ sic est: quia tantum potest poni de aqua, quæ uinum amittit uirtutem suam. Sic & in proposito intelligendũ est, quòd uirtus corporis fabricatiua, potest dare primæ carni potentiam conuertendi, & illa conuertit, quousque tantum ad-

ueniat de carne secundum materiam, quantum erat ibi de potentia conuertendi, sicut uidemus in uino, tum ex parte calorem, tum ex parte extensibilitatis ipsius carnis secundum speciem. Et hinc est, quod unus homo magis augmentatur, quàm alter: & aliquando stat augmentum: quia caro superadueniens in fine quasi aquosum facit, sicut dicit Philosophus: quemadmodum aqua superinfusa uino. Secundum hanc distinctionem carnis distingui potest in theologia ueritas humanæ naturæ dupliciter, sicut dictum est. Similiter medicus distinguit hanc in duplicem humiditatem, uidelicet radicalem, & nutrimentalem: & dicit: quòd humiditas radicalis est illa, in qua calor sustentificatur: nutrimentalis uero est illa, quæ præbet homini caloris fomentum. Dicunt igitur, quod humiditas radicalis est solum a generantibus, & mediante opere generatiuæ: nam nutritiua in hanc humiditatem nõ potest: si enim posset, tunc homo iuuenesceret, & uitam etiam suam in perpetuum continuaret, si illud humidum renouari posset: quod cum constat falsum esse, dicunt quod alimentum mediante nutritiua non transit in illud humidum: & hinc est, quod illi, qui laborant tertia specie echiç, in qua est illius humiditatis consumptio, liberari non possunt, ut dicunt. In humiditatem autem nutrimentalem, quæ calori pabulum præbet; possibile est alimentum conuertit mediãte opere nutritiue. Et est exemplum in lampade ardente, in qua est humiditas olei, & humiditas ellychnii:

elchnii: & humiditas ellychnii assimilatur humido radicali: quoniam ex quò consumitur, restaurari non potest, & in illo ellychnio flamma sustentificatur: humiditas uero olei assimilatur humiditati nutrimentali, quæ pabulum præbet igni, & impedit ne cito illychnium consumatur: & illa humiditas aliquando augetur, aliquando minuitur, aliquando consumitur, aliquando restauratur. Et iuxta hanc duplicem humiditatem distinguunt dupliciter theologi humanæ naturæ ueritatem, sicut prius dictum est.

ET PER hoc patet responsio ad quæstionem propositam; patet etiam responsio ad obiecta. Nam rationes, quæ ad primam partem inducuntur, uidelicet quòd nihil transit in ueritatẽ naturæ humanæ mediante opere nutritiue, procedunt secundum quòd de ueritate humanæ naturæ dicitur esse aliquid, quòd est de necessitate ordinatum ad incorruptionem: & hoc modo bene concedendũ est, quòd nihil transit in ueritatem nutriti.

RATIONES uero ad oppositum procedunt de ueritate humanæ naturæ, secundum quòd illud dicitur esse de ueritate humanæ naturæ, quòd est ordinatum ad resurrectionem de congruo: tale autem est non solum quòd trahitur a generante, sed etiam tota illa caro, quæ reperitur in homine in eius morte, maxime si non faciat ad corporis deformitatem. NE hoc impedit, quòd dominus paruulos suscitabit in perfecta quæ-

titate. Dicit enim Augustinus, quòd supplebit uirtus diuina, ubi deficit natura: ubi uero natura sufficientem parauit materiam, Deus non agit supplendo, sed reformando. Nec ualet illa ratio, quòd si Deus supplet in resurrectione sine additamento, quòd nunc similiter fiat sine additamento: quia illa erit operatio mirabilis, & supra naturam hominis uero generatio, & augmentatio, quæ nunc est, naturaliter fit: & ideo illa ratio, quam Magister adducit in litera, non cogit, imo sicut apparet aspicienti, arguit a maiori affirmando.

ILLA uero, quæ ultimo quærebantur, iam plana sunt per ea, quæ dicta sunt. Concedendum est igitur, sicut ex præcedentibus apparet, quòd aliquid extrinsecum transeat in ueritatem humanæ naturæ: sed mediante opere generatiuæ transit in ueritatẽ, prout ueritas proprie dicitur, secundum quòd dicit necessariam ordinationem ad incorruptionem: mediante uero opere nutritiue transit aliquid in ueritatem humanæ naturæ: prout ueritas dicitur large, uidelicet secundum quòd dicit ordinationem ad resurrectionem de congruo: & sic quòd est de ueritate unius, potest resurgere in alio, secundum quòd

manifestatur in Quar-

to. His uisis

fatis

plana sunt ea, quæ

dicuntur

in lite

ra.

D I S T I N C T I O X X X I .

Qualiter peccatum originale a parente traducatur
in ipsam prolem.



Nunc superest investigare, qualiter peccatū a pa-
tribus traducatur in filios, scilicet an secundū so-
lā animā, an secundū carnē, siue secundū utrūq;.
Putauerunt quidā secundū animā trahi peccatū
originale, non solum secundum carnem: quia non solum
carnem, sed & animam ex traduce esse arbitrati sunt. Si-
cut enim in generatione prolis de carne paterna substan-
tialiter trahitur caro: ita etiam de gignentis animam ge-
niti essentialiter deduci ab his existimabatur. Ideoque
sicut de corrupta carne caro corrupta seminatur: ita etiā
de anima peccatrice anima peccatrix, corruptione origi-
nali infecta, ab illis trahi dicitur.

Prædictæ opinionis damnatio.

Dis. 18 Hoc autem fides catholica respuit, & tanquam veritati
aduersum damnat: quæ non animas: sed carnem solam, sicut
superius diximus, ex traduce esse admittit. Non ergo secun-
Dis. 8 dum animā, sed secundum carnē solam, peccatum originale
trahitur a parentibus. Est. n. peccatum originale (vt supra
diximus) concupiscentia, non quidē actus, sed vitium. Vnde
Lib. de Aug. Ipsa concupiscentia est lex membrorum, vel carnis,
quæ est morbidus quidam affectus, vel languor, qui commo-
uet illicitum desiderium, id est, carnalē concupiscentiā, quæ
lex peccati dicitur. Quæ dicitur manere in carne, non quia
in anima sit, sed quia per corruptionem carnis in anima sit.
Causam corruptionis carnis, ex qua in anima peccatū sit.

Caro enim propter peccatum corrupta fuit in Adam,
adeo vt cum ante peccatum uir & mulier sine incentiuo li-
bidinis, & concupiscentiæ feruore possent conuenire, es-
setque thorax immaculatus: iam post peccatū non valet fie-
ri carnalis copula absque libidinosa concupiscentia, quæ sem-
per vitium est, & etiam culpa, nisi excusetur per bona con-
iugij. In concupiscentia ergo, & libidine concipitur caro for-
manda in corpus prolis. Vnde caro ipsa, quæ concipitur, in

vitiosa

vitiosa concupiscentia polluitur, & corrumpitur: ex cuius
contactu anima cum infunditur, maculam trahit, qua pol-
luitur, & fit rea, id est vitium concupiscentiæ, quod est ori-
ginale peccatum.

Quòd propter corruptionem carnis, dicitur pecca-
tum esse in carne.

Ideoque ipsum peccatum dicitur manare in carne. Caro
ergo, quæ in concupiscentia libidinis seminatur, nec culpa
habet, nec actum culpæ; sed causam. In eo ergo quod semina-
tur, corruptio est: in eo autem quod nascitur, concupiscen-
tiæ vitium est. Vnde Ambrosius de verbis apostoli, sic ait, Comētā
rio ad
7. Cap.
ad Ro.
tom. 4. Quomodo habitat peccatum in carne, cum non sit substan-
tia; sed priuatio boni? Ecce primi hominis corpus corruptū
est per peccatum, ipsaque corruptio per conditionem offen-
sionis manet in corpore, robur tenens diuinæ sententiæ da-
te in Adam: cuius consortio anima maculatur peccato. Ibidem
paulo
iferius Per id ergo quòd facti causa manet, inhabitare dicitur pec-
catum in carne, hæc est lex carnis. Idem, Non habitat pec-
catum in anima; sed in carne: quia peccati causa ex carne
est, non ex anima: quia caro ex origine carnis peccati, et per
traducem omnis caro fit causa peccati: anima uero non tra-
ducitur, & ideo in se causam peccati non habet. Augustin.
quoque ex carne peccatum animam contrahere in sermone
quodam de verbis Apostoli ostendit, dicens, Vitium concu-
piscentiæ est, quod anima non ex se; sed ex carne contraxit.
Natura quippe humana opere Dei cum vitio primitus est
instituta; sed ex voluntatis arbitrio priorum hominum ve-
nienti uitio est sauciata, ita vt non sit in carne bonum; sed
uitium, quo inficitur anima.

De causa originalis peccati, utrum sit cul-
pa, an pœna.

Hic quæri solet, utrum causa peccati originalis, quæ di-
cta est esse in carne, culpa sit, vel pœna, siue aliquid aliud.
Culpa esse non potest, quia culpa non est in re irrationali. Si
enim culpa esset in carne ante infusionem animæ, actualis es-
set, uel originalis. Sed actualis ibi non est, nec originalis cul-
pa est: quia ipsa causa est originalis peccati. Si autem pœna
est.

est, quæ est illa? passibilitas, uel mortalitas, uel alia corruptio: Hos enim defectus carni inesse constat.

Quid sit fœditas tracta ex libidine cocuntium.

Ad quod dici potest, quod multiplex defectus carnis, & præcipue pollutio quædam, quam ex feruore coitus parentum, & concupiscentia libidinosa contrahit caro, dum concipitur, causa est originalis peccati, quæ recte uitium, siue corruptio carnis appellari potest. Quæ fœditas maior uideatur esse in carne concupiscentialiter traducta quàm in ea unde traducitur. Et quod uitium, uel corruptio sit in carne ante coniunctionem animæ, effectu probatur, cum anima infunditur, quæ ex corruptione carnis maculatur: sicut in uase dignoscitur uitium esse, cum uinum infusum acescit.

Non absurde dici filios trahere peccatum a parentibus, etiam mundis.

Ne autem miremur, & intellectu turbemur, audientes peccatum originale filios traducere a parentibus, iam per baptismum ab illo peccato mundatis, diuersarum similitudinum inductione id posse fieri insinuat Augustinus in

Cap. 8. Libro de Baptismo paruulorum, inquit, Quomodo præputium per circunsionem aufertur, manet tamen in eo quæ genuerunt circuncisi: quomodo etiam palea, quæ opere humana tanta diligentia separatur, manet tamē in fructu, qui de purgato nascitur tritico: ita peccatum quod in parentibus

Cap. 9. u. 2. per baptismum mundatur, manet in eis quos genuerunt.

Ex hoc enim gignunt, quod adhuc uetustum trahunt, nō ex hoc, quod lex in nouitate promouit eos inter filios Dei. Nō

Li. 2. c. 27. enim generant parētes filios secundum illam generationem, qua denuo nati sunt: sed potius secundum illam, qua carnaliter & ipsi primum sunt generati.

Quare dicatur originale, idque per modum epilogi.

Iam ostēsum est, quid sit originale peccatū, & qualiter a parētib; in filios, & per carnē in animam transeat. Ex quibus etiā innotescit, quare dicatur originale peccatū: ideo. s. quia ex uitiosa lege originis nostræ, in qua concipimur. s. carnis libidinosa concupiscentia traducitur, ut supra dictū est.

Non enim quia ex carne tracta ab Adam concepti sumus,

ideo

ideo peccatum traximus: quia & Christi corpus ex eadem carne formatum est, quæ ab Adam descendit: sed eius conceptus est celebratus non lege peccati, id est, concupiscentia carnis: unde et caro eius peccatrix non fuit, immo operatione Spiritus Sancti. Noster uero conceptus non fit sine libidine: & ideo non est sine peccato. Quod euidenter Augustinus ostendit in Libro de fide ad Petrum, dicens, Quia dum sibi inuicem uir mulierque miscentur, sine libidine non est parentum concubitus, ob hoc filiorum ex eorum carne nascentium non potest sine peccato esse conceptus: ubi peccatum in paruulos non transmittit propagatio, sed libido: nec fœcunditas humane naturæ facit homines cum peccato nasci, sed fœditas libidinis, quam homines habent ex illius primi iustissima condemnatione peccati. Ideo beatus David propter originale peccatum, quo naturaliter obstricti sunt filij iræ, dicit, In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis Ps. 50 concepit me mater mea. Ex hoc itaque apparet, ex lege conceptionis traduci originale peccatū: quia nisi conceptio sic fieret in carne, anima ex carnis coniunctione concupiscentiæ uitium non traheret.

Obiectio quorundam, peccatum non traduci lege coitus asserentium.

Sed ad hoc opponitur hoc modo. In ipso conceptu ubi dicitur transmitti peccatum, propagatur caro: nec tamen tūc infunditur anima secundum phisicos; sed iam effigiatis corporibus: quod etiam Moyses in Exod. aperte significat, ubi ait de percussura mulieris prægnantis: Si quis, inquit, percusserit mulierem prænantem, & abortum fecerit, si adhuc informe fuerit puerperium, multabitur pecunia: si autem formatum fuerit, reddat animam pro anima. Formatum uero intelligitur, propria anima animatum: & informe, quod nondum habet animam. In ipso ergo conceptu cum caro propagatur, nondum infunditur anima. Quomodo ergo ibi peccatum transmittitur, cum peccatum non possit esse ubi anima non est? Ad quod dici potest: quia in illo conceptu dicitur peccatum transmitti, non quia peccatum originale ibi fit,

fit: sed quia caro ibi contrahit id, ex quo peccatum fit in anima cum infunditur. Et utrumque uocatur cōceptus, scilicet cum caro propagatur, formamq; corporis humani recipit, & cum anima infunditur quod aliquando etiam dicitur natiuitas. Vnde dicitur, quod natum est in ea. Proprie autem natiuitas dicitur in lucem editio.



SUPRA ostendit Magister, quid sit peccatū originale, in hac parte intendit manifestare, qualiter a parēte traducatur in prolem. Diuiditur autē pars ista in tres partes. In quarum prima Magister falsitatem improbat. In secunda ueritatem explicat. ibi. *Est enim peccatum originale, &c.* In tertia uero ueritatem epilogat, ut addat. ibi. *Iam ostensum est, quid sit originale peccatum &c.* Prima pars habet duas. In prima ponit falsam opinionem circa originalis traductionem. In secunda subiungit eius improbationem. ibi. *Hoc autem fides catholica respuit, &c.* Vbi ostenditur, quod originale nō habet traduci p traductionem animæ. Similiter secunda pars principalis duas habet. In quarū prima determinat ueritatē, ostendens quod originale traducitur mediante carne. In secunda uero remouet dubitationem. ibi. *Hic queri solet, utrum, &c.* Similiter tertia pars principalis duas habet, In prima determinata epilogat, & explanat. In secunda uero dubitationem mouet, & determinat. ibi. *Sed ad hoc opponitur hoc modo, &c.* Et sic huius distinctionis intentio uersatur principaliter circa duo. Quorum primū est, quod originale non potest traduci mediante anima. Secundū

est qualiter ipsum traducatur mediante carne.

Hic queri solet, utrum causa, *Dub. 1.* Obicitur: quod nō uidetur ipse respondere ad quæstionem propositam; quia in soluendo nec determinat, quod sit culpa, nec determinat quod sit pœna, & uidetur quod neutrum sit. Culpa non est; constat. Pœna non uidetur esse: quia pœna in ea sola natura nata est esse, in qua & miseria nata est esse: & miseria in ea sola, in qua etiam beatitudo est nata esse: hæc autem est sola rationalis creatura: ergo ante aduentum animæ nec potest esse pœna, nec culpa. Itē. Pro omni pœna aliquis punitur: sed p illa corruptione, quæ est in semine ante aduentū animæ nullus punitur: ergo non uidetur esse pœna. Sed in contrarium est: quia cum sit corruptio sequens ex culpa, & omnis talis sit pœna, uidetur talis corruptio esse pœna. Item. Cum omnis maledictio sit pœnæ, uel culpæ, semen erat maledictum, secundū quod dicitur Sap. 11. & Aug. ex *Tom. 9* ponit in Li. Hypognosticon: ergo &c. Respondendum est ad hoc breuiter, quod Magister ad istam quæstionem respōdet ualde caute, & rationabiliter. Nec enim sustinet, quod sit culpa, nec tamē negat. Nō enim actualiter est pœna, uel culpa corruptio

prio illa, siue fœditas, quæ pœna sub ratione pœnæ, & culpa sub ratione culpæ sunt contra substantiam rationalem: nec tamen negat, quod sit culpa, uel pœna; quia ad utrumque ordinem habet, & utrumque quodammodo est causa. Anima enim ex coniunctione sui ad carnem ratione illius fœditatis contrahit pœnam, & culpam, licet culpā prius contrahat per naturam, quàm meritum pœnæ; ideo Magister ut utrumque comprehendat, uocat eam uitiositatem. Et per hoc patet responsio ad utramque partem: quia quodam modo dicitur est pœna, quodam modo uero non.

Fœditas maior uidetur, &c. *Dub. 2.* Contra. Si hoc uerum est, cum originale contrahatur ex illa fœditate, uidetur quod maius sit originale in uno, quàm in alio. Item. Nulla proprietas est intensior in effectu, quàm in causa, quādo est uniuoce in utroque: ergo si fœditas in carne traducta causatur ab eo, a quo traducitur, non uidetur Magister dicere uerum, cum dicit, quod maior est hic, quàm ibi. Respon. Dicendum, quod cum dicit Magister, quod maior sit fœditas in carne, quæ traducitur, quàm in carne, a qua traducitur: hoc intēdit quantum ad carnem, quæ est in aliis membris, & quæ deseruit aliis membris, quàm membris generatiuæ. Hoc autem dicit: quia in illa potentia est quædam fontalis infectio, propter quam semen ibi genitum, & per illam uiam descendens maiori infectioe inficitur, quàm alii humores: quod manifestat pr-

ritus, & feruor coitus, sicut ipse dicit in litera. Vnde non uult dicere, quod semen ex quo generatur proles, sit magis infectum, quàm semē, ex quo generatus est pater: nec tamen sequitur, quod maius sit originale in prole, quàm fuerit in patre. Et ita patet responsio ad illud: sed hoc planius explicabitur, cum agetur inferius de quantitate originalis.

Non enim quia est in carne &c. *Dub. 3.* Queritur hic, utrum si aliquis homo fieret de carne Adæ corrupta præter legem generationis, utrum contraheret originale. Et quod non, uidetur Magister dicere in litera, & hoc ipsum uidetur Aug. dicere contra Pelagianos, ubi dicit. Qualis terrenus, tales & terreni: hoc quomodo nisi per seminis sparsionem? & post. Semen ergo uitiatū est, sicut scriptum est: semē est maledictum ab initio. Et post clarior. Vitium contrahi non potest protoplasti sine seminis effusione. Si ergo aliter formaretur, quam per istam uiam, non uidetur quod contraheret originale. Sed contrarium eius uidetur, quod si tota caro Adæ corrupta fuit, & fœdata merito culpæ, uidetur pari ratione, quod peccatum contraheretur, si fieret de alia parte, sicut si fiat de semine. Præterea totum corpus proles fabricatum est ex semine; & constat, quod fœditas illa non purgatur propter diuersitatem organizationis: ergo si anima originale contraxit, quæ iuncta est primo illi corpori, pari ratione uidetur, quod contraheret illa anima, quæ coniungeretur corpori ex illa carne formato.

nisi in illa formatione esset purificatio. Resp. Quidam tenent, quod contraheret originale propter hoc, quod non solum est corruptio, & foeditio in parte: sed in tota carne. Alii uero tenent oppositum, dicentes quod & si sit in omnibus membris corruptio poenaltatis, corruptio tamen foeditatis, quae est principium originalis in parte generatiua consistit. Quodcunque horum dicatur, non est magna uis facienda: quia nullus est, qui non generetur secundum legem propagationis ex semine infecto: nisi Christus solus, de quo dictum est, quod non habuit originale peccatum. Veruntamen securius est adherere uerbis Magistri, propter hoc quod magis consonant uerbis Aug. Unde si homo fieret ex aliqua parte, uel etiam mulier facta fuisset ex costa uiri, postquam peccauit, poenaltate aliquam habuisset, non tamen peccatum originale. Nec ualet quod obiicitur de corruptione: nam & si in omnibus membris corruptio sit poenaltatis, corruptio tamen foeditatis est in solo semine ratione infectionis principalis, quae est in ui generatiua. Quare autem uis illa sit magis infecta, quam alia, determinatum est supra.

In iniquitatibus conceptus sum
 Dub. 4 &c.) Contra. Ex illo uerbo uidetur colligi, quod actus matrimonialis nunquam absque peccato habeat fieri, & hoc ipsum auctoritate Aug. 14. de ciui. Dei Genitales corporis partes ita libido suo iuri mancipauit, ut moueri non ualeat, si ipsa defuerit. Et ad Valerium. Honestas con-

cubitus non est sine ardore libidinis. Sed contrarium huius est: quia omne mandatum Dei potest absque peccato impleri: ergo prolem absque peccato, procreare potest homo ad cultum Dei. Ad hoc breuiter dicendum est, quod actus matrimonialis potest fieri absque omni peccato, maxime cum sit causa generandae prolis, uel reddendi debiti: & illud uerbum Psalmistae intelligitur de peccato originali in prole, non de peccato actuali in parente: & similiter uerbum Aug. intelligitur de libidine, prout est pruritus carnis, non prout est improbitas uoluntatis: & hoc modo plus est poena, quam culpa. Et de hoc planius determinatur in Quarto Tractatu de Matrimonio. Dist. 31.

ARTICVLVS I.

QUESTIO I.

An anima sensibilis in hominibus a generante sit?



Intelligentiam eorum, quae in hac parte dicuntur incidit hic questio circa duo. Primum est, utrum originale traduci possit mediante sensibili portione. Secundum est, utrum traduci habeat mediante carne. Circa primum quaeruntur tria. Primo quaeritur, utrum sensibilis anima in hominibus sit a generante. Secundo quaeritur, cui parti animae primo insit peccatum originale. Tertio quaeritur, utrum per originale maior fiat in nobis corruptio generatiuae, quam alterius potentiae.

VTRVM anima sensibilis in hominibus sit a generante.

Et

Et quod sit a generante uidetur. Primo per uerbum Philosophi in 2. de Anima, ubi dicit, quod sensitiua prima mutatio est a generante; sed prima mutatio sensitiuae est illa, quae est ad esse; ergo uidetur, quod pars sensitiua in nobis educata esse a generante. ITEM. 16. Animalium. Solus intellectus intrat ab extrinseco: ergo solus intellectus intrat per creationem: ergo uidetur, quod anima sensitiua in nobis educatur de principiis materiae, & per generationem. ITEM. Sicut operatio animae sensitiuae in brutis pedet a corpore: ita est & in hominibus. Unde sicut brutum impeditur ab operatione uidendi laeso organo, sic est homo: sed quod similiter se habet ad operationem, similiter se habet ad generationem: ergo si in brutis est anima sensibilis, non per creationem, sed per generationem: sicut cõiter tenetur, & supra ostensum est Dist. 15. & est 17. uidetur, quod in homine similiter sit per generationem. ITEM. Sicut in generatione brutorum prius est animal, quam equus: sic est in generatione hominis prius est animal, quam homo: ergo prius habet operationem, & perfectionem partis sensitiuae, quam habeat operationem, & perfectionem intellectiuae. Et huius signum est: quia embryus prius nutritur, & sentitur, quam perficiatur anima rationali: ergo uidetur, quod ante productionem rationalis educatur in nobis sensibilis: sed hoc non est per creationem: ergo per generationem. ITEM. Anima sensitiua est in potentia materiae, aliorum nunquam ab agente naturali in his, quae per putrefa-

S. Bon. Lib. 2.

tionem generantur posset, produci in esse: si ergo aequae potens, uel magis potens est uis generatiua in homine, quam sit in bruto: & brutum potest per uim generatiuam animam sensitiuam ad esse producere, multo fortius igitur hoc uidetur esse in homine. ITEM. Si in nobis est sensitiua per creationem, in brutis per generationem: ergo non uidetur, quod sit in nobis, uel in ipsis uniuoce: & si hoc animal dicitur aequiuoce de asino, & de homine: quod si hoc est inconueniens, restat, quod si in brutis est per generationem, quod similiter in homine.

SED CONTRA. August. in Lib. de Spiritu & anima. Cum recedit anima a corpore, secum trahit sensum, & imaginationem, & rationem, & intellectum: sed nihil quod separatur a corpore, est per generationem: sensibilis autem in homine est huiusmodi: ergo &c. ITEM. In Lib. de Eccle. dog. Animae animalium non sunt substantiae, sed cum carne ipsa carnis uiuacitate nascuntur, & cum carnis morte finiuntur: anima uero humana non cum carne moritur: quia nec cum carne seminatur. ITEM. Philosophus in secundo de Anima dicit, quod sensitiuum est in intellectu, sicut tetragonus in pentagono: & uegetatiuum in sensitiuo, sicut trigonus in tetragono: si ergo ab eodem principio est tetragonus, a quo est pentagonus, ab eodem erit anima sensitiua, & intellectiua: sed intellectiua non est a generante, ut monstratum fuit supra: ergo nec

PPP sensu

LIBRI SECVNDI

sensitiua. **ITEM.** Quæcūq; sunt idem in substantia, ab eodem principio educuntur in esse: sed anima sensitiua, & intellectiua in eodem homine sunt idem in substantia: quia unius perfectibilis una est perfectio: ergo si rōna lis non est per generationē, uideretur quod nec sensibilis. **ITEM.** Quæ simul corrūpuntur, simul etiam producuntur: ergo pari ratione quæ simul separantur, simul & infunduntur: sed recedē te ī homine anima rationali, nullo modo remanet potentia sentiēdi in corpore: ergo sicut amittitur potentia sentiēdi in recessu animæ, ita infunditur in aduentu: non est igitur a generatione, sed a creatione. **ITEM.** Cū intenditur operatio sensus, minuitur operatio intellectus, & e conuerso, sicut patet per experientiam: ergo necesse est sensum, & intellectū uel esse unā potentiā, uel esse potentias eiusdem substantiæ: sed quodcūque eorū sit, eodē modo habēt educi in esse: cum igitur rationalis non sit ex traduce, uidetur quod nec portio sensibilis in homine. **QVOD** si tu dicas, q̄ una retrahit alteram propter ordinem, & unionem in uno perfectibili, nō in una substantia. Obicitur cōtra hoc: quia aīa rationalis aut potest sentire, aut non. Si nō potest, ergo uidetur, q̄ non possit corpus uiuificare. Quod si pōt sentire, restat q̄ potentiæ istæ fundantur in eadem substantia. **SI** TV dicas ad hoc, q̄ duplex est in nobis sensitiua. Vna a generante, & hæc corrumpitur. Alia a creante, & hæc cum anima separatur. Obicitur contra

hoc: quia natura non facit per plura, qđ potest facere per pauciora: si ergo sensitiua illa quæ est a generante, sufficit in brutis ad sentiendum, multo fortius illa, quæ est a creante, sufficit homini: ergo non est aliam ponere sensitiuam, quæ sit a generante. **QVOD** si tu dicas, q̄ est ibi non ad sentiendum, sed ad disponendum corpus ad susceptionē rationalis: hoc non uidetur sufficere: quia talis anima est substantia æque completa in homine, sicut in brutis, & in brutis non caret operatione sensitiua: uidetur ergo q̄ nec in homine: aut igitur erit in nobis ponere duplicē actum sentiēdi simul, & semel: aut est ponere, q̄ sensitiua sit in nobis a creatione: sed primum manifeste est falsum: restat igitur, q̄ ultimum uerum sit.

RESOLVTIO.

Abeant hæretici cedant philosophis: anima sensibilis non ex traduce est: sed à Deo creata.

RESP. Dicendum, qđ circa hoc triplex est modus dicendi. Aliter enim senserunt hic quidam hæretici, aliter uidentur sensisse philosophi, aliter etiam hic senserunt doctores catholici. Quidam enim hæretici senserunt esse in nobis animas diuersas, ita q̄ sit una a Deo bono, & altera a Deo malo: & ex hoc dixerūt, q̄ venit in nobis controuersia, & rebellio appetituum, ita quod caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē: quia una illarum animarum, scilicet quæ est a bono Deo, nō potest facere malum: altera uero scilicet illa, quæ est a Deo malo, non potest facere bonum. Hūc

modum

DISTINCTIO XXXI.

482

modum dicendi tanquam hæreticum reprobatur Aug. in Lib. de Duabus animabus, ostēdens q̄ ista positio implicat in se duo cōtradictoria, dum ponit talem rebellionem esse in homine, & ponit simul cum hoc hominem peccare, & hominem pœnitere posse. Hanc etiam positionē facile esset improbare secundum uiam philosophiæ: quoniam in uno perfectibili necesse est unā esse perfectionem: & cum homo sit unum quid per essentiā, impossibile est ab omnino diuersis principiis in esse produci: si ergo anima rationalis est a Deo bono, sensibilis nostra non potest esse a Deo malo. **QV**IDAM autem dixerunt, quod rationalis, & sensibilis sunt ī nobis duę substantiæ: non tamen sunt duę animæ, pro eo quod anima est nomen officii, & illæ duę substantiæ ordinatæ sunt ad unius corporis perfectionem, ita q̄ una disponit ad alteram: una tamen illarum est per generationē, scilicet sensibilis: & huius signū est, quod dependet a corpore, & est perfectio alicuius partis corporis: rationalis uero, quæ nullius partis corporis est actus, est per creationem. Sed hunc modū dicendi respuit August. in Lib. de eccle. dog. dicens. Non duas animas ī vno homine esse dicimus. (Sicut Iacobus, & alii Syrorum scribunt) unam animalem, quam animetur corpus, & mista sit sanguini, & alteram spiritualem, quæ rationem administret. Et si tu dicas, quod negat duas esse substantias: per literam sequentem apparet quod negat duas

substantias esse. Ait enim sic. Sed dicimus unam eandemque animam esse in homine, quæ corpus sua societate uiuificat, & semetipsam sua ratione disponit. Et expressius in Lib. de Spiritu, **CA.** 13. & anima dicit, quod una, & eadem anima dicitur sensus dum sentit, & ratio dum discernit. Et iterum dicit, quod anima, cum recedit, trahit secum potentias sensitiuas. Doctores autem theologiæ dicunt, q̄ sensibilis, & rationalis in homine eiusdē sunt substantiæ, & ab eodem principio habent educi inesse, uidelicet a creatore, p̄ eo quod in nobis non nominant diuersas substantias, sed diuersas potentias eiusdem substantiæ: sicut Aug. ubi de hac materia loquitur, insinuat expresse: & hoc idem ualde est rationale ponere in homine unam substantiam perfectientem, quæ dat ei uitā, & sensum, & intellectum. Nec repugnat illud uerbis Philosophi si rectē intelligantur. Propter quod notandum, quod sensualitas tribus modis accipitur. Vno modo sensualitas dicitur dispōnē ex parte carnis ad actum uirtutis sensitiuæ: & hoc modo accipitur in Lib. de anima, & spiritu cap. 13, ubi dicitur. Anima, quæ uere spiritus est, & caro, quæ uere corpus est, in suis extremitatibus facile iunguntur, id est in phantastico animæ, quod corpus non est, sed corpori simile: & sensualitate carnis, quæ fere spiritus est. Alio modo sensualitas dicitur dispositionē ex parte carnis ad sentiendum cum uirtute spirituali mouēte, nondū anima carnē perfectiēt: & talis sensualitas

est in embryone ante ipsius cōpletam animationē. ibi. n. non pōt esse substantia animæ perficiēs, cum sit perfectio corporis physici organici: nec possit actualiter existere, nisi corpore existente in debita cōplexione, & organizatione: pōt tamē ibi esse uirtus animæ patris, quæ quidem est in semine, sicut in subiecto deferente; sicut uirtus motoris defertur simul cū lapide pietato: & ideo hæc cessat, quā operatio eius consummatur, quod fit quando corpori organizato inducitur anima sensitua perficiens, siue educatur de potentia materiæ subito; siue cū rationali infundat ab extrinseco. Tertia uerò sensualitas est, quæ nō tñ dicit dispositionem cum uirtute mouente; sed ēt habilitatē, quæ inest ex anima perficiēte. Primo, & secundo modo accipiēdo sensualitatem, sic est in nobis a generante: quia cum semine deciduntur calores, & spiritus, per quos caro disponitur ad sentiendum: trāsfunditur ēt simul cū hoc aliqua uirtus animæ, quæ mouet, & regit, & operatur usque ad formæ inductionem. Tertio modo sensualitas est in homine ab anima perficiēte, quæ quidem non habet esse per generationem, sed per creationem. His uisus patet respōsio ad quæstionem. Cōcedendum est enim, quod anima sensibilis non est in nobis ex traduce; sicut ostendunt rationes ad secundam partem obiectæ.

Ad rationes uerò, quæ adducuntur in oppositum facile est respondere. Ad illud enim, quod obiicitur, quod sensitui prima mu-

tatio est a generante. Dicendū, quod loquitur de sensitiuo, secundum quod nominat substantiā, nō scdm quod nominat potentiam substantiæ incorruptibilis. Vel ēt hoc dicitur ratione illius sensualitatis secūdo modo dictæ, quæ quidem habet esse a generante. Ad illud, quod obiicitur, quod solus intellectus intrat ab intrinseco. Dicendū, quod ibi uocatur intellectus substantia intellectiua: & quia eadē est substantia intellectiua, & sensitua hominis: ideo per hoc non excludit sensitua hominis, sed sensitua bruta. Ad illud, quod obiicitur, quod operatio sensitui pēdet ex corpore. Dicendū, quod ex hoc non sequitur, quod anima dependeat, quā in eadem anima reperitur operatio, quæ ei potest competere præter corpus: hæc autem non conuenit ipsi animæ, nisi secundum quod animat; & ita secundum quod corpori iūcta est, & propterea pendet ex corpore: nec anima utitur illa potentia, postquā a corpore separat: Nec sequitur, quod sit occiosa: quia substantia illa aliā habet operationem: Hoc aut planius inuenitur determinatum in 4. in Quæstione de cognitione animæ separata. Ad illud, quod obiicitur, quod prius est animal, quā homo. Dicendum, quod hoc dicitur: quia prius reperitur in embryone operatio animalis, quæ operatio hominis: prius. n. mouetur, & sentit, quā ratiocinetur: sed hoc est a sensualitate secūdo modo dicta, put est a uirtute mouēte, nō prout est a uirtute perficiēte. Ad illud, quod obiicitur,

Dis. 50
par. 2.
art. 1.

obiicitur, quod anima sensibilis est in potentia materiæ. Dicendum, quod uerum est secundum quod anima sensibilis nominat substantiam generabilem, & corruptibilem, sed nō prout nominat potentiam substantiæ incorruptibilis. Et quia anima sensitua in brutis huiusmodi substantiā nominat, hinc est, quod bruta suam animam sensitiuam educunt de materia, sicut & in his, quæ potissime generantur per putrefactionem: sensibilis uero in homine dicitur potentiam rationalis substantiæ: & ideo ab eo solo producitur, a quo substantia rationalis: & ideo quod sensibilis non possit propagari in homine sicut in brutis, hoc nō est ratione imperfectionis ex parte uirtutis generantis: sed ratione imperfectionis, quæ consistit in sensitua hominis. Ad illud, quod obiicitur, quod nō est uniuoce in homine, & in asino. Dicendū, quod aliquid perducitur per generationem, & aliquid perducitur per creationem, non tollit uniuocationem: sicut si Deus modo crearet unum hominem, eiusdem speciei esset cū aliis hominibus. Si igitur maior requiritur uniuocatione in specie, quam in genere, planum est ex hoc, quod diuersus modus producendi animam sensibilem in homine, & asino, non facit hominem, & asinum æquiuoce dici. Et si tu obiicias quod sensibilis in homine nominat potentiam, & in asino nominat substantiam, ergo æquiuoce dicitur. Dicendum, quod in asino etiam potest nominare substantiam, & potest nominare potentiam, principaliter tamen nō

minat potentiam: quia nomen eius sumptum est ab actu sentiendi. In homine similiter nominare potest, & substantiam, & potentiam: sed prout nominat substantiam, non dicitur aliquid diuersum a rationali: eadem enim est substantia, quæ facit hominem & sentire, & ratiocinari, quamuis alia & sit potentia: & sic patet, quod ex hoc non tollit uniuocatio in genere animalis respectu rationalis, & irrationalis.

QVAESTIO II.

Peccatum originale ex qua parte primo insit animæ?

RATIONE cuius partis primo insit animæ peccatum originale. Et quod primo insit ratione potentiæ uegetatiuæ, uideatur: quia originale inest animæ ex coniunctione sui ad carnem corruptam, sed anima maxime unitur carni secundum potentiam uegetatiuam, quæ est prima potentia in ipsa: ergo uideatur, quod primo insit ei ratione potentiæ uegetatiuæ. Item Hoc uidetur alia ratione. Potentia generatiua est ipsius animæ uegetabilis: sed illa est, mediante qua originale transfunditur, & quæ maxime per originale peccatum insicitur, sicut patebit inferius: ergo uidetur, quod ratione uegetabilis primo, & principaliter insit aīe culpa originalis. Quod autē ratione partis sensibilis, uideatur. Originale enim (sicut dicit Augu.) est concupiscētia primo, & principaliter in parte sensibili radicitur: quā concupiscētia dicit appetitū boni, nunc, prius cognitione, & hoc cōpetit parti sensitui: ergo uir, quod originale peccatum primo habeat

Quo. imo
mediante
se-
quentis

feri in anima secundum illam partem. **ITEM.** In actuali peccatione peccati uidemus, quod peccatum peruenit ad rationem mediante sensualitate, pro eo quod peruersio hominis incipit ab inferiori, & a conuersione ad bonum commutabile: ergo si peccatum originale incipit ab inferiori, uidelicet a carnis infirmitate, & aiam ab inferiori habet inficere; ut quod primo habeat animam inesse ratione potentiae sensituae. **QVOD** autem primo insit ratione partis rationalis uidetur: Originale enim est carētia debitae iustitiae: sed iustitia habet esse in sola rationali uoluntate primo, & principaliter, sicut dicit Anselm. **LIB. de Conceptu virg.** ergo originale peccatum primo, & principaliter ratione partis rationalis habet animam inesse. **ITEM.** Originale peccatum est peccatum mortale: ergo per ipsum anima est a Deo auersa: sed auerti est ipsius portionis rationalis primo, & principaliter: ergo uidetur, quod originale peccatum primo habeat inesse animam ratione rationalis potentiae. **SED QVOD** primo insit ipsi animae ratione suae substantiae, uel essentiae uidetur: quia originale contrahitur in anima ex unione ipsius ad carnem: sed per prius per naturam unitur substantia animae ipsi corpori, quam potentiae organis: prius enim est uiuere, quam moueri: ergo prius per naturam inficitur animae substantia, quam inficiantur potentiae: & si hoc uerum est, originale primo inest animae ex parte suae substantiae. **ITEM.** Originale cum sit unum, inficit omnes potentias ani-

mae, sed nihil unum est commune omnibus potentiis animae, nisi eius substantia: ergo originale primo est in anima ratione suae substantiae. Est ergo quaestio, secundum quid originale primo insit animae: utrum scilicet ratione substantiae, aut potentiae: & si potentiae, utrum uegetatiuae, aut sensituae, aut intellectiuae.

RESOLVTIO.

Peccatum originale ut uitium est, a parte sensitua inchoat, & ad rationalem sistit. Et uero culpa est, in sola rationali esse habet: cum inibi sit arbitrii libertas.

RESP. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod aliqui dicere uoluerunt originale peccatum sic traduci, & contrahi ab anima, ut primo insit animae ratione substantiae suae, quae primo carni coniungitur, & consequenter mediante substantia ab ipso potentiae inficiuntur, pro eo quod non uniuntur potentiae carni infirmitate, nisi per unionem substantiae: & sicut una est gratia, quae reformat animam, & eius potentias (quae inquam dicitur una; quia primo respicit animae substantiam, ut dicunt) sic est unum originale, quod omnes potentias animae inficit, & deordinat. Sed si istud quod ita intelligeret, quod originale peccatum primo haberet infici substantiam, quam potentia, ita quod originale insit animae non ratione potentiae, sed ratione ipsius substantiae unite, hoc non uerum intelligibile. Tamen quia originale est carētia debitae iustitiae, iustitia autem, cum sit rectitudo uoluntatis, est primo in uoluntate. Tum est quia originale est concupiscentia: concupiscere autem non est actus

Cap. 3.
et 4.

Hanc opi. seq. tur. D. Tho. 1. 2. q. 83. ar. 2.

Hac se quitur Sco. di. 32. ibi Quo ad primu.

actus substantiae, nisi ratione potentiae. Tum est quia in originali est deordinatio ipsius animae. Deordinatio autem non est in anima nisi ratione potentiae: quia per ipsam solum potest ordinari, & deordinari. Unde (sicut supra dictum est de gratia) quod ipsa respicit substantiam, non quia possit esse in anima substantia, circumscripta potentia; sed quia est in potentiis anima, secundum quod continuatur ad unam substantiam: sic & in proposito intelligendum est, ut originale peccatum dicatur substantiam animae respicere: quia inest potentiis, non ex actibus propriis; sed potest continuari habet in unam substantiam animae prout est unita carni infectae, ita tamen quod primo insit ipsa deordinatio potentiae, quam substantiae. Non enim de substantia ordinata, uel deordinata nisi ratione potentiae. Hoc ergo supposito, quod originale insit animae primo ratione potentiae, intelligendum est, quod dupliciter est loqui de originali peccato: aut potest est culpa reddens animam Deo odiosam: aut potest est uitium deordinans ipsam potentiam. Primo modo accipiēdo proprie inest animae secundum litteras. & maxime secundum uoluntatem: ipsum enim solum est, secundum quod anima culpatur, uel laudatur, cum est in actu: & secundum quod est culpabilis, uel laudabilis a suo ortu. Secundo modo accipiēdo, scilicet prout dicit uitium deordinans potentiam, sic fomentum istius deordinationis ortum habet a carne, & rationalis motiua curuari habet per appetitum, siue concupiscentiam sensituae, quae ad illicitum impellit, & mouet: sic di-

Dis. 16.
95.

cendum est quod peccatum originale, siue uitium, quod nascendo contrahimus, inest animae primo ratione partis sensituae: Et sic patet responsio ad propositam quaestionem: patet & in parte responsio ad obiecta. Concedo enim quod originale, prout est uitium in nobis, primo inchoat a parte sensitua: quia modus corrumpendi e contrario est in nobis, quam fuit in Adam. Ibi enim persona corrumpit naturam, & ratio partem sensibilem, & uoluntas carnem: & sic cum e contrario sit in nobis; originalis corruptio ascendit ad partem rationalem mediante portione sensibili, secundum quod est uicitas, licet secundum quod est culpa, habeat esse in sola parte rationali, in qua est libertas arbitrii. unde quatuor rationes mediae uerum concludunt, & concedendae sunt.

AD ILLUD uero, quod primo obicitur de parte animae uegetatiuae. Dicendum, quod unio a d corpus non est tota causa contrahendi originale; sed unio cum possibilitate ad deordinationem. Non enim corrumpitur per originale secundum quod est uitium, nisi quod est ad iustitiam aliquo modo ordinabile: & quoniam uegetatiua plus tenet modum agendi naturalem quam uoluntarium, hinc est quod originale non sic respicit uegetatiuam, sicut respicit sensitiuam, in qua potest esse appetitus, & delectatio coniuncta. **AD ILLUD**, quod obicitur de uicino generatiua, iam patet responsio: quia in ea uiget corruptio, non solum quia sit potentia animae ue-

getabilis, sed etiam quia ratione sensus adiuncti potest deestatio, & concupiscentia deordinari. AD ILLVD uerò, quod ultimo obiicitur, quod primo sit originale peccatum in animæ substantia, & per unionem. Dicendum, quod sicut tactum est, unio non est tota causa, sed requiritur ibi cum hoc possibilitas ad deordinationem peccati: talis autem non est in substantia, sed in potentia, ut prædictum est. AD ILLVD uerò, quod obiicitur de unitate originalis. Dicendum, quod hoc non concludit, quod originale primo sit in substantia, sed quod sit in potentia, secundum quod continuantur ad unam substantiam, sicut prius explanatum est de gratia, hoc autem melius explanabitur infra, cum agatur de unitate originalis peccati.

Dis. 33
art. 2.
q. 1.

QVÆSTIO III.

An per peccatum originale inficiatur magis generatiua, quam quæ uis alia potentia?

VT RVM maior sit infectio generatiuæ per originale, quàm alterius potentia. Et quod sic, uidetur. Illa uis est in nobis magis corrupta per peccatum, in qua maior est rebellio, & inobedientia: sed talis est potentia generatiua, sicut patet: quia membra illa non subiacent imperio rationis: ergo uidetur, quod illa uis est magis corrupta. ITEM. Illa uis est magis per peccatum infecta, in cuius actu est maior erubescencia: sed maior est erubescencia in actu potentia generatiuæ, quam in actu alterius potentia: ergo &c. ITEM. Illa uis est magis in nobis corru-

pta cuius actu magis necessaria est medicina: sed talis est generatiua, cuius actus non potest fieri absque peccato, nisi excusetur per sacramentum matrimonii, quod quidem non contingit in aliis animæ potètiis: ergo &c. ITEM. Illa uis magis est in nobis corrupta, in cuius actu maior est incuruatio: sed talis est potentia generatiua, nam in eius actu totaliter absorberetur ratio, & efficitur homo totus caro: ergo maior est in ea corruptio. ITEM. Illa uis magis est in nobis corrupta, in qua magis regnat concupiscentia: sed talis est uis generatiua, sicut patet per pruritus, qui sentitur in membris genitalibus: ergo illa uis maxime inter cæteras corrupta uidetur per originalis concupiscentia uitium.

SED CONTRA. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur, ut dicitur Sap. 11. si ergo peccatum primorum parentum perpetratum fuit magis per nutritiuam, quàm per generatiuam, imo minime per generatiuam, uidetur quod nutritiua magis debuerit esse corrupta. ITEM. Illa potentia est magis corrupta, quæ minus potest refrænari: sed magis potest homo compefcere appetitum potentia generatiuæ, quàm potentia nutritiuæ: ergo uidetur, quod uis nutritiua magis corrupta sit. ITEM. Si corruptio anime est ex carne, uidetur quod illa uis potissime sit corrupta, quæ primo in carne, & per carnem exercet suam operationem: sed talis est potentia nutritiua: longe. n. ante nutritur hō, quàm generet, & prius appetit delectabilia

bilia gustus, quàm delectabilia tactus: ergo uidetur idem quod prius. ITEM. Augmentatiua tenet medium inter nutritiuam, & generatiuam: prius enim est nutriri, & postmodum auge-ri, & tertio generare: sed inter oēs uires aīæ augmentatiua minime corrupta est: ergo si medium sapit naturam extremorum, ut similiter, quod & generatiua minime dēret esse corrupta. ITEM. Iuxta hoc quæritur, quare inter omnes sensus plus habet tactus de corruptione, & quare inter omnes potentias anime uergetatiuæ generatiua inter ceteras est in nobis magis corrupta.

Quæst. incidentalis.

RESOLVTIO.

Quinimmo: idque propter sensum tactus & gustus, cæteris sensibus materialioribus.

RESP. Dicendum, quod absque dubio inter ceteras potètiis sensuales maxime corrupta est uis generatiua: unde sicut communiter consuevit dici, aliæ uires solummodo dicuntur corruptæ: ista uero corrupta dicitur, & infecta propter concupiscentia pruritus, & uehementiam, quæ residet in ipsa. Ratio autem, quare magis inficitur uis generatiua, quam alia potentia: sumitur ex hoc, quod ipsa est uis non solummodo deseruiens personæ, sed et deseruiens naturæ. Et ideo originalis corruptio, siue uitium, quæ inest naturæ ex corruptione personæ, per prius respicit illam potentiam, quam aliam. Deseruit autem uis generatiua naturæ, in quantum per ipsam fit transfusio seminalis in prolem. Et quoniam in illo semine est radix infectionis, & corruptionis, hinc

Hanc uiam sequitur. S. Th. 1 q. 81. art. sed sco. nō consentit, dist. 32 huius arti. 2. ibi Circa. 2. articulo.

est, quod illa uis, quæ est illius seminis administratiua, plus hēt in se de infectione, & corruptione originali. Et rursus quæ potentia generatiuæ in nobis iunctus est sensus, & potètia sensitua respicit ipsum hominem in se, quodammodo hēt uis ista deseruire personæ. Et quoniam inter oēs sensus tactus est maxime materialis, & apprehendēs cū maiori adherentia sensibilitatis ad sensibile: & hæc maxime uiget in membris genitalibus ratione multitudinis neruorum, hinc est quod modica corruptio ratione magnitudinis sensus plus inficit illam potètiā, quàm inficeret aliam, & propterea maxime in ea regnat pruritus, & concupiscentia. Et quæ post sensum tactus sensus gustus est maxime materialis iter alios, hinc est quod inter alias uires magis sentit inordinatio circa actum nutritiuæ, siue gustatiuæ. Ex hac igitur ratione duplici una colligitur ratio sufficiens, quare anima per uitium originale magis inficitur in generatiua, quàm in alia potentia. Et quia hoc probant rationes, quæ ad primam partem inducuntur, ideo concedendæ sunt.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur in contrarium, quod nutritiua debet magis puniri: quia peccatum fuit primo perpetratum per eam. Dicendum, quod illa ratio tenet secundum quod peccatum ad eam respiciebat personam, non secundum quod respiciebat naturam: & uerum est: quia quantum ad illam uim acrius fuit punitus: quia fame, & siti, & etiam eius postea puniuntur per ieiuniorum abstinentiam, in quibus est maior perfectio, quàm sit in carnis continetia.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod nutritiua minus potest refrænari. Dicendū, quod aliquā potentia minus posse refrænari, hoc est dupliciter, uel ratione uehementiæ appetitus, & delectationis: uel rōne indigentia naturalis. Et quia non pōt de facili refrænari pp uehementiam appetitus & inclinationis, magis est uitiata, & corrupta. Quia uerò hoc habet ratione indigentia naturalis, non sequitur ex hoc, quod magis corrupta sit. Cum ergo dicitur, quod nutritiua minus pōt refrænari, hoc non est ratione maioris uehementiæ appetitus, sed hoc est rōne indigentia naturalis: quia non pōt sustentari sine cibo: non sic est de generatiua, in qua non est improbitas appetitus pp necessitatem, sed propter corruptionis fœditatē: hinc est, quod primi motus generatiue potius dicuntur peccata, quā primi motus nutritiue. AD ILLUD, quod obiicitur, quod nutritiua magis unitur carni, & per prius habet actum suum in carne. Dicendum, quod ex hoc non concluditur, quod corrumpatur intensius, sed quod eius corruptio sentiatur diuturnius. Præterea, unio non est tota causa, sicut prædictum est. AD ILLUD, quod obiicitur de potentia augmētatiua. Dicendum, quod potentia augmētatiua pura mouet naturaliter, nec habet sensum coniunctum, ratione cuius sentiatur delectatio. Et quā non subiaceret uoluntati: ideo per peccatum non habet deordinari. Rursus: quia sensum adiunctū non habet, hinc est, quod non est in ea delectatio concupiscen-

tiæ: non sic autem est in nutritiua, & generatiua: utraque harū autem subiaceret uoluntatis imperio, & utraque harum habet sensum adiunctū. Et quia plus est in potestate uoluntatis abstinere a coitu, quā a cibo: & sensus talis, qui materialis est, uiget in organo generatiue, hinc est, quod in ea maior est corruptio, non solum respectu potentiarū animæ uegetabilis, sed & respectu potentiarum animæ sensibilis. Et per hoc patet illud, quod ultimo quærebatur.

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An anima à carne infici possit?



ONSEQUENTER circa secundū principale, quo. scilicet quærebat, utrum originale trāsfundatur mediante carne, procedendum est. Et circa hoc tria quærentur. Primò quæritur, utrum anima possit infici a carne. Secundò quæritur, utrū hoc sit ex uoluntate aliqua, & appetitu animæ. Tertio quæritur, utrum talis infectio fiat ex propagatione, uel libidine.

UTRUM anima inficiatur a carne. Et quod sic uidetur. Primo per auctoritatem Apostoli. Rom. 7. Scio, quod non habitat in me, hoc est in carne mea bonū. ibi Glo. Per conditionem corruptio offensionis manet in corpore, robur tenens diuinæ snie datæ in Adā, cuius cōsortio anima maculatur peccato. Ex hoc expressè colligitur, quod caro inficit spiritum. ITEM. Aug. de uerbis Apostoli. Vitium concupiscētiæ est, quod anima cōtrahit

ex

ex carne. ITEM. Hoc ipsum uerū rōne. Peccatum originale homini inest ex hoc, quod traducitur ex primo parēte, in quo oēs posteri dicuntur peccasse: sed non dicitur filius nasci ex patre, nisi solummodo rōne carnis, quā ex eo trahit: ergo si anima efficitur peccatrix, hoc est a corruptione carnis. ITEM. Nulla proprietates traducitur ab uno in alterū, nisi mediante aliqua substantia deferente, quæ sit cōis utrique: sed nulla substantia est cōis patri, & proli, nisi sola carnis substantia: ergo impossibile est peccatum patris in animam filij descendere, nisi mediante carne. ITEM. Mala dispositio existens in carne pōt inducere obliuionem in memoriam, & demētiā in intelligentiam: ergo pari rōne in uoluntatem pōt inducere cōcupiscētiā: sed concupiscētia in anima est peccatū originale; sicut ostēsūm fuit supra: ergo caro pōt facere animā peccatricem. ITEM. Anima iuncta carni passibili efficitur passibilis, & dolens: ergo pari rōne coniuncta carni infecta, & lasciuæ, maculatur, & efficitur concupiscens: si ergo concupiscētia peccatum est: patet &c.

Dis. 30
arti. 2.
q. 1.

CONTRA. Anselm. de Conceptu uirg. cap. 7. Nō est magis culpa in semine, quā sit in sputo, uel sanguine: si quis mala uoluntate expuit, aut ex sanguine suo aliquid emittit: ergo si nihil pōt dare alii, quod nō habet, uidet, quod caro non potest animam inficere. ITEM. Aug. in 6. Musicae. Omne agens præstantius est patiente, & efficiens materia: sed anima præstantior est carne: er-

Cap. 5.
q. 3. de
Anima.
19.

go nullo modo caro potest in animam agere: igitur nec ipsam inficere. ITEM. Sicut uult Philosophus, necesse est agens, & patientis in materia communica re: sed caro, & anima non comunicant in materia: igitur caro nō potest agere in animam: ergo nec ipsam corrumpere. ITEM. Multo spiritualior est anima, quā radius: sed radius ex coniunctione sua ad corpora immunda nō habet infici: ergo nec anima ex coniunctione ad carnem infectam potest infici. ITEM. Nulla corruptio maior est in effectu, quā sit in causa: sed corruptio, quæ est in carne, nō est culpabilis: quia culpa (ut dicit Anselm.) est in sola uoluntate: si ergo minima culpa peior est, quā quātaunque pœna, & plus habet de ratione mali, si cut dicit Aug. in sermone de Innocentibus: igitur ex pœnali infectione carnis impossibile est culpam in anima generari. ITEM. Corruptio, quæ est in carne, aut est pœna, aut culpa. Nō est culpa: hoc constat. Si pœna: ergo iusta est; sed nihil iustum est causa iniusti, secundum quod huiusmodi: ergo corruptio, quæ est in carne, cum sit pœna, non poterit esse principium inficiens di animam culpa.

RESOLVTIO.

Et sicut deo fœditas carnis huius in inualuit, aut animam sibi arctis simè unitam deorsum trahat, & incuruet: ex qua incuruatione peccatum originale insurgit.

RESP. Dicendum, quod absque dubio (sicut dicunt sancti, & tenent doctores) anima cōtrahit peccatum originale, mediante

CARNE.

1. de Ge
ner. 53
do
Anima
52.

Libr. de
Cinc. p.
uigini.
cap. 3.
q. 4.

carne. Quomodo autem hoc possit intelligi, nituntur ad hoc diuersi diuersimode. Quidam enim dicunt, quod ex hoc ipso, quod anima unitur carni mortali, & passibili, quam non potest regere, efficitur concupiscens, & sic contrahit maculam originalis culpæ: quia ipsa concupiscentia, siue necessitas concupiscentiæ reddit animam peruersam. Et quoniam caro mortalis habet propagari ex carne mortali, & mortalitas fuit in carne primi parentis propter peccatum inobedientiæ, hinc est, quod originale peccatum in nos dicitur transire a primo parente: & hoc ex ipso Hug. uerbis extrahunt, qui dicit in 7. parte 1. Lib. sui. ubi sic ait. Quia caro mortalitate percussa est, ipsa sui languoris infirmitate dissoluta extra mensuram primæ dispositionis desideria sua extendit. Quia ergo caro humana a parentibus cum mortalitate seminatur, in eo ipso quod seminata subiacet mortalitati, uiuificata postmodum carnalis concupiscentiæ subiecta inuenitur necessitati: unde ipsa mortalitatis infirmitas causa est, quam sequitur concupiscens necessitas. Hucusque uerba Hug. quæ uidentur illud dicere, quod prius dictum est. Sed quoniam in Christo fuit mortalitatis infirmitas: non tamen fuit in eo concupiscentia, uel originalis culpa, non uidetur istud plene satisfacere, nec totam causam, quare caro inficit animam, assignare. Esto. n. quod aliquod corpus a fomite purificaretur, remanente tamen mortalitate, sicut in beata Virgine fuit,

si anima tali corpori iungeretur, non uideretur quod contraheret originale, licet illud corpus sit passibile, & mortale. ET IDEO alii aliter dicere uoluerunt, quod cum peccatum originale non sit positio, uel aliqua essentia; sed potius priuatio, & iustitiæ carentia, non contrahit illud anima a carne, ita quod caro aliquid in animam agat, uel influat: sed quæ præbet ipsi animæ obstaculum, ratione cuius anima debita iustitia priuatur, & priuata illa iustitia impetu concupiscentiæ deorsum fertur, cum non habet retinaculum, & ita sequitur concupiscentia ex debita iustitiæ carentia: & sic debite iustitiæ carentia præcedit ipsam concupiscentiam per naturam. Præbet autem caro ipsi animæ obstaculum, uel offendiculum, ut non habeat illam iustitiam ex hoc, quod propagata est a primo parente. Unde ex coniunctione animæ ad talem carnem, ille qui nascitur, dicitur esse filius Adæ: & quia Adam offendit Deum non tantum pro se, sed etiam in tota sua posteritate, hinc est, quod anima hoc ipso, quod tali carni coniungitur, & spectat ad genus Adæ, indigna efficitur, ut Deus sibi iustitiam apponat, & cum illam debeat habere, & non habeat, culpabilis est, & rea, & per consequens efficitur concupiscens, & uana: sicut manus paralytica ex dissolutione uirtutis regitiuæ efficitur tremulosa. Et illud uidetur trahi ex uerbis Ansel. de Conceptu. virgi. cap. 5. ubi ait. Non est iniustitia talis res, qua inficiat, & corrumpatur anima, uelut corpus ueneno, & quæ faciat aliquid, sicut uidetur, quando

Et accipi
nionese
quatur
Sec. d.
3. lib.
Quam
tum.

quando malitiosus homo mala facit opera. Nam quemadmodum cum indomita fera ruptis uinculis discurrendo sæuit: & nauis si gubernator dimisso gubernaculo dimittit eam uentis, & motibus maris, nauis uagatur, & inuehitur in quælibet pericula: dicimus quod hoc facit absentia carentiæ, aut gubernaculi, non quod absentia horum sit aliquid: sic cum malus sæuit, clamamus; quia operatur iniustitiam, non quod ipsa sit ulla essentia. Et iterum infra. c. 23. Spoliauit persona naturam dono iustitiæ in Adam, & natura egens facta omnes personas, quas ipsa de se procreat, eadem egestate peccatrices; & iniustas facit. Hoc modo transit peccatum personale Adæ in omnes, qui de illo personaliter propagantur. Ex his uerbis uidetur colligi posse intellectus, quod prius dictus est. Sed tamen adhuc illud non uidetur plene intellectui satisfacere: quia esto, quod anima illa, quæ creatur in corpore, extra corpus crearetur, & nihil ultra sibi daretur, quod datur, cum corpori infunditur: non diceretur originale habere peccatum, immo pura esset, & innocens: igitur oportet intelligere, quod aliquo modo corruptio redundet in animam ex carne. ET PROPTER hoc est tertius modus intelligendi, quod in carne Adæ per peccatum dupliciter fuit corruptio. Una. scilicet puræ penalitatis, & ex hac anima cum coniungitur corpori, contrahit passibilitatem. Alia uero fuit corruptio uitiositatis, siue feditatis, per quam caro est spiritui rebellis, & ex hac anima contrahit culpam originalem, quam ta-

lis uitiositas quasi medium tenet inter culpam, & poenam. Et hoc est quod Magister dicit in litera, & quod sonant sacre scripturæ uerba, quod ex feruore coitus parentum, & concupiscentia liberos contrahit caro feditatem quandam cum concipitur, quæ est causa originalis peccati: & recte uitium, siue corruptio carnis, appellari potest.

AD INTELLIGENDVM autem, quomodo anima possit infici corruptione culpabili tali feditate, hæc tria supponenda sunt tanquam manifesta; quorum unum est, quod feditas carnis potest facere carnem rebellem spiritui, quod patuit in Adam, qui post peccatum sensit carnis suæ rebellionem. Secundum est illud, quod anima unita carni propter coniunctionem ipsius ad carnem, uel trahit eam sursum, uel ab ipsa trahitur deorsum propter uinculum, quod est ipsius carnis ad animam. Tertium est illud, quod anima propria uirtute non potest regere carnem rebellem, nisi iuuetur per diuinam gratiam, secundum quod exclamat Apostolus, Infelix ego homo, &c. Ex his igitur tribus suppositis necessario sequitur, quod si anima tali carni unitur, quod ab ipsa trahitur deorsum, & per concupiscentiam incuruatur: sed animam incuruari non est aliud, quam eam peruertere: peruersitas autem in substantia rationali, quæ est capax iustitiæ, non est aliud, quam iniustitia, & culpa. Ex hoc igitur clarum est, quod feditas, quæ est in carne, potest animam sibi unitam facere peccatricem.

Obs. r. u. qd
D. Th. 1. 2: 9. 83
ar. 1. se-
net qd
circum
fusionem
hac
transio
sionem se
menhens
rõnem in
strumem
ti, caro
uero est
subie-
ctum pe-
nalita-
tis non
culpa
aia ue-
ro subie-
ctum cul-
pe, non
tam ad
mittit
quod in ta
li infir-
mitate
aliquid
absol-
utum

Et

*positi-
uiter
fundat
in aia.
Non er
go D.
Tho. ad
mitte-
ret, qd
illa ui-
ciositas
qua non
trahit
aia, di-
cat qua
sine medi-
o inter cul-
pa, &
penam*

Et quia illa foeditas a primo pa-
re traduci habet in omnes po-
steros genitos secundum legem
propagationis, hinc est, quod me-
diante carne ad omnes transfun-
dit originale: hoc autem melius
explanatur per euentiam exē-
plorum. Videmus enim, quod
caro de se non dolet, nec est in
ea passio doloris ante aduentū
anime, quamuis possit inesse in-
cisio. Ponatur igitur animā uni-
ri carni incise, & læse, statim cū
ei unitur habet dolorem, & dici-
mus dolorem aggenerari in ani-
ma, non incisionem. Si igitur car-
nis incisio potest facere animā
dolentem, quare non similiter
carnis quædam foeditio, & reso-
lutio facit animam lasciuam, &
concupiscentem, quamdiu habi-
tet in carne? ITEM. Esto, quod ali-
quod corpus ineptum esset ad
rationis usum, sicut est corpus
in ea dispositione, quam habet
phreneticus, & furiosus, in tali
corpore nec dicitur furia, nec igno-
rantia; sed quædam dispositio
mala: si tamen anima tali corpo-
ri infunderetur, statim efficere-
tur ignorans, & furiosa, quādiu
esset in carne illa. Quare non pos-
sumus similiter intelligere & in-
concupiscentia? Rursus. Esto, quod
aliquod membrum formaretur
ad motum, & regimen animæ
ineptum, & inhabile, ut puta in
ea complexione, quā habet mē-
brum paralyticum, statim cum
uirtus motiua uniretur mēbro
illi, diceretur ibi esse morbus
paralyticus, & esset uirtutis disso-
lutio, & per consequens tremu-
latio: uirtutis autem dissolutio
non esset quātum ad corruptio-
nē ipsius uirtutis motiue in se,

sed quantum ad ineptitudinem
organi, quod oportet regi ab il-
la uirtute. Sic & in proposito in-
telligendum est, quod in corpo-
re ante aduentum anime non est
actualiter morbus culpæ, sed iū-
cta anima, quæ debet ipsum cor-
pus regere propter carnis inepti-
tudinem, caret anima rectitudi-
ne uirtutis regitiue, & illa car-
nēs tremulosa efficitur per actū
concupiscentiæ: Et sic patet, quod
ualde est uerisimile, quod ori-
ginale possit contrahi in anima
ex carne.

AD DISSOLUTIONEM obie-
ctorum prænotandum est, quod tri-
pliciter dicitur aliquid agere in
alterum. Vno modo per prædo-
minationem, sicut contrarium
agit in suum contrarium. Alio
modo per influentiam, sicut cor-
pus superius agit in hæc inferio-
ra. Tertio modo per colliganti-
am, sicut quando duo ita sunt
unita, quod unum trahit ad se
alterum, & communicat alteri
proprietates suas. Cum ergo di-
cimus carnē inficere animam,
hoc intelligitur quantum ad ter-
tium modum agēdi, scilicet pro-
pter colligantiam, quam habet
ad animam, propter quam dum
deorsum tendit, eam secum tra-
hit: ut enim dicit Gregorius,
qui labēti innititur, necesse est
ut cum labente labatur. His ui-
sis patet ea, quæ obiecta sunt.
AD ILLVD enim, quod dicit
Anselmus, quod peccatum non
est in semine. Dicendum, quod
hoc dicit quantum ad existen-
tiam actualem ipsius peccati,
quod quidē est defornitas ipsi-
ciens ipsam uoluntatem, sicut
subiectum proprium: non autē
uult

uult negare, quoniam ibi sit causa pec-
cati: immo asserit, sicut patet ex
uerbis suis sequentibus. AD IL-
LVD August. quod omne agens
præstantius est patiente. Dicen-
dum, quod intelligit de agente
per influentiam: per hūc autem
modum in originalis contractio-
ne non dicimus carnem agere
in animam, sicut prædictum est.
AD ILLVD Philosophi, quod
agens, & patiens debent com-
municare in materia. Dicendū,
quod ipse intelligit de actione,
qua contrarium agit in contra-
rium per prædominantiam. AD
ILLVD, quod obiicitur, quod mul-
to (spiritualior est anima, quam
radius. Dicendum, quod & si
anima sit spiritualior, tamē ma-
gis est alligata carni, quam ra-
dius aeri, siue corpori illumina-
to: ideo magis contrahit eius
proprietates siue passibilitatis,
siue foeditatis, quam radius cō-
trahat proprietates illuminabi-
lis, uel illuminati. AD ILLVD,
quod obiicitur, quod non maior est
corruptio in effectu, quam in
causa. Dicendum, quod istud dupli-
citer fallit. Primo quando aliud
non se habet in ratione perfectę
causalitatis; sed solum ratione
instrumenti, & deferentis. Nam
si uelimus comparare corruptio-
nem animæ paruuli ad primam
causam, uidelicet ad aīam Adę,
reperiretur in Adam: que ma-
gna, uel maior. Deficit etiam ex
hoc, quod magnitudo corruptio-
nis intenditur frequenter ex no-
bilitate, & dignitate corruptibi-
lis; quia tātō maius est uitium,
& corruptio peior, quanto natu-
ra præstantior est, sicut Augu-
stinus dicit: & hinc est, quod quan-

do anima corrumpitur a carne,
maior est ibi corruptio, quam in
carne fuerit: & hoc est rōne no-
bilitatis subiecti. AD ILLVD,
quod obiicitur, quod poena non
est causa culpæ. Dicendum, quod
uerum est de illo, quod est pura pe-
na: talis autem corruptio uitio-
sa in Adam subsecuta est ex cul-
pa, quia ex hoc, quod peccauit, ca-
ro eius dissoluta est non solum
dissolutione ordinationis ad
mortem; sed etiam facientis re-
bellionem, & faciente concupi-
scere, quod non licet: & ideo quia
talis uitiositas, & a culpa est, &
ad culpam, potest quodammo-
do causare peccatum in anima:
hoc autem non facit, aliquid ip-
si animæ impartiendo, sed potius
rebellando, & Deo subtrahendo.
Et hoc modo intelligit Magi-
ster animā infici a carne: & ex-
trahit hoc ex uerbis Augustini:
& his uerbis Augustini conso-
nant uerba Anselmi. Non enim
uult Anselmus dicere, quod caren-
tia debet ē iustitiæ præcedat ne-
cessitatem concupiscendi, cum
econtrario sit ordine naturali:
eo enim ipso priuatur anima il-
la iustitia, quo necessitatem con-
cupiscendi habet ex carne con-
iuncta: sed hoc intelligit quan-
tum ad actum concupiscendi. Si-
militer uerba Hugonis intelli-
genda sunt, quod caro inficiat ani-
mam non solum ratione passibi-
litate; sed etiam ratione adiun-
ctę foeditatis, & uitiositatis, quā
in semine esse manifestat ipsa
corruptio, quæ sentitur in actu
generatiue uirtutis, & in mem-
bris illis residet principaliter:
quamuis omnia alia ita sint pas-
sibilia, sicut illa.

*D. Tho.
uult quod
aia inficiatur
carne,
tantum
resul-
tante, &
p modū
sequelæ
nec in
hoc ut
discor-
dare
Scotus.*

An peccatum originale contrahatur ex carne in animam propter aliquem eius appetitum, uel uoluntatem?

Q. 3.

VTRVM originale contrahatur in anima ex carne ex aliquo appetitu, & uoluntate animæ. Et quòd sic, uidetur. Primo per rationem Augustini, quam facit in lib. 8. q. ostendens, quòd nullus potest ab alio fieri deterior: sed si fit deterior, hoc erit a seipso: ait enim sic. Si fit deterior: aut ergo a superiori, aut a pari, aut ab inferiori. Ab inferiori non potest: a pari non, quia ei ille non preualet: a superiori non, quia ille aut esset bonus, aut malus. Si bonus: ergo nunquam faceret ipsum deterior. Si malus: ergo iam inferior est, & deterior. Similiter arguitur in proposito: & ex hoc sequitur, quòd anima non possit fieri mala, siue deterior, nisi cooperante uoluntate propria. **ITEM.** Omne peccatum ab aliqua uoluntate est: solum enim uoluntas est peccati principium: ergo originale peccatum, quòd est in paruulo, aut est a uoluntate propria: aut est a uoluntate aliena. Si a uoluntate aliena, ut pote Adæ, cum in Adam non fuimus nisi secundum quid, non esset originale peccatum in homine nisi secundum quid: ergo propter ipsum non deberemus eternaliter uisione dei priuari. Quòd si hoc falsum est, non ergo solum fuit a uoluntate aliena. Restat ergo, quòd contrahatur a uoluntate propria. **ITEM.** Superius non patitur ab inferiori ni-

si merito culpe, uel nisi ei se subiiciat mera uoluntate: sed anima cum unitur carni, ante unionem non habet culpam: ergo si inficitur a carne, hoc non est absque uoluntaria subiectione ipsius anime. **ITEM.** Si Angelus intraret corpus infectum, non diceretur ex hoc contrahere originale: si igitur anima contrahit, hoc non est nisi propter aliquem appetitum, quem habet ad carnem. **ITEM.** Si anima innocens poneretur in igne infernali, nunquam arderet: ergo si non est magis actiua caro, quam ignis, si inficitur a carne, hoc non est nisi propter affectionem ipsius anime ad carnem: & si hoc uerum est, originalis culpa contrahitur mediante appetitu anime, & uoluntate.

SED CONTRA. Peccatum, quòd contrahitur a uoluntate anime, est peccatum actuale: ergo peccatum quòd contrahunt paruuli, non deberet dici peccatum originale, sed actuale. **ITEM.** Si peccatum originale esset a uoluntate ipsius anime: ergo puniendum esset poena actuali. Si ergo non punitur poena actuali, sed poena damni, sicut infra uidebitur: ergo non uidetur, quòd a uoluntate anime causetur. **ITEM.** Natura, & uoluntas sunt principia disparata: ita, quòd effectus, qui sunt a natura, & qui sunt a proposito, sunt alii, & alii. Si ergo originale peccatum, eo ipso dicitur originale, quòd est a natura, igitur non est a uoluntate propria. **ITEM.** Peccatum, quòd est a propria uoluntate, per proprium actum est commissum: nullum autem

Dis. 3. art. 2. q. 3.

autem peccatum per proprium commissum sine proprio actu dimittitur: ergo si originale contrahitur ex animæ uoluntate, nunquam in paruulis per baptismum deleteretur: quòd si hoc est contra fidem, restat quòd peccatum originale non contrahitur per animæ uoluntatem. **ITEM.** Si contrahitur per uoluntatem, aut per naturalem, aut per deliberatiuam. Nò per deliberatiuam: quia in ipso instanti creationis unitur anima carni. Non per naturalem: quia naturalis uoluntas semper est reata, & sic mouetur secundum quòd eam instituit actor Deus: ergo nullo modo potest esse peccati principium: restat ergo idem quòd prius.

RESOLVTIO.

Primum ex eius naturali appetitu, quem habet ad corpus.

RESP. Dicendum, quòd cum quaeritur, utrum originale contrahatur ex uoluntate, uel appetitu animæ, hoc tripliciter potest intelligi. Contingit enim hoc taliter intelligere, quòd spectet ad heresis peruersitatem: et taliter, ut spectet ad rationis probabilitatem: & tertio etiam modo, ut spectet ad fidei ueritatem. Cum enim duplex sit in anima appetitus, uidelicet naturalis, & deliberatiuus: si sic intelligatur, quòd anima prius deliberet de carnis infectione, & ei coniugatur uoluntariè ex deliberatione, & ex hoc contrahat culpam originale, sic intelligere hereticum est, pro eo, quòd Doctores catholici dicunt, quòd anima creando infunditur, & infundendo creatur. Et Apostolus Rom. 9. de Iacob. & Esau loquens ait. Antequam aliquid boni, uel mali egisset, &c. **S. Bon. Lib. 2.**

Est & alius in anima appetitus naturalis; & per hunc appetitum dupliciter potest intelligi contrahi originale. Vno modo, ut sic intelligatur contrahi ex carnis corruptione, & appetitu anime, quòd corruptio carnis est sicut materialis: sed naturalis appetitus anime ad corpus, quòd est ad ipsam unionem, & unionem antecedit natura, quauis non antecedit tempore, se habet in ratione efficiētis eo modo, quo est dicere peccatum habere causam efficiētē: & sic dicitur contrahi originale peccatum a carne infecta mediante appetitu, per quem anima carni alligatur, & quodammodo ei condescendit, ac per hoc ei se subiicit, & subiiciendo se peruertitur: nec tamē ex hoc dicitur culpa illa esse acta, sed contracta, nec personalis, sed naturalis: quia ille appetitus est appetitus naturalis: nò tamen causat peccatum per se, sed cum corruptione carnis adiuncta, quæ a primo parente propagatur. Hoc & si probabiliter esse dictum uideatur: uidetur tamen in hoc a ueritate deuiare, quòd principalem causam contractionis originalis ponit ex parte anime, cum sancti, & doctores dicant originale peccatum traduci principaliter a primo parente, a quo nò propagamur, nisi secundum carnem. Alio modo potest intelligi peccatum originale contrahi ab anima, per naturalem appetitum ipsius anime ad carnem: ita ut principalis ratio ponatur ex parte carnis, & appetitus ille naturalis sit causa sine qua non: & hoc quidem habet ueritatem, & necesse est ponere.

Non cō Nūquam enim caro posset ani-
sētiret mam inficere, nisi anima habe-
Sgos. ne ret naturalem colligantiam ad
que D. ipsam. Naturalis autem colli-
Thom. gantia non est nisi per appetitū
qđ illa ipsius animę ad corpus, per quę
natura anima adeo alligatur carni, vt
lis in- (sicut dictū fuit suprā) nisi uir-
clina- tutein habeat, per quam carnē
tio sit regat, necesse habet deorsum
rō con ferri cum carne, ac per hoc ca-
trahen ptuari in seruitutem peccati: p-
di pec- pter hoc simpliciter conceden-
carum dum est peccatum originale ef-
origina se cōtractum, & nullo modo de-
le: licet bet dici actum. Et hoc ipsum no-
ēt ipsi men indicat, quod dicitur pec-
uelant, catum originale, nō actuale: di-
quod citur naturale, non uoluntariū.
non cō- Vnde concedendę sunt ratio-
trahē- nes, quę ad secundam partem
ret aīa inducuntur.

peccatū AD ILLVD uerō, quod obii-
origina cīt, qđ nō potest fieri homo ma-
le: si cā lus ab alio. Dicendū, quod Au-
gū cor- gustinus ibi loquitur de alio a-
pori u- gente, quod quidē est ita aliud,
niretur quod non est naturaliter alliga-
vt mo- tū ei, quod debet fieri deterius.
tor, ur- Sic autem non est in proposito,
luti an nam caro naturalem habet col-
gelus. ligantiam cum spiritu per natu-
Qđ si S. ralem appetitum unius ad alte-
Bonau. rum. AD ILLVD, qđ obiicitur,
uelit il quod peccatum originale, aut
lā incli est a uoluntate propria, aut a
uatio- uoluntate aliena. Dicendum,
nē esse qđ a uoluntate aliena. AD IL-
cām, si LVD uerō, quod subiungit, qđ
ne qua non fuimus, nisi secundum quid
on: po in illo Adam. Dicendum, quod
est ad uerum est: quia fuimus in po-
mitt. tentia causali; sed quemadmo-
 dum, secundum quid reductum
 est ad simpliciter per operatio-
 nem nature (nam cum prius ef-

semus in potentia; nunc sumus
 entes in actu) sic originale pec-
 catū prolis, quod erat secundū
 quid ante ipsius prolis genera-
 tionem, in ipsa prolis propaga-
 tione ex unione animę ad cor-
 pus incipit esse peccatū simplici-
 ter: nec requiritur ibi actualis,
 uel noua deliberatio; sed sufficit
 ipsa ppagatio, & animę ad car-
 nem coniunctio. AD ILLVD, qđ
 obiicitur, qđ superius non patit-
 tur ab inferiori. Dicendum, qđ
 illud habet ueritatem in his, in-
 ter quę non est naturalis colli-
 gantia: & ideo non habet locū
 in proposito, cum naturalis col-
 ligantia sit animę ad carnem: si-
 cut dictum est supra. Posset ta-
 men dici, quod Adam aliquo
 modo meruit: sed de hoc me-
 lius patebit cum agetur, quali-
 ter saluatur diuina iustitia in
 unione animę ad carnem. AD
 duas ultimas rationes iam patet
 responsio per ea, quę iam dicta
 sunt. Nā si Angelus poneretur
 in carne infecta, & anima inno-
 cens poneretur: sed hoc non ef-
 fet propter defectum appetitus
 deliberatiui: sed propter hoc, qđ
 non esset ibi appetitus, nec col-
 ligantia naturalis, & sine hac nō
 pōt anima a carne infici, sicut
 prius dictum est, quāuis hęc nō
 sit causa principalis. Consimilis
 enim appetitus naturalis salua-
 retur in anima ad carnem, si ho-
 mo sterisset: & tamē anima nul-
 lam culpam contraheret.

QVÆSTIO III.

*An caro ex propagatione tantum
 inficiatur: uel ex propagatio-
 ne, & libidine simul?*

VTRVM caro ipsa inficiatur
 ex propagatione tantum, uel

ex propagatione, & libidine si-
 mul. Et quod ex libidine, uide-
 tur. Primo auctoritate Augu-
 stini de Fide ad Pe. Peccatum
 originale nō transmittit ad par-
 uulos propagatio, sed libido:
 si ergo anima ex fœditate car-
 nis contrahit originale, illa fœ-
 ditas est in carne, non ex propa-
 gatione, sed ex libidine. I T E M.
 Magister in litera. Pollutio
 quędam est in carne, quam in-
 feruore coitus parentum ex cō-
 eupiscentia libidinosa contra-
 hit caro, dum concipitur. Ex
 hoc apparet, quod fœditas in
 carne non est ex propagatione,
 sed ex libidine. I T E M. Chri-
 stus de Beata uirgine cōceptus
 est ex massa humani generis: &
 tamen, nec habuit illam fœdita-
 tem in carne, nec originale in
 anima: ergo talis fœditas in
 carne non est, quia caro ex car-
 ne educitur: sed quia cum libi-
 dine seminatur. I T E M. Si nū-
 quam natura lapsa esset, nihilo-
 minus esset propagatio carnis
 ex carne: nec esset in eo fœdita-
 tas, nec peccatum originale per-
 consequens: ergo si in propaga-
 tione hominis ex homine est
 traductio originalis, hoc non
 est ratione ipsius ppagationis,
 sed ratione adiunctę libidinis.
 I T E M. Si fieret propagatio
 absque libidine, iam nulla esset
 inordinatio ex parte uirtutis ge-
 neratiuę: & si nulla esset inor-
 dinatio ex parte uirtutis gene-
 ratiuę, nulla esset fœdatio in se-
 mine: & si hęc non esset, non
 esset fœditas in carne, nec in
 anima contraheretur origina-
 le: si ergo caro inficitur, & ui-
 tiatur, hoc non est ex propaga-

tione tantum; sed etiam ex li-
 bidine.

SE D C O N T R A. Origina-
 le peccatum contrahimus: quia
 in Adā peccauimus eo modo,
 quo in ipso eramus: in ipso au-
 rem eramus secundum propa-
 tionem, & non secundum libi-
 dinem: ergo tam originale, qđ
 carnis fœditatem propagatio-
 ne contrahimus, non libidine.
 I T E M. Libido respicit paren-
 tes proximos: sed originalis tra-
 ductio respicit primos paren-
 tes: unde non dicimur contra-
 here originale a parente proxi-
 mo, sed ab Adam: ergo uide-
 tur, quod ipsa libido, quę est in
 coitu, nihil faciat ad transfun-
 dendum peccatum originale.

IT E M. Possibile est coniuges
 sanctos ex charitate coire absq;
 omni peccato: sed ubicūque est
 libido, ibi est uoluntatis impro-
 bitas, & aliqua culpa: ergo pos-
 sibile esset eos generare absque
 libidine: igitur si traductio fœ-
 dicitatis carnis, uel originalis pec-
 cati esset ratione libidinis, pro-
 les sic genita non haberet cul-
 pam originalem. I T E M. Si tra-
 ductio originalis esset ratione
 libidinis: ergo ille, qui cum ma-
 iori libidine nasceretur, maius
 contraheret originale: sed na-
 tus ex adulterio cum maiori li-
 bidine generatur, quā ille, qđ
 nascitur ex thoro legitimo: er-
 go uidetur, quod maior esset in
 ea originalis culpa: si igitur cor-
 ruptione originalis peccati om-
 nes corrumpuntur æqualiter,
 uidetur qđ talis corruptio non
 traducatur per libidinē. I T E M.
 Ponatur, quod semen descinde-
 retur de lumbis uiri, & infun-

deretur uasculo mulieris: ita q̄ nec uir sentiret delectationem, nec mulier, esset ibi prolis conceptio absque libidine: ergo talis proles non haberet peccatū originale: quod si hoc est absurdum ponere, & intelligere, quod aliquis ex semine Adē generetur sine corruptione, nisi in eo solo, qui conceptus est in uirgine per uirtutem supra naturam, non uidetur fœditatem carnis, siue originale peccatum transmittere ad posteros libido, sed propagatio.

RESOLVTIO.

Ex utraque: ex lege, scilicet propagationis, & fœditate libidines: quæ immoderatā delectationem, uiciosamq; corruptionem, quæ in semine est, dicit.

Impugnatio. **R**ESPON. Dicendum, quod sicut expressè dicit Augustinus in Libro de Fide ad Pet. & Marcellinum, fœditas carnis, & contractio originalis, non tantum est ex lege propagationis, sed etiam ex fœditate libidinis: unde Augustinus dicit: Peccatum in paruulos non transmittit propagatio, sed libido: nec fœcunditas naturæ humanæ facit homines nasci cum peccato, sed fœditas libidinis. Ad cuius uerbi intelligentiam, & etiam obiectorum, notandum, quod libido tripliciter dicitur. Vno modo libido dicitur improba uoluntas, secundum quem modum dicit Augustinus in Libro de Libero arbitrio, Nihil enim uidemus in toto malefaciendi genere, nisi libidinem dominari, hoc est uoluntatis improbitatem. Alio modo libido dicitur delectatio

immoderata, secundum quod dicimus maiorem esse libidinē in opere uirtutis generatiuæ, quam alterius potentia. Tertio modo dicitur libido corruptio uitiosa, quam dicimus esse in semine, & etiam in uirtute generatiua præter actum generandi, secundum quam ipsa uis generatiua dicitur esse corrupta, & infecta. Omnibus his modis contingit libidinem esse circa actum generationis humanæ; quoniam ibi est corruptio uitiosa, & delectatio immoderata, & uoluntas improba. Si sine prima tamen libidine, hoc est improba uoluntate contingit generari frequenter: sine secunda hoc est immoderata delectatione uix, aut nunquam: & sine tertia nunquam, si sit generatio secundum legem naturæ: cum ergo dicitur, quod peccatum nō transmittit ad posteros propagatio, sed libido, hoc non intelligitur de libidine primo, & secundo modo, sed tertio.

ET PER HOC patet responsio ad omnes rationes, quæ adducuntur ad utranque partem. Nam primæ auctoritates, & rationes, quæ ostendunt originale transfundi propter libidinem, loquuntur de libidine in acceptione tertia. Rationes uerò ad oppositum procedunt de libidine acceptione prima, & secunda. & hoc patet pertractanti omnes, & singulas.

DI-

Qualiter peccatum originale deletur, seu curetur.



Quoniam supra dictum est, originale peccatum esse uitium concupiscentiæ, assignatumque quomodo a parentibus trahatur & originale dicatur: superest inuestigare, quomodo in baptismo dimittatur, cū etiam post baptismum remaneat concupiscentia quæ ante fuerat. Unde uidetur vel peccatum originale non esse concupiscentiam: uel non remitti in baptismo. Manet quippe, ut ait Augustinus in corpore mortis huius carnalis concupiscentia, cuius uiciosis desiderijs nō obedire precipimur: quæ tamen concupiscentia quotidie minuitur in proficientibus & continentibus. Sed licet remaneat concupiscentia post baptismum, non tamen dominatur & regnat sicut antea: imo per gratiam baptismi mitigatur & minuitur, ut post dominari non valeat, nisi quis reddat vires hosti eundo post concupiscentias. Nec post baptismum remanet ad reatum: quia non imputatur in peccatum, sed tantum pœna peccati est: ante baptismum uero pœna est, & culpa.

Quod originale peccatum duobus modis dimittatur.

Duplici ergo ratione peccatum originale dicitur dimitti in baptismo, quia per gratiam baptismi uitium concupiscentiæ debilitatur atque extenuatur, ita ut iam non regnet, nisi consensu reddantur ei uires, quia & reatus ipsius soluitur. Unde Augustinus in Libro de Baptismo paruulorum, Gratia per baptismum id agitur, ut uetus homo crucifigatur, & corpus peccati destruat: non ita ut in ipsa uiuente carne concupiscentia respersa & innata repente absumatur & non sit, sed ne obsit mortuo, quæ inerat nato. Nam si post baptismum uixerit, in carne habet concupiscentiam, cum qua pugnet, eamque adiuuante Deo superet, si tamen non in vacuum gratiam eius suscepit. Nō itaque hoc præstat in baptismo, nisi fortè miraculo ineffabili creatoris, ut lex peccati quæ est in mēbris, prorsus extinguatur & nō sit: sed ut quicquid mali ab homine factū, cogitatumque est, totū adoleatur, ac uelut factū non fuerit

Q99 3 habia

in lib. de nup. & concupiscentis. 1. c. 25. to. 7. c. 23. ibi. Eccl. 18.

Ca. 39. lib. 1. Rom. 6.

1. Co. 13.

habeatur. Ipsa vero concupiscentia soluto reatus vinculo, quo per illam diabolus animam retinebat, & a suo creatore separabat, maneat in certamine. Ecce hic aperte ostendit, ea ratione dimitti in baptismo, non quia non maneat post baptismum: sed quia reatus in baptismo aboletur.

Lib. 2. Deinde idem ipse ostendit, eo modo etiam dimitti in baptismo, quia baptismi gratia concupiscentia ipsa mitigatur & Rom. 6. minuitur, in eodem Libro ita dicens, Lex carnis, quam Apostolus appellat peccatum, cum ait, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore: non sic manet in membris eorum, qui ex aqua & spiritu sancto renati sunt, tanquam non sit eius facta remissio, ubi omnino plena sit remissio peccatorum: sed manet in vetustate carnis tanquam superatum & peremptum, nisi illicito consensu quodammodo reuiuiscat, & in regnum proprium dominationemque reuocetur. Hic aperte insinuatur, in baptismo concupiscentiam debilitari, ex quo & dicitur dimitti, non solum ideo quia reatus

Lib. 2. ibi soluitur. Quem remissionis modum alijs etiam pluribus an prin. testimonijs scriptura edocet. Ait enim August. contra Iulianum, Lex quæ in membris est, vitium carnis est, quod ex pœna peccati, & ex traduce mortis prouenit. Sed lex ista quæ est in membris, remissa est regeneratione spirituali, & manet in carne mortali. Remissa est, quia reatus solutus

Lib. 1. est sacramento quo renascuntur fideles. Manet autem: quia contra operatur desideria, contra quæ dimicant etiam fideles. Idem duasepi in sermone quodam de concupiscentia carnis. Per gratiam stolas baptismatis & lauacrum regenerationis solutus est & ipse Pelz. se concupiscentiæ reatus, cum quo eras natus: & quicquid gia. antea consensisti male concupiscentiæ, siue cogitatione, siue Cap. 13 locutione, siue actione. Idem in Lib. de nuptijs & concupiscentia. Concupiscentia carnis, licet in regenerantis iam non iniam.

Lib. 1. deputetur in peccatum, quæcunque tamen proles nascitur de nu- obligata est originali peccato. Itē, Dimittitur concupiscentia prijs, et concupiscentia carnis in baptismo, non ut non sit, sed ut non imputetur in peccatum. Hoc est. n. non habere peccatum, non esse reum peccati. Quo ergo alia peccata prætereunt actu, & remanent reatu, vt 26. homicidium & similia: ita econuerso fieri potest ut concupiscentia

piscentia prætereant reatu, & remaneant actu. Ex prædictis euidenter monstratur, quomodo peccatum originale in baptismo remittatur.

An sceditas, quam caro ex libidine coitus contrahit, in baptismo diluatur.

Solet autem hic quæri, Vtrum & ipsa caro in baptismo ab illa sceditate purgetur, quæ in conceptione ex concupiscentia libidiosa contrahitur. Quibusdam videtur, quod sicut anima a reatu purificatur, ita & caro ab illa pollutione purgatur: ut sicut duobus completur mysterium baptismi. scilicet aqua & spiritu: ita ibi duo purgentur, anima scilicet a reatu, & caro ab illa contagione: quod quidem probabile est. Alij vero putant tantum animam ibi mundari, carnem uero non ab illa sceditate purgari. Si uero remanet illa sceditas usque ad procreationem filiorum, quæ fit in concupiscentia carnis, videtur natura carnis magis ac magis corrumpi: & magis corrupta uidetur caro prolis quam parentis: quia de carne, pollutione, quam habuit à conceptu retinente, trahitur polluta, & in concupiscentia concipitur, unde & polluitur: & ita ex duplici causa contaminatur. Unde & maior videtur pollutio carnis in prole, quam fuerit in parente. Ad quod illi dicunt: quia licet caro prolis ex carne sceda seminetur, & in concupiscentia seminis concipiatur: non tamen maiorem sceditatem trahit, quam caro, unde seminatur, habuit. Quamuis etiã si scedior atque immundior sit caro prolis, & ideo magis corrupta quam caro parentis: non tamen inde (ut aiunt) fit præiudicium ueritatis: quia nec absurdum esse dicunt, si carnis natura magis in posterioribus corrupta trahatur, neque ex ipsa magis corrupta anima amplius inficiatur.

A Deo, an ab alio sit illa concupiscentia.

Præterea quæri solet, Vtrum concupiscentia, quæ post baptismum remanet, & tantum pœnalitas est, ante baptismum uero pœna erat, & culpa: ex Deo auctore sit, uel ex alio. Ad quod breuiter respondentes dicimus: quia in quantum pœna est, Deum habet auctorem: in quantum uero culpa est, diabolum siue hominem habet auctorem.

Quomodo animæ peccatum illud imputetur, cum illud vitare non possit?

Solet etiam quæri, qua iustitia teneatur illo peccato anima innocens à Deo creata, cum non sit in potestate sua illud vitare. Non enim per liberum arbitrium illud committitur: quia non prius est anima, quam illi peccato est obnoxia. Ad hoc quidam dicunt ideo animam ream esse illius peccati, licet munda a Deo sit creata: quia cum infunditur corpori, condelectatur carni: ex quo peccatum contrahit. Quod si esset, iam non originale, sed actuale diceretur. Potius ergo ideo rectè potest dici imputari animæ illud peccatum, quod ex corruptione corporis inevitabiliter trahitur: quia ut ait August. in Lib. de Civitate dei, Non fuit corruptio corporis, quæ aggruat animam, causa primi peccati, sed pœna: nec caro corruptibilis animam peccatricem fecit, sed peccatrix anima carnem corruptibilem fecit.

Vtrum illud peccatum sit voluntarium, uel necessarium.

Illud etiam non immerito quæri potest. Vtrum peccatū originale debeat dici voluntarium, uel necessarium. Et necessarium potest dici: quia vitari non potest: Vnde & propheta dicit; De necessitatibus meis erue me. Et voluntariū non incongrue appellatur, quia ex voluntate primi hominis processit, ut August. in 1. Lib. Retract. ostendit, dicens, Istud quod in paruulis dicitur originale peccatum, cum adhuc non utantur libero arbitrio voluntatis, non absurde uocatur voluntarium: quia ex prima hominis mala voluntate contractum, factum est quodammodo hereditarium.

Quare Deus animam corpori iungit, sciens eam inde maculari, & ideo damnari.

Si vero quæritur, cur Deus qui fecit animam ipsam sine macula, & scit eam ex corporis coniunctione maculam peccati contrahere, & aliquando ante baptismum seiungi ab ipso corpore, & sic damnari, eam corpori iungit. Respondemus, ex altitudine iudiciorum Dei id prouenire, & nec iniuste id a Deo fieri. Ipse enim non incongrue humane conditionis modū, quæ a principio instituit, licet peccata hominū intercesserint, sine immutatione continue seruat: cor-
pora

pora de materia a principio sine uitio facta fingens, animasque de nihilo creans, eorumque coniunctione hominem perficiens. Cum ergo utraque hominis natura a Deo sine uitio sit instituta, licet a se peccato sit uitata, non ideo immutabilis Deus humane conditionis primariam legem mutare debuit, siue ab hominum multiplicatione desistere.

An anima sit talis, qualis à Deo creatur.

Hic a quibusdam quæri solet, Vtrum anima talis sit ante baptismum, qualis a Deo creatur. Quod non esse probare conatur hoc modo, Anima in corpore creatur, in cuius coniunctione peccato maculatur. Quam cito ergo est, peccatum habet: nec prius fuit, quam peccatum habuit: non est ergo talis, qualis, a Deo creatur. Creatur enim a Deo innocens, & sine uitio: nunquam talis est. Ad quod dici potest, quia non omnino talis est, qualē eam Deus fecit. Deus enim bonam eam fecit, & bonitatem ei sine corruptione indidit. Et dicitur illo naturalis bonitas, quam in creatione a conditore suscepit: quam bonitatem per peccatum penitus non amisit, sed uitiatam habuit, quam Deus tamen sine uitio fecit. Si res bona non esset anima, in ea malum esse nequiret, cum non possit malum esse nisi in bono, ut post dicitur. Non ergo omnino talis est anima, qualis a Deo creata. Sicut quis pollutas habens manus, non tale habuit pomum, quale ego dedi mundis manibus. Ego enim dedi mundum.

An animæ ex creatione sint æquales in donis naturalibus.

Illud quoque non incongrue quæri solet, Vtrum omnes animæ ex creatione æquales sint, an aliæ alijs excellentiores. Pluribus non irrationabiliter uidetur, quod ex ipsa creatione aliæ alijs excellentioribus donis, ut in essentia aliæ alijs sit subtilior, & ad intelligendum memorandumque habilior, ut pote acutiori ingenio, & perspicaciori intellectu prædita. Quod non improbabiler dicitur, cum in angelis ita fuisse constet. Et licet naturalibus donis aliæ præ alijs polleant, tamen ante baptismum a corpore discedentes, parem pœnam, & post baptismum statim æqualem coronam sortiuntur: quia ingenij acumen uel tarditas, præmium uel pœnam in futuro non collocat.



SUPRA ostendit Magister, qualiter peccatum originale traducitur. In hac parte intendit ostendere, qualiter curatur. Diuiditur autem pars ista in duas partes. In quarum prima determinat Magister, quomodo originale peccatum deleri habeat in baptisate, quod quidem est opus diuinæ misericordiæ. Secundo uero determinat, qualiter in ipsius animæ infusione, & punitione saluetur reſtitudo diuinæ iustitiæ, ibi. *Solet etiam queri, qua iustitia teneatur, &c.* Hoc autem facit: quia uniuersæ uitæ domini misericordiæ, & ueritas: & ideo iuxta benignitatē misericordiæ, manifestari etiā oportebat æquitatem iustitiæ. Prima pars diuiditur in tres partes. In prima ostendit, qualiter in baptismo deletur peccatum originale ex parte animæ. Secundo uero, qualiter curari habeat ex parte carnis, ibi. *Solet autem hic queri, utrum & ipsa caro &c.* Tertio uero determinat de pœna, quæ remanet in utroque, uidelicet de concupiscentia, ibi. *Preterea queri solet, utrum concupiscentia &c.* Similiter secunda pars principalis tres habet partes. In prima parte determinat, utrū Deus ex iustitia debeat culpam originalem animæ imputare. Secundo uero querit, cur Deus uult animam illam corpori maculato coniungere, ibi. *Si uero queritur, cur Deus quæ fecit animam &c.* In tertia uero determinat qualis creatur anima a suo auctore, ibi. *Hic a quibusdam solet queri, &c.* Et sic in uniuerso Magister in præſenti Dist. duo principa-

liter determinat, quorum unū est, qualiter originale peccatum deletur per opus diuinæ misericordiæ. Alterum uero est, qualiter contrahatur salua æquitate diuinæ iustitiæ. Et omnia, quæ determinantur in parte ista, possunt reduci ad tria. Quorum primum est, qualiter deletur originalis culpa. Secundum, a quo sit ipsa concupiscentia. Tertium uero est, qualiter ad infusionem animæ, & originalis culpæ imputationē saluetur diuina iustitia.

Anet igitur, ut ait Aug. &c.

MObiicitur Cum post baptismum non debeat remanere in nobis nisi pœna promouens, & concupiscentia sit magis pœna suffocans, quàm promouens, non debet remanere in corpore mortis huius. Quod autem sit pœna suffocans, patet in litera sequenti, qua dicitur: Eius desideris noxijs non obedire præcipimur. Si igitur desideria concupiscentiæ sunt noxia, & prohibemur obedire concupiscentiæ: ergo uidetur quod sit pœna suffocans. Item. Actus concupiscentiæ ligat rationem maxime in opere uirtutis generatiuæ sed talis est pœna suffocans: ergo &c. Respon. Dicendum, quod concupiscentia, quæ remanet post baptismum non est pœna suffocans: quia nō præcludit aditum uitæ spiritualis: stat. n. simul cum gratia prima: & si incitet ad illicitum, non tamen præualet: quia subter nos est appetitus noster, & nos dñari possumus illius. Remanet autē hæc concupiscentia in membris nostris, ut pœna promouens, ma-

xime

xime quātum ad exercitium pugnæ, quæ facit ad augmentum meriti, & coronæ: quod bene significatum est in ingressu filiorum Israel in terram promissionis, in qua reliquit eis dominus aduersarios, cum quibus pugnare possent, & per quos Deus eos probaret, utrum ipsi Deum diligerent, an non, sicut patet in Li. Iudicum. Sunt & aliæ plures utilitates, ad quas mouetur homo occasione concupiscentiæ in se relicte: sed hæc inueniri possunt Lib. 4. Dist. 4. Per hoc patet responsio ad duo obiecta. Nā concupiscentia non suffocat, nisi ei obedire uelimus: & licet in actu generandi usus rationis impediat, non tamen est ibi suffocatio: quia talis actus potest esse meritorius.

Dub. 2.

Per gratiam baptismi, &c. Cōtra. Aut enim gratia baptismi habet oppositum, aut non. Si sic: ergo una non potest stare cum altera: ergo adueniente gratia recedit concupiscentia, nec minuitur. Si non opponitur ei: ergo uidetur, quod ipsam non diminuat. Item. Si concupiscentia minuatur per gratiam: ergo cū sit finita, uidetur quod aliquando totaliter auferatur: quod est contra Aug. in litera, qui dicit, quod hoc non præſtatur nisi miraculo ineffabili, ut lex peccati prorsus extinguat. Ideo est hic questio, utrum fomes in aliquo totaliter fuerit extinctus. Respon. dicendum, quod (sicut dictū est supra) concupiscentia duo dicit. Dicit enim appetitum immoderatum boni commutabilis: & sic dico, quod ista immoderantia circa appetitum potest esse dupli-

citer. Aut ita, quod ratio captiuetur, & anima peruertatur, ut necessitatem habeat præponendi bonum commutabile bono incommutabili, & sic dicitur esse se concupiscentia intensa: & hoc modo tenet rationem culpæ, ratione uidelicet illius immoderantia. Alio modo concupiscentia dicit immoderantiam, non quia ratio succumbat sensualitati: sed quia sensualitas non perfecte obtemperat rationi: & hoc modo tenet rationē pœnæ. Primo modo: quia tenet rationem culpæ, directe opponit ipsi gratiæ: & ideo gratia superueniens aufert illam immoderantiam, pro eo quod talis immoderantia ponebat debitæ iustitiæ carentiam. Aliam autem immoderantiam, quæ (sicut dictū est) dicit rationem pœnæ, non tollit gratia in suo aduentu, propter hoc quod nō opponitur formaliter ei: sed quoniam gratia, & concupiscentia relicta respectu eius, ad quod inclinant, quandam habet oppositionem, hinc est, quod secundum quod homo plus exercitatur in gratia, magis & magis remittitur concupiscentia: nunquam tamē omnino tollitur concupiscentia: quia semper remanet radix eius in homine, nisi auferatur per donum gratiæ speciale, sicut in uirgine creditur fuisse post conceptionem filiū Dei: sed hoc magis habet locū in Tertio, cum queritur de sanctificatione uirginis. Per hæc autem que dicta sunt patent obiecta. Gratia enim, & concupiscentia quodammodo opponuntur, & quodammodo non, sicut ostensum est. Ad illud, quod obiici-

Dist. 3.

tur secundo, quod concupiscen-
tia est finita: ergo aliquando to-
taliter aufertur. Dicendum, quod
hoc uerum esset, si concupiscen-
tia diminueretur quantum ad
causam: sed solum minuitur qua-
ntum ad exercitium, siue per co-
mparationem ad illud, ad quod est:
& ideo nunquam totaliter tol-
litur, sicutabilitas anime nun-
quam totaliter per peccatum
adimitur: & hoc melius infra ui-
debitur.

Dub. 3. *Manet hoc uicium concupiscen-*
tia, &c.) Hoc uidetur falsum es-
se: quia cum concupiscētia pro-
ut regnabat, dicebatur esse ori-
ginale peccatum ab Augustin.
uidetur quod si reuocetur in re-
gnum propriū post baptismū,
quod originale peccatum reuer-
tatur: quod si hoc falsum est: pa-
tet &c. Item. Quę sunt diuerso-
rum generū, unū non auget al-
terum: sed illicitus consensus est
culpa, concupiscētia relicta est
pēna: ergo non augetur per con-
sensum illicitum. Resp. quod con-
cupiscētia augetur per consen-
sum illicitum, sicut dicit Augu.
& hoc duplici ex causa. Primo,
quia gratia expellitur, ex cuius
presētia ratio sensualitati pre-
erat, & per consequens remit-
tebatur concupiscētia. Alia est
ratio, quia potentia ex frequen-
tia actus magis prompta effici-
tur ad exeundum in actum con-
similem, & quia actus illicitus di-
cit actum concupiscēndi, hinc
est quod concupiscētia auge-
tur ab actu illicito, quasi a simi-
li. Ad illud ergo, quod obiici-
tur, quod tunc redit originale
peccatum. Dicendum quod hoc
non sequitur duplici ex causa.

Primo quidem: quia concupiscē-
tia regnans non dicitur peccatū
originale, nisi in quantum habet
regnum, & dominium ab ipsa
hominis origine: cum autem il-
lud habet per illicitum actū, nō
habet rationem originalis pec-
cati: sed potius actualis. Alia est
etiam ratio; quia aliter dimini-
tur concupiscētia per baptis-
mum, aliter augetur per illicitū
consensum. Per baptismum, n.
sic diminuitur, ut auferat illud,
quod formaliter erat peccatū origi-
nale, uidelicet carentia debitę
iustitię. Ibi enim absoluitur quis
a debito originali iustitię, ad
quam omnes tenebantur ex ip-
sa obligatione Adę: sed per illi-
citurum cōsensum augetur dicitur,
pro eo quod dum hō peccat magis
efficitur pronus ad malum saltē
intensius, & quantum ad aliqđ
peccati genus determinatū. Ad
illud, quod obiicitur, quod sunt di-
uersorum generum concupiscē-
tia, prout est culpa, & prout est
pēna. Dicendum, quod & si sint di-
uersorum generū in genere mo-
ris, non tamē in genere naturę:
utriusque enim actus est concu-
piscere. Pręterea, & si concupi-
scētia prout est pēna, non sit
eiusdem generis cū concupiscē-
tia, prout est culpa, formaliter
loquēdo: quia tamē est pēna ui-
tiosa, iad illā de se ordinat, & p
hoc una augmētatur p alterā, si-
cut docet ipsa experientia.

Quomodo ergo alia peccata, &c.)
Contra. Si concupiscētia re-
manet actu; ergo in originali
non tantum consideratur rea-
tus, uerum etiā actus: ergo debet
dici peccatum actuale. Item. Fal-
sum uidetur dicere cum ait, quod
alia

alia peccata transeunt actu, & re-
manent reatu: cum enim dimit-
tuntur peccata actualia in bap-
tismo, transeunt & quantum ad pœ-
nam, & quantum ad culpam:
ideo potentia etiam transeunt
quantum ad reatum pœnę eter-
næ. Et si tu dicas, quod remanet
reatus ad pœnam satisfactoriā,
& temporalem. Obiicitur simili-
ter de originali, post cuius dele-
tionem in baptismo remanet
obligatio ad mortem, & ad alias
pœnas temporales. Resp. Dicen-
dū, quod Magister large uocat hic
actum, non solum ipsum actua-
lem motum; sed etiam proni-
tatem illam, secundum quam ho-
mo ordinatur ad actum. Et ideo
dicitur originale peccatum re-
manere actu: quia cū sit ibi pri-
uatio originalis iustitię, per quā
homo est reus carentiæ uisionis
Dei, sic etiam pronitas, per quā
homo ordinatus est ad actum
concupiscēndi: ideo aufertur il-
la priuatio iustitię originalis,
& relinquitur illa inclinatio ha-
bitualis. Ad illud uero quod obi-
citur de transitu actuali. Dicen-
dum quod Magister nō loquit de
transitu, quod est p peccati deletio-
nē: sed p peccati consummatio-
nē, & per quē modum p̄sens, &
pręteritum dī transire: ideo di-
cit, quod trāsit quantum ad actū, &
remanet quantum ad reatum, quia
actus ē ī fieri: sed reatus ī gēre.

Ad quod dici potest &c.) Innuit
Dub. 5. Magister, quod anima non est ta-
lis, qualē Deus fecit. Contra. In
subita operatione simul est fie-
ri, & factū esse: sed illud argumē-
tū est necessariū: Deus facit ani-
mā: ergo est. Et illud, Deus facit
talē aiām: ergo talis est: igit Ma-

gister implicat duo opposita in
litera. Item. Quęro, aut Deus fe-
cit animam iustam, aut iniustā.
Si iustam: ergo Deus dedit ei iu-
sticiam, & hoc est falsum: nō. n.
iustitia creata fuit cum illa aiā.
Si iniustam, & talis est: ergo ta-
lis est anima, qualem eā Deus fe-
cit. Propter hoc est quęstio, qua-
lem Deus fecerit illam aiām: &
non uidetur quod possit dari, quod
fecerit eam iniustā, cum summa
iustitia nō possit facere aliquid
iniustum: Nō uidetur similiter,
quod fecerit eā iustam: quia cū
in primo instanti fuerit iniusta,
simul fuisset iusta, & iniusta, &
hęc sunt impossibilia. Non
enim uidetur, quod possit dari
mediū circa hęc, quia hęc duo
sunt immediate opposita circa
animam. Respon. Dicendum, quod
cum quęritur, qualem Deus fe-
cerit animam quantum ad boni-
tatem, & malitiam, hoc potest
intelligi dupliciter. Aut quan-
tum ad bonitatem naturę, aut
quantum ad bonitatem moris. Si
quantum ad bonitatem naturę,
sic concedendum est, quod fecit ani-
mā bonam, & adhuc bona est.
Si quantum ad bonitatem moris,
sic dicendum est, quod Deus
nec fecit eam bonam, nec malā.
Bonam enim non fecit: quia bo-
nitatem illam anime non dedit,
obstante infectione ex parte
corporis, cui anima in eodem in-
stanti unita fuit, in quo creata.
Non fecit eam malam: quia quā-
uis anima ab instanti suę crea-
tionis mala sit, hoc tamē nō est
a Deo create: sed a carne inficiē-
te; & ideo dicit Magister hanc
nō esse cōcedendā, aiā est talis,
qualē Deus eā fecit: sed potius

econuerso: non quia Deus dedit ei actualem iustitiam; sed quia dedit ei bonitatem naturæ ad habendum iustitiam ordinatam, a qua iustitia priuatur per carnem infectam. Et sic patent obiecta. Per hunc autem modum respondendum esset, si quaeretur de actione mala, quæ ponitur esse a Deo, secundum quod actio: non enim est a Deo secundum quod iusta: quia non est iusta: nec secundum quod iniusta: quia iniustitia non est a Deo: sed est a Deo secundum bonitatem naturæ, per quam est indifferens ad utrumque: consimili modo intelligendum est in creatione animæ.

Dub. 2. Pluribus non irrationabiliter uidetur, etc. Innuit, quod ex ipsa creatione una anima est subtilior alia in essentia, & ad intelligendum, memorandumque habilior. Contra. Hoc enim uidetur esse falsum: quia sicut dicit Greg. Omnes homines natura pariter genuit: ergo similiter & ab ipsa creatione animæ pares sunt. Hic queri potest, utrum subtilitas ingenii, & habilitas ad memorandum ueniat ex parte corporis, an ex parte animæ. Et quod ex parte animæ uidetur Magister in litera dicere. Sed contrarium huius uidetur; quia uidetur; quod ipsa anima, quæ non uariatur per tempora, modo dementior est, modo ad intelligendum acutior. Hoc autem non potest esse nisi ex parte corporis. Item. Videmus, quod cholericus naturaliter est maioris ingenii, quam phlegmaticus. ergo si hoc dicitur completum ex parte corporis, uide-

tur &c. Respon. Dicendum, quod sicut dicit Magister in litera, satis probabile est, quod in ipsa creatione sit præcellentia in animabus. Et quod dicuntur esse pares, hoc non intelligitur quantum ad priuationem ordinis naturalium in præcellentia; sed quantum ad priuationem ordinis in dominio, & seruitute. Si autem queritur, unde ueniat ista præcellentia naturalium, utrum ex parte animæ, an ex parte corporis. Dicendum, quod cum anima non sit propter corpus: sed corpus propter animam, ista præcellentia ex parte animæ uenit. In hoc autem præcellit una anima alteram, non ratione principii ex quo, cum sit ex nihilo: sed ratione sapientiæ conditoris, qui producit omnia secundum ordinem debitum. Non est tamen negandum, quin multum faciat corpus ad exercitium illarum habilitatum, quæ animæ in sui creatione insunt. Unde dispositio bona corporis multum expedit, sicut e contrario mala multum impedit: propter hoc iudicant cholericus boni ingenii, quia anima quantum ad usus illius habilitatis iuuatur per conuenientem dispositionem ex parte corporis. Attamen non est illa ratio principalis boni ingenii; quia uidemus aliquando homines contrariæ complexionis ingeniosos esse. Unde uidemus homines ad diuersa exercitia aptos quosdam ad artes mechanicas, quosdam ad liberales, & iterum quosdam ad mathematicam, quosdam ad metaphysicam, quosdam ad naturalia, quosdam ad rationalia. Si queratur ratio huius, respon-

debit

debit Theologus, quod est ex distributione donorum Dei, a quo non tantum procedunt dona gratuita, immo dona naturalia, & omnia talia gratiæ uocantur a sanctis, & de huiusmodi intelligitur illud. 1. Petri. 4. Unusquisque sicut accepit gratiam in alterum illam administrantes &c. Naturalis autem respondebit, quod hoc uenit ex diuersa dispositione ex parte corporis, uel quantum ad complexionem, uel quantum ad organizationem: uterque tamen bene; sed theologus melius: quia principalem assignat causam: unde & Philosophus in Lib. de animalibus cum assignat causas dispositionis membrorum, ubi non inuenit causam principalem ex parte naturæ, recurrit ad dispositionem conditricis sapientiæ.

ARTICVLVS I.

QUESTIO I.

An baptismus deleat originale quod ad culpam?



Ad intelligentiam huius partis incidit hic quod circa tria. Primo enim queritur de acceptione originalis culpæ. Secundo queritur de morbo concupiscentiæ remanente. Tertio queritur de æquitate diuinæ iustitiæ in infusione, & punitione animæ. Circa primum queruntur duo. Primo queritur, utrum baptismus deleat originale quantum ad culpam, quæ est in mente. Secundo uero, utrum deleat quantum ad eius causam, quæ est in carne.

VTRVM baptismus deleat originale quantum ad cul-

pam. Et sic uidetur. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum celorum: hoc autem non est propter culpam actualem in paruulis: ergo si hoc est, erit propter culpam originale: sed post baptismum non priuatur paruulus regno celorum; ergo necesse est, quod in baptismo tollatur illud, quod reddebat hominem indignum uisione Dei: ergo &c. Item. Ro. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et post. Qui enim mortuus est peccato, iustificatus est a peccato. Glo. Ita per baptismum mortui sumus peccato, sicut Christus semel mortuus est peccati. Item. Hoc ipsum uidetur ratione. Baptismus enim est sacramentum ueteris, & etiam nouæ legis: ergo sicut in baptisate homo lauatur exterius, ita uere lauatur interius: si ergo in baptismo exterius uere lauatur puer, uidetur quod interius a peccato originali mundetur.

Item. In baptismo efficitur homo membrum Christi, & regeneratur generatione spiritali: si ergo membrum Christi esse non potest quis, quandiu manet in peccato mortali, uidetur quod per baptismum originale peccatum deleatur quantum ad culpam. **SED CONTRA.** Impossibile est deleri maculam peccati, siue deformitatem amoueri, quandiu manet priuatio boni, quæ debet inesse: sed in homine post baptismum manet carentia illius originalis iustitiæ, quæ fuit in Adâ in statu innocentie: ergo per baptismum non deletur macula originalis

originalis culpæ. Maior manifesta est per ipsam peccati definitionem. Minor manifesta est per ipsam experientiam; quia manifeste uidemus, quod post baptismum caro spiritui non ita subicitur, sicut in Adam subiciebatur. **ITEM.** Impossibile est maculam deleri, quandiu manet actus peccati, sicut est manifestum. Nunquam enim alicui remittitur peccatum fornicationis, quadiu est in actu fornicandi; sed post baptismum manet originale, quantum ad actum, sicut dicit Magister: ergo impossibile est, quod in baptismo deleatur quantum ad maculam, & reatum. **ITEM.** Concupiscere post baptismum culpa est: sed quales sunt actus, tales sunt habitus; ergo concupiscentia, quæ remanet post baptismum, est culpa: sed non est culpa actualis: ergo est culpa originalis: igitur per baptismum originalis culpa non deletur quantum ad culpam. **ITEM.** Culpa est meritum pœnæ: ergo si omnino cessat culpa, omnino debet remoueri pœna. Si igitur post baptismum remanet pœna debita originali, utpote mors, & confirmatio pœnæ, non uidetur, quod per baptismum fiat deletio originalis culpæ quantum ad maculam. **QVOD** si tu dicas, quod macula peccati deleri potest remanere aliquis reatus in animam, & obligatio ad pœnam pro culpa prius facta, uidetur tunc quod originale remanet quantum ad reatum, igitur male dicit Magister, cum ait, originale transit reatu,

& remanet

actu.

RESOLVTIO.

Vtique, cum per eiusdem gratiã, & uitiũ concupiscentiã extenuetur; & illius debitũ soluatũ.

RESP. Dicendum, quod sicut dicit Magister in litera, & accipit a uerbis Aug. duplici ratione dicitur originale remitti in baptismo: quia per gratiam baptismi uitiũ concupiscentiæ debilitatur atque extenuatur, ut iam non regnet: & quia reatus ipsius soluitur. **AD** huius autem uerbi intelligentiam notandum, quod illud uerbum dupliciter potest intelligi, & utroque modo satis probabiliter. **VNO** modo sic, sicut dicit Aug. in Lib. de Baptismo. paruulo. Originale peccatum est concupiscentia, siue uitiũ concupiscentiæ, & hoc ipsum dicit Magister in litera. Hæc autem concupiscentia, prout dicitur esse originale peccatum, nominat appetitum boni commutabilis intellum, & inordinatum. Et ratio huius est ista, quoniam originale peccatum non tantum est culpa, sed etiam culpa mortalis. In quantum culpa est, dicit priuationem debiti, in quantum mortalis est, non tantum dicit boni debiti priuationem: sed etiam dicit ordinis & iustitiæ subuersionem. **AD** hoc igitur, quod concupiscentia in aliquo dicat culpam originale, necesse est quod dicat necessitatem concupiscendi, siue appetitus immoderantiam cum debito non concupiscendi, & cum dominio, ita quod carnalis appetitus præsit spiritui. Et quia utrunque horum est in homine ante baptismum; habet enim debitum non concupiscendi: quia

ad

ad hoc tota humana natura in Adam fuerat obligata, nec illa obligatio alicui fuerat relaxata. Habet etiam dominium: quia gratia destitutus, uincitur lege membrorum: hinc est, quod habet in se originale peccatum: cum autem homo baptizatur, tunc gratia infunditur ex merito passionis Christi, cuius efficitur membrum: per baptismum ab illo debito absoluitur: gratia uero erigit animam, & dat ei potestiam, ut non uincatur a concupiscentia, & per hoc aufert ei dominium. Et hinc est, quod quia in baptismo tollitur concupiscentiæ dominium, & soluitur non concupiscendi debitum, quod omnino aufertur ratio culpæ ab ipsa concupiscentia, licet aliquo modo remaneat. & hinc est, quod Magister dicit, quod originale in baptismo transit reatu, & remanet actu: quia & si remaneat concupiscentia, non tamen remanet, prout est culpa, & obligatoria ad pœnam. Hinc est etiam, quod Magister dicit duplici ratione in baptismo peccatum originale deleri: & quia uitiũ concupiscentiæ extenuatur, & quia reatus soluitur.

ALITER et potest intelligi uerbum illud, ut intelligamus (sicut superius dictum fuit) in originali culpa reperiri conformitatem quædam ad culpam actuale. Sicut enim uidemus, quod in culpa actuali, & est conuersio, & est auersio, & in ipso actu peccandi, & in ipso habitu peccati est priuatio habitus boni, & quædam habitatio ad actum peccati: sic in originali intelligimus esse debitam iustitiæ carentiam, & concupiscentiam. Et quemadmodum in actu priuatio

S. Bon. Lib. 2.

habilitatis bonæ est ipsum peccatum, formaliter loquendo: ipsa uero habitatio, siue pronitas ad actum peccati non est peccatum, nisi materialiter loquendo: pro eo quod non est culpa, nisi quadiu manet ibi priuatio: sic intelligendum est in proposito. Et quemadmodum in actualis peccati deletionem cum gratia infunditur, statim remouetur culpa, in quantum erat deformitas, & priuatio: nihilominus tamen simul cum hoc manet quædam pronitas ad actum, licet remissa, in his potissime, qui peccauerunt peccato consuetudinis: sic quoniam gratia baptismalis infunditur anime, statim remouetur originale peccatum, eatenus qua erat carentia debitæ iustitiæ etiam cum statim gratia est in anima, simul cum ea est & iustitia: concupiscentia uero non omnino tollitur, sed minuitur pro eo, quod pronitas ad culpam simul potest stare cum gratia: quia sicut dictum est, talis pronitas non erat ipsum peccatum, loquendo formaliter, sed materialiter. Unde cum excluditur carentia debitæ iustitiæ per gratiam baptismalem, remanet concupiscentia ratione pœnæ. Et hinc est, quod Hæc etiam dicit Magister. quod transit reatu, etiam & remanet actu: quia iam non est sequens culpa, per quam homo sit dignus pœna, sed pœna est ex præcedenti culpa relicta. Pro tanto dicit, ibi quod quod originale peccatum duplici ratione dicitur remitti in baptismo: & quia concupiscentia extenuatur, & quia debitum soluitur. Soluitur namque debitum dum per iustitiam gratiæ recensatur iustitia originalis innocentia. Concupiscentia uero

R 11

re

bitū ha remittitur, dum potestas datur
bendi, spiritui per gratiam regendi, &
istud do uincendi carnem. Concedendū
nū com sunt igitur rationes ostenden-
mutat tes peccatum originale, quantū
in debi ad culpam deleri in baptismo.
tum la AD ILLVD ergo, quod pri-
bendi mo obiicitur in contrarium, q̄
illud manet priuatio originalis iusti-
donū. tiæ. Respondetur, quod debitū
soluitur merito passionis Chri-
sti, & recompensatio fit gratia
Spiritus sancti, quam Deus dat
animæ, & quam etiam plus ac-
ceptat, quàm iustitiam innocē-
tiæ. AD ILLVD, quod obiicitur,
q̄ manente actu, non potest de-
leri culpa. Dicendum, quod ue-
rum est de actu, in quo cōsistit
plena ratio culpæ, sicut in actu
fornicationis consistit consum-
matio illius peccati. Actus autē
originalis peccati uocatur hic
concupiscentia, siue necessitas
concupiscendi: sed hæc non ma-
net, prout in ipsa est illius pec-
cati consummatio. Sicut enim
dictum est, nec manet quātum
ad dominium, nec manet quan-
tum ad non concupiscendi de-
bitum. Vnde sicut in aliquo ca-
sto post deletionem, & dimis-
sionem peccati luxuriæ manere
potest aliqua pronitas carnalis
concupiscentiæ: & etiā aliquan-
do in actum concupiscendi exi-
re, si uia nihilominus castitate:
sic & in proposito intelligendū
est esse. AD ILLVD, quod obii-
citur, q̄ concupiscere post ba-
ptismum, est peccatum. Dicen-
dum, quod uerū est: sed ex hoc
non sequitur, quod illa concu-
piscencia, quæ prouocat ad con-
cupiscendum, sit peccatum, sed
iustitiam, q̄ sit peccatum, uel ex

peccato relicta. Quādo ergo di-
citur, quod quales sunt actus: ta-
les sunt habitus, hoc intelligi-
tur de habitibus generatis ex
actibus frequentatis, sicut de ha-
bitibus consuetudinalibus. Con-
cupiscentia uero illa, quæ post
baptismum remanet, nō est ag-
generata ex frequenti concupi-
scere, sed ex carnis corruptio-
ne: & ideo non habet rationem
culpæ, sed pœnæ: quia uero ad
malum inclinatur, potius uitiositas,
quàm pœnalitas appellari
debet. AD ILLVD quod obiicitur,
quod remota culpa, debet p̄
consequens remoueri pœna. Di-
cendum, quod illud uerum est
de pœna æterna, & eius reatu:
de aliis uerò pœnis temporali-
bus hoc non oportet, sicut ma-
nifestū est in sacro pœnitentiæ,
in quo & si deleatur culpa in cō-
tritione, nihilominus tamē obli-
gatur homo ad satisfactionem:
quāuis enim Deus remittat of-
fensam, adhuc tamen quærit e-
mendam. ET SI TU obiicias, q̄
in baptismo est plena remissio,
unde delētur ibi actualia, quan-
tum ad pœnā, & culpam; & ita
multo fortius originale: Ad hoc
satis planum est respondere: sed
huius quæstionis determinatio
nō spectat ad locum istum: sed
ad Quartum Librum in ea par-
te, in qua agitur de baptismo
quantum ad effectum: & ibi de-
terminatū inuenietur, quare ho-
mo in baptismo a quibusdā pœ-
nis absoluitur, a quibusdam ue-
rò minime. Et quia superfluitas
uitanda est, & singula suis locis
tractanda sunt, tum propter or-
dinem, tum propter breuitatē,
ad præsens omittendum est.

QVAE-

QVAESTIO II.

An peccatū originale deleatur per
baptismum quantū ad causam?

VTRVM originale peccatum
per baptismū deleri habeat,
quantum ad causam. Et quod
sic, uidetur per uerbum Dama-
sceni, qui dicit, quod duo sunt
in baptismo correspondentia
duobus, quæ sunt in homine:
ait enim sic. Quoniam duplex
est homo ex anima, & corpore,
duplicem dedit purgationem p̄
aquam, & spiritum: spiritu quē
secundum imaginem, & simili-
tudinem est renouante: & aqua
per spiritus gratiā corpus a pec-
cato purgante, & a corruptione
liberante. Si igitur hæc corru-
ptio est causa originalis pecca-
ti transfundendi, uidetur quod
originale peccatum non solum
deleatur, quantum ad culpam;
sed etiam quantum ad causam.
ITEM. Potentior est Christus
in satisfaciendo, q̄ fuerit Adam
in corrumpendo, sicut dicitur
Rom. 5. Non sicut delictum: ita
& donū. Ex quo innuit, quod
multo maius fuit donū, quàm
delictum: ergo si delictum Adē
non tantum potuit inficere ho-
minem in se, sed prout est prin-
cipium alterius: uidetur q̄ ba-
ptismi sacramentum, non tan-
tum curet hominem in se; sed
etiam prout est alterius prin-
cipium. ITEM. Non remouetur
effectus persistente causa: ergo
si baptismus remouet ipsum ori-
ginale peccatum ab homine, ne-
cesse est, q̄ & causam origina-
lis peccati excludat ab ipso: & si
hoc, uidetur tunc, quod bap-
tizatus non transfundat in alte-
rum originale peccatum. ITEM.

Non sufficienter curat morbū,
qui relinquit radicem morbi: er-
go aut Christus non est medi-
cus perfectus, aut si perfectus
medicus est per medicinam sa-
cramenti baptismi, non solum
expiatur originale quantum ad
culpam, sed etiam quantum ad
causam: & si hoc; ergo bap-
tizatus, &c. ITEM. Tales sunt fru-
ctus, qualis est arbor: & tales
sunt rami, qualis & radix. Vnde
& dominus. Matth. 7. Non po-
test arbor bona fructus malos
facere. Et Apostolus Rom. 11.
Si radix sancta, & rami sancti: er-
go si originale deletū est in pa-
rente, & parens est purificatus:
uidetur similiter, quod purifice-
tur & proles: & si hoc, aut origi-
nale non deleatur per baptismū,
aut si deleatur quantum ad cul-
pam; deleatur similiter quantum
ad causam. SI TV dicas, q̄ ba-
ptismus non purificat hominē
ab originali, in quantum est cor-
ruptio naturalis; sed in quantum
est corruptio personalis. Con-
tra. Si oppositum est causa op-
positi, & propositum est causa
propositi: sed persona corrupta
corrumpit naturam: ergo pari
ratione persona sanata, sanatur
& natura. ITEM. Si aliquis cu-
ret aliquem a lepra; quia lepra
est morbus hereditarius, hoc ip-
so, q̄ a lepra curat, dat ei poten-
tiam generandi filium sanum:
ergo pari ratione, si originale
morbis est hereditarius, uide-
tur q̄ nōn deleatur, quin aufe-
ratur illa corruptio, per quam
originale peccatum in alterum
transfunditur.

SED CONTRA. Baptizatus
etiam post baptismum sentit in

se motus concupiscentiæ: sed concupiscentia ortum habet ex carnis foeditate: & illa est causa originalis peccati in prole: ergo baptismus non curat morbum originalis peccati quantum ad radicem. **ITEM.** Causa originalis peccati residet penes carnem: sed gratia Spiritus sancti respicit propriè ipsam mentem: ergo si causa originalis peccati non opponitur ipsi gratiæ, uidetur quod per gratiam baptismalem non habeat remoueri. **ITEM.** Si baptismus curaret originale, non tantum in quantum est morbus personalis, sed etiam in quantum est morbus naturalis: igitur parente baptizato, non oporteret prole baptizari. Si igitur unumquemque in propria persona necesse est baptizari, uidetur quod in baptismo non fiat deletio originalis quantum ad causam, & radicem morbi. **ITEM.** Propter peccatum originale habemus ignorantiam in mente, & concupiscentiam in carne: sed baptismus non tollit homini ignorantiam, quæ se tenet ex parte mentis: ergo multominus, nec illam corruptionem, quæ se tenet ex parte carnis: sed illa est causa originalis: ergo &c.

RESOLVTIO.

Causa originalis peccati, prout est morbus personæ, per gratiam baptismi, & si non deletur, remittitur saltem: respectu autem alterius propagandi ne dum non deletur, sed nec remittitur.

RESP. Dicendum, quod dupliciter est loqui de causa originalis, aut secundum considerationem unius hominis in se, aut per comparisonem ipsius ad alterum ex

ipso propagandum. Si primo modo loquamur, sic semper cum deletur (quantum ad culpam) peccatum originale, deletur & causa originalis peccati, quantum ad hoc, ut non possit deinceps peccatum originale causari in anima baptizati. Remittitur enim quodammodo foeditas carnis: & per consequens improbitas superbia, ratione cuius habebat spiritum in seruitutem peccati redigere, quod quidem non potest facere post baptismum propter auxilium gratiæ, quod ibi datur spiritui, per quod præsidet carni: & ita effectus illius gratiæ quodammodo redundat in carnem. Si autem loquamur de causa originalis, respectu alterius propagandi, sic per baptismum non deletur originale, quantum ad causam, siue radicem. Et ratio huius potissima (ut credo) est: quia corruptio, quæ est causa originalis peccati propagandi, est corruptio naturæ consistens penes uim, quæ habet radicari in carne. Unde originale prout est uitium personæ, respicit uoluntatem: prout autem est uitium naturæ respicit generatiuam uirtutem, & carnem: gratia autem sacramentalis propriè respicit corruptionem personæ: contra uero corruptionem naturæ non habet ordinari directè: & hinc est, quod cum infunditur gratia baptismalis, deletur originalis culpa, secundum quod erat peccatum ipsius animæ: remanet tamen aliquis languor in carne, quæ est causa originalis in prole. Si autem queratur, quare remedium gratiæ sacramentalis ordinatur directè contra originale, prout corrup-

Sco dicitur quod corruptio, quæ est causa originalis peccati propagandi, est corruptio naturæ consistens penes uim, quæ habet radicari in carne. Unde originale prout est uitium personæ, respicit uoluntatem: prout autem est uitium naturæ respicit generatiuam uirtutem, & carnem: gratia autem sacramentalis propriè respicit corruptionem personæ: contra uero corruptionem naturæ non habet ordinari directè: & hinc est, quod cum infunditur gratia baptismalis, deletur originalis culpa, secundum quod erat peccatum ipsius animæ: remanet tamen aliquis languor in carne, quæ est causa originalis in prole. Si autem queratur, quare remedium gratiæ sacramentalis ordinatur directè contra originale, prout corrup-

fit unum suppositum, si uis. A. de naturalis debitor iustitiæ originalis: et cetera recipies i baptismo gratia, in pro se, non pro natura soluat ab illo debito, hinc est quod quantum ad causam per baptismum non potest deleui, quia non potest coiccare eadem naturam numero quæ hinc per eum coiccet aliam non nisi concupiscentiam: unde natura illa debet erigere daturum

pit personam, & non prout corrumpit naturam, Dicendum, quod summus medicus hoc instituit ratione congrua exigente, cum ex parte medici, tum ex parte egroti, tum ex parte medicamenti. Ex parte (inquam) medici: quia sic dominus debuit nos curare, ut salutem nostram unusquique ab ipso immediate recognosceret: & ideo unumquemque uoluit curari a suo baptismo immediate, & in se: & propterea baptismus delet originale in homine secundum quod est indiuiduum, non secundum quod est alterius principium, ut ex hoc unusquique reddat obsequium Deo debitum, & magis recognoscat saluationis suæ beneficium. Ex parte etiam ægroti congruentia erat: Deus enim neminem uult saluari, nisi salua arbitrii sui libertate: & ideo talem efficaciam medicamento dedit, ut salua esset libertas, & meritum liberi arbitrii. Ideo etiam ut fides habeat locum, occultat dominus sacramenti sui effectum: & ideo non curatur naturæ morbus. Ex parte etiam medicamenti ratio est, quia uirtus regeneratiua in sacramento est ipsa fides, unde a fide passionis dicuntur sacramenta habere efficaciam. Quoniam ergo hæc uirtus regeneratiua principaliter respicit uoluntatem, & mentem: uirtus autem generatiua principaliter respicit decisionem carnis a carne, hinc est quod baptismus sanat, siue curat originale secundum quod est morbus personæ, dum in eo datur gratia, per quam rectificatur personalis uoluntas: remanente nihilominus corruptione

in carne, & in uirtute generatiua, quæ causa est transfundendi originalem culpam. Et sic patet quod per baptismum deletur originale peccatum quantum ad culpam: non tamen remouetur causa transfundendi originale in personam alteram, sicut rationes ostendunt quæ ad secundam partem inducuntur: & ideo concedendæ sunt.

AD ILLUD ergo, quod obiicitur, de Damasc. quod caro, & spiritus purgantur in baptismo. Dicendum, quod Damascenus intelligit carnem purgari: quia foeditas carnis aliquo modo remittitur, non quod omnino tollatur: & illam remissionem, siue diminutionem foeditatis, purificationem uocat, propter hoc, quod non est amplius causa culpæ in eo, in quo est: non tamen per baptismum omnino foeditas deletur, cum non tantum pruritus coitus sit in Paganis, uerum etiam in Christianis. Probabile tamen est, quod aliquo modo illa foeditas per baptismum remittatur: uulgo enim dicitur, quod paruuli baptizati non ita foetent, sicut alii non baptizati. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod Christus magis fuit sufficiens ad satisfaciendum, quam Adam ad corrumpendum. Dicendum, quod uerum est: ueruntamen quia non dedit omnem uirtutem sacramento, quam dare poterat, sed quæ dare congruebat: id est & si sufficientior esset, non tamen dedit uirtutem sacramento curandi omnem corruptionem, sed solum corruptionem personæ: sic enim congruebat, ut prius ostensum est. **AD ILLUD**, quod

trahat originem ab Adam.

obiicitur, quod non remouetur effectus permanente causa. Dicendum, quod uerum est de causa efficiente, & conseruante, non de efficiente tantum. Verum est et de existentia causae in ea dispositione, in qua producit effectum. Neutro autem istorum modorum remanet causa originalis, siue quia foeditas ipsa non est causa conseruatiua originalis, cum originale sit in anima separata: siue quia non remanet in ea dispositione, & intensioe, secundum quam anima ex ipsa contrahit originale. AD ILLUD, quod obiicitur, quod non sufficienter curat morbum, qui relinquit radicem. Dicendum, quod hoc uerum est quando radix morbi relinquitur, quae potest causare uulnus in eo, qui curatur: non sic autem relinquitur radix originalis peccati, quae quidem possit iterare morbum illum circa eum, qui baptizatur. Posset tamen & aliter dici, quod utile est relinquere radicem alicuius aegritudinis: quia una aegritudo frequenter curat alteram. Huiusmodi autem corruptio, quae remanet in carne, occasio est uitandi multa mala, & per consequens faciendi multa bona, sicut ostendit in

Dist. 4. Quarto in Tractatu de effectu baptisimi. AD ILLUD, quod obiicitur, quod si radix sancta est, & rami. Dicendum, quod illud intelligitur, per se loquendo, ut si radix sancta sit, secundum quod radix: baptisimus autem & si sanctificet hominem, non tamen sanctificat eum secundum quod est principium alterius: quia remedium illud curat morbum personae, non naturae, sicut ostendit

sum est. AD ILLUD, quod obiicitur, quod curato leproso datur ei uirtus generandi sanum. Dicendum quod non est simile. Lepra enim sic est morbus hereditarius, quod non est alius morbus ut corrumpit personam, & ut corrumpit naturam, eo quod totum hominem inficit ex parte carnis, non solum quantum ad nutritiuam, sed etiam quantum ad generatiuam: & ideo leprosus generat leprosum: quia ita corruptus est in eo humor generatiuus, sicut nutritiuus: & quando homo a lepra curatur, uterque humor simul in ipso sanatur. Sed in originali peccato est corruptio personae, & naturae, ita quod istae corruptiones sunt diuersae. Corruptio enim personae respicit liberam uoluntatem: corruptio uero naturae secundum quod ab illa causatur, respicit generatiuam uirtutem. Est enim natura uis insita rebus, ex similibus similia procreans: & ideo quamuis una istarum corruptionum per baptismum curetur, non oportet quod curetur alia: & hinc est quod mundificatus per baptismum generat immundum. Qualitas enim plus genitae plus conformatur dispositioni uirtutis generatiuae, quam dispositioni uoluntatis liberae: & ideo explicat Augustinus, quod sicut circuncisus generat praeputiatum & ex grano mundo generatur granum cum paleis: & hoc ideo: quia omnia ista erant in ui propagatiua, & ratione seminali, secundum quam haec propagantur: ideo similiter intelligendum est in hominibus, quod quia corruptio remanet in ui generatiua, quam-

quamuis uoluntas curetur per gratiam, homo generat secundum id, in quo assimilatur Adae, non secundum id, in quo assimilatur Christo: & ideo producit filium similem Adae praearicatori, magis quam suo redemptori.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An in anima, uel in carne uti in subiecto concupiscentia sit?



ONSEQUENTER quaeritur de secundo principali, scilicet de morbo concupiscentiae. Et circa hoc quaeruntur duo. Primo quaeritur, in quo sit concupiscentia tanquam in subiecto. Secundo quaeritur, a quo sit tanquam a principio effectiuo. **I**N quo sit concupiscentia tanquam in subiecto, uidelicet, utrum sit in anima, uel in carne. Et quod in carne uidetur. Ad Roman. 7. dicit Apostolus. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae Gloss. Video aliam legem, id est fomitem peccati, qui regnat in membris meis, ut in oculo ad concupiscendum, in manu ad operandum: ergo concupiscentia est in oculo, ITEM. Hugo de Sancto Victore. Vitium originis humanae duplici corruptione inficit naturam, ignorantia mentem, & concupiscentia carnem. Si ignorantia est in mente tanquam in subiecto, uidetur quod & concupiscentia sit in carne tanquam in subiecto. ITEM. Sicut se habet lex mentis ad mentem, ita se habet lex carnis ad carnem: sed lex mentis est in mente tanquam in sub-

*Lib. I.
par. 7.
Cap. 31*

biecto: ergo pari ratione & lex carnis est in carne tanquam in subiecto: sed lex carnis est concupiscentia, sicut dicitur Rom. 7. ergo &c. ITEM. Concupiscentia carnis non est in anima, nisi quando anima est unita carni: si ergo proprietates saluari habet in proprio subiecto, uidetur quod concupiscentia ipsa non sit in anima, quae separabilis est a carne, imo in carne ipsa. ITEM. Cuius est actus, eius est & habitus: sed carnis est concupiscere, sicut dicitur Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum: ergo concupiscentia est a carne.

SED CONTRA. Augustinus de uerbis Apostoli. Vitium concupiscentiae est, quod anima pertrahit ex carne: sed illud, quod anima pertrahit, proprie est in anima: ergo concupiscentiae uitium est in ipsa sicut in subiecto. ITEM. Augustinus in Lib. 83. q. Concupiscentia est turpis affectio, qua anima inferiora sectatur, quam magis proprie cupiditas dicitur: sed affectio habet esse in anima tanquam in subiecto: ergo &c. ITEM. Illius solius est concupiscere, cuius est cognoscere: ergo in illo solo est concupiscentia, in quo est cognitio: sed cognitio est in anima tanquam in subiecto: ergo & concupiscentia. ITEM. In illo solo est concupiscentia tanquam in subiecto, in quo potest esse culpa: sed tale non est caro, sed anima: ergo &c. ITEM. Anima recedente a carne, non potest concupiscere caro, quam lapis: anima uero praeter carnem concupiscere potest, & desiderare, sicut & dolere: ergo uidetur proprie, quod concupiscentia esse habeat in anima, ut in subiecto proprio.

RESOLVTIO.

Concupiscentia est in carne, in sensualitate, & in ratione: in carne causaliter, in ratione formaliter, in sensualitate & causaliter & formaliter.

RESP. Dicendum, q̄ concupiscentia dupliciter accipit̄. Vno modo dicitur cōcupiscētia omne desiderium nimis intentum, & immoderatum, siue sit respectu boni interioris, siue exterioris, siue inferioris. Et hoc modo accipitur ad Rom. ubi dicitur in Glo. Bona est lex, quę dū cōcupiscentiam prohibet, omnia mala prohibet: & sic concupiscētia habet esse in ui animę appetitiua, siue dicatur uis appetitiua brutalis, siue dicatur uis appetitiua rationalis. Alio modo sumitur concupiscentia pro appetitu delectabili scđm tactū, & sic accipitur Eccl. 9. Propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Hęc autem cōcupiscētia dicitur esse in carne, & in sensualitate, & in rationali parte. Sed ī carne est causaliter, in rōnali uero parte est formaliter, in sensualitate uero utroq; modo uide. icet causaliter, & formaliter. Ideo dico, q̄ in rationali parte & in sensualitate est formaliter, qm̄ actus, qui est concupiscere (sicut uult Aug.) est proprie ipsius animę. Ideo uero causaliter dicitur esse in carne: quia caro infecta iūcta animę, ex sua infectione reddit eam concupiscentem. Vnde si quis uellet proprie subiectum concupiscentię carnalis assignare, nec tantum diceret carnē, nec tm̄ diceret animā, sed ipsum totū coniunctū,

ut sicut sentire est actus coniuncti, sic ē actus cōiuncti est delectari carnaliter, & cōcupiscere. Propter qđ nota, q̄ caro dupliciter sumitur ī scriptura. Aliqñ dī caro homo exterior carnalis, & sensualis: & sic comprehendit carnem cum potentia animę sensitua: & hoc modo proprie est subiectū concupiscentię carnalis. Alio modo dī caro pars hominis cōstitutiuā: & hoc mō non est concedendū, q̄ concupiscētia est in carne, nisi dicatur in ea esse sicut in causa. Rōnes igitur ostendētes, q̄ cōcupiscētia magis pprie est in aīa, quā in carne, concedendę sunt.

AD ILLVD aut, qđ obiicitur de uerbo Apostoli, Video aliā legem in membris meis, &c. Dicendum, q̄ membrum non tm̄ uocatur caro ibi exterior, sed ē accipitur ibi pro carne, & uirtute appetitiua. AD ILLVD, quod obiicitur de Hugo. Responderi pōt similiter, q̄ carnem accipit pro homine carnali: uel si caro dicatur ipsum corpus, tūc intelligit de p̄dicatione causali, ut concupiscentia dicatur carnem inficere, id est carnis fœditas, uel corruptio, ex qua concupiscentia ipsa oritur. AD ILLVD, quod obiicitur de lege carnis. Dicendum, q̄ caro accipitur ibi pro homine carnali, & exteriori. Et similiter in ultima auctori tate, qua dicitur, Caro concupiscit aduersus spiritum. AD ILLVD, quod obiicitur quod in anima separata non est concupiscentia carnalis. Dicendū, q̄ ex hoc non sequitur, quod caro sit proprium subiectum concupiscentię, sed ex hoc bene sequitur,

tur, quod concupiscentia non inest anime, nisi ut carni unite. AD VLTIMVM iam patet respōsio ex his, quę dicta sunt. Cum enim dicitur, Caro concupiscit aduersus spiritum: caro ibi scđm q̄ Glo. exponit, dī homo carnalis, siue sensuaitas carnis.

QUESTIO II.

An concupiscentia a Deo sit.

ATanquam a principio. Et est quęstio, utrum sit a Deo. Et q̄ non, uidetur Rom. 6. Vetus homo nolter crucifixus est. Gloss. Vetus homo est fomes, qui ex nobis est, non a Deo. ITEM. Aug. in Lib. . Responsio. Credite malum ex diabolo, non ex Deo esse libidine: sed libido, & concupiscentia idem sunt: ergo &c. ITEM. Dei filius assumpsit oē, qđ in nostra natura plantauit, sed cōcupiscentiam non assumpsit: ergo cōcupiscentia non est in nobis a Deo. ITEM. Omne, qđ est a Deo, est bonū, & de se ad bonū ordinatū: sed cōcupiscētia malū est, & ad malū ordinata, cū eius usus. s. actus cōcupiscendi sit malus: ergo uidetur, q̄ cōcupiscentia nō sit a Deo. ITEM. Fomes inquantū hmōi est causa originalis in prole: & ita est causa originalis necessaria, & de terminata, q̄ non attenditur ibi libertas uoluntatis: sed qđ est cā alicuius rei necessario & determinatē ordinatę ad malum, est causa mali. Si igitur fomes esset a Deo, tunc sequeretur q̄ peccatum originale esset a Deo, q̄ si hoc est falsū, restat q̄ & primū.

SED CONTRA. Aug. de Lib. ar. Oīs pœna peccati iusta est, et suppliciu noīatur: sed cōcupiscē

tia, q̄ remanet post baptismū pœna est: ergo iusta est: icd oē qđ iustum est, est a Deo ergo &c. ITEM. Omnis pœna aut est acta, aut inflicta, aut cōtracta: sed fomes nō est pœna acta: q̄ est in paruulis, q̄ nihil boni, uel mali egerūt. Nō est pœna contracta, q̄ fuit in Adā, qui non p̄cessit ex alio parente. Restat igitur, q̄ est pœna inflicta: sed oīs talis pœna est a diuina iustitia: ergo &c. ITEM. Concupiscentia dicit amoris intensiōem: amoris autem intensiō dicit positionem: sed omne quod dicit aliquā positionem est ab illo, a quo procedit omne ens: ergo &c. ITEM. Eius est auferre dominium, cuius est & dare: si ergo Deus dedit dominium homini, uel spiritui rationali super uires inferiores, uidet̄ quod illius solius fuit auferre: sed auferre dominium nō est aliud, quam infligere deordinationē concupiscentię in sensualitate, ob quam caro concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem. Si ergo illud dominium a Deo est ablatum, uidetur quod concupiscentię uitium ab ipso sit inflictum. ITEM. Quod bestię homini nō obtemperant, hoc est ex diuina dispositione, secundum quā sapienter omnia regūtur: ergo pari ratione quod uires inferiores non obediunt superiori, hoc est ex ultione diuina. Et q̄ istud uerum sit, multę auctoritates sanctorum uidentur dicere, quę inuunt, quod ideo rebellio homini est inflicta: quia homo fuit rebellis Deo: hęc autem rebellio nihil aliud est, quā concupiscentię uitium.

D. Th. 1. 2. q. 30 tenet, tm̄ in parte sensualitatis for maliter reperiri, et in cōcupiscibili. Not. tm̄ q̄ prius subiectum in p̄sentia aīa, q̄ in potētijs, ut patet 1. 2. q. 83 art. 1. Hoc tm̄ nō cōcederet Scot.

RESOLVTIO.

Concupiscentia ut pœna & simplex appetitus est, à Deo quidem est: Ut uerò appetitus excessiuus & inordinatus; non à Deo; sed à libero arbitrio deficiente.

RESP. Dicendum, quod dupliciter est loqui de ipsa concupiscentia. Aut secundum quod est pœna, aut secundum id, quod est concupiscētia. Si loquamur de ipsa secundum quod est pœna, sic dicit ordinem ad culpā, & hoc modo habet causam pro merentem, & causam ordinantem. Meretur enim homo habere talem rebellionem ex sua culpa, & inobedientia. Deus uero hoc malum ad aliud præexistēs ordinat ex sua iustitia. Alio modo est loqui de concupiscentia secundum id, quod est: & sic concupiscētia duo dicit. Dicit enim appetitum, dicit nihilominus in actu appetitus excessum. Appetitus (inquam) ille substratus bonus est, & a Deo est; excessus autem ille in appetendo, & si uideatur esse positio, plus tamen est priuatio, nec habet causam efficientem: sed deficientem, & ideo quia Deus nullus est causa deficiens, hoc modo non ponitur esse a Deo; sed potius a libero arbitrio per culpam deficientem, & a Diabolo instigāte. Quod autem concupiscentia ratione excessus priuationem dicat, quā uis uideatur dicere positionem, hoc planum est. Hoc enim est concupiscentia respectu uirtutis appetitiuæ, quod est paralyticus respectu motiuæ. Et quemadmodum membrum paralyticū tremulat, & mouetur uelocissime, & hoc nō uenit ex uirtutis aug-

mento: sed potius ex uirtutis detrimento, nec ex uirtutis fortificatione; sed potius ex dissolutione: sic & in concupiscentia intelligendum est, quod appetitus in amore temporali exardescit, nec potest seipsum continere, immo in continuo motu, & concupiscentiæ iteratione consistit. Hoc (inquam) intelligendū est prouenire ex defectu retina culi, sicut mouentur feræ ruptis uinculis, & naues destructis gubernaculis. Concedēde sunt igitur rationes ostendentes, quod concupiscentia non sit a Deo, prout concludunt de concupiscentia secundum id, quod est.

AD ILLVD uero Aug. qui dicit, quod omnis pœna iusta est. Dicendum, quod intelligit de pœna sub ratione pœnæ. Sic .n. iusta est ratione iustæ ordinationis ad præcedentem culpam. Posset tamen dici, quod intelligit de pœna; quæ pure pœna est, hoc est, quæ ita pœna est, quod nec est culpa, nec de se ordinata ad culpam. Concupiscētia uero, aut culpa est, aut ordinata ad culpam: & ideo non habet locum hic auctoritas illa. AD ILLVD, quod obicitur, quod omnis pœna aut est inflicta, aut acta, aut contracta. Dicendum, quod concupiscentia in Adam fuit acta, pro eo quod peccando, seipsum priuauit originali iustitia, & induxit in se concupiscentiam. In nobis uero est pœna contracta, pro eo quod a parentibus contra himus carnem infectam, quæ facit concupiscentiam esse in anima sibi unita. AD ILLVD, quod obicitur, quod omnis positio a Deo est, & concupiscentia dicitur

positionem &c. Dicendum, quod si cut claudicatio, & tremulatio positionem dicit quandam: quia ponit actum, & uirtutem progressiuam: dicit etiam nihilominus defectum, & priuationem. Claudicatio .n. defectum in crure ponit: tremulatio uerò defectum in uirtute mouente, siue in aptitudine circa mobile. Sic & in proposito intelligendum est esse, ut prius explanatum est. Et ratio eius, quod est ibi positionis, absque dubio a Deo est: ratione uero eius, quod est ibi defectus & priuationis, non est querenda causa efficiens, sed deficiens. AD ILLVD, quod obicitur, quod eius est auferre dominium, cuius est dare. Dicendū, quod ipse, cui datum est dominium, ex mala custodia potest amittere. Et sic intelligendum est hominem perdidisse dominium illud, quod habebat ratio super uires inferiores: & hoc nō quia ablatum sit ei uolēter, sed quia cum esset in sua potestate tale dominium in se cōseruare; ex propria incuria, & negligentia noluit, & amisit: sicut homo dum peccat, a semetipso fugat gratiam diuinam, & Deus dicitur auferre: quia iusto suo iudicio ultra non apponit, dum homo reddit seipsum indignum ad donum Dei percipiendum. Et per hoc etiam posset responderi ad sequens obiectum de amissione domini bestiarū. Pōt tamen & aliter dici, quod non est simile, quia quod bestia non obtemperat homini, hoc nō ponit culpā, nec in bestia, quæ non subiacet, nec in homine, quod nō præstet: tunc tñ est in sensualitate,

& rōne. Cum .n. sensualitas rōni repugnet mouēdo, & inclinādo ad illicitum, ipsa talis repugnantia est ei culpa: & ideo proprie non debet dici talis rebellio esse a Deo, nec Deū inflixisse concupiscentiam. Et si aliquę tales auctoritates inueniantur, intelligendæ sunt, & exponendæ, ut loquantur de concupiscentia secundum quod est pœna. Et sic patent obiecta.

ARTICVLVS III.

QUESTIO I.

An Deus iurē infantibus peccatum originale in demeritum & pœna reatum imputei?



ONSEQUENTER queritur de tertio, uideat de equitate diuine iustitię, scđm qđ animā tali carni infundit, ex qua contrahit reatum damnationis æternæ. Et circa hoc queruntur duo. Primo queritur, utrū Deus illam maculam, quā aīa cōtrahit, de iustitia debeat sibi imputare. Secundo queritur, utrum deceat diuinā iustitiā animā tali carni sociare.

UTRUM illam maculam, quā anima contrahit ex carne, debeat Deus sibi imputare, Et quod non, uidetur. Aug. in Lib. de duabus animabus contra manichæos. Reum teneri quęquā, quia nō facit, quod facere non potest, summę iniquitatis, & infamie est. Si igitur anima paruuli in suo ortu habere nō pōt iustitiam, uidetur quod nullo modo sit ei originalis macula imputāda. ITEM. Sicut gloria respicit meritū, sic et pœna respicit demeritū: sed meritū proprie consistit circa

circa actum ergo & demeritum: ergo nihil imputandum est alicui pro demerito, quod non sit ex actu proprio. **ITEM.** In eo, quod inest alicui naturaliter, nec est laudandus quis, nec uituperandus: sed talis culpa inest paruulo ex naturali coniunctione animæ, & carnis: igitur pro illa nec est paruulus laudandus, nec uituperandus: igitur macula illa, quæ contrahit, non debet sibi imputari ad poenam. **ITEM.** Prior est Deus ad miserendum, quod sit homo: sed homo alium habet exeusatū ex impossibilitate, nec punit eum, qui non est rationis capax: si ergo talis conditio reperitur in paruulo, uidetur quod nihil sit in ipso quod debeat ei imputari a domino.

SED CONTRA. Actuale peccatum reddit hominē indignū, propter hoc quod est ibi priuatio alicuius boni, quod deberet inesse: sed originale peccatum in hoc communicat cū actuali: quia in eo est priuatio alicuius boni, quod deberet inesse, utpote originalis iustitiæ: ergo originale peccatum facit eum: in quo est, dignum esse poena: sed omne tale est a iusto iudice imputandum: ergo &c. **ITEM.** Originale (sicut prius probatum est) malū culpæ est: sed culpa deordinat uniuersum, nisi subsequatur poena, in qua ordinat, scdm quod uult Aug. ergo si diuina iustitia non debet dimittere aliqd inordinatū in uniuerso, debet igitur punire originale peccatū in quocūque reperiat, siue in paruulo, siue in adulto. **ITEM.** Iustū est quod Deus ab omni aīa exigat honorē sibi debitum: cū igitur

pulchritudo imaginis in creatura rationali spectet ad honorē Dei, Deus a quacunque creatura rationali exigit illam pulchritudinem: sed qui iuste exigit aliquid ab aliquo, si caret illo, recte imputat ei ad poenā: si ergo quicumque habet originale peccatum, caret illa pulchritudine, quam anima deberet habere: ergo omni tali debet imputari ad poenā a summa iustitia. **ITEM.** Sicut secundus Adam fuit exemplum obediēdi, sic primus Adā fuit exemplū præuaricandi, sicut Apost. innuit. 2. Cor. 15. ergo sicut habēs imaginē secūdi Adæ est dignus gloria, sic habēs imaginē primi Adæ est dignus poena: sed omnis, qui regeneratur in baptismo Christi, hoc ipso, quod habet imaginē Christi (uidelicet gratiā baptismalē) reputatur a Deo dignus gloria æterna, quāuis nihil boni, uel mali fecerit: ergo per oppositum, oīs qui generatur ab Adam, cū hoc ipso gerat imaginem eius, debet a diuina iustitia reputari indignus gloria, & reus poena.

RESOLVTIO.

Et quidem: ita diuina sua potentia, sapientia, et iustitia exigentibus.

RESP. Dicendum, quod absque dubio Deus imputat originale peccatum ipsis paruulis in demeritum: quia in reatum poenæ, saltem poenæ damni. Hoc autem exigit diuinę potentię altitudo, & diuinę sapientię pulchritudo, & iustitię rectitudo. Altitudo diuinę potentię hoc exigit, ob quod Deus semper debet querere gloriam suam, & honorem: & ideo si anima rationalis honorē Deo nō reddit, cum in

se non habet decus imaginis diuinæ, per quod Deus honorari habet, necesse est quod Deus de decus culpæ recompenset in decore iustitiæ. Pulchritudo etiā sapientię hoc requirit, quia non patitur aliquid turpe, uel inordinatū reperiri intra uniuersum. Et quoniam omne peccatum, siue sit actuale, siue cōtractum, est priuatio modi, speciēi, & ordinis: necesse est quod ordinationē naturę recompenset Deus per ordinē poenæ, ut sic pulchritudo uniuersi ex nulla parte remaneat deturpata. Rectitudo et diuinę iustitię hoc requirit; quia Deus id a creatura exigit, quod ei dedit. Quoniam igitur Deus humanam naturam in primo homine iustam fecerat, uoluntatis iustitiam non solum a primo parente; sed etiā ab omnibus posteris, in quibus natura illa reperit, debet exigere. In quocumque igitur est illius iustitię carentia, merito sibi imputatur a diuina iustitia. Et hoc est, quod dicit Anselm. in Lib. de Conce. virgi. cap. 28. Dicendum, quod aliter Deus erga infantes debeat agere, & aliter homo. Nam homo non debet exigere a natura quod sibi non dedit, & quod sibi non debetur: nec iuste redarguit homo hominem cum culpa nasci, sine qua ipse nō extitit, & de qua non nisi per aliū sanatur: Deus uero recte exigit a natura, quod ipse dedit, & quod sibi iuste debetur. Sic igitur patet quod decet Deum culpā imputare animæ, quam contraxit ex carne: hoc enim exigit tam potentia, quā sapientia, quā etiam iustitia. Ideo conceden-

dæ sunt rationes, quæ hoc ostendunt.

ADILLVD ergo, quod primo obiicitur in contrarium de uerbis Augustini in Libro de Duabus animabus. Dicendū est quod ratio ista dupliciter deficit. Primo quidem: quia ex malo intellectu auctoritatis procedit, Augustinus enim loquitur de impossibilitate, quæ inest simpliciter homini ex natura: non de ea, in quā homo intrusus est per uoluntatem, & culpam, sicut supra Disti. 28. positum fuit exemplū de seruo eunte ad nūdinās. Hęc autem impossibilitas seruādi rectitudinem iustitię non fuit indita homini ex conditione naturę, sed potius intrusa fuit ex uoluntaria transgressione Adæ. Secundo etiam deficit in assumptione, pro eo quod Deus non imputat paruulo peccatum originale ex hoc, quod non facit, quod facere non potest; sed ex hoc quod non habet, quod habere debet: & hoc bene imputatur homini secundum illud Lucę. 19. Omni habētī dabit, & abundabit: non habētī uero &c. Et Apost. dicit. 1. Cor. 14. Ignorās ignorabit. Et Matth. 7. Glo. Eiectus fuit homo a nuptiis nō solum propter enormitatem actualis præuaricationis: sed etiā propter carentiam uestis nuptialis: qua caret homo in originali conceptus, nisi uestiatur in baptismo non permittitur aulam supernis regis intrare, exigente hoc illius supernę aulę dignitate. **ADILLVD** uerò, quod obiicitur, quod demeritum respicit actum. Dicendum, quod sicut paruuli habentes gratiam digni

sunt uita eterna, pro eo quod illam gratiam per sacramenta Christi, qui eis uitam æternam sua gratia, & passione pmeruit, ita quod alia est gratia in paruulis, quàm in Christo: sic & in proposito intelligendum est, quod maculam peccati contrahit anima ex sua propagatione in ipsa propagatione, & hoc ab ipso Adam, qui ex actu suo naturam humanam foedauit: & ideo in ipso dicimur peccasse, demeruisse, & per eius inobedentiã peccatores constituti esse. Alia tamen est in nobis culpa, quã fuerit in ipso: habet tamen hæc rationem demeriti ab illa, ex qua processit: & hoc est quod dicit Ansel. de Concept. virgi. capit. 27. Originale peccatum illud intelligere nequeo in paruulis, nisi ipsam factam per inobedentiã Adæ iustitię debitę nuditatem, per quam omnes sunt filii irę, quoniã & naturam accusat spõ tanea, quam fecit iustitię desertio: nec excusat personã impotentia recuperandi, quam cõ comitatur beatitudinis nuditas: ut sicut sunt sine omni iustitię rectitudine, ita sint absque omni iustitię beatitudine. AD ILLVD uero quod obiicitur, quod non est aliquis laudandus, uel uituperandus p eo, quod ei naturaliter inest. Dicendum quod si intelligatur de natura instituta, nec est laudandus, nec uituperandus, nec apud Deum, nec apud homines: quia ipse Deus naturam instituit, nec debet culpam, quod fecit. Si uero intelligatur de eo, quod naturaliter inest secundum statum nature lapsę: sic dico, quod non est ho-

mo apud homines uituperandus, sicut dicit Ansel. & habitum est in responsione: quia homines quãtum ad talia pares sunt: nec debet homo quod non dedit ab hoie exigere. Apud uero Deũ, qui aliter naturam instituit, uituperandus est, quia in se non habet, quod Deus ab ipso iuste exigat. Illud igitur uerbum Philosophi, quod dicit, quod pro naturalibus nec laudamur, nec uituperamur: aut est intelligendũ de naturalibus quantum ad nature institutionẽ, aut si de aliis intelligatur, hoc intelligit quantum ad iudicium humanũ, non quantum ad iudicium diuinũ. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, quod pronior est Deus ad miserendum, quã homo. Dicendum, quod uerum est; pro eo quod plenam misericordiam præstet ei, cui sibi placuerit misereri: nihilominus tamen districtissime iudicat, sicut ex illo uerbo colligitur in Mat. 12. De omni uerbo ocioso reddent homines rationem in die iudicii. Vnde multa sunt peccata, quę apud homines tolerantur, & non puniuntur, utpote sunt spiritalia, & interiora, de quibus oportebit in die iudicii nos reddere rationẽ. Misericordia enim uiam iustitię non præcludit.

QVAESTIO II.

An deceat diuinam iustitiam infundere animas corporibus scđe ab Adam propagatis?

VTRVM deceat diuinam iustitiam animam tali carni infundere. Et quod non, uidetur. Non est uere innocens, qui potest alium a culpa releuare, & non releuat: ergo multo fortius non

non est uere innocens, qui potest alium præseruare a culpa, & non præseruat: sed creator posset animam, quam creat; a culpa præseruare, si eam tali corpori non infunderet: ergo uidetur, quod eam infundendo tali corpori, faciat minus iuste. ITEM. Idem est aliquid facere in se, & facere aliquid, quo facto necesse est illud fieri. Vnde idem est hominem interficere, & facere, quo facto homo necessario moriatur, & qui aperit fenestram, dñ domũ illuminare, p eo quod facit aliqd, quo facto domus illuminatur: sed animã infusam maculare carne, necesse est eam effici peccatricem: igitur idem est animam peccatricem facere, & animam tali carni infundere: sed nullo modo decet diuinam iustitiam animam peccatricem facere: ergo nullo modo decet eã infundere. ITEM. Minus malum est affligi quantumcunque pœna temporali, quã maculari culpa mortali: sed nullo modo deceret diuinam iustitiã animam in suę creationis primordio, antequã uniretur corpori, in pœnam demergere infernalem: immo diceretur ipsi anime facere iniuriam, quam innocentem uexaret in pœna: ergo multo fortius indecens est diuinę iustitię, & iniuria uidetur fieri ipsi anime, si cõiungatur ipsa anima, ipsi carni maculatę, ex qua contrahit maculam originalem. ITEM. Et si caro posteriorum aliquo modo fuerit in Adam: anime tamen nunquam ex anima Adæ propagatę, sed immediate a Deo pductę sunt: ergo uidetur quod Adam nihil

eis meruit, nec demeruit: igitur sicut non decisset diuinam iustitiam animam Adæ infundere corpori maculato in primaria rerũ conditione: sic nec nũc uidetur, quod debeat eam tali carni sociare. ITEM. Si aliqua anima haberet usum uoluntatis, & recusaret tali corpori uniri, non esset iustum, quod Deus illam, ipsa recusante, in illo corpore incarceraret: igitur si anime conditio non deteriorari debet: quia cum creatur, caret usu libertatis arbitrii, uidetur quod nullo modo salua rectitudine iustitię, sociari deberet carni maculatę. ITEM. Non est uera iustitia, nisi ubi cõiuncta est misericordia. Nam uniuersę uigdomini misericordia, & ueritas: sed cum Deus infundit animam carni maculatę, quã scit de corpore exire, antequam baptizetur, uel possit conuerti ad Deũ, huic nullam facit misericordiam: ergo nõ uir quod in tali operatione commendetur diuina iustitia, quæ derelinquit misericordiam.

SED CONTRA. Iustum est, ut conditor nature satisfaciatur appetitui naturali, quem nature inferuit: sed corpus ab Adam propagatum, perfecta organizatione organizatũ appetit uniri anime rationali: ergo si nihil potest satisfacere illi appetitui, nisi solus Deus, uidetur quod ad diuinam iustitiã pertineat illi corpori anime infundere. ITEM. Iustum est, quod gubernator conferuet res eo modo, quo nature sunt cõseruari: sed species humana nata est conferuari, sicut & species aliorum animalium per propagationem hominis ab ho-

homine: igitur secundum quod corpora procreantur, iustum est Deum animas illis infundere. ergo qualiacunque sint corpora ex Adam propagata, animæ debent illis corporibus sociari.

ITEM. Iustum est adiutorē omnium in eo, quod præcipit alteri, auxilium suum impendere: sed Deus præcipit homini filios præ creare: & homo non potest sine diuino adiutorio perficere, & complere, quod inchoat perficere, & complere, dādo formam completiuam; ergo quotienscūque, & quocunque homo generat, si non est defectus ex parte hominis præparantis corpora, uidetur quod iustum, & æquū sit Deum auxiliari, infundendo animas.

ITEM. Iustum est æquum retributorem pro enormi crimine totam posteritatem in seruitutem redigere, sicut legibus humanis uidemus pro crimine læsæ maiestatis ex heredari totam posteritatem: si ergo Adam pater omnium hominum inexcusabiliter, & contra excellentissimum dominum peccauit, uidetur quod iustū sit omnes posteros eius in miseriam, & seruitutem redigi: & si hoc, iustum est animas eorum corporibus infectis, & pœnalibus copulari.

RESOLVTIO.

Si iustitia dicatur diuinæ bonitatis condecentra: quā maxime, & ratione conditionis rerum, & ratione conseruationis, & ratione prouisionis, uel administrationis earundem.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod iustitia dupliciter consuevit accipi. Vno modo dicitur iustitia ip-

sius diuinæ bonitatis condecentia. Alio modo dicitur iustitia prout considerat meritorum exigentiam. Si dicatur iustitia diuinæ bonitatis condecentia: hoc modo decet diuinam iustitiam animam rationalem infundere carni ex Adam propagatæ: tum ex hoc quod est rerum conditor, tum ex hoc quod est conseruator: tum ex hoc quod est prouisor, siue administrator. Conditor enim decet appetitui naturæ satisfacere: & ideo cum natura in Adam uitiata corpus format, habes appetitum ad animam rationalem, ad diuinæ bonitatis condecentiam spectat illum appetitum suppleri, & perficere. Conseruatorem etiam decet rem sic conseruare, secundū quod nata est conseruari. Si ergo species humana, quæ in Adā inchoata est, nata est conseruari per propagationem hominis ex homine cū habeat homo corpus animale, nec possit in solis corporibus conseruari absque animabus, ad diuinæ bonitatis condecentiam spectat, inquantū Deus est naturæ conseruator, animas corporibus infundere naturæ legis propagatis. Gubernatorem etiam decet sic rem administrare, secundum quod instituit, & naturæ suæ indidit uirtutem, & potentiam ad mouendum, & operandum: propter quod dicit Aug. in 7. de ciui. Dei. Sic res, quas condidit administrat, ut eas agere proprios motus sinat. Quoniam igitur Deus sic instituit humanam naturam, ut Adam præpararet corpora, & ipse illis corporibus animas infunderet, & iterum ipsum Adam in-

stituit

stituit in statu mutabilitatis, in quo, scilicet posset effici mortalis, & immortalis. Ex his duobus colligitur necessario, quod ad diuinæ bonitatis condecentiam spectat, inquantum est rerum administrator, quod animas talibus corporibus infundat. Si enim in primaria conditione sic instituit, & sic decreuit, ut corporibus propagatis ab Adam animas rationales infunderet, & iterum sic debet administrare res, ut eas agere proprios motus sinat, ut salua sit lex institutionis, & lex administrationis, qualiacunque Adam corpora sibi propagat, dum tamen sint disposita ad animam rationalem, decet Deum animas his infundere. Nec ex hoc culpatur Deus in aliquo. Et est exemplum satis manifestum. Si promississem alicui quotquot dolia faceret de aliquo arbore, implere ea uino, & radix illius arboris sic inficeretur, ut omnia dolia ex illa arbore facta uinum inficerent, quod illis infunderetur, non esset culpa mei infundentis uinum in talia dolia: quia ego facio, quod debeo, & promisi: sed eius culpa est, qui radicem arboris infecit, & inepta dolia preparauit. Et sic patet quod secundum quod iustitia dicitur diuinæ bonitatis condecentia, hoc exigit, uidelicet ut animæ talibus corporibus infundantur. **SI AUTEM** iustitia dicatur proprie, secundum quod respicit meritorum exigentiam, sic nulla est quaestio, utrum Deus animam tali corpori infundat iuste, uel iniuste. Iustitia enim hic non respicit rerum conditionem; sed retributionū

S. Bon. Lib. 2.

distributionem. Aliud autem est animam creare, & infundere, & aliud est pro meritis sibi retribuere. Cum enim eam creat, non considerat, quid anima meruit, sed quod anima appetitui naturali uniri appetit. Posset tamen dici, quod & si non sit assignare iustitiam isto modo, secundum quod habetur respectus ad ipsam animam in se: contingit tamen reperire in comparatione ad demeritū Adæ. Et hoc est, quod dicit Anselm. in Lib. de Concept. virg. cap. 28. Si quis uir, & uxor ad magnam quādam dignitatem, & possessionē nullo modo suo merito, sed sola gratia prouecti sunt, si crimen graue inexcusabiliter committat, & pro eo iuste deiciuntur, & in seruitutem rediguntur, quis dicet filios, quos post damnationem genuerunt, eidem non subiaccere seruituti, sed potius ad bona, quam parētes amiserunt iuste, gratis debere restitui? Tales sunt primi parētes, & eorum filii, quos iuste pro culpa sua de beatitudine in miseriam deieci in eodem generant exilio: de quibus tanto districtius debet esse iudicium, quanto delictum eorum potest probari improbius. Sic igitur patet, quomodo decet diuinam iustitiam infundere animas corporibus propagatis ab Adam. Et concedendæ sunt rationes, quæ hoc ostendunt.

AD ILLUD ergo, quod primo obicitur in contrarium, quod non est uerè innocens, qui potest aliū releuari a culpa &c. Dicendum, quod istud uerum est de eo innocente, qui non scit, uel non potest mala ex bonis eicere: uel cuius est non est uniuersaliter

SSI natu-

naturam regere: & ideo locū in proposito non habet. Nā Deus mala permittit nō solummodo originalia, uerum etiā actualia. Tum quia sic res, quas cōdidit administrat, ut eas agere proprios motus sinat: tum etiam, quā nouit de malis elicere bona. AD ILLVD, quod obiicitur, quod qui facit, quo facto, necesse est alterum fieri, dicitur illud facere. Dicendum, quod hoc ueritatē habet, quando effectus consequens directē consequitur ad illud factum intermedium, & secundum ordinationem operis, & secundum intentionem agentis, sicut est in eo, qui aperit fenestram, ut illuminetur domus. Non sic autem est in proposito. Tum quia Deus non intendit infundere animā carni ad hoc, ut contrahat culpam: tum etiā quia infusio animæ in carnem non directē ordinatur ad animæ maculationem, nisi solum per accidens, uidelicet ratione fœditatis introductæ in carnē ex culpa Adæ: & ideo talis effectus extraneus est operationi diuinæ. Et ideo ratio illa peccat secundum accidens. AD ILLVD, quod obiicitur, quod si Deus poneret animam in inferno, nō faceret iuste. Dicendum, quod non est simile: quia cum dico animam poni in inferno, hoc non attenditur secundum ordinem nature, cum talis locus non sit debitus animæ per naturam. Si ergo in eo ordinate ponatur, necesse est quod ponatur secundum iustitiam, quæ respicit meritorū exigentiam: sed anima antequā corpori infundatur, nulla habet merita: & ideo si in inferno col-

locaretur, nulla esset ibi iustitia: non sic autē est ex parte ista: quia anima naturalē habet appetitum ad carnem, & caro ad spiritum: & ideo secundum ordinem nature anima in tali corpore collocatur, nec debet infringi appetitus naturalis propter aliquod accidens præter naturale, utpote fœditatis, uel pœnalitatis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod anima non propagatur ex anima; ergo nihil meretur una alteri. Dicendum, quod & si potentia uirtutis generatiuæ non se extendat plus quā ad carnis propagationem per modum efficientis: intentio tamen nature se extendit ad totum cōpositum. Homo enim non intendit generare carnem, sed intendit generare hominem similem sibi in specie: & ideo omnes dicuntur filii Adæ. Et propterea licet Adam non potuerit demereri animæ, ut separatæ; potuit tamen ei demereri, ut carni unitæ: & ideo ratio illa non ualet. Possent tamen & aliter dici, sicut tactum est, quod illa animæ infusio non respicit merita præcedentia. AD ILLVD, quod obiicitur de anima separata: quæ haberet usum liberæ uoluntatis. Dicendum, quod nō est simile: quia si talis anima usum liberæ uoluntatis haberet, & corpus tale respueret, infusio illa non posset esse absque pœna: & ita culpa præcederet eius infusionē, aut sibi fieret iniustitia. Non sic autem est in proposito: quia cum anima corpori uniri appetat, illa unio est naturalis, licet accidentaliter ex hoc contrahat culpam, & pœnam. AD ILLVD, quod obiicitur,

obiicitur, quod iustitia semper debet esse iuncta misericordiæ. Dicendum, quod uerum est, nam iustitia secundum quod dicitur diuinæ bonitatis condecencia, iuncta est misericordiæ, quæ quidē dicitur diuinæ bonitatis affluentia, & utraque in proposito habet reperiri. In hoc enim ipso, quod Deus animas talibus corporibus infundit, manifestatur affluentia diuinæ bonitatis: quæ solem suum super bonos & malos oriri facit: nec propter transgressionem Adæ subtraxit manum a conuersione humane nature. Secundum autem, quod iustitia respicit meritorum exigentiam, sic etiam habet misericordiam coniunctam: sed neutro modo (proprie loquendo) habet locum in proposito, nisi cōparemus ad peccatum Adæ. Nā per comparisonem ad peccatū Adæ est ibi iustitia: quia Deus pro sua transgressionem totam posteritatem Adæ puniuit. Est et misericordia; quia eam non omnino deleuit, quamuis Adam hoc ex sua transgressionem mereretur: imò multis ipsorum posterorum restituit gratiā. Aliis uerò, qui moriuntur ante baptismum, & si non præstet beneficium gratiæ: beneficium tamen aliquid impendit misericordiæ in hoc, quod conseruat eis esse nature. Melius est enim sic esse, quā omnino non esse. Paratus etiam esset eis impendere beneficium gratiæ, si perducerentur ad baptismatis sacramentum. Quod autem non perducuntur, hoc uenit ex defectu nature. Et si tu quæras, cum Deus hoc præsciret, quare ani-

mam corpori illi infunderetur, uel cum præsciret etiam Adam lapsurum, & corpora humana corrupturum, quare sic, & non aliter propagationem hominis instituit, cum taliter posset instituire, ut nullo modo proficeret præiudicium a parente. Dicendum, quod in rerum conditione plus pensatur ordo diuinæ sapientiæ, quā pensetur ordo iustitiæ, uel misericordiæ. Ordo autem diuinæ sapientiæ hoc exigebat, ut rationales spiritus immediatē exirent a Deo, ad cuius sunt imaginem; & omnes homines propagarentur ex uno homine multis de causis, sicut supra Dist. 18. assignatum est: & quamuis Deus uideret aliquid malum inde prouenire: nō tamen debuit ordinem, quæ requirebat diuina sapientia immutare. Eliciendo enim bona ex malis subsequentiibus totum reducit ad ordinem sapientiæ cōpetentem: & dum ex magnis malis maiora elicit bona, commendabilior redditur & potentia, & sapientia, & bonitas: propter quod exclamat Grego. & dicit. O felix culpa, quæ talem meruit habere redemptorem. Et ideo, si quis uelit attendere quātum sit cōmendabilis Deus in operibus suis, non debet aspicere solum ad illud, quod presentialiter uidet, uerū etiam ad antecedentia, & futura: quia sicut pulchritudo metri nō percipitur una syllaba, sed in uersus integritate: sic pulchritudinem diuinorum operum, & laudabilitatem respicere non potest, qui respicit ea in parte.

D I S T I N C T I O X X X I I I .

Vtrum originale peccatum per peccata proximorum parentum multiplicetur, & intendatur.



Redistis adiiciendum videtur, an peccata precedentium patrum ad paruulos transeant, sicut illud primi hominis delictum in omnes carnaliter genitos diximus redundasse. Et si peccata parentum transeant in paruulos: vtrum omnium qui fuerunt ab Adam usque ad ipsos, an aliquorum, & non omnium.

Quid super hoc Augustinus.

Cap. 47 De hoc *Aug. in Enchiridion* ambigue differit. Videtur enim approbare peccata parentum precedentium imputari paruulis: non omnium tamen, qui fuerunt ab Adam, ne importabili & nimia sarcina in pœna æterna grauarètur paruuli: sed tantum eorum parentum, qui eos a quarta generatione præcesserunt. Quod confirmat illis uerbis, quibus in **Exo. 20.** dominus ait, Ego sum Deus uisitans iniquitates patrum usque in tertiam, & quartam generationem: quasi peccata parentum proximorum tantum paruulis imputètur, & non alia: quod est per moderationem diuinæ miserationis.

Eorum documenta, qui dicunt transire in paruulos parentum delicta?

Ibidem 44. & 46. Et quod non illud solū primi hominis delictum paruulos teneat, sed èt alia, illi quibus ita uidetur ex eo confirmant, quòd èt paruuli non modo maiores, dicuntur baptizari in remissionem peccatorum per pluralē numerum, non per singularem in remissionem peccati. Et David de legitimo matrimonio procreatus dicit, In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea: Non dicit, in iniquitate, uel peccato. Vnde putant non tantum illud unū peccatū originale; sed etiam plura, quæ in peccato Adæ reperiri possunt, & alia parentum peccata paruulis imputari.

Quod in illo uno primo peccato plura reperiuntur.

Cap. 45 Quod uerò in actuali peccato Adæ plura notari ualeant peccata, *August. in Enchiridion* insinuat. Possunt (inquit) intelligi plura peccata in una transgressione Adæ, si in sua quasi

D I S T I N C T I O X X X I I I . 507

quasi membra diuidatur. Nam & superbia est illic: quia homo in sua potius esse quàm Dei potestate dilexit. Et sacrilegium: quia Deo non credidit. Et homicidium: quia se in mortem præcipitauit. Et fornicatio spiritalis: quia integritas mentis humane serpentina suasionem corrupta est. Et furtum: quia cibus prohibitus usurpatus est. Et auaritia, quia plus quàm sufficere illi debuit appetiuit: & si quid aliud in hoc vno peccato inueniri potest. Deinde de parentum precedentium peccatis utrum paruulis imputetur, magis opinando quàm asserendo disceptat, ita inquit, Parentum peccatis paruulos obligari, non solum primorum hominum, sed etiam suorum, de quibus ipsi nati sunt, non improbabili- **Ibid. e. 46. Exod. 20. Ps. 50.** ter dicitur. Illa quippe diuina sententia, Reddam peccata parentum in filios, tenet eos ante regenerationem usque adeo, vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat. In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Non dixit in iniquitate uel in peccato, cum & hoc rectè dici posset: sed iniquitates & peccata dicere maluit, quia & in illo vno quod in oēs homines pertrāsīt, atque tam magnum est, vt eo mutaretur in necessitatem mortis humana natura, Reperiuntur (sicut supra disserui) plura peccata, & alia parentum: quæ non ita possunt mutare naturam, reatu obligant filios, nisi gratia Dei subueniat. Sed de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipso Adā usque ad patrē suū propter generationibus suis quisque succedit, non immerito disceptari potest: vtrum omnium malis actibus, & multiplicatis delictis originalibus, qui nascitur implicetur: ut tato peius, quanto posterius, quisque nascatur. An propterea Deus in tertiam & quartam generationem de peccatis parentum posteris eorum comminetur: quia iram suam quantum ad progeneratorum culpas, non extendit vltius moderatione miserationis suæ: ne illi quibus regenerationis gratia non conferatur, nimia sarcina in ipsa æterna damnatione præmeretur, si cogerentur ab ipso initio generis humani omnium precedentium parentum suorum originaliter peccata contrahere, & pœnas pro eis debitas pendere. An aliquid aliud de re tanta, scripturis sanctis diligētius perscrutatis ac tractatis,

valeat vel non valet reperiri, temere affirmare non audeo. Ecce perspicuum fit lectori, Augustinum superiora dixisse non asserendo, sed diuersorum opiniones referendo.

Censura de Augustini sententia.

Enchi-
ridij.
Cap. 93

Alicuius sibi ipsi contradicere videretur, qui in eodem Libro omnium mitissimam dicit esse pœnā paruulorum, qui originali tantum tenentur peccato, his verbis; Mitissima sane pœna eorū erit, qui præter peccatū, quod originaliter cōtra xerūt, nullū insuper addiderūt & in cæteris qui addiderūt, tātō quisque ibi tolerabiliorē habebit damnationē, quanto minorē habuerit iniquitatem. Ecce hic aperte dicit, paruulorū pœnā omnium aliarum pœnarū esse leuissimam. Quod si est, non ergo peccatis patrū præcedentium obligātur, nisi Adæ. Si enim pro peccatis parentum actualibus æternaliter punirētur, & pro suo originali, nō iam minus, sed forte magis quàm ipsorū parentes punirentur. Nō ergo pro peccatis parentum actualibus, nec ēt pro actualibus primi parentis, sed pro originali quod à parentibus trahitur, paruuli damnabuntur: pro eo nullā aliā ignis materialis uel conscientie vermis pœnā sensuri, nisi quod Dei visione carebūt in perpetuū. Vno ergo, & nō pluribus peccatis paruuli obligati sunt. Vnde ēt ea, quibus illa opinio muniri videtur, scilicet quod peccata & iniquitates in paruulis aliquādo scriptura esse significat, vtens plurali numero, ita determinat Augustin. in eodem Libro. Quia in scriptura per singularē numerū pluralis numerus saepe significari solet, vt ibi, Ora ergo ad Deū, vt auferat a nobis serpentē: nō ait, Serpētes, quos patiebatur populus. Et econuerso per pluralem significatur singularis numerus: ut in Euangelio, Mortui sunt. n. qui quærebant animam pueri: non ait, Mortuus est, cum loqueretur de Herode. Et in Exodo, Fecerunt Deos aureos, cū unū fecerint vitulū: de quo dixerunt, Isti sunt dii tui Israel. Ita & illud originale unum plurali numero significatur, cum dicimus paruulos in peccatorum remissionem baptizari, & in peccatis vel iniquitatibus concipi.

An actuale peccatum Adæ sit grauius cæteris.

Hic queri solet, Vtrum peccatum Adæ transgressionis

ex quo processit originale, & in quo plura superius notata sunt peccata, grauius fuerit cæteris peccatis. Quibusdam quibus ita esse videtur, quia illud peccatum totā humanā naturā mutauit, sicut August. dicit in Enchiridion. Illud unum peccatū in loco, & habitu tantæ felicitatis admissum, tam magnum est, vt in uno homine originaliter, & (ut ita dixerim) radicaliter totum genus humanū damnaretur. Idem in Libro de Ciui. Dei. Tanto maiori iniustitia violatum est illud mandatum, quanto faciliori poterat obseruantia custodiri. Nondum enim ipsi voluptati cupiditas resistebat, quod de pœna transgressionis postea secutum est. His alijsque utuntur auctoritatibus, qui illud peccatum cæteris aliorum hominum peccatis grauius esse dicunt. Quod etiam ratione ostendere laborant hoc modo. Magis nocuit illud peccatum quàm aliquod aliorum: quia totum humanum genus vitiauit, ac morti utique subdidit, quod nullo alio peccato factum est: Maiorem ergo effectum mali habuit illud peccatum, quàm aliquod aliud.

Responso ad hos: vbi alia peccata illo maiora ostenduntur.

Ad quod dici potest, quia licet illud peccatum humanam naturam mutauerit in necessitatem mortis, & in totum genus humanum reatum diffuderit: non est tamen putandum grauius fuisse peccato in spiritum sanctum, quod neque hic, neque in futuro (vt veritas ait) dimittitur. Quod uero totam humanam naturam corrumpit, non ideo est quia grauius fuerit cunctis alijs peccatis, sed quia ab homine commissum est, quando in uno homine tota humana natura consistebat, & ideo tota in eo corrupta est: maioremque effectum mali intulit quantum ad multiplices defectus qui ex eo manauerunt, sed non quantum ad pœnam æternam quàm grauiorem non meruit, quàm plures postea meruerunt per alia peccata: imo alios grauiorem promeruisse credimus iram, quàm Adam meruerit.

An istud peccatum dimissum sit primis parentibus.

Si vero queritur, an illud peccatum fuerit dimissum in primis parentibus. Dicimus eos per penitentiam veniam consecutos. Vnde Augustinus in Libro de Baptismo par-

Lib. 3.

ca. 44.

est & naturam

malorum ait, Sicut primi parentes postea viuendo creduntur per domini sanguinem ab extremo liberari supplicio, non tamen illa meruerunt ad paradysum reuocari: sic & caro peccatis, etiam remissis peccatis, si homo in ea iuste uixerit, non continuo meretur eam mortem non perpeti, quã traxit de propagine peccati.

Auctoritates quod peccata parentum uisitetur in filios.

Et licet peccatis parentum, nisi Adæ, paruuli non obligentur, non est tamen diffidendum peccata parentum in filios redundare, sicut dominus in Exodo ad Moysen ait, Ego sum Deus fortis, zelotes, uisitans iniquitates patrum in filios usque in tertiam & quartam generationem his, qui oderunt me. His uerbis aperte insinuatur, quod Deus reddit peccata patrũ super filios tertios & quartos. Huic autem uidetur aduersari quod dominus ait in Ezechiele, Quid est quod inter uos parabolam vertitis in prouerbiũ istud, dicentes, Patres comederunt uiam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt? Vno ego, dicit dominus, si erit uobis ultra parabola hæc in prouerbiũ in Israel. Ecce omnes animæ meæ sunt, ut anima patris, ita anima filij mea est: et anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum. His uerbis uidetur Deus corrigere per Prophetam, quod maledixerit in lege. Si enim peccata parentum reddit in tertiam, & quartam generationem, iniustitia uidetur Dei esse, ut alius peccet, & alius puniatur. Quomodo enim iustum est alium peccare, & alium peccata luere?

Determinatio præmissarum auctoritatum.

Sed ut ait Hieronymus, Ne lex & propheta. 1. Exod. & Ezechiel, imo ipse Deus qui & hic & ibi locutus est, in sententia discrepare uideantur, attendamus finem illius auctoritatis Exo. Dicit enim. Reddo iniquitates patrum in filios: addit, His qui oderunt me: per quod euidenter ostendit, non ideo puniri filios, quia peccauerunt patres, sed quia eis similes quodam hæreditario malo Deum oderunt. Illud ergo quod in Exodo dominus dicit, sicut Hieronymus tradit,

non

non id sonat quod multi exstimant: nec est simile huic pro- Hiero. uerbio, Patres comederunt uiam acerbam, &c. Illud enim 31. Exo. Hieronymus super illud Ezech. & Aug. super Ps. In to. 8. Deus laudem meã ne tacueris, de filiis peccata patrum imi- enarra- tanibus accipiendum censent: super quos dicitur Deus red- tione uersus, dere peccata patrũ: quia punit eos, eo quod imitantur pec- In me- cata patrum, non quia patres peccauerunt. Non itaque cor- moriã rigit Deus in Propheta, quod ante dixerat in lege: sed quo- redeat modo intelligendum sit, aperit. Vnde & illos qui prauè in- iniqui- telligebant arguit, qui dicebant, Patres comederunt, &c. tas pa- Quare dixit, in tertiam, & quartam generationem, & trum eius.

quare patres tantum commemorauerit.

Veruntamen si de imitatoribus malorũ illud accipitur, quare tertiam & quartam generationem tantum commemorauit, cum in qualibet generatione rei teneantur, qui peccata patrum imitantur? Et quare patres commemorauit, cum & illi omnes mali sint, qui quorumlibet malorum peccata imitantur? Sed ideo patres specialiter nominauit, quia maxime patres filij imitari solent, quos præcipue diligunt. Et tertiam & quartam generationem ideo commemorauit: quia solent parentes interdum tandiu uiuere, donec filios tertios & quartos habeant: qui patrum iniquitates uidentes, eorum impietatis hæredes per imitationem efficiuntur. Secundum hunc modum rectè intelligitur ad litteram, quod in Exodo dicitur.

Quomodo illud Exodi intelligi debeat secũdũ mysteriũ.

Quod etiam mystice intelligendum esse ostenditur, ex eo quod parabola dicitur. Si, n. parabola est, ut ait Hieronymus aliud uerbis sonat, aliud sensu continet. Vnde aliqui Loco prædicto. ita edisserunt. Patrẽ in nobis esse dicunt leuem punctũ sensuum, scilicet primũ motum suggestionis, uel cogitationi: Filiam uero, si cogitatio conceperit peccatum: in quo notatur consensus, & delectatio mulieris: Nepotem, si quod cogitaueris atque conceperis, opere compleueris, uel cõplere decreueris: in quo notatur consensus uiri, siue patratio peccati: Pronepotem autem, si non solum feceris, sed in eo glorieris: et hæc est quarta generatio, nõ quia tres præcesserint, Prõ. 2. sed

sed quarta dicitur, quia quarto loco a primo motu, qui est quasi pater, enumeratur. Deus ergo primos, & secundos istos mulos cogitationum, quos Græci Propathias vocant, sine quibus nullus hominum esse potest, non punit æternaliter: sed si cogitata quis facere decreuerit, & quæ fecit, corrigere noluerit: quæ sunt mortalia peccata, & tertia, & quarta generatio.

Per quid probat, quod primus motus non puniatur æternaliter.

Ad probandum vero, ut ait Hieronymus, quod primus pulsus cogitationis non puniatur æternaliter à Deo, illud de Genesi asserendum est: Cham enim peccauit, irridens nuditatem patris: & sententiam non ipse, sed filius eius Chanaan accepit: Maledictus Chanaan, seruus erit fratrum suorum. Quæ enim iustitia est, ut pater peccauerit, & filius punitus sit? Sed in mysterio illud factum est.



SUPRA ostendit Magister, qualiter peccatum originale per baptismum deletur. In hac parte intendit inquirere, utrum originale peccatum per peccata proximorum parentum multiplicetur, & intendatur. Diuiditur autem pars ista in tres partes. In quarum prima Magister mouet questionem, & determinat secundum aliorum opinionem. In secunda determinat secundum ueritatem. *ibi. Alioquin sibi ipsi contradicere ostenderetur &c.* Et parum ante. *Ecce perspicuum fit lectori.* In tertia uero parte dissoluit quædam apparatus scripturæ auctoritatem. *Ibi. Et licet peccatis parentum, &c.* Prima pars habet tres partes. In prima Magister mouet questionem: In secunda determinat secundum aliorum opinionem *ibi. De hoc Aug. in Ench. ambigue disserit, &c.* In tertia uero: quia illa opinio uidebatur super uerba Aug. esse fundata, subiungit modum, per quem Aug. illam questionem dissoluit. *ibi. Quod uero in*

*actuali peccato Adæ plura, &c.) ubi apparet, quod Aug. illam questionem pertractat ambigue, & quasi insolutam illam dimittit. Similiter secunda pars principalis habet tres. In prima ostendit Magister, quod peccatum originale nec multiplicatur, nec intenditur per peccata proximorum parentum: & hoc ratione sumpta ex parte poenæ. Secundo uero, quia originale peccatum ortum habet a peccato primi parentis, determinat de grauitate actualis peccati Adæ. *ibi. Hic queri solet, utrum peccatum transgressionis Adæ, &c.* In tertia autem determinat de illius peccati remissione. *ibi. Si uero queritur, an illud peccatum, &c.* Similiter tertia pars principalis habet tres partes. In prima parte Magister mouet dubitationem, quæ concorsurgit ex apparenti contrarietate. In secunda parte determinat illam apparentem contrarietatem exponendo auctoritates quantum ad intellectum literalem. *ibi. Sed ut ait Hier. Ne lex, & Prophe-**

et &c.) In tertia uero explanando quantum ad intellectum mysticum, siue moralem. *ibi. Quod etiam mystice intelligendum esse ostenditur, &c.* Et sic tria precipue determinat Magister in litera, uidelicet qualiter peccata parentum habeant imputari posteris: & iterum cuius quantitatis, & intensiōnis sit culpa originalis: & postremo simul cum hoc determinat qualiter habeat puniri.

Dub. 1. *P*ossunt (inquit) intelligi plura peccata, &c. Contra. Si hoc uerum est, tunc pari ratio in quo libet uno peccato est multitudo peccatorum, si consideretur illa ratio assignandi diuersa peccata in uno peccato, quam Augustinus ponit in litera. Quilibet enim cum peccat, interficit animam suam: quia peccatum est mors anime: quilibet etiam transgreditur mandatum diuinum: ergo est ibi homicidium, & inobediencia: & sic de aliis. Item. Si fuit ibi pluralitas peccatorum: ergo uidetur, quod in quolibet paruulo sit multitudo originalium. Quod si tu dicas, quod non fuit transfusum originale ratione omnium: sed ratione alicuius, queritur ergo tunc, ratione cuius principaliter fuerit transfusum, utrum ratione gulae, uel superbiae, uel inobedienciae. Et quod ratione inobedienciae uidetur. Ro. 5. Per inobediencia peccatum intrauit in mundum. Quod autem fuerit gula, uidetur per ipsum textum. Quacumque die comederitis, morte moriemini. Et ratio concordare uidetur: quia originale peccatum transfunditur mediante propagatione carnis: er-

go transfunditur ratione peccati carnalis: ergo si non fuit ibi peccatum carnale, nisi gula: ergo &c. Quod autem superbia, uidetur auctoritate Hugonis in septima parte primi Libri de Sacram. Propter elationem animus obscuratus est: quia. n. per elationem tumuit, ignorantia percussus lumen ueritatis amisit. Et parum ante hoc. Quia spiritus per superbiam contra creatorem tumens obedientiam non tenuit, idcirco creator spiritum ignorantia, carnem uero concupiscentia damnauit. Queritur ergo ratione cuius horum originale principaliter transfundatur, cum omnia hæc dicat Augustinus fuisse in primo peccato. Respon. Dicendum, quod peccatum Adæ sicut & alia peccata in uno genere est principaliter: nihilominus ex quadam adaptatione secundum diuersos effectus, & circumstantias diuersa dicitur in se claudere peccatorum genera: non quia in ipsa sit culpa multiplicitas (loquendo essentialiter) sed per quandam adaptationem, & per quandam metaphoram. Nihilominus (sicut supra explanatum fuit) in consummatione, & perpetratione unius peccati contingit diuersa reperire peccata, ut superbiam, uel auaritiam in primordio, & gulam in progressu, & inobediencia in consummatione peccati primorum parentum, & maxime Euæ. Ad illud ergo, quod queritur, utrum ratione horum omnium, uel ratione alicuius istorum specialiter transfundatur originale peccatum. Dico, quod ratione omnium; sed differentes: nam superbia

bia respicit illam transfusionem originalis quasi causaliter, & gula quasi materialiter, & inobedientia quasi formaliter. Peccatū. n. Ad e formaliter loquendo fuit peccatū inobediētię: materialiter uero q̄a fuit esus ligni, fuit peccatū gulę: sed cāliter: q̄a fuit p̄p̄ acquirendam excellentiam, fuit peccatum superbię. Et sic patet responsio ad obiecta.

Non est tamen putandū, &c.)

Dub. 2. Cōtra. Hoc uidet̄ falsum. Quia maius malū est qđ corrūpit totā naturā, qđ quod corrūpit unā solā p̄sonā: sed peccatū Ad e totā corrūpebat naturā, peccatum in spiritū sanctum unā solā p̄sonā: ergo &c. Resp. Dicēdum, qđ hęc qđ determinata fuit supra

in fine: cum agebatur de peccato Ad e.

Q. 22. Propter quod notandum, quod multis modis, d̄r peccatum unū esse grauius, siue maius altero.

Primo modo causalitate: & sic peccatum diaboli d̄r esse maius, cuius inuidia mors introiuit in orbē terrarum. Secundo modo generalitate: & sic peccatū primi parentis d̄r fuisse maius: quia in totum genus humanum se diffudit. Tertio modo enormitate: & sic peccatum Iudæ dicitur esse maximum, quia uendit Deum. Quarto modo ingratitudine: & sic peccatū illius dicitur esse maius, qui plura percepit dona gratiarum. Quinto modo periculositate: & sic peccatum ignorantie dicitur esse maximum, quia periculosum. Sexto modo inseparabilitate: & sic peccatum cupiditatis dicitur esse maximum: quia cum alia uitia cum homine consenscant sola auaritia iuuenescit. Septimo modo

importunitate: & sic superbia dicitur esse maximum, quia etiā ex ipsis bonis operibus consurgit. Octauo modo pronitate: & sic luxuria dicitur esse grauius, ad quā homines magis sunt proni. Nono modo maioris gratiæ impugnatione: & sic peccatum in Spiritum Sanctum dicitur esse maximum. Decimo modo ratione maioris offensæ: & sic peccatum idololatrię dicitur esse maximum. Undecimo modo rōne facilitatis resistēdi. & sic dicit Magister; qđ peccatū Ad e fuerit grauius. Duodecimo modo ratione improbitatis, atque libidinis, & sic cuiusque generis peccatum maius potest fieri ab altero. Hi duodecim modi cōsueuerunt a doctoribus assignari. Fortassis, & alii apparebunt modis: sed isti sufficiant tanquam magis consueti. Et per hoc patet responsio ad illud, quod obiicitur.

Quia ab homine commissum est, &c.) Obiicitur. Ex hoc enim uidetur, quod si Adam perpetrasset aliud peccatum, quam illud, cum in eo esset tota natura, qđ totam naturam corrupisset. Sed contra ponatur quod Adam solo consensu peccasset, tunc corpus actum peccati animę nō communicasset: ergo caro non fuisset infecta: ergo nec originalis culpa transfusa. Item. Pœnitentia in integrum restituit ea, quæ mens perdidit, quamuis non restituat ea, quæ sunt corporis: ergo si homo tantū mentaliter peccasset, oīno p̄p̄nitiā reurgeret: nō ergo uī, qđ originale culpam transfunderet. Propter hoc est quæstio,

utrum

utrum si peccasset alio genere peccati, originale transfudisset. Resp. Dicēdum, qđ circa hoc duplex fuit opinio. Quidam. n. dicere uoluerunt, qđ cum omne peccatum: sit præuaticatio legis diuinæ, & cœlestium inobedientia mandatorum, & per oē peccatum auertatur aīa a Deo, & fiat ei rebellis, qđ quocumque genere peccasset, rebellionem carnis, & spiritus incurrisset. Item. Cū omne peccatū sit iniustitia, quocumque genere peccasset Adam, priuatus fuisset iustitia, quam habebat. Item. Cū omne peccatum mortale sit mors, pro quolibet incurrisset carnis mortalitatem. Cum igitur ista faciant originale transfundi, tenuerunt qđ Ad e transfudisset originale quocumque genere peccati peccasset, & hoc uī sonare uerbū Magistri. Secundū hanc positionē de facili rōndetur ad illud, qđ obiicitur: quia sicut uidemus qđ pro peccatis spiritualibus caro cruciatur in inferno, & hoc qđ nihil aliud est carnem cruciari quam uoluntatem cruciari in carne: sic & in proposito uoluerunt dicere, qđ esse potuit ut p̄ peccato, quod commisisset spiritualiter, puniretur corporaliter. Alius modus dicendi est, qđ si Adam mortaliter peccasset, & mandatum illud non fuisset transgressus, non transfunderet originale. Et ratio huius est: qđ pro sola transgressione illius mandati comminatus est ei dominus mortem, sicut patet Gen. 2. Et secundum hanc positionē uerbum Magistri, quod dicitur in litera, intelligitur præsupposita transgressione illius manda-

ti, cui adiuncta erat mortalitatis pœna. Primus tamen modus dicēdi uidetur esse probabilior. Quamuis enim scriptura non comminetur mortem, nisi pro illa inobedientia, non absurde tamē illa comminatio intelligitur se extendere ad omnem mortalem culpam. Qđ autem istorum uerius sit, dubiū est; nec ibi est magna uis faciendae: quia modica est utilitas, & nulla sciendi necessitas.

Si homo in ea iuste uixerit, &c.)

Dub. 4. Contra. Hoc uidetur incontinēter dictum. Si enim nulla pœna debetur homini, nisi merito culpæ: & homo in carne a deo potest iuste uiuere, ut sit dignus statim euolare, uidetur quod in eo non sit meritum aīcuius pœnæ, nec mortis nec alteris. Item. Si mors debet̄ cuilibet iusto, p̄ peccato, uidetur igitur qđ nulla gratia fuerit in martyribus, qui mortui sunt pro Christo, si cut nec latronibus, qui suspenduntur p̄ latrocinio. Iuxta hoc queritur. Si mors debetur homini pro peccato originali, & unicuique est i homine originale peccatum, quæ iustitia facta fuit Lazaro, qui bis mortuus est. Resp. Dicēdum, quod nulla unquam iustitia absoluit hominem a debito mortis, pro eo qđ omnis iustitia, quæ est in nobis, respicit uoluntatem, & est personalis: mors uero est pœna naturalis: & ita per nullam iustitiam dignus est homo a morte absoluti, nec Deus sua benignitate aliquem a morte liberauit, tum propter illius sententię infirmitatē, qua dictū est Gen. 3. Puluis es, & in puluere reuer-

reuerteris, &c. tum etiam ut fides locum habere possit. Ad illud, quod obiicitur de martyribus. Dicendum, quod illud, quod uno modo est debitum, si ex charitate fiat, potest fieri gratuitum: martyres autem, quia mortem uoluntarie sustinuerunt, quam effugere potuerunt, immo pro Christo se ante tempus obrulerunt, mors, quae aliam esset pena, fuit eis ualde meritoria: quia Deus eam ualde reputat pretiosam, ex hac duplici causa, quae tacta est. Ad illud de Lazaro. Dicendum, quod prima mors fuit ad manifestandum gloriam Dei: & illud supplicium recompensatum est per consequens beneficium: quia hoc ipso quod suscitatus est, fuit ampliatus merendi spatium: & melius erat ei sic bis mori, quam si semel mortuus fuisset: ideo cum hoc alicui praestatur, ut suscitetur, magis sibi reputet praestari beneficium, quam inferri supplicium.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An peccata actualia parentum imputentur filiis, & ad illos transmittantur?



Intelligentiam huius partis circa tria incidit hic quaestio. Et primo quaeritur de originali quantum ad causam praecedentem. Secundo quantum ad quantitatem concomitantem. Tertio uero quantum ad poenam consequentem. Circa primum quaeruntur duo. Primo quaeritur, utrum parentes proximi possint transmittere ad prolem peccata sua actualia, an a solo pare-

te primo transfundatur originalis culpa. Secundo quaeritur, utrum primus parens potuerit in prolem transmittere satisfactionis iustitiam, sicut transmissit praeruaricationis culpam.

VTRVM peccata parentum proximorum filiis imputentur, & ad eos transmittantur. Et quod sic uidetur. Primo auctoritate Exod. 20. Ego sum Deus zelotes, uindicans peccata patrum in filios, &c. si ergo Deus non uindicat, nisi pro culpa: & uindicta Dei transit a patre in filium, pari ratione uidetur quod culpa. **ITEM.** Hoc uidetur exemplo. 3. Reg. 14. Ego inducam malum super Ieroboam, & super uniuersam domum eius. Et ibi habetur, quomodo tota posteritas propter peccatum patris fuit comprehensa: ergo uidetur, quod peccata proximorum parentum filiis imputentur. **ITEM.** Hoc uidetur ratione. In habentibus symbolum facilius est transitus: sed maius est symbolum, & conuenientia parentis proximi ad prolem, quam parentis remoti. Si igitur parens remotus potuit culpam transmittere in posteros, multo fortius uidetur de parentibus propinquis. **ITEM.** Parens proximus transmittit peccatum in filium, quod aliunde suscepit: sed magis unusquisque potest communicare quod habet a se, quam quod habet ab alio: ergo uidetur, quod multo fortius ad prolem possit transmittere peccatum, quod commisit, si transmittere potest peccatum, quod aliunde contraxit. **ITEM.** Peccatum Adae ideo transit ad posteros: quia in Adam fuimus cum

ipso

ipse peccauit: ergo pari ratione, si parens proximus peccauit, quando proles eius erat in lumbis eius, similiter uidetur quod peccatum parentis proximi in prolem transfunditur. **ITEM.** Ratio quare peccatum originale transfunditur: est, quia est infectio uirtutis generatiuae circa actum generandi: ergo si aliquod peccatum consistit circa actum generationis, uidetur quod tale debeat in prolem transfundi: sed tale est peccatum adulterii: ergo uidetur quod saltem illud peccati genus debeat in posteros redundare, ac per hoc peccatum originale intendere, & multiplicare.

SED CONTRA. Ezech. 44. Filius non portabit iniquitatem patris: ergo si hoc non est uerum de parente remoto ut de Adae, saltem ueritatem habet circa propinquos. **ITEM.** Galat. 6. Unusquisque onus suum portabit: sed si peccata parentum redundarent in prolem, non portaret unusquisque onus suum, immo etiam alterius: ergo &c. Iterum alibi. Unusquisque rationem reddet Deo pro se. **ITEM.** Ans. de Concep. uirg. cap. 24. Parentum proximorum peccata ad originale peccatum non estimo pertinere: sed si transfunderentur a parente in prolem, pertinerent ad originale peccatum: ergo &c. **ITEM.** Non est maior ratio, quare transfundit iniustitiam, quam iustitiam: sed pater sanctus non generat filium sanctum, & baptizatus non generat baptizatum, sicut ostensum fuit supra: ergo pari ratione parens proximus peccatum suum non transmittit ad prolem. **ITEM.** Nullum pec-

catum transmittitur a parente in prolem nisi mediante carne: sed peccata actualia, quae committuntur, carnem non immutant nec noua infectione inficiunt: ergo uidetur, quod ad prolem transmitti non possunt. **ITEM.** Si peccata actualia transmittentur a parente in prolem: ergo filius semper esset peior patre, & dignus maiori punitione: si ergo est magnae crudelitatis, & impietatis dicere, quod paruulus natus peior sit iniquo parente, patet &c.

RESOLVTIO.

Nunquam quod ad culpam: sed bene quandoque quod ad poenam, & uindictam temporalem.

RESP. Dicendum, quod peccatum parentum transire ad prolem, potest intelligi tripliciter. Aut punitione, aut imitatione, aut transfusione. Si punitione, ut proles puniatur pro peccato parentis, sic attendendum est, quod duplex est punitio: una aeterna, alia temporalis. Quantum ad punitionem aeternam nullo modo transit, uidelicet quod aliquis damnetur pro solo peccato parentis. Vnde Anselm. de Concep. uirg. dicit, quod paruuli non damnantur pro culpa Adae tantum, sed pro culpa propria, quam habent: licet non habeant eam agendo: sed contrahendo. Si autem loquamur de temporali punitione, sic quia pater puniatur in filio, sicut ad literam uidemus, & scriptura ostendit, bene transit peccatum parentis in prolem, siue prole uolente, siue nolente: & hoc est de seueritate diuinae iustitiae. Alio modo dicitur peccatum transire a parente in prolem per imitationem.

Cap. 22
& deinceps.

tatio-

rationem: & sic peccatum diaboli quodam modo transiit in genus humanum, & peccatū Adæ in posteros, & peccata proximorum parentum in filios frequenter pertrāseunt: iuxta illud Sap. 2. Inuidia diaboli mors intrauit &c. non tamē transit in omnes, sed in eos, qui imitari uolunt. Tertio modo dicitur peccatum transire a parente in prolem. & hoc transfusione, sicut infectio una causari hēt ab alia infectio ne: & hoc mō peccatum transfundi habet in prolem a solo primo parente. Ratio autem huius est, quia duo sunt in peccato: uidelicet priuatio debiti, & conuersio indebita: & secundum hoc duo ponuntur in peccato, deformitas, & macula. Macula namque ponitur ex conuersione: sed deformitas ex debiti priuatione manente obligatione. **AD HOC** igitur, quod aliquis possit peccatum ex parente contrahere, necesse est, qđ illo possit ad aliquid obligari: & possit ab eo bono ad quod obligatur, in ipso priuari: & quod possit etiā maculari, hoc autem solum fuit in primo parēte. Ad aliqd. n. tota humana natura, & oēs eius posterii in illo sunt, uidelicet ad habendam rectitudinem iustitiæ, siue non concupiscendum: & in illo per eius auersionem illa rectitudine priuati sumus: & quia illa obligatio carnem suam infectio feccitatis, & passione mortalitatis, & caro nostra habet ppagari ex illa, hinc est quod ab illo habemus infici, & ab illo traducimus singulariter peccatum secundum penā rationem. In nullo autem poste-

rorum noua obligatione obligatur filii in parente: nec etiam caro transfundenda inficitur noua infectione ex alicuius culpæ actualis perpetracione. Et hinc est quod nullus parēs proximus potest in prolem suā culpam actualem transfundere. Et hoc est, quod dicit Anselm. in Lib. de Concep. virg. cap. 28. Parentum proximorum peccata ad origina e peccatum nō est impropinere. Quippe si Adā nequisset ad eos, quos generaturus erat iustitiā suā traducere, nequaquam posset iniustitiā suā transmittere. Hoc autem intelligit quantum est de transfusione culpæ, ad quam consequitur æterna damnatio: sed de transitu quantum ad punitionem temporalis pœnæ, subiungit in fine capituli, Non nego propter merita bona parētum filiis multa, & magna beneficia corporis, & animæ impendi: & propter peccata parentum filios, & nepotes usque in tertiam, & quartam generationem, (& forsitan ultra) diuersis in hac uita tribulationibus flagellari, & ea perdere bona in corpore, & anima: quæ forsitan consequerētur, si iusti fuissent, quorum exemplum longum est hic inserere. Ex his igitur patet responsio ad questionem propositam. Concedendum enim est quod peccata actualia proximorum parentum ad originale nō pertinent, nec cū originali transfunduntur, sicut rationes ad partem secundam inductę ostendunt. Nihilominus tamē alio modo transeunt quantum ad uindictam, & punitionē temporalem, sicut primo probatur auctorita-

te

te Exod. & deinde exemplo.

AD ILLVD uerò, quod obiicitur p rōnem, quod facilius est transitus in habentibus symbolū. Dicendū, quod illud uerum est, quādo utrobique æqualiter saluat rō principii agentis. Peccans autē actualiter nō habet potestatem uitiandi prole, nisi ille solus, in quo habuimus obligari, & in quo tota massa generis humani potuit uitiari, sicut ostensum est: & ideo illa rō nō cogit. **AD ILLVD**, qđ obiicitur. Trāsmittit, quod aliunde suscepit. Dicendū, quod ex hoc non sequitur, quod transmittat illud, qđ est a se. Peccatū. n. quod aliunde suscepit, est peccatum naturale: sed peccatū, quod ipse facit, est peccatū personale: cōdicatio autē alicui proprietatis per uiam generationis plus respicit ueritatē naturæ, quam actum personę, sicut supra ostensum est. **AD ILLVD**, qđ obiicitur, qđ ideo peccauimus in Adam: quia fuimus in ipso, dum peccauit. Dicendū, quod ista nō est tota causa, sed simul cū hoc exigitur, quod in primo parente oēs posterii possent obligari, & caro omnium posterorū posset infici & feccari: hoc autē in alio, quā in Adam non habet reperiri: iō patet &c. **AD ILLVD**, quod obiicitur, qđ peccatum adulterii attenditur circa actum generatiuæ. Dicendum, quod & si circa actum generatiuæ attendatur: non tamē dicit corruptionem, quæ sit in ipsa uirtute generatiua scđm se, sed quæ consistit circa uoluntatem rationalem: & ita circa personā: & propter hoc culpa adulterii, secundū qđ culpa, in prole

transfundi non hēt. Nihilominus tamen: quia circa actū generatiuæ cōsistit, plus imputatur proli, qđ alia peccata parentum: unde uilis, & abiectus reputat ille, qui est natus de adulterio, & est scđm leges humanas hæreditate paterna reputat indignus. Vnde illud peccatū plus redundat in prole, qđ alia actualia: nō tñ sic redundat, ut culpa primi parētis, qui posteritatem suam non tantum obligauit ad ignorantiam, & pœnā, sed et iam cōdauit peccati originalis macula, ob quam quilibet cum nascitur, dignus est ira, & indignus uisione Dei.

QVÆSTIO II.

An tota posteritas potuit in Adam satisfacere: sicut potuit in eo uiciari?

VTRVM primus parens pro posteris suis satisfacere potuit, sicut potuit eos ex culpa sua uitiare. Et quod sic, uidetur. Quia dicit Anselm, de Concep. Virg. cap. 24. Si Adam nequisset ad eos, quos generaturus erat, iustitiā suam perducere, siue traducere, nequaquam posset ad eos iustitiā transmittere: si ergo hoc uerum est: sequitur qđ si Adam potuit suā culpa filios reddere culpabiles, sua satisfactione potuit eos facere excusabiles. **ITEM.** Oēs in Adā peccauerunt: quia fuerunt in Adā peccate: ergo pari ratione si oēs fuerunt in Adam satisfaciente, uidetur quod omnes in ipso satisfecerunt per locum a simili. **ITEM.** Hoc ipsum uidet rōne. Si oppositū est causa oppositi, & propositum causa propositi: sed Adæ transgressio fuit causa

T t t no.

nostrę corruptionis : ergo uide-
tur, quod eius iustificatio, & sa-
tisfactio fuerit causa nostrę re-
demptionis. Sicut igitur in Adā
peccauimus: ita uidet, quod in
eo satisfacimus. Et istę tres ra-
tiones sumptę sunt per locum
a simili. **ITEM.** Hoc ipsum ostē-
ditur per locum a minori. Pro-
nior est Deus ad miserendum,
quā ad condemnandum: sed
diuina iustitia pro transgressio-
ne Adę cōdemnauit totam po-
steritatem pœna mortis: ergo
multo fortius diuina misericor-
dia p̄ satisfactione Adę debuit
reddere gratiā iustificationis.
ITEM. Potentior est gratia in
bono, quā sit culpa in malo:
sed culpa Adę potuit totam po-
steritatem inficere, & reddere
Deo odiosam: ergo multo for-
tius gratia, q̄ fuit collata Adę,
potuit totam posteritatem repa-
rare, & reddere Deo gratam.
ITEM. Secundū leges humanas
tutor potius potest conditionē
pupilli meliorare, quā deter-
riorare: si ergo multo maioris
benignitatis est lex diuina, quā
sit humana, uidetur quod po-
tius cōditio nostrā in primo pa-
rente de peiori potuit fieri me-
lior, quam de meliori deterior:
ergo si transgrediendo potuit
transfundere culpam, multo for-
tius satisfaciendo potuit trans-
mittere iustitiam.

SED CONTRA. Statim Adā
cum peccauit, ab immortalitate
cecidit in necessitatem morien-
di: ergo si gratia superueniens
non aufert immutabilitatem di-
uinę sententię, remansit igitur
post gratiam mortalis: sed mor-
talis de necessitate generat mor-

talem: ergo quantumcunque Adā
satisfaceret, generaret filios
suos morti obnoxios: sed nulla
creatura rationalis est morti ob-
noxia, nisi propter culpam: er-
go nunquam potuit satisfacere,
quin transmitteret culpā. **ITEM.**
Iustitia originalis consistit in
quadam mentis, & carnis inte-
gritate: sed quia uirginitas dicit
in corruptionem mentis, & car-
nis, ex quo semel perditur, nun-
quam per satisfactionem potest
recuperari: ergo pari ratione ne-
que originalis iustitię donum
per satisfactionem recuperatur:
si ergo ex illius iustitię priua-
tione est in nobis originalis cul-
pa, impossibile fuit, quod Adā
satisfaceret pro posteritate sua.
ITEM. Omnis satisfactio pecca-
toris fundatur super gratiā gra-
tiumfaciens nunquam pōt tran-
sire ab uno homine in alium, si-
cut in Primo Libro probatum *Dist. 14*
est: sed gratia immediatē a solo *art. 2.*
Deo datur: uidetur igitur, quod *q. 2.*
in primo parente satisfacere nō
potuerit genus humanū. **ITEM.**
Efficacior est in unoquoque fi-
des sua sibi, & gratia, quā sit
alii: sed Adam non potuit pro
seipso satisfacere: sed oportunū
fuit filium Dei pati, sicut osten-
dit Anselm. in Libro, Cur Deus *Lib. 11.*
homo: ergo non uidetur, quod *cap. 1.*
potuerit satisfactionis iustitiam *et.*
in alios deriuare.

RESOLVTIO.

*Nullatenus, neq; ex parte eius, qui
satisfaceret: neque ex parte gra-
tię, per quam satisfaceret: neque
ex parte nature, pro qua satisfac-
ceret.*

RESP. Dicendum, quod cum
quæ-

quæritur, Vtrum tota posterita-
tas in Adam potuerit satisfacere,
sicut in eo potuit uitari: hoc
tripliciter potest intelligi. Aut
ita, quod Adam posteris com-
municaret & culpam, & satisfa-
ctionē simul. Aut ita, quod cō-
municaret satisfactionem, sed
non culpam. Aut ita in se satis-
faceret, & pro se, quod posteris
non communicaret culpam. Pri-
mi duo modi, non solum sunt
impossibiles, sed etiam non in-
telligibiles: quia claudunt in se
duo opposita. Si enim Adam
communicasset posteris simul
culpā, & satisfactionem, simul
essent culpabiles, & satisface-
rent: ergo simul essent iusti, &
iniusti. Similiter si comunica-
ret satisfactionem, & non cul-
pam: ergo innocentes satisface-
rent: & hoc similiter non est in-
telligibile. Non enim fit satisfa-
ctio, nisi pro offensa: & si Adam
nō communicaret posteris cul-
pam, ipsi haberēt omnimodam
innocentiam: & si hoc, locum
non haberet in eis satisfactio ali-
qua: pro innocente enim satis-
facere non est intelligibile. Ter-
tius autem modus dicendi, ui-
delicet quod sic satisfaceret pro
culpa sua Adam, ut sua satisfa-
ctione impediretur infusio ori-
ginalis culpę; & si intelligibilis
sit, impossibilis tamen fuit ipsi
Adę: & ratio huius melius in
Dis. 20 Tertio reddetur, cū agetur de
modo redemptionis humanę.
Ad præsens autem hoc dixisse
sufficiat, quod Adam sic satisfa-
cere non poterat, ut impedire-
tur transfusio culpę originalis
in posteritatem suam. Et ratio
huius sumitur, & a parte ipsius

Adę, & a parte gratię, & a par-
te corruptionis naturę. A par-
te Adę: quia ipse debitor mor-
tis erat, & dignus pœnalitate,
& miseria: & ideo quęcun-
que mortem, uel pœnam sustineret
pro transgressione sua, Deo sa-
tisfacere non poterat sufficien-
ter. A parte uero gratię, per
quam satisfaciebat, ratio sumit-
tur: quoniā illa gratia erat gra-
tia pœnitentialis, quę quidem
respiciebat ipsam uoluntatem
personę: & ideo per ipsam non
curabatur morbus concupiscen-
tię, quę radicabatur in carne: &
propterea quantumcunque sa-
tisfaceret, remanebat natura
corrupta: & ita necessitas ad
transfundendum originalē cul-
pam. Ex parte uero naturę su-
mitur ratio: quia cum natura
humana tota in ipso uitata es-
set, tanti pensabatur illa corrup-
tio naturę, quanti pretii est to-
ta humana natura: & ideo quic-
quid Adam faceret, longe infe-
rius esset, eo qđ exigebat Deus
tantę corruptionis, & damna-
tionis recompensationem: & iō
pro illa non poterat satisfacere.
Posset etiam nihilominus assi-
gnari ratio ex parte diuinę of-
fense, quę cum esset infinita: ra-
tione eius quia est contra infini-
tum, non recipiebat recompen-
sationem, nisi aliquis satisface-
ret, qui esset infinite bonus. Et
ideo nō indocte dicunt aliqui,
quod non solum satisfactio pro
peccato Adę, sed etiā pro quo-
cunq; alio peccato fundata est
super meritum, & satisfactionē
Christi, in cuius fide, & sacra-
mētis Deus parcat quibuscunq;
parcat; & ideo contingit omnes

de plenitudine eius accipere: & ipsum dicit caput totius ecclesie, tã finalis, quã primitiua. Patet igitur, quod quocunque modo dicatur, impossibile fuit Adam pro posteris satisfacere. Vnde concedendæ sunt rationes hoc ostendentes.

AD ILLVD, quod obiicitur de uerbo Anselm. quod si nequisset iustitiã traducere &c. Dicendum, quod Anselm. loquitur ibi de iustitia originali, & illam dicit, quod Adam & seruare potuerit posteris, & transfundere. Hoc autem intelligendum est sanè, non quia aliqua qualitas, quæ esset in anima Adæ, per multiplicationem ad posteros descenderet: sed quia anima Adæ innocens coniuncta, fuerat carni puræ, & immaculatæ: & si stetit, anima potuisset illam carnem seruare, & a corruptione mortis, & a corruptione libidinis: & hæc rectitudo erat originalis iustitia. Si autem in hac Adam perstitisset, cum generaret posteros, carnem immaculatam transfunderet. Et similiter dum anima creata a Deo innocens tali carni uniretur, illud idem posset, & eandem rectitudinẽ haberet, quam habuit anima Adæ, & per hoc originale iustitiam: & pro tãto originalis iustitia transfundi dicitur: quia si hanc habet pater, necesse est, quod hanc habeat filius: & hoc est ex ratione bonæ dispositionis ex parte carnis, quam originalis iustitia concernit: non sic est de iustitia satisfactionis, quæ uoluntatem respicit, non carnis integritatẽ. AD ILLVD, quod obiicitur, & sicut fuimus in Adã pec-

cante; ita fuimus in ipso satisfaciente. Dicendum, quod nõ est simile: quia peccatum Adæ pro eo, quod illã iustitiam originale priuabat, non tm respiciebat personam, sed etiam naturam: sed quia illa satisfactio illam innocentiam non restituebat, personam, non naturam respiciebat: & ideo nõ sic in posteros redundare potuit satisfactio, sicut redundauit ibi transgressio. AD ILLVD, quod obiicitur, & si oppositum est causa oppositi &c. Dicendum, quod istud intelligendum est in his oppositis, quorũ utrũque est aliqua natura, & in eis, quæ rectè sunt opposita, & secundum illud, in quo opponuntur. Et rone huius triplicis conditionis illa propositio non habet locum in proposito. Primũ quidem, quia culpa nõ dicit aliquã positionem, siue naturam, sed potius priuationem. Secundo uero: quia iustitia satisfactionis nõ directe opponitur culpæ originali, sed potius originali iustitiæ: & si illa originalis iustitia fuisset in Adam generante, fuisset causa oppositi. Tertio uerò: quia culpa ipsius Adæ opponitur ipsi satisfactioni in quantum corruppebat personam, nõ in quantum corruppebat naturã: sed in quantum corruppebat personam, meritum erat æternæ damnationis: in quantum uero corruppebat naturam: principium erat uniuersalis corruptionis. Iustitia ergo satisfactionis auferebat ab ipso Adam meritũ æternæ damnationis: & secundũ illud opponebatur ei, & erat causa oppositi uidelicet æternæ beatitudinis per modũ meritũ uitium

nitium autem corruptionis nõ auferebat, nec eius oppositum causabat: quia secundum illud non opponebatur ei. Ad illud, quod obiicitur, & pronior est Deus ad miserendum, quã ad condemnandum. Dicendum, & illud uerum est, ubi misericordia sic habet locum, & non excludit iustitiam: iustitia autem requirebat maiorem satisfactionem, quã Adam posset facere: & ideo misericordia pro illa modica satisfactione Adæ non debebat toti generi humano donare offensam: sed quod nobis, & sibi deerat, decebat eum supplere: quod & fecit, cum pp nimitã charitatem suam filium suũ unigenitum misit in similitudinem carnis peccati, & cum essemus mortui peccato, conuiuificauit nos Christo. AD ILLVD, quod obiicitur, & potentior est gratia, quã sit culpa: responderi potest dupliciter. Primo & illud intelligendum est respectu illius effectus, ad quem gratia ordinatur: gratia autem gratumfaciens ipsi Adæ collata, non ordinabatur ad remouendum carnis corruptionem, sed uoluntatis deordinationem: quia reformatiua erat imaginis, non reparatiua carnis. Nihilominus tamẽ in reparatione carnis potentior est aliquo modo, quã culpa, dum per gratiã meretur homo secundam stolam. Aliter potest dici, quod & si gratia potentior sit, quã culpa: non tamen sequitur, quod totum reformet, quod culpa destruxit. Multo enim facilius est destruire, quã cõstruere. Vnde unus malus cibus aliquando plus cor-

rumpit naturam, quã centum bonæ medicinæ possint eam reparare, quamuis medicinæ illæ sint ualde potentes, & uirtuosæ. AD ILLVD, quod obiicitur de lege pupillorum. Dicendum, quod Adam nõ ad posteros comparatur sicut tutor ad pupillos, sed sicut pater ad filios. Vnde sicut pater facilius potest bona sua dissipare, & destruere, & per consequens hæreditatem filiorum suorum deuastare, quã posset illam post deuastationẽ, & consumptionem reparare: sic & in proposito intelligendum est se habere.

ARTICVLVS II. QUESTIO I.

An peccatum originale in omnibus equaliter reperiatur?



CONSEQUENTE circa secundum articulum quæritur de quãtitate originalis.

Et circa hoc duo quæritur. Primo quæritur de ipso originali sub ratione quantitatis continuæ, Vtrum unum originale possit esse maius altero. Secundo quæritur quantum ad rationem quãtitalis discretæ: Vtrũ uidelicet sit ponere unum originale, uel plura.

VTRVM originale in omnibus reperiatur æqualiter. Et quod sic uidetur. Anselm. de originali peccato capit. 27. Originale peccatum in omnibus æstimo esse æquale. ITEM. Hoc ipsum uidetur ratione. Originale peccatum est carentia debitæ iustitiæ, sicut sæpe dictum est, & glibet illa iustitia originali est simpliciter nudatus, & pri-

natus: ergo si equaliter oēs sunt priuati, equaliter originali macula sunt infecti: ergo in quibuscunque reperitur originale peccatum, equaliter reperit. **ITEM.** Hoc ipsum ostenditur per cām. Originale peccatum est in nobis propter Adæ inobedentiā, sed inobedientia Adæ una fuit, & equaliter omnes posteros respiciebat: ergo uidetur, quod omnes equaliter culpabiles faciebat. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur per pœnam. Omnes enim habentes culpam originalem equaliter puniuntur, uidelicet omni moda carentia uisionis Dei: si igitur quantitas pœne respondet quantitati culpæ, uidetur quod si est equalitas in carentia uisionis Dei, quod sit equalitas in corruptione originalis. **ITEM.** Hoc ipsum probatur per concupiscentiam annexam. Originale enim peccatum ad omne malū reddit pronum per concupiscentiam. Vnde dum lex prohibet concupiscentiam, prohibere dicitur omne malum: ergo originale peccatum unūquēque corrumpit uniuersaliter: sed uniuersalem corruptionem non contingit reperire secundum magis, & minus, imo in omnibus, in quibus reperitur, in termino reperitur: ergo uidetur, quod originalis culpa non potest esse maior in una persona, quā in alia. **ITEM.** Si maius est originale in uno, quā in alio, aut hoc est ex actu parentis, aut ex actu prolis. Ex actu parentis esse non potest: nam sicut probatum est supra, peccatum parentis in prole non transit. Ex actu uero prolis esse non potest, sicut planū est: er-

go uidetur, quod nullo modo originale in uno, quā in alio reperitur intensius.

SED CONTRA. Ansel. de Cōcep. Virg. Sicut pp naturā nascitur corrupta persona, ita natura per personam efficitur magis peccatrix: sed peccatum, quod inficit naturam, est peccatum originale: ergo uidetur, quod originale peccatum in aliquo possit fieri maius, & intensius. **ITEM.** Hoc uidetur ratione. Nullum malū est in summo, quia nihil est summe malum: sed originale peccatum malum est: ergo non est in summo: sed quod est citra summū, & intendi potest, & augeri: ergo originale peccatum intensibile est: igitur potest maius in uno, quā in altero reperiri. **ITEM.** Originale peccatum est concupiscentia: sed concupiscentia potest intendi, sicut & potest remitti: & aliquando intenditur, sicut patet per experimentum: ergo uidetur quod peccatum originale intendi ualeat, ut sit maius in uno, quā in alio, uel etiam intensius in eodem secundum status diuersos. **ITEM.** Fœditas carnis est ratio, quare anima contrahit originale: sed caro non est infecta in summo: & quod non est infectum in summo, dum transit per uiam infectionis, potest magis & magis infici. Si igitur caro nostra transit per uiam infectionis dū propagatur, uidetur quod magis, & magis inficitur, ac p hoc quotidie originale peccatū augmentatur. **ITEM.** Omnis proprietas quāto magis appropinquat suę causæ, est intensior, & fortior: & quanto magis elongatur, debilior

bilior: sed corruptio originalis ab Adam producitur tanquam a fontali principio, & radice: ergo uidetur, quod quāto aliquis est Adæ proximior, quāto originalis culpa sit in eo intensior. **ITEM.** Vna anima meliora habet naturalia, quam alia, sicut in præcedenti Distin. habitum est: sed tūto corruptio peior est, quanto est in meliori natura, sicut Aug. dicit, & expresse ratio manifestat propter dignitatem eius, quod corrumpitur: ergo originalis corruptio peior est in una anima, quam in altera: & si hoc, uidetur quod culpa sit intensior.

RESOLVTIO.

Cum peccatum originale neque ex parte carētiæ iustitiæ, nec ex parte concupiscentiæ, aut fœditatis carnis intendi possit; omnibus æquē ineri; nec in eodem augeri poterit?

RESP. Dicendum, quod sicut si Adam stetit, omnes equaliter essent innocentes, ita nunc cum Adam peccauit, omnes facti sunt equaliter peccatores: & ita culpa originalis in omnibus reperitur equaliter: ita quod non est maior in uno, quā in altero, nec etiā intendi habet in eodem subiecto. **AD CUIVS** intelligentiam notandum est, quod ista tria concurrunt ad originale peccatum, scilicet debitæ iustitiæ carentia, concupiscentia, & carnis fœditas: & primum est ipsi originali essenziale, secundum uero materiale, & tertium causale, sicut supra explanatum fuit. Si igitur originale deberet augeri, ex aliquo istorū oportet ipsum intendi: cum autē per

nullū horū intēdi hēat in omnibus equaliter hēt reperiri. Quāto ad carentiā nanque debitæ iustitiæ nō pōt intēdi: ista. n. carentia nō pōt esse maior in uno, quam in alio, nisi triplici de causa. Aut quia sit obligatio fortior, aut quia sit ibi maior priuatio, aut quia modus priuandi sit deestabilior. Nullo istorū modorū maior habet esse carentia in homine uno, quā in alio. Non enim obligatio fortior: quia omnes equaliter obligamur ī Adā. Nec priuatio maior: quia eodē dono, scilicet originalis iustitiæ oēs p originale culpā nudamur. Nec modus priuandi deestabilior: quia oēs priuati sunt p unā inobedientiam Adæ: & sic originale rōne carentiæ debitæ iustitiæ non recipit magis, & minus, sed in oibus equaliter est. Similiter nec quāto ad concupiscentiam intendi habet. Si. n. intēditur appetitus, uel concupiscentia respectu alicuius delectabilis in aliquo, hoc pōt esse tripliciter. Aut ex complexione, aut ex assuefactione, aut ex uinculi refranantis confractioe. Primo mō absque dubio cōcupiscentia augeri pōt, sicut patet de concupiscentia carnis, quæ magis feruet in cholericis, & sanguineis, quā in melancholicis: sed talis intensio nihil facit ad culpam. Nō. n. est culpabilis, sed naturalis, uel pœnalis. Similiter & secūdo modo concupiscentia intendi pōt in eodem homine, sicut patet in eo, qui assuefactus est luxuriari, & bona cibaria comedere, quod magis est pronus, & ardentius concupiscit quā qui talia non gustauit: sed hæc intensio nō fa-

cit ad originale peccatum, sed potius ad actuale: quia non dicitur originale peccatum concupiscentia quocumque modo, sed solum prout ab origine contracta est. Tertio modo non potest intendi, sed in omnibus habet æqualiter reperiri, pro eo quod illud retinaculum originalis iustitiæ merito culpæ Adæ in omnibus est contractum. Et quoniam secundum istum tertium modum attenditur quantitas originalis ex parte concupiscentiæ, hinc est, quod quantum ad concupiscentiam originalis culpa in omnibus, in quibus est, reperitur æqualiter. Similiter quantum ad fœditatem, quæ est in carne non potest esse maius, & minus originale: & hoc patet, nam quod aliqua proprietas intendatur, requiritur idoneitas ad intensiorem tam ex parte susceptibilis, quam ex parte proprietatis, quæ intenditur, quam etiam ex parte agentis: & si aliquod horum defuerit, proprietas illa non habet intendi, sicut patet considerati. Omnia autem hæc deficiunt in proposito. Defectus enim est ex parte susceptibilis: nam sicut speculum novum inficitur a muliere menstruata: sed postquam inueteratum est ex aliquo aspectu, non recipit novam infectionem, sic humana natura in statu primordiali quasi nova existens, infici habuit a corruptione personæ: post modum vero quasi inueterata, ex nova corruptione non recipit novam infectionem. Defectus etiam est ex parte agentis: quia nullus est post primum hominem, cuius transgressio respiciat nisi obligationem personæ: hinc est

quod talis culpa non habet inficere carnem coniunctam. Defectus etiam est ex parte proprietatis intensibilis. Illa enim quorum potentia est in termino, non habet recipere maius, & minus, sicut uult Philosophus. Fœditas autem carnis secundum quod est principium contractionis originalis, ortum habet ex carentia originalis iustitiæ: & quia carentia illa nuditas quædam est, & nudo non est recipere magis nudum: sicut originalis iustitiæ nuditas non recipit magis, uel minus, sic nec carnis fœditas. Et sic patet, quod ex parte fœditatis carnis originale non habet intendi, nec augmentari in eodem, uel in diuersis, nec ex parte concupiscentiæ, nec carentia de iustitiæ, sicut ostensum est, nec sunt plura concurrentia ad originale. Manifestum est igitur, quod originale peccatum in omnibus, in quibus reperitur, habet esse æqualiter: & concedendæ sunt rationes hoc ostendentes.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur de Anselmo quod natura, per personam efficitur magis peccatrix. Dicendum, quod natura accipitur dupliciter. Uno modo dicitur natura uis insita rebus, ex similibus similia procreans. Alio modo dicitur natura ipsum commune: his duobus modis distinguitur natura contra personam. Et cum dicitur quod natura corrumpit personam, accipitur natura pro uis propagatiua: & corruptio personæ dicitur illa, quæ respicit uoluntatem rationalem. Cum autem dicit Anselmus, quod natura efficitur per personam magis peccatrix, accipit naturam

ram pro eodem prout consideratur in supposito: & hoc patet per exemplum suum, quod dicit. Sicut Adam peccante, peccat homo: sic Adam magis peccante, magis peccat homo: & hoc modo natura non habet corrumpi solum per peccatum originale, sed et per peccatum actuale: ex hoc igitur non sequitur, quod originale habeat esse maius, & intensius.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod nullum malum est in summo. Dicendum, quod est summum simpliciter, & est summum in genere: & quamuis non contingat reperiri summum malum simpliciter, est tamen reperire malum summum in proprio genere: sicut uidemus aliquem ita priuatum uisu, quod non potest esse magis. Sic & in proposito potest intelligi, quod originale priuat simpliciter iustitiam originalem: & ideo eius infectio est in termino. Posset tamen dici, quod & si non esset in summo, non tamen sequitur, quod posset intendi, quia potest esse defectus ex parte sui susceptibilis, uel ex parte agentis: & utrumque hic deficit, sicut supra ostensum est. AD ILLVD, quod obiicitur, quod concupiscentiam potest crescere. Dicendum, quod uerum est intensiue, sed non extensiue; illud tamen clementum nihil facit ad originale peccatum, cum non sit nisi uel ex complexione, uel ex aduersione, sicut ostensum est. AD ILLVD, quod obiicitur, quod fœditas carnis potest esse maior. Dicendum, quod & si fœditas carnis, prout est corruptio pœnalis, intendatur, & crescat, sicut patet in leprosis, & seminis, & aliis fœdis infirmi-

tatibus & oppressis: prout tamen ipsa est principium originalis, habet æqualiter reperiri in singulis: quia ab uno solo, & primo fonte procedit. AD ILLVD uero, quod obiicitur, quod proprietas intensior est cum appropinquat suæ origini. Dicendum, quod illud uerum est de proprietate, quæ quidem dicit naturam, & positionem, & de illa, quæ habet continuari cum suâ origine, sicut est in uirtute mouente, & luminis effusione: aliter non habet ueritatem, sicut patet. Nam candelam inflammata ab alia, ita bene inflammabit, sicut inflammabat illa: utrumque enim deficit in proposito, tum quia illa carnis fœditas plus dicit rationem priuationis, quam positionis: tum quia etiam illius fœditatis transfusio est per generationem, in qua generatum primum, & secundum habet eandem uim, quam habebat generans primum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod una anima habet meliora naturalia, quam alia. Dicendum, quod & si hoc uerum sit & concedendum: tamen quantum pertinet ad puritatem innocentis, omnes animæ æquales sunt: & quia illius priuationem directe respicit originale, hinc est quod licet alia naturalia sint excellentiora, non tamen propter hoc intenditur corruptio originalis culpæ. Quando enim dicitur, quod tanto peior est corruptio, quanto melior est natura, hoc intelligitur secundum illud, secundum quod natura per uitium corrumpitur: aliter enim non habet ueritatem: quæ a frequenter ille qui

qui habet meliora naturalia, nō habet ita graua peccata, sicut ille, qui habet minus bona, & etiā in eodem genere peccati.

QVAESTIO II.

An peccatum originale unum sit, uel plura?

VTRVM sit ponere unū originale, uel plura. Et quod unū solum uidetur. Primo auctoritate Magistri in litera capit. *Alioquin*, ubi sic ait: Vno peccato nō pluribus paruuli obligati sunt. **ITEM.** Hoc ipsum ostenditur ratione sumpta a causa: quia peccatum originale contrahitur p̄ Adā inobediētiam: ergo si una t̄m culpa fuit eius inobediētia, uidetur quod in quocunque reperitur sit unicum, & nullo modo plura. **ITEM.** Hoc ipsum ostenditur rōne sumpta a p̄na. Originali enim debetur solum carētia uisionis Dei, & hęc est una p̄na: sed multis culpis multę debent respondere p̄nę: ergo &c. **ITEM.** Hoc ipsum ostendit̄ in comparatione ad sequelam. Originale enim non solummodo est ab origine, sed ēt origo est, & principium omnium malorum. Si ergo, quod per superabundantiam dicitur, uni soli conuenit, & status est per reductionem ad unū, uidetur quod originale peccatum non sit nisi unum solum. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur in comparatione ad subiectum. Originale enim est in anima ratione cōiunctionis suę ad carnem: si ergo una est caro, cui anima coniungitur, & unica unione unitur, & unitas est in anima, secūndum quod carni ut perfectibili unitur, uť ergo qđ necessario peccatū originale sit

unum. **ITEM.** Hoc ipsum ostendit̄ per cōparationē ad oppositum. Originale. n. peccatum est carētia debitę iustitię: sed debita iustitia, cuius originale peccatum est priuatio in homine, nō erat nisi una: quia in uno innocente una est innocentia: ergo &c.

SED-CONTRA. Hoc arguitur. Primo auctoritate super illud Psal. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum: Glo. iniquitates sunt peccata originalia: & multę auctoritates sunt ad hoc in litera. **ITEM.** Hoc ipsum uť rationibus sumptis per eandem uia, per quam sumebantur ad oppositum. Et primo rōne sumpta a causa. Originale enim peccatū est in nobis propter peccatum primorum parentum: sed Adā, & Eua plura commiserunt peccata: ergo uidetur, qđ plura sint in nobis originalia: quia qua ratione redundat in nos peccatū uiri, eadē rōne mulieris. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur rōne sumpta a p̄na: quia uni culpę unica debet respondere p̄na: sed multa genera p̄nalitatū ad originale peccatū cōsequuntur, ut fames, sitis, mors, infirmitas &c. Et quatuor dicit Beda nobis p̄ peccatū originale esse inflicta. i. infirmitatem, ignorantiam, concupiscentiam, & malitiam: uidetur igitur quod secūndū diuersa p̄nalitatū genera sit diuersitas originalium. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur per cōparationem ad capitalia subsequētia. **HABITUS.** n. diuersificāntur p̄ actus, & actus per obiecta: si ergo originale peccatum reddit hominem procliuum ad septem peccata capitalia, quę sunt diuersorum

gene-

generum, uidetur quod in quolibet homine sit multitudo originaliū. **ITEM.** Hoc ipsum ostenditur per cōparationem ad subiectum: quia omnes uirtutes animę inficiuntur p̄ originale peccatum: sed multiplicatis corruptionibus multiplicāntur corruptiones: & in diuersis potentiis diuersis sunt habitus: ergo in uno quoque homine necesse est ponere multiplex originale. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur per cōparationem ad oppositum, quia per originale peccatum est priuatio omnium uirtutum, cum per ipsum fiat incuruatio animę ad uitia omnibus uirtutibus opposita: ergo si plures contingit in nobis reperiri uirtutes, plures in nobis contingit reperiri culpas originales.

RESOLVTIO.

Vna fuit & secundum speciem, & secundum numerum originalis iustitia & innocentia, quam primus parens amisit; una inobediētia, qua amisit; una erit & originalis culpa iustitię illius priuatio, & ex inobediētia illa corruptio.

RESP. Dicendum, quod sicut uult Magister Hug. Originale peccatū dupliciter dicitur. Vno modo dicitur originale peccatum, quod est origo omnium peccatorū, & sic peccatum Adę dicitur originale peccatum: & hoc mō originale peccatum nō t̄m est unū i specie, uerum etiam unum numerum. Alio modo dicitur originale peccatum, quod est in nobis ab origine, & a quo etiam cętera uitia sumunt in nobis originem: & hoc modo quęrimus hic de unitate originalis

peccati. Ad huius igitur quęstionis dilucidationem intelligendū est, qđ cum quęrimus de unitate alicuius; aut quęrimus de unitate scđm spēm, & formā communem: aut quęrimus de unitate secundum numerum, & suppositum. Si primo modo loquamur de originali peccato, sic unitatem habet secūndū speciem eo modo, secundum quod peccatum dicitur habere speciē. Vnitas autem ista in originali peccato uenit principaliter ex parte boni, quod priuat, & ex parte peccati Adę, per quod introductum est, hoc est ex parte oppositi, & ex parte principii. Vna enim est secundum speciē originalis iustitia, & innocentia, cuius priuatio est originale peccatum. Vna etiam fuit inobediētia ratione, cuius totum genus humanū est corruptum: & ideo secūndum speciem originale peccatum est unum in nobis. Si autem loquamur de unitate originalis quantum ad numerum, sic dicendum, quod in uno homine est unicū. Et ratio huius est, quia peccatum dupliciter numeratur. Aut ratione subiecti, in quo est: sic in diuersis hominibus diuersa sunt peccata. Aut ratione actus, per quem homo culpabilis efficitur, sic qui pluries luxuriatus est, plura habet peccata. Neutro istorum modorū originale peccatum multiplicatur: sed remanet indiuisum: nā in uno homine una est anima, quę per originale peccatum inficit. **ITEM.** Vnius hominis una est generatio, in qua, & per quā originale peccatum transfunditur: & ideo originale peccatum

in uno homine est unum solū quantum ad unitatem secundum speciem, & quantum ad unitatem secundum numerum. Et concedendæ sunt rationes, quæ hoc ostendunt.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur de Glo. in contrarium, Iniquitates dicit peccata originalia. Dicendum quod sicut Magister dicit, quod frequenter in scriptura accipitur plurale pro singulari, & e converso: sicut Magister exemplificat in litera. Ratio autem quare scriptura originale, cum sit unū, pluraliter nominat, est propter multipliciter inclinationum ad malum, quæ ex originali peccato nascuntur. AD ILLVD, quod obiicitur, quod originale peccatum ortū habet a peccato primorum parentum. Dicendum est, quod quemadmodum in generatione prolis pater, & mater sunt quasi unum principium completiū, ita quod neuter eorum per se sufficit, quamuis sint diuersæ personæ, & distinctæ: sic & in originali peccati transfusione intelligendum est: & sic peccatum Adæ, & peccatum Eue fuerunt diuersa: prout tamen in originali peccato inficiebatur in utroque uis generatiua, unum peccatum originale in prole causabant, ita quod sicut principaliter uirtus generatiua residet paternes uirum, ita etiam transfusio originalis principaliter attribuitur uiro. Nihilominus tamen utrique attribuitur suo modo: unde friuola est illa quæstio, qua quæritur, utrum transfunderetur originale, si tantum uir, uel tantum mulier peccasset:

quia cum ad generationem duobus concurrant tanquam unū principium, non pateretur Deus, quod uir incorruptus mulieri corruptæ committeretur, uel e converso. Debat enim siue in statu nature institutæ, siue in statu nature corruptæ seruari proportio, & conformitas uiri agentis ad mulierem suscipientem, cum in actu illo efficiantur una caro. AD ILLVD, quod obiicitur de multiplicitate pœnarum. Dicendum, quod uni culpæ respondet una pœna principalis: plures autem possunt esse non principales. Principalem autem dico pœnam æternam, non principalem pœnam temporalem, quæ quodammodo est ad bonum ordinatiua. Vel principalem uoco illam, quæ primo pro culpa infligitur: non principalem uero, quæ ad istam consequitur. Originale autem una pœna æterna punitur, uidelicet carentia uisionis Dei. Unica etiā pœna temporali principaliter, uidelicet mortalitate carnis: sed ad mortalitatem multæ cōsequuntur pœnalitates. AD ILLVD, quod obiicitur de multiplicitate inclinationū. Dicendum, quod sicut una chorda rupta, qua multa colligant, sequitur laxatio multorum: & tamen una est ibi prima corruptio, & laxatio: sic intelligendum est & in proposito, quia iustitia innocentie pro originali peccato priuata, omnes uires anime relaxantur: una tamen est corruptio (loquendo essentialiter) plures autem intelligendo causaliter. AD ILLVD uero, quod obiicitur, quod est corruptio diuersarum uirium. Dicendum, quod uerum est: sed

sicut

sicut gratia ponitur esse in uiribus anime (prout tamen continuantur ad unitatem substantiæ anime, & ideo una est gratia in omnibus uiribus) sic & originale peccatum est corruptio plurium uirium, prout tamen illæ uirtutes in unitate substantiæ uni carni habent uniri. Et sic intelligendum est illud uerbum, quod ab aliquibus consuevit dici, scilicet quod originale inest anime secundum suam essentiam: hoc enim non est intelligendum quod ipsam substantiam anime originale prius respiciat, quam potētias. Nam contrariū huius dicit Ans. in Lib. de Cōce. uirg. quod tā iustitia, quā iniustitia primo est in uoluntate, & loquitur ibi expresse de peccato originali. Et sic intelligendo quod originale peccatum (ut culpa est) sit primo in uoluntate ut uitium, sit in pluribus potentiis ad unam substantiam continuatis, intelligitur habere unicum subiectum, sicut unitas una ponitur esse in omnibus membris eiusdem corporis, sicut uult Augustinus. Non sic autem est de peccato actuali. Nam peccata actualia diuersas potētias respiciunt, secundum quod ad diuersos actus comparantur, unde & pro diuersos actus introducunt inesse, & propterea secundum diuersitatem potētiarum habent differre: non sic est de originali peccato, quod contrahitur ex unione anime ad carnem. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur de comparatione ad oppositum: iam patet responsio. Nam originale peccatum primo, & principaliter uirtutibus non opponitur, sed opponitur iusti-

tiae originali, de qua sæpe dictū est, & illā priuando per consequens inclinatur ad diuersa uitia: & sic inclinando cum omnibus uirtutibus habet repugnantiam: unde ratio illa non cogit, quia non arguit per illud, quod opponitur directe, sed solum per id, quod opponitur ex consequenti.

ARTICVLVS III.

QVÆSTIO I.

An paruuli in solo originali decedentes, pœna materialis ignis puniantur?



ONSEQUENTER quæritur quantum ad tertium articulum de pœna originalis. Et circa hoc quærentur duo. Primo quæritur, utrum decedentes etiam in solo originali puniantur pœna ignis materialis. Secundo quæritur, utrum puniantur pœna interioris doloris, an solum carentia uisionis Dei.

UTRUM paruuli decedentes in solo originali puniantur pœna ignis materialis. Et quod sic uidetur. Augustin. de fide ad Petrum. Firmissime tene paruulos, qui sine sacramento baptismatis de hoc seculo transeunt, æternis ignis supplicio sempiterno puniendos. ITEM. Augu. Quisquis ita uiuere incipit, ut ante finiat uitam, quam ab eius (scilicet originalis) obligatione soluat, si unius diei, uel unius horæ spatio aia uixit in corpore, necesse est eam cum eodē corpore interminabilia gehennæ supplicia sustinere. Ex hoc expresse colligitur, quod originali non tantū debetur carentia uisionis

Ca. 26.
Tom. 3.

nis

nis Dei; sed etiam pœna ignis. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur ratione. Paruuli in hac uita multas sustinent pœnalitates, & afflictiones: aut ergo iuste, aut iniuste. Non iuste, hoc constat: quia omnis pœna iusta est. Si iuste: ergo meretur hoc originalis culpa: si ergo culpa non debet remanere impunita, & originale meretur pœnam sensus, uidetur quod paruuli pœna sensibili crucientur. **ITEM.** Illud est magis dignum puniri, in quo magis residet causa peccati: per quæ enim quis peccat, per illa debet torqueri: sed traductio, & causa originalis peccati maxime residet penes carnem: ergo uidetur, quod illa potissime debet puniri: si ergo anima merito illius culpæ digna est Dei uisione priuari, multo fortius caro digna est æternis suppliciis cruciari. **ITEM.** Paruulis non restituntur corpora dorata: habebunt igitur corpora passibilia: sed omnino passibile necesse est aliquando pati uel ab extrinseco, uel ab intrinseco, maxime cum approximat agentis actiuo; ergo uidetur, quod paruulorum corpora aliquando patientur, & affligentur.

SED CONTRA. Aug. in Ench. Mitissima sane eorum erit pœna, quæ præter peccatum quod originaliter traxerunt, nullum in super addiderunt: sed si paruuli carerent uisione Dei, & punirentur igne materiali, non haberent mitissimam pœnam. Si igitur nemo dubitat eos uisione Dei priuandos, uidetur nullo modo esse ipsos corporali supplicio puniendos. **ITEM.** Magister in li-

tera ca. *Alioquin.* Pro originali peccato, quod a parentibus paruuli traxerunt, nullam aliam materialis ignis, uel conscientie uermis pœnam sensuri sunt, nisi quod Dei uisione carebunt in perpetuum. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur ratione. Iniustum est plus exigere in pœna, quam commissum est in culpa: si ergo paruulus nullo actu suo diuinum contempserit imperium, uidetur quod nullum debetur sibi æternale tormentum. **ITEM.** Acerbitas pœnæ respondet quantitati delectationis, iuxta illud Apoc. 18. Quatum glorificauit se in delitiis, &c. sed anima, quæ coniuncta fuit corpori paruuli infirmanti, & debili, nullam delectationem inordinatam in corpore sensit: ergo uidetur, quod sibi non debeat acerbitas pœnæ sensibilis. **ITEM.** Horribilius est continere, & eternaliter in tormentis esse, quam omnino non esse: si ergo Deus animam, quam creauit sine peccato, alicuius peccati, æternis suppliciis deputaret, nullum uideretur sibi beneficium præstare, nec misericordia simul cum iustitia curreret: quod si hoc est incoueniens dicere apud patrem misericordiarum: uidetur, &c.

RESOLVTIO.

Quia actuale non habent, igne materiali puniri non possunt: sed uisione tantum Dei priuantur in tenebris & uili loco degentes.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod hic duplex est opinio. Quidam enim attendentes rigorem diuinæ iustitiæ, ac sententiæ, qua Deus per uno modico mortali, in quo mo-

men-

mentanea, & quasi nulla fuit delectatio, hominem cruciat æternaliter, dicunt quod paruuli creantur igne materiali, longe tamen minus quam illi, qui peccauerunt peccato actuali. Et hoc dicunt fuisse Aug. cum dixit in Ench. Pœnam paruulorum esse mitissimam. Et in Lib. de Fide ad Petrum. Paruuli cruciantur æterno supplicio. Mitissimam enim illam uocat pœnam, non absolute, sed respectu aliarum. Nec in hoc derogatur (ut dicunt) diuinæ misericordie: quam uis plus manifestetur uia iustitiæ, quam misericordie: pro eo quod minus malum est in tali pœna esse, quam omnino non esse, cum non sit ibi tanta boni priuatio, sicut manifestat Aug. in Lib. de libero arbi. & hoc dicunt esse conueniens, ut sicut in originali peccato erat carentia debiti iustitiæ, & concupiscentia, sic etiam in pœna esset carentia uisionis Dei, & afflictio ignis æterna. Sed cum ualde durum illud dicere uideatur, quod Deus tamen dure, & tam aspere agat cum paruulis sic decemibus, qui omnino non potuerunt uitare nec mortem culpæ, nec mortem naturæ: præsertim cum uideamus Deum cum impiissimis, & sceleratissimis peccatoribus in multis misericorditer agere: ideo est alia positio mitior, quæ magis concordat pietati fidei, & iudicio rationis, quod quia paruuli decedentes cum originali carerent iustitiæ, & Spiritu sancti gratia, quæ est pignus hereditatis æternæ, priuantur in æternum Dei uisione: quia uero in carne fuit hereditas, ideo ponentur in loco

uili, utpote infernali: sed quia non habuerunt in se actualē delectationē peccati nec in spū, nec in carne, ideo non sentiunt penę ignis acerbiter. Hunc modum dicendi magis approbat Magister communiter: & ideo ipsum sustinendo secundum opinionem Magistri, sicut patet in littera, rationes, quæ ad hanc partem inducuntur, concedo.

ADILLVD ergo, quod primo obiicitur in contrarium de uerbis Aug. Dicendum, quod Aug. in uerbis illis non intendit dicere, quod paruuli sensibilibus cruciantur; sed intendit eorum pœnam manifestare quantum ad carentiam uisionis Dei, & quantum etiam ad uilitatem loci. Et hoc ualde abundanter exprimit plus dicens, & minus uolens intelligi. Nec sine causa loquitur sic: hoc enim facit ad extirpandam illam hæresim, quæ dicebat paruulos nulla pœna puniri. Unde sicut in moribus documentum est, quod qui uult ab uno extremorum peruenire ad medium, quasi debet declinari ad aliud extremum, sicut docet Philosophus: sic etiam beatus Aug. ut illam hæresim extirparet, quæ dicebat paruulos ab omni pœna immunes, & ad medium reduceret, uidelicet ad pœnam carentiæ uisionis Dei, simpliciter asseruit eos cum aliis peccatoribus eternaliter damnari. Iustum autem suum intellectum explanauit in Enchi. ubi dixit: pœnam eorum esse mitissimam, sicut dicit Magister in littera. **ADILLVD**, quod obiicitur, quod paruuli multas pœnalitates sustinent in hac uita. Dicendum, quod

Hæc eadem de re respondet D. Tho. in quæst. de mal. q. 5. ar. 2. ad primum: quod Gre. de Arim. 2. sent. d. 30. et Sco. ps. dis. ibi. Ad primum, ut uiliter pendere, asserendo aliam re-
sp. non neglecta ista.

& in

& si temporaliter puniri, p peccato originali sit iustum: non tamē sequitur, quod æternaliter. Et ratio huius est, quia pœnæ temporales non tantum sunt punitiuae: sed etiam promotiue: unde Deus nō tantum affligit inimicos suos, uerumetiam amicos, sicut patet i Thobia, & Iob: & ideo in afflictione temporali seueritati iustitiæ coniuncta est benignitas misericordiæ, quæ duo eleganter reperiri debēt in omni punitione Dei, & remuneratione sic autem non contingeret in pœna æterna reperiri: hoc enim paruum esset de rigore iustitiæ, si aīas paruulorum ignis gehennalis supplicio cruciaret.

AD ILLUD, quod obiicitur, in carne maxime residet causa peccati. Dicendum, q̄ & si causa peccati quoquo mō resideat in carne, hoc est per modum cuiusdā habitus, non per modum actus: tamen caro non facit animam paruuli concupiscētem: sed concupiscibile: & propter hoc nec ipsa, nec aīa in ipsa debet actuali combustione ignis torqueri: sed sicut anima priuatur uisione Dei, sic etiam caro priuatur stola sua: & in loco uili, & tenebroso ponitur, cum collocanda esset in cœlo empyreo, si a talis fœditatis corruptione fuisset sanata per baptismi efficaciam.

hoc nō est propter uirtutem resistendi, quam habeant in se: sed potius propter ordinem diuinæ iustitiæ, secundum cuius regulam ignis infernalis agere habet, cum sit instrumentum diuinæ iustitiæ. Vnde sicut idem ignis magis cruciat maiorē peccatorem, quā minorem: sic & in eodem igne patiuntur corpora eorum, qui peccauerunt peccato actuali. Paruulorum uero corpora etiam si in ipsis ignibus infernalibus uoluentur, passionem non sentiunt: & tamen nō habent impassibilitatis dotem; quia non separant uim ignis, p hoc quod habent a uirtute propria. Et si tu obiicias mihi, q̄ debent pati passione ueniēte ab intrinseco, utpote fame, uel siti: cum non habeant corpora impassibilia & immortalia. Dicendum, q̄ sicut damnatorum corpora cum sint passibilia, & defestibilia: tamen diuina uirtute sustentante perperuantur in uita, ut ab ignibus non consumātur: sic & paruulorum corpora eadem uirtute diuina in uita continuantur, ut non indigeant cibo, nec potu: nec tamen habent illam firmitatem, & soliditatē, q̄ habebunt corpora gloriosa.

QVAESTIO II.

An paruuli in originali solo decedentes, dolore aliquo interno pramentur?

UTRUM paruuli decedentes in solo originali puniātur aliquo dolore interiori. Et q̄ sic uidetur per illud Ioan. Chrysi. qui dicit, q̄ excludi a bonis ceteris, & alienum effici ab his, quæ præparata sunt iustis, tantū generat cruciatum, tantum dolorem,

rem, ut etiam si nulla extrinsecus pœna torqueret, hæc sola sufficeret: ergo si paruuli excludentur sicut adulti, uidetur q̄ maxime cruciabuntur interiori dolore, & gemitu. ITEM. Quandoquēq; q̄s aliqd desiderat, & illo priuatur, necessarium est illū tristari, & dolere; sed omnes homines naturaliter desiderāt beatitudinem: ergo si animæ paruulorum æterna beatitudine priuātur, uidetur q̄ ex hoc necessario tristentur. ITEM. Anima paruuli dum unitur carni, contrahit concupiscentiam: cum ergo separatur a corpore; remanet in ea infectio illa contracta, & ipsa potest exire in actū: hoc constat, ergo potest concupiscere: sed cōcupiscentia semper est, uel cum delectatione, uel cū pœna: cum delectatione, cum habet quod desiderat: cum pœna, si non habet: Ergo si animæ paruulorum delectationibus erunt priuatę, uidetur q̄ doloribus interiorius erunt afflictę. ITEM. Paruuli decedentes cum originali, & antiqui patres in limbo existētes, utriusque priuabantur uisione diuina: si ergo ampliori debebant pœna puniri paruuli, q̄ habebant culpam, quā patres, qui nullam habebāt culpam, uidetur q̄ ex ipsa carentia uisionis Dei aliquam tristitiam animæ paruulorum habeāt. ITEM. Maior dolor est, quādo quis priuatur aliquo bono sine causa, q̄ quando priuatur ex causa aliqua: ergo pari ratione maior debet esse dolor, quando priuatur ex minori causa, quam quando priuatur ex maiori: si ergo animæ paruulorum ex minori cau-

sa priuantur uisione diuina, q̄ animæ adultorum, uidetur q̄ magis doleant interiorius. ITEM. Animæ paruulorum per naturam habent affectiones, & affectiones necesse est, uel quietari, uel per eos animam affligi (inquietudo enim affectionum nō modica est afflictio) sed affectiones paruulorum nō erunt quietatę, alioquin iam essent in quadam beatitudine: solus. n. Deus est, qui quietat desiderium animæ: ergo uidetur, q̄ si anima erit in affectionum uarietate, & inquietudine, q̄ erit cōtinue in dolore, & afflictione.

SED CONTRA. Magister in litera. Nullam aliam pœnā sensuri sunt paruuli ignis materialis, uel conscientię uermis, nisi quod Dei uisione carebunt in perpetuum: ergo uidetur, quod non habeant dolorem in æternum. ITEM. Originale inest animæ unione ad carnem: ergo si aliquo dolore debet anima cruciari merito originalis peccati, illo potissime cruciari debet, q̄ inest animæ scđm carnem: si ergo caro nō cremabitur igne materiali, uidetur q̄ anima nō cruciabitur dolore spirituali. ITEM. Si paruuli decedentes in originali dolebunt post hanc uitam, aut dolebunt de culpa, aut de damno. Si de culpa dolebunt: ergo erūt iusti. Si de damno dolebunt, cum illud damnū, & pœna carentię uisionis Dei sit iusta; & qui dolet de iusto, est iniustus, uidetur q̄ in animabus decedentibus cum originali non tm sit culpa originalis, sed etiā actualis. ITEM. Si paruuli dolebunt de amissione illius summi

boni, cum ipsi uirtutem patientiæ nō habeant: & qui dolet de aliquo malo, carens uirtute patientiæ, murmurat contra puniētem, uel infligentem: ergo uidetur, quod animæ paruulorum murmurent contra Deum: sed nullus potest mutmurare contra Deum, nisi inique, & iniuste: ergo uidetur, quod egressa corpore animæ decedētes in originali, magis efficiantur inique, quàm ante, quod est impossibile. **IREM.** Si dolent; aut credunt se habituros illud bonum, aut certi sunt, quod nunquam habebunt. Constat, quod non expectant illud bonum habendum, cum non habeant spem: si ergo dolorem habent de bono amisso cum certitudine nūquam habēdi, uidetur quod habeant desperationem: sed desperatio est acerbissima omnium pœnarum infernalium: ergo paruuli punirentur pœna acerbissima, quod impium est dicere. **IREM.** Si dolent, aut dolent in summo, aut non. Si in summo dolent; igitur acerbissimè puniuntur. Si non dolent in summo: ergo in processu temporis possunt magis, & magis dolere, cum dolor ille ortum habeat ex interiori affectione: ergo in eadem dispositione manēte culpa, uidetur quod in eis crescat pœna, quæ duo sunt impossibilia.

RESOLVTIO.

Quia de his nihil certi in scripturis habetur, pars negativa uti probabilior, & magis pia diiudicetur.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod super hac quæstione, nec expresse loquitur scriptura, nec expresse

se eam sancti determinant. Et iō Doctores Theologiæ hic opinantur cōtraria. Quidam. n. uoluerunt dicere, quod paruuli carebūt & cognitione, & dolore. Cognitione quidem carebunt, exigente iustitia: dolore carebunt, exigente misericordia. Iustitia nanque exigit, ut non detur eis post hanc uitam donum aliquod cognitionis, quod in hac uita non habuerunt: unde sicut caruerunt cognitione fidei, & omni genere cognitionis intellectiue illi, qui mortui sunt ante usum rationis, sic etiam carebunt post hanc uitam: nec diurnitate temporis addiscent, sicut nec inuolones, qui nihil plus sciunt quādo moriuntur, quādo nascuntur, etiam si multo tempore uixerunt. Misericordia exigit, ut habeant pœnam actualis doloris, cum nō habuerunt maculam culpæ actualis: & iō iusto suo iudicio priuat eos Deus omnium eorum cognitione, quæ posset eis inferre dolorem: melius est. n. talia ignorare, quā scire, sicut peccatori procliuo ad peccatū melius est ignorare, quā nosse ea, quæ eum inclinant ad peccatum. **SED** quia difficile est intelligere, quod anima separata nō habeat usum rationis, & nō cognoscat ea saltem, quorum cognitio est ei naturaliter inserta, cū ex parte corporis impedimentum nō habeat: ideo alii aliter opinantur; quod animæ paruulorum, & habebunt cognitionem, & habebunt etiam dolorē. Scient enim per quid factæ sunt, & scient se illo bono merito originalis culpæ esse priuatos, & propterea dolorē habe-

habebunt, & affectiones doloris in eis alternabuntur: attamē non habebunt dolorem, qui mereatur dici uermis: quia non habebunt remorsum, quod perdidērunt illud bonum propter propriam negligentiam, & contemptum: & pro tanto dolor eorum erit multo mitior, quā dolor aduulorum. **SED** quoniam plura uidentur inconuenientia sequi, si ponatur ipsos dolere, sicut in opponendo monstratum est: tum propter hoc; quia dolor ille est absque patientia, & absque spe: & ita, cum murmure, & desperatione. Tum etiam quia dolor animæ redundat in carnem: & si talis dolor ex deliberatione procedit, non uidetur esse absque actuali obliquatione. Propter hæc, & his similia est tertius modus dicendi, uidelicet quod animæ paruulorum carebunt actuali dolore, & afflictione: non tamen carebunt cognitione. Et illud potest satis rationabiliter intelligi per hunc modum. Decedentes enim in solo originali quasi medium tenent inter habentes gratiam, & culpam actualem: & quoniam status retributionis respondere debet statui uitæ præsentis, in tali statu debent animæ paruulorum poni, ut quasi medium teneant inter beatos, & æternis ignibus cruciatos. Quoniam igitur beati carent malo pœnæ sensibilis, & cum hoc habent Dei uisionem: damnati e contrario sunt in tenebris, & puniuntur pœna sensibili: paruuli secundum retum ordinem diuinæ æquitatis debent communicare in uno cum damnatis, & in alio cum

beatis: sed non possunt communicare cum beatis in habendo diuinam præsentiam: quia tunc in nullo communicarent cum damnatis: præsentia enim uisionis Dei non stat cum pœna sensibili: ideo cum beatis communicant in hoc, quod carent omni afflictione exteriori, uel interiori: cū damnatis uero in hoc, quod priuantur uisione Dei, & lucis corporalis. Paruuli igitur sic diuino iudicio iusto inter beatos, & simpliciter miseros quasi in medio cōstituti, hoc nouerunt; ut tamen ex una parte consideratio generet desolationem, ex altera consolationem: ita æqua lance diuino iudicio eorum cognitio, & affectio libratur: & in tali statu perpetuatur, ut nec tristitia deiiciat, nec lætitia reficiat. Sed in hoc mirabilis ostenditur ordo diuinæ sapientiæ, quæ cuncta nouit suis locis disponere, & ad sui gloriā ordinare. Nam sicut in beatis potissime manifestatur misericordia, & in damnatis potissime claret iustitia, sic in istis manifestatur misericordia simul, & iustitia: & ex hoc patet, quod non facit frustra Deus animas, quas nouit de corpore ante susceptionem baptismatis egressuras. Omnia enim facit Deus ad gloriam suam manifestandam. Unde si tu quæras, quid paruuli faciant, ut uim addiscant, uel conferant, uel aliquod aliud opus exercent: breuiter ego respondeo, quod diuinæ iustitiæ æquitas, & immutabilitas in eodem statu quantum ad corpus, & quantum ad animam, siue quo ad cognitiuam, siue quo ad af-

festiuam perpetualiter eos consolidat, ut nec proficiant, nec deficient, nec lætentur, nec tristentur, sed semper sic uniformiter maneant, ut sint materia laudandi diuinum iudicium, quod sic est æquum, & iustum, ut nulum bonum remaneat irremuneratum, & nullum malum remaneat impunitum, & perfectissime teneat medium inter superfluum, & diminutum. Secundum hanc igitur positionem concedendæ sunt rationes ostendentes, quod paruuli non sentiunt spiritualem dolorem.

AD ILLVD uerò, quod obiicitur in contrarium de Ioã. Chryf. Dicendum quod intelligit de his, qui excluduntur merito actualis peccati, qui uermen conscientie, & remorsum sunt habituri, & ideo non habet locum in paruulis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod tristitia necessario sequitur, quando desiderium non impletur. Dicendum quod uerum est, quando nec impletur in se, nec fit recompensatio secundum æstimationem desiderantis. Quando uero secundum æstimationem desiderantis aliqua recompensatio fit, non necesse est tristari: sicut multi, qui uellent esse in paradiso, bene consolantur de statu uitæ præsentis, quia contenti sunt his, quæ habent; quauis modicum habeant: & sic in paruulis intelligendum est esse, quod eis sufficiat status suus, nec eleuant oculos ad opes, quas habere non possunt. AD ILLVD, quod obiicitur, quod anima paruuli concupiscentiam habet. Dicendum, quod sicut in hac uita ne concupiuit, nec de-

siderauit aliquid, quod non debuerit, sic etiam nec in futura uita: sed ipsi diuina sententia colati erunt inter fugam, & appetitum, ita quod neutrum eis dominabitur: & ideo nec habebunt actuale gaudium, nec actuale supplicium. Vnum enim reprimitur per alterum. AD ILLVD, quod obiicitur de sanctis patribus. Dicendum quod sancti patres spem, & certitudinem habebant de futura gloria habenda: & gratiam etiam habebant, per quam dominum aliquo modo cognoscebant: & ideo non sequitur, quod æqualiter punirentur ut paruuli, pro eo quod plus habebant consolationis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod maior dolor est alicui cum priuatur absque causa. Dicendum, quod paruuli bene scientes causam se esse priuatos: sed quia illam causam non a se habuerunt, sed aliunde contraxerunt, ideo nec dolorem, nec remorsum habebunt: uerbum autem prædictum intelligitur in punitione iniusta, & in qua punitus punienti remurmurat: sic autem non est in proposito. AD VLTIMUM. Dicendum, quod affectiones paruulorum stabiliuntur iudicio æquitatis diuinæ: non totaliter quietantur, sicut affectiones beatorum in patria. Vnde sicut differt immunitas a passione, siue a sensu poenæ in paruulis, & beatis: quia in beatis est dos, in paruulis non, sicut dictum

est: sic intelligendum est de quietatione ex parte affectionum animæ.

DI

De peccato actuali secundum eius causalitatem.



DOST prædicta, de peccato actuali diligenti indagine quadam consideranda sunt, scilicet quæ fuerit origo & causa primi peccati, utrum res bona, an res mala: Postea in qua re sit peccatum: Deinde, quid sit peccatum, & quot modis fiat, & de differentia ipsorum peccatorum.

Quæ fuerit primaria origo, & causa peccati.

Causa & origo prima peccati res bona extitit, quia ante primum peccatum non erat aliquid mali unde oriretur. Cum enim originem & causam habuit, aut ex bono aut ex malo habuit. Sed malum ante non erat, ex bono ergo ortum est. Prius enim in angelo ortum est peccatum, & postea in homine. Et quid erat angelus, nisi bona natura Dei? Non ex Deo ortum est malum quod fuit in angelo, non ex alio quam ex angelo: ex bono ergo ortum est. Vnde Aug. in responsionibus contra Iulianum hereticum qui dixerat, Si ex natura peccatum est, tunc mala est natura, ait. Quæso ut si potest, respondeat. Manifestum est ex uoluntate mala, tanquam ex arbore mala, fieri omnia opera mala, tanquam fructus malos: sed ipsam malam uoluntatem unde dicit exortam, nisi ex bono? Si enim ex angelo: quid est angelus, nisi bonum opus Dei? Si ex homine: quid erat ipse homo, nisi bonum opus Dei? Imo quid erant hæc duo antequam in eis oriretur mala uoluntas, nisi bonum opus Dei, & bona & laudanda natura? Ergo ex bono oritur malum, nec fuit unde oriri posset nisi ex bono. Dico ergo, quia uoluntatem malam nullum malum præcessit, sed ex bono originem habuit. Hic aperte dicitur primam causam & originem mali bonam fuisse naturam. Et nihilominus ostenditur cuius peccati fuerit causa, scilicet malæ uoluntatis.

Quæ secundaria.

Mala autem uoluntas illa angeli & hominis causa est et malorum subsequentium. scilicet malorum operum & malorum uoluntatum. Vnde Aug. in Ench. Nequaquam dubitare de-

Vuu 3 bemus

cap. 23

Tom. 3. *bemus rerum bonarū, quæ ad nos pertinet, cām nō esse nisi
Ca. 24. bonitatem Dei. Malarū vero ab immutabili bono deficientē
ibid. boni mutabilis voluntatē, prius angeli, postea hominis: hoc
primum est creaturæ rationalis malū, idest, prima priuatio
boni. Ecce habes primam voluntatem boni mutabilis, idest,
angeli & hominis deficientem ab immutabili bono, idest, a
Deo causam esse malarum rerum ad nos pertinentiū: quia
causa est tam peccatorum, quam pœnarum quibus præmi-
tur humana natura. Prima ergo origo et causa peccati bo-
num fuit; & secunda, malum quod ortum est ex bono.*

In qua re sit peccatum.

Ostensa origine mali, superest videre in qua re sit malū,
scilicet an in re bona, an in re mala. Qui rectē acuteque sa-
pit, non nisi in bono malum esse intelligit, idest, in natura bo-
na. Malum enim est corruptio vel priuatio boni: ubi autem
bonum non est, non potest esse corruptio vel priuatio boni.
Peccatum ergo non potest esse nisi in re bona. Sicut. n. mor-
bis ac vulneribus corrumpuntur corpora quæ (ut ait Aug.
in Ench.) sunt priuationes boni eius quod dicitur sanitas:
ita & animorum quæcunque sunt vitia, naturalium sunt
priuationes bonorum. Quid est enim aliud quod malum di-
citur, nisi priuatio boni? bonū enim minui malum est: quā-
uis quantumcunque minuat, necesse est vt aliquid rema-
neat, si adhuc natura est. Non. n. consumi potest bonū quod
est natura, nisi & ipsa natura consumatur. Cum vero cor-
rumpitur, ideo malum est eius corruptio, quia eam quali-
cunque priuat bono. Nam si nullo bono priuat, non nocet.
Nocet aut: adimit ergo bonū. Quandiu itaque natura cor-
rumpitur, inest ei bonum quo priuetur. Ac per hoc nullū
est quod dicitur malum, si nullum sit bonum: sed bonum
omnino malo carens, integrum bonum est. Cui vero inest
malum, vitiatum vel vitiosum bonum est: nec malum vn-
quam potest esse vllum, vbi est nullum bonum. Vnde res
mira conficitur, vt quia omnis natura, in quantum natura
est bonum est: nihil aliud dici videtur, cum vitiosa natura
mala natura esse dicitur: nisi malum esse quod bonum est,
nec malum esse nisi quod bonum est. Hac contextione eui-

denter

denter insinuat malum non posse esse, nisi in re bona: ubi
etiam, licet absurdum videatur, manifeste dicitur esse ma-
lum, quod bonum est.

Illatio ex præmissis.

Ex quo colligitur, nihil aliud significari, cum dicitur ho-
mo malus, nisi bonum malum. Vnde August. in eodem sub-
dit. Quid est malus homo nisi mala natura? quia homo na-
tura est. Porro si homo aliquod bonum est: quia natura est:
quid aliud est malus homo, nisi malum bonum? Tamen cum
duo ista discernimus, inuenimus nec ideo malum, quia ho-
mo est: nec ideo bonum, quia iniquus. Omnis itaque natura,
etiam si vitiosa sit, in quantum natura est, bona est: in quan-
tum vitiosa est, mala est.

Quod regula dialecticorum de contrarijs fallit
in bono & malo.

Ideoque in his contrarijs, quæ bona & mala vocantur:
illa dialecticorum regula deficit, qua dicunt, Nulli rei duo
simul inesse contraria. Nullus enim potus aut cibus simul
dulcis est & amarus. Nullum simul corpus vbi album, ibi
& nigrum: & hoc in multis ac pene in omnibus reperitur
contrarijs, vt in vna re simul esse non possint. Cum autem
bona & mala nublus ambigat esse contraria, non solum si-
mul esse possunt, sed mala omnino sine bonis & nisi in bonis
esse non possunt. Et hæc duo contraria ita simul sunt, vt si
bonum non esset, in quo esset malum, prorsus nec malum esse
potuisset: quia non modo ubi consisteret, sed vnde oriretur
corruptio non haberet, nisi esset quod corrumpere-
tur: quoniam nihil est aliud corruptio, quam boni extermina-
tio: Ex bonis ergo mala orta sunt, & nisi in bonis non
sunt: nec fuit prorsus vnde oriretur vlla mali natura,
nisi ex angeli & hominis natura bona, vnde primitus orta
est uoluntas mala.

Epilogum facit, ad alia transiturus.

Ex his aperitur, quod primò & secundò supra inuesti-
gandum diximus, scilicet quæ fuerit origo mali, & in qua
re sit. Ex bona enim re ortum, & in re bona consistere præ-
missis testimonijs comprobatur.

Vuu 4 Opposi-

Cap. 13
Ibid. c.
12.

Ibid.
cap. 13

Cap. 13
Ibid.
cap. 14

Ibid.
cap. 15

Oppositio ad illam sententiam, qua dictum est, bonum esse malum.

Ad hoc autem quod dictum est, malum esse quod bonum est, quidam sic opponunt. Si bonum malum esse dicimus, incidimus in illam sententiam prophetica, ubi legitur, Vobis his qui dicunt bonum malum, & malum bonum. Igitur sic hanc maledictionem vitare volumus, nullatenus dicere debemus bonum esse malum, & econverso. Hoc autem Augu. in eodem Lib. determinat, dicens, Id quod dictum est in prophetia, intelligendum est de ipsis rebus, quibus homines mali sunt, non de hominibus. Unde qui adulterium dicit bonum, in eum cadit illa prophetica detestatio: & in eum qui dicit malum hominem bonum, vel bonum esse iniquum. Qui enim dicit hominem, in quantum homo est, malum esse, & bonitatem esse iniquitatem, opus Dei culpat, quod est homo: & vitium hominis laudat, quod est iniquitas.



STA totalis pars Secūdi Libri: in qua Magister agit de lapsu hominis diuisa fuit in tres partes, secundum quod tripliciter contingit considerare corruptionem peccati. Duabus ergo partibus terminatis, in quibus Magister egit de peccato, quo persona corrumpit naturam, & iterum de peccato, quo natura corrumpit personam, utpote de originali; sequitur hic tertia pars, in qua agitur de peccato, in quo persona corrumpit se, hoc est de peccato actuali; & durat usque in finem Libri. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima determinat de peccato, siue de malo secundum id, quod est. Secundo uero qualiter in uoluntate habeat malum, siue peccatum committitur, infra Dist. 38. Post prædicta de uoluntate &c.) Prima pars habet duas. In prima determinat de

peccato, siue malo secundum eius causalitatem. Secundo uero secundum eius quidditatem infra Dist. 35. Post hæc uidentum est, quid sit peccatum, &c.) Prima pars continet præsentem distinctionem. Et diuiditur in duas. In prima agit Magister de malo quantum ad causam originalem. In secunda de malo quantum ad subiectum, siue causam efficientem, ibi. *Ostensa origine mali &c.*) Prima pars habet tres partes. In prima aperit suam intentionem in generali. In secunda uero ostendit, quod malum ortum habet a causa bona, ibi *Causa, & origo &c.*) In tertia uero quod est a uoluntate libera, ibi. *Mala autem uoluntas &c.*) Similiter secunda pars principalis habet tres. In prima ostendit, quod malum est a bono, confirmans hoc auctoritate Augustini. Secundo uero elicit quoddam corollarium, scilicet quod

quod in his contrariis fallit regula dialecticorum, ibi. *Ideoque in his contrariis &c.*) In tertia uero, & ultima remouet quoddam dubium, ibi. *Ad hoc autem, quod dictum est &c.*) Et sic supposito quod malum sit, duo manifestat Magister de malo, scilicet a quo sit, & in quo.

Mala autem uoluntas illa Angeli, &c.) Sed contra. Aug. in Lib. 83. quæst. dicit, quod nullo alio auctore potest homo fieri deterior: ergo mala uoluntas Angeli, uel hominis non potest malas uoluntates in aliis causare. Item. Si omne malum debet imputari ei, qui est causa prima, & mala uoluntas Angeli, uel hominis est causa omnium malorum: ergo omnia mala sunt eis imputanda. Resp. Dicendum, quod est causa uere efficiens, & producat, & est causa quodammodo disponens, & producat. Cum ergo dicitur. Mala uoluntas Angeli, uel hominis est causa famularum uoluntatum sequentium, dicitur per quandam dispositionem, & inductionem. Diabolus enim inducit, & disponit suggerendo: homo uero corrumpebat naturam, & malum assensum, seu exemplum præbendo. Cum ergo dicit Aug. quod nullo alio auctore fit homo deterior, hoc intelligitur tanquam auctore principali. Posset tamen dici, quod litera ista intelligitur de malis subsequenter primam malam uoluntatem Angeli, & hominis, non respectu diuersarum personarum, sed respectu eiusdem, ita quod prima mala uoluntas est causa omnium malorum, quæ ipse facit.

Causa est tam peccatorum &c.) Innuit Magister, quod uoluntas hominis est causa tam peccatorum quam poenarum. Contra: quia poena est passio inuoluntaria: sed quod causatur a uoluntate, est uoluntarium: ergo poena non causatur a uoluntate. Item. Si causatur a uoluntate, aut a bona, aut a mala. A bona non: hoc constat: quia nemo punitur pro bona uoluntate. A mala non: quia mala uoluntas non est causa iusti in quantum huiusmodi: sed omnis poena iusta est: ergo nulla poena est causata a uoluntate. Respon. Dicendum, quod uoluntas dupliciter dicitur esse causa alicuius, uel per modum merentis, uel per modum efficientis. Cum ergo dicitur uoluntas esse causa poenæ, hoc non dicitur per modum efficientis, sed potius dicitur per modum merentis: uoluntas uero causando culpam, efficiendo, siue deficiendo meretur poenam: & ita dicitur esse causa poenarum, & peccatorum, licet aliter, & aliter. Et per hoc patet solutio obiectorum.

Bonum omnino malo carens, &c.) Hoc uidetur falsum, quia integrum bonum est illud, cui nihil deest de bono: & hoc est bonum, in quo est omne bonum: ergo solum illud est integrum bonum, quod est summum bonum: sed multa creata sunt carentia omni malo, ut beati Angeli, & anime beate: ergo si uerum esset quod dicit, multa essent summe bona. Propter hoc est questio, utrum aliquid creatum mereatur dici bonum integrum. Rñ. Dicendum, quod sicut perfectum dicitur multipliciter, & quantum ad perfectionem.

Dub. 2.

Dub. 3.

fectionem sufficientiæ, & quantum ad perfectionem superabundantiæ: Sic etiam & integrum bonum potest dici multipliciter: & quantum ad integritatē sufficientiæ, & sic dicitur integrum bonum, quod caret omni malo culpæ, & pœnæ: & quantum ad integritatem superabundantiæ, & sic dicitur integrum bonum, in quo est omne bonum. Et primo modo bonum non dicitur esse summum bonum, sed bonum purum: quia nihil habet de malo admistum. Secundo uero modo dicitur esse summum bonum, & est in solo Deo per essentiam, in creatura autem per participationem, quæ bona dicitur in hoc quod participat summum bonum, ex cuius participatione habere dicitur omne bonum. Et si obieciat, quod summum dicitur per impermissionem cum contrario, ita bonum, quod omnino est impermixtum malo, est summum bonum. Dicendum, quod illud uerum est in his cōtrariis, quorum utrunque est natura aliqua: in his autem quorum unum est natura, & alterum priuatio, sicut est in bono, & malo, luce, & tenebra, non habet ueritatem. Vnde sicut non dicitur magis luminosum, quia minus habeat de tenebra, sic non dicitur magis bonum, quia minus habeat de malo: sed quemadmodum una stella dicitur maior altera: quia magis accedit ad perfectionem luminis, sic magis bonum dicitur, quod magis accedit ad perfectionem bonitatis: nihilominus tamen carens omni malo non potest dici nisi

solus Deus, ut fiat uis in hoc, quod dico omnino, ut careat omni malo secundum actum, & secundum potentiam, & secundum aptitudinem, siue secundum primam naturæ possibilitatem.

Ve his, qui dicunt bonum malum &c.] Innuat expositio August. quod id quod dictum est in prophetia, intelligendum est de ipsis rebus, quibus homines mali sunt, non de hominibus. Contra. Hoc uidetur falsum: quia sicut peccat ille, qui adulterium esse dicit bonum, uel homicidium: ita peccat ille, qui impium dicit esse iustum. Vnde & malus dicitur ille, qui iustificat impium pro muneribus: ergo non tantum de rebus, sed etiam de hominibus habet intelligi. Respon. Dicendum, quod cum dico hominem malum, & dico malitiam: potest ergo ei attribui bonitas: aut bonitas naturæ secundum quod homo, aut bonitas moris ratione malitiæ. Primo quidem modo attribuere ei bonitatem, ueritatis est, nō detestationis propheticæ. Secundo modo meretur maledictionem: sed hoc est, non quia laudat hominem secundum quod homo, sed quia laudat eum secundum quod malus. Et hoc non est aliud, quam laudare malitiam. Cum enim dicit August. quod hoc non intelligitur de hominibus, sed de rebus: non negat, quin peccatum sit in commendando hominem malum, sed uult dicere, quod non est peccatum si cōmendetur natura, sed si cōmendetur malitia.

ART.

QVÆSTIO I.

An malum sit à bono, uti ab origine?

AD intelligentiam huius partis secundum duo, quæ Magister determinat in litera incidit hic quæstio circa duo principaliter. Primo queritur, a quo sit malum tanquam ab originali principio. Secundo in quo sit tanquam in subiecto. Circa primum tria queruntur. Primo queritur, utrum malum sit a bono uel a malo. Secundo, utrum sit a bono, ut efficiente, uel deficiente. Tertio utrum sit ab intentione, uel præter intentionem.

VTRVM malum sit a bono ut ab origine. Et quod sic uidetur. Primo auctoritate Aug. de Li. arb. sic ait. Malum est spreto incommutabili bono, rebus cōmutabilibus adherere, quæ facimus libero uoluntatis arbitrio. Si ergo lib. arb. est bonum, cum peccatum sit a li. arb. siue malum est a bono. **ITEM.** Hoc ipsum uidetur exemplo. Esto quod nihil esset nisi libera uoluntas, constat quod ipsa amaret seipsam, & posset se amare immoderate, & uitiose: sed talis amor nō est sine malitia: ergo tunc peccatum fieret, & non nisi a bono, ergo &c. **ITEM.** Ratione. Malum est uituperabile in se, & uituperabilem reddit actorem: sed nihil est uituperandum in sua actione, nisi aliquo modo possit facere bene, uel nisi habeat aptitudinem naturalem: ad hoc omne autem tale est bonum; ergo nihil potest malum facere, nisi bonum.

ITEM. Nullius dicitur facere malum nisi quia facit, quod nō debet, aut quia non facit quod debet: ergo malum cum suo actori est indebitum, eius oppositum est conueniens, & debitum: sed omne illud cui malum est indebitum, & oppositum mali conueniens, est bonum: ergo omne illud, a quo sit malum, necesse est esse bonum. **ITEM.** Si malum est ab aliquo, aut illud est bonum, aut malum. Si bonum: habeo propositum. Si malum: aut illud est ab alio, aut a seipso. Si ab alio similiter erit querere de illo: ergo si non est abire in infinitum, stare est in aliquo malo, quod sit a seipso. Sed cōtra, Omne, quod est a seipso, nullo alio indiget ut sit: & omne tale est sibi sufficiens: & omne, quod sibi sufficiens est, omnino habet perfectionem, & beatitudinem & in se, & a se, & omne tale est perfecte bonum: ergo impossibile est, quod aliquid sit malum, & non sit ab alio. Restat igitur cum sit stare, & non abire in infinitum, quod malum est a bono. **ITEM.** Si malum est ab aliquo, aut illud, a quo est malum culpæ habet usum rationis, aut non. Si non habet usum rationis: ergo nullo modo potest culpari, nec debet: hoc enim patet tam secundum legem naturalem, quam secundum legem ciuilem, quam secundum legem diuinā: habet ergo necessarium usum rationis: sed ratio, & eius usus magnum bonum est, & nobile: necesse est igitur malum a bono esse; si ab aliquo est.

CONTRA. Matth. 7. Non potest arbor bona fructus malos face-

re,

re, neq; arbor mala fructus bonos facere. Ex hac auctoritate necessario arguitur, quod bonum non potest esse causa mali: ergo si malum est ab aliquo, necesse est quod sit a malo. ITEM. Expressius in Glos. Nihil medium quin causa boni sit bona, & mali mala: non est ergo malum a bono. ITEM. Hoc uidetur per maximam dialecticorum, quæ est. Cuius causa bona, ipsum bonum: si ergo mali causa est bona, ipsum malum est bonum: si igitur hoc est falsum, manifeste patet &c. ITEM. Hoc uidetur per propositionem satis probabilem. Contrariorum contrariæ sunt causæ: si ergo causa boni est bona, & nullo modo malum causat bonum: ergo uidetur, quod nullo modo bonum causet malum, nec quod malum sit a bono. ITEM. Hoc ipsum uidetur per propositionem necessariam, & probatam. Quicquid enim est causa causæ, est causa causati: si ergo omne bonum causatur a summo bono, si malum est ab aliquo bono, malum est a summo bono: ergo summum bonum facit malum: sed nihil est perfecte bonum, quod facit malum. Si igitur malum est a summo bono, summum bonum non est summum, & hoc est impossibile: ergo &c. ITEM. Aut est ponere primum malum, aut non. Si non, est abire in infinitum in malis: si ergo hoc est impossibile: quia necesse est stare in ordine causarum, necesse est ergo ponere primum malum: sed primum bonum non est ab alio, immo causa omnium bonorum eo ipso quod primum: ergo pari ratione si est

ponere primum malum, uidetur quod illud non sit ab alio: sed causa omnium. Restat igitur, quod malum non sit a bono.

RESOLVTIO.

Obstrepas quantumlibet Manichæus, malum a bono originem habet. Siquidem potentia, a qua prouenit, de genere entis & boni est.

RESP. Ad prædictorum euidenciam intelligendum est, quod circa hoc fuit, & est hæresis impiissimi Manichæi. Errauit. n. in hoc quod posuit, quod prima causa mali est malum, non bonum: unde posuit quod cum homo possit benefacere, posuit et peccare, quod duplex est anima in homine uno. Quarum una est a Deo bono, & semper cupit bona. Altera uero a Deo malo, & semper cupit mala. Et hinc est quod in nobis est continua pugna: & omnia mala, quæ facimus oriuntur a principio malo, sicut bona a bono. Hanc hæresim pessimam ualde efficaciter improbat Aug. in Lib. de duabus animabus. Primo per ipsam peccati culpam. Secundum per eius oppositum. scilicet penitentiam. Peccatum. n. (ut ibidem dicit) est uoluntas retinendi, uel consequendi quod iustitia uetat, & unde liberum est abstinere. Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid non admittendum, uel adipiscendum. Has duas notificationes manifestat, & post ex ipsis (tanquam ex manifestis) prædictum errorem ipse destruit: immo ostendit, quomodo error se ipsum destruit, dum ponit animam malam non posse benefacere: & tamen principium peccati esse per propriam originem, & naturam, ponit quod peccando non peccet:

peccet: & ideo subiungit ibidem. Quisquis has duas definitiones uoluntatis, atque peccati ueras esse concedit; totam Manichæorum hæresim breuissimis, & paucissimis sed plane inuictissimis munusculis sine cunctatione condemnat. Postremo in fine Libri improbat per oppositum peccati. scilicet ipsam penitentiam, sic arguens. Planum est, quod penitere de culpa bonum, & iustum est; planum etiam quod est possibile homini: nam ipsi Manichæi hoc suadet. Certum est et quod eius penitere, qui fecit malum: ergo idem ipsum, quod fuit principium mali potest esse principium boni: restat igitur cum principium boni sit bonum, quod si idem est principium mali, quod potest esse principium boni, malum esse a bono. Hæc est deductio Aug. quamuis non sit series uerborum. Propter has igitur deductiones, & consimiles, quæ in obiectando adductæ sunt, reicienda est procul hæresis præfata: quia non tantum est contra fidem, uerum etiam contra rectum iudicium rationis. Dicendum est igitur sicut fides sana, & Magister in litera sanctorum auctoritatibus manifestat, quod malum a bono habet originem.

AD OBIECTORVM autem manifestationem intelligendum est, quod malum culpæ, de quo est hic sermo, quod quidem consistit circa rationalem creaturam, tripliciter potest circa ipsam consistere, & considerari. Aut quantum ad exteriorem effectum, aut quantum ad interiorem, aut quantum ad habitum. Malum. n. siue peccatum dicitur aliquando actus

exterior, aliquando habitus interior, aliquando actus interior. Unde actus furandi est malus, & uoluntas furandi in actu est mala, & habitatio, siue habitualis affectio ad furandum est mala: secundum igitur quod malum dicitur opus exterius, sic nec est primum in genere entis: nec in genere mali: quoniam actus exterior causatur ab actu interiori, & malitia actus exterioris a malitia uoluntatis interioris. Secundum autem quod malum dicitur malus habitus, si militer nec est primum in genere entis, nec in genere mali. Nam malus habitus a malo actu causatur: quia enim mala facimus, mali sumus. Secundum autem quod malum dicitur malus actus interior, sic potest esse primum in genere mali: sed non in genere entis. In genere mali potest esse primum (sicut patet in prima deordinatione uoluntatis Luciferi, ante quam nulla præcesserat malitia) nec tamen potest esse principium in genere entis. Actus enim omnis a potentia præcedit, & posterior illa est, tanquam effectus est posterior causa. Et quoniam potentia illa bona est, & de genere bonorum, patet quod malum originem habet a bono. Et concedendæ sunt rationes hoc ostendentes. AD ILLVD uerò, quod obicitur de auctoritate domini in Matth. & de Glos. Dicendum, quod tam textus, quam Glosa intelligitur de malo; secundum quod consideratur circa actum exteriorem, & hoc quidem manifestum est per ipsum Text. consequentem. AD ILLVD, quod obicitur

tur de maxima illa. Cuius causa bona &c. Dicendum quod illa maxima intelligenda est per se, siue secundum se, uidelicet si causat in quantum bona, & est bona secundum quod causat: hoc non est uerum in proposito: quia & si concedatur quod bonum sit principium mali: non tamen conceditur, quod sit principium mali; secundum quod bonum. Quo autem debeat ipsum dici origo, siue principium, patebit in sequenti problemate. AD ILLUD, quod obicitur, quod contrariorum contrariae sunt cause. Dicendum, quod ista propositio habet ueritatem secundum quod intelligitur de contrariis, quorum utrumque est aliqua natura, & in causis agentibus naturaliter, & quae sunt ad unum effectum determinate: aliter manifestum est esse falsum. Nam idem Deus (etiam secundum Manichaeos) fecit calidum, & frigidum: & eadem rationalis potentia (secundum Philosophum) est causa oppositorum: & ideo non habet locum in malis: quia malum non dicitur naturam aliquam secundum quod malum; & quia est a uoluntate secundum quod libera, quae non est determinata ad alterum contrariorum. AD ILLUD, quod obicitur, quod quicquid est causa &c. Dicendum, quod contra istam propositionem peccat locus sophisticus secundum accidens, sicut & contra illam, quae dicitur. Quando alterum de altero praedicatur, de quocumque praedicatur subiectum, & praedicatum: utraque. n. propositio habet intelligi de praedicato, & effectu: qui ita conuenit uni, quod non est extraneum alteri. Non autem sic est in

proposito. Nam & si bonum est causa mali, hoc non est secundum id quod habet a summo bono; sed ratione defectibilitatis, quam habet de nihilo. AD ILLUD, quod ultimò quaeritur, utrum sit ponere primum malum? patet responsio. Dico enim quod est ponere malum, ante quod non est aliud malum: sed ex hoc non sequitur, quod sit primum ens, immo est ibi consequens. Arguitur enim cum superlatino, qui habet in se uim distributionis ab eo, quod est in minus, ad illud quod est in plus. Unde sicut non sequitur, est primus homo; ergo est primum ens: sic nec in proposito. Non sic autem est de bono: quia bonum, & ens conuertuntur: quia ergo est ponere primum malum in genere mali, ideo non est procedere in infinitum: quia uero non est primum in genere entis, ideo non habet esse a se: sed aliunde: ita a bono.

QUESTIO II.

An malum sit a uoluntate ut efficiente, uel ut deficiente?

VERUM malum sit a bona causa, utpote a uoluntate ut efficiente, uel deficiente. Et quod sic uerum. Primo per Augustinum in Enc. ubi ait. Nemo querat causam male uoluntatis: non enim habet causam efficientem: sed deficientem. ITEM. Hoc uerum per illud, quod dicitur a Dionysio de diuino nomine. Malum est praeter causam, & naturam: sed constat, quod non uult dicere, quod malum non sit ab aliquo: uult ergo dicere, quod non est ab alio tanquam a uere causante & efficiente: ergo si aliquo modo est, restat quod sit tanquam a deficiente. ITEM. Ratione uerum; Sicut se habet

esse.

effectus ad actum efficientem, ita defectus ad ipsum deficere; sed uerus effectus non potest educi in esse, nisi a causa ut efficiente: ergo nec defectus nisi a deficiente: sed malum est defectus circa naturam, sicut dicit Augustinus. ergo &c. ITEM. Omne perfectum est a causa perfecta: ergo omne deficiens a causa deficiente: sed malum est propter defectum alicuius debitae circumstantiae: ergo malum est a causa deficiente. ITEM. Facere, & deficere opponuntur: similiter construere, & destruere opponuntur: ergo sicut construere est facere, ita destruere est deficere: sed in malum exire est aliquod bonum corrumpere: quia non dicitur malum nisi quod nocet, uel adimit aliquid de bono: igitur in malum exire est deficere. ITEM. Omnis efficacia est a primo, & summo efficiente: sed malum nullo modo est a Deo: ergo nullo modo procedit ab aliquo ut a principio effectiuo.

CONTRA. Dionysius de diuino nomine. Anima est causa mali, sicut ignis calefieri; sed ignis est causa calefieri per modum efficientis: ergo &c. ITEM. Omne illud, quod prius potest esse, quam sit, habet causam efficientem: sed malum prius potest esse, quam sit: ergo &c. Maior, & minor manifeste iunt. ITEM. Respectu illius res magis iudicat causa efficiens, respectu cuius est magis sufficiens: sed uoluntas nostra magis sufficit ad malum, quam ad bonum: ergo magis debet dici causa efficiens mali, quam boni: si ergo bonum est a uoluntate ut efficiente, malum consimiliter erit.

ITEM. Si uoluntas est causa mali secundum quod deficiens, aut defectus ille est pena, aut culpa. Si pena: ergo pena ante culpam. Si culpa: loquamur igitur de prima culpa. Aut igitur est a uoluntate secundum quod deficiens, aut non. Si sic: ergo ante primam culpam est culpa. Si non, ergo si primum malum non est a uoluntate ut deficiente, uerum quod nullum malum. ITEM. Malum primum est a uoluntate ut deficiente: aut ergo defectu naturali: aut praeternaturali. Si defectu naturali: ergo naturaliter, & semper est principium mali, cum semper habeant hunc defectum in se. Si defectu praeternaturali: aut est contractus, aut inflictus, aut uoluntarie acquisitus: nullo istorum modorum potest poni in uoluntate Luciferi, & in hominis primi: ergo &c. ITEM. Si malum est a uoluntate deficiente, hoc est aut in quantum deficit a summo bono, aut in quantum deficit a bono, quod debet habere. Si in quantum deficit a summo bono: ergo cum talis defectus est in omni creatura, in omni reperitur peccatum. Si in quantum deficit a bono, quod debet debere: sed nullus a tali bono deficit nisi prius merito alicuius culpae: ergo nullo modo prima culpa a uoluntate deficiente esse potest. Est igitur questio, quae est ratio siue dispositio circa uoluntatem, ratione cuius sit causa proxima, & immediata ipsius mali. Non enim uiddetur esse causa: quia est ens, nam hoc conuenit omni enti. Nec quia de nihilo: quia hoc conuenit tantum uoluntati bonae, quam male. Nec et quia uolens per eandem rationem

Nec

Nec quia uolēs malum, quoniā uelle malum est primum peccatū, & uelle malum est primum malum. Si ergo idem non est rō sui, uel causa, uoluntas nō dicēt causa mali: quia uolens malum.

RESOLVTIO.

Et ut efficiente, & ut deficiente: ut efficiente: quia libera; ut deficiente: quia uana, et ex nihilo creata.

RESP. Dicendum, quod absque dubio malum, siue peccatū est a uoluntate ut deficiente, sicut expresse dicit Aug. & concordat Diony. Ad cuius intelligentiam notandum est, quod cum aliquis effectus dicitur esse a causa aliqua sub dispositione, uel conditione superaddita, hoc potest intelligi dupliciter. Aut ita quod illa dispositio dicit aliquid præambulum ad illum effectū, aut quia dicit aliquid annexū, aut quia dicit eundem effectum ut informans, & denominans suū principium effectuum. Primo modo lumen dicitur esse a sole lucente: lucere enim est actus præambulus ad illuminare. Secundo modo dicitur lumen esse a sole calefaciente: color enim comitatur lumen. Tertio modo dicitur lumen esse a sole illuminante: cum enim dico solem illuminare, & lumen esse a sole, idem in fluxu dicitur, aliter tamen, & aliter importatus secundum diuersam comparationē. Per hunc modum intelligendū est in proposito, quod cum dicitur, malum est a uoluntate deficiente, hoc potest intelligi tripliciter. Propter quod notandum, quod triplex defectus reperitur circa uoluntatem, unus quidem naturalis, alius culpabilis, & tertius

pœnalis. Naturalem defectum uoco ipsam defectibilitatē, quę inest uoluntati hoc ipso, quod ex nihilo. Defectum culpabilem uoco ipsum peccatum. Defectum pœnalem illud damnum, siue nocumentum, siue læsionem, quę consequitur ad illud. De quolibet horum defectus prædictus sermo ueritatem habet. Nam malum culpæ est a uoluntate deficiente defectu naturali, ita quod ille defectus præambulus est ad culpam: nunquam enim uoluntas posset in uolendo bonum deficere, nisi uanitatem, & defectibilitatem in se haberet. Similiter malum est a uoluntate deficiente defectu pœnali: ita quod ille defectus est culpæ annexus: nunquam enim est dedecus peccati sine decore iustitię. Verum est etiam, quod malum culpę est a uoluntate deficiente defectu culpabili: non tamen alia culpa: sed eadem diuersimode comparata: eadem enim est culpa, qua deformatur uoluntas, & eius interior actio. Vnde sic conceditur malum esse a uoluntate deficiente, sicut actus a substantia agente. Cum igitur triplex sit defectus circa uoluntatem, ratione cuius malum dici potest a uoluntate deficiente, quorum unus, scilicet naturalis, est præambulus ad defectum culpæ, alter uero, id est pœnalis, est consequens, & annexus: defectus pœnalis inseparabiliter consequitur defectum culpabilem: impossibile enim est esse dedecus peccati (sicut dicit Aug.) sine decore uindictę. Defectus autem culpabilis non sequitur necessario, nec inseparabiliter

ad

ad naturalē defectum. Vnde non necessario sequitur, si alicubi sit defectus naturalis, quod ibi sit culpa: uoluntas enim non hoc ipso peccat, quia ex nihilo: sed hoc ipso, quod est ex nihilo, potest deficere hoc ipso, quod uoluntas est potestas potens seruare rectitudinem iustitię: hoc ipso uero, quod uoluntas, est ex nihilo, potens est quantum est de se, illam deserere, & ita defectus ille circa uoluntatem reddit eam ad peccandum possibilē. Si autem tu quæras, quid faciat ipsam uoluntatem exire in peccatum, & quæ sit dispositio ipsius immediata respectu culpæ. Dicendum, quod nulla superadditur dispositio: sed ipsa uoluntas, quæ est domina sui actus, & libera, potest seipsam conuertere ad illud, ad quod uult, & sicut uult: & si in debite se conuertat, tunc peccat; nulla superinducta noua dispositione a parte uoluntatis, quæ sit præambula ad ipsam culpā. Vnde sicut ille, qui stat rectus, posset statim (si uellet) sine noua dispositione adueniente dimittere se cadere: sic uoluntas recta consistens, & in ordine ad ultimum finem, potest illum exire: & exitus ille peccatum est.

Ex dictis igitur patet, qualiter malum est a uoluntate deficiente: & ex his manifesta est ratio ad omnia, quę in contrarium obiecta sunt. AD ILLVD, quod obiicitur primo, quod anima est causa mali, sicut ignis calefacit. Dicendum, quod non est similitudo quantum ad modum causandi spiritualē, sed generalem. In generali enim modo causandi est conuenientia, quia utriusque se habet in ratione causę efficiētis: sed in speciali est diuisa, quia ignis est causa per

San. Bon. Lib. 3.

modum naturę, & necessitatis: anima uero per modum libertatis. Ille per modum positionis, & uere efficientis: ista per modum priuationis, & deficientis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod malum præ prius esse, quā sit, &c. Dicendum, quod malum eo modo quo habet esse, eo modo habet & fieri: & quoniam malum priuatio est, & defectus (sicut patebit inferius) hinc est, quod sicut malum esse non est aliquid uere esse: sic nec malum effici est uere ab aliquo fieri, ut efficiente, sed ut deficiente. AD ILLVD, quod obiicitur, quod anima magis præ in malum. Dicendum, quod sufficientia in deficiendo non est sufficientia simpliciter, sed secundum, quod sufficientia, & simpliciter insufficientia: & ideo ex tali sufficientia inferre uerā sufficientiam est paralogismus secundum quid, & simpliciter. Prima enim propositio intelligitur de sufficientia simpliciter, sicut patet inspicienti. AD ILLVD, quod obiicitur, quæritur utrum ille defectus sit culpa, uel pœna: & utrum sit naturalis, uel præter naturalis: & iterum respectu cuius: siam patet responsio. Omnibus enim his modis (ut dictum est) potest accipi. Prout autem accipitur pro defectu naturali, qui inest creaturę, & ex hoc quod de nihilo, non notatur ibi conditio defectus tanquam causa proxima, & immediata ipsius peccati, ut prius dictum est. Prout autem accipitur pro culpa, non notatur, quod antecedit, sed quod uoluntatē de nouo. Nunquam enim est deformis actus a uoluntate, quin uoluntas deformatur. Prout accipitur pro pœna, non notatur præcedere, sed comitari. Et pro hoc illa tria patet, et alia, quę quærunt consequenter.

XXX

QVAE

An malum à bono sit secundum intentionē, uel præter intentionē.

VTRVM malum sit a bono secundum intentionem, uel præter. Et quod præter intentionem uidetur. Primo per Dionysium in 4. cap. de diuino. Malum est præter intentionem, naturam, & causam: si præter intentionem, habeo propositum. **ITEM.** Dio. Nemo operatur ad malum aspiciens, sed qui operatur aliquid per intentionem ad illud aspicit, quod intendit: nam intentio est quidam mentis intuitus: si ergo nullus operas, ad malum aspicit, uidetur quod nullus malum intendit. **ITEM.** Malum dicit deordinationem ad finem; sed intentio dicit uoluntatem ad finem directam: ergo malum non cadit sub intentione: ergo &c. **ITEM.** Omne malum, quod est in natura, est præter intentionem naturæ: ergo pari ratione omne malum, quod est in moribus, est præter intentionem uoluntatis rationalis. **ITEM.** Bonum, & finis idem sunt: sed intentio est respectu finis: ergo respectu boni: ergo non uidetur, quod sit respectu mali: ergo nullo modo malum ab operante per uoluntatem intenditur: redit ergo idem, quod prius.

SED CONTRA. Voluntas rationalis est agens per intentionem, & deliberationem: ergo si omne malum culpæ actualis est uoluntarium, omne est per intentionem factum. **ITEM.** Nullus peccat nisi habens usum rationis: & omnis talis est operans per intentionem. ergo peccatum, ut peccatum est, habet esse per intentionem. **ITEM.** Quod sit ab agente

uoluntario præter intentionem, sit a casu, & fortuna: sed malum culpæ non est a casu, & fortuna: ergo non est ab agente præter intentionem. **ITEM.** Nullus iudicatur malus a facto, sed ab intentione: hæc enim est quæ nomen imponit operi: sed ab eo res proprie, & principaliter procedit, a quo recipit complementum, & denominationem: ergo &c. **ITEM.** Qui peccat ex malitia, peccat ex certa scientia, & nullus agens aliquid ex certa scientia, & malitia, agit illud præter intentionem: ergo si contingit sic malum facere, utpote cum peccatur in spiritum sanctum, uidetur &c.

RESOLVTIO.

Vtroque modo: sed semper sub ratione & specie boni.

RESP. Dicendum, quod de malo est loqui dupliciter, aut de eo quod est malum, aut de malo sub ratione mali. Cum ergo quaeritur, utrum fiat per intentionem, uel præter. Dicendum, quod si in tentione comparetur ad id, quod est malum, sic bene contingit malum intendere, & tanquam finem, & tanquam id quod est ad finem: sicut aliquis intendit finaliter luxuriari, uel uanegloriari tanquam id quod est ad finem: sicut facere furtum intendit, ut inde possit uere uoluptuose, & intendit metiri, ut possit falso laudari. Si uero intentio comparetur ad malum sub ratione mali potest esse dupliciter: aut ita, quod intendat hoc facere tanquam malum simpliciter, & malum sibi: & hoc modo nullus intendit, quia nihil appetitur a uoluntate, nisi sub ratione boni simpliciter, uel boni sibi. Aut ita, quod intendat hoc tanquam

An quidquam ita malum in summo sit, ut nihil omnino habeat boni?



CONSEQUENTER quaeritur de secundo principali. scilicet de malo in comparatione ad illud, in quo est. Et circa hoc quaeruntur tria. Primum est, utrum contingat reperire malum sequestratum ab omni bono. Secundum est, utrum malum habeat esse in bono sibi opposito. Tertio quaeritur, utrum malum sit in eo, in quo est tanquam aliquis habitus uel pura priuatio.

VTRVM aliquod malum sit ab omni bono sequestratum, & hoc est quaerere, Vtrum aliquid sit ita malum, quod nihil habeat de bono, sed sit malum in summo. Et quod sic, uidetur. In his, quæ per se dicuntur sicut simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, & maxime ad maxime per considerationem Philosophi: sed hæc est uera per se, Bono opponitur malum: ergo magis bono magis malum & maxime bono maxime malum: si ergo contingit reperire summe bonum, ergo & summe malum. Nam si unum oppositorum ponitur in natura, per consequens ponitur & reliquum. **ITEM.** Magis, & minus dicitur per accessum ad terminum: ergo ubi est reperire magis, & minus, contingit reperire summum: sed in malo contingit reperire magis, & minus: ergo &c. **ITEM.** Aut est status in malis, aut non: constat, quod necesse est statum ponere, nam ille ponitur in omni eo,

quod actu est, sed status non est
 citra summum, ergo necesse est
 ponere summe malum; sed hoc
 est, quod nihil habet de bono; er-
 go &c. ITEM. Omne per accidens
 reducitur ad per se; ergo si est po-
 nere malum per accidens, est po-
 nere malum per se; sed illud per
 se inest alicui, quod habet ortum
 ex proprijs principijs illius; si er-
 go aliquid est malum per se, ut quod
 eius principia sint mala; & si prin-
 cipia eius sunt mala, totum est ma-
 lum; & si totum est malum, nihil est
 ibi de bono; ergo a primo si est
 ponere malum per accidens, est po-
 nere aliquid, quod sit simpliciter,
 & totaliter malum; constat autem, quod
 primum est ponere; ergo & alterum.
 ITEM. Omne dictum per participatio-
 nem reducibile est ad dictum per essen-
 tiam; cum ergo dicitur aliquid esse malum,
 aut dicitur per participationem, aut per es-
 sentiam. Si per essentiam; sed bonum per
 essentiam est summe bonum, ita quod ni-
 hil habet de malo, ergo similiter
 erit aliquid ita malum, quod nihil habe-
 bit de bono. Si dicitur per participatio-
 nem, & oportet tale reducitur ad dictum
 per essentiam; ergo redit necessario,
 quod aliquid sit malum essentialiter; &
 ita idem quod prius. ITEM. In quoli-
 bet genere est reperire unum primum,
 quo mesurantur omnia, quae sunt illius
 generis. Hoc planum est, & patet per
 Philosophum, qui hanc ponit in
 10. primae philosophiae. Hoc est
 patet inducendo; ergo in genere ma-
 lorum est reperire aliquid unum,
 quod sit mensura omnium malorum;
 sed illud non potest esse nisi summum
 inter omnia mala; ergo &c.

Contra. Si est ponere summum ma-
 lum, quod nihil habeat de bono, & es-
 se aliquid bonum, est tunc est ponere
 summe malum esse, & tamen non habet

esse; sed haec sunt duo impossibi-
 lia; ergo &c. ITEM. Omnis poten-
 tia (ut dicit Philosophus) est de
 genere bonorum; ergo si aliquid est
 summe malum, illud omnino nihil
 potest: sed summum in omni genere plus
 potest, quam illud quod est citra sum-
 mum: si ergo illud, quod non est sum-
 me malum aliquid potest, illud, quod
 est summe malum multa potest: ergo
 eo ipso, quod est summum, multa potest,
 & nihil potest: sed haec duo sunt in-
 compossibilia; ergo &c. ITEM. Om-
 nis scientia est de genere bonorum, non
 tamen scientia boni, verum est scientia
 mali: Scire enim malum bonum
 est: Si ergo aliquid est summe ma-
 lum, caret noticia boni, & mali: er-
 go nec scit facere aliquid malum,
 nec ledere: sed hoc ipso, quod malum
 est scit ledere bonum: ergo hoc ip-
 so, quod summe malum est, scit, & ne-
 scit bona, & mala: sed ista sunt in-
 compossibilia; ergo &c. ITEM. Si
 aliquid est summe malum, est ma-
 lum per essentiam, & necessario:
 sed si malum est per essentiam, &
 naturam, naturale est ei facere ma-
 lum: sed unumquodque dum facit,
 quod est sibi naturale bene facit: &
 quod bene facit est bonum: ergo si
 aliquid est summe malum, ipsum
 est bonum, & dum male facit, bene
 facit: sed hoc est impossibile: ergo
 &c. ITEM. Si aliquid est summe ma-
 lum, illud est utilissimum: quanto
 enim aliquid magis malum est, tan-
 to utilius est: & si utilissimum est in-
 ter mala, ergo inter illa est infim-
 um: sed quod est infimum inter ma-
 la, non est summum caput malorum:
 ergo, quod est summe malum, non est
 summe malum. Si dicas, quod non se-
 quitur, est utilissimum, ergo non est
 summe malum: quia hoc est esse
 summe malum, quod infimum est re-
 spectu

spectu bonorum. Obiicitur, quia
 si aliquid ponitur summe malum,
 non debet poni super alia, sed in-
 fra, secundum rectum ordinem: ergo
 non est Deus tenebrarum, sed ser-
 uus, quod est contra errorem istum.
 ITEM. Si est summe malum; ergo
 illud erit ita opus in malo, sicut
 summe bonum in bono: ergo omne
 illud erit ita opus in malo, sicut
 summe bonum in bono: ergo omne
 malum subiacet eius potentiae: sed
 cuiuscunque boni corruptio est
 malum: ergo cuiuscunque boni cor-
 ruptio subiacet potentiae summi
 mali: ergo si summe malum est, potest
 corrumpere omne bonum: sed bo-
 num, quod potest corrumpi, non est sum-
 mum: ergo si est ponere summe
 malum, nihil est summe bonum: & si
 non est summe bonum, nihil est bo-
 num: ergo a primo ad ultimum, si
 est ponere summe malum, nihil est
 bonum. Quod si hoc est omnino fal-
 sum, & impium: patet &c.

RESOLUTIO.

*Tametsi inter actus malos sit, qui
 summe malus dicatur: nihilomi-
 nus malum ab omni bono prorsus
 alienum, dari non potest: cum unum-
 quodque tale in bono fundetur.*

RESP. Dicendum, quod ponere
 malum aliquid esse, quod nihil ha-
 beat de bono, non solum est per-
 ueritatis haereticæ, sed etiam ma-
 nifestæ cæcitatæ, & stultitiæ. Si-
 cut enim in opponendo monstratum
 est; ipsa positio implicat in se op-
 posita. Implicat enim, quod illud scili-
 cet summe malum sit, & non sit: quod
 idem possit, & non possit: & quod idem
 sciat, & nesciat. Et dum implicat
 in se opposita, destruit seipsam.
 Nam in ponendo summe malum
 esse, quod nihil de bono habeat, po-
 nit, quod illud non sit summum: cum

ponat, quod nullum bonum habeat;
 ponit etiam, quod non sit malum: po-
 nit etiam, quod nullum bonum habeat
 oppositum: & haec omnia in op-
 ponendo monstrata sunt: quæ ma-
 nifeste conuincunt errorem istum
 esse fatuum, & cecum: & auctorem,
 siue inuentorem suum ostendunt
 fuisse excæcatum, & impium. Nun-
 quam enim in tantam tenebrosi-
 tatem intrusus esset impius Ma-
 nichæus, nisi fuisset longe ante
 seruus Dei tenebrarum, qui excæ-
 cavit mentem eius, ut non fulge-
 ret in eo illuminatio ueritatis,
 quæ super omnem irradiat intelle-
 ctum: & usque hodie uiget hic er-
 ror pessimus, quamuis sit irratio-
 nabilissimus. Et huius ratio est
 potissima ipsa mater cæcitatæ su-
 perbia, quæ regnat in quibusdam
 laicis quantum ad ea, quæ sunt si-
 dei, & morum. Cum enim sint idio-
 tæ, præsumunt sacram scripturam
 exponere, quæ est profundissima
 omnium scripturarum: cum iterum ha-
 beant quandam honestatem exte-
 riorem, contemnunt uitam omnium
 aliorum: & merito huius duplicis
 superbiæ excæcantur, ut incident
 in errorem istum pessimum, per quod
 excæcant a deo, ut nesciant discer-
 nere, quid bonum est, aut quid ma-
 lum, dum multa genera bonorum po-
 nunt esse a Deo malo, quos Isa. p.
 monstrat. 5. c. Væ quod dicitis malum
 bonum, & bonum malum, ponentes tene-
 bras lucem, & lucem tenebras: & per
 nimiam excæcationem, in qua sunt,
 amisso lux rationis usu, nullam habent
 in eis idem efficaciam argumenta ad per-
 suadendum, nec tormenta ad re-
 trahendum, nec orationum suffra-
 gia ad releuandum, nisi hoc fiat de-
 gratia specialissima. Hanc positio-
 nem hæreticam: imo stultissimam, &

blasphemam repudiando, dicamus sicut dicit fides catholica, & ratio recta, nihil esse ita malum, quin habeat aliquid de bono.

Ad intelligentiam autem obiectorum notandum, quod summum in aliquo genere dupliciter potest dici. Vno modo dicitur summum, quo nihil potest esse maius: & hoc modo non contingit reperire, neque ponere aliquid summe malum: nihil enim est adeo malum, quin posset esse peius, pro eo quod aliquid haberet de bono, quo posset magis priuari: & ita adhuc peius esset, Et pro tanto dicit Dio. quod malum est infinitum. Alio modo dicitur summum, quo nihil est maius secundum actum, sed ipsum excedit inter omnia alia: & sic contingit reperire summum in malis. Nam Lucifer, qui est rex super omnes filios superbiam, pessimus est super omnes. His uisis facile est respondere ad obiecta.

Ad illud, quod primo obiicitur de oppositione mali. Dicendum, quod consideratio intelligitur ita, quod terminus eodem modo accipitur, cum dicitur simpliciter, & cum dicitur cum excessu: non sic autem est in proposito. Nam cum dicitur, quod bonum opponitur malo, accipitur hic bonum per participationem: cum uero infertur de summo bono, accipitur ibi bonum pro bono per essentiam, quod solum est summe bonum, & illi nihil opponitur. Ad illud, quod obiicitur, quod magis, & minus accipitur secundum maiorem, & minorem accessum ad terminum. Dicendum, quod uerum est in his, quae dicunt positionem: non autem ue-

rum est in his quae dicunt priuationem: imo accipiuntur per recessum. Vnde magis malum dicitur, quod magis recedit a bono: & quia nunquam tantum recedit, quam adhuc magis possit, hinc est, quod nunquam est ibi ponere summum. Ad illud, quod obiicitur de statu. Dicendum, quod status est secundum actum: sed non oportet quod sit status secundum potentiam, ut non possit esse ultra progressus. Nam & si in rebus creatis non contingat inuenire actum infinitum: contingit tamen reperire infinitum in potentia, sicut patet in numero per appositionem, & in continuo per diuisionem. Et sic in proposito intelligendum: & hoc infra manifestabitur, cum ageretur de corruptione mali. Ad illud, quod obiicitur, quod per accidens reducitur ad per se, & similiter dictum per participationem, reducitur ad dictum per essentiam, & similiter quod in quolibet genere est reperire unum primum, & c. Dicendum, quod hoc locum habet in his, quae dicunt positionem, & naturam, quae possit causari ex principijs subiecti, & quae possit essentialiter dici, & secundum quam possint alia mensurari secundum eius participationem maiorem, & minorem. Malum autem priuationem dicit in quantum malum: & ideo illae tres rationes non habent hic locum. Et hoc fuit, quod decepit Manicheum, ut dicit Augustinus: quia nesciuit, quid esset malum: & quia uoluit de malo disputare, nesciens quid hoc esset: ideo se, & multos praecipitauit in errorem. Superbia enim sua fecit ipsum ignorare mo-

*Distim
media-
re seq.*

re modum addiscendi. In omnium enim inquisitione prius oportet intelligere, quid est, quod per nomen dicitur: & hoc tanquam praecognitionem afferre secum ad rei proprietates posterius cognoscendas.

QVAESTIO II.

An malum sit in bono sibi opposito?

Verum malum, siue malitia sit in bono sibi opposito. Et quod sic uidetur. August. in Enchirid. Cum mala, & bona nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt, sed mala omnino, sine bonis, & nisi in bonis, esse non possunt. Hic expresse habetur, quod mala sunt in bonis sibi oppositis. Item. August. in his contrariis, quae bona, & mala uocantur, deficit regula dialecticorum, qua dicunt nulli rei simul inesse contraria: sed constat, quod non deficeret, nisi mala essent in bonis sibi oppositis; ergo & c. Item. Malum dicitur, quod corrumpit: sed non corrumpit nisi illud, in quo est: & ei bono opponitur, quod corrumpit: ergo uidetur, quod malum sit in bono sibi opposito. Item. Seruitus opponitur libertati: sed peccatum, quod facit hominem seruum, proprie inest homini secundum uoluntatem per liberi arbitrij libertatem: ergo uidetur, quod malum substantiari habeat in bono sibi opposito.

Cap. 4. Diui. no. Malum non est existens, neque in existentibus: sed omne bonum est de genere existentium: ergo malum non est in bono: ergo nec in bono sibi opposito. Item. Virtus, & uicium sunt opposita: & tantum unum uni opponitur: ergo si uicium non est in uirtute: ergo nec est in bono sibi op-

positum, nec est cum illo. Item. Regula Dialecticorum est uera, & necessaria: ergo non fallit in aliqua materia: nam si falleret in una sola materia, repudianda esset tanquam falsa: si igitur ars dicit, quod unum oppositum non est in altero circa idem, & bonum malo opponitur: ergo malum non est in bono sibi opposito. Item. Si malum potest esse in bono sibi opposito: ergo ab ipso non expellitur: & si non expellitur a suo opposito, uidetur quod non expellatur ab aliquo: & si a nullo expellitur, semper manet: ergo si aliquis semel est malus, semper est malus. Quod si hoc est falsum, restat quod & primum.

RESOLVTIO.

Utique, in bono, quodammodo sibi opposito: sed non in formaliter, & directe contrario.

RESP. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod bonum in creatura dicitur per ordinationem ad finem. Vnde bonum dicitur, quod est ordinatum in finem. Ordinatio autem tria respicit, aut ipsum ordinabile, aut illud secundum quod est ordinabile, aut illud per quod ordinatur. Et secundum hoc triplex reperitur in nobis bonum. scilicet bonum quod est ordinabile, & hoc est naturale: & bonum, per quod ordinatur; & hoc est uirtus, uel gratia: & bonum secundum quod natura ordinabilis est gratia; & hoc estabilitas media. Intelligendum est ergo, quod malum culpe ei bono, quod est ipsa natura, uel substantia, non opponitur, quia ipsam substantiam non corrumpit (ut dicit Dionysius.) Nihil existentium corrumpit in eo, quod est essentia, uel natura. Ei autem bono, quod est uirtus, & gratia simpliciter, & directe opponitur. Vnde mutuo se expellunt,

& simul esse non possunt. Ei autē bono, quod est habitus media, quodammodo opponitur, & quodammodo non. Nā illa habitus media habet cōparari ad naturā cuius est, & ad gratiā ad quā est. Et secūndum, q̄ cōparatur ad naturā cuius est, sic nō habet oppositionē ad malum: qm̄ habitus illa, ut erat talis naturæ, indifferens erat ad bonum, & ad malum: & sic est subiectum mali. Vt autē comparatur ad gratiam, siue uirtutem, uel ēt ad finē, ad quē est, sic habet oppositionē ad malum. Nā malum tollit rectam ordinationē ad illud, ad quod est, & reddit minus, & minus habilem. Qm̄ igitur malum culpæ primo, & principaliter circa habitatē consistit: & habitus potentia opponitur ipsi malo, cum malum reddat ipsam potentiam inhabilem, hinc est, q̄ Aug. dicit, q̄ malum habet esse in bono sibi opposito: & q̄ in huiusmodi oppositis regula dialecticorum deficit, hoc est dicere, q̄ ad talia opposita non se extendit. Vnde ex hoc non sequitur, q̄ regula dialecticorum falsificetur. Sed qm̄ mos est Philosophi, positis considerationibus, instantias subinferre, non quæ falsificēt ipsas, sed quæ intellectum considerationum rectificent, & manifestent: sic beatus Aug. tanquam uir prudens ingenio in hac instantia manifestat illā maximā dialecticorum in his oppositis tenere, quæ opponuntur oppositione formali, sicut opponitur uirtus & uitium, gratia & culpa. In his autem oppositis, quæ non opponuntur ratione eius, q̄ sunt, sed ratione eius ad quod sunt, nō est intelligenda illa regula: nam illa

simul possunt stare: sicut stat gratia cum concupiscentia. Et iterum unum potest esse in altero, sicut culpa in habitate.

Ex his, quæ sunt dicta manifesta est responsio ad quæstionem propositā. Dico. n. q̄ malum substantificatur in bono, & non solum in bono, sed ēt in bono quodammodo sibi opposito, sicut ostēdunt rationes, quæ ad primā partem inducuntur. In bono at, quod directe, & formaliter opponitur, sibi substantificari non habet, sicut duæ ultimæ rationes, quæ ad secundam partem inducuntur, ostendunt.

AD ILLVD, quod obiicitur, de uerbo Dionysij, q̄ malum nō est in existentibus, &c. Dicendum, q̄ ipse loquitur per se, q̄ scilicet non est in existentibus secundum q̄ existentia, sed potius secundum q̄ deficientia, cum sit priuatio & defectus, ut iam patebit melius.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod tantum unum uni opponitur. Dicendum, quod illud intelligendum est de uno genere oppositionis, & intelligendo secundum idem, & per se, loquendo. Habitus autem potentia non opponitur ipsi uitio nisi ratione uirtutis: uirtus enim directe opponitur uitio: & quia naturalis habitus quodammodo inclinatur ad uirtutem, hinc est quod uitio opponitur quodammodo, licet non oīno ut uirtus: & sic patet totum.

QVAESTIO. IIII.

An malum in bono sit ut habitus & potentia aliqua, uel sit pura priuatio?

VERVM malum sit in bono tanquam aliquis habitus & potentia aliqua: & an sit pura priuatio,

40. Et q̄ non sit ibi tanquam habitus, & potentia aliqua, sed ut pura priuatio, uideat. Primo p̄ illud Ioā. 1. Sine ipso factum est nihil. gl. Nihil. i. p̄t̄m: ergo p̄t̄m nihil est. ITEM. Aug. Malum non est natura aliqua, sed defectus circa naturā mali nomē accepit: ergo malū nō est aliqua potētia, sed defectus, & priuatio. ITEM. Ansel. de conce. virg. c. 5. In iustitia oīno nihil est, sicut cæcitas. Non. n. aliud est cæcitas, q̄ uisus priuatio, uel absentia, ubi dēt esse. q̄ non magis est qd̄ in oculo ubi debet esse, q̄ in ligno ubi non debet esse. ITEM. Hoc ipsum v̄ rōne. Bonū, & ens conuertunt; ergo de quocunque, predicat̄ ens, predicatur & bonū. Si igitur peccatum, uel malitia esset ens, malitia scdm̄ quod huiusmodi haberet aliquid de bonitate: si ergo non hēt aliquid de bonitate, non habet igitur aliquid de entitate. ITEM. Oē ens a summo ente p̄cedit, nec est aliqua essentia, quæ non sit in Dei potētia, ut illā producat: sed Deus non potest peccare, nec facere culpam: ergo peccatū in quantum hōi non habet aliquid de entitate: ergo nihil est & priuatio pura. ITEM. Oē, qd̄ est ens, habet aliquā formam: omne. n. quod habet aliquā formam, habet pulchritudinem: sed peccatum non habet pulchritudinem, cum sit deformitas animæ: ergo nihil habet de entitate: ergo puram dicit priuationem.

SED CONTRA. Aug. peccatū est factum, uel dictū uel concupitum contra legē Dei, sed oē dictū, uel factū est aliquid: ergo peccatū, siue malū est aliquid, nō ergo priuatio pura. ITEM. Virtus, & uitium sunt contraria: sed contraria sunt

in eodē ḡne: & quæcūque sunt sub eodē ḡne, utrunq; eorū est aliquid, & non priuatio pura: ergo uitium aliquid est: igitur malū, siue peccatum non est oīno nihil. ITEM. Siue accipiatur cōcretiue, uel abstractiue, uerū est dicere, qd̄ peccatū est in aliquo, & omne qd̄ est in aliquo, est ens, sicut omne qd̄ legit est legens, & oē quod amat est amans, & oē quod est ens est aliquid, & non est priuatio pura: ergo peccatū, siue malum (siue accipiatur cōcrete, siue abstracte) nō est oīno nihil. ITEM. Nihil qd̄ est pura priuatio intēditur, & remittitur: sed malū, uel peccatum intēditur, & remittitur, quia unū peccatum est maius alio, & una malitia est maior altera: ergo peccatum, siue malitia non est priuatio pura. ITEM. Oē ordinatū præsupponit esse: sed malū culpæ (secundum qd̄ malū) ordinatur ad malum pœnæ: si igitur secundum qd̄ malum est, ordinatur ad pœnam, v̄ quod secundum qd̄ malū habeat aliquid esse. ITEM. Aut peccatum est aliquid secundum quod peccatum, aut nihil. Si aliquid, habeo propositum, si nihil, & Deus punit hominem pro peccato: ergo Deus punit hominē pro nihilo: sed q̄ punit alium pro nihilo, iniuste punit; ergo si Deus punit hominē pro culpa, v̄ quod iniuste faciat in puniendo.

RESOLVTIO.

Malum concretiuē sumptum, aliquid est: abstractiuē autē nihil.

RESP. Dicendum, quod malum, siue peccatū dupliciter potest accipi. Vno modo abstractiue. Alio modo cōcretiue. Secundum aut quod malum d̄ cōcretiue, sic concernit illud, q̄ deformat, uel aliquā actionem,

actionem, uel aliquam substantiā: & sic dicitur malum res mala, ut pote actio mala, uel anima mala. Et hoc modo malum aliquid est, & habet esse naturæ. Si autem aliquando dicatur ipsa res mala, siue peccator nihil esse, hoc dicitur quantum ad bene esse, quod quidem est esse ordinatum. Vnde cum dicuntur homines nihil fieri cum peccant, hoc non dicitur, quia omni esse priuentur, sed quia priuantur esse ordinato: quod quidem est esse completum, & de quo dicit Boetius, quod esse est, quod ordinem retinet, seruatque naturam. Contingit iterum loqui de eo malo, siue de peccato abstracte: & hoc modo malum, siue peccatum in recto, siue prædicatione formali non est aliquid, sed nihil, quia non est ens, nec bonum, sed priuatio boni. Quamuis autem malitia, uel peccatum nihil sit in recto, in obliquo tamen alicuius est, & alicuius ut oppositi, & alicuius ut subiecti. Alicuius ut oppositi utpote boni: malum enim est priuatio boni: & quia sic est priuatio boni, ut tamen non sit omnimoda boni ad nihilatio, sic priuat bonum, quod relinquit bonum: unde sic priuat bonum gratiæ, quod relinquit bonum naturæ: sic priuat actum, ut relinquat aptitudinem: sic priuat bonum quantum ad effectum, ut tamen in subiecto relinquat debitum: & ideo malum abstractiue sumptum (formaliter loquendo) priuatio est: & ideo nihil est. Est et alicuius entis ut subiecti, quia est in aliquo ente. Non enim est omnimoda priuatio siue adnihilatio

Libr. 4.
de Con-
sol. pro
sa 2.

tio. Et quia secundum hanc uiam rationes, & auctoritates ad primam partem inductæ ostendunt malum, siue peccatum nihil esse: ideo concedendæ sunt.

AD ILLUD, quod primo obiicitur in contrarium, quod peccatum est dictum, uel factum &c. Dicendum, quod ibi accipitur peccatum, siue malum concretive: prout conuenit actionem substratam: & hoc modo aliquid est: sed hoc non repugnat, sed consonat eis, quæ dicta sunt. AD ILLUD, quod obiicitur, quod uirtus, & uitium sunt contraria, Dicendum, quod uirtus secundum quod contrariatur uirtuti, utpote luxuria castitati, non tantum dicit priuationem, sed etiam dicit aliquem habitum substratum, quo aliquis redditur facilis ad perpetrandum illud peccati genus: & hoc modo accipiendo uirtus, uirtus non omnino nihil est. Alio modo accipiendo uirtus, pro ut est priuatio boni tantum, sic non contrariatur uirtuti secundum rem, imo opponitur sicut priuatio, & habitus. Si autem dicatur alicubi hoc modo uirtus contrariari uirtuti, accipitur largo modo contrarium, pro qualibet oppositione, & repugnantia. Vel hoc dicitur, quia & si secundum ueritatem uirtus opponatur uirtuti ut priuatio: habent tamen uirtus, & uirtus quodammodo legem contrariorum, in hoc quod mutuo se expellunt, & ab uno fit regressus ad alterum, in qua conditione opposita ut priuatio & habitus; ab his, quæ opponuntur sicut contraria, distinguuntur. Et pro tanto dicit Augustinus in Enchiridion. quod in hoc fallit regula dialecticorum, uocans bonum,

bonum, & malum contraria: & hoc ex causa prædicta. Nihilominus tamen dicendum, quod malum est in eodem genere cum bono: sed hoc non est proprie, & secundum rectam ordinationem, sed hoc est per quendam reductionem: & ex hoc non sequitur, quod malum sit aliquid. Nam priuationes ad idem genus cum suis habitibus reducuntur: & tamen ipsæ formaliter loquendo nihil sunt. AD ILLUD, quod obiicitur, quod malum est in aliquo, ergo est. Dicendum, quod illud non sequitur: nam (sicut dicit Philosophus) quædam sunt entia, & quædam sunt entium: & quauis priuationes possunt dici entium, non tamen dicuntur entia. Cum autem dico malitiam esse, in alio, dico eam esse entis: sed cum dico malitiam esse ens, attribuo ei entitatem in se: & primum esse est esse secundum quid, secundum esse est esse simpliciter; & id est ibi simplicissima secundum quid & simpliciter. Si autem queratur de hac. Malitia est, utrum sit concedenda, uel non. Dicendum, quod hoc uerbum, Est (sicut uult Philosophus) dupliciter potest prædicari. Aliquando prædicatur ut compositio media inter duo extrema, & sic dicitur tertium a diacens, ut cum dicitur homo est albus. Aliquando uero sic prædicatur, ut res importata per ipsum sit attributum, siue alterum extremum. Quando ergo sic dicitur, Malitia est: si hoc uerbum Est accipitur ut prædicatum, sicut accipiuntur, alia uerba, ut legit, & huiusmodi, tunc locutio est falsa. Est enim sensus. Malitia est, id est malitia est ens, id est essentia ali-

qua: hoc enim uerbum, Est, significat essentiam, uel substantiam unius cuiusque. Alio modo potest intelligi prædicari, uel accipi in huiusmodi locutione. sicut copula, & est oratio quodammodo defectiua; & tunc est sensus; Malitia est, id est malitia alicui inest, ita quod ipsa malitia potius intelligitur ut alteri inhærens, quam alteri substantans, sicut cum dicitur malum, & intelligitur aliquid esse malum. Et hoc modo accipiendo non ualeat, Malitia est; ergo est ens. AD ILLUD, quod obiicitur, quod pura priuatio non intenditur, nec remittitur. Dicendum, quod si dicitur pura priuatio, hoc est priuatio nihil ponens nec in recto, nec in obliquo, hoc modo uerum est dicere, quod non recipit magis, & minus, sicut chimæra nihil est, & hircoceruus nihil est; nec est unum magis nihil, quam reliquum. Alio modo pura priuatio dicitur, quia nihil ponit in recto; ponit tamen in obliquo; & hoc modo malitia priuatio posset dici, sed de hac non est uerum, quod non recipiat magis, & minus. Potest enim magis, & minus recipere; ratione eius entis quod respicit, quasi in obliquo. Vnde dicitur maior priuatio, in qua est maior boni corruptio, & in qua minus de bono relinquitur; minor uero, in qua minus de bono corrumpitur, & plus relinquitur. Et sic patet, quod ex hoc non sequitur, quod peccatum (abstractiue) loquendo sit aliqua positio. AD ILLUD, quod obiicitur, quod esse ordinatum præsupponit esse. Dicendum, quod uerum est, quod in his, quæ per se ordinantur, ordinatum præsupponit esse; in his

his autem, quæ ordinantur per accidens, non præsupponit esse in se, sed ratione illius, in quo, uel per quod ordinatur. Et hoc modo malum dicitur ordinari: nõ quia sit in se ordinatum, cum sit priuatio modi, speciei, & ordinis: sed quia ordinabilitatem habet in pœna ratione ipsius punibilis: hoc autem melius determinatum est in Li. 4. Dist. 46. AD IL-
LVD, quod obicitur, quod si peccatum nihil est, quod Deus punit hominem pro nihilo. Dicendum, quod (sicut præctum est) & si peccatum nihil sit in recto: nihilominus tñ in obliquo est alicuius entis, ut oppositi, & alicuius ut subiecti; circa quod relinquit debitum respectu boni priuati. Dico igitur,

Dis. 44
art. 1.
¶. 1.

tur, quod peccatum est meritum pœnæ, non solum ratione priuationis, sed etiam ratione debiti relictæ, & boni priuati: unde non est homo dignus puniri solum quia bono caret, sed quia caret, & debet habere. Et licet carentia illa nihil sit, debitum tamen habendi aliquid est: & ideo ex hoc non sequitur, quod Deus puniat hominem pro nihilo, quamuis peccatum nihil sit. Hoc autem aper- tum est, si quis consideret in sensibili exemplo, scilicet cum Rex in carcerat seruum, quia non reddit tributum: uel cum aliquis creditor incarcerat aliquem, quia non soluit sibi pecuniam mutuam: priuatio enim non per se, sed cum debito est in causa.

DISTINCTIO XXXV.

De peccato actuali, secundum eius quidditatem, & definitionem.



Li. con-
tra Fau-
stism
Ma-
nich.
22. ca.
27. 10.
6.
Ca. 11.
10. 6. et
retr. li.
1. c. 15.
Cap. 8.
10. 4.

Posthæc uidendum est, quid sit peccatum. Peccatum est, ut ait, Augu. omne dictum, uel factum, uel concupitum, quod sit contra legem Dei. Idem in Lib. de Duabus animabus, Peccatum est uoluntas retinendi uel consequendi quod iustitia uetat. In utraque assignatione de actuali peccato agitur & mortali, non ueniali. Ex prima descriptione ostenditur peccatum esse uoluntas mala, siue locutio & operatio praua, idest, actus malus tam interior quam exterior: ex altera uero tantum ostenditur esse actus interior. Voluntas n. (ut in superioribus dictum est) est motus animi: actus ergo interior est. Ambr. quoque in Lib. de Paradiso ait. Quid est peccatum, nisi legis diuinæ præuaricatio, & celestium inobedientia præceptorum? Ergo in præuaricante peccatum est, sed in mandante culpa non est. Nõ enim consisteret peccatum, si interdictio non fuisset. Non consistente autem peccato, non solum malitia, sed etiam uirtus fortasse non esset: quæ nisi aliqua malitiæ fuissent semina,

uel

uel subsistere, uel eminere non posset. Ecce præuaricationem legis, & inobedientiam definit Ambrosius esse peccatum.

Varie sententiæ de peccato.

Quocirca diuersitatis huius uerborum occasione, de peccato plurimi diuersa senserunt. Alij enim dicunt uoluntatem malam tantum esse peccatum, & non actus exteriores: Alij, uoluntatem & actus: Alij neutrum dicentes, omnes actus esse bonos, & a Deo, & ex Deo authore esse, malum autem nihil esse, ut ait August. super Ioan. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, idest, peccatum, quod nihil est: & nihil fiunt homines, cum peccant. Super etiam dixit August. quod malum est priuatio boni, uel corruptio boni: qui etiam in Lib. 83. q. ait, Summum malum nullum modum habet: caret enim omni bono. At modus aliquid boni est: non igitur est; quia nulla specie continetur: totumque hoc nomen mali de speciei priuatione uerum est. Item in Dogmatibus ecclesiasticis dicitur malum, uel malitiam non esse a Deo creatam: sed a diabolo inuentam, qui & ipse bonus creatus est. Idem etiam in Lib. contra Manichæos, quid sit peccatum ostendit, dicens, Peccare quid aliud est, nisi in ueritatis præceptis, uel in ipsa ueritate errare? Quod si non uoluntate faciunt, peccatores iniuste iudicantur. Quid ergo in hac tanta uarietate tenendum, quidue dicendum?

Ioã. 1.
In tom.
9. trac.
1. ad
cap. 1.
Dis. 14.
Q. 6.
Tom. 4.
Ca. 57.
Tom. 3.

Qui dicitur
de fide
contra
Manic.
cap. 8.
Tom. 6.

Vera & probabilior sententia.

Sane dici potest, & libere tradi debet, peccatum esse actum malum interiorem & exteriorem, scilicet malam cogitationem, locutionem, et operationem: præcipue tamen in uoluntate consistit peccatum, ex qua tanquam ex arbore mala procedunt opera mala tanquam fructus mali.

Traditio quorundam de uoluntate, & actu malo.

Quidam autem diligenter attendentes uerba Augustin. quibus supra & in aliis scriptura locis utitur, non indocte tradunt uoluntatem malam, et actus malos inquantum sunt, uel inquantum actus sunt, bona esse: inquantum uero mala sunt, peccata esse: qui uoluntatem, & actum quemcunque bonam Dei naturam esse dicunt, inquantum actus est, uel uoluntas

Dis. præ-
cedenti;
& præ-
sentis.

ex

ex Deo authore esse: inquantum uero inordinate, & contra legem Dei fit, & sine debito caret, peccatum est: & ita inquantum peccatum est, nihil est. Nulla enim substantia est, nulla natura est.

Auctoritatibus probant uoluntates & actus omnes esse bona, inquantum sunt.

Quod autem uoluntas omnis & actio bonum sit, inquantum est, ex eo probant, quod ait Aug. in Libro 83. Quæstio num, Deus boni tantummodo causa est, quocirca mali author non est: quia omnium, quæ sunt author est: quæ inquantum sunt, inquantum bona sunt. Idem probans nihil casu fieri in mundo, ait in eodē. Quicquid casu fit, temere fit: quicquid temere fit, non sit prouidentia. Si ergo casu aliqua fiunt in mundo, non prouidentia uniuersus mundus administratur, aliqua natura, uel substantia est, quæ ad opus prouidentie non pertinet. Omne autem quod est, inquantum est, bonum est. Summum enim est illud bonum, cuius participatione sunt cætera bona: & omne quod mutabile est, non per se, sed boni illius participatione, inquantum est, bonum est: quod diuinam etiam prouidentiam uocamus. Nihil ergo casu fit in mundo. His testimoniis innituntur ad ostendendum, omne quod est, inquantum est, bonum esse. Vnde idem Aug. in 1. lib. de Doct. Christiana ait, Ille summe ac primitus est, qui omnino incommutabilis est: & cætera quæ sunt, nisi ab illo esse non possunt: & inquantum bona sunt, inquantum acceperunt ut sint.

Quid ex prædictis colligitur.

Ex prædictis colligitur atque infertur: quia si mala uoluntas, & mala actio est, inquantum est, bona est. Sed quis est, qui diffidetur malam & uoluntatem esse, et malam actionem? Mala ergo uoluntas siue actio, inquantum est, bonum est: & inquantum uoluntas est, uel actio, bonum similiter est: sed ex uitio mala est, quod uitium a Deo non est, neque aliquid est. Quod August. notasse uidetur in Lib. 83. q. dicens, Vitium est uoluntas? quo est homo deterior: quod uitium longe abest a uoluntate Dei, ut ratio docet. Ex hoc loco probant uoluntatem, inquantum uitiosa est, non esse a Deo: &

inquantum

inquantum uitiosa est, peccatum est. Et peccatum est (ut aiunt) inquantum non habet ordinem, nec finem debitum. Ita & actio, inquantum ex malo procedit, & ordinem non habet, & ad malum tendit.

Probatio alia ad idem.

Item & aliter probant omnem actum interiorem, uel exteriorem inquantum est, esse bonum: quia non esset actus malus, nisi esset res bona: quia non est aliqua res mala, nisi eadem res bona sit. Vnde August. in Enchi. Omnis natura bonum est: nec res aliqua mala esset, si res ipsa, quæ mala est, natura non esset. Non ergo potest esse malum, nisi esset aliquid bonum. Quod cum dici uideatur absurde: connexio tamen ratiocinationis non compellit hoc dicere. Ex premissis testimoniis asserunt omnes actus inquantum sunt, esse res bonas, nec aliquid esse malum, id est, peccatum, nisi idem quoque secundum aliquid bonum sit: & omnium quæ sunt, inquantum sunt, Deum authorem predicant: et eius uoluntate omnia esse quæcunque sunt, quæ inquantum sunt, naturæ sunt.

Cap. 13

Obiectio contra illos, qui dicunt omnes actus, inquantum sunt, esse bonos.

Quibus opponitur, Si omnia quæ sunt, inquantum sunt, bona sunt, & naturæ sunt: ergo adulterium & homicidium & similia inquantum sunt, bona sunt, & naturæ sunt, & Deo uolente fiunt. Quod si est, tunc illi, qui faciunt illa, bona agunt: quod penitus absurdum est. His uero sic illi respondet. Dicunt equidem adulterium, homicidium, & huiusmodi, non simpliciter actus denotare, sed actuum uitia. Actusque ipsos adulterij, & homicidij inquantum sunt, uel inquantum actus sunt, a Deo esse, & bonas naturas esse: sed non inquantum adulterium & homicidium sunt. Et ideo non sequi dicunt, si actus, qui homicidia & adulteria sunt, a Deo sunt, quod homicidia & adulteria a Deo sunt.

Alia oppositio contra eosdem.

Item aliter eis opponitur, Si aliquid non est malum, quod non sit natura, uel res bona; quomodo ergo peccata sunt non credere in Deum, non ire ad ecclesiam, & huiusmodi: cum ista non sint naturæ, imò omnino non sint? Non est enim aliquid

quid

quid uel res aliqua non ire ad ecclesiam, uel non credere, & huiusmodi. Ad quod dicunt, His atque huiusmodi dictionibus, quæ uidentur priuationes simpliciter notare, & nihil ponere: quia per negationem dicuntur, uere aliqua poni, actusque per eas significari. Non credere enim in Christum incredulitatem dicunt: & nomine incredulitatis malum mentis actum significari. Ita etiam cum dicitur, Non ire ad ecclesiam malum est: non euntis contemptus significatur, id est, uoluntas mala, uel propositum: hoc est enim declinare a bono; & ideo malum est: sicut econuerso declinare a malo, bonum est. Sicut ergo declinatio a malo aliquid ponit, scilicet uoluntatem & propositum uitandi malum. (Non enim potest esse bonum, quod omnino nihil est) ita declinatio a bono

In prin. quod est, significat, scilicet uoluntatem, & propositum mali. Et cipio di. secundum hoc uera est, & generalis illa peccati mortalis descriptio, quam supra posuit Aug. s. Peccatum est dictum, &c.

Utrum malus actus in quantum peccatum est, sit priuatio, uel corruptio boni.

Potest etiam queri ab eisdem, cum peccatum sit (ut supra dictum est) priuatio, uel corruptio boni, & omnis actus malus sit peccatum: utrum sit priuatio, uel corruptio boni, in quantum peccatum est, uel non. Si enim in quantum peccatum est, corruptio boni est, cum corruptio, uel priuatio boni pena sit homini: in quantum ergo peccatum est, pena est. Quod si est, tunc in quantum peccatum est, bonum esse uidetur, & a Deo esse. Si autem non in quantum peccatum est, corruptio est: queritur ergo secundum quod corruptio sit. Si enim corruptio est, & non in quantum peccatum est, cum non sit nisi bonum, præterquam in eo, quod peccatum est: ergo in quantum bonum est, corruptio, uel priuatio boni est. Ad quod etiam ipsi dicunt actum malum, non in quantum est, neque in quantum bonum est, esse priuationem, uel corruptionem boni, sed in quantum peccatum est: non tamen in quantum peccatum est, pena est, uel aliquid, quod a Deo sit. Ut enim ex uerbis præmissis Aug. colligitur, peccatum dicitur corruptio, uel priuatio actiue non passiuæ. Nam ideo malum, uel peccatum dicitur corruptio boni; quia naturam bo-

nam

nam qualicumque priuat bono. Nam si non priuat aliquo bono, non nocet, ut supra Aug. ait. Nocet autem; adimit ergo bonum. Non autem nocet, nisi in quantum peccatum est: ergo in quantum peccatum est, priuat bono. Itaque in quantum peccatum est, priuatio est, uel corruptio boni.

Quomodo peccatum possit corrumpere bonum, cum nihil sit.

Sed cum nihil sit in quantum peccatum est, quomodo potest bonum corrumpere, uel adimere? Aug. hoc docet in Lib. de Natura boni, dicens, Abstinerere a cibo non est aliqua substantia: tamen substantia corporis, si omnino abstineatur a cibo, languescit & frangitur: sic non est substantia peccatum; eo tamen natura animæ corrumpitur.

Quod peccatum proprie corruptio est animæ, & quomodo.

Peccatum uero, id est, culpa proprie animæ corruptio est. Si autem queritur, in quo possit corrumpi anima: in parabola illius, qui incidit in latrones, qui eum uulnerauerunt & spoliauerunt, clarescit. Incidit enim homo in latrones, uel per peccatum in potestatem diaboli traditur: & tunc per peccatum expoliatur gratuitis bonis, id est, uirtutibus: & in naturalibus bonis uulneratur, quæ sunt, ratio, intellectus, memoria, & ingenium, & huiusmodi, quæ per peccatum obtinebrantur & nitiantur. Per peccatum etiam priuatur illo bono, cuius participatione cætera bona sunt: quo tanto magis priuatur, quanto magis se ab eo elongat.

Qualiter homo se elongat a Deo, scilicet per dissimilitudinem, quam facit, hoc est, peccatum.

Ab eo autem se elongat homo per peccatum, non loci distantia; quia ubique totus, & præsens est omnibus, & omnia in ipso sunt, ut ait Aug. in lib. 83. Q. 6. & ipse locus non est. Locus tamen Dei abusiue dicitur templum Dei: non quod eo contineatur, sed quod ei præsens sit & inhabitans: id autem anima munda intelligitur. Per peccatum ergo, non secundum locum, aliquis longe fit a Deo: & in eo longe fit, quod ab eius similitudine recedit: & tanto longius, quanto fit dissimilior. Illa autem (ut Aug. ait in Lib. 83. q. 9.) quæ participatione similia sunt Deo, recipiunt dissimilitudinem. At ipsa simi-

S. Bon. Lib. 2.

Yyy

litudo

Idē habetur
Lib. 26
contra
Faustū
cap. 3.
Cap. 20

Luc. 20

Q. 21.

Tom. 4.

Ibid.

q. 23.

litudo nullo modo ex aliqua parte potest esse dissimilis. Vnde fit ut cum similitudo patris filius sit, ex nulla parte patri possit esse dissimilis: cuius participatione similia sunt, quæcunque Deo similia sunt, & illa possunt recipere dissimilitudinem. Nihil est autem quod hominem adeo Deo dissimilem faciat, quemadmodum peccatum. Cum autem peccatum sit priuatio uel corruptio boni, quæ est in anima: est etiã priuatio uel corruptio boni corporis: sicut corpus hominis priuauit beneficio illius immortalitatis & impassibilitatis, quam habuit ante peccatum.

An pœna sit priuatio boni.

Quæri autem solet, Vtrum & pœna sit priuatio uel corruptio boni. Ad quod facile responderi potest, si prædicta ad memoriam reuocentur. Diximus enim supra, priuationem uel corruptionem boni accipi actiue uel passiuæ, idest, secundum efficientiam uel effectum. Ideoque priuatio uel corruptio boni dicitur & peccatum et pœna: sed peccatum secundum efficientiam priuat uel corrumpit bonum: pœna autem secundum effectum, idest, secundum passionem, quæ est effectus peccati. Aliud est enim culpa, aliud pœna: alterum est Dei, idest, pœna: alterum diaboli uel hominis, idest, culpa.

SUPRA egit Magister de peccati causalitate, & origine, hic agit de peccati quidditate, & diffinitione. Diuiditur autem pars ista in tres partes. In quarum prima inquit Magister, quid sit peccatum utrū sit actus, uel priuatio pura. In secunda, dato quod aliquo modo sit actus, & aliquo modo priuatio, inquit, Vtrum peccatum sit peccati pœna infra Dist. 36. Sciendum est tamen quedam, &c.) In tertia uero inquit, utrū actio substracta, in qua peccatum committitur sit a Deo tanquam a causa infra Dist. 37. Sunt autem alij, &c.) Pri-

ma pars, quæ continet præsentem di. diuidit in partes tres. In prima ponit Magister peccati notificationes. In secunda uero ex ipsis notificationibus inquirendo elicit, quid sit peccatum secundum rem. In tertia uero dissoluit rationes, siue oppositiones, quæ contrariæ uidentur ueritati prædeterminatæ. Primum facit ibi. Post hæc uidendum est, quid sit peccatum, &c.) Secundum, ibi. Quo circa diuersitatis &c.) Tertium ibi. Quibus opponitur, &c.) Prima pars diuidi posset in tres partes secundum tres notificationes peccati; sed ratione suæ breuitatis remanet indiuisa. Secunda ue-

ro

ro pars principalis diuiditur in tres partes. In prima parte diuersorum opinionum narrat. In secunda uero ueritatem aperit, & iuxta quorundam opinionem explanat, ibi. Sane dici potest & libere, &c.) In tertia uero auctoritatibus sanctorum confirmat, ibi. Quod autem uoluntas omnis, & actio, &c.) Similiter tertia pars principalis tres habet partes secundum tres dubitationes, quas mouet, quarum prima sumpta est ex hoc, quod dicebat illa positio, quod omnia quæ sunt, bona sunt. Secunda uero ex hoc, quod peccatum est corruptio boni. Tertia uero sumpta est ex hoc, quod corruptio boni est pœna. Primam ponit, ibi. Quibus opponitur, si omnia, &c.) Secundam ibi ponit. Potest etiam quæri ab eisdem, &c.) Tertiam ibi. Quæri autem solet, utrum &c.) Et in qua libet istarum partium primo opponit, secundo soluit.

Dub. 1. Peccatum est, ut ait August. &c.) Videtur dicere falsum. Aut enim hoc quod est, [uel] intelligitur disiunctiue, aut subdisiunctiue. Si subdisiunctiue: ergo membra non possunt simul stare: ergo nullum idem peccatum est concupitum, & factum: sed hoc falsum est; quia omne peccatum factum est concupitum. **ITEM.** Videtur, quod non conueniat omni peccato: quia peccatum omissionis, nec est factum, nec concupitum, nec dictum: ergo uidetur, quod male sit assignata; quia non conuenit omni peccato mortali actuali. Respō. Dicendum, quod prædicta diffinitio est peccati actualis, & mortalis. Secundum hoc quod est peccati actua-

lis, dicitur, quod est dictum, uel factum, uel concupitum secundum triplicem actum, uidelicet potentie interpretatiuæ, & operatiuæ, & affectiuæ, quæ omnes sunt potentie quodammodo mortuæ. Secundum quod est mortale, dicitur, quod est contra legem Dei: & sic conuenit omni, & soli. Omni, quia omne peccatum actuale, aut est concupitum tantum, aut est concupitum, & exterius consummatum: & hoc uel per uerbum, uel per opus. Solum uero conuenit: quia non conuenit uenienti, cum non sit contra legem Dei, nec originali, cum non sit dictum, uel factum. Ad illud, quod quæritur, utrū [uel] teneatur ibi disiunctiue, uel subdisiunctiue. Dicendum, quod disiunctiue: sed ultimum membrum intelligendum est cum præcisione: reliqua uero minime. Vnde sensus est, quod omne peccatum, aut est dictum, & concupitum, aut factum, & concupitum, aut concupitum tantum. Ad illud uero quod obiicitur de peccato omissionis. Dicendum, quod omne peccatum (sicut uult August.) radicem habet amorem malum: & ideo quauis in peccato omissionis sit priuatio alicuius actus principalis: tamen illa priuatio ortum habet ex amore alicuius boni commutabilis: quod patet, quia aliquis non uult ad Matutinas surgere: quia uult in lecto quiescere. ideo peccatum omissionis cadit sub hoc membro, quod dicitur concupitum.

Peccatum est uoluntas retinendi, &c.) Contra. Aliquod enim est peccatum in quo aliquis, nec uult aliquid retinere, nec ali-

Dub. 2

Yyy 2 quid

quid assequi: imò potius intendit destruere, sicut est in ira, & odio, & inuidia. Item. Velle assequi, quod iustitia uetat, uel retinere, hoc est auaritiæ, uel rapinæ: ergo omne peccatum erit rapina. Est igitur quæstio, cum peccata ita bene sint contra alias uirtutes, sicut contra iustitiam, quare magis diffinitur peccatum per oppositum ad iustitiã, quã per oppositum ad uirtutes alias. Resp. Dicendum, quod Aug. diffinit peccatum per illud, quod est radix omnis mali: hoc autem est amor libidinosus: & quoniam omnis amor libidinosus, uel est rei habitæ, uel habendæ: & hoc præter ordinem, & regulam legis æternæ; ideo dicit, quod peccatum est uoluntas assequendi, uel recipiendi quod iustitia uetat: ita quod describit amorem inordinatũ, qui est radix omnis peccati, & per id, ad quod est, & per id, contra quod est. Quod ergo obiicitur de ira, & odio. Dicendum, quod & si sit detestatio consequens: est tamen ibi delectatio antecedens: & propterea continetur sub hac assignatione. Ad illud, quod obiicitur, quod tunc omne peccatum erit rapina. Dicendum, quod affectio ibi stat non solummodo pro cupiditate rerum terrenarum, imò etiam cuiuslibet appetibilis: iustitia uero non tantum ibi stat, prout est cardinalis uirtus; sed prout est uirtus generalis, quæ omnes uirtutes complectitur, & cui omnia uitia opponuntur.

Dub. 3. In utraque assignatione de actuali peccato, &c.) Contra. Videtur, quod male fiat assignatio peccati: si enim recta descriptio, & assignatio debet conuenire omni

descripto, & prædictæ diffinitiones non conueniunt omni peccato: ergo non recte assignantur. Si tu dicas, quod peccatum non dicitur de eis uniuoce, sed æquiuoce. Contra. Quæ conueniunt in causa, & effectu habent uniuocationem: sed omne genus peccati ortum habet ex peccato Adæ, tam originale, quã actuale, quã etiam ueniale: omnia etiam genera peccatorum in hoc conueniunt; quod reddunt animam dignam pœna, & priuāt ea aliquo bono, quod est iustitia, uel ad iustitiam ordinatum: ergo uidetur, quod de eis uniuoce dicatur peccatum: & si hoc, ergo uidetur, quod una de beat ratio communis assignari de peccato, prout dicitur de his omnibus generibus. Est igitur quæstio, utrum contingat unam communem rationem assignari omni generi peccati, hoc est quærere, utrum peccatum de his dicatur uniuoce. Et si tu dicas quod sic. In contrarium est: quia quæ uniuocantur in aliquo, habent proportionem: sed mortalis, & uenialis nulla est proportio: ergo nec uniuocatio. Itē. Videtur falsum dicere cum dicit, quod prædictæ assignationes non conueniant peccato ueniali: ueniale enim peccatum est dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei, sicut dicitur Rom. 7. super illud, Non concupisces, Glo. Bona est lex, quæ dum concupiscentiam prohibet, omnia mala prohibet: ergo uenialia prohibentur a lege Dei: sunt igitur contra legem Dei: ergo prædicta ratio conuenit ueniali. Resp. Dicendum.

endum quod peccatum, prout dicitur de originali, actuali mortali, & ueniali: nec dicitur omnino uniuoce, nec dicitur omnino æquiuoce: sed quasi medio modo, scilicet analogice. Ratio enim culpabilitatis primo, et principaliter reperitur in peccato actuali mortali, & consequenter in originali, & postremo in ueniali: & ideo notificationes, quæ dantur de peccato simpliciter, potissime referuntur ad peccatum actuale mortale, quod est peccatum simpliciter. Et per hoc patet responsio ad illa, quæ obiiciuntur. Nam ex hoc quod illa tria genera peccatorum conueniunt in causa, & in effectu, non concluditur, quod peccatum dicatur de eis uniuoce, sed analogice: quia in his non communicat æqualiter, sed secundum prius, & posterius. Et ideo cum quæritur, utrum possit una communis ratio assignari. Dicendum, quod potest una assignari ratio, quæ conueniat eis secundum prius, & posterius: & ita secundum communitatem analogicam: utpote si dicatur, quod peccatum est meritum pœnæ, uel priuatio boni. Ad illud ergo quod obiicitur, quod nulla est proportio. Dicendum, quod & si nulla est proportio quantum ad commensurationem quantitatis demeriti est tamen proportio inter ueniale, & mortale secundum consimilem comparationem & ad originem, & ad effectum consequentem.

Dub. 4. Quid est peccatum nisi legis diuina, &c.) Videtur, quod hæc ratio Ambr. non conueniat omni peccato. Quædam enim (ut di-

cit Augustin.) sunt mala quia prohibita, quædam prohibita quia mala: ergo si nulla esset lex, nec aliqua præcepta data, adhuc essent peccata; non ergo omne peccatum est purificatio legis &c. Itē. Sicut obedientia distinguitur ab aliis uirtutibus, ita & inobedientia ab aliis uitiis: ergo male diffinitur omne peccatum per inobedientiã. Item. Ita peccat qui non obedit prælato, sicut qui non obedit Deo: ergo non tantum est peccatum inobedientiæ celestium præceptorum; sed etiam terrenorum. Respon. Dicendum, quod lex aliquando accipitur stricte pro lege scripta, uel data. Aliquando large prout comprehendit legem naturæ, & legem scripturæ, & legem gratiæ. Et in prædicta notificatione lex accipitur large. Ad illud quod obiicitur de obedientia. Dicendum, quod obedientia dupliciter accipitur, Vno modo prout dicit obseruantiam mandatorum Dei & sic est communis omnibus uirtutibus. Alio modo prout specialiter considerat rationem præcepti: & sic est uirtus diuisa ab aliis: quia potissime habet usum suum in his, quæ ideo sunt bona: quia præcepta. Et sic obedientia dupliciter accipitur. scilicet large, & stricte: & in prædicta notificatione accipitur large. Ad illud, quod obiicitur de obedientia prælati. Dicendum, quod totum pendet ex mandato Dei: quia Deus mandat, quod obedatur homini.

Non consistente autem peccato, Dub. 3. &c.) Videtur falsum diceret quia si non esset culpa, purior esset charitas: ergo uirtus perfectior, & u-

rior. Si tu dicas, quod hoc non asserit, sed sub dubitatione dicit. Contra. Ita falsum dicit, qui certum proponit ut dubium, sicut qui dubium asserit ut certum. Respon. Dicendum, quod in illo uerbo non ponitur, nec significatur uirtus non esse, non existente malitia: sed hoc significatur, quod non ita apparet, sicut nunc apparet: & ideo dicit, fortassis non esset, id est non cognosceretur ita esse.

Potest et queri ab eisdem, etc.)

Dub. 6. Queritur. Si priuatio, & positio opponuntur, & peccatum recte diffinitum est supra, peccatum est dictum uel factum &c. ergo male diffinitur per priuationem. Iuxta hoc queritur, cum unius rei una sit diffinitio: unde est, hoc quod peccatum ita multipliciter & uarie diffinitur a Sanctis. Queritur etiam penes quid illae diffinitiones distinguuntur. Responso. Dicendum quod de peccato est loqui formaliter, & est loqui materialiter, scilicet ratione substrati. Et quia formaliter loquendo priuatio est: materialiter uero loquendo substrat sibi, actum: ideo aliquando diffinitur per priuationem aliquando per positionem: quia quaedam sunt formales diffinitiones quaedam materiales: & utroque modo multipliciter. Si enim consideramus peccatum, secundum quod dicit priuationem, hoc potest esse tripliciter, aut in quantum dicit recessum a bono, aut in quantum dicit recessum a rectitudine naturae, aut in quantum dicit simpliciter recessum ab omni boni complemento, & perfectione. Primo modo sumit diffi-

nitio triplex ab Augustin. quae omnes idem circumloquuntur diuersis modis, quarum prima sumitur in Libro de Ciuitate dei, & est haec. Peccatum est absentia boni, ubi debet esse. Secunda de Libro de uera religione. Peccatum non est appetitio naturarum malarum, sed desertio meliorum. Tertia de Libro de Natura boni. Peccatum est corruptio modi, speciei, & ordinis. Secundo modo scilicet prout peccatum dicit recessum a rectitudine naturae, inueniuntur tres diffinitiones, quae idem circumloquuntur, quamuis aliter, & aliter: quarum una est Damascen. quae est. Peccatum est ab eo quod est secundum naturam, in id, quod est praeter naturam, auersio. Alia est Anselm. Peccatum est carentia debitae iustitiae. Tertia est August. Peccatum est defectus quidam a luce ueritatis, naturam non perimens, sed obscurans. Tertio uero modo uidelicet prout dicit recessum ab omni boni complemento, & perfectione, sic reperitur triplex diffinitio, quae differunt solo dicendi modo: quarum prima sumitur ab August. in Libro de arb. Malum est auersio a bono incommutabili. Altera uero ab eodem in Libro de uera relig. Peccatum est carere bonis incommutabilibus, quibus fruendum est. Tertia sumitur ab eodem August. Peccatum est tenebra intelligibilis: hoc enim dictum est: in quantum priuat a uisione lucis aeternae. Haec omnes sunt notificationes peccati quasi formales. Sunt & aliae notificationes, quae concernunt actum substratum. Et

ista

istae uariantur secundum triplicem considerationem peccati, quam habet sub hac ratione: aut uidelicet ad Deum, quem offendit, aut ad uirtutem, quam excludit, aut ad bonum ut nunc, quod praetendit. Si in comparatione ad Deum, quem offendit, sic est triplex, quarum una accipitur ab August. in Libro contra Manich. Peccatum est, in praecipis ueritatis, uel in ipsa ueritate errare. Alia ab Ambrosio in Libro de paradiso. Peccatum est prauariatio legis diuinae, & caelestium inobedientiam praceptorum. Tertia ab eodem August. & habetur in litera. Peccatum est dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei. Secundo modo, scilicet per comparationem ad uirtutem, quam excludit, sic reperitur triplex diffinitio, quarum una sumpta est a Basilio. Peccatum est dispositio animae contrarie se habens ad uirtutem. Secunda ab August. in Libro de duabus animabus. Peccatum est uoluntas recipiendi, uel assequendi quod iustitia uetat: ibi enim accipitur iustitia generaliter prout omnem uirtutem tunc complectitur. Tertia ab eodem August. in Libro de uera religione. Peccatum est appetere quae Christus contempsit, uel contempnere quae Christus appetiit. Nam Christus fuit omnis uirtutis speculum, & exemplar. Tertio modo scilicet per comparationem ad bonum quod praetendit, similiter inuenitur triplex assignatio reconueniens, licet differat modo dicendi, quarum una est ab August. in Libro de ciui. dei. Peccatum est male uti bono. Secunda

uero in Libro de Tri. Peccatum est uti fruendis, & frui utendis, & similiter in Li. 83. q. Tertia est eiusdem August. in Libro de li. ar. Peccatum est spreto incommutabili bono rebus commutabilibus adherere. Fortassis autem aliae notificationes ab istis. 18. Poterunt reperiri. Nam duae aliae sunt, quae unum circumloquuntur peccatum secundum utramque acceptio nem, ut est illa. Peccatum est actus incidens ex defectu boni. Et illa. Peccatum est penes aeternae meritum. Et sic in uniuerso sunt uiginti.

Q. 30.

ARTICVLVS I.

QUESTIO I.

An peccatum corrumpat bonum?
D intelligentiam huius partis, in qua inquiritur, quid sit peccatum, cum peccatum sit priuatio magis quam positio, est hic quod de corruptione boni, quae habet fieri per peccatum. Et circa hoc duo queruntur. Primo queritur, utrum bonum habeat per peccatum corrumpi. Secundo uero queritur de modo corrumpendi. Circa primum queruntur tria. Primo queritur, utrum peccatum sit boni corruptio. Secundo queritur, utrum peccatum sit ipsa corruptio passio. Tertio queritur, utrum peccatum in quantum corrumpit bonum, contrarietur bono increato.

Vtrum peccatum aliquod bonum habeat corrumpere. Et quod sic unum August. in Ench. Quid est aliud, quod dicitur malum, nisi priuatio boni: bonum enim minus malum est: cum ergo culpa committitur, ibi necessario aliquod bonum priuatur: sed non est dare quod priuatur per aliud, quam per culpam. ergo necesse

Ca. 12

Yyy 4 est

est ponere, & peccatum habeat bonum priuare, & priuatio corrumperet. Et hoc Aug. insinuat expressius paulo post, cum subiūgit. Ideo malum corruptio est naturæ: quia eā qualicumq; priuat bono. **ITEM.** Hoc ipsum ostēdit Aug. Quā nullo bono priuat, non nocet: ergo quod nocet, aliquo bono priuat; sed malum nocet, hoc manifestū est: ergo aliquod bonū adimit, & aliquo bono priuat: sed quā priuat, & adimit bonum, illud corrumpit: ergo &c. **ITEM.** Sicut se habent uitia corporum ad corpora, sic uitia animarum ad animas: sed uitia corporum lædunt, & aliquo modo corrumpunt corpora: ergo uitia animarum aliquid corrumpunt circa ipsam animā: talia autem uitia sunt peccata: ergo &c. **ITEM.** Quando quis peccat, aut perdit aliquid boni, aut nihil. Si nihil: ergo ita bonus est post, sicut ante: ergo ita bonus est, qui peccat, sicut ille, qui nō peccat: ergo ita debet placere Deo unus, sicut alter, quod est manifeste falsum. Reitat igitur, quod aliquid boni perdit: sed illud bonum quod perdit, corrumpitur: ergo est alicuius boni corruptiūm.

SED CONTRA. Hoc arguitur sic. Primo auctoritate Aug. qui dicit, quod peccatum est corruptio modi, speciei, & ordinis: sed corruptionis non est corrumperet: nam si corruptio corrūperet, pari rōne & alia corruptio, & sic in infinitum. Et iterum. Actionis non est agere: ergo uidetur, quod si peccatum sit corruptio, quod eius non sit corrumperet. **ITEM.** Si peccatum corrūpit, aut rōne

boni substrati, aut ratione defectus. Rōne substrati nō: quia cum corrūperet bonū, sit malū, bonū inquantū bonum esset causa mali, quā est falsum. Si rōne defectus. Contra. Corrūperet est agere: sed nullus defectus est principium actionis: ergo peccatū rōne defectus nō corrūpit. **ITEM.** Si corrūpit, aut corrūpit peccantem, aut alium. Aliū nō: cōstat, quia multa sunt peccata, quæ nō fiunt in alium. Si corrūpit peccantem. Sed contra. Nihil corrūpit seipsum, & nihil scdm idē naturam est esse agens, & patiens. Et iterum. Nullū malū pœnæ corrumpit punientem: ergo uidetur, quod malum culpæ non corrūpat peccantem, nec aliquem alium: ergo &c. **ITEM.** Si corrūpit, aut ex parte carnis, aut ex parte aīę. Ex parte carnis non, quia multa sunt peccata, quæ conferūt ad regimen sanitatis corporalis, & ad oblectationē carnis. Si ex parte aīę. Sed contra. Anima est immortalis: ergo in ea nulla cadit corruptio. Nam si corruptio in eā caderet, impossibile esset ipsam esse perpetuam. **ITEM.** Si corrumpit aut quantum ad substantiam, aut quantum ad potētias, aut quantum ad actū. Quantum ad substantiam non, hoc cōstat. Quantum ad potētias nō, ut uidetur, quia potētias sunt incorruptibiles, sicut & substantia. Præterea nec intendunt, nec remittuntur, nec habet quis minorem potētiam uoluntatis post culpam, quam ante culpam. Quantum ad actum non, ut uideatur: quia peccatum subternit sibi actum, & supponit: & nihil corrumpit illud, sine quo esse

non

non potest, & per quod egreditur in esse: ergo peccatum non corrumpit quantum ad actum, nec quantum ad potētiam, ut uisum est: ergo &c. **ITEM.** Si peccatum corrūpit aliquod bonū, aut ergo corrumpit bonum naturæ, aut bonum gratiæ. Non bonum naturæ: quia ei non opponitur: & ut (uult Dio. Nihil existentium corrumpitur, in eo quā est essentia, uel natura.) Si igitur corrumpit bonū gratiæ: ergo nullus potest peccare nisi habens gratiam: quia bonū non corrumpitur nisi in eo, in quo est: sed hoc est falsum, quia peccatores peccare possunt: ergo &c. Est igitur quæstio, quod bonum est illud, quod habet in nobis peccatum corrumperet.

RESOLVTIO.

*Peccatum bonum corrumpit: quia
et lumen et pulchritudinem
omne ab anima amouet.*

RESP. Dicendum, quod absque dubio (sicut Aug. in pluribus locis dicit) peccatum corrūpit, & aliquo bono priuat. Cum enim per peccatum fiat animæ deformatio, & obscuratio, nec possit intelligi aliquid deformari, uel obscurari sine amissione alicuius luminis, & pulchritudinis, necesse est intelligi per peccatū aliquod in nobis bonum corrūpi. Ad quod intelligendum notandum est, quod peccatum nō est qualiscunque priuatio, nec cuiuscunque boni, nec in quacunque creatura reperta, sed peccatū, siue culpa priuatio est iustitiæ. Iustitia autem (ut dicit Anselmus) est rectitudo uoluntatis. Voluntas autem est in sola rōnali creatura, ac p hoc & iustitia: &

sicut iustitia est uoluntatis rectitudo: sic culpa, quæ iniustitia est, est uoluntatis obliquatio. Sicut igitur per obliquationem fit declinatio a rectitudine, & quædam rectitudinis exterminatio, sic in culpæ commissione fit in anima quædam rectitudinis adēptio, siue corruptio. Et est attendendum: quod cū ad rectitudinem uoluntatis tria cōcurrant, scilicet ipsa potētia rectitudinabilis, & ipse habitus rectitudinis, & ipsaabilitas media: peccatum non corrumpit ipsam potētiam secundum quod potētia est, nec simpliciter, nec secundum quid: ipsum uero habitum rectitudinis simpliciter tollit: ipsam uero abilitatem mediam quodammodo corrumpit, & quodammodo relinquit: ergo potētiam nec diminuit, nec aufert: iustitiam simpliciter tollit: abilitatem uero mediam diminuit, dum homo per peccatū minus, & minus redditur ad rectitudinem iustitiæ habilis, secundum quod linea, quæ magis, & magis curuatur minus est habilis ad dispositionem rectitudinis. Cōcedendum est igitur, sicut rationes ostendunt, quod malum culpæ habet bonum corrumperet.

ADILLVD uero, quod obiicitur, quod priuationis non est priuare, nec corruptionis corrūperet. Dicendū, quod quauis actus non habeat generare aliū actū: tñ habitus habet generari ex actibus: & ideo malum culpæ, prout est corruptio, & deordinationis existēs in actu, pōt esse eā deordinationis uoluntatis secundum habitum: & ideo peccatū, siue malum culpæ dicit corrūperet,

peret,

Contra hoc dictū, quod peccatū priuat illā abilitatē ut arguitur mētari dist. 37 huiusq. unica, ibi. Contra priuatio ista non modorum.

pere, cum actus inordinatus uoluntate reddit inhabilis: nec sequitur ex hoc quod actio sit ex actione, sed quod deordinatio in habitu sit ex deordinatione in actu. AD ILLVD, quod quaeritur, utrum malum corrumpat ratione boni substrati, uel ratione defectus. Dicendum, quod corrumpere duo dicit, scilicet agere, & deficere. Nam corruptio est actio cum defectu. Dico igitur, quod malum culpe habet corrumpere, ita quod ratione boni substrati est ratio agendi, ratione uero defectus est ratio deficiendi. Istud patet. Voluntas. n. dum peccat corrumpit se: quia dum seipsam mouet deordinate, reddit se inordinatam, & ad bonum minus habilem, nec potest se deordinare nisi uolendo, & seipsam mouendo. Et quod dico se mouere, dico aliquod bonum, substratum. Quod autem dico inordinatum, dico defectum. Et huius satis congruum exemplum punit Aug. & Magister recitat in litera, quod malitia corrumpit, sicut abstinentia corrumpit. Ad corruptionem autem abstinentiae & concurrunt uis naturalis consumptiua, & defectus alimenti, & ita actio cum defectu. Similiter in proposito intelligendum est. AD ILLVD, quod quaeritur, aut peccans corrumpit se, aut alterum. Dicendum, quod corrumpit se. Quando uero subiungitur, quod nihil corrumpit seipsum. Dicendum, quod uerum est, si agat secundum operationem naturae suae debitam: culpa autem non fit secundum ordinem naturae, sed praeter naturam. Et si obiciatur, quod nihil est agens, & patiens secundum idem. Dicendum, quod istud falsum est in his potentiis, quae possunt su-

per seipsas reflecti. Nam sicut dicit Ansel. Voluntas est instrumentum seipsum mouens: & cum deordinate seipsam mouet, se laedit, & sibi ipsi nocendum infert, pro eo quod uel recto ordine se priuat, uel contrario ordine se elongat. AD ILLVD, quod quaeritur, aut peccatum corrumpit ratione carnis, aut animae. Dicendum, quod principaliter ratione animae. Nam & si peccatum aliquod corrumpat ratione carnis, hoc accidit, sicut superfluitas coitus, uel cibi, uel potus nocet corpori. In anima autem peccatum semper per aliquam corruptionem facit non secundum substantiam, secundum quam est immortalis, & incorruptibilis, sed secundum rectitudinem, & habilitatem ad ipsam, secundum quam anima est uariabilis, & uix in eodem statu permanet: sicut patet per experientiam quandiu sumus in hac miseria. AD ILLVD, quod quaeritur, utrum corrumpat quantum ad substantiam, aut quantum ad potentiam, aut quantum ad actum. Dicendum, quod malum culpe corrumpit quantum ad actum, non simpliciter, sed in quantum actus ille est inordinabilis in fine: non enim culpa priuat ipsum actum, sed priuat ordinem actus in fine. Et per hunc est modum dico, quod non corrumpit potentiam sed habilitatem, siue ordinabilitatem, per quam ordinatur ad suum complementum. Obiectio autem illa currit, ac si diminueret potentias sub ratione potentiae, & actum sub ratione actus: & ideo patet illud. AD ILLVD, quod quaeritur, utrum corrumpat bonum gratiae

rae, uel naturae. Dicendum, quod (proprie loquendo, & generaliter) malum culpe est priuatio habilitatis mediae inter bonum naturae, & bonum gratiae, quae quodam modo tenet medium inter bonum gratiae, & bonum naturae. Et ratione eius, quod ab bonum gratiae ordinat, attenditur penes ipsam bonum, & malum moris: ratione uero eius, quod naturalis est, non tantum habet esse in iustis: sed etiam in peccatoribus: & ideo peccatum siue fiat ab aliquo, qui habet iustitiam; siue fiat a peccatore, semper inuenit aliquid, quod priuet, & corrumpat.

QVAESTIO II.

An peccatum essentialiter sit corruptio passio?

Verum peccatum sit ipsa corruptio passio, essentialiter loquendo. Et quod sic, uidetur. Peccatum (sicut dicit ipse Ansel.) non est aliud quam absentia, uel carentia iustitiae, ubi debet esse: sed priuatio iustitiae passiuam non est aliud, quam carentia debite iustitiae: ergo essentialiter loquendo, culpa est corruptio, pro ut est passio. ITEM. Aug. 1. Confession. Iussisti domine; & sic est; ut omnis motus inordinatus poena sibi sit; sed motus inordinatus est culpa: poena autem motus inordinati non est nisi corruptio passiuam, quam homo incurrit ex illa inordinatione: ergo peccatum est ipsa priuatio passio, formaliter loquendo. ITEM. Omnes actiones animae passiones sunt, sicut uult Philosophus: ergo omnis inordinata actio animae est inordinata passio: sed quod est inordinatum est culpa: ergo illa passio, siue cor-

ruptio inordinata est culpa. ITEM. Cum anima deformat se ipsam, ipsa deformitas, qua anima deformatur, remanet in ea, & culpa similiter. Aut ergo illa deformitas est culpa, aut aliquid aliud: & constat quod culpa, quae remanet in anima non est aliud, quam ipsa deformitas, qua anima deformis facta est: ergo uidetur, quod peccatum sit ipsa corruptio passio. ITEM. Corruptio passio, in qua est priuatio modi, speciei, & ordinis, aut est culpa, aut est poena. Si poena: ergo talis priuatio uidetur quod sit a Deo: ergo deus reddit animam deformem, & iustitia priuatam, quod profanum est dicere. Restat igitur, quod sit culpa.

SED CONTRA. Aug. de libero. ar. Culpa est malum, quod facimus; & poena malum, quod patimur: si ergo corruptio passio est malum, quod patimur, uidetur quod non sit culpa, sed poena. ITEM. Augustinus. Malum culpe est affectio uoluntaria: malum uero poenae est affectio inuoluntaria: sed corruptio passio non est uoluntaria: sed inuoluntaria: quia nemo uult corrumpi, nec deformari: ergo uidetur, quod non sit culpa; sed poena. ITEM. Magister in litera. Peccatum dicitur priuatio actiue, non passiuue: nam ideo malum, uel peccatum dicitur corruptio: quia naturam qualicumque bono priuat. ITEM. Hoc uidetur ratione. Omnis poena est iusta, & laudabilis: sed omnis corruptio passio est poena, cum damnificet, & puniat ipsum, qui corrumpitur: ergo omnis corruptio passio est iusta, & laudabilis: sed nulla culpa est

Ex Li.
oncept
in Vir.
cap. 5.
Ca. 12.
Tom. 1.
3. de
Ma. 12

pa est iusta, & laudabilis: ergo nulla culpa est corruptio passiuue dicta, sicut prius ostensum est. **ITEM.** Causa, & effectus essentialiter distinguuntur: sed peccatum corrumpit, & est principium corruptionis passiuue: ergo corruptio passio, & ipsa culpa distinguuntur essentialiter: non est igitur culpa corruptio boni, passiuue dicta.

RESOLVTIO.

Peccatum, quod rectitudinis priuatio est, essentialiter corruptio passio est.

RESP. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, sicut praeractum est. Peccatum est corruptio consistens circa uoluntatem, & eius actum, cum sit obliquatio a rectitudine iustitiae: uoluntas autem in actu suo est instrumentum seipsum mouens. Unde quando uoluntas ad aliquid mouetur liberè; si moueatur, uel afficiatur inordinate, illa inordinatio respicit & uoluntatem mouentem, & uoluntatem motam. Quia uoluntas dum inordinate afficitur, inordinate mouet, & inordinate mouetur: Quia igitur culpa, prout consideratur in actu, nihil aliud est, quam motus uoluntatis inordinatus, & ad illum motum concurrat actio, & passio, non tantum est corruptio actio, immo etiam corruptio passio. Nam & inordinatio qua anima se deordinat: & inordinatio, qua anima deordinatur, utraque est culpa differens comparatione: una tamen per essentialitatem. Et quia quales sunt actus, tales sunt habitus, maxime cum habitus generatur ex actibus, sicut est in genere malorum habituum: hinc est quod deformitas, uel

priuatio in uoluntate relicta & habet in se aliquid correspondens actioni, & aliquid correspondens etiam passioni. Nam uoluntas dum peccat actualiter, efficitur inabilis, & in quantum habet rationem mouentis, & in quantum habet rationem moti: & ideo ita culpa considerata ut in habitu, & in quantum remanet in anima post actum peccati: & est corruptio, siue priuatio correspondens actioni: & est corruptio, siue priuatio correspondens passioni. Et sic eadem culpa est corruptio, siue priuatio boni, non solum actiuue; sed etiam passiuue dicta: secundum ueritatem loquendo: secundum appropriationem uero corruptio illa in quantum est actiuue intellecta, tenet mere rationem culpae in quantum uero passiuue dicta, tenet rationem poenae. Quia in quantum est actiuue dicta, tenet rationem uoluntarii in quantum uero passiuue, rationem inuoluntarii: nec ista sunt incommpossibilia circa eandem actionem, & motum. Nam expressè uidemus, quod in eadem actione corporali una, & eadem actio & delectat, & laedit, & per consequens contristat: sicut cum scabiosus scalpendo cutem suam dilaniat, & dilaniando delectat, & dilaniando etiam laeditur, & unum placet, & reliquum displicet. Similiter & in eadem actione spiritali est auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad commutabile bonum, & conuersio placet, & auersio displicet. Sic in proposito intelligendum est, quod eadem culpa potest dici actiuue & passiuue: prout tamen actiuue dicitur, proprie tenet rationem culpae. In-

quan-

quantum uero passiuue, tenet rationem poenae. Concedendae sunt igitur rationes ostendentes, quod aliqua corruptio passio, utpote illa, quae est rectitudinis priuatio, culpa est.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur, quod culpa est malum quod facimus, &c. iam patet responsio ex his, quae dicta sunt. Nam cum idem motus possit esse actio & passio, in quo uoluntas seipsam mouet: sic & eadem actio potest esse poenae, & culpae, licet sub alia, & alia ratione. Similiter respondendum est ad sequens, quod obiicitur de uoluntario, & inuoluntario. **AD ILLVD**, quod obiicitur tertio de uerbo Magistri. Dicendum, quod illud dicitur per quandam appropriationem: magis enim proprie dicitur culpa corruptio actio, quam corruptio passio. Verum est etiam, quod aliquis dum caret iustitia, quam debet habere, culpabilis est. Ratio uero principalis quare culpabilis est, est ex hoc quod ipse fecit sibi illam carentiam: nam si inuoluntarie eam sustineret aliunde, tunc teneret potius rationem poenae, quam culpae. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod omnis poena est iusta, & laudabilis. Dicendum, quod est poena infligenda, & poena acta, & poena contracta. Et dicitur, quod omnis poena est iusta, & laudabilis, hoc intelligitur de poena infligenda: de poena acta, uel contracta non habet ueritatem, nisi prout intelliguntur sub ratione poenae: priuatio autem boni passiuua, siue ipsius animae deformatio, non est poena infligenda: sed est poena acta: quia anima hanc poenam in se facit

dum peccat. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod peccatum est causa corruptionis passiuue. Dicendum, quod illud intelligitur de peccato, quod est in actu, quod est causa corruptionis in uoluntate per modum habitus: & utrunque (sicut ostensum est prius) habet rationem actionis, & passionis. Potest tamen dici, quod & si peccatum dicatur corrumpere: non tamen est proprie causa corruptionis, sed potius ipse peccans. Et si dicatur peccatum esse causa corruptionis passiuue, hoc dicitur ratione ipsius peccantis, sicut actio dicitur esse causa passionis ratione ipsius agentis: fortassis enim idem potest esse actio, & passio, sola comparatione differens.

QVAESTIO III.

An peccatum ex eo quod bonum corrumpit, bono increato contrarium sit?

UTRVM peccatum ex hoc quod corrumpit bonum, contrarietur bono increato. Et quod sic uerum. Primo per Aug. dicentem 1.1. de Ciu Dei. Vitium est contrarium Deo tanquam malum bono: naturae uero, quam uitiatur non tantum est contrarium; sed et obnoxium: ergo uerum malum in eo quod corrumpit naturam, contrariatur summo bono. **ITEM.** Quod facit hominem rebellem, & contrarium Deo, illud potissime Deo contrariatur: sed peccatum facit hominem inimicum Deo, & pugnare aduersus Deum, & resistere, sicut ex diuersis locis scripturae accipi potest: ergo &c. **ITEM.** Contrarietas effectuum attestat contrarietatem causarum, maxime quando causa sic est in alterum contrariorum, quod non potest esse in

reli-

reliquum: sed summi boni est iustitiam facere, peccati uero est iustitia priuare: nec Deus potest priuare iustitia, nec malum potest facere iustitiam: ergo uideatur quod malitia sit summo bono contraria in hoc quod priuat iustitiam. **ITEM.** Quod contrariatur præcepto alicuius, contrariatur ipsi præcipienti: sed malum contrariatur uerbis, & mandatis Dei, in hoc quod est corruptio, & corrumpit illud, quod mandata Dei præcipiunt seruari: ergo &c. **ITEM.** Caritas, & cupiditas opponuntur: similiter gratia, & culpa opponuntur: sed gratia, & caritas Deo uniunt, & assimilant: & in hoc maximam habent cum summo bono conuenientiam: ergo e contra, cupiditas, & culpa reddunt animam Deo deformem, & ab eo separant: & si hoc ergo habent cum Deo contrarietatem, & repugnantiam.

SED CONTRA. Malum nulli contrariatur, nisi ei, cui est malum, & nulli inest malum, nisi ei cui nocet: si ergo nullum malum summo bono potest nocere: quia iam non esset summum, uideatur quod ratione priuationis boni non contrarietur malum aliquod summo bono. **ITEM.** Omnia contraria nata sunt fieri circa idem: sed malum nullo modo natum est fieri circa summum bonum: ergo nullo modo contrariatur summo bono. **ITEM.** Omnium contrariorum aliqua est proportio: sed mali ad bonum increatum nulla est proportio: ergo nulla contrarietas est istius mali ad illud summum bonum. **ITEM.** Omne contrarium aliquo modo resistit, & repugnat suo contrario:

sed diuinae uirtuti cum sit omnipotentissima nihil potest resistere: ergo impossibile est malum contrariari Deo, nec in se, nec in suo opere. **ITEM.** Nihil quod facit ad pulchritudinem operis, contrariatur sapientiae artificis: sed mala, quae perpetrantur, faciunt ad decorem uersitatis: ergo nullo modo contrariatur nec bonitati, nec sapientiae conditoris. Quæritur ergo pro qua to habeat illud intelligi, quod malum facit hominem Deo inimicum, & aduersarium, cum Dei uoluntas impleatur ex omnibus, & omnia subiaceant eius uoluntati, & nutui.

RESOLUTIO.

Minime in se & secundum formam: sed solum in suo effectu; nec dum simpliciter, & uniuersaliter; sed in parte tantum.

RESP. Dicendum, quod aliquod malum contrariari alicui bono; dupliciter potest intelligi. Aut in se, & secundum formam: aut in suo effectu, & in operatione. Primo modo malum non potest contrariari summo bono, cum illud sit bonum per essentiam, cui nihil omnino est contrarium. Secundo uero modo quodammodo potest contrariari, & quodammodo non. Nam dupliciter potest aliquis repugnare alicui in suo effectu, aut quia repugnat ex parte uirtutis ipsius agentis, aut quia repugnat ex parte idoneitatis ipsius suscipientis. Primo modo nihil potest repugnare Deo in suo opere, quoniam uirtus Dei omnipotentissima est: & ideo nullum potest inuenire obstaculum. Secundo modo subdistingendum est: quia nocuum inferre effectui, hoc potest

est esse dupliciter, aut simpliciter, & uniuersaliter, aut in parte. Primo modo nihil potest contrariari Deo in opere suo. Tanti enim est, & talis ordo uniuersitatis, quem ei conditor dedit, ut a nullo possit malo perturbari, secundum quod in pluribus locis uult Aug. ultimo uero modo aliquid potest repugnare Deo in effectu suo: quia per malum bene contingit aliquem Dei effectum reddi minus habilem ad susceptionem diuinae influentiae ad obtentum perfectionis, & beatitudinis, ad quem ordinatur ex sua primaria conditione.

ET SIC patet, quod uno modo malum potest dici contrariari Deo in suo effectu, sicut rationes ad primam partem inducunt ostendunt: aliis uero modis non, sicut ostendunt rationes, quae ad secundam partem inducuntur, & ita diuersis uis uerum concludunt, & concedendae sunt. **PER HUNC** etiam modum soluendum est aliud, quod ultimo querebatur, scilicet pro quanto quis dicatur Dei inimicus. Nam iuxta modum praedictum distinguenda est uoluntas beneplaciti, & uoluntas signi. Uoluntas beneplaciti est ipse Deus. Uoluntas uero signi dicit aliquem effectum creatum. Dum ergo dicitur, quod aliquis homo aduersatur Deo, hoc non intelligitur, quod aduersetur, & inimicetur uoluntati beneplaciti, cui nullus potest resistere, immo semper impletur uel ab homine, uel de homine; sed hoc dicitur quantum ad uoluntatem signi: quia cum Deus praecipiat unum, homo, ma-

lus facit contrarium, & ita Deo aduersatur: & talem hominem, qui sic aduersatur Deo, Deus odit non affectu, & repugnancia uoluntatis: sed effectu punitio- nis: sic enim hominem affligit, sicut quis affligeret suum aduersarium: & sic eum affligendo, ordinat eum ad honorem suum, & reddit eum sibi subiectum: & sic uoluntati beneplaciti uoluntates ceterae subseruiunt, & militant, quamuis aliqua contra- ria uideatur ratione eius quod repugnat uoluntati signi. Sic et omnia mala a Deo ordinantur, quamuis repugnare uideantur diuino ordini in aliquo effectu particulari. Et per haec, quae dicta sunt: satis potest faciliter ad quaesita responderi.

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An quodlibet malum simul & inseparabiliter corruptiuum sit trium horum, scilicet modi, speciei, & ordinis?

ONSEQUENTE quantum ad secundum principale queritur de modo corrupendi bonum per peccatum. Et cum dicat Aug. quod malum sit corruptio modi, speciei, & ordinis, ideo circa hoc quaeruntur tria. Primo quaeritur, utrum per quodlibet malum corruptantur ista tria simul, & inseparabiliter. Secundo quaeritur, utrum haec tria per malum corruptantur aequaliter, siue aequè principaliter. Tertio quaeritur, utrum possint corrumpi totaliter.

VT per quodlibet malum habeant ista tria, scilicet modus,

dus, species, & ordo corrupti simul, & inseparabiliter. Et quod sic uidetur. Primo per definitionē mali, quam ponit August. Malum est priuatio modi, naturae speciei, & ordinis. Si enim hæc boni. c. definitio recta est: ergo debet conuenire cuilibet malo: ergo quodlibet malum est priuatiuum istorum trium. **ITEM.** Impossibile est esse modum sine specie: & ordine: & econuerso: sed quæ necessariò se concomitantur in esse, necessario se concomitantur in priuatione. Si ergo malum est priuatio alicuius horum, necesse est quod simul illa tria habeat corrumpere. **ITEM.** Maior est connexio in his tribus, uide licet modo, specie, & ordine, quàm sit in habitibus uirtutum: quia sunt diuersi formaliter secundum speciem: sed propter connexionem habituum cum amittitur unus habitus, necessario & omnes perduntur: ergo multo fortius cum per malum priuatur ordo, priuatur simul species, & modus. **ITEM.** Per donum gratiæ melioratur anima, & eiusabilitas quantum ad hæc tria, scilicet modum, speciem, & ordinem. Nam gratia reddit animam meliorem, & pulchriorem, & rectiorem: ergo cum culpa directe opponatur gratiæ, & tollat ipsam gratiam, ut, quod hæc tria simul, & inseparabiliter corrumpat, & minuat.

SED CONTRA. Modus attenditur in creatura per comparisonem ad Deum sub ratione efficientis, & species sub ratione exemplaris, & ordo sub ratione finis: sed quamuis creatura deordinetur a Deo per cõ-

parationem sub ratione finis: nihilominus tamen saluatur cõparatio ipsius ad Deum sub ratione efficientis, & exemplaris: ergo ad corruptionem ordinis non sequitur necessario corruptio modi, & speciei. **ITEM.** In corporibus uidemus modum auferri sine specie, & speciem etiã auferri posse sine ordine per aliquod malum, quod nocet bono naturæ. Nam aliquis habens indebitam quantitatem, habet pulchritudinem formæ, & econuerso: & similiter est in ordine: sed sic se habet malum culpæ ad modum, speciem, & ordinem in spiritualibus, sicut malum, quod nocet naturæ; ad modum, speciem, & ordinem in corporalibus: si ergo in corporalibus non priuantur illa tria simul, & inseparabiliter, uidetur quod nec in spiritualibus. **ITEM.** Nos uidemus, quod alia bona naturalia sic se habent, quod unum potest auferri sine altero, sicut fortitudo sine eloquentia, & econuerso: ergo si modus species, & ordo dicunt bona naturalia ipsius animæ, uidetur quod unum sine altero priuari habeat per malum culpæ. **ITEM.** Tantum unum uni opponitur: ergo malum unum opponitur uni bono: aut igitur quodlibet peccatum claudit in se tria peccata, siue mala: aut si unicum est peccatum siue malum, uidetur quod non tollat simul, & semel illa tria. **SI TV** dicas, quod illa tria concurrant simul in unum bonum, quæro qualiter possit intelligi cum uideantur differre formaliter. Et iterum cum in modis habeant reperiri, qualiter dicun-

tur per malum culpæ priuari, quod non reperitur nisi in sola creatura rationali.

RESOLVTIO.

Et quidem: nam qui peccat, disconuincitur à Deo, uti à principio mouente; discordat ab eodem tãquam à regula dirigente: elongatur & deordinatur pariter se ab illo, tanquam à quietante: circa primum est modus, circa secundum species, circa tertium ordo.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod triplex fuit modus assignandi, & distinguendi modum, speciem, & ordinem in rebus. Nam aliqui acceperunt illa tria secundum diuersas proprietates in eadem re considerata: ita quod modus dicat aliquid pertinens ad genus quantitatis: & species aliquid pertinens ad genus qualitatis: & ordo aliquid pertinens ad genus relationis. Sed iste modus assignandi non consonat uerbis August. Nam ipse uult, quod in quolibet quocumque paruo bono, non solum in substantia, sed etiam in proprietate substantiæ sit reperire illa tria: unde hæc tria se extendunt ad omnia entium, & prædicamentorum genera. **ALIVS** uero modus assignandi, & distinguendi illa tria sumitur per comparisonem ad diuersa. Quælibet enim res tripliciter habet considerari, uidelicet in se, & per cõparationem ad alias res uniuersi, & in cõparatione ad finem. Ut autem in se consideratur, sic attenditur in ea modus. Nam unaquæque res in seipsa finita est, & modificata. Ut autem cõparatur ad res alias, sic attenditur in ea species: sicut attenditur pulchritudo partium

San. Bon. Lib. 2.

secundum situm, quæ habent in toto. Ut autem comparatur in relatione ad finem, sic attenditur in ea ordo. Unaquæque enim res ordinata est, dum directe tendit ad finem, ad quem est. Iste autem modus dicendi, & si uideatur elici ex uerbis August. adhuc tamen ueritatem perfecte non attingit omnibus enim alijs rebus circumscriptis, remanente una sola anima adhuc potest peccare: & adhuc potest attendi in ea modus species, & ordo. **ET** ideo hic est tertius modus dicendi prædictis rationabilior, quod modus, species, & ordo considerantur in eadem re secundum diuersas cõparationes, siue relationes ad idem. Attenduntur enim in unaquæque creatura, secundum quod ipsa est uestigium creatoris: quod quidem uestigium consistit in cõparatione creaturæ ad creatorem secundum triplex genus causæ, sicut Primo Lib. d. 3. dictum fuit: ita quod modus attenditur secundum cõparationem creaturæ ad creatorem in ratione causæ efficientis species in ratione exemplaris causæ, & ordo in ratione finalis causæ. **Et** quia quodlibet ens quantumcumque modicum habet istam cõparationem ad Deum, in quolibet ente creato reperitur hæc tria. Iuxta hunc igitur modum attendendum est, quod creatura rationalis & est natura, uel creatura quædam: & est ulterius propter alias creaturas operans per uoluntatem: & utroque modo habet comparari ad Deum: & utroque modo habet reperiri in ea modus species, & ordo: utroque modo habet circa eam reperiri malum, quod est istorum trium corruptiuum: sed malum culpæ, proprie ha-

ZZZ bes.

bet consistere circa ipsam, secundum quod est uoluntarie operans: & ideo priuare habent modum, speciem, & ordinem, secundum quod consistunt circa ipsam uoluntatem, ut est uoluntarie operans. Voluntas autem cum habet modum, speciem, & ordinem, sicut debet, bona est. Tunc autem uoluntas nostra bona est, quando in mouendo siue operando continuatur diuinæ uoluntati, ut principio mouenti: & conformatur ei, ut regulæ dirigenti, & unitur ei ut fini quietanti: & in primo attenditur modus, in secundo species, & in tertio ordo secundum comparationem in triplici genere causæ. Quandoque uero aliquis peccat, necessario discontinuatur a Deo tanquam a principio mouente, quia Deus nunquam mouet ad peccatum. Discordat a Deo tanquam a regula dirigente, & elongat se, & deordinat se a fine quietante, ponens creaturam finem: & in omni peccato necesse est ista tria concurrere. Et sic patet, quod omne peccatum corrumpit circa uoluntatem hæc tria, scilicet modum, speciem, & ordinem simul, & inseparabiliter. Et concedendæ sunt rationes, quæ hoc ostendunt.

Ad rationes uero in oppositum adductas facile est respondere. Ad primum enim, quod obiicitur, quod semper manet salua comparatio ad efficiens, & exemplar. Dicendum, quod uoluntas, ut natura quædam est, habet ad Deum comparari illo triplici genere causæ: & secundum hoc habet quendam modum, speciem, & ordinem, in quibus communicat cum omni genere creature, &

malum culpæ non habet hoc modo illa priuare. Alio modo (sicut prædictum est) habet comparari ad Deum ut mouentem, & dirigentem, & quietantem: & hoc modo non manet salua comparatio ad Deum sub ratione exemplaris siue regulæ dirigenti, nec est sub ratione mouentis, sicut non manet sub ratione finis. Ad illud, quod obiicitur, quod in corporibus unum potest adiri sine altero. Dicendum, quod hæc in corporibus dupliciter possunt accipi. Vno modo prout accipiuntur penes dispositiones diuersas: & hoc modo unum potest adiri sine altero: sed hoc modo non attenditur in eis ratio uestigij. Alio modo prout attenduntur penes idem secundum comparationes, uidelicet prout eadem forma substantialis dat modum, speciem, & ordinem secundum diuersas comparationes in triplici genere causæ. Et hoc dico quantum ad primum esse, uel prout eadem forma accidentaliter dat quantum ad bene esse. Et hoc modo nunquam fallit, quin si fiat corruptio in modo, per consequens etiam fiat in specie, & ordine, & conuerso. Ad illud, quod obiicitur, quod in aliis bonis naturalibus non est ita. Dicendum, quod non est simile, quia alia bona naturalia essentialiter differunt: & ideo unum potest corrumpi, & tolli sine altero: non sic autem est in modo, specie, & ordine, imo circa idem fundantur, sicut ostensum est. Et per hoc patet responsio ad ultimum. Nam & si modus, species, & ordo, uideantur esse tria bona, non tamen sunt diuersa per essentiã, sed dicunt tres comparationes eiusdem

eiusdem boni. PATER etiam illud, quod ultimo querebatur, quare scilicet culpa non est in omnibus, in quibus reperitur modus, species, & ordo: quia non est priuatio illorum trium, secundum quod in eis consistit generalis ratio uestigij, & consistunt circa omnem creaturam, sed prout consistunt circa uoluntatem de liberatiuam.

QVÆSTIO II.

An istæ eadem tria, scilicet modus, species, & ordo quolibet peccato æquè corrumpantur?

VERVM hæc tria per quodlibet peccatum corrumpantur æqualiter. Et quod sic uiderur. Primo per Aug. in Lib. de Natura boni, ubi hæc magna sunt, magnum est bonum, ubi parua paruū: ergo secundum hæc tria attenditur intensio, & diminutio in omni bono: ergo si idem bonum non potest esse magis & minus seipso, necesse est quod cum ista tria priuantur, quod æqualiter priuantur. ITEM. Ista tria sunt uestigium trinitatis summæ, ubi est perfecta æqualitas, & consubstantialitas: ergo sicut hæc tria ita sunt consubstantialia, quod unum sine altero esse non potest, sic etiã sunt æqualia: ergo quantum diminuitur de uno, necesse est tantum diminui de reliquo. ITEM. hæc tria priuari, non est nisi bonum priuari, sicut prius ostensum est: sed in eodem, & secundum idem non est magis, & minus reperire: ergo si per idem malum ista tria priuantur, necesse est priuari æqualiter. ITEM. Quanto uoluntas plus recipit a Deo, tanto est Deo similior, & quanto

est Deo similior, tanto magis ad Deum tendit: ergo necesse est, quod quantum habet de modo, tantum habeat de specie, & ordine: & si hoc, necesse est illa tria bona per malum priuari æqualiter.

SED CONTRA. Videtur, quod malum principaliter priuet ordinem, quoniam malitia in opere principaliter attenditur penes intentionis deordinationem: ergo si penes hanc principaliter consistit ordo, uiderur, quod malum plus habeat priuare ordinem, quam modum, uel speciem. ITEM. Modus species, & ordo correspondent illis tribus, uidelicet unitati, ueritati, & bonitati: sed malum principaliter, & plus aufert de bonitate, quam auferat de unitate, & ueritate: ergo si hæc tria correspondent illis tribus, uiderur, quod non adimantur ista tria æqualiter. ITEM. His tribus, in quibus attenditur ratio uestigij, uidelicet modo, specie, & ordini correspondent illa tria, in quibus attenditur ratio imaginis, uidelicet memoria, intelligentia, & uoluntas: sed peccatum cum deformat imaginem, non deformat omnes potentias æqualiter, imo principaliter, & magis deformat uoluntatem: ergo pari ratione non corrumpit æqualiter modum, speciem, & ordinem: sed principaliter aufert ordinem, quam modum, uel speciem. ITEM. Peccatum (loquendo essentialiter, & proprie) deformitas est: sed omnis deformitas principaliter dicit priuationem formæ, siue pulchritudinis, ergo specie: igitur culpa non priuat hæc tria æqualiter, sed principaliter priuat speciem

ciem. **ITEM.** Malum aliquo modo potest bene ordinari, sicut dicit Aug. in Ench. sed nullo modo potest speciem habere, cum sit priuatio: ergo uidetur quod in malo magis fiat priuatio speciei quam ordinis, non fit ergo priuatio illorum trium aequaliter. **ITEM.** Non fit priuatio in aliquo respectivo, nisi per priuationem prius factam in aliquo absoluto: in aliquid enim per se, & proprie nec est motus, nec mutatio; ergo si ordo dicit relationem ad alterum, non potest fieri corruptio in ordine, nisi per corruptionem factam in specie; uidetur igitur, quod corruptio facta per malum non respiciat illa tria aequaliter.

RESOLVTIO.

Sicut gratia aequae animam ordinatam, speciosam & ad bonam potentem reddit: sicut pariter in gloria est aequatio dotium: ita & in culpa & per culpam aequaliter fit priuatio & corruptio horum trium.

RESP. Dicendum, quod cum illa tria uidelicet modus, species, & ordo prout priuantur per malum culpam, sunt conditiones eiusdem bonae uoluntatis, non solum abinui cem inseparabiles, uerum etiam aequales, aequaliter priuantur per quodcumque malum culpam. Quod libet enim malum culpam intantum deordinat, in quantum facit Deo dissimilem, & intantum elongat a Deo; ita quod quemadmodum gratia aequaliter reddit animam ordinatam, & speciosam, & potentem in bonum, tantum, uel magis culpa deordinat ipsam, & deicit in malum. Et quemadmodum in gloria similiter est aequatio dotium, sic et in culpa aequaliter fit

priuatio horum trium. Et ideo sicut dicitur uisio in gloria esse tota merces propter connexionem, & aequalitatem in dotibus gloriosis, sic etiam ut dicit Aug. in lib. 83. q. quod totum nomen mali de speciei priuatione repertum est, non quia per malum species priuetur, uel principaliter: sed quia in priuatione speciei intelligitur priuatio aliorum. Concedenda sunt igitur rationes, quae ad primam partem inducuntur.

AD ILLUD, ergo, quod obiicit, quod malitia principaliter consistit penes intentionem. Dicendum, quod uerum est; sed quod ipse obiicit, quod ordo attenditur penes intentionem. Dicendum, quod illud intelligitur penes quandam appropriationem: nam circa ipsam intentionem consistit modus, species, & ordo, ex quibus & bona est intentio, & bona est actio, quae ex intentione procedit. **AD ILLUD,** quod obiicitur, quod modo, speciei, & ordini tribus his respondet unitas, ueritas, & bonitas. Dicendum, quod uerum est, prout in illis tribus consideratur generalis ratio uestigij; prout autem in ipsis attenditur corruptio mali culpam, quae consistit circa uoluntatem, haec tria habent considerari in bono secundum, quod bonum est, sicut in precedenti problemate patuit; & ideo aequaliter per malum habent priuari, quoniam directe opponitur illis. **AD ILLUD,** quod obiicitur, quod malum non aequaliter deformat omnes potentias imaginis. Dicendum, quod non est simile, quia illae potentiae sunt diuersae, & ad diuersos actus ordinate, ita quod aliorum actuum respiciunt culpam,

QVAESTIO III.

An etiam tria haec modus, species, & ordo per malum totaliter corrumpantur?

pam, & iustitiam secundum plus, & minus: non sic autem est in proposito, nam haec tria sola comparatione differunt: & cum habeant idem fundamentum, necesse est quod quantum diminuitur unum, diminuat & alterum. **AD ILLUD,** quod obiicit, quod malum culpam est deformitas, Dicendum, quod non tantum est deformitas opposita pulchritudini, sed et est deformitas, uel curuitas opposita rectitudini. Iam non sequitur, quod magis priuet speciem, quam ordinem: non enim dicitur deformitas per solius pulchritudinis priuationem, sed etiam in hoc intelligitur priuatio aliorum: magis tamen denominatur a priuatione speciei, & formae per hoc, quod species est ratio cognoscendi. **AD ILLUD,** quod obiicitur, quod malum est ordinabile. Dicendum, quod duplex est ordo. Est enim ordo ante factum esse, qui est ex intentione facientis. Et est ordo post factum esse, qui quidem attenditur secundum iustitiam retribuentis. Primus ordo est ille, qui priuatur a malo per malum. Et hunc ordinem malum non potest habere, sicut nec speciem. Secundus uero ordo non priuatur per malum, imo malum est ordinabile in peius secundum ordinem illum. **AD ILLUD,** quod obiicitur, quod non fit priuatio in respectivo, nisi per aliquod absolutum. Dicendum, quod tam species, quam ordo, ut hic accipitur, utrumque est respectiuum: ideo non magis priuatur unum per alterum, quam econuerso. Nihilominus tamen haec tria tolluntur per mutationem factam circa aliquid absolutum: tunc enim priuatur, cum liberum arb. peccat, inordinate mouendo seipsum.

UTRUM per malum contingat haec tria, corrumpi totaliter. Et quod non, uidetur. Augustin. in Enchirid. Bonum minui, malum est: quamuis quantumcunque minuat, aliquid remaneat: ergo per culpam nunquam aufertur totum bonum, quod per malum corrumpitur: sed tale bonum attenditur in modo, specie, & ordine: ergo &c. **ITEM.** Augustin. in Lib. de Natura boni loquens de his tribus. Vbi haec magna sunt, magna bonum est, ubi parua paruum; ubi nulla nullum: ergo si per culpam totaliter fieret horum trium ademptio, fieret peccantis ad nihilatio: sed hoc est impossibile, quod anima peccando ad nihilatur: igitur impossibile est, quod ista tria totaliter corrumpantur. **ITEM.** Malum si malum est, aliquid adimit: sed impossibile est, quod aliquis tot mala faciat, & tantum peccet, quin adhuc possit peccare: ergo nunquam tantum peccat, quin adhuc inueniat culpa in eo aliquod bonum, quod possit adimere: sed hoc bonum consistit in modo, specie, & ordine: ergo &c. **ITEM.** De nemine desperandum est dum est in uia: ergo quantumcunque peccet, adhuc habilitatem habet bene faciendi: sed quantumdiu habet habilitatem benefaciendi, adhuc habet aliquod bonum, quod malum potest corrumpere: & si hoc, habet modum, speciem, & ordinem: ergo ista nunquam corrumpuntur totaliter per malum culpam. **ITEM.** Demus quod in aliquo

Corrumpatur totaliter, tunc quæritur: aut ille definit esse, aut non. Si sic: ergo per peccatum contingit corrumpere substantiam immortalem & incorruptibilem, animam, scilicet rationale, quod est impossibile. Si autem non definit esse: aut ergo potest peccare, aut non. Si potest peccare; ergo aliquid bonum potest perdere: & si hoc, adhuc habet aliquid de habilitate, & modo, & specie, & ordine, quæ corrumpuntur per malum culpæ. Si non potest, & substantia rationalis, quæ non potest peccare habens liberam voluntatem, melior est illa, quæ potest peccare, quia Dei similior est: ergo per multitudinem peccatorum perueniret homo ad statum meliorem: sed hoc est falsum, & impossibile: ergo & illud ex quo sequitur, videlicet, quod modus, & species, & ordo totaliter adimat per peccatum.

SED CONTRA. Omne illud, a quo fit ademptio, & ablatio si non est infinitum, aliquando totaliter est ademptum: sed omne bonum, quod est in anima, siue sit habilitas, siue potentia, finitum est: ergo si per malum culpæ tollitur, & adimitur, necesse est, quod aliquando totaliter adimatur. ITEM. Si tantum malum adimit tantum de bono: ergo maius malum maius adimit, & duplo malum duplo adimit: sed nullum est peccatum ita magnum, quin adhuc possit esse maius: ergo si unum paruum peccatum adimit aliquid de bono, possibile est, quod anima committat ita magnum peccatum, quod totaliter adimit bonum, quod per peccatum priuatur. ITEM. Quantaque corporali quantitate data, quantumcumque modicum inde au-

feratur, utpote si a mari auferatur gutta aquæ, contingit intelligere, quod aliquando totum auferatur: ergo pari ratione uidetur in quantitate uirtutis, quod quantumcumque parum auferatur per malum, si homo peccet continue, aliquid quando totum erit consumptum. ITEM. Sicut se habet gratia ad pronitatem, sic se habet culpa ad bonam habilitatem: sed gratia a deo potest crescere, quod omnino potest auferre pronitatem, sicut patet in Christo, & beata uirgine, in quibus fuit tanta gratia, quod nulla fuit in eis ad malum pronitas: ergo pari ratione uidetur, quod a deo potest crescere culpa, quod totaliter perdat ad bonum habilitatem. ITEM. Sicut status gloriæ confirmat in bono, ita status damnationis confirmat in malo: ergo sicut per gloriam redditur homo impossibilis ad malum, ita per damnationem æternam redditur impossibilis ad bonum: sed ubicunque est ad bonum impossibilitas, ibi nulla est ad bonum habilitas: si ergo habilitas ad bonum est illud, quod adimitur per peccatum, & cuius modus, species, & ordo tollitur per culpam, uidetur quod hæc aliquando totaliter sit adempta.

RESOLVTIO.

Sicut per malum omnino tolli non potest habilitas uoluntatis ad bonum: ita nec totaliter modus, species, & ordo: quæ iuxta illam attenduntur:

RESPOND. Dicendum, quod absque dubio per malum culpæ non contingit omnino remoueri, & priuari habilitatem uoluntatis ad bonum, nec modum, speciem, & ordinem, qui secundum illam attenduntur: & hoc manifeste apparet, quia

*Repro-
bare ni
titur
Sed qd
malum
sit pri-
uatio
quia*

habilitatis: quia nunquam uoluntas potest esse sine naturali habilitate, & aptitudine ad bonum: sicut ergo non potest uoluntas peccando de se, quod siuere esse, sic non potest totam habilitatem illam perdere, & modum, & speciem, & ordinem, quæ secundum illam attenduntur, totaliter amittere. Et hoc quidem dicit Augu. expresse, & communitate consentiunt in hoc omnes doctores. Sed qualiter per peccatum habilitas illa continue adimat, & nunquam finiatur, siue consumatur, difficile est assignare. Et super hoc diuersi senserunt diuersimode. Quidam enim uoluerunt dicere, quod habilitas illa nunquam totaliter tollitur, pro eo, quod & si sit finita in se, est tamen ordinabilis ad infinitum bonum, & ad infinitos actus: & ideo nunquam potest tolli. nec per peccati magnitudinem, nec per peccati multitudinem. Sed iste modus dicendi non satisfacit: nam habilitas quantumcumque diminuat per peccatum, adhuc est ad infinitum bonum, adhuc etiam est ad infinitos actus: ergo ex illa parte ita magna est, sicut prius erat: ergo in nullo est diminuta: igitur ordinatio ad bonum infinitatem, uel ad actuum multitudinem nihil facit ad illius habilitatis diminutionem: imo potius ex hoc posset argui, quod nullo modo minuitur, cum infinitum non sit minus infinito ex ea parte, qua infinitum est. Et propterea alii dixerunt aliter, quod illa habilitas & si semper diminuat, nunquam tamen totaliter tollitur, quia diuisibilis est in infinitum: Sicut enim in corporalibus quantitas molis diuisibilis est in infinitum, & nun-

quam potest a Deo per diuisionem diminui, quin adhuc possit minor effici: sic in spiritualibus habilitas potentie, quæ est quantitas uirtutis, nunquam potest per peccatum a deo parua effici, quin adhuc possit minor fieri: & hoc nihil prohibet, quod aliquid sit finitum actu, & infinitum diuisione, & ita, quod sit semper diminuibile & nunquam totaliter consumptibile. Sed nec iste modus dicendi satisfacit. Nam quantumuis continuum sit diuisibile in infinitum, nunquam est tamen continuum aliquid ita magnum, quod si diminuat diminutione quantumcumque parua, & postmodum consequenter fiat ablatio partis ita parua sicut prius, & sic consequenter procedendo, quin aliquando totum consumatur, sicut patet si a monte auferretur ita modicum, sicut est unus atomus: ergo si malum aliquid tollit de illa habilitate, cum non sint ibi infinita tanta, aliquando erit totaliter consumpta. Si tu dicas, quod hoc uerum esset, si in sequenti culpa tantum adimeretur sicut in prima: nunc autem non est sic: quia semper minus & minus adimitur, & ita nunquam finitur. Si quis enim in diminuendo acciperet millesimam partem diminuibilibis, & postmodum millesimam partem residui, & sic procedendo, nunquam totaliter tolleretur. Si inquam hoc modo dixeris, non satisfacis, pro eo quod maior culpa plus tollit de bono, & minor culpam precedentem potest subsequi maior culpa, & sic consequenter procedendo: ergo semper potest fieri maior, & maior ad eam, & ita necessario aliquando poterit fieri illius totius boni consumptio.

Et ideo dixerunt aliquialiter, videlicet quod quia illa habilitas semper minuitur, & nunquam finitur, hoc venit ex hoc quod est durabilis, & continuabilis in infinitum, quāuis sit actu finita. Vñ sicut aqua, quæ est in fonte scaturiente, actu finita est: nunquā tamen potest tantū exhauriri, quin semper remaneat, propter hoc quod est ibi virtus continue influendi: sic & in proposito dicunt se habere, quod ipsa habilitas ad bonū ortum habet à libertate voluntatis: & quantumcunque voluntas se actu de habilitate, quia tamen semper manet libera, semper potest se ad bonum habilitate. Et ideo sicut si quis subtraheret radios soli illum inanti, sol posset continue radios suos restaurare, quamuis habeat actualiter finitatem: sic & in proposito dicunt se habere: & ideo cum peccatū nō possit ipsam voluntatem, quæ est radix, & principium illius habilitatis perimere, & voluntas semper possit illā habilitatē continuare, malū culpæ nunquā potest eam totaliter consumere, quāuis aliquo modo possit diminuire. Sed nec iste modus dicendi satisfacit. Nā si ideo habilitas non finiretur, propter hoc quod continue restauratur: sic duo sequentur inconuenientia, quorū unum esset, quod nec habilitas minueretur nisi ad tempus, sicut nec aqua fontis. Aliud esset, quod homo posset resurgere a peccato per seipsum, si illam habilitatē posset voluntas sine gratia restaurare, & restaurando continuare. Et propterea est quartus modus dicendi, videlicet quod habilitas semper potest minui, & nunquam totaliter consumi: &

hoc quia est elongabilis à rectitudine in infinitum. Sicut enim linea curua potest infinites elongari à rectitudine, id est, nunquā tantum elongari, quin adhuc possit magis: sic cū malum corrumpat habilitatem, elongando ipsam à rectitudine, pro eo quod ipsum malum, siue malitia est curuitas, & intensio in malo est per recessum à bono: habilitas illa nunquā adeo diminuitur, quin adhuc possit magis diminui: quia nunquam adeo elongatur, quin magis possit elongari, & nunquā adeo curuatur quin possit magis curuari: & ideo semper potest per malum diminui, & nunquam totaliter tolli. Hic autem modus dicendi inter cæteros prædictos magis videtur esse rationalis, pro eo quod fundatur super modum adimendi ipsius mali. Corrupt enim (sicut dictum est) per elongationem à bono: sicut dicit Augustinus, & Magister in fine Distin. recitat in litera. Ad huius igitur modi intelligentiam ampliorem habendam notandum est: quod sic corrumpit, & diminuit culpa habilitatem illam, sicut ei opponitur: sed non opponitur illi habilitati secundum id quod est (ut prædictum est supra) siue prout fundatur in natura: sed secundum id ad quod est, id est prout ordinatur à gratia: & ideo nunquam corrumpit eā, nec minuit: ita quod aliquam partem sui auferat secundum id quod est: sed quia deordinat ab eo ad quod est, ac per hoc sic minuit quod relinquit: & ideo sic corrumpit, quod nunquam totaliter tollit. Vnde sicut dicit Magister, quod concupiscentia ex usu charitatis continue minuitur, & nunquam finitur

tur, quia charitas nunquam opponitur ipsi concupiscentiæ secundum radicem suam, & secundum id in quo radicatur, sed secundum id ad quod inclinat: sic intelligendum est esse in proposito: & illud melius manifestatur, si sumatur exemplum in terminis. Habilitas enim illa, quam dicimus diminui, non est aliud quā idoneitas animæ ad suscipiendū gratiam, & ad cooperandum gratiæ iam susceptæ. In hoc igitur dicitur culpa illam habilitatē minuire, quod reddit animam minus idoneam ad utrumque. Dum enim homo peccat, Deum offendit, & ex hoc efficitur indignus, & ineptus ad suscipiendū gratiam Dei. In hoc etiam quod peccat, pronus ad malum redditur, & in hoc efficitur ineptus ad opera virtutum: sed planum est istud, quod nunquam est aliquis adeo indignus gratia Dei, quin adhuc possit esse indignior, quia nunquam tantum offendit, quin adhuc possit magis offendere, nunquam est adeo indignus, quin quandiu est in statu uix, sit susceptibilis gratiæ: & ita nunquam ex illa parte efficitur inhabilis in summo ad susceptionem gratiæ. Similiter ex parte pronitatis nullus est adeo pronus, quin possit adhuc magis pronus effici, pro eo quod voluntas semper est libera: & ideo nunquam pronitas in uoluntate potest fieri necessitas: & ita potest homo semper fieri magis, ac magis pronus, & magis ineptus ad cooperandum gratiæ, & per hoc ex neutra parte totaliter dehabilitatur. Et sic patet, quod habilitas per culpam semper potest minui, & nunquam totaliter tolli.

Et ratio huius est, quia non minuitur alicuius partis ablatione, sed elongatione: non secundum id quod est, sed secundum id, ad quod est: hoc enim modo illi habilitati opponitur: & ideo per hunc modum ab ea diminuitur. Concedendæ sunt igitur rationes, quæ hoc ostendunt.

AD RATIONES ad oppositum satis plana est responsio. Nam quod obicit primo, secundo, & tertio: per hoc soluitur, quia illæ tres rationes ex malo intellectus diminutionis procedunt. Arguunt enim ac sic habilitas minueretur secundum id, quod est, & eius pars aliquota tolleretur: hoc autem non est sic, sed per elongationem, ut dictum est. Et ideo nunquam potest tot peccatis dehabilitari: quin adhuc possit magis pluribus nec etiam tanto peccato, quin adhuc maiori. Et ideo dicit Dionysius, quod malum est infinitum: non quia aliquod sit malum summū, quo nihil possit esse peius, sed quia non est aliquod ita malum, quin adhuc possit esse peius. Et ideo per quantumcunque malum nunquam adimitur habilitas secundum totum: quamuis enim sit finita, modus tamen adimendi ipsam protendit se usque in infinitum, non infinitate actuali, sed potentiali, qua scilicet dicimus, quod curuum a recto in infinitum potest recedere. AD ILLUD uero, quod obicitur, quod gratia totaliter tollit concupiscentiam. Dicendum, quod quædam est gratia, quæ opponitur ipsi concupiscentiæ secundum id, quod est: quædam uero, quæ opponitur ipsi solum secundum id, ad quod est: & prima est quædam gratia gratis data,

totaliter potest tollere concupiscentiam, dum sanat, & reintegrat naturam uitiatam. Alia uero est gratia gratum faciens. Et de hac dicit August quod quamuis dimittat concupiscentiam nunquam tamen finit eam: & huic gratiæ assimilatur culpa respectu habilitatis non alteri. Nam sicut dictum est, non opponitur illi habilitati secundum se, siue secundum id, in quo est, sed secundum id, ad quod est. AD ILLUD, quod obiicitur, quod gloria reddit impossibilem ad malum. Dicendum, quod etiam pœna reddit impossibilem ad bonum: sed tamen aliter, & aliter, quia gloria reddit impossibilem ad malum in hoc quod in eo auferatur radix mali, scilicet ipsa concupiscentia, & datur plenitudo boni. Damnatio uero æterna reddit impossibilem ad bonum, non quia ibi sit pleni-

tudo omnis mali, nec etiam quia auferatur naturalis aptitudo ad bonum, sed quia auferatur merendi spatium, & Deus amplius non offert gratiam iuuantem ad bonum. Et ideo illa impossibilitas non dicitur per priuationem habilitatis omnimodam, sed potius propter benefaciendi impedimentum. Unde si aliquis damnatus ad statum uix reduceretur, nulla sibi habilitate collata, de nouo habilitatem haberet ad susceptionem gratiæ. Et propterea quamuis ordinatio habilitatis impediatur, tamen habilitas nunquam totaliter tollitur. Esto autem quod concederetur, quod tolleretur in inferno: adhuc tamen non sequeretur, quod totaliter tolleretur per peccatum. Nulla enim culpa ponit hominem extra statum uig: & ideo nec auferit homini habilitatē ad græ susceptionē.

DISTINCTIO XXXVI.

Vtrum peccatum sit pœna peccati.



Sciendum est tamen quaedam sic esse peccata, ut sint etiam pœna peccatorum. Unde Aug. super illum locum Psal. 57. Super cecidit ignis, & non uiderunt solem, ait, Ignis superbiæ & concupiscentiæ & iræ intelligitur. Istas pœnas pauci uident: ideo eas maxime commemorat Apostolus in epistola ad Romanos, & enumerat multaque peccata sunt, & pœna peccati. Inter primum enim peccatum apostasiæ & ultimam pœnā ignis æterni, media quæ sunt, & peccata sunt, & pœna peccati. Greg. quoque super Ezech. ait. Contemnti, qui non uult pœnitere, ponit Deus offendiculum, ut scilicet grauius impingat. Peccatum enim quod per pœnitentiam citius non deletur, aut peccatum est & causa peccati: aut peccatum & pœna peccati: aut peccatum simul & causa & pœna peccati. Unde, Moyses, Non

In fo. 8. prope finē enarra- tionis ad illū psalm. Cap. 1. Homi. 11. circa illud sed, Et si con-

dum sunt completa peccata Amorrhæorum. Et David inquit, Appone iniquitatē super iniquitatem eorum. Et alius propheta, Sanguis sanguinem tetigit, id est, peccatum peccato additum est. Paulus quoque ait, Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ, &c. Et item, Ut impleant peccata sua semper. Ioanni quoque per Angelum dicitur, Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Ex his testimoniis colligitur peccatum aliquod & peccatum esse, & pœnam peccati.

An in quantum peccatum est, sit pœna peccati.

Et ideo merito queritur, Vtrum in quantum peccatum est, sit pœna peccati. Quod non uidetur, cum omnis pœna peccati iusta sit. Unde August. in Lib. Retractionum, Omnis pœna peccati iusta est, & supplicium nominatur. Si ergo peccatum quod est peccatum & pœna peccati, in quantum peccatum est, pœna peccati est, cum omnis pœna iusta de iustitiæ Dei ueniat, uidetur in quantum peccatum est, iustum esse, & a Deo provenire. Ad quod illi respondent, peccatum sic dici pœnam peccati, quia per peccatum, in quod merito precedentis peccati homo labitur, deserente Deo, corrumpitur bona natura. Sicut ignis æternus dicitur pœna malorum, quia ea cruciantur: nec tamen ipse cruciatus malorum ignis est, sed per ignem fit in homine. Ita per peccatum corrumpitur natura, & imminuitur bonum naturæ: & est ipsa imminutio & corruptio boni, passio & pœna: & non est essentialiter ipsum peccatum, per quod fit: sed ideo peccatum dicitur, ut præmissum est, quia per peccatum illico, ut peccat homo, fit in homine illa corruptio, quæ tamen fit Deo auctore. Illa enim pœna siue passio, quæ est boni corruptio, a Deo est. Illius tamen (ut sic dicam) materia & causa est peccatum, quod a Deo non est. Quod uidetur Augustinus notasse, & iuxta hunc sensum intellexisse, cum ait in Libro de Prædestinatione sanctorum, Prædestinatione Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse factururus. Sed præsciuit Deus etiam quæ non est ipse factururus, id est, omnia mala: quia etsi sunt quedam, quæ ita peccata sunt, ut etiam pœna sint peccati, secundum illud Apostoli, Tradidit illos Deus in passiones, &c. non tamen peccatum Dei est, sed iudicium, scilicet pœna. In scriptu-

Ge. 15. Psal. 68. Osee 4. Ro. 1. 1. The.

2.

Lib. 1.

c. 9. &

3 li. de

lib. ar-

bi. ca.

18. 10.

1.

Ca. 10.

Tomo.

7.

Rom. 2

ibid.

ra enim sepe nomine iudicij pœna intelligitur. Hic diligenter intendentibus insinuare uidetur, ea quæ peccata sunt, & pœna peccati: non in quantum peccata sunt, sed in quantum pœna, Dei esse. Nam cum dixisset, Deum non esse facturum mala aliqua. i. peccata, quia posset ei obijci quædam peccata esse et pœnas peccati, & pœna peccati omnis iusta est, & ideo à Deo: quasi determinando secundum quid faciat ea, uel secundum quid non faciat, addidit reliqua. Iuxta uero prædictam intelligentiam peccata sanè dicuntur pœna. Vnde Apost. appellat eas passiones ignominie, quia, ut ait auctoritas, licet quædam peccata sint quæ delectant, sunt tamè passiones nature non nominandæ: quia per ea corrumpitur natura.

Non omne peccatum est pœna peccati.

Et licet ex hoc sensu omne peccatum mortale possit dici pœna, non tamen omne potest dici pœna peccati. Pœna. n. peccati, ut prædictum est, est illud cuius causa est aliud præcedens peccatum. Nam peccatum sic dicitur pœna peccati respectu præcedentis, sicut dicitur causa peccati respectu sequentis. Quo fit ut idem peccatum & causa sit, & pœna peccati: sed alterius peccati pœna, & alterius causa: ut enim

Lib. 25 Gregorius in Moral. ait, Peccatum quod penitètia non diluitur, suo pondere mox ad aliud trahit. Vnde fit ut non solum circa il peccatū sit, sed & causa peccati, ex illa quippe culpa subsequens oritur. Peccatū uero, quod ex peccato oritur, non solum lud Iob 34. non peccatū, sed pœna peccati est: quia iusto iudicio Deus cor peccantis obnubilat, ut præcedentis peccati merito et in alia causa operatur. Quem. n. liberare noluit deserendo percussit. Proinde, eorum. dat. Quem. n. liberare noluit deserendo percussit. Proinde,

ut August. ait, Præcedentis est hæc pœna peccati, & tamen etiam ipsa peccatum est. Iudicio enim iustissimi Dei traditi sunt, ut ait Apostolus de quibusdam, siue deserendo, siue alio modo explicabili, siue in explicabili, in passiones ignominie, ut crimina criminibus vindicarentur, & supplicia peccantiū non tantū sint tormenta, sed & vitiorum incrementa. Illa ergo peccata, quæ enumerat Apostolus, quia de superbia sunt, non solum peccata, sed etiam supplicia sunt. Ecce ex his iā fit perspicuū quædam peccata etiam pœnas, & causas peccati esse: & illud peccatum esse pœnam peccati, quod

quod causam præcedentem habent peccatū: atq; illud peccatum esse causam peccati, quod est meritum sequentis culpæ.

Significatio ex superioribus.

Sed cum ait crimina criminibus uindicari, uidetur insinuare ea ipsa, quæ peccata sunt, essentialiter esse pœnas peccati. i. punitiones peccati. Ad hoc autem, inquiunt illi, hæc & similia dicta esse secundum rationem prædictam: & ideo intelligenda fore secundum præmissam expositionem. Intelligentia enim dictorum ex causis est assumenda dicendi.

Non obuiat ueritati, dicere peccata esse pœnas peccati essentialiter.

In nullo tamen præiudicium factum ueritati putatur, si quis dicat ipsa eadē, quæ peccata sunt, essentialiter (ut ita dicam) esse pœnas. i. punitiones peccatorum præcedentium, quæ iustæ sunt, & à Deo sunt. Nec tamen in quantum peccata, a deo sunt, nec in quantum peccata sunt, pœna peccati sunt; & tamē in quantum peccata sunt, priuationes boni sunt, ut supra dictum est; causaliter & actiue dicuntur priuationes. Aperte ostendit peccata quædam esse pœnam peccati, & pœnam ipsam iustam esse a Deo.

Quod autem quædam peccata pœnae sint, & ipsa pœna iusta sit, & à Deo sit, euidenter tradit August. in Libro Retractionum primo, dicens quædam necessitate fieri ab homine quæ mala sunt, & eadem iusta pœna peccati sunt. Sunt, inquit, quædam necessitate facta improbanda, ubi homo uult recte facere, & non potest. Vnde & illud Apostoli, Non quod uolo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago. Et illud, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim inuicem sibi aduersantur, ut non ea quæ uultis faciatis: sed hæc omnia ex illa mortis damnatione sunt. Nam si non est ista pœna hominis, sed natura, nulla ista peccata sunt. Si enim non receditur ab eo modo, quo naturaliter factus est homo, cum hæc facit, ea utique facit quæ debet. Si autem homo, quia ita est, non est bonus, nec habet in potestate ut sit bonus, siue non uidendo qualis esse debeat, siue uidendo & non ualendo esse qualem se esse debere uidet, pœnam istam esse quis dubitet? Ois autem pœna si peccati pœna

Hilari-
us lib. 4
de trim.
nō lon-
ge a me-
dio.

Di. præ-
cedentō

Cap. 9.
lib.
de lib.
arb. 3.
ca. 18.
tom. 1.
Rom. 7
Gala 5

Gen. 2. est, iusta est, & supplicium nominatur. Si autem iniusta est
 In qua pœna, quoniam pœnam esse nemo ambigit, iniusto aliquo do-
 minante homini posita est. Porro, quia de omnipotentia
 die co- Dei & iustitia dubitare dementis est, iusta est hæc pœna, &
 mederi pro peccato aliquo impenditur. Non enim quisquam iniu-
 sis exeo ste dominans, aut surripere hominem potuit uelut ignoran-
 gn. lib. ti Deo, aut extorquere inuito tanquam inualidiori, ut ho-
 de Lib. minem iniusta pœna cruciaret. Relinquitur ergo, ut hæc pœ-
 arb. ca. na iusta de damnatione hominis ueniat. His atque aliis plu-
 18. To. ribus testimoniis docetur, quædam esse peccata, & pœnas
 10. peccati essentialiter.

De quibusdam, quæ sine dubio peccata sunt & pœnæ.

Præterea nullatenus ambigendum est, quædam peccata
 absq; ullo scrupulo pœnas esse, ut inuidia, quæ est dolor alie-
 ni boni: & ira, quæ etiam non in quantum pœnæ sunt, pecca-
 ta sunt: ita etiam de cupiditate & timore, & alijs huiusmo-
 di sentiendum est. Vnde Augustinus in Libro 83. Questionū
 Tom. 4 ait, Oīs perturbatio passio: oīs cupiditas, perturbatio. Oīs
 ergo cupiditas, passio. Omnis uero passio cum est in nobis,
 ipsa passione patimur. Oīs ergo cupiditas cum est in nobis,
 ipsa cupiditate patimur: & in quantum cupiditas est, pati-
 mur ea. Omnis autem passio in quantum ipsa patimur, non
 est peccatum: ita & de timore. Non enim consequens est, ut
 si patimur timorem; ideo nō sit peccatum: quia multa sunt
 peccata, quæ patimur, sed non in quantum patimur eis.

Præmissæ Augustini sententiæ Hieronymi
 sententia obuians.

Tom. 4 Illud autem diligenter est annotandum, quod supra posi-
 ad Da- tis uerbis Augustini dicentis, quædam necessitate facta es-
 masum se improbanda & mala, uidetur obuiare, quod Hierony-
 Papæ. mus ait in explanatione Fidei: quod licet supra sit positū,
 Dis. 28 tamen ut perfectius sciatur, iterare non piget. Execramur,
 huius inquit, eorum blasphemiam, qui dicunt impossibile aliquid
 3. homini a Deo esse præceptum, & mandata Dei, non a singu-
 lis, sed ab omnibus in commune posse seruari, & paulo post.
 Et tam illos errare dicimus, qui cum Manichæo dicunt ho-
 minem peccatum uitare non posse, quam illos, qui cum Io-

minione

uiniano asserunt hominem non posse peccare. Ecce Hierony-
 mus dicit errorem esse, si quis dicat hominem uitare pecca-
 tum non posse. Qui autem dicit quædam necessitate fieri,
 quædam dicit non posse uitari. Cum ergo id Augustinus di-
 cat, uidetur aut erroris esse, quod tradit, aut non esse uerū,
 quod Hieronymus ait.

3. Cap.
 18. &
 1. re-
 tra. ca.
 9. et Li.
 de præ-
 destina-
 tiones
 etorū.

Ca. 18.

Conciliatio dictorum sanctorum.

Ad quod dici potest, quia Augustinus secundum statum
 huius miseriæ, ad quam pertinet ignorantia & difficultas,
 ut idem ait in Libro de Libero arbitrio, quæ ex iusta damna-
 tione descēderunt, illud tradidit, ubi & uenialia peccata in-
 clusit. Hiero. uero tātum de mortalibus peccatis loquitur,
 quæ unusquisq; gratia illuminatus uitare ualet: Vel de ho-
 mine secundū statum liberi arbitrij ante peccatū, illud ait.

Epilogat, ad alia transiturus.

Satis diligenter eorum posuimus sententiam, qui dicunt
 omnes actus naturas bonas esse, et in quantum sunt, bonos esse.
 In quo tractatu quædam interseruimus, quæ non ex eorum
 tātum persona accipienda sunt: quia ab omnibus catholicis
 sapientibus absq; hæsitacione tenentur: atque auctoritatē
 testimonijs & rationibus eorundem traditionē munimus,
 qui dicunt omnes actus essentia sui, id est, in quantum sunt,
 esse bonos, quosdam uero in quantum inordinate fiunt, pecca-
 ta esse. Addunt quoque quosdam, non tantum essentia, sed
 etiam genere bonos esse, ut reficere esurientem, qui actus est
 de genere operum misericordie: quosdam uero actus absolu-
 te, ac perfecte bonos dicunt, quos non solum essentia, uel ge-
 nus, sed etiam causa & finis commēdat: ut sunt illi, qui ex
 bona uoluntate proueniunt, & bonum finem metiuntur.



V P R A determinauit dum opinionē aliorum. In secun-
 da uero secundum opinionē pro-
 priam. ibi. In nullo tamen præiud-
 cium factum ueritati, &c.) Prima
 parte inquit, utrum peccatum
 sit pœna peccati. Diuiditur autē
 ista pars in duas partes. In quarū
 prima Magister mouet quæstio-
 nem illam, & determinat secun-

da uero secundum opinionē pro-
 priam. ibi. In nullo tamen præiud-
 cium factum ueritati, &c.) Prima
 pars habet tres partes. In prima
 adducit Magister auctoritates, q-
 bus ostendit, quod unum pecca-
 tum sit alterius peccati pœna. In
 secunda uero mouet quæstionē,

utrum

vr̄um peccatum secundum idem sit culpa, & p̄na, an secundū diuersa: & determinat iuxta aliorū opinionem, ibi. *Et ideo merito queritur &c.*) In tertia uerō subiungit illius opinionis maiorem explanationem ibi. *Et licet hoc sensu omne peccatum mortale &c.*) Similiter secunda pars principalis, in qua illā quæstionem determinat secundum propriam opinionem, diuiditur in tres partes. In quarum prima determinat propositā quæstionem secundum propriam opinionem, confirmans eā auctoritate sanctorum. In secunda uerō determinat quoddam dubium in prædictis auctoritatibus propositum ibi. *Illud autem diligēter notandum est &c.*) In tertia uerō breuiter epilogat ea, quæ prædicta sunt. ibi. *Satis diligenter eorum posuimus &c.*) Et sic in hac totali parte agitur principaliter de cōparatione culpæ ad p̄nā. Vtrum uidelicet culpa sit p̄na causaliter t̄atum, an causaliter simul, & essentialiter. Et quamuis secundum aliquorum opinionem peccatum sit p̄na t̄m causaliter, secundū t̄n opinionē Magistri, quā in litera innuit, nō t̄m causaliter, sed etiam essentialiter p̄na est.

Dub. 1. *Peccatū est, et causa peccati &c.*) Sed contra. Aut peccatum est causa peccati uoluntaria, aut necessaria. Non uoluntaria, quia nihil uoluntariē operatur, nisi quā cognoscit, & appetit: talis autem est rationalis creatura, nō culpa: ergo non est uoluntaria causa. Item. Non est causa necessaria, quia qui peccauit in uno peccato, non est necesse, quod peccet in altero: ergo non vr̄ quā aliquo modo sit causa. Item. Si peccatū

est causa peccati, aut ratione alius cuius boni substrati, aut rōne defectus. Non rōne boni substrati, quia tunc magis deberet dici bonū esse causa mali, quam peccatū causa peccati. Non ratione defectus, quia quā nihil est, nullus est cā: intentio. n. causalitatis in solis entibus reperit: pp̄ quā est quæstio, quod peccatum sit causa peccati: & rōne cuius peccatum sit causa peccati. Resp. Dicendum, quod cum in peccato duo sint, uidelicet cōuersio, & auersio, rōne utriusque p̄ctm̄ hēt ad aliud peccatū disponere, & per hoc peccatum aliud dicitur causare. Rōne quidē auersionis, quia in hoc quā a Deo auertit, elongat a bono, & p̄ hoc hō efficit impotens ad resistendū malo. Rōne conuersionis, sicut actus unius uirtutis disponit ad actū alterius, utpotē actus nutritiue, ad generatiuā: sic una culpa hēt disponere ad aliā, utpotē gula ad luxuriam. Est igitur p̄ctm̄ causa peccati. i. dispositio trahens, siue inclinans ad aliud peccatum tam ratione auersionis, quā ratione cōuersionis: sed rōne auersionis, in qua cōmunicant omnia peccata, quod libet est causa cuius libet: ratione uero conuersionis, in qua distinguuntur, non quodlibet est causa cuiuslibet: sed peccatum unius generis disponit ad peccatum generis proximi, utpotē spirituale ad spirituale, ut superbia ad inuidiam, & carnale ad carnalem, ut gula ad luxuriam. Ad illud ergo, quod obijcitur, quod non est causa uoluntaria, nec necessaria. Dicendum, quod peccatū nō est sufficiens causa peccati: sed dicitur in hoc, quod hoc quod contrahit uoluntatem, ut commit-

cat

rat aliquando culpam; & ita re- ducitur ad causam uoluntariā. Ad illud, quod queritur, utrum sit causa rōne positionis, uel defectus. Dico, quod rōne utriusque, sicut uisum est. Conuersio. n. inordinata disponit ad aliā conuersionem inordinatam. Ex conuersione. n. inordinata augetur in nobis concupiscentia, & pronitas ad malum, & dum augetur pronitas & concupiscentia, quasi quoddam pondus ponitur in anima. Quod. n. est pondus in corporibus, hoc est amor in spiritualibus. Et iō benedicit Greg. quod peccatū, quā per p̄nitentiā non diluitur, mox pondere suo ad aliud trahit: & ita nec defectus per se facit, nec bonū per se, sed unū cū alio. Illud t̄n argumentum non ualet: quia defectus non pōt esse causa alius: ergo nō potest esse causa peccati. Causare. n. peccatū non est causare aliquid, sed potius deficere. Vnde est ibi sophisma secundum quid, & simpliciter.

Dub. 2. *Illico ut peccat homo, &c.*) Sed cōtra hoc est, quia illa boni corruptio, siue actiue dicatur, siue passiue, est imaginis deformatio. Deformatio autē imaginis Deo displicet: & nihil quā Deo displicet, est a Deo. (Idem. n. est fieri Deo auctore, & Deo uolente) ergo talis corruptio nō est a Deo. Item. Eadē sunt principia actionis, & passionis: ergo si corruptio actio non est a Deo, uideatur similiter, quod nec corruptio passio. Resp. Dicendū, quod illud uerbum non est dictū sc̄dm opinionem Magistri, sed sc̄dm opinionem aliorum, sicut patet ex ipsa serie literę. Sed t̄n, quia

S. Bon. Lib. 2.

illud idem uidetur Magister dixisse in ultimo capitulo p̄cedentis distinctionis, aliter respondē dum est, quod in illa corruptione, & est considerare defectum, & deordinationem. Est nihilominus ibi considerare passionē, & ordinem ad p̄cedentem actionem: & quantum ad hęc duo ultima, corruptio ista tenet rationem p̄næ, & quantum ad hoc dicitur esse a Deo, uidelicet in quantum p̄na: simpliciter autē loquendo, ut dicatur corruptio modi, speciei, & ordinis esse a Deo, siue deformatio imaginis, non admittitur, sicut rōnes ostē dunt, propter hoc, quod talis corruptio & defectus dicit, & deordinationem, quę est culpa, sicut supra est ostensum. Et est talis corruptio p̄na non infligta, nec contracta, sed acta: & ideo quodammodo tenet rationem culpæ, sicut ostensum fuit in p̄cedenti Distinctione. Et quantum ad hoc non intelligitur illud, quod in litera dicitur. Et per hoc patent ea, quę in litera obijciuntur.

Dub. 3. *In nullo tamen præiudicium factum ueritati putatur, &c.*) Videtur hic esse implicatio contradictionis. Primo enim dicit, quod unum, & idem (essentialiter loquendo) est p̄na, & culpa. Et post dicit, quod idem ipsum & est a Deo, et non est a Deo. Respondeandum est ad hoc, quod illud, et consimilia intelligenda sunt cū reduplicatione, ut quando dicitur, quod aliquod peccatum est p̄na peccati, et quod p̄na illa est a Deo, hoc intelligitur sc̄dm quod p̄na, hoc est sc̄dm rationem ordinationis. Et hoc innuit Ma-

A a a a gister

Art. 1.
q. 2.

gister in litera, cum dicit, q̄ nō in quantum peccata sunt, p̄ne sunt: nec inquātū peccata sunt, a Deo sunt. q. d. Cum in idē concurrant ratio deordinationis, & ordinationis per assertionē ad diuersa, ordinatio est a Deo, deordinatio uero minime.

Dub. 4. Sunt (inquit) quaedam necessitate facta improbanda, &c.) Contrarium huius uidetur Aug. dicere in Lib. de duabus animabus. Dicit. n. q̄ illud solum est peccatū, a quo liberum est abstinere. Et dicēdum est ad hoc, q̄ (sicut Magister determinat infra) quaedā necessitas est ad peccata uenialia. peccata saltem in uniuersali. Illa autem ratio, & uerbū quod ibidem sequitur, intelligitur de peccato actuali mortali. Qualiter autem necessitas sit ad uenialia, hoc habebit q̄nē infra suo loco, ubi Magister inquit dist. 41.

Dub. 5. Addunt quoque quosdam actus, &c.) Queritur, pro quanto dicitur esse bonū in genere. Si dicitur, quia bonum absq; circumstantia aliqua superaddita: tunc uerū, q̄ reficere indigentem nō sit bonum in genere: quia est ibi circumstantia debita in eo, qui reficitur. Si tu dicas, q̄ bonum in genere dicitur; quia est cōe. & uniuersale: tunc similiter uideēt, q̄ deberet dici bonum in specie, cum generale dicatur respectu speciei. Est igitur q̄, pro quāto dicatur aliquid esse bonū in genere. Queritur et de sufficientia ipsius diuisionis per tria membra: uidetur. n. esse insufficientis; quia non tantum est bonum in genere, & bonum ex intentione, & causa; sed etiam bonum gratiæ, & gloriæ. Resp. Dicendum, quod Ma-

gister diuidit hic bonum, non quocunq; modo, sed bonum prout est in actu: bonum autem huiusmodi habet considerari in se, siue secundum se: & sic est bonum naturæ. Habet iterum considerari secundum comparationem ad naturam debitam; & sic dicitur bonū in genere. Habet iterum considerari secundum alia tria genera causarum, uidelicet in comparatione ad efficiens, & formam, & finem; & sic est bonum perfectum. Et sic patet sufficientia; quia omnis actus aut comparatur ad suum principium efficiens solum. Aut comparatur ad suum principium efficiens, prout respicit debitum obiectum. Aut comparatur ad suū principium efficiens, prout respicit debitum obiectum, & finem congruum. Bonū autem, secundum q̄ respicit naturam debitam, dicitur esse bonum in genere, pro eo q̄ sicut genus dicitur esse in potentia ad esse completū, quæ completur per aduentum differentiarum: sic in actu transeunte super naturam debitam quodammodo inchoatur bonū moris. Illud autem bonum moris specificatur, & cōpletur per aduentum circumstantiarum, unde potest fieri & bene, & male. Similiter intelligēdum est de malo in genere. Quamuis autem bonū, & malum possint differenter fieri, & bene, & male: nihilominus tamen bonum quantum est de se, dicit inchoationem boni, & malū similiter mali: & ideo nomen boni tenet: quia in ipso saluatur ratio generis. Unde bonū naturæ, respectu boni moris est quasi in potentia materiali, quæ

est

est potentia passiuā: bonum autem in genere aliquo modo est bonum moris; ex hoc quod trāsit supra materiam debitam: & ideo assimilatur potentia generis, quæ est aliquo modo actiua. Genus enim est forma, (ut dicit Philosophus) licet per comparationem ad differentias in definitione sit sicut materia. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam bonum ex circumstantia contineri potest sub bono perfecto, uel sub bono in genere. Si. n. est indutum omnibus bonis circumstantiis, continetur sub bono perfecto. Si autem deficit in aliqua circumstantia, reducitur ad bonum in genere: sub bono autem perfecto comprehenditur actus gratuitus, & gloriosus. Possent autem plura queri de hac materia, sed alibi magis habent locum, quam hic.

ARTICVLVS I.

QUESTIO I.

An peccatum peccati pœna sit?



Intelligētiam huius partis circa tria incidit hic quæstio. Primo queritur de comparatione culpæ ad pœnā secundum identitatem. Secundum uero queritur de comparatione culpæ ad pœnam, secundum inseparabilitatem. Tertio queritur de comparatione pœnæ ad diuinæ iustitiæ æquitatem. Circa primum duo queruntur. Primo queritur, utrum unum peccatum sit alterius peccati pœna. Secundum queritur, utrum passiones animæ sint pœnæ tantum, an pœnæ simul, & peccata.

UTRUM peccatum sit pœna peccati. Et sic uerū Apoc. ultimo. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Gl. Iustum est: sed esse in sordibus, nō est, aliud, quā esse in peccatis: & sordescere nō est aliud, quā peccare: ergo peccatum est meritum alterius peccati: igitur a reatiuis peccatum sequens est retributio præcedētis: sed retributio peccati nō est nisi pœna: ergo &c. ITEM. Grego expressius dicit, & habetur in litera. Inter primum peccatū apostasiæ, & ultimam pœnam ignis æterni, media quæ sunt, & peccata sunt, & pœna peccati. ITEM. Isido. Deus occultam superbiam clericorum uindicat per manifestam luxuriam: sed uindicta peccati est pœna: ergo manifesta luxuria est pœna peccati superbiæ. ITEM. Ex hoc, quod homo peccat, meretur a Deo re-

Hæc rō nē uideatur par uis facta re Sco. Dis. 37 q. unica. ibi. Sed iste modus, ut uideatur, est walde diffici-

uidia absque dubio est peccatum; ergo peccatum est poena peccati.

SED CONTRA. Omnis poena peccati est laudabilis, & nulla culpa est laudabilis: ergo nulla culpa est poena peccati. Maior probatur: quia omne, quod iustum est, laudabile est: sed omnis poena peccati est iusta, sicut dicit Aug. & habetur in litera. Minor uero per se patet. ITEM. Omnis poena est ordinatiua culpae, & per hoc faciens ad uniuersum decorum: sed culpa subsequens non ordinat culpam precedentem, nec decorat uniuersum, immo magis deturpat: ergo culpa non est peccati poena. ITEM. Si culpa subsequens est poena precedentis: ergo a relativi culpa praecedens est meritum sequentis, pari ratione illa culpa, quae est subsequens, est meritum alterius, & sic deinceps: si ergo nullum peccatum debet remanere impunitum, uidetur quod homo debeat peccare in aeternum: si ergo hoc est inconueniens, & indignum, patet quod peccatum non est peccati meritum; igitur nec unum peccatum est alterius punitiuum. ITEM. Si sequens peccatum punit precedentem; ergo cum Deus non puniat bis in idipsum: culpa sequentis peccati perpetrata culpa precedentem non debet puniri: aut si punitur, non debet tantum puniri: quod si hoc esset uerum, reportaret quis commodum de malitia: quod si hoc est inconueniens, patet &c. ITEM. Si peccatum est poena peccati, & Deus non punit supra condignum, nunquam peccatum sequens esset maius peccatum precedenti: quod si hoc de plano est falsum; quia

de minori peccato deuenitur ad maius. planum est, quod peccatum non est poena peccati.

RESOLVTIO.

Peccatum sequens precedentis peccati nedum casualiter, immo essentialiter poena est: siquidem ut poena damnificat, & ut poena ordinat.

RESPON. Dicendum, quod absque dubio (sicut auctoritates sanctorum expresse dicunt) tenendum est, quod peccatum est poena peccati. Sed aduertendum est, quod circa hoc est duplex modus intelligendi, secundum quod Magister in litera innuit. Quidam. n. dicere uoluerunt, quod peccatum est poena peccati non tamen essentialiter, siue secundum id quod est; sed ratione eius, quod concomitatur, uel ratione eius, quod consequitur; sicut patet quod peccatum manifestum, ex quo confurgit infamia; dicitur esse uindicta peccati occulti, non ratione ipsius transgressionis, sed ratione infamiae consequentis. Vel, peccatum, in quo est manifesta ignominia, est poena peccati superbie, sicut peccatum heresis, & alia huiusmodi, quae uocat Apostolus passionem ignominiae, poena est ratione ignominiae, non ratione culpae. Et breuiter quod libet peccatum potest dici poena peccati precedentis ratione lesionis quam infert; & sic idem dicitur peccatum, & poena peccati: ita tamen quod peccatum dicitur essentialiter, & poena peccati casualiter. Sed quoniam secundum istum modum non tantum unum peccatum posset dici poena alterius; sed et unum peccatum posset dici poena sui, casualiter loquendo; quia

quia peccans seipsum laedit: & iterum (sicut ostensum fuit in precedentibus) non tantum actio inordinata est culpa: uerum etiam ipsa deformitas, quae remanet in anima, & ipsa animae deformatione modica est ei poena: & rursus, (sicut rationes primae ostendunt) quaedam ordinatio meriti, & retributionis est inter culpam precedentem & sequentem, etiam quantum ad id, quod culpae sunt. Ideo est alia opinio, cui magis uidetur consentire Magister: quod peccatum sequens non tantum casualiter, sed etiam essentialiter (ut sic loquamur) est poena peccati precedentis: & hoc dicendo (sicut Magister dicit) in nullo fit praedictum ueritati: imo hoc est satis planum. Nam poena dicitur duo, & dicitur malum, siue damnum, & dicitur ordinem ad precedentem meritum & haec duo contingit reperiri circa sequens peccatum. Damnificatio enim, & nocentium est in ipso secundum quod peccatum: eo enim est peccatum, quo nocet, & magnum malum incurrit quod cum incidit in peccatum; etiam si nihil aliud deberet habere posterius. Ordinationem uero habet in eo quod sequens; hoc ipso enim quod homo est in peccato, dignus est dimitti cadere in aliud. Iuxta illud Apocal. ult. sicut dicitur in Glo. Iustum est, ut qui in sordibus est, sordescat adduc. Concedendum est igitur simpliciter, quod peccatum potest esse poena peccati, ut expresse dicunt auctoritates Sanctorum.

AD ILLUD uero, quod primo obiicitur, quod omnis poena est

laudabilis. Dicendum, quod illa propositio dupliciter potest intelligi. Aut quod laus attribuatur poenae, secundum id quod est: aut in quantum poena. Si attribuitur poenae secundum id quod est, sic est falsa: multae. n. sunt poenae, quae sunt passionem ignominiae, & non sunt laudabiles, sed uituperabiles. Si autem attribuatur poenae sub ratione poenae, hoc est in quantum est precedentis peccati punitiua, sic omnis poena est laudabilis, propter hoc quod ordinata est; et per eundem modum intelligenda est haec propositio. Omnis poena est iusta. Cum ergo infertur, quod peccatum sit iustum, uel quod sit laudabile: est ibi sophisma secundum accidens: quia procedit a laudabilitate ordinis ad laudem rei ordinabilis: hoc autem non sequitur; quia frequenter laus ordinis extranea est rei ordinabili: maxime cum illud, quod est uituperabile, ordinatur conuenienter, & laudabiliter. AD ILLUD, quod obiicitur, quod omnis poena est ordinatiua culpae. Dicendum, quod uerum est, quod eo modo ordinat, quo modo punit: & illa, quae simpliciter est poena, & simpliciter punit, est simpliciter ordinatiua: & illa, quae sufficienter punit, sufficienter ordinat. Quae uero est poena secundum quid, & non punit sufficienter, ordinat solum secundum quid: & uerum est illud, quod sicut quidam ordo laudabilis est, licet magis manifestus poenae infernalis ad culpam: ita quidam ordo est laudabilis, licet minus manifestus peccati subsequenti ad peccatum precedentem: & in hoc ordine laudatur diuina iustitia, quae committit

rem unum peccatum iusto iudicio permittit labi in aliud. AD ILLVD, quod obiicitur, quod culpa præcedens est meritum sequentis. Dicendū, quod est meritum congrui, & est meritū condigni. Et cum dicitur culpa præcedens esse meritum sequentis, hoc non est quantum ad meritū condigni, sed congrui, quæ quidem congruitas in alia congruitate de facili potest recompensari. Sicut enim est congruū, quod Deus peccatorem permittat labi in aliud peccatum, sic est etiam congruum, ut quia male usus est uita, eam sibi auferat, & in infernum demergat. Sicut est congruum est, ut dimittat eū cadere in aliud peccatum: sic est congruum est, ut si uelit abstinere, det ei auxilium, ut in aliā culpā non corruat. AD ILLVD, quod obiicitur, quod Deus non punit bis in idipsum. Dicendū, quod peccatum sequens nō erat pœna, in qua fieret retributio de condigno, sed solum de congruo. Et sic retributio eius, quæ meretur quis quantum ad meritum congrui non præiudicat ei, quod meretur quantum ad meritum condigni. Dat enim Deus iustis bona in præsentī, non propter hoc dat minora in futuro: sic intelligendum est se habere in proposito. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, quod Deus non punit supra condignum &c. iam patet responsio. Hoc enim intelligitur de pœna, quæ a Deo infligitur proprie: & de ea, quæ circa peccatum præcedens respicit meritum condigni: utrūque autem horum deficit in proposito. Nā culpa sequens scdm id

quod est, nō est a Deo: culpa est sequens non ordinatur ad præcedens peccatum secundum rationē condigni, sed scdm rōnem congrui. Congruit. n. hoc ordini diuinę iustitię, sicut ostēsū est.

QVAESTIO II.

An passiones animæ pœna tantum sint; uel pœna & peccata simul?

VTRVM passiones aīę sint pœnæ tantū, an pœnæ simul, & peccata. Et quæ sint pœnæ, & peccata uidetur. Omne illud, pro quo quis meretur mortem æternā, est peccatum: sed pro passionibus animæ meretur quis mortē æternam, Matth. 5. Qui irascitur fratri suo, reus est gehēne ignis: ergo ira, quæ est passio animæ, est culpa, pari rōne & aliæ passiones animæ. ITEM. Oē illud, quod directe repugnat uirtuti, est culpa: sed ira, & inuidia, & aliæ passiones animæ repugnant uirtutibus: ergo &c. ITEM. Omne illud, quod est contra rōnem rectam, est culpa: sed passio animæ, quæ est dolor de alieno bono, est contra rōnem rectā, quæ de illo iudicat esse gaudendum: ergo &c. ITEM. Illud maxime tenet rōnem culpæ, quod maxime est impugnatuum gratiæ: sed inuidia gratiæ fraternæ maxime repugnat gratiæ spiritus sancti: ergo cum hæc sit passio animæ, & pœna, uidetur quod passiones animæ sint peccata. ITEM. Ad hoc ipsum est ratio Aug. in Lib. 83. quæ. Arguit. n. sic. Omnis perturbatio est passio, nōnis cupiditas est perturbans: ergo oīs cupiditas est passio: sed planū est, quod cupiditas est culpa: ergo peccatum est passio,

passio, & econuerso: reddit igitur idem quod prius.

SED CONTRA. In oī peccato (sicut uult Aug. in Lib. de lib. arb.) regnat libido: ubicunque aut regnat libido, ibi est improba delectatio: ergo oē peccatum inquantū est peccatū, delectat: sed hōi passiones animæ eam puniunt, & contristant: ergo uerū quod non sint peccata. ITEM. Omnis culpa actualis est uoluntaria: sed istę passiones animæ non sunt uoluntarię: ergo non sunt culpa, sed tñ pœna. ITEM. Omnis culpa uituperamur: passionibus autem animæ non laudamur, nec uituperamur, sicut uult Philosophus: ergo passiones animæ non sunt peccata. ITEM. Opposita sunt nata esse in eodem genere: sed nulla uirtus est passio, cum omnis uirtus sit in genere habitus: ergo nullum uitium, siue peccatum est passio. ITEM. In omni peccato est conuersio ad commutabile bonū: in hōi aut passionibus aīę, quę sunt inuidia, ira, tristitia, potius est tēdiū boni, & auersio, quàm conuersio: ergo tales passiones animæ nō sunt culpę.

RESOLVTIO.

Quæ oriuntur ex corruptione nature, ut pœnali corruptione corrupta est, pœna tantū sunt; ut famas fitis, &c. Quæ uero à natura ut uitiosa corruptione est corrupta est, & pœna & culpa rōnem obtinent, ut ira, inuidia, & cetera huiusmodi affectiones.

RESP. Dicendum, quod sicut expresse dicit Magister in litera, & probat per auctoritatem Aug. multę sunt passiones aīę, quę non sunt solū pœnales, ue-

rum est culpabiles, sicut ira, & inuidia. Licet autē huiusmodi passiones peccata sint, tamen nō sunt peccata inquantum passiones, sicut idem August. dicit, & habetur in litera. Omnis autem passio inquantum ipsa aliquis patitur, non est peccatum, sed hōi passiones peccata sunt ratione inordinationis uoluntatis coniunctę, uel antecedenter, uel consequenter. Propter quod notādum est: quod quędam est passio illata ab extrinseco, & circa hanc non consistit meritum, nec demeritum, nisi inquantum a uoluntate respicitur, uel acceptatur. Vnde occidi pro Christo nō est meritorium, nisi in quantum uoluitur est ab eo, qui occiditur: unde (proprie loquendo) in talibus passionibus non est quid meritorium, sed sufferētia passionis. Est & alia passio, quę ortum habet ab intrinseco. Et hæc dupliciter potest oriri: quia quędam oritur ex corruptione nature, quędam uero ex conuersione uoluntatis liberæ. Et illa, quę oritur ex corruptione nature, in duplici differentia est: quoniam natura corrupta est uitiosa corruptione per concupiscentiam, & corrupta est corruptione pœnali per mortalitatem inflicta. Illæ igitur passiones, quę oriuntur ex corruptione nature, ut est corrupta pœnali corruptione, tenent rōnem pœnæ tantum, ut famas, & sitis: illæ uero, quę oriuntur ab ipsa, ut est corrupta corruptione uitiosa, non tantum habent rationem pœnæ, sed est culpæ: sicut sunt inordinatę affectiones animæ, quę cōsurgunt ex morbo concupiscentiæ.

tiæ: & tales sunt passiones iræ, et inuidiæ, & conuulsiues: secundū autē quod huiusmodi passiones animæ oriuntur ex uoluntatis conuersione ad aliquod bonum amabile: sic scđm qđ uoluntas habet conuerti dupliciter: passiones huiusmodi sunt in duplici genere. Voluntas. n. aliquando conuertitur ad bonum simpliciter, & tunc detestatur, & odit quod aduersatur illi bono, utpote peccatum: & hoc modo passiones inde conuulsiues sunt iustæ, & meritorie. Conuertitur etiam uoluntas aliquādo ad bonum proprium, & ad bonum ut nunc: & tunc passiones, quæ inde cōsturgunt, culpabiles sunt, & malæ, sicut & uoluntas a qua oriuntur, sed non habent plenā rationem mali, & culpæ, nisi qđ uoluntate consummantur: utpote cum aliquis uult irasci, uel etiam uult contristari. Et sic patet quod huiusmodi passiones animæ peccata sunt & in quantum oriuntur ex corruptione concupiscentiæ, & in quantum ortū habēt ex inordinato amore uoluntatis deliberatiuæ. Concedēde sunt igitur rationes ostēdentes aliquas passiones animæ esse peccata.

AD ILLUD uero, quod obiicitur primo in contrarium, qđ libido regnat in omni peccato. Dicendum, quod uerum est secundū quod libido dicitur improba uoluntas: sed non oportet secundum quod libido dicitur immoderata delectatio. Nilominus tamen potest dici, qđ & in istis peccatis reperitur libido respectu proprii motiui. Nā inuidus delectatur in boni sin-

gularitate, & iracundius delectatur in adeptione uindictæ: imo quod plus est, sicut air iustus ex rectitudine uoluntatis delectatur, dolendo de malo culpæ, sic etiam inuidus quādam refectionem inuenit in dolendo de aliena prosperitate: ita qđ delectatio est de uno, & tristitia est de altero. Quemadmodū enim aliquis dum amisit illud, qđ multum dilexit, tristatur uehementer, & magna est illi consolatio posse tristari, & ibi solum inuenit quietem in fletu, & dolore, sicut Aug. in 4. Conf. dicit de se: sic inuidus in dolendo de bono alieno, in illa passione inuenit quādam delectationem in eo, qđ placet sibi de bono alieno contabescere: illa tamen delectatio multū est resperisa amaritudine. AD ILLUD, quod obiicitur, qđ passiones sunt inuoluntariæ. Dicendum, quod inuoluntarium dicitur dupliciter, sicut & uoluntarium. Vno modo dicitur uoluntarium, cuius principium est uoluntas. Alio modo dicitur uoluntariū, quod concomitatur uoluntas. Et secundum hunc duplicem modum dupliciter dicitur inuoluntariū. Vno modo ut dicatur inuoluntariū, quod non est a uoluntate efficiente. Alio modo ut dicatur inuoluntarium, qđ non fit cū uoluntate concomitante. Primo igitur modo accipiēdo inuoluntarium: sic ueritatem habet de passionibus, quæ fiunt ab extrinseco: quia earum principium est extra: uoluntarium aut est cuius principium est in ipso: non autē hēt ueritatē in passionibus, qđ sunt ab intrinseco, sicut prius ostē-

An sit ponere culpam precedentem sine pœna subsequente?



ONSEQUENTER

queritur de cōparatione culpæ ad pœnā secundū inseparabilitatē. Et circa hoc duo queruntur. Primo queritur, utrū cōtingat in aliquo ponere culpā sine pœna subsequente. Scđo queritur, utrū cōtingat in aliquo reperire pœnā sine merito pcedētis culpæ.

ostensum est: imo possunt esse uoluntariæ non solum sicut a uoluntate concomitante, imo sicut a uoluntate causante, dum diligit aliquod inordinate. AD ILLUD, quod obiicitur, qđ passionibus non laudamur, nec uituperamur. Dicendū, quod hoc uerū est, per se loquendo: prout tamen radicem habent ex uoluntate, & uoluntas concomitatur eas, & laudari possumus, & uituperari, sicut prius ostensum est: ideo ratio illa non concludit, quod huiusmodi passiones non sint, peccata, sed qđ peccata non sint, in quantum eis patimur. AD ILLUD, quod obiicitur, qđ nulla uirtus est passio, iam patet responsio. Nam aliqua uirtus potest circa passiones consistere, sicut patientia, & fortitudo, prout illæ passiones efficiuntur uoluntariæ, sic & in proposito intelligendum est esse. Nilominus tamen potest dici, qđ quāuis passio non sit uirtus nisi ex actu uoluntatis simul coexistentis, pōt tamen aliqua passio prout egreditur a natura uitiata, & corrupta, esse peccatum: nec ualet illa ratio, cum plura exigantur ad complendum bonum, qđ ad committendum malum. AD VLTIMUM iam patet responsio. Nam istæ passiones oriuntur ex conuersione uoluntatis ad commutabile bonum, & ideo peccata sunt: nunquam enim quis inuideret alicui, nisi nimis amaret proprium bonum, ut uult Dam. Ira uindex est lēse concupiscentiæ: imo generaliter (sicut ostendit Aug. in 14. de ciuitate dei cap. 7.) omnes huiusmodi passiones ortū habēt ex amore.

UTRUM contingat in aliquo ponere culpā sine pœna subsequente. Et quod sic uidetur. Eccles. 5. Altissimus est patiens redditor: sed patiens non statim uindicat iram suam, sed usque in tempus expectat: ergo uidetur, quod Deus peccatorem nō statim puniat: ergo contingit in aliquo esse culpam sine pœna. ITEM. Pronior est Deus ad miserendum, quā ad condemnandum: sed meritū non habet statim coniunctum præmiū: ergo uir similiter, quod culpa non statim habeat iunctam pœnā: ergo &c. ITEM. Pœna est (ut dicit Aug.) labor inuoluntarius: sed impiis, & peccatoribus in hac uita multa prospera pueniūt: & plures sunt qđ adeo in malo letantur, qđ dolorem non sentiunt: ergo uidetur, qđ ponere sit peccatum absque pœna, saltem ad tēpus. ITEM. Si statim peccator cū peccat punitur, aut punitur sufficienter, aut non sufficienter. Si sufficienter: ergo nō dēret amplius in inferno puniri. Si non sufficienter: ergo aliquid de culpa ad tēpus remanet impunitū: sed quæ ratione

ratione aliquid remanet impunitum, eadē ratione & totum: ergo uidetur, quod peccatum possit saltem ad tempus separari a pœna. **ITEM.** Multo misericordior, & benignior est Deus, quā sit aliquis homo: sed ad laudem benignitatis humanę spectat, ut in nullo uindictam iniuriam sibi factam: ergo multo fortius hoc decet facere Deum: ergo uidetur, quod saltem ad tempus debeat relinquere peccatum impunitum.

SED CONTRA. Aug. I. confes. Iussisti dñe, & sic est, ut pœna sua sit sibi omnis inordinatus animus: si ergo ad culpā necessario sequitur animi inordinatio, necessario igitur ad culpam sequitur aliqua punitio. **ITEM.** Vbicunque est peccatū, ibi est priuatio modi, speciei, & ordinis: ubicunque autē hoc est, ibi est damnificatio: ubicunque autē damnificatio est merito culpæ, ibi est iusta punitio: ergo impossibile est culpā esse in aliquo absque pœna. **ITEM.** Quicumque inordinate conuertitur ad bonum ut nunc, auertitur a bono simpliciter: & quicūque acquirit carnalem delectationem, perdit spiritualem consolationem: sed perdere spiritualem consolationē, ad quā anima nata est, & amittere Deum, qui est omne bonū animę, hoc est maximum damnum, & pœnam incurrere: ergo uidetur, quod nunquam peccatum committatur absque pœna. **ITEM.** Vniuersum ideo dicitur esse ualde bonum: quia optime ordinatum: sed in eo quod est optime ordinatum, non potest esse or-

dinis corruptio nec simpliciter, nec ad tempus: sed peccatū absque pœna est inordinatum: ergo impossibile est ad momentū peccatum esse impunitum. **ITEM.** Ad iustitię perfectionem spectat superare iniustitiam, sicut ad sapientię perfectionem spectat uincere malitiam, ut dicitur Sap. 7. Sapientia uincit malitiā: sed quia sapientia uincit malitiā, impossibile est aliquod malum esse, quod diuina sapientia non statim ordinet, & exinde bonum aliquod eliciat: ergo cū iustitia Dei similiter omnē superat iniustitiam, impossibile est aliquam culpam committi, quin statim ad eam non sequatur aliqua pœna.

RESOLVTIO.

Nullatenus & propter diuine equitatis perfectionem, & propter uniuersi pulchritudinem: & ex ordinatione culpæ, & conditione nature peccantis.

RESP. Dicendum, quod impossibile est culpā in aliquo esse, quā ad ipsam sequatur pœna inseparabiliter. Et ratio huius potest sumi ex perfectione diuine equitatis, & ex pulchritudine uniuersitatis, & ex inordinatione culpæ, & ex conditione peccantis nature. Ex perfectione diuine æquitatis ratio sumitur sic. Tantę. n. æquitatis est Deus, quā est iudex omnium, ut nō patiat dedecus peccati ad modicū esse sine decore iustitię: oī. n. modo debet iustitiā iniustitiam superare. Ex pulchritudine uniuersitatis rō sumit: Vniuersū. n. ex ordine pulchritudinē habet, & talis est ista pulchritudo, qualē de-
cuit fieri ad ostensionē summę sapien-

patientię: & ideo nullo modo fœdari potest, ac p hoc nec ad momentum esse in ea aliquid inordinatum, & ita nec peccatum a pœna separatum. Ex corruptione culpæ ratio sumitur. Nunquam enim culpa committitur, quin modus, species, & ordo circa rōnem uolūtatis, & dum uoluntas se uolūtariē in actu suo deordinat; semetipsā incuruat, & dū incuruat; modo, specie, & ordine quantum ad habilitatem ad bonum se priuat: talis autem priuatio magna est in ipsa anima dānificatio, & lētio. Et ideo dicit Aug. in quodam sermone de Nocentibus. Nemo habet iniustum lucrum sine iusto dāno: ubi lucrum, ibi damnum: lucrum in arca, & damnum in cōscientia: tulit uestem, & perdidit fidem: acquirit pecuniam, & perdidit iustitiam. Ex conditione nature ratio sumitur. Quia uoluntas rationalis, quæ est causa peccati, quasi media est inter sensualitatem, & sensibilitatem, & synderesim: media est etiam inter Deum, & alias creaturas: & cum se conuertit ad hæc inferiora, ab eo recedit, qui sursum est: & dum acquirit paruum bonum, amittit magnum bonū: quia dum acquirit ut nunc bonum, amittit simpliciter bonū: & quæ erat media, facit seipsam infimam. Similiter cum peccando concordat cum sensualitate, discordat cum synderesi: & dū cū synderesi discordat, incurrit ex illa repugnantia remorsum quendam, & afflictionem internam: & ita dum peccat perdidit magnum bonum, perdidit honorem propriū: perdidit sola-

tium, & incurrit remorsum. Et sic patet, quod ad culpam inseparabiliter sequitur pœna, siue dicatur pœna quædam damnificatio, siue dicatur pœna afflictio, siue inuoluntaria passio: sed pœna, quæ est dānificatio, semper sequitur, & in actu, & in habitu: quia nuquam est homo in culpa, quin semper sit in damno. Afflictio uero, siue remorsio sequitur saltem in habitu, quāuis propter delectationē intensam, uel considerationem, siue distractionem animi non sentiat. Et ex hoc patet, qualiter peccatum claudit in se pœnam, & qualiter peccatum potest dici pœna peccati, & etiam pœna sui ipsius. Secundum enim diuersam comparisonem uoluntatis peccantis ad synderesim, & sensualitatem, idem ipsum & habet rationem peccati, & habet rationem pœnæ, sicut ostensum est. Concedendæ sunt igitur rationes probantes, quod pœna sequitur culpā inseparabiliter.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur in contrarium; quod altissimus est patiens redditor. Dicendum, quod dupliciter est loqui de pœna, scilicet quantum ad statum inchoationis, & quantum ad statum consummationis. Et primo modo punitur homo remediabiliter, secundo irremediabiliter. Pœnam igitur secundum statum inchoationis, & remediabilitatis statim infert Deus: quia hoc decet suam iustitiam. Secundū statum uero consummationis, & irremediabilitatis differt: hoc enim decet suā benignitatem, & patientiam: secundum cuius diuitias nos expectas

peccat ad pœnitentiam. AD ILLVD, quod obiicitur, qđ Deus non statim remunerat. Dicendū, quod sic in pœna magnitudo afflictionis differtur, & interior afflictio, & remorsio peccatum concomitatur: sicut & in benefactis, seu beneficiis Dei dulcedinis multitudo absconditur benefacientibus: nihilominus tamen aliquę primitię spiritus degustantur, & in omni bono opere quedam iocunditas conscientię, & tranquillitas bene operanti conceditur, quę est sicut fructus, & remuneratio operis illius: & hoc est quod dicit Apostolus, Laborantem agricolam oportet primo de fructibus edere. AD ILLVD, quod obiicitur, quod pœna est passio inuoluntaria, & afflictiva, iā patet respōsio ex his, quę dicta sunt. Nam ibi est damnificatio & afflictio, quamuis non semper sentiatur. AD ILLVD, quod obiicitur, quod Deus punit sufficiēter, aut non. Dicendum, quod punire sufficiēter, hoc est dupliciter. Aut simpliciter, aut secundum quod competit statui præsenti. In præsenti igitur punitur culpa sufficiēter: sed hoc non simpliciter, sed prout competit statui præsenti: & ideo in tali punitione saluatur debitus ordo: & nihilominus post egressum animæ a corpore debet fieri pœnę accumulatio: nec remanet in præsenti, nec in futuro aliquid impunitum, sed totum punitur, licet plus, & minus scđm quod exigit locus, & tempus. AD ILLVD, quod obiicitur, qđ homo benignus condonat. Dicendū, quod non est simile, pro eo qđ

2. Tim.
2.

cū Deus sit ipsa iustitia, si propria offensā dimitteret impunitā, iniuriā faceret ipsi iustitię: nō sic autē est de hoīe. Præterea cū ipse sit ultimus iudex, ei seruatur oīa punita. Vnde qđ ipse dimittit impunitū, alius punire non pōt: non sic autē est de hoīe, qui habet aliū superiorem iudicem. & quod ipse nō punit, quasi ad Deum remittit.

QVÆSTIO II.

An econuerso dare sit pœnam subsequenter in aliquo absque culpa præcedente?

VT RV M pœna possit esse in aliquo sine culpa præcedente. Et quod nō uidetur. Primo auctoritate Hieron. ait enim sic. Quicquid patimur, peccata nostra meruerunt. ITEM Grego. in quadam Collecta. Nulla eis nocebit aduersitas, si nulla dominetur eis iniquitas: ergo si non præcessit dominium culpæ, uidetur quod nullo modo sequi possit supplicium pœnæ. ITEM Augustin. in primo Tractat. Mors, & uita a domino Deo est: sed uita ut a donante, & mors ut a uindicatē: si igitur a Deo est mors ut a uindicatē, pari ratione & omnis alia pœna: sed omnis uindicatē respicit meritum culpæ præcedentis: ergo uidetur, quod in nullo sit aliqua pœna, quin in ipso prius fuerit culpa i liis pœnæ meritoria. ITEM. Pœna quantum est de se, dicit aliquod malum. Diuiditur enim malum in malum culpæ, & malum pœnæ: ergo sicut malū culpæ dicit priuationē alicuius boni, & alicuius ordinis, ita ē & malū pœnæ: ergo sicut malū culpæ idiget ordi-

ordinari, ita & malū pœnæ: sed sicut malum culpæ ordinatur psequens malum pœnæ, sic malū pœnæ p antierius malum culpæ: igitur sicut culpa non pōt esse sine pœna, sic nec pœna sine culpa. ITEM. Omnis punitio secundum qđ huiusmodi est effectus diuine iustitię: iustitia autē secundum quod huiusmodi considerat meritorum exigentiā: nullum autē est meritum pœnæ nisi peccatū: ergo impossibile est aliquē puniri nisi in eo, quod præcesserit macula peccati.

SED CONTRA. Iob. 17. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Et similiter Iob. 6. Vtinā appenderetur peccata mea, quibus irā merui, & calamitas, quā patior in statera; quā si arena maris hæc grauior appareret: ergo ut, qđ pœnæ, quę fuerunt in Iob, non fuerunt merito præcedentium peccatorum. ITEM. Ioa. 9. cap. Quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? ubi dicitur. Neque hic peccauit, neque parentes eius. Et exponit Aug. qđ hoc non dicitur: quia non peccauerunt: sed quia cæcitas non erat pœna peccati: ergo idem quod prius. ITEM. Pro peccato originali nō meretur quis nisi semel mortuus semel; sed bis: ergo uidetur quod prima mors, aut secunda fuerit ei absque merito peccati inflata. ITEM. Tota die cōqueritur. Abacuh. 1. Quare taces conculcante impio iustiorē se? sed non esset iusta querela prophete si iustus pro peccatis

suis puniretur: ergo uidetur, qđ multæ pœnæ infligantur, qđ non infligantur merito peccatorū. ITEM. Christus fuit a Iudæis interfectus: & planum est, qđ in ipso nullū fuit oīno peccatum, & mors illa pœna fuit, hoc cōstat: ergo uidetur, qđ pœna possit esse absque culpa præambula.

RESOLVTIO.

Nunquam, nisi in ordine ad bonum posterius, quod ex ea elici potest.

RESPON. Dicendum, quod malum pœnæ dupliciter potest ordinari. Vno modo ad malū culpæ, quod puniendo ordinat. Alio modo in comparatione ad bonum, qđ Deus elicit ex illa pœna. Dico igit, qđ si aliqua pœna infligatur, cuius ordinatio principaliter consistat in comparatione ad malum culpæ puniendum, necesse est aliquā culpam præcessisse: nec tātum præcessisse; sed etiam aliquo modo concomitari inseparabiliter. Pœna enim ordinata ad puniendum culpam aut est directe ordinata ad solū puniendū, aut ē ordinata principaliter ad malū excludendum. Primo modo est pœna infernalis, & secūdo modo est pœna purgatoria. Et primo modo requirit pœna præsentiam culpæ secundum deformitatem, & maculam. Secundo modo requirit culpæ præsentiam secundum reatum, & sequelam. Si autem pœna infligatur principaliter propter ordinem, quem habet ad bonum, quod inde elicitur, aut ergo propter bonum proprium, aut propter bonum alienum. Si propter bonum proprium, sic re-

quit

quiritur in subiecto illo aliqua de futuro. Si autem propter bonum alienum, sic sufficit poena, ut fuerit culpa in alio, quam in eo qui punitur, in eo uidelicet pro quo poena illa sustinetur: pro quem modum fuit in Christo, cuius mors, & passio erat ordinata ad redimendum genus humanum, & liberandum, & reparandum a lapsu, in quem ceciderat ex peccato primi parentis. Et sic patet, quod omnis poena aliquo modo respicit culpam: sed quaedam ut praesentem in se, ut pote poena infernalis, quaedam ut praeteritam in se; sed praesentem in reatu, & sequela, sicut poena purgatoria. Quaedam uero solum ut praeteritam, & hoc in eo, qui punitur: & sic est omnis poena in sanctorum, Christo excepto. Quaedam uero respicit culpam non in se; sed in alio, sicut patet in Christo. Cum ergo quaeritur, utrum omnis poena sit causata a culpa. Dicendum est, quod si intelligatur de causa meritoria de condigno, sic non habet ueritatem: si autem intelligatur de causa, sine qua non, sic aliquo modo ueritatem habet. Nulla enim esset poena in homine, nisi praecessisset culpa. Et per hoc patet responsio ad quaestionem propositam, qua scilicet quaeritur, utrum poena possit esse in aliquo sine culpa precedente: siue qua quaeritur, utrum poena possit separari a culpa. Concedendum est enim, quod sic propter ordinationem, quam habet ad bonum posterius, quod ex ea elicitur.

AD ILLUD ergo, quod obiici-

tur de Hieron. Dicendum, quod Hieron. non accipit ibi mereri pro merito congrui, quod quidem est (sicut dictum est) quod nisi fuisset in nobis peccatum originale, in nobis non esset contracta poenalitas, unde esset afflictio aliqua poenae: & quod in Christo fuit, hoc fuit solummodo uoluntarie. AD ILLUD, quod obiicitur de Grego. Dicendum, quod facienda est uis in hoc, quod dicit [nulla nocebit aduersitas] nam aduersitas, quae infligitur homini exigente merito praecedentis peccati, non est ad eius nocuum: sed potius ad eius profectum: iuxta illud Apostoli. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. AD ILLUD, quod obiicitur, quod mors est a Deo uindicante, & ita alia poenae. Dicendum, quod in opere iustitiae se multum immiscet opus misericordiae. Et ideo quamuis prima dispositio ad poenam fuerit uindicta: multae tamen poenae consequuntur ad illam dispositionem, quae potius sunt beneficia diuinae misericordiae & diuinae uisitationis, quam sint instrumentum irae. Cum ergo dicitur, quod mors est a Deo uindicante, hoc intelligit de ipsa necessitate moriendi: sed ex hoc non sequitur, quod omnis alia poena sit a Dei uindicta: immo (sicut tactum est) potest esse a Dei misericordia, quae erudit, & flagellat omnem filium, quem recipit. Sic enim competit praesenti statui. AD ILLUD, quod obiicitur, quod poena ordinatur ad culpam sicut econuerso. Dicendum, quod non est simile. Poena enim habet ordinari (sicut dictum est) dupli-

upliciter, non solum ad prius; sed etiam ad posterius, Peccatum autem secundum quod huiusmodi ordinari habet solum ad posterius, uidelicet ad poenam: & ideo culpa sepe dicitur in ordinatione, nisi praesentialiter ad sit poena: poena uero propter inordinationem ad posterius bonum ordinata, & utilis esse potest, et si nulla sit culpa in eo, qui punitur, illius poenae meritoria. Illud enim malum, recompeniatur per maius bonum, quod inde elicitur, sicut patet in ceconato, & in Iob, & Lazaro, & in quolibet uiro iusto. Quot autem bona inde eliciantur, inuenietur in 4. Dist. 15. AD ILLUD, quod ultimo obiicitur, iam patet responsio: quia & si poenitio sit a diuina iustitia, nihilominus tamen plerumque est a diuina misericordia. Sicut enim uult Augustinus. In quodam sermone, quae facit de flagellatione Pharaonis, cum Deus immittebat flagella, impeditur beneficiorum: quia cor eius ad conuersionem excitabat: cum uero subtraheret, hoc erat ex rigore iustitiae, quae propter ipsius Pharaonis peccata dum illa flagella subtraheret, ipsum obdurari sinebat: & pro tanto scriptura dicit, quod cor eius indurabat.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An poenali qua a dolore inducatur?



CONSEQUENTER quaeritur de comparatione poenae ad diuinam iustitiam equitate. Et circa hoc quaeruntur duo. Primo quaeritur, utrum aliqua

poena sit a Deo. Secundo dato quod sic, quaeritur, utrum omnis poena sit ab ipso.

UTRUM aliqua poena sit a Deo. Et quod non, uidetur. Sapient. 1. Deus mortem non fecit: ergo si mors inter omnes poenas est maxime manifestatiua diuinam iustitiam, & haec non est a Deo, uidetur igitur, quod nulla alia poena sit ab ipso. ITEM. Augustinus super illud locum Psalmi. 5. Deduc me domine in iustitia tua: Cum punit malos Deus, non solum malum eis infert; sed in suis malis eos relinquit: ergo uidetur, quod nulla poena secundum id, quod est, a Deo sit. ITEM. Poena est malum repugnans naturae: sed conditor naturae nihil facit contra naturam, sicut uult Augustinus: igitur uidetur, quod nulla poena sit a Deo. ITEM. Omnis poena inducit priuationem alicuius boni: & priuatio boni dicitur boni defectum: defectus autem non habet causam efficientem, sed deficientem: si ergo Deus nullius est causa deficiens, nullus defectus potest esse ab eo: ergo nec poena aliqua. ITEM. Sicut malum culpae priuat bonam dispositionem uoluntatis, sic malum poenae priuat bonam dispositionem naturae: sed ita est a Deo natura sicut uoluntas, & ita conseruatio naturae sicut conseruatio uoluntatis: si ergo mala dispositio uoluntatis non est a Deo, pari ratione nec mala dispositio naturae: ergo sicut non est a Deo culpa, ita non est a Deo poena. ITEM. Sicut in Deo est summa bonitas quantum ad reuerentiam uoluntatis, quae est iustitia: sic in Deo est summa bonitas quantum

ad completionem, & perfectionem naturæ: sed Deus quia summe bonus est, & summe iustus, non potest facere aliquod malum, siue aliquam iniustitiam, siue peccatum: ergo pari ratione cum sit bonus summe per naturam, non poterit ab eo egredi malum, quod sit in nocentum naturæ: igitur sicut ab ipso non exit malum culpæ, sic nec malum pœnæ.

SED CONTRA. Esa. 45. Ego dominus formans lucē, & creās tenebras, faciens pacē, & creans malum: Sed hoc nō intelligitur de malo culpæ: ergo necesse est q̄ habeat ueritatem de aliquo malo pœnæ. ITEM. Expressius Deute. 32. Ego occidam, & ego uiuere faciam, percutiam, & ego sanabo: sed occisio, & percussio est pœna: ergo &c. ITEM. Adhuc magis expresse Ecclesiasti. 11. Bona, & mala, uita, & mors, pauertas, & honestas a Deo sunt: sed huiusmodi sunt pœnæ: ergo &c. ITEM. Adhuc expressius de nouo testō. Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum: sed ab illo principaliter est pœna, qui dicitur sententiam: sed hic est Deus: ergo &c. ITEM. Augusti. in Libro de Lib. ar. Deus est auctor mali quod patimur: sed hoc est malum pœnæ, ut ibidem dicit: ergo aliqua pœna est a Deo. ITEM. Sicut actus diuinæ misericordie est parcere, ita actus diuinæ iustitiæ est punire: ergo sicut peccati remissio, & indulgentia est a diuina misericordia, ita peccati punitio est a diuina iustitia: ergo aliqua pœna est a Deo tanquam a causa.

RESOLVTIO.

Pœna à Deo est non faciente; sed uindicante: & illa præcipue, quæ ordinem suprarealem dispositionem fundatum importat.

RESP. Dicendum, quod pœna plus dicit, quàm malum. Malum enim plus importat absentiam, siue defectum boni, ubi debet esse: pœna uerò importat ordinem ad ipsum meritum culpæ, & simul cum hoc dispositionem aliquam significat circa ipsum punibile. Quoniam igitur tam ordo, quàm dispositio rei dicitur esse a Deo sicut a principio, hinc est q̄ rationabiliter concedit, q̄ pœna sit a Deo, illa potissime, quæ importat ordinem fundatum super realem dispositionem. Et quoniam dicit aliquomodo ordinem ad culpam præcedentem, & culpa præcedens non est constitutionis naturæ; sed potius ex uoluntatis inordinatione: hinc est, quod & si pœna dicatur a Deo, non tamen dicitur a Deo faciente; sed a Deo uindicante. Concedendum est ergo aliquas pœnas a Deo esse, sicut ostendunt rationes ad hoc inductæ, pro eo quod aliquæ pœnæ sunt dispositiones ipsius punibilis, & dispositiones non qualescumque: sed ordinatæ secundum rigorem diuinæ iustitiæ.

AD ILLVD, quod obiicitur in contrarium, quod Deus mortem non fecit, iam patet responsio; quia non negatur, quod mors non sit a Deo uindicante; sed quia non fuit a Deo naturam instituyente, ideo Deus eam inflixit: quia homo eam meruit merito culpæ. AD ILLVD uero quod obiicitur, quod Deus cum punit malos, non

non infert eis malum. Dicendum, quod Augustinus non uult ibi negare pœnam inferri a Deo, sed hoc uult ibi negare, quod defectus ille, qui clauditur in intellectu pœnæ, non causetur a Deo. Unde non dicit, non infert pœnam, sed non infert malum: malum enim dicit ipsum defectum (sicut dictum est:) pœna autem non tantum dicit boni defectum, sed etiam dicit punibilis dispositionem. AD ILLVD, quod obiicitur, quod conditor naturæ nihil facit contra naturam. Dicendum, quod si natura dicatur naturalis creaturæ obedientia, uel naturale iudicium secundum quod homo est habilis ad iustitiam, quia utrumque horum dicit immediatam ordinationem ad Deum, sic Deus non facit contra naturam, sicut nec facit contra seipsum. Alio modo natura dicitur uis operans secundum solitum cursum, etiam quodcumque bonum, quod inest creaturæ ex sua origine, & hoc modo Deus facit contra naturam, siue per miracula potentie, siue per supplicia uindicantis iustitiæ: & sic non facit simpliciter contra naturam, imo potius secundum naturam, cuius operatio subiacet diuinæ potentie, & ordinatio subiacet diuinæ iustitiæ. Et cum Deus utitur creatura siue ad manifestationem diuinæ potentie, siue ad manifestationem diuinæ iustitiæ, utitur ea, prout debet. AD ILLVD, quod obiicitur, quod pœna dicit priuationem, & defectum. Dicendum, quod (generaliter loquendo) pœna non dicit solam defectum: imo quæ

dam pœna est, quæ dicit ueram passionem circa ipsum punibile. Unde sicut actio ignis æterni, qua, agit in animam, aliquid est: sic & passio, quam patitur anima ab igne, aliquid est. Et iterum: aliquid ordinatum est: & ita a Deo est, a quo est omnis essentia, & omnis ordo. Et propter hoc deficit illa ratio, quia non omnis pœna dicit defectum purum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod malum pœnæ priuat bonam dispositionem naturæ, sicut malum culpæ dispositionem uoluntatis. Dicendum quod non est simile, quia malum culpæ priuat in ordinate, & uituperabiliter: malum uero pœnæ secundum quod huiusmodi, priuat in ordinate, & laudabiliter. Et quia quod laudabile est, Deo attribuendum est, quod uero uituperabiliter, non: hinc est quod recte aliquod malum pœnæ Deo attribuitur, malum uero culpæ non, sicut infra melius uidebitur. Et per hoc patet responsio ad ultimum, quod obiicitur, de perfectione bonitatis quantum ad uoluntatem, & naturam Dei. Concedo enim bene, quod utriusque est summa perfectio, quia una & eadem. (Idem enim est in eo natura, & uoluntas) comparatio tamen diuinæ uoluntatis ad culpam, & pœnam, siue econuerso pœnæ & culpæ ad diuinam uoluntatem differens est, quia culpa propter sui deordinationem, de ordinationem ponit circa peccantem. Pœna uero non deordinationem connotat circa punientem, & ordinantem.

See. in eodem 2. d. 37. in fine. ibi Ad qd dicitur que & si non semper &c.

*Vide-
tur op-
pugna-
na*

An in omni pœna à Deo sit?
VTRVM oīs pœna sit à Deo. Et q̄ sic uidetur. ad Ro. 12. Mihi uindictā, & ego retribuā: ergo uindicta proprie competit ipsi Deo: sed omnis punitio uindicta quædam est: ergo omnis pœna, & punitio est a Deo. **ITEM.** Augustinus dicit, & habetur in litera. Omnis pœna, si peccati pœna est, iusta est, & supplicium nominatur: sed omne, quod iustum est a Deo est: ergo oīs pœna a Deo est. **ITEM.** Rom. 1. Tradidit illos Deus in passiones ignominia. Gl: paulo ante. Deserit Deus non apponendo gratiam, uel appositam subtrahendo. Si igitur nulla pœna magis caret ratione boni, & pulchri, quā subtractio gratiæ, & passio ignominia, & huiusmodi pœnæ sunt a Deo, sicut patet ex textu, & ex glosa: ergo & omnis pœna. **ITEM.** Nulla pœna est acerbior, quā pœna infernalis: nulla pœna habet plus de ratione priuationis & defectus, quā pœna mortis: sed utraque istarum est a Deo: ergo & omnis alia pœna. **ITEM.** Subtractio gratiæ directe opponitur collationi gratiæ: sed gratiam dare hoc maxime placet diuine bonitati: ergo inter omnes pœnas minime est hæc pœna a Deo auctore: sed hæc est a Deo auctore: ergo & omnis alia. Probatio minoris. In subtractione gratiæ est gratiæ adnihilatio, & quædam Dei de habitaculo cordis expulso: sed operatio adnihilationis soli Deo est possibilis (sicut dicit Hugo.) cum sit infinita distantia inter extrema: & præte-

rea nihil potest Deum eicere: ergo uidetur, quod talis subtractio gratiæ non possit esse nisi a Deo tanquā ab auctore. **ITEM.** Omne illud, quod ordinat inordinatum, & restituit honorem Deo sublatum, est a summo ordinatore, & honoris proprii zelatore: sed omnis pœna secundū quod huiusmodi est ordinatiua culpæ, in omni etiam punitioe honor redditur Deo, cui subtractus est per culpam: ergo omnis pœna secundum id quod est procedit a diuina iustitia.

SED CONTRA. Excæcatio est quædam pœna: sed excæcatio non est a Deo, sed ex propria malitia, sicut dicitur Sapient. 2. Excæcavit illos malitia eorum: ergo non est omnis pœna a Deo. Quæ autem excæcatio non sit a Deo, apparet tam ex textu, quā ex uerbis Augustini, qui dicit super illud Ioā. 1. Lux in tenebris lucet: ibi dicit, quod quomodo cæco præiens est lux corporalis, & ipse non est præiens luminis, sic intelligendum est in luce spirituali, & hoc ipse textus innuit. **ITEM.** Amissio, siue expoliatio gratuitorum est quædam pœna: sed hæc non est a Deo, imo potius a diabolo, secundū quod dicitur Luc. 10. de homine descendente a Hierusalem in Hierico; qui a latronibus fuit uulneratus, & spoliatus: ergo nō omnis pœna est a Deo. Quod autem imaginis deformatio nō sit a Deo, apparet, quoniam in imaginem Dei deformare, est contumeliā Deo inferre: sed Deus nunquam facit sibi contumeliā, ergo nunquam Deus deformat imaginem suam. **ITEM.** Si

Si nullus purus defectus est a Deo, & aliqua pœna est purus defectus: ergo aliqua pœna non est a Deo. Maior manifesta est per se, quia defectus non habet causam efficientem, sed deficientem: sed Deus nullius est causa deficiens. Minor probatur, quia ignorantia nihil aliud est, quā spiritualis tenebra: ergo est priuatio pura, & ignorantia est pœna: ergo &c. **ITEM.** Nullum uitium est a Deo: aliqua pœna est uitium, utpote malitia, & concupiscētia: ergo aliqua pœna est quæ non est a Deo. Maior, & minor per se sunt manifestæ. **ITEM.** Nullum peccatum est a Deo: sed aliquod peccatum est pœna, sicut ostensum est supra, & manifeste apparet in illa deformitate, quæ remanet in anima post culpā perpetrātā: ergo aliqua pœna est, q̄ nō est a deo.

RESOLVTIO.

Non omnis pœna a Deo est: sed illa tantum, quæ aliquam positionem sine ulla deordinatione dicit, illa uerò, quæ simpliciter defectum nominat, quæque positionem cū deordinatione aliqua inserit, nullatenus ab illo est.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam notandum est: q̄ pœna de sui generali acceptione dicit nocumentum ordinatum: nocumentum autem comparisonem habet & ad ipsum nocuum, & ad illud quod patitur nocumentum, & ad illud secundum cuius priuationem nocumentum illud attenditur. Et secundum istam triplicem comparisonem nomen pœnæ habet triplicem acceptionē. Unde dicitur pœna aliquando actio rei

lædentis, secundum q̄ aduictio ignis infernalis dicitur esse pœna reprobatorum. Dicitur etiam pœna passio rei læsæ, siue punitæ, secundum q̄ dicitur quod afflictio reprobatorum est eorū pœna eterna. Dicitur etiam defectus alicuius boni, in quē incurritur ex illa passione, sicut defectus quietis, salutis, & pacis est pœna reprobatorum. Quocūque autem istorum modorum dicitur pœna, siue actio, siue passio, siue defectus, semper nomen pœnæ ut sic impositum, est ab ordine: & quod dicit, nominat ut ordinatum. Et quoniam omne ordinatum ut tale procedit a Deo, a quo est omnis ordo, quocumque modo dicatur pœna, & quicquid dicitur pœna in quantum pœna, a Deo est: & quoniam omne ordinatum a Deo est (a Deo enim habet q̄ sit ordinatum, & Deo placet omnis ordo) & idem est fieri Deo auctore, & Deo uolente. Si autem loquamur de pœna secundum illud, quod subest huic ordini, a quo imponitur nomen pœnæ: tunc dicendum est, q̄ si pœna dicatur defectus, siue carentia alicuius boni: sic dicendum est, q̄ talis defectus non est a deo: non enim habet causam efficiētem, sed deficientem: nec pœna quæ talē defectū nominat, est a deo. Si autem pœna dicatur ipsa passio rei punitæ, quæ est uia ad defectum alicuius boni, tunc distinguendum est: quia quædam est passio, quæ est ordinata: quædam uero quæ quāuis sit ordinata secundū qd, est tamē deordinata simpliciter: quædam uero medio modo se habet. Passio illa, quæ

est ordinata simpliciter est illa passio, quæ est pure pœnalis, sicut passio famis, & sitis, & talis passio a deo est: unde famis, & sitis a deo dicitur esse. Passio uero quæ est deordinata simpliciter, sed ordinata secundum quid, est illa quæ est culpabilis: sicut est deformatio imaginis, & corruptio habitatis ad bonum: & talis non est concedenda esse a deo. Passio uero media est illa, quæ est passio uitiosa, utpote illa quæ est ex rebellionem carnis ad spiritum, quæ quodammodo ordinata est ad culpam præcedentem, quodammodo deordinata est, quia est inclinatio ad culpam sequentem: & hæc non conceditur esse a deo. Et Magister dixit supra dist. 22. quod fornicatio, & concupiscentia non habent deum autorem, sed diabolum, aut hominem. Et sic distinctum est de pœna, prout dicitur actio rei punitiua. Ex prædictis igitur patet, quod & si omnis pœna sit a deo in quantum tenet rationem pœnæ, non omne tamen, quod dicitur pœna a deo esse: imo quædam est a deo, quædam non. Illa est a deo quæ dicit positionem aliquam, ita quod non nominat deordinationem: & hæc est simpliciter pœna. Illa uero non est concedenda esse a deo, quæ nominat simpliciter defectum, uel quæ nominat positionem aliquam cum deordinatione. Unde nec conceditur a deo esse excæcatio, nec obduratio, nec imaginis deformatio, nec gratiæ subtractio, siue expoliatio, nec error, nec ignorantia, nec concupiscentia, nec his consimilia: omnia enim hæc uel dicunt

defectum, uel deordinationem aliquam. Concedendæ sunt igitur rationes ostendentes, quod non omnis pœna est a deo.

AD ILLUD, quod obiicitur, quod omnis uindicta est a deo: & similiter ad sequens quo dicitur, quod omnis pœna iusta est. Dicendum, quod illæ duæ rationes non concludunt, nisi quod pœna sit a deo sub ratione pœnæ: sic enim aliquid dicit, quod respicit ordinationem diuinæ iustitiæ: de eo autem quod subest, non oportet illud intelligi, quod sit a deo. Nam crimina criminibus uindictantur, secundum quod sancti dicunt, & supra ostensum fuit. AD ILLUD, quod obiicitur, quod passio ignominie, & subtractio gratiæ est a deo. Dicendum, quod (proprie loquendo) neutrum a deo esse conceditur, nisi permissiue, secundum quod deus dicitur obdurare, quia ipso non apponente gratiam homo obduratur, sicut etiam deus dicitur tradere in desideria cordis. Unde Glossa dicit ibidem. Tradere est permittere, & non incitare, sed dimittere: præcedentibus quippe culparum causis iure, & merito deseruntur a deo: & per hoc quod deseruntur, desideria traduntur. Similiter quod dicitur deus gratiam subtrahere, hoc non est quod auferat gratiam datam, sed quia homine se auertente, deus eam non continet: AD ILLUD, quod obiicitur de pœna mortis, & æternæ damnationis. Dicendum, quod utraque a deo est: utraque enim positionem aliquam, uel dispositionem nominat

sine

sine deordinatione aliqua. Et si obiiciatur, quod pœna infernalis est acerbissima. Dicendum, quod acerbitas non impedit, quin pœna sit a deo, sed potius deordinatio, & defectus. Et si obiiciatur, quod mors dicit defectum. Dicendum, quod mors non tantum dicit defectum, imo dicit passionem, & progressum ab esse in non esse, qui quidem est per animam, & corporis separationem, ubi est dolor & afflictio: & licet defectus sequatur ad illam passionem, mors tamen non nominat purum defectum, sed potius passionem, & transitum illum: & ideo conceditur mors esse a deo, quamuis non concedatur de aliis pœnis, quarum nomina imponuntur ab ipso defectu. AD ILLUD, quod obiicitur, quod subtractio gratiæ est a deo. Dicendum, quod falsum est, proprie loquendo, nisi dicatur permissiue, ut dictum est. Quod uero obiicitur, quod ibi est annihilatio, & dei expulsio. Dicendum, quod deum expelli non est aliud, quam gratiam dei repellere. Gratiam autem dei repellere non est aliud, quam gratiam corrumpi, pro eo quod ipsa cum sit accidens, non habet saluari nisi in substantia rationali. Gratia autem corrumpitur, & annihilatur non per actionem contrarii agentis, sed propter defectum in seipsa. Deficit autem in seipsa propter hoc, quod subiectum deficit sibi. Anima enim non est nata esse subiectum gratiæ: nisi per conuersionem sui ad deum, & ideo

cum se a deo auertit, iam gratia gratumfaciens in ea non potest saluari, & ideo in seipsa deficit. Quod ergo obiicitur, quod nihil potest gratiam annihilare, & deum de habitaculo suo eicere. Dicendum, quod illa ratio procedit ac si talis ad nihil actio, uel abiectio fieret per uirtutem alicuius agentis: hoc autem non fit, imo fit propter ineptitudinem suscipientis, sicut uisum est. AD ILLUD, quod obiicitur, quod omne ordinatum, & quod reddit honorem deo, est a deo. Dicendum, quod hoc uerum est in quantum tale. Sed cum assumit, quod omnis pœna est huiusmodi, uerum est in quantum pœna: & tunc conclusio uera est, uidelicet, quod omnis pœna in quantum pœna, a deo est: sed si ex hoc arguatur ulterius, quod omne illud, quod dicitur pœna, est a deo, utpote culpa, uel uitium, uel defectus, fiet sophisma secundum accidens, quia sunt quedam, quæ deo attributa potius sonant in contumeliam, quam in gloriam. Et propterea si alicubi unquam inueniatur, quod concupiscentia, uel ignorantia, uel cætera similia a deo sint: exponenda sunt uerba, uel quod dicta sunt esse a deo, quia sunt permissiue, uel quia dicuntur esse a deo in quantum sunt pœnæ, uel dicuntur esse a deo secundum quod concernunt aliquid non ens, non secundum illud, a quo primo & principaliter imponuntur.

D I S T I N C T I O XXXVII.

An actio substrata, in qua. s. peccatū cōmittitur, à Deo sit?

Vnt autem & alij plurimi longè aliter de peccato & de actū sentientes: asserunt enim voluntatem malam & actum malum peccata esse, & nulla ratione bona: nec secundum aliquam rationem ex Deo auctore esse, quia sine Deo fiunt. Sine eo namque (ut ait Evangelista) factum est nihil, id est, peccatum, quod dicitur esse nihil: non quia non sit actio vel uoluntas mala, quæ aliquid est, sed quia a vero esse separat homines, & ad malum trahit: & sic ad non esse deducit. Qui enim a summi boni participatione recedunt, quod solum vere ac proprie est, merito non esse dicuntur. Ideoque Aug. dicit super Ioannem peccatum nihil esse, nihilque fieri, cum peccat homines. Hac ergo ratione astruunt peccatum nihil esse, quia a uero esse hominem elongat. Voluntatemque malam atque actionem siue locationem malam peccatum esse dicunt: quia prauaricatio & inobedientia hæc sunt, & contra legem Dei fiunt, quæ tamen sunt, sed ab homine vel diabolo, non à Deo. Nullatenus enim hæc a Deo esse dicunt, siue in quantum sunt, siue alio modo.

Sententia Augustini, & eius scdm aliquos determinatio.

Illa quoque Augustini uerba, quibus dicit, Omne quod est, in quantum est, bonum esse, & Deum habere authorem: de naturis siue de substantijs tantum accipienda fore tradunt. Substantiæ uero nomine atque naturæ dicunt significari substantias ipsas, & ea quæ naturaliter habent, scilicet quæ concreata sunt eis: sicut anima naturaliter habet intellectum, & ingenium, & uoluntatem, & huiusmodi: quod ex uerbis Augustini premissis colligitur, ubi bonum hominem appellat bonam naturam. Secundum hanc ergo assertionem, vel acceptionem mali actus non sunt nature: uel substantiæ, nec etiam boni actus, quod utique uidetur Augustinus inuere in Libro primo Retractionū, distinguens inter substantias siue naturas, et bonas actiones siue malas. Aperiens enim quomodo intelligendum sit quoddam in Li-

bro

D I S T I N C T I O XXXVII. 564

bro de uera Religione ab eo traditum, ait, Hoc de substantijs atque naturis dictum est. Inde enim disputabatur, non de bonis actionibus atque peccatis. Aperte hic uidetur diuidere inter naturas siue substantias, & actiones siue peccata. Ideoque asserunt præfati doctores, actiones interiores uel exteriores non esse naturas uel substantias, quæ si malæ sunt, peccata sunt, neque a Deo sunt. Quod uero mali actus non sint natura, Augustinus uidetur notare in prima responsione contra Pelagianos, ita dicens, Opera diaboli quæ uitia dicuntur, actus sunt, non res. Idem in quarta responsione, Omne malum natura non est, sed accidens alicui ex defectu boni. Quamobrem quod natura non est, Deus non fecit. Item, Omne quod natura bonum est, Deus ex nihilo fecit, non diabolus.

Res aliqua à Deo non sunt, quibus homines mali sunt.

Ex quo colligitur res aliquas esse quæ a Deo, non sunt, eisque homines mali sunt. Quod nihilominus & ipsi concedunt innitentes uerbis Aug. Superius positis, qui in Ench. determinans illa uerba propheta, Ueb his, qui dicunt bonum malum, dicit de ipsis rebus, quibus homines mali sunt, non de hominibus hoc esse intelligendum. Sunt ergo aliquæ res quibus homines mali sunt. Id autem quo homo fit deterior a Deo non est, quia ut ait. August. in Lib. 83. q. Deo authore non fit homo deterior. Non est ergo Deus author rerum, quibus homo deterior fit. At sunt aliquæ res, ut dictum est, quibus homines mali fiunt, quia peccata ipsæ sunt. Ideoque scriptura in pluribus contestatur locis, Deum non esse authorem malorum, id est, eorum quæ peccata sunt.

Oppositio circa illud uerbum, Deus author malorum non est.

In hoc autem uerbo superiorum sententia rectè opponitur, qui dicunt, Deum non esse authorem eorum, quæ mala sunt, in quantum mala sunt: sed in quantum sunt: & in quantum mala sunt, dicunt ea nihil esse. Quid ergo mirum, si Deus dicitur non esse author eorum in quantum nihil sunt, cum nihil nullus author existere queat? Ideoque cum dicitur Deus esse author omnium, quæ sunt, bonorum isti sub-

Bbbb 4 intelligi

ca. 30.
lib. 1.
qui cō.
Pela-
gianos
hypoc-
nostico
dicitur.
1. to. 7.
Ibid. in
prim. 4.
Ibid.
Cap. 13
Cap. 19
Esa. 5.
Quas. 3
Tom. 4.
Gen. 1.
Deut.
32.
Sap. 1.

Ioan. 1.
Quare
pecca-
tū dici-
tur es-
se ni-
hil.
Tom. 9
tract. 1
ad 1. c.
Ioan.

intelligi uolunt. Bona autem illa esse dicunt, quæ naturaliter sunt. Et uero naturaliter esse dicunt, non solum quæ substantiæ sunt, uel concreata substantijs, qualiter supra acceperunt: sed & omnia quæ naturam non priuant bono. Et ita secundum eosdem multiplex in scripturis fit intelligentia, ubi de natura siue de substantia, uel de his quæ naturaliter sunt, sermo occurrit. Sed super illum locum Psal.

Ps. 68. Non est substantia, ita Augustinus de substantia differuit, ut præmissæ sententiæ uideatur consentire, dicens, Substantia intelligitur illud quod sumus, quicquid sumus: homo, pecus, terra, sol: omnia ista substantiæ sunt, & eo ipso quo sunt naturæ ipse substantiæ dicuntur. Nam quod nulla est substantia, nihil omnino est: substantia ergo est aliquid esse, Deus fecit hominem substantiam, sed per iniquitatem lapsus est homo a substantia, in qua factus est: iniquitas quippe ipsa non est substantia. Non enim iniquitas est natura quam formauit Deus, sed iniquitas est peruersio quam fecit homo. Naturæ omnes per ipsum factæ sunt: iniquitas per ipsum non facta est, quia iniquitas non est substantia. In illo hymno trium puerorum uniuersa creatura laudans Deum commemoratur. Laudat enim omnia Deum, sed quæ fecit Deus. Laudat ibi serpens Deum, sed non avaritia. Omnia reptilia ibi nominata sunt, sed non aliqua uitia. Vitia enim ex nobis, & ex nostra voluntate habemus, & uitia non sunt substantia. Intendant diligenter his uerbis præmissarum assertores sententiarum, & percipere poterunt rationem & causam dictorum, ubi scriptura de natura uel substantia mentionem facit. Illarum uero sententiarum iudicium prudentis lectoris, cui utriusque sententiæ notitiam plenarie dedimus, arbitrio relinquimus, ad ea quæ adhuc nobis supersunt, tractanda festinantes.

Quo intelligatur id, quod dicitur, Deus non est autor mali.

Cum igitur in hoc omnes consentiant catholici tractatores, scilicet quod Deus non est author malorum, cauendum est tamen, ne malorum nomine pœnas sicut peccata generaliter includas. Pœnarum enim Deus author est, sicut ipse per prophetam ait, Non est malum in ciuitate, quod dominus

minus non fecerit. Item alibi ex persona sua ait, Ego sum Deus, creans malum, & faciens bonum. Ecce hic dicitur creasse & fecisse malum: sed mali nomine pœna intelligitur, non peccatum: sicut econuerso cum dicitur Deus non esse author malorum, nomine mali peccata intelliguntur. Ideoque Augustinus qui dixerat in Lib. 83. q. quod Deus author mali non sit, in primo Libro Retractationum quo modo intelligendum sit, aperit dicens, Videndum est ne male intelligatur quod dixi, Deus author mali non est, qui & omnium quæ sunt, author est: quia in quantum sunt, in tantum bona sunt: & ne hinc putetur non ab illo esse pœnam malorum, quæ utique malum est, his qui puniuntur: sed hæc ita dixi, sicut dictum est, Deus mortem non fecit: cum alibi scriptum sit, Mors & uita a domino est. Malorum ergo pœna quæ a Deo est, malum est quidem malis: sed in bonis Dei operibus est, quoniam iustum est, ut mali puniantur; & utique bonum est omne quod iustum est. Sic ergo dicitur Deus non fecisse mortem: quia non fecit illud, pro quo mors infligitur, id est, peccatum. Audisti lector causam dictorum: ex qua sana intelligentia firmatur cum dicitur, Deus non est author mali: & Deus mortem non fecit.



SUPRA ostendit Magister quo modo peccatum sit peccati pœna, ad declarandum qualiter peccatum est priuatio. In hac parte intendit Magister inquirere, utrum actio in qua peccatum committitur, sit a Deo, propter hoc, quod supra dictum fuit, quod peccatum est actus. Et quoniam supra prosecutus fuit opinionem illorum, qui dicunt actionem substratam malitiæ esse a Deo; hic secundo prosequitur aliam opinionem, qua quidam ponebant nec malitiam, nec actionem malam esse a Deo. Diuiditur autem pars ista in

duas partes. In quarum prima ponit prædictam opinionem. In secunda uero opponit contra opinionem partis aduersæ, ibi. In hoc autem uerbo superiorum sententiæ, &c.) Prima pars habet tres partes. In prima explicat Magister illam opinionem. In secunda uero subiungit eius defensionem, ibi. Illa quoque Augustini uerba; quibus dicit, &c.) In tertia uero ex prædictis elicit quandam conclusionem, ibi. Ex quo colligitur res aliquas, &c.) Similiter secunda pars principalis habet tres partes. In prima parte opponit contra aduersam opinionem. In secunda uero loco determinationis

Quæ. 21
Tom. 4.
Li. 1. c.
46.

Sapi. 1.
Eccl. 11
Quæ pœna
malorum a
Deo est
Quo dicitur
Deus
mortem
non fecit.

nis ponit quandam commotionem ad auditoris eruditionem, ibi. *Intendant diligenter his uerbis &c.* In tertia uero remouet quãdã dubitationem, ibi. *Cum igitur omnes catholici Tractatores &c.*

Dub. 1. *O*pera diaboli, quã uitia dicuntur, &c.) Sed contra: Fulgentius dicit, & habetur in Glo. super Romã. 1. Deus illius rei est ultor, cuius non est actor: ergo, si Deus est ultor peccati, peccatum est res. Item. Videtur, quod cõtraria implicentur in illo uerbo. Omne enim ens est aliqua res: sed uitium est actus, sicut ipse dicit, & actus est quãdam differentia entis: ergo idem est dicere uitia esse actus & non res, quod affirmare inferius, & negare superius de eodem: quod est impossibile. Item. Ipse Augustinus uidetur sibi contradicere, cum dicit in Ench. quod aliquæ sunt res, quibus homines mali sunt: & tales non sunt nisi uitia, & peccata: ergo uitia sunt res. Respon. Dicendum, quod res accipitur communiter, & proprie, & magis proprie. Res secundum quod communiter dicitur, dicitur a reor reris: & sic comprehendit omne illud, quod cadit in cognitione, siue sit res exterius, siue in sola opinione. Proprie uero dicitur res a ratus, rata, ratũ; secundum quod ratum dicitur esse illud, quod non tantum modo est in cognitione, imo est in rerum natura: siue sit ens in se, siue in alio: & hoc modo res cõuertitur cum ente. Tertio modo dicitur res magis proprie, secundũ quod dicitur a ratus rata rarum, prout ratum dicitur illud, quod est ens per se, & fixũ:

& sic res dicitur solum de creaturis, & substantiis per se entibus. Si igitur res accipitur primo modo, peccatum est res & quantum ad actionem substratam, & quantum ad deformitatem: & sic accipit Fulgentius. Si uero res dicatur secundo modo, sic peccatum dicitur res non ratione deformitatis, sed ratione actus substrati: & sic accipit August. in Ench. Tertio modo accipiendo hoc nomen res, sic peccatum nec est res ratione deformitatis, nec ratione actus substrati: & sic accipit August. in uerbo proposito, cũ dicit, quod opera diaboli uitia sunt, non res. Et per hoc patet responsio ad totum.

Quod natura non est, Deus non fecit &c.) Videtur hoc esse falsũ, quia multa sunt quæ fiunt præter naturam, & tamen constat, quod a Deo sunt, sicut multa accidentia quæ inducuntur per acquisitionem, & per uolentiã, & etiam per gratiam, & per miraculum. Item. Omne quod est natura aliqua, uel est substantia, uel proprietas ei naturaliter inherens: sed multa sunt, quæ nec naturaliter insunt, nec per se sunt: ergo non uidetur esse uerum illud, quod dicitur, quod deus non fecit illud, quod natura nõ est. Respon. Dicendum, quod sicut hoc nomẽ res tripliciter accipit, ita hoc nomẽ natura. Vno modo dicitur natura res, quæ naturaliter est, uel proprietas quæ naturaliter inest. Secundo modo dicitur natura largius, non solum res per se ens, uel proprietas naturaliter inherens, sed etiã oẽ quod cõseruat naturam, uel quod sal-

tem

tem aliquo bono non priuatis & istos modos ponit Magister in litera. Tertio modo dicitur natura largissime omne ens, quod est in aliqua re materiali, siue sit naturaliter inherens, siue non: siue sit saluatiuum, siue nõ. Cũ ergo dicit Aug. quod natura est omne quod Deus fecit: potest accipi natura tribus modis, secundũ quod facere Dei accipitur tripliciter. Vno enim modo facere dicitur Deus creando: secundo modo concreando: tertio modo cooperando: Et ita secundum quod extenditur uerbum faciendi, extenditur nomẽ nature: sicut facere dicitur deus actionem substratam peccato cooperando libero arbitrio, sic etiam nomen nature se extendit ad illã actionem. Et sicut facere Dei nunquam se extendit ad deformitatem, sic nec natura. Et ideo ex hac auctoritate non põt haberi, quod actio substrata deformitati, nõ sit a deo.

Dub. 3. *Quid ergo mirum, si Deus dicitur, &c.*) Videtur efficaciter arguere. Cum enim peccatum aliquo modo habeat actorem, & non possit habere secundum quod nihil: habet ergo secundum quod aliquid est: si igitur nullo modo habeat Deum actorem, uidetur quod peccatum in quantum actus est, a Deo non sit. Respon. Dicendũ est ad hoc, quod istud argumẽtum deficit, quia aliter peccatũ est nihil, aliter illud quod nullo modo est: peccatum enim formaliter nihil est nihilominus tamen circa aliquid est, & alicuius boni priuatio est: & quamuis illud quod nullo modo est, non possit habere actorem, tamen

illud quod dicit defectum circa ens, potest habere actorem, non (inquam) actorem efficientem, sed deficientem. Et sic patet, quod rõ illa nõ recte procedit.

Iniquitas quippe ipsa non est substantia, &c.) Contra. **Dub. 4.** Aut enim substantia dicitur proprie, aut dicitur communiter. Si dicitur proprie, etiam nec iustitia est substantia. Si dicitur communiter: ergo omne quod habet aliquam essentiam, dicitur substantia: sed habitus malus habet aliquam essentiam in quantum habitus: ergo uidetur, quod malus habitus, (ut luxuria) debeat laudare deum. Respon. Dicendum, quod sicut nomen nature multipliciter accipitur, ita & nomen substantiæ. Præter enim illos quatuor modos, quos dicit Philosophus, quod substantia dicitur materia, & forma, compositum, & essentia uniuscuiusque, potest aliter distingui substantia iuxta uerbum beati August. Vno modo ut dicatur res permanens, & per se stans. Alio modo ut dicatur res permanens, non tamen per se stans, sed alii inherens. Tertio modo ut dicatur substantia quælibet essentia actu ens, siue per se stans, siue non: & hoc modo substantia se extendit ad omne ens. Et sic accipit August. cum dicit, quod nulla substantia est nihil omnino: Cum ergo dicitur, quod iniquitas substantia non est. Dicendum quod iniquitas accipitur abstracte pro ipsa deformitate, nõ pro habitu, circa quem deformitas consistit.

Pœnarum enim Deus auctor est,

Dub. 5. est, &c.) Videtur hoc esse falsum, quia nullius Deus est actor, nisi quod habet exemplar in Deo: sed poena secundum quod poena non habet exemplar in Deo: ergo videtur, quod Deus non sit actor poenae. Item. Idem est fieri Deo actore, & Deo uolente. Sed sicut dicit Damascenus. Dominus non plasmavit nos ad puniendum; ergo si Deo non placent mala poenae, videtur quod non sint ab ipso tanquam ab auctore. Respon. Dicendum, quod quaedam sunt quae exemplar habent in deo secundum conformitatem, quae attenditur quantum ad esse eorum speciale: quaedam uero secundum conformitatem, quae attenditur quantum ad esse generale. Quamuis ergo poena, siue passio non habeat correspondens in deo passionem, uel poenam, habet tamen correspondens in genere entis, & in genere ordinis: & istud sufficit ad hoc, quod habeat aliquod in deo exemplar. Ad aliud dicendum, quod uoluntas in deo duplex est, uidelicet antecedens & consequens: & quamuis poena non sit a uoluntate antecedente, nihilominus tamen est a uoluntate consequente. Qualiter autem poena sit a deo, & quae, hoc determinatum est supra Distinctione praecedenti. Licet autem Magister dicat poenas a deo esse, non tamen hoc intelligendum est uersaliter, ideo ad hoc quod ista uerba, quae dicuntur in hac distinctione intelligantur sane, necessario oportet istas quatuor propositiones tanquam regulas infallibiles supponere. Quarum prima est, quod omne

illud quod dicit positionem aliquam, est a deo. Secunda est, quod omne illud quod aliquem ordinem dicit: in quantum huiusmodi est a deo. Tertia est, quod nullus defectus secundum quod huiusmodi est a deo, propter hoc quod hoc repugnat diuinae potentiae. Quarta est haec, quod nullum inordinatum secundum quod huiusmodi, est a deo: quia repugnat diuinae sapientiae. His autem tanquam manifestis praesuppositis oportet etiam scire distinguere. Primo circa poenam quantum ad rationem poenae, & quantum ad illud quod substrahitur. Secundo oportet scire, quod aliqua poena est acta, aliqua contracta, aliqua inflata. Tertio oportet intelligere distinctionem huius nominis [res] quoniam dicitur tripliciter. Quarto oportet intelligere distinctionem huius nominis [natura] & substantia secundum quod distincta sunt supra. Et his intellectis manifestantur ea, quae dicuntur in litera.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An omnis actio secundum quod actio, a deo sit?



intelligentiam huius partis, in qua Magister inquit, utrum actio culpabilis sit a deo, incidit hic quaestio circa duo principaliter. Primo quaeritur. Vtrum omnis actio secundum quod actio sit a deo. Secundo quaeritur. Vtrum actio defectiua secundum quod defectiua a deo sit. Circa primum quaeruntur tria. Primo quaeritur, Vtrum a deo sit omnis actio secundum quod actio. Secundo

cundo quaeritur, Vtrum a deo sit omnis conseruatio. Tertio quaeritur, Vtrum a deo sit omnis compositio. Vtrum omnis actio secundum quod actio sit a deo &c. Et quod sic uidetur. Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere: sed omnis actio aliquo modo est ens, siue sit actio peccati, siue alia: ergo &c. Si trv dicas, quod illud intelligitur de actione bona. Contra. Esa. 11. Nunquid eleuabitur securis contra eum, qui secat in ea? Glo Sicut instrumenta nihil sunt per se agentia, ita Sennacherib nihil per se operatus est: si ergo actio Sennacherib mala erat, & crudelis: & Sennacherib in illa actione erat instrumentum Dei: uidetur ergo quod omnis mala actio sit ab ipso tanquam a primo principio. I T E M. Quae sunt eiusdem generis, habent eadem principia prima: sed dare eleemosynam propter deum, & dare eleemosynam propter uanam gloriam, eiusdem generis actiones sunt in genere naturae: si ergo actio ista, qua quis dat eleemosynam propter Deum, est a deo, uidetur quod & actio illa, qua quis dat eleemosynam causa uanis gloriae sit a deo. I T E M. Operatio miraculorum est a solo deo: sed aliquis in faciendo miracula peccat, quia facit propter uanam gloriam: ergo uidetur, quod aliqua actio substrata deformitati culpe sit a deo: ergo pariter & omnia alia. I T E M. Omnis scientia a domino deo est: sed aliquis addiscit propter auaritiam: ergo cum addiscere non possit nisi deo coadiuante, & cooperante, & illud addiscere sit peccatum, actio substrata

peccato comparatur ad deum sicut ad principium. I T E M. Aliquis adulterando generat prolem. Quaero igitur, utrum illa actio, siue coitus ille sit a deo, uel non. Si est a deo, habeo propositum. Si non est a deo, ergo proles generata non est a deo. Si igitur hoc est impossibile ponere, quod aliquis homo sit, qui non sit a deo: ergo & illud ex quo sequitur, uidelicet quod actio substrata peccato non sit a deo. I T E M. Actio quae subternitur peccato, non omnino nihil est, sicut manifeste apparet. Si igitur aliquo modo est ens, quaero a quo sit. Si est a potentia creaturae, necesse est quod sit ab ea secundum id quod habet de entitate: illud ergo secundum quod actio est ab illa potentia, aut est a deo, aut non. Si est a deo, cum omne illud quod est causa causae, sit causa causati, per se intelligendo, uidelicet si medium causatum est causa postremi secundum id quod habet a primo, tunc sequitur necessario quod talis actio sit a deo. Si uero non est a deo, tunc quaero, aut est a se, aut ab alio, tunc quaero similiter de illo alio: Aut est a se, aut ab alio: ergo uel erit abire in infinitum, uel erit ponere quod creatura aliquid habeat ab alio quam a deo, quod sit primum principium, in quo sit status: sed haec omnia sunt impossibilia, & sequitur ex hoc, quod aliqua actio non est a deo: ergo &c. SED CONTRA. Deus non facit contra suam prohibitionem: quia tunc sibi ipsi contrarius esset: sed deus prohibet aliquam actionem secundum quod actio est, sicut prohibuit Adae non comedere de pomo: ergo uel, quod illa

illa comestio Adæ non fuerit a Deo. Quòd autē illa actio, prohibita fuerit secundum quòd actio, apparet: quia comedere de pomo illo de se erat bonum, & nulla erat in eo deformitas nisi postquam fuit prohibitum. **ITEM.** Omnis actio, quæ est a bona uoluntate, ut est operans per charitatem, est bona bonitate perfecta in genere moris; sed ois actio, quæ egreditur a Deo, egreditur a uoluntate optima, in qua est summa charitas: ergo omnis actio, cuius Deus principium est, est bona bonitate moris: sed actio substrata peccato non est bona bonitate moris: ergo non est a Deo. **ITEM.** Omnia, quæcunque Deus facit, bono fine facit: uniuersa enim operatur propter se: omne autē quòd fit bono fine, simpliciter bonum est: actio autem substrata peccato non est simpliciter bona: ergo non potest esse a Deo tanquam a causa. **ITEM.** Quando cunque operans continuatur regulæ dirigenti in operando, recte operatur, & bene: sed regula liberi arb. est ipsa rectitudo uoluntatis diuinæ: ergo in omni operatione, in qua Deus cooperatur libero arbitrio quando fit continuatio operantis ad regulam, est rectitudo: si igitur in aliqua operatione per totum est obliquatio uidetur, quòd cooperatio eius non sit a Deo. **ITEM.** Si operatio, quæ est subiecta peccato, est a Deo, & a libero arbitrio, aut tota est a Deo, & tota a libero arbitrio: aut pars a Deo, & pars a libe. arb. Si tota a Deo, & tota a libe. arb. ergo uidetur, quòd tota sit simul & bona, &

mala: quòd est omnino impossibile. Si pars a Deo, & pars a libe. arb. sed qua ratione ponitur una pars esse a libero arbitrio, eadē ratione potest poni & altera: & sic uidetur, quòd tota operatio ita sit a libero arbitrio, quòd non sit a Deo. **ITEM.** Si Deus cooperatur libero arbitrio in actione, quæ est substrata peccato, aut igitur liberū arbitriū mouet principaliter quàm Deus, uel econuerso. Constat, quòd liberum arbitrium in illa operatione neque principaliter, neque æque principaliter potest mouere sicut Deus, cum Deus tam in mouendo, quam in causando cuiuscunque dicatur esse, siue causa, siue motor principalissimus intelligat: ergo Deus mouet principaliter. Si ergo motor principalis excitat, & mouet motorem non principalem, uidetur quòd in operatione culpabili liberū arbitrium excitetur a Deo: ergo cum adulter luxuriatur, & latro furatur, ad tales actiones a Deo excitatur, quòd omnino absurdum est.

RESOLVTIO.

Omnis actio, in eo quòd actio, quantum peccato subiecta, a Deo est: cum ut talis ens sit, & bona sit.

RESP. Dicendum, quòd sicut Magister dicit in litera, circa istam quæstionem fuerunt diuersæ positiones a deo magnorū uirorum, & a deo rationabiles, ut nec Magister ausus fuerit definire, quæ earum magis contineat ueritatem. Attamen quia per multam discussionem dubia ducuntur ad manifestationem; nunc communiter tenetur, quòd illa opinio uerior sit, quæ dicit, quòd

quòd omnis actio siue substrata peccato, siue non, secundum id quòd est actio, est a Deo: nec immerito: quia illud oportet ponere, si pensetur eminentia diuinæ potentiae, & indigentia potentiae creatæ. Quia. n. Deus est cā primordialissima, iō est influentia maximæ in causas secundas: & a deo magnæ influentia, ut nec modicum, seu quantumcunque parū (dum tamen aliquo modo sitens) procedit ab aliqua causa creata, nisi cooperante diuina potentia. Omnis et potentia creata quantum est de se, defectiua est, nec est pure actiua: ergo quantumcunque faciat modicum operationem, necesse habet adiuuari ab ea potentia, quæ est actus purus propter omnimodam impermissionem cum materia: & quæ sola sibi sufficit, nullo modo indigens adiuuari a causa alia. Et ideo hæc positio, quæ dicit omnem actionem esse a Deo secundum quòd actio est, absque omni ambiguitate tenenda est. Unde Ansel. in Libr. de Concordia prædestinationis, & præscientiæ, Omnis qualitas, & omnis actio, & quicquid habet aliquam essentiam, a Deo est, a quo est omnis iustitia, & nulla iniustitia. Facit igitur deus omnia, siue iusta, siue iniusta uoluntate, id est bona opera, & mala. In bonis quidem facit quæ sunt, & quæ bona sunt: in malis uero facit quæ sunt; sed non quæ mala sunt. Et iterum ibidem. Omnes actiones, & omnes motus facit deus: quia ipse facit res, a quibus, & ex quibus, & per quas, & in quibus fiunt; & nulla res habet ullam potentiam uolendi, aut fa-

ciendi nisi illo dante: ipsum quoque uelle, quòd aliquando iustum est, aliquando iniustum, a deo est. Non esse uero bonum, non est, quid, nec a deo est. Cōcedendæ sunt igitur omnes rationes ad primā partē inductæ.

ADILLVD uero, quòd obicitur, quòd deus non facit contra suam prohibitionem. Dicendum, quòd uerum est, sed deus cum prohibet aliquam actionem, non prohibet sibi: sed alii: & non prohibet suam cooperationem, quæ non subtrahit creaturæ; sed ipsi creaturæ prohibet operationem: & ideo dum cooperatur ei, non facit contra suam prohibitionem. Et si tu obicias mihi, quòd nihilominus actio prohibita a deo, est a deo. Dicendū, quòd in actione prohibita est duo considerare, & quòd est actio, & quòd est prohibita. Ab deo autem fit secundum quòd est actio, non autem secundum quòd prohibita: & ideo non sequitur, quòd contra seipsum faciat. **ADILLVD**, quòd obicitur, quòd omnis actio, quæ est a uoluntate bona, est bona. Dicendum, quòd ueritatem habet in uoluntate creata, sed non oportet, quòd ueritatem habeat in uoluntate increata, loquendo de bonitate moris. Et ratio huius est ista: quia cum aliqua actio est a bona uoluntate creata, cum uoluntas increata, quæ ei cooperatur, absque dubio bona sit, simpliciter actio illa bona est: quia tota eius causa est causa bona. Sed cum uoluntas increata est bona, quæ cooperatur uoluntati creatæ, uoluntas creata potest esse deordinata, & ratione illius potest uenire defectus. **ratio.**

rationē illam. Vnde sicut uide-
mus, quod ī aliqua operatione,
quæ est a Deo, & a uirtute crea-
ta ex defectu uirtutis creatæ to-
taliter deficit operatio illa, sic ēt
ex deordinatione illa uolunta-
tis creatæ contingit depruari
illam actionem. Aliter posset di-
ci, quod operatio dicitur dupli-
citer. Vno modo dicitur opera-
tio opus operans: alio modo opus
operatum. Et cum dicitur, Si uo-
luntas est bona, opus est bonū,
hoc intelligendum est de opere
operante, quod scilicet est actus
ipsius uoluntatis, ut uelle; & sic
non habet instantiam in Deo,
quia uelle Dei Deus est, & actio
Dei Deus est, isto modo. Si autē
dicatur operatio ipsum opus o-
peratum: sic non sequitur, quod
tale opus sit bonum bonitate cō-
pleta, siue meritoria, sed sufficit,
quod sit bonum bonitate natu-
ræ, sicut patet. Opera quæ pro-
cedunt a uoluntate Dei, bona
sunt bonitate naturæ, & hanc
bonitatem habet actio, quæ sub-
strata est malitiæ. AD ILLVD
uerò, quod obiicitur, quod Deus
facit omnia propter se. Dicen-
dum, quod uerum est: & conceden-
dum est etiam quod actionem ma-
litie substratam propter se fa-
cit, propter se enim cooperatur
creaturæ. Cum autem dicitur,
quod operatio, quæ fit propter
Deū, est bona bonitate moris,
hoc intelligitur de operatione
creaturæ rationalis. Nā de deo
intelligi non potest, pro eo, quod
Deus non tantum cooperatur
creaturæ rationali, sed etiam ir-
rationali: illa tamē operatio nō
dicitur esse bona bonitate mo-
ris. AD ILLVD, quod obiicitur,

quod quando agens creatum cōsti-
tuatur regulæ dirigenti, non
errat. Dicendum, quod uerū est,
si simpliciter cōtinuetur ei. Tūc
autem continuatur ei simplici-
ter, quādo continuatur & quā-
tum ad operationem, & quantū
ad circumstantias: cum uero exit
in operationem circumstantiis
debitis priuatam, in hoc quod exit
in operationem, ei continuatur:
sed in hoc quod priuat eam de-
bitis circumstantiis, deficit, & ab
ea discontinuatur: & ita discon-
tinuatur non agendo, sed defi-
ciendo, & deficiendo est princi-
pium mali: & in hoc quod deficit, a
Deo recedit, quia defectus ille a
Deo non est. Quamuis. n. deus
cooperetur operanti, non tamē
deficit cum deficiente. AD ILLVD,
quod quæritur, Aut tota
operatio est a deo & c. Dicendū,
quod tota est a deo, & tota a li-
bero arbitrio. Non enim est in-
telligendum, quod deus coope-
retur libero arbitrio, sicut cum
duo ferunt lapidem, unus coo-
peratur alteri: sed quia deus est
intime agens in omni actione,
& intimus est ipsi potentiæ ope-
ranti, ita quod potentia ipsa in
nihil exit, quod non sit ab ipso.
Et si obiiciatur, quod eadē actio
erit tota bona, & tota mala. Di-
cendum, quod deus illi actioni nō
dat nisi bonitatem naturæ: libe-
rum autem arbitrium non pri-
uat eam bonitate naturæ, sed bo-
nitate moris. Et ista duo nō ha-
bent oppositionem, uidelicet quod
aliquid habeat bonitatem na-
turæ, & priuatum sit bonitate
moris. AD ILLVD, quod obiici-
tur, quod deus est principale
mouens in tali actione. Dicen-
dum,

dum, quod uerum est: attamen non
sequitur ex hoc, quod excitet libe-
rum arbitrium ad faciendum il-
lam operationem. Excitatio. n.
dicit aliquem effectum gratiæ
præueniente. n. ipsam uolunta-
tem. Hæc autē requiritur in bo-
nis meritoriis: in aliis uero ope-
ribus indifferentibus, uel etiam
malis nō est nisi sola cooperatio
diuinæ uirtutis, quæ existēs in
creatura potentialiter, essentiali-
ter, & præsentialiter, sicut cōser-
uat eam in essendo, sic adiuuat ī
operando: propter quod cōcedi-
tur ibi esse cooperatio, non præ-
uentio, uel subsecutio.

QVAESTIO II.

An uniuersarum rerum conserva-
tio à Deo sit?

lib. 6:
Moral.
ca. 18.
à me-
dio.

VT KV M omnis rei conserva-
tio sit a deo. Et quod sic ui-
detur. Primo per Greg. Cuncta
in nihilum cederent, nisi manus
conditoris ea contineret: ergo
omnia, quæ conseruantur, a deo
conseruantur. I T E M. Esse est
actus entis, & uiuere uiuentis:
sed nullus actus est, qui non sit
a deo immediate: ergo nullum
esse, & nullum uiuere: si ergo
creatura continue est, & conti-
nuatio in esse non est aliud quā
duratio, cum esse eius non pos-
sit esse nisi a deo, omnis rei con-
seruatio est a deo. I T E M. Ni-
hil mutabile subsistit, nec salua-
tur in esse nisi per immutabile,
& fixum; sed omne esse creatum
mutabile est, & uariabile, saltem
a præterito in futurum: sicut. n.
dicit Hiero. Solus deus est, qui
non notat præteritum, uel futu-
rum: ergo nihil potest subsistere,
nisi deo conseruante. I T E M.

S. Bon. Lib. 2.

Quanto effectus magis percipit
a causa, tanto magis pendet ab
ipsa: & quantomagis pendet ab
ipsa, tanto minus potest dura-
re, uel subsistere sine ipsa: sed
omne creatum totum quod est,
& quod hēt; a deo hēt. ergo impos-
sibile est aliquo nec ad momen-
tum conseruari in esse, nisi deo
conseruante. I T E M. Sicut se hēt
essentia ad primā essentiā, & sa-
pientia ad primā sapientiā: ita se
hēt duratio ad primam duratio-
nē: sed omnis essentia a prima es-
sentia, & oīs sapientia a prima sa-
pientia est: ergo omnis duratio
a prima duratione producitur si-
cut a principio: ergo nihil in esse
conseruatur nisi per deum.

SED CONTRA. Aug in Lib.
de Natura boni tractans illud,
quod dicitur Ecclesiastes. 8. Ser-
mo eius potestate est plenus, di-
cit, quod suum dicere est suum
facere: sed statim quando deus
fecit creaturam, simul cum hoc
disposuit, quantum creatura du-
rare debuit: ergo uidetur, quod
statim dedit ei uirtutem conti-
nuandi se in esse: ergo non ui-
detur, quod amplius deus im-
mediate eam conseruet. QVOD
si tu dicas, quod uirtus creatu-
ræ data indiget adhuc uirtute
diuina simul cooperante. Con-
tra. Si suum dicere est suum fa-
cere, & dicere non potest esse suc-
cessuum: ergo nec facere: sed cō-
seruatio creaturæ est cum suc-
cessionē: ergo non uidetur, quod il-
la cōseruatio sit a deo sicut a cō-
seruante. I T E M. Ad nobilitatem
agentis creati pertinet, quod po-
test facere opus p se stabile, non
indigens ipso artifice continue
substantante: sed deus est artifex
multo

multo nobilior, & multo potentior: ergo uidetur, quod operibus suis det tale esse, quod non indigeat ipso conseruante continue: igitur conseruatio rerum non uidetur immediate esse a deo. **ITEM.** Idem est principium essendi, & conseruandi: sed forma sufficiens dat unicuique rei esse: ergo uidetur, quod ad conseruationem unicuique rei sufficiat uirtus propriae formae. **QVOD** si tu dicas, quod forma non potest conseruare suam materiam, planum est hoc esse falsum in anima, quae habet uim uegetatiuam, & regitiam corporis. **ITEM.** Si omnes res conseruatur a deo immediate, cum diuina uirtus nec possit a se deficere, nec possit ab alio separari, uidetur quod nulla operatio creaturae nec per defectum sui ipsius, nec per actionem contrarii possit aliquando terminari: nunquam deficit duratio sine defectu uirtutis conseruantis: & planum est illud, quod multarum actio terminatur: ergo uidetur, quod talium conseruatio non sit a deo tanquam a principio immediato. **ITEM.** Quod creatura conseruetur, si sibi ipsi relinquatur uidetur. Aut conseruatur in esse, aut corrumpitur. Si conseruatur in esse, habeo propositum, uidelicet quod non omnis conseruatio est a deo. Si corrumpitur: aut est aliena actione, aut propria inclinatione. Aliena actione non: quia nulla creatura potest aliam in nihilum redigere. Propria inclinatione non: quia natura semper desiderat quod melius est, & forma appetit uniri materiae, & materia formae: ergo si motus se-

quitur inclinationem, & appetitum, semper durabit, & nunquam deficiet: ergo redit idem, quod prius, uidelicet quod non omnis conseruatio a deo est.

RESOLVTIO.

Res omnes à Deo tanquam ab immediato principio in esse conseruantur, non aut tanquam à tota causa.

RESPON. Dicendum, quod non solum omnem actionem, uerum etiam, omnem conseruationem necesse est a deo esse. Et ratio huius est necessitas, & indigentia ex parte creaturae. Omnis enim creatura ex nihilo est, & aliunde habet esse. Quia ex nihilo est: ideo quodammodo uana est, & uanitati subiecta est. Quia uero aliunde habet esse: ideo esse est sibi quodammodo accidentale: Contrario modo est in deo. Unde Hila. 7. de Trinitate. Esse non est accidens deo: sed subsistens ueritas, & manens causa, & naturalis generis proprietas. Sicut igitur uanum non potest fulciri nisi per uerum, & stabile: & accidens non potest fulciri nisi per subiectum: sic esse creaturae non potest conseruari abique munificentia creatricis essentiae. Unde sicut creatura habet essentiam, & actionem, ita etiam habet & durationem: & propter hoc quauis creatura non possit esse actu infinita, nihilominus tamen ponitur seu punitur duratione infinita. Infinitas enim durationis non ponit in creatura aliquam actualem infinitatem. Et ratio huius est: quia potentia, per quam durat creatura, non tantum est ipsius creaturae, immo est creatricis essentiae. Verum est etiam quod in creatura est aliqua potentia ad durandum: sed

ill

illa non est omnino in actu, imo est in potentia quodammodo respectu illius uirtutis, quae est actu infinita. Et hoc est, quod uult dicere Philosophus in Libro de causis, quod omnes uirtutes infinitae pendentes sunt per unum infinitum principium, quod est uirtus uirtutum. Concedendum igitur rationes ostendentes, quod omnis rei conseruatio est a deo tanquam ab immediato principio: non tamen est ab ipso sicut a tota causa. Sicut enim in creatura est aliqua uirtus operatiua creata, sic etiam aliqua uirtus conseruatiua.

AD ILLUD ergo quod primo obiicitur, quod suum dicere est suum facere. Dicendum est, quod hoc non dicitur immediate, propter hoc quod ad dicere sequatur facere, quoniam deus dixit ab aeterno, & fecit in tempore: Sed hoc dictum est: quia non est noua operatio ex parte dei ipsum facere superadditum ad dicere, sicut contingit in operatione creaturae. **Nec** ualet quod obiicitur, quod dicere non est successiuum secundum id quod est: quia dicere, & facere dei deus est, & aeternum quid est. Verum tamen sicut ab aeterno potest procedere temporale, sic a diuino dicere, in quo nulla est successio, potest procedere successiua duratio: quae quidem successiua est non ratione exigentiae ex parte dei conseruatis: sed ex parte rei conseruatae. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod artifex creatus potest facere pro se opus stabile. Dicendum, quod non est simile, pro eo quod artifex creatus sic facit rem, quod non facit eius principia intrinseca: non enim

potest in totam substantiam. Et propterea res facta conseruari potest in primis, & propriis principis, quae non dependent a potestate artificis: non sic autem est in opere dei. Omne enim opus quod deus facit, secundum totum sui facit: & ideo totaliter ab ipso dependet, & sine eius adiutorio conseruari non potest. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod idem est principium essendi, & conseruandi. Dicendum, quod uerum est in genere causae formalis, & similiter uerum est in genere causae efficientis. Quamuis igitur esse in creatura sit a forma creata tanquam ab informante: nihilominus tamen a deo est tanquam ab efficiente. Ideo sicut ad conseruationem rei necessaria est uirtus formae complementis: sic etiam necessarium est adiutorium primi, & immediati efficientis. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod si deus conseruaret res, nihil corrumpetur. Dicendum, quod illud argumentum deficit dupliciter. Primum quidem quia deus conseruat uoluntarie: & ideo tantum conseruat, quantum placet sibi, & secundum dispositionem sapientiae suae. Praeterea. Conseruatio rei non est a deo tanquam a tota causa: sed requiritur ex parte creaturae idoneitas ad conseruationem, & uirtus quodammodo conseruatiua, ad cuius defectum uelociore, uel tardiore sequitur diuturnior, uel minus diuturna duratio creaturae: & cum est idoneitas creaturae ad durandum in perpetuum, utpote simplicitas, deus esse eius aeternaliter continuat. **AD ILLUD**, quod quaeritur, utrum si crea-

tura sibi relinqueretur, corrumpere peretur. Dico quod sic. Et si gratia, utrum aliquo agente, uel non. Dico quod nullo agente: sed propter defectum in se ipsa. Talis. n. corruptio, quæ est annihilatio, dicitur purum defectum: & ideo non requirit causam efficientem; sed deficientem: hæc autem in creatura est ex hoc, quod ex nihilo est. Et si obiiciatur, quod naturalis inclinatio cuiuslibet rei est ad durandum in esse, & quod motus sequitur inclinationem. Dicendum, quod uerum est de inclinatione motus dicente positionem. Verum est etiam de principiis rei saluatis in esse, super quod fundatur illa inclinatio. Si autem creatura sibi relinqueretur, principia rei in esse non conseruaretur, immo in seipsis deficerent: & ideo inclinatio ad esse periret. Posset etiam dici, quod cum ponitur, quod creatura sibi relinquitur: ponitur quod diuina uirtus se subtrahat: & cum ponitur, quod diuina uirtus se subtrahat, per consequens, ponitur creaturae ad nihilatio. Sicut. n. per operationem uirtutis infinitæ potest fierieductio de nihilo in esse, ita et per subtractionem potest fieri ad nihilatio: pro tanto dicit Hugo, quod soli diuinæ uirtuti possibile est ad nihilatio creaturæ. Veruntamen illud uerbum intelligendum est sane, quia multum calumniabile est.

QVAESTIO III.

An omnis compositio a deo sit?

VTRVM omnis compositio sit a deo. Et quod sic, uidetur. Vbi cunq; est aliqua compositio, ibi est aliqua componentis actio: sed omnis actio est a deo: ergo omnis compositio

est a deo. **ITEM.** Sicut potest tiam, & uirtutis est distinguere, & separare: sic potest et, & uirtutis est res unire, & componere: sed omne quod est potentia, est ab omnipotentia creatoris: ergo &c. **ITEM.** Vbi cunq; est compositio, ibi est aliqua unio: & ubi cunq; est unio, ibi est aliqua unitas: sed omnis unitas est a prima unitate: prima autem, & summa unitas deus est: ergo omnis compositio est a deo. **ITEM.** Aug. de Vera Reli. Omnis res habet hæc tria, scilicet quod unum aliquid sit; & specie propria discernatur, & rerum ordinet non excedat: Sed (sicut dicit Aug. in 11. de Cui. dei) Ab eo est omnis modus, & omnis species, & omnis ordo; sine quibus nihil esse, nec cogitari potest: ergo si omne compositum, & omnis compositio aliquo modo est, uidetur igitur omnis compositio a deo esse.

SED CONTRA super illud. 1. Cor. 8. Scimus quia idolum nihil est. Glos. Materiam idoli dominus formauit; sed stultitia hominum formam dedit. Et post, quæcumque in creaturis facta sunt, facta sunt per uerbum: sed forma hominis in idolo non est facta per uerbum, sicut peccatum non est factum per uerbum: ut ergo, quod compositio talis formæ cum tali materia non sit a deo. **ITEM.** Quædam sunt, quæ impossibilia sunt coniungi non tantum a natura, sed et a deo, utpote quod aliquid sit simul, & semel album, & nigrum: sed intellectus noster phantasticus frequenter componit talia: nullorum autem compositio est a deo, nisi eorum quæ sunt a deo componibilia: si ergo opposita non sunt a deo componibilia,

&

& componuntur ab intellectu, ut quod non omnis compositio sit a deo. **ITEM.** Quædam sunt quæ non possunt coniungi in eodem sine monstruositate, sicut duo capita in eodem corpore: & talis compositio non potest esse a natura nisi cum errore, & præter intentionem: si ergo deus in nulla compositioe errat, nec facit errare, ut quod talium compositio nullo modo possit esse a deo. **ITEM.** Aliqua sunt, quæ impossibile est coniungi sine deordinatione, utpote si homo commisceretur brutum, uel e conuerso: si igitur talis compositio non est aliud, quam componibilium deordinatio (hoc ipso enim deordinatur, quod sic componuntur) & deordinatio non fit a deo, uidetur quod aliqua compositio non sit a deo.

RESOLVTIO.

Compositio omnis secundum quod compositio; quia aliquid dicit, a deo est. Quod si defectum coniuncta fuerit: ratione illius nullatenus a deo esse poterit?

RESP. Dicendum. Cum compositionis nomen tripliciter accipiat, in qualibet suarum acceptionum aliquid dicit. Dicitur. n. compositio componentis actio, dicitur etiam compositio componibilis passio, dicitur tertio modo compositio rei compositæ dispositio. Et quoniam tam actio, quam passio, quam et dispositio rei compositæ secundum quod composita est, aliquid dicit: & omne quod dicit aliquam positionem, a deo est: concedendum est simpliciter, quod omnis compositio sit a deo secundum quod compositio, sicut & omnis actio, & conseruatio. Attendendum est tamen, quod quemadmodum quædam actio res sunt, quæ mox nominatæ compositio

iunctæ sunt malo, sicut mendacium, & adulterium: sic quædam quarundam rerum compositiones sunt: quas inseparabiliter concomitant aliqua deformitas, & inordinatio. Unde quemadmodum actio, quæ coniuncta defectui malitiæ inseparabiliter dicitur a deo esse: ita tamen quod defectus malitiæ non est a deo; sed a defectu creaturæ, utpote liberæ uoluntatis: sic compositio, cui iuncta est deformitas, & inordinatio, sic est a deo, quod illa deformitas, quæ uere defectus est, est a defectu alicuius causæ componētis creaturæ, uel a defectu ipsorum componibilium. Concedendum sunt igitur rationes ostendentes, quod omnis compositio est a deo.

AD ILLUD, quod primo obiicitur de compositioe, quæ est in idolo. Dicendum, quod idolum secundum quod huiusmodi nominat aliquid artificiatum continens se aliquid numinis, uel diuinitatis: & secundum hoc dupliciter intelligitur ibi compositio, scilicet formæ artis ad materiam, & diuinitatis ad artificium: & prima quidem compositio est ex parte rei: secunda uero est solummodo secundum estimationem idololatræ. Quantum ad primam compositionem idolum aliquid est, quantum uero ad secundam nihil est in mundo in re, quamuis aliquid æstimetur. Concedo ergo, quod coniunctio talis formæ cum hac materia cum sit realiter ens, quod est a deo, Concedendum est nihilominus, quod illa æstimatio in quantum animæ actus est, a deo est: sed compositio diuinitatis ad illud artificium, quæ æstimatur esse, omnino nihil est: hæc a deo non est: quia non

est talis compositio secundū rē. Similiter ordinatio illius formæ artificialis ad continentiam diuinitatis, illa quidē potius est de ordinatio, quā aliqua positio: & hæc quidē a Deo nō est, sed a defectu cognitionis, & fidei. Cum ergo dicitur, quod forma idoli in tali materia non sit a Deo, nō negatur compositio huius formæ cū hac materia absolute esse a Deo: sed hoc negatur, quod non est a deo ad id, propter quod homo illam effigiem efficit. Et sic patet pro quāto dicitur idolum nihil esse. scilicet pro eo quod est nomen impositum a fictione, cui subest falsitas. Patet etiam quod idolum quantum ad aliquid, quod nominat, sit a deo, & quantum ad aliquid non. Vnde quicquid est positionis ibi, a deo est: illud autem quod est priuationis, uel defectus, nō est a deo, sed a defectu nostro. AD ILLVD quod obiicitur, quod intellectus componit aliqua, quæ sunt impossibilia componi sunt propter inseparabilitatem deordinationis. Nunquam enim potest esse, nec intelligi aliquid simul, & semel sub duobus oppositis, quin intelligatur confusio, & inordinatio. Et quoniam in actione dei, quam deus per se agit ut tota causa, non potest esse defectus ordinis: quia si esset, iam potentia eius in operando deficeret: hinc est quod talia a deo nō possunt componi. Sed cum deus cooperatur intellectui potenti deficere, sic potest esse quod illud, quod est ibi positionis, sit a uirtute dei: quod uero est priuationis, sit a defectu intellectus creati: ideo ratio illa non ualet, quod si non potest deus per se

illam compositionem facere, quod non possit in faciendo alii cooperari. AD ILLVD, quod obiicitur de his, quæ non possunt componi sine monstruositate, iam patet responsio. Quia cum dico compositionem monstruosam, duo dico: & dico compositionem, & dico ulterius luxuriam deordinantem. Et compositio quidem est a deo: deformitas autem monstruositatis est a defectu, & errore naturæ, qui uenit ex improportione uirtutis ad materiam, supra quam agit, siue pro eo quod materia superabundat, siue pro eo, quod deficit: & utrobique est defectus debitæ proportionis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod quædam est compositio, quæ non potest esse, nec intelligi præter inordinationem, utpote si pes poneretur in pectore, si homo coiret cum iumento. Dicendum est, quod & si unum necessario consequatur ad aliud, & intellectus unius inseparabiliter consequatur ex intellectu alterius, nihilominus tamen diuersitatem habent: quia unum dicit priuationem, & aliud dicit positionem: & ideo potest unum deo attribui, quamuis alterum non attribuat.

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An actio iniqua, siue iniusta a Deo sit?



ONSEQUENTER circa secundū Articulu quæritur de actione defectiua, utrum sit deo attribuenda. Et circa hoc quærentur tria. Primo quæritur, utrum a deo sit actio iniusta

secundū

secundum quod iniusta Secundo quæritur, utrum a deo sit operatio fortuita secundum quod fortuita. Tertio quæritur, utrum a deo sit enunciatio falsa secundum quod falsa.

UTRUM actio iniusta secundum quod huiusmodi sit a deo. Et sic uidetur. 3. Reg. ult. Quis decipiet nobis Achab regem Israel: & post subiungitur, quod dominus dixit spiritui mendaci, Egredere, & fac: sed quod sit deo præcipiente, sit a deo uolente, & auctore: si ergo spiritus ille malignus meritis est, & Achab decepit deo mandante sibi mentiri, & decipere: uidetur quod tam mendacium, quam deceptio secundum quod homini sit a deo: & si hoc uerum est: ergo actio iniusta secundum quod iniusta, a deo est. ITEM. Si cuti uult Philosophus. Si aliquid per sui præsentiam est causa alius, per sui absentiam est causa oppositi: sed deus per sui præsentiam est causa operationis iustæ, secundum quod iusta est, ergo ab oppositis per sui absentiam causa erit iniustitiæ in actione. ITEM. Qui adiuuat aliquem furum scienter ad actionem furti, siue uelit ipsum inuare ad furtum, siue non: nihilominus dicitur currere cum fure, & culpa furis ei attribuitur: si ergo deus adiuuat hominem ad actionem substratam malitiæ, & iniustitiæ, uidetur quod talis deformitas tam auctori attribuenda sit deo. ITEM. Dare eleemosynam propter uanā gloriā est peccatum: & hoc ipso est peccatum, & iniustitia, quo actio ista refertur ad talē finem: sed si datus datio eleemosyne non nihil est, sic relatio ad talē finem nō ni-

hil est: si ergo talis relatio fuit ratio, quare illa actio est mala, & talis relatio est a deo, cū nō sit omnino nihil, uidetur quod talis actio sit a deo. ITEM. Iste qui peccat in amando creaturā, hoc ipso peccat quo quiescit in creatura: sed quiescere in creatura, non omnino nihil est: imo hoc ipso quod quiescere est, aliquid est: ergo cū omne, quod est aliquid, sit a deo, talis quæ est a deo, & talis erat ratio culpæ: &c. ITEM. Nobilior est potentia uoluntatis ut est deliberatiua, quā ut est natura quædam: sed omne quod est a uoluntate, ut est natura, est a deo: ergo omne quod est a uoluntate deliberatiua, est a deo: sed actio iniusta secundum quod homini, est a uoluntate deliberatiua: ergo &c.

SED CONTRA. IOAN. I. Sine ipso factum est nihil. Glo. 1. peccatum: ergo uidetur, quod peccatum nō sit a deo. ITEM. Rom. 1. Tradidit eos, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Glo. immundas actiones, & contumeliosas, quibus afficiunt, & inficiunt corpora sua habent in semetipsis mali in non aliunde, sed a semetipsis. (Nō. n. hēt homo hoc a deo) sed hoc non potest dici de actionibus secundum quod actiones sunt: ergo dicitur de actionibus secundum quod iniustæ sunt. ITEM. Quicumque facit iniustitiam iniustus est: sed deus non potest esse iniustus: ergo nō potest facere iniustitiam: ergo iniustitia actionis, uel actio secundum quod iniusta, non est a deo. ITEM. Quicumque facit iniustitiam, offendit deum, qui est summa iustitia: sed deus non potest seipsum offendere, neque seipsum negare, sicut dicit Apostolus: ergo deus non potest iniustitiam

facere ergo nec actionem iniustā inquantū huiusmodi. **ITEM.** Iniustitia defectus est: ergo facere iniustitiam, est deficere: sed diuinum posse non pōt deficere: ergo nec, iniustitiā facere: ergo actio secundum q̄ iniustitia est, non est a deo. **ITEM.** Quicquid est a deo, laudat deum: sed iniustitia nullo modo laudat deum, nec operatio iniusta secundum q̄ huiusmodi: nullo igitur modo secundum quod iniusta, uel mala, est deo attribuenda.

RESOLVTIO.

Actio quacūq; iniqua et mala, quia uialis utilitatem, entitatem, & ordinem priuat: diuineque potentia, sapientia, ac bonitati & pugnat: minimè a Deo esse potest.

R. S. P. Dicendum, q̄ cum iniustitia, siue malitia circa actionē dicat defectum, & priuationem, & defectum deordinatum de se, & defectum carentem debito fine: facere actionem iniustā, hoc repugnat potentia, sapientia, & bonitati. Est. n. ibi priuatio utilitatis, & ordinis, & entitatis: & quia nihil est attribuendum deo, nisi quod decet potentiam suam, sapientiam, & bonitatem: ideo actionem malam deo tribuere nō solum falsitatis est, sed et blasphemiae, & impietatis. Concedendū est igitur, q̄ actio mala, & iniusta secundum q̄ huiusmodi non est a deo. Et ideo rationes, quæ hoc ostēdunt, concedendæ sunt.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur de 3. Reg. ultim. Dicendum, q̄ [egredere, & fac] nō intelligit ibi imperatiue, sed intelligitur ibi permissiue: unde uerbum imperatiui modi multipliciter accipitur in scriptura. Aliquando,

præceptorie, aliquando consultiue, aliquando insinuatorie, & aliquando permissiue, quorum sumi possunt exempla ex diuersis locis scripturæ. **AD ILLVD**, quod obiicitur de eadem causa, q̄ per sui præsentiam, & absentiam est causa oppositorum. Dicendum, q̄ illud habet ueritatem de causa, quæ uoluntariè se absentat, ita q̄ principaliter est eius absentatio ab ipsa: hoc autē non est in proposito. Deus enim nemini se absentat: imo paratus est oēs adiuuare, & omnibus dare gratiam. **AD ILLVD**, qd̄ obiicitur, q̄ ille, qui iuuat furem in actione, dicitur currere cum fure, si sciēter hoc facit. Dicendū, q̄ hoc non est simile, quia decēs, & conueniens est, q̄ homo proximum non adiuuet in ea actione, in qua quis ambulat non rectè, imo potius debet impedire, cum ipse nec sciat, nec possit inde bonum elicere, nec ad illud adiutorium aliqua lege astringitur, sed potius prohibetur: nō sic autē est in proposito. Primo quia decet diuinam liberalitatem, ut solem suum oriri faciat super bonos, & malos; nec debet influentiā uirtutis suæ subtrahere nec bonis, nec malis, maxime secundū illam influentiā, quæ respicit primum esse. Secundo uero quia decet diuinam prouidentiam, sic res quas condidit, administrare, ut eas agere proprios motus finat. Tertio uero quia ipse nouit, & scit inde bonum elicere: & iō cū cooperatur peccatori in actione, laudabiliter facit: & ideo nullo modo malitia, quæ reddit suū actorem culpabilem, est ei attribuenda. **AD ILLVD**, quod obiicitur,

ditur, q̄ relatio actionis ad inanē gloriam tanquam ad finem, a deo est. Dicendū, q̄ relatio duodicit, uidelicet actum uoluntatis, & rationis pro tendentis se ad illum finē mediante illa actione: & hoc quidem bonum est, & a deo est. Præter hoc importat deordinationem: tali enim actioni coniuncta est inordinatio: quæ talis finis tali operi non cōgruit: & quantū ad hoc est ibi malitia: & ideo iniustitia est ibi rōne defectus, qui est in tali relatione: p̄ hoc non oportet q̄ sit a deo. Et est simile in claudicatione, in qua est ambulatio cum defectu: sic & in proposito intelligendū est. **AD ILLVD**, quod obiicit de quiete, similiter rōndēdum est, quia quies dicit positionem aliquam in hoc q̄ dicit dilectionem creaturæ: & dicit priuationem rectitudinis in hoc q̄ dicit priuationem finis ultimi. In hoc. n. q̄ ibi quiescit, & ultra non tendit, cum deberet ultra tendere: non tantū est positio, sed etiā priuatio, quæ quidē nō est a deo. **AD ILLVD**, quod obiicitur, q̄ quicquid est a uoluntate naturali, est a deo. Dicendum, q̄ uerum est secundum q̄ est uoluntas naturalis: & similiter illud, qd̄ est a uoluntate deliberatiua, præcisè concedendū est esse a deo: sed malitia non est a uoluntate proprie, ut est deliberatiua: sed potius ut est defectiua, quāuis defectus ille nō cadat nisi circa actum deliberatiuum: & ideo quāuis sit a uoluntate deliberatiua, non sequitur, q̄ sit a deo, quia non est a uoluntate secundum quod deliberatiua, sed secundum q̄ defectiua. Et propterea (sicut dictum fuit

supra) si fiat tale argumentū, uoluntas deliberatiua est a deo, & malitia est a uoluntate deliberatiua: ergo est a deo: peccat secundum accidens, quia peccat contra illam regulam. Quicquid est causa causæ, est causa causati: ita enim potest esse sophisma secundum accidens in causando, sicut in essendo.

QUESTIO II.

An fortuitum secundum quod fortuitum a Deo sit?

VTRVM operatio fortuita secundū q̄ est fortuita, sit a deo. Et q̄ sic uidetur: quia tā fortuita, q̄ casua. is actio est ex causis cōfluentibus ob aliud inceptis: uñ Boetius in 5. de Consola. casus est inopinatus rei euentus ex causis cōcurrentibus ob aliud inceptis. Sed tam concursus causarum, q̄ inchoatio p̄ aliud est, a deo: ergo si nihil plus requirit ad hoc q̄ aliquid sit fortuitum, uel casuale, uidetur q̄ tam fortuita, q̄ casualia s̄m q̄ hmōi sint a deo. **ITEM.** Sicut ens per se est a deo inquantū est per se, & sic & accidēs est a deo inquantū est accidēs: ergo sicut operatio causæ p̄ se a deo est, ita & operatio causæ per accidēs: sed casuale, & fortuitū s̄m q̄ hmōi dicit operationē, uel effectū causæ per accidēs: sed naturale, & artificiale dicit effectū causæ per se: ergo sicut omne naturale, & artificiale est a deo inquantum hmōi, sic omne casuale, & omne fortuitū inquantum hmōi est a deo. **ITEM.** Quācunque aliqua diuersa concurrunt ad unius effectus p̄ductionem, necesse est quod per unum aliquid coniungantur: sed causæ, a quibus oritur tam casuale,

quā

quam fortuitum, & sunt diuersæ quantum ad rem, & sunt diuersæ quantum ad intentionem: ergo si uniuntur, coniunguntur per aliquid, quod est supra eas; sed nihil est supra agens naturale, & agens a proposito, nisi solus deus: ergo talium causarum concursus a deo est, & huiusmodi causarum concursus facit effectum casuale, uel fortuitum: ergo &c. **ITEM.** Potentior est ad agenda causa per se, quæ causa per accidens: sed causa per se nullum effectum producere potest, quin adiuuetur a deo: ergo nec causæ per accidens: sed causæ per accidens sunt casus, & fortuna, sicut uult Philosophus in 2. Physicorum: ergo cum eorum effectus sint casuale, & fortuitum in quantum huiusmodi, uidetur &c. **SITV** dicat, quod casuale secundum id quod est, a deo est: non tamen secundum quod casuale: quia dicit priuationem intentionis, non positionem. Contra hoc est. Quia sicut natura operatur per intentionem, ita etiam operatur uniformiter, & modo consueto: sed cum aliqua operatio sit præter solitum cursum naturæ, illa quidem operatio dicitur miraculum: & talis operatio ponitur a deo in quantum talis. Si ergo operatio, quæ sit præter consuetudinem in quantum huiusmodi, est a deo, pari ratione & operatio, quæ sit præter intentionem in quantum huiusmodi, est a deo. **ITEM.** Fortuitum eo ipso dicitur fortuitum: quia est ab aliquo agente intendente aliud: sicut inuentio thesauri est ab eo, qui intendit arare terram; sed quod ille aliud intendebat, hoc bonum est, & a deo est: similiter, quod

thesaurum illum inueniat, hoc bonum est, & a deo est: ergo fortuitum, ut fortuitum est, a deo uidetur esse.

SED CONTRA hoc arguit Aug. in Lib. 83. q. sic. Quicquid casu fit, temere fit: quicquid temere fit, fit sine prouidentia: si ergo omne quod fit a deo, fit per prouidentiam: quia deus nihil agit sine prouidentia, uidetur quod casuale, & fortuitum in quantum huiusmodi, non sit a deo. **ITEM.** Casus, & fortuna accidit per defectum præcognitionis: sed deus nihil potest facere nisi præcognoscens, & præsciens: ergo nihil casuale in quantum huiusmodi est a deo. **ITEM.** Sicut bonum repugnat malo, ita fortuna repugnat prouidenti: sed a deo, qui summe bonus est, non potest egredi aliqua operatio iniusta: ergo pari ratione cum sit summe prudens, non potest exire ab eo aliqua operatio fortuita. **ITEM.** Fortuitum secundum quod fortuitum, ortum habet a causa per accidens: ergo si deus esset causa fortuiti secundum quod huiusmodi, deus esset causa alicuius rei per accidens: sed causa per accidens reduci habet ad causam nobilior rem: ergo aliqua causa esset nobilior deo, quod est absurdum. **ITEM.** Sicut iniustitia se habet ad suam causam, sic casuale & fortuitum ad suam: sed iniustitia non potest esse ab aliquo nisi operante iniuste: ergo casuale, & fortuitum non potest esse nisi ab eo, qui operatur casualiter, & fortuite: deus uero modo operatur casualiter, nec fortuite: ergo casuale, siue fortuita operatio secundum quod huiusmodi non est a deo.

R. B.

RESOLVTIO.

Cum id, quod casu fit, temere, & præter intentionem fieri dicatur: nequaquam à Deo erit: quippe qui omnia in uero iudicio & æterna sapientia faciat.

RESP. Dicendum, quod & si casuale, & fortuitum secundum id, quod est, fit a deo: in quantum tamé casuale, uel fortuitum, a deo non est. Et ratio huius est, quia casuale, & fortuitum aliquid ponunt, utpote effectum, qui est ex concursu causarum ob aliud inceptarum. Aliquid etiam priuant: dicitur enim casus, & fortuna defectum intentionis, & præcognitionis: & quoniam operatio causarum, & concursus ad producendum tales effectus aliquid ponit, ideo a deo est: quia uero priuatio intentionis defectus est, ideo a deo non est: & quoniam casuale, & fortuitum ut sic nominantur; imposita sunt a tali defectu, hinc est quod non sunt concedenda a deo esse. Et hoc uult dicere Aug. in Lib.

83. q. cum dicit Quod casu fit, temere fit: & ideo sicut non concedimus, quod temerarium secundum quod huiusmodi sit a deo: sic non est concedendum quod casuale, uel fortuitum secundum quod huiusmodi, sit a deo: & quia tam casuale, quam fortuitum ut sic est, est nomen impositum a priuatione intentionis, secundum quod priuatio intentionis dupliciter potest intelligi, secundum hoc casuale, & fortuitum dicitur dupliciter. Vno enim modo potest intelligi priuatio intentionis uersaliter respectu cuiuscunque agentis, siue particularis, siue uersalis, siue operantis, siue cooperantis, siue exequentis, siue gu-

bernantis Et hoc modo nihil est casuale: & casus, & fortuna hoc modo nihil sunt. Et hoc modo aliqui philosophi posuerunt casum, & improbat August. in Lib. 83. q. per hoc, quod prouidentia totus mundus administrat: & ita nihil fit, quod non pertineat ad opus prouidenti. Alio modo potest intelligi priuatio intentionis respectu agentis particularis, utpote particularis naturæ, & intellectus creati: & hoc modo aliquid est casuale, & casus aliquid est, secundum quod dicit Boetius in Libro de Consolatione diffiniens casum, & ostendens, qualiter quis potest operari casualiter, uide scilicet cum aliquid assequitur inopinatum: & ideo dicit, Casus est inopinatus rei euentus: ubi simul tangit positionem, & priuationem. Positionem per hoc, quod dicit euentum: priuationem in hoc, quod dicit inopinatum: & illa quidem priuatio non est respectu dei, quia deus nihil potest facere inopinate, siue improuise: nec etiam a deo est, cum sit defectus, sed potius a defectibilitate creaturæ. Concedendæ sunt igitur rationes ostendentes, quod nihil est a deo casuale, ita quod casuale secundum quod casuale non est a deo.

AD ILLUD uero, quod priuatio obicitur in contrarium, quod concursus causarum a deo est: iam patet responsio: arguit enim de casu secundum quod dicit positionem, non secundum quod dicit defectum. **AD ILLUD**, quod obicitur, quod a deo est causa per se, & per accidens. Dicendum, quod aliter dicitur accidens de ente prout est differentia entis, ali-

tes

Tex. cō.
40. e
dem-
seps.

Q. 24.
Tom. 4

Q. 24.
Tom. 4

ter prout est differentia causæ. Prout est differentia entis, dicit habitudinem ad subiectū, quæ quidem positio est, non priuatio. Prout autem est differentia causæ dicit priuationem intentionis, per quam aliquid dicit esse causa alicuius per se: & ideo non sequitur, quod si modus essendi per accidens in quantum huiusmodi sit a deo, quod & modus operandi per accidens in quantum huiusmodi sit a deo. AD ILLVD, quod obiicitur, quod diuersæ causæ indigent aliquo superiori coniungente, ad hoc quod possint unum effectum producere. Dicendum, quod illud dupliciter potest intelligi. Vno modo uere, alio modo false. Si enim ita intelligatur, quod ad hoc quod aliquæ duæ causæ concurrant, necessaria sit noua influentia causæ superioris, plus quam si non concurrerent, & quælibet operaretur per se, sic non habet ueritatem: hoc enim ipso quod aliquis abscondit in terra thesaurum, & aliquis fodit in eadem terra, sine noua influentia illæ duæ operationes causant thesauri in uentionem. Si autem ita intelligatur, quod omnes causæ, quæ concurrunt ad unum effectum, reducuntur ad aliquod unum principium, sic ueritatem habet: pro eo quod illa, quæ non possunt reduci ad unum principium, omnino sunt diuersa: & ideo nunquam possunt ad unum effectum concurrere. Si enim in uno principio non conuenirent, iam omnino non haberent aliquid commune: & ideo necesse est ponere quod tamen causæ concurrentes, quam earum concurrentibus sint ab uno principio primo. Sed tamen ex hoc non se-

quitur, quod casuale in quantum huiusmodi sit a deo: quamuis sit a deo secundum id quod est: quia casus non tantum intendit & dicit euentum, sed etiam & euentum inopinatum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod causa per accidens indiget adiutorio sicut causa per se. Dicendum, quod est uerum respectu eius quod efficit, sed non indiget adiutorio respectu eius, in quo deficit: per se enim potest deficere, sed non per se potest efficere: & ideo non sequitur ex hoc, quod casuale sit a deo, nisi secundum illud, secundum quod aliquid ponit, non secundum quod dicit priuationem intentionis. Et si obiiciatur, quod miraculum in quantum huiusmodi est a deo, & tamen dicit priuationem consuetudinis, quia fit præter solitum cursum. Dicendum, quod aliter miraculum fit præter solitum cursum, & aliter fortuitum præter intentionem. Miraculum enim fit præter solitum cursum, ita quod supra cursum nature: unde plus dicit positionis, quam priuationis: casuale uero non ita fit præter intentionem, quod fiat supra intentionem, sed deficit ab intentione. AD ILLVD, quod obiicitur, quod deus potest quod aliquod agens unum assequatur, & aliud intendat, ita quod utrumque sit a deo. Dicendum, quod uerum est: sed assequi unum, & intendere aliud hoc non facit casus, uel fortuna in quantum quis aliud intendit ab eo, quod assequitur, sed in quantum non præuidet, nec intendit illud, quod assequitur. Si enim aliud, & aliud intenderet, iam non operaretur

raretur casualiter, siue fortuite. Licet autem intendere ad aliud sit a deo, non tamen a deo est non intendere illud, quod assequitur, quia primum dicit positionem, & secundum priuationem: & casuale, siue fortuitum in quantum huiusmodi non nominatur a primo, sed a secundo, & propterea in quantum tale non est a deo, sed a defectu reperto in agente creato.

QVAESTIO III.

An enunciatio falsa in quantum falsa a deo sit?

VERVM enunciatio falsa secundum quod huiusmodi sit a deo. Et quod sic, uidetur. Quandoque aliqua duo fundantur super idem secundum rem, si unum est a deo, & reliquum: sed falsitas alicuius propositionis, & ueritas suæ oppositæ fundantur super idem: hoc enim ipso quod hæc est uera, Homo est animal: hæc est falsa, Homo non est animal: ergo cum omnis propositionis ueritas sit a deo, uidetur quod omnis propositionis falsitas sit a deo. ITEM. Veritas est adæquatio rei, & intellectus: & falsitas est inadæquatio rei, & intellectus per oppositum; sed sicut se habet æqualitas, & inæqualitas in rebus, ita se habet æqualitas, & inæqualitas in propositionibus: sed æqualitas, & inæqualitas in rebus sunt ab ipso deo: sicut enim a deo est, quod aliqua duo sunt æqualia: sic a deo est, quod aliqua duo sic se habeant, quod unum excedat reliquum (unde Aug. dicit, quod si essent omnia æqualia, non essent omnia) ergo pari ratione ad æquationem, & inadæquationem signi ad

Lib. 83
quest.
141.

signatum est ab eodem principio. ITEM. Ab eo est falsitas propositionis, qui solus potest facere propositionem ipsam esse falsam; sed demonstrato aliquo peccatore, ista est uera. Iste non est iustus: & nullus potest hanc facere falsam, nisi Deus, qui potest ei dare iustitiam: ergo &c. ITEM. Maioris dignitatis, & potestatis est falsificare hanc propositionem, Ille est peccator, quam uerificare eam: qui enim peccat hoc ipso quod peccat, uerificat eam, & hoc indignitatis est: ergo si omnis propositionis ueritas a deo est: uel multo fortius, quam talis propositionis falsitas sit a deo.

SED CONTRA. omne quod deus potest facere, habet exemplar in deo: sed enunciatio falsa secundum quod falsa, non habet exemplar in deo, cum ipsa ueritas sit ratio exemplandi: ergo enunciatio falsa secundum quod falsa, non est a deo. ITEM. Sicut se habet bonitas sed malitia, sic se habet ueritas ad falsitatem: sed a summa bonitate nullo modo potest esse malicia: ergo a summa ueritate nullo modo potest esse falsitas. ITEM. Verum, & ens conuertuntur: sed a deo non potest aliquid esse, quod non sit aliquo modo ens: si enim pure nihil esset, a deo non esset: ergo a deo non potest esse nisi uerum: sed enunciatio falsa in quantum huiusmodi dicit priuationem ueri: ergo uel, quod a deo non debeat causari secundum quod homini. ITEM. Omne quod deus potest facere, potest dicere: sed falsum non potest dicere: ergo non potest facere. Probatio minoris: si dicit falsum: aut ergo sciens, aut ignorans. Ignorans non hoc constat.

constat. Si scienter: sed quicumque dicit falsum scienter, mentitur: ergo deus mentiretur, quod est profanum, & impiū dicere.

RESOLVTIO.

Cum falsitas dicat defectum, qui nullo pacto in Deo cadere potest: enunciatio falsa handquam ab eo esse poterit.

RESP. Dicendum, quod falsitas nihil aliud est, quam defectus ueritatis in re, quæ nata est uerificari: sicut malicia dicit priuationē bonitatis, & rectitudinis circa actionem, quæ nata est reificari: & ideo sicut actio mala, in quantum actio, est a deo: in quantum uero mala, & iniusta, a deo non est: sic enunciatio falsa, in quantum enunciatio, a deo est: in quantum uero falsa, non est a deo. Vnde quæadmodum in actione duplex consideratur bonitas, una naturæ, & altera moris: & una est essentialis, & altera accidentalis: & ideo una priuatur, altera relinquitur: ratione illius bonitatis, quæ relinquitur, actio illa est a deo. Sic in omni enunciatione duplex est ueritas. Una essentialis: & hæc est ueritas, qua propositio representat illud, ad quod representandum instituta est: & hæc nunquam priuatur ab enunciatione. Omnis enim enunciatione significat illud, ad quod instituta est, siue sit uera, siue falsa. Alia uero est ueritas accidentalis, quæ attenditur in propositione, in hoc quod representat rem secundum quod est: tunc enim dicitur adæquari signum signato: & ueritas enunciationis nō est aliud, quā quædam adæquatio: & hæc ueritas priuatur

per falsitatem: tūc enim est propositio, uel enūciatio falsa, quādo signum nō representat rem sicut est: uel res non est, sicut representatur per signū: & hoc est quod dicit Philosophus, Ab eo quod res est uel non est, dicitur oratio uera, uel falsa. hoc est dicere, ab eo quod res est sicut representatur, dicitur oratio uera: ab eo quod res non est, sicut representatur, dicitur oratio falsa. Sicut igitur iniustitia est priuatio rectitudinis, sic falsitas est defectus ad æquationis: & ideo sicut deo ut auctori non attribuitur iniustitia actionis, sic nō debet ei attribui falsitas orationis: utroque enim modo defectus est, & nullus defectus deo attribuendus est. Notandum est tamen, quod & si nullus defectus sit a deo, tamen magis aliquis defectus elongatur a causalitate dei, quam alius: secundum quod sunt diuersi modi deficienti. Est enim quidam defectus, qui dicit priuationem alicuius positionis, & ordinis, sicut est defectus culpabilis: & iste est defectus uituperabilis, & uituperabilem reddit actorem: & talem defectum deus non facit, nec est facit aliquid, quo facto creaturali defectu deficiat necessario: unde nec deus facit peccatum, nec facit aliquem peccare, nec facit aliquid, quo facto necessario sequatur peccatum ratione illius, quod deus facit: Hoc dico propter animæ infusionem, in qua necessario contrahitur culpa originalis: sed hoc non est ex actu dei, sed ex præuaricatione primi parentis. Est & alius defectus, qui est priuatio alicuius

posi.

positionis, non tamen est priuatio ordinis: contingit enim aliquos defectus ordinari & talis defectus licet non possit deo attribui secundum quod defectus, potest tamen ei attribui secundum quod ordinatus: & de tali defectu licet non possit dici, quod deus eum faciat, quia defectum facere est deficere: potest tamen dici, quod facit aliquid, quo facto, necessario consequitur ille defectus: & talis defectus est falsitas, & ignorantia, & cæcitas, & consimiles. Vnde quamuis non possit concedi, quod deus faciat falsitatem orationis, siue orationem falsam, secundum quod falsa est: potest tamen concedi, quod deus faciat aliquid, quo facto aliqua oratio est falsa necessario: sicut cum iustificat impium, facit aliquid, quo facto hæc enunciatio est falsa, iste est impius. Concedendæ sunt igitur rationes ostendentes, quod enūciatio falsa secundum quod falsa non sit a deo.

AD ILLVD ergo, quod obicitur, quod falsitas & ueritas fundatur super idem. Dicendum, quod uerum est: sed tamen aliter, & aliter, quia ueritas fundatur per modum positionis, & falsitas per modum priuationis: & ideo non sequitur, quod sint ab eodem. Cum autem dicitur, quod quæ super idem fundatur, ab eodem sunt: hoc intelligitur quando super illud idem fundantur, & eodem modo. AD ILLVD, quod obicitur, quod æqualitas, & inæqualitas in rebus sunt ab eodem principio. Respondendum est, quod nō est simile, quia in rebus uno modo inæqualitas dicit priua-

tionem æqualitatis, ubi debet esse: & tunc non est a deo, cum sit defectus. Alio modo inæqualitas dicit gradum, & ordinem, qui debet esse inter res: & hoc modo & si uideatur dicere priuationem, quia tamen dicit positionem, a deo est: sed in adæquatione signi ad signatum semper dicit defectū, pro eo quod signum institutum est, ut representet signatum secundum quod est: & ideo in in adæquatione signi ad signatum est falsitas, in adæquatione uero in rebus non est falsitas: Et propterea non sequitur, quod si in adæquatione rei ad rem est a deo, quod in adæquatione signi ad signatum sit a deo. Posset tamen dici, quod in adæquatione in quantum huiusmodi cum dicat defectum æqualitatis, a deo non est, quamuis illud quod subest, a deo est. AD ILLVD, quod obicitur, quod deus potest falsificare enunciationem. Dicendum, quod hæc est uera, & propria: deus facit aliquid, quo facto aliqua propositio est falsa: hæc autem est minus propria: deus facit aliquam propositionem falsam: sed hæc est simpliciter impropria, deus facit falsitatem in propositione, & hoc quia falsitas nominat ipsum defectū precise: & ideo in illa ratione est sophistica secundum accidens, quæ sic arguit. Facit aliquid, quo facto propositio est falsa: ergo facit propositionem falsam, siue falsitatem in propositione. AD ILLVD, quod obicitur, quod maioris dignitatis est falsificare aliquam propositionem, quam uerificare. Dicendum, quod ueritatem ad falsitatem contingit

compa.

comparari dupliciter. Aut loquendo formaliter, aut causaliter, siue ratione eius quod subest. Si loquendo formaliter: sic cum ueritas dicat adæquationem, & falsitas inadæquationem, & ita falsitas priuationem, ueritas positionem: dignius est omnino aliquid uerificare, quam falsificare quicquid illud sit, cū dignior sit ueritas, quam falsitas (si tamen contingat dicere dignius respectu eius, in quo nulla est dignitas). Si autem cōparamus ueritatem ad falsitatem ratione eius, quod respondet ex parte rei, sic dico de plano, quod aliquando dignius est illud, quod ex parte rei reddit illam propositionem falsam, quam illud quod reddit propositionem ueram, si cut patet: dignius est enim quod reddit istam propositionem falsam, Iste non est bonus: quam quod reddit eam ueram. Et ratio huius est ista, quia quamuis ueritas de se dicat positionem, quia dicit adæquationem, illa adæquatio ex parte alterius extremi ita bene potest respicere priuationem sicut positionem, & defectum sicut effectum. Sicut enim defectus est ordinabilis, & tamen defectus est: sic est cognoscibilis, & sic est significabilis: ideo cum quæritur, super

quid fundetur ueritas enunciationis, non oportet quod ex parte rei respondeat aliqua ueritas. Sicut enim uerum ens, contingit uere significare de ipso ipsum esse: sic etiam de illo quod nullo modo est, contingit uere significari, quod ipsum non est. Sicut enim significatio dicit relationem, quæ non requirit significatum esse in actu, sic & ueritas signi, quæ quidem dicit conditionem illius relationis, non exigit fundari super aliquam rem actualiter existentem: nihilo minus tamen cum omnis relatio, & ordo a deo sit, talis significatio, & talis ueritas a deo est: nec sequitur ad hoc, quod significatum sit a deo, imo est ibi sophisma secundum accidens, sicut si argueretur: ordinatio culpe, & poenæ est a deo: ergo culpa est a deo. Sic non sequitur in proposito; uera significatio furti est a deo: ergo furtum est a deo. Et sic patet, quod & si ueritati non semper correspondeat ex parte significati aliquid excellentius: quam falsitati: tamen ueritas nobilior est, quā falsitas & ideo non sequitur, quod si uerificatio propositionis sit a deo, quod ab eodem sit propositionis falsificatio, siue falsa enūciatio secundum quod falsa. Et sic patet quæ sita.

DISTINCTIO XXXVIII.

Qualiter in generali per actum uoluntatis peccatum introducatur.

Li. de Tri. 11 c. 6. to. 3.



Post prædicta de uoluntate, eiusque fine differendum est. Sciendum ergo est, quod ex fine suo (ut ait Aug.) uoluntas cognoscitur, utrum recta an praua sit. Finis autem bonæ uoluntatis beatitudo est, uita æterna,

DISTINCTIO XXXVIII. 577

æterna, ipse Deus. Mala uero finis est aliud, scilicet mala delectatio, uel aliquid aliud, in quo non debet uoluntas quiescere. Finem ergo bonum insinuat propheta, dicens, Omnis consummationis uidi finem, &c. Caritas ergo, cuius latum mandatum est, finis omnis consummationis est, id est, omnis bonæ uoluntatis & actionis, ad quam omne præceptum referendum est. Unde Aug. in Ench. Omnia præcepta diuina referuntur ad charitatem. De qua dicit Apostolus, Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Omnis itaque præcepti finis, charitas est, id est, ad charitatem refertur omne præceptum. Quod uero ita sit uel timore peccati, uel aliqua intentione carnali, ut non referatur ad charitatem, quæ est dilectio Dei & proximi, nondum fit, quemadmodum oportet fieri, quamuis fieri uideatur. Tunc enim recte fiunt, quæ mandat Deus, & quæ consilio monet, cū referuntur ad dilectionem Dei & proximi. His uerbis aperte insinuat, quis sit rectus finis uoluntatis siue actionis bonæ, scilicet charitas, quæ & deus est, ut supra ostendimus.

Quod Deus finis sit omnis bonæ actionis.

Qui ergo charitatem sibi ponit finem, Deum sibi ponit finem: unde & Christum finem legis ad iustitiam dicit Apostolus esse omni credenti. Et recte dicitur Christus finis legis ad iustitiam: quia ut ait Augustin. in Lib. sententiarum Prosperi, in Christo lex iustitiæ non consumitur, sed impletur. Omnis enim perfectio ex ipso, & in ipso est: & ultra quem non est, quo spes se extendat. Finis fidelium Christus est, ad quem cum peruenerit currentis intentio, non habet quo amplius possit uenire, sed habet id, in quo debeat permanere. Finis ergo rectus atque supremus, Deus pater est, & filius, & spiritus sanctus: nec hi tres sunt tres fines, sed unus finis: quia non tres dii, sed unus Deus.

Quod omnes bona uoluntates unum habeant finem:

Sed quæritur, Vtrum omnes bonæ uoluntates unum tantum habeant finem. De hoc August. in 11. de Trinitate ait, Alię atque alię uoluntates suos proprios fines habent, qui tamen referuntur ad finem illius uoluntatis, qua uolumus beate uiuere, & ad eam peruenire uitam, quæ non referatur ad aliud,

Ibid. sed amanti per se ipsam sufficiat: quemadmodum uoluntas uidendi, finem habet uisionem, & uoluntas uidendi fenestram finem habet fenestre uisionem. Altera uero est uoluntas per fenestram uidendi transeuntes, cuius item finis est uisio transeuntium. Ad quod etiam predictæ referuntur uoluntates. Item rectæ sunt uoluntates, & omnes sibi et religatæ, si bona est illa, ad quam cunctæ referuntur: si autem praua est, prauæ sunt omnes: & ideo rectarum uoluntatum conexio iter quoddam est ascendentium ad beatitudinē, quod *Prou. 5* certis uelut passibus agitur. Prauarum autem & distortarum uoluntatum implicatio uinculum est, quo alligabitur *Matth. 22.* qui hoc agit, ut proyiciatur in tenebras exteriores. His auctoritatum testimonijs euidenter monstratur, plures in fidelibus rectas esse uoluntates proprios ac diuersos fines habentes: & tamen unum eundemque, quia omnes referuntur ad unum, qui est finis finium, de quo paulo ante diximus ita econuerso forte est & in malis.

Quæ huic sententiæ uideantur aduersari.

2. post mediū. c. 24. Tom. 4. Matth. 6. Ibid. c. 12. cap. 25. Verūtamen huic sententiæ, qua dictum est fidelium quaedam rectas uoluntates diuersos fines sortiri, & tamen ad unum referre, uidetur obuiare quod alibi *Augu.* admonet, ne scilicet nobis duos fines constituamus, ita inquam in *Lib. de Sermone domini in monte*, Non debemus ideo euangelizare ut manducemus, sed ideo māducare, ut euangelizemus: ut *cibus non sit bonum quod appetitur, sed necessarium quod adijcitur, ut illud impleatur.* Querite primum regnum dei, & hæc omnia adijcientur uobis. Non dixit primum querite regnum dei, & deinde, querite ista, quamuis sint necessaria: sed ait: hæc omnia adijcientur uobis, id est, hæc consequentur si illa queratis: ne cum ista queritis, illinc auertamini: aut ne duos fines constituatis, ut regnum propter se appetatis, & ista necessaria propter illud. Ergo propter regnum Dei tantum debemus operari omnia, uel cum regno dei non solam mercedem corporalem meditari. Ecce hic aperte dicit, ne duos fines nobis constituamus, sed unum tantum, id est, regnum dei, cum supra dixerit bonas uoluntates alias, & alias proprios habere fines.

Con-

Conciliatio prædictorum.

Hæc autem sibi non repugnare animaduertit, qui uerbis præmissis simplici oculo diligenter intendit, qui enim dixit, ne duos fines nobis constituamus, sed omnia propter regnum dei faciamus, ipse præmisit quod debemus māducare ut euangelizemus. Cum autem hoc ita facimus, actionis illius finem euangelium constituimus: sed & hunc finem ad regnum dei referimus. Manducamus enim propter euangelium, & māducamus & euangelizamus propter regnum Dei. Duos igitur fines nobis in manducando constituimus. Sed ita facientes nunquid peccamus? absit. Nam & ipse sic facere suadet, si diligenter eius uerba inspiciamus. Cum ergo ait, ne duos fines nobis constituamus, fines in diuersa tendentes intelligi uoluit, scilicet quorum alter ad alterum non referatur: ita & cum dicit, propter regnum dei tantum omnia agenda, nec cum ipso mercedem temporalem māditadam: ita intelligendum est, ut non appetendo meditemur cum regno mercedem temporalem, ita quod non propter regnum sed propter se, ut scilicet regnum propter se appetamus, & ista propter illud, sicut ipse docet. Si enim petimus uitam eternam, petimusque etiam temporalia a deo: si ea petimus propter uitam eternam, non offendimus: neque sinistra tunc scit quid faciat dextera, quia mercedem temporalem non propter se meditamus, sed propter regnum dei, ut sit leua sub capite, & dextera in amplexu. Alioquin si hæc temporalia propter se querimus sicut eterna, miscetur dextera sinistra. Ideoque cum dominus dixerit, Attendite, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis: alibi ait, Sic luceant opera uestra bona coram hominibus, ut glorificent patrem uestrum qui in cælis est. Propter Deum ergo omnia facienda sunt, ut omnia que facimus omniumque fines ad eum referamus.

De differentia uoluntatis, intentionis, & finis.

Solet etiam queri, quid distet inter uoluntatem, & intentionem, ac finem. Ad quod dici potest, inter uoluntatem & finem certo atque euidenti modo distingui: quia uoluntas est qua uolumus aliquid: finis uero uoluntatis est, uel illud

Dddd s quod

quod uolumus, per quod impletur ipsa uoluntas: uel potius aliud propter quod illud uolumus. Intentio uero interdum pro uoluntate, interdum pro fine uoluntatis accipitur: que diligens ac pius lector in scriptura, ubi hæc occurrunt, discernere studeat. Finis uero uoluntatis est delectatio bona uel mala, ad quam nititur quisque peruenire. Unde Aug. super illum locum Psal. Scrutans corda & renes: sic ait, Deus solus scrutatur corda, id est, quid quisque cogitet: & renes, id est, quid quemque delectet: quia finis cura et cogitationis est delectatio, ad quam cura & cogitatione nititur quisque peruenire. Et paulo post. Opera nostra que sunt in dictis & factis, possunt homines uidere: sed quo animo fiant, & quo uenire cupiant, solus Deus uidet: qui cum uidet cor esse in celo, & non delectari nos in carne, sed in domino, id est, cum bonæ sunt cogitationes, & eorum fines, dirigit iustum. Idem super alterius Psal. locum illum, scilicet. In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum: dicit, Pes anime amor est: qui si prauus est dicitur cupiditas uel libido: si rectus, dicitur charitas. Eo mouetur anima, quasi ad locum quod tendit, id est, ad delectationem bonam uel malam, quo superuenisse per amorem letatur. Finis ergo uoluntatis, ut praedictum est, dicitur & illud quod uolumus, & illud propter quod uolumus: & intentio ad illud respicit propter quod uolumus: & uoluntas ad illud quod uolumus: ut uerbi gratia. Si enim esurientem reficerem ut habeam uitam æternam, uoluntas est qua uolo reficere esurientem, cuius finis est refectio esurientis: Intentio uero est, qua sic ad uitam peruenire uolo. Finis uero supremus, est ipsa uita, ad quam & alius finis refertur.

An illa intentio sit uoluntas.

Sed queritur, Vtrum intentio talis sit uoluntas: & si uoluntas est, an in hoc opere sit una eademque uoluntas, qua uolo reficere esurientem, & qua uolo habere uitam æternam. Videtur nepe talis intentio uoluntas esse: ut. n. uoluntas est qua uolo reficere pauperem, ita et uoluntas est qua per illud uolo habere uitam. Et alia quidem uidetur uoluntas esse qua uolo habere uitam, & alia qua pauperi subuenire uolo. Sed ista ad il-

lam

lam refertur. Nam etsi hoc ita placeat, ut in eo cum aliqua delectatione uoluntas acquiescat, nondum est tamen illud quo tenditur, sed hoc ad illud refertur: ut illud deputetur tanquam patria ciuis, istud uero tanquam refectio uel mansio uiatoris. Et sunt istæ uoluntates affectus siue motus mentis, quibus quasi gressibus uel passibus tenditur ad patriam. Sicut ergo altera est uoluntas uidendi fenestras (ut supra docente. Aug. didicimus,) altera quæ ex ista necitur, uoluntas scilicet per fenestras uidendi transeuntes: ita nonnullis alia uidetur esse uoluntas elemosynas dandi pauperi, alia uoluntas habendi uitam. Alij autem putant, quod una sit uoluntas & hic et ibi, sed propter subiectorum multiplicitatem diuersitas memoratur uoluntatum. Ceterum quodlibet horum uerum sit, illud nulli in ambiguum uenit quam uoluntas ex suo fine pensetur, utrum recta sit an praua, peccatum an gratia: & quin nomine intentionis aliquando finis, aliquando uoluntas intelligatur.



UPRA ostendit Magister, quid sit malum, siue peccatum in generali, in hac parte determinat, qualiter peccatum per actum uoluntatis habeat introduci. Diuiditur autem pars ista in tres. In quarum prima determinat Magister, qualiter peccatum a uoluntate habeat ortum in generali. In secunda uero descendit ad speciales differentias peccati, infra Dist. 42. Cum autem uoluntas mala, &c.) In tertia uero inquit, utrum ortum habeat in ipsa uoluntate potestas peccandi, infra Distin. 44. Post predictam considerationem dignum, &c.) Prima pars habet duas. In prima inquit Magister, qualiter ipsa uoluntas habeat deprauari. Secundo uero qualiter ex prauitate uoluntatis fiat deprauatio in actu exteriori, in-

fra Dist. 40. Post hæc de actibus ad quod sciendum uidetur, &c.) Prima pars habet duas. In prima determinat, qualiter uoluntas habeat deprauari. In secunda uero inquit, quare magis deprauetur uoluntas in suo actu, quam aliqua alia potentia infra Dist. 39. Hic autem oritur questio satis necessaria, &c.) Prima pars quæ continet presentem distinctionem, hæt duas partes. Quoniam enim deprauatio, & rectificatio uoluntatis attendit penes finem, & uoluntas habet comparari ad finem mediante intentione: ideo pars ista duas habet partes. In quarum prima determinat Magister de rectificatione, & deprauatione uoluntatis ex parte finis. Secundo uero inquit differentiam uoluntatis, intentionis, & finis, ibi. Solet etiam queri, quid distet, &c.) Prima pars habet quatuor partes. Quia enim obli-

Dddd 3 quatio

7 into.
8. in me
4. in e-
narrati-
onis.
Ibi.

Aug. i
exposi-
sitione.
Psal. 9.
in to. 8.
post me
dume-
narrati-
onis.

Aug. 7
Lib. de
Tri. 11
cap. 6.

quatio cognosci habet per re-
ctitudinem (nam rectum iudex
est sui, & obliqui) ideo in prima
parte determinat Magister, q̄
ex parte finis uenit reſtitudo
uoluntatis. Secundo determi-
nat, quis sit ille finis, ibi. *Qui ergo
charitatem sibi ponit finem, &c.*
In tertia uero determinat de u-
nitate finis reſpectu bonarū uo-
luntatum, ibi. *sed queritur, utrum
omnes bona uoluntates, &c.* Quar-
to uero mouet quoddā dubium,
& determinat, ibi. *Verum tamen
hinc sententia, qua dictum est, etc.*
Secunda uero pars, in qua deter-
minat de differentia uoluntatis,
intentionis, & finis, habet duas.
In quarum prima quaerit diffe-
rentiam secundam rationē, ibi.
Solet etiam queri &c. Secundo
de differentia secundum rē, ibi.
Sed queritur, utrum intentio, &c.
Et secundum hoc duo determi-
nantur in parte ista, scilicet de
comparatione uoluntatis ad finem,
& de differentia intentio-
nis, & uoluntatis.

Dub. 2. **E**x fine suo, &c.) Sed contra.
Beatitudo est bonum nobis
ignotum; unde hoc est illud, qđ
nec oculus uidit, nec auris audi-
uit &c. ergo si per ignotum non
possumus aliud cognoscere, uide-
tur quod uoluntas non possit co-
gnosci, utrum sit bona, uel pra-
ua ex illo fine. Item. Certius est
nobis quod est praesens nobis ip-
sis, quam quod est absens: si ergo
non cognoscimus praesentia per
absentia; sed e conuerso, uidetur
quod per beatitudinem nō fiat
cognitio bonitatis in uoluntate.
Resp. Dicendum, qđ cognitio bea-
titudinis duplex est, uidelicet in
uniuersali, & particulari. Cogni-

tio beatitudinis in uniuersali
omnibus est innata. Cognitio
uero in particulari, uidelicet ubi
sit beatitudo ponenda, habetur
a nobis per habitū fidei aliquo
modo, & aliquo modo expecta-
tur habenda per deiformitatem
gloriæ. Nūc enim cognoscimus
quasi speculādo, & a remotis se-
miplene: tunc autem cognosce-
mus experiendo perfecte. Licet
autem nunc non cognoscamus
perfecte, cognoscimus tamē cer-
titudinaliter certitudine fidei,
qđ beatitudo est magnū, & uerū
bonum. De uoluntate nostra,
utrum si recta, uel praua, nos ne-
scimus nisi per coniecturam: &
ideo sicut certū est ratio uenien-
di in cognitionem dubii: sic co-
gnitio beatitudinis facit uenire
in cognitionem bonitatis uolun-
tatis, dum quis uidet suam uolū-
tatem ad beatitudinem tende-
re. Quod ergo obiicitur, quod
beatitudo nobis ignota est, iam
patet reſpōsio. Verum est enim
quod non est nobis nota per ex-
perientiam, est tamen nobis no-
ta per fidē. Ad illud, quod obi-
cit, qđ reſtitudo uolūtatis est nobis
praesens. Dicendum, qđ (sicut in *Dist. 17*
primo Libro ostensum fuit) li- *cap. 1.*
cet charitas, & gratia sint no- *q. 3.*
bis praesentia: sunt tamen nobis
ignota in quantum gratuita: quia
de eis nulla potest haberi experi-
entiā: unde & si certissimus sim
de affectione mea secundum qđ
est affectio, ualde tamen dubius
sum de affectione mea, utrum
sit ordinata, uel gratuita: & ita
acquirō mihi probabilitatē per
aliqua signa.

Finis praeccepti est charitas, &c.)

Contra hoc uerbum Apostoli *Dub. 1.*
obi-

obiicitur. Quoniam praeccepta
directius sunt ordinata ad obe-
diendum, quam ad amandum:
ergo potius debuit dicere, Obe-
dientia est finis praeccepti, quam
charitas. Item. Cum finis, quem
assequimur ex obseruancia man-
datorum sit ab ipsa uita aeterna,
potius deberet dicere, Finis praec-
cepti est uita aeterna, quam cha-
ritas. Iuxta hoc quaeritur de
numero, & differentia illarum
conditionum appositarum, scili-
cet corde puro &c. Cum enim
charitas non sit de fide, nec de
conscientia; sed potius de affe-
ctione, non uidetur recte notifi-
cari per illas condiciones. Resp.
Dicendum, qđ (secundum quod
doctores exponūt) Apostol. hic
diffinit charitatem: sed quidam
sic exponunt, ut illae determina-
tiones [de corde puro &c.] sint de
terminationes ex parte subiecti:
& hoc quod dicitur [finis praec-
cepti] sit ipsa notificatio, ut sit fen-
sus. Charitas procedens de cor-
de puro &c. est finis praeccepti.
Alio modo exponitur, ut hoc
totum sit notificatio (finis praec-
cepti de corde puro &c.) Hic mo-
dus dicendi uidetur congruen-
tior. Et secundum hunc modum
dicendi, notandum quod chari-
tas hic diffinitur per actum suū.
Actus autem charitatis, qui est
amare, dupliciter habet notifica-
ri, per comparisonem ad illud
a quo procedit tanquam a prin-
cipio efficiente: & per compara-
tionem ad illud, quod ad ipsam
charitatem terminatur sicut ad
quietantem: & ideo in illa eius
notificatione tangitur duplex
operatio, uidelicet ad cor purū,
& ad ipsum praecceptum. Et qua-

puritas cordis, a qua immediate
procedit actus dilectionis praec-
supponit fiduciam fidei, & certi-
tudinem spei tanquam dispositio-
nes praerambulas: ideo ut mani-
festaret Apostolus, quod actus
charitatis praesupponit actus alia-
rum uirtutum theologiarum
tanquam disponētes ad ipsum,
tria dicit. De corde puro, in quo
tangit charitatis sanctitatem.

Conscientia bona, in quo tangit
spei fiduciam. Et fide non ficta,
in quo tangit fidei constantiam.
Et in his duobus Apostolus cha-
ritatem perfectissime commen-
dat: in hoc qđ ostēdit, qđ i actu
charitatis consistit complemen-
tum omnis uirtutis, & finis om-
nis bonae operationis, quae intel-
ligitur in nomine praeccepti. Un-
de intellectus praedictae diffini-
tionis est iste. Charitas est finis
praeccepti &c. id est charitas est il-
lud, in quo consistit omnis man-
dati adimpletio, & omnium uir-
tutum perfectio: Et hinc est qđ
scriptura a deo nobis commen-
dat charitatem, & maxime scri-
ptura noui testamenti, & Apo-
stolus eā laudat elegantissime.
Quod ergo obiicitur de obediē-
tia, & uita aeterna, quod debeat
dici finis praeccepti. Dicendum,
quod obediētia ordinata est ad
charitatem habendam, & uita
aeterna non est aliud, quam cha-
ritas consummata.

Finis ergo rectus, atque suprema
mus, &c.) Cōtra finis est res, qua *Dub. 3.*
fruendum est: sed hi tres sunt
tres, quibus fruendum est, sicut
dicit Augustinus in Lib. de Do- *Lib. 10*
ctrina Christiana: ergo sunt tres *Cap. 9.*
fines. Item. Intentio finis dirigi-
tur per fidem: sed fides ponit tres

articulos in credendo patrem, & filium, & spiritum sanctum: ergo pari ratione intentio intendit in eum, statuens ibi tres fines. Queritur ergo, quare non sit diuersitas finium, sicut pluralitas articulorum. Respon. Dicendum, quod rationis est distinguere, & uoluntatis unire. Rursus sicut dicit Damascen. Personæ distinguuntur ratione, & cōueniunt re, & natura: Secundū hoc ergo intelligendum est, quod nomina illa, quæ sunt communia ad rem, & rationem, illa possunt plurificari: illa uero quæ sunt realia, plurificari non possunt: deo potest dici, quod pater, & filius, & spiritus sanctus sunt tres res: non tamen potest dici, quod sint tres bonitates. Rursus. Quia articulus dicit quod est ex parte rationis, finis uerum dicit quod respicit uoluntatem: ideo possumus dicere plures articulos: non tamen possumus dicere plures fines: licet enim sint plures articuli, una tamen est in eis ueritas: quia cum ueritas complexa secundum quod aliquid ponit, reducatur ad ueritatem incomplexam, & una sit ueritas incomplexa in patre, & filio, & spiritu sancto secundum quod sunt una charitas, & una ueritas, illi tres articuli super unam ueritatem realem fundari habent. Ad illud ergo quod obiicitur, quod sunt tres res. Dicendum, quod ratio illa non ualet. Sunt tres: ergo tres fines: quare proceditur a pluralitate personali ad pluralitatem essentialem; & differenter accipitur res, cum dicitur, Finis est res, & cum dicitur, Tres sunt res. Ad illud

quod obiicitur, quod fides distinguit. Dicendum, quod ex hoc non sequitur, quod intentio distinguat plures fines, sicut fides plures articulos: nam cum intentio in charitate consummetur, & charitatis sit unire, plus habet intentio rationem unien- di, quam rationem distinguendi.

Sed queritur, utrum intentio talis, etc.) Queritur hic de qua- *Dub. 4.*
 stione, quam Magister non determinat in partem alteram, utrum, scilicet uoluntas finis, & eius quod est ad finem, sint duæ uoluntates, aut una: Nam quod duæ sint, uidetur per hoc, quod una est creati, & alia increati, una temporalis, & alia æterni. Quod autem una sit, uidetur per hoc quod ibi est unum propter alterum: ubi autem hoc est, ibi tantum unum est, ut cum diligo uinum dulce, nō diligo duo, sed unum. Respon. Dicendum, quod Magister ponit hic duas responsiones: nec tamen aliquam earum reprobatur, nec aliquam magis approbat. Et ratio huius est: quia secundum diuersas considerationes uerum dicit utraque, & utrumque oportet dicere. Vna enim dicit, quod sunt uoluntates duæ. Alia dicit quod est uoluntas una, hoc autem dixerunt aspicientes ad diuersa. Voluntas enim finis dupliciter potest esse. Aut sicut obiecti, aut sicut finis in ratione finis: si sit uoluntas finis sicut obiecti, sic cum aliud sit obiectum creati, & aliud increati, alia est uoluntas, quæ uolo finem, & alia quæ uolo id, quod est ad finem: sicut alius est motus affectionis, quod amo deum in se: & alius motus quo

quo amo creaturam. Si autem sit uoluntas finis sub ratione finis, in quantum scilicet aliud habet ad ipsum ordinari, sic una uoluntate, & uno decursu uolo utrumque, quamuis uoluntas simul, & semel non possit ferri super utrumque, sed successive: ut patet, cum amo comestione propter salutem: quia in amore comestione includo amorem salutis. Et hæc has duas uias duos sunt modi dicendi probabiles, & ueri: si recte fuerint intellecti.

ARTICVLVS I.

QUESTIO I.

An uoluntas bona & commendabilis sit, ratione boni finis?

AD intelligentiam huius partis incidit hic questio circa duo. Et primo queritur de comparatione uoluntatis ad suum finem. Secundo uero queritur de differentia intentionis ad uoluntatem. Circa primum queritur quatuor. Primo queritur, utrum uoluntas ratione finis sit commendabilis. Secundo queritur, quis sit ille finis. Tertio queritur, utrum bonæ uoluntates habeant unum finem, uel diuersos. Quarto queritur, utrum malæ uoluntates communicent in fine, an constituat sibi fines alios, & alios.

Vtrum uoluntas sit bona, & commendabilis ratione boni finis. Et quod sic uidetur. Matth. 6. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum luminosum erit. Si ergo oculus est intentio, per quam uoluntas ordinatur in finem secundū

quod ibi exponitur, & corpus est congeries operum, uidetur, quod si finis bonus sit, quod omnis operatio uoluntatis sit bona, & commendabilis. Item. Augustin. dicit in 10. de Trin. Rectæ sunt omnes uoluntates, si bona est illa, ad quam cunctæ ordinantur: sed uoluntas ad quam omnes ordinantur, est uoluntas finis: si ergo finis bonus est, restat quod uoluntas finis, & omnis uoluntas ad eam ordinata, sit bona, & recta. Item. Maxima est Philosophi. Cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est: ergo si actus uoluntatis finis bonus est, ergo ipsa bona est. Item. In actione naturali, in qua forma est finis, bonitas generationis, & operationis attenditur penes finem, & formam: ergo cum intentio finis sit æque essentialis moralis actui, ut naturali: & bonitas actus uoluntatis pertineat ad mores, uidetur quod bonitas uoluntatis, & rectificatio penes bonitatem finis habeat attendi, & cognosci.

SED CONTRA. Finis bonorum est beatitudo, sicut Magister dicit in litera: sed omnes appetunt beatitudinem, sicut dicit Augustin. & omnes eam finaliter intendunt, sicut dicit Boetius in Lib. de Consolatione. Quamuis diuerso tramite ad eam solent concurrant: ergo si omnes uoluntates communicant cum illo fine: ergo omnes erunt bonæ, & nullæ malæ. Item. Dionysius dicit, quod nemo operatur ad malum aspiciens: ergo omnis operans finaliter aspicit ad aliquod bonum: unde & Philosophus etiam dicit, quod bonum, & finis

Vide B. ethiō in Top. Cicer. lib. 3. cap. 1. nō procul a fine.

Augu. lib. 13. de Trin. cap. 3. Boetius. 3. de Consolatione. sol. procurrant: ergo si omnes uoluntates communicant cum illo fine Lib. de Diuinit. Nominibus. par. 4. cap. 4. arif. 2. Met. 8. nis

nis est idem. Ergo si omnis uoluntas aliquod intendit bonum, uidetur quod aut omnis uoluntas est bona, aut quod bonitas non inest uoluntati ex fine. ITEM. Quantumcunque aliquis finaliter appetit bonum, tamen nunquam operatio eius erit meritoria nisi sit charitate informata, & aia sit deo grata, & accepta: ergo uidetur, quod bonitas uoluntatis in actu potius ueniat ex principio, quam ex fine. ITEM. Si bonitas uoluntatis uenit ex fine, cum finis omnis bonae uoluntatis sit deus, & sit aequaliter bonus, uidetur quod omnes bonae uoluntates sint equaliter bonae: si igitur omnes uoluntates non sint aequaliter bonae: uidetur quod bonitas uoluntatis non sit eis ex fine. ITEM. Manducare bonum est: ergo si quis finaliter praedicat, ut manducet, cum operatio ista habeat bonum finem, uidetur, quod sic praedicare sit bonum, & laudabile: si igitur talis actio iudicatur esse mala, uidetur quod uoluntas non sit bona ex uoluntate finis. ITEM. Si aliquis mentitur propter salutem proximi, cum saluare proximum sit bonum, mendacium illud esset bonum, & meritorium, si opus uoluntatis bonitatem haberet ex fine; sed constat quod mendacium nunquam est bonum, sicut

Lib. de mendacio. ca. vlti. a medio Tom. 4. dicit Augus. ergo uidetur quod bonitas finis non sufficiat ad bonitatem uoluntatis. Queritur igitur unde causetur rectitudo, & bonitas in uoluntate, utrum ex fine, sicut uidetur dicere Magister, an aliunde.

Sit finis bonus ne dum in se; sed & sub ratione finiendi: ad sit idoneitas rei ordinabilis ad illum; actio que uoluntas conuertatur ad eundem, & rite ab eo bona dicitur.

RESP. Dicendum, quod cum dicitur uoluntas esse bona ex bonitate finis, hoc est dicere quod uoluntas est bona ex ordinatione ad bonum finem. Ad hoc autem quod sit recta ordinatio ad bonum finem, requiritur quod finis bonus sit duobus modis, uidelicet secundum id quod est, & sub ratione finiendi. Aliquid enim est bonum in se, quod tamen non recte ordinatur ad alterum in ratione finis: sicut minus bonum quamuis sit bonum, non tamen est bonus finis maioris boni: pro eo quod finis melior debet esse his, quae sunt ad finem. Similiter ex parte ordinationis duo requiruntur, uidelicet idoneitas ex parte ordinabilis, & actualis conuersio ex parte uoluntatis ordinantis: & cum ista concurrunt, tunc absque dubio uoluntas bona ex fine bono iudicatur. Cum autem horum aliquid deficit, bonitas finis non sufficit ad bonitatem uoluntatis, utpote si sit finis bonus in se: non tamen sufficit ad finiendum, uel ad completum illud, quod fit propter ipsum: sicut manducatio quamuis sit bonum in se, non tamen habet completam rationem finiendi respectu praedicationis. Similiter mendacium non est ordinabile ad bonum, cum sit secundum se malum: & ideo quantumcunque quis mentiatur propter aliquod bonum, mendacium non est bonum: quia deficit

ibi rectitudo ordinationis propter defectum idoneitatis ex parte actus, quem uoluntas refert ad illum finem. Et sic patet responsio ad quaestionem ueritatem: quoniam concedendum est, sicut Magister dicit, uoluntatem esse bonam, & rectam ex fine: hoc enim intelligitur sub praedictis conditionibus. Et secundum hunc modum rationes ad primam partem concedendae sunt.

ET PER hoc etiam patet responsio ad illa duo, quae ultimo opponuntur, uidelicet de praedicatione, & mendacio. AD ILLUD uero, quod primo obiicitur, quod beatitudo est finis bonarum uoluntatum, & etiam omnium. Dicendum, quod aliter est finis bonarum uoluntatum, & aliter malarum. Nam beatitudo, quae est finis omnium bonarum uoluntatum, est beatitudo uero, quae est finis malarum, non est beatitudo uera; sed simulata. Auarus enim estimat beatitudinem esse in diuitiis, & superbiis & honoribus, & sic in aliis uitiis: unde sicut finis malarum uoluntatum quandam habet imaginem finis uere boni, utpote beatitudinis, sic etiam male uoluntates praetendunt speciem uirtutis. Quando ergo dicitur, quod omnis uoluntas tendit ad beatitudinem, hoc intelligitur de beatitudine in sua generalitate considerata, in cuius appetitu omnes (ut dicit August.) communiunt: sed prout beatitudo determinate accipitur pro illa, quae consistit in uisione dei, nec ab omnibus appetitur, nec omnes in illam tendunt. AD ILLUD,

quod obiicitur, quod nemo operatur ad malum aspiciens. Dicendum, quod illud quod mouet, aliquando est bonum secundum ueritatem, aliquando est bonum secundum estimationem: & ad hoc quod affectus moueatur, sufficit sola estimatio bonitatis: & sine hac estimatione non mouet uoluntas ad aliquid appetendum, ad minus deliberatiuo appetitu. Et ideo dicit Dionys. quod nemo operatur ad malum aspiciens, quia nulla est uoluntatis operatio, quam non praecedat boni estimatio: sed quia illud quod estimatur esse bonum, frequenter est malum, ideo frequenter male operatur, & si nunquam aspiciat ad malum sub ratione mali. Cum ergo dicitur, quod uoluntas est bona ex intentione boni finis, hoc non intelligitur de fine, qui est bonus tantum in estimatione appetentis; sed etiam de bonitate reali. AD ILLUD, quod obiicitur, quod non est actus uoluntatis bonus, nisi qui est in charitate. Dicendum, quod charitas non reddit opus bonum nisi ex hoc, quod ipsum bonum refert in summum bonum: nec sufficiens rellatio alicuius effectus, uel operis ad summum bonum est, nec esset: potest nisi ex adiutorio charitatis, quae facit finem illum omnibus aliis praepoderare, & praeteris carius reputari, & in eo quiescere tanquam in fine ultimo. Et hinc est, quod bonitas omnis uoluntatis attribuitur charitati. Nihilominus etiam attribuitur bonitati finis: quia ubi unum propter alterum, ibi unum tantum: unde qui tenet equum per frenum, non dicitur tenere

nisi unum. & sic in proposito intelligendum est. AD ILLUD, quod obijcitur, quod finis est æqualiter bonus. Dicendum, quod & si finis æqualiter sit bonus, non tamen omnes uoluntates æqualiter ordinantur, & approximant illi fini: quia bonitas finis non redundat in uoluntatem nisi ratione ordinationis, quæ ducit ad illum finem: & ideo licet: finis sit æqualiter bonus, tamē propter gradus repertos in approximatione, & ordinatione uoluntatum ad illum finem, uoluntates non sunt æqualiter bonæ. AD DUO ultima iam patet responsio ex prædictis.

QVAESTIO II.

Quis sit ille finis, ad cuius ad cuius bonitatem bonæ dicuntur uoluntates nostræ?

QUIS sit ille finis, ex cuius bonitate uoluntas est bona, & ad quem debent referri nostræ uoluntates ad hoc quod sint rectæ. Et quod huiusmodi finis sit charitas, uidetur. 1. Thi. 1. Finis præcepti est charitas: sed ad illum finem referendæ sunt uoluntates, ad quem referuntur præcepta: si ergo charitas est finis præcepti, charitas est finis bonæ uoluntatis. ITEM. Ad Romanos. 14. Qui diligit proximum, legem impleuit. Et iterum. Plenitudo legis est dilectio: sed ad illud referendæ sunt uoluntates, in quo consistit plenitudo, & consummatio legis: si ergo charitas, & dilectio est huiusmodi: patet &c. ITEM. Hoc uidetur ratione. Omnis bona uoluntas ad hoc ordinatur, ut homo fruatur deo: & ad hoc quod habeat deum:

sed nos nec fruimur deo, nec habemus ipsum nisi per charitatem. Similiter. Habere charitatem non est aliud, quam habere deum: si ergo omnis bona uoluntas est ordinata ad hoc quod habeat deum, uidetur quod finis omnis bonæ uoluntatis sit ipsa charitas. ITEM. Natura in operando finaliter intēdit formam perfectam inesse naturæ: ergo uoluntas in operando principaliter intēdit formam perfectam in esse moris: sed forma, uel habitus perfectus uoluntatis in esse moris est ipsa charitas: ergo charitas est finis principalis omnis bonæ uoluntatis.

SED CONTRA. Roman. 10. Finis legis Christus: sed idem est finis legis, & bonæ uoluntatis: ergo uidetur, quod Christus sit principalis finis bonæ uoluntatis: non ergo charitas.

ITEM. Bernard. in Libro de Diligē. deo. De amore uenitur in charitatem, & de charitate uenitur in sapientiam: ergo sapientia est excellentius, quam charitas: sed illud debet poni finis bonæ uoluntatis, quod est excellentissimum: ergo finis bonæ uoluntatis non est charitas; sed sapientia. ITEM. Finis est illud, quo fruendum est: sed charitate non est fruendum, quia solo bono increato est fruendum: ergo uidetur, quod charitas non sit finis principalis bonæ uoluntatis. S I T V dicas, quod finis bonæ uoluntatis non est charitas creata; sed increata. Cōtra. Apostol. Finis præcepti est charitas procedens de corde puro, &c. sed charitas procedens de corde puro, & fide non facta, non est nisi charitas creata:

creata: ergo &c. ITEM. Finis bonæ uoluntatis est illud, quo habito, uoluntas nihil ultra querit: sed habita charitate adhuc uoluntas ultra querit aliquid, uidelicet ipsum deum: imo quanto maiorem habet charitatem, tanto magis querit: ergo uidetur, quod charitas non habeat rationem finis. ITEM. Quod est pondus in corporibus hoc est amor in spiritibus: sed pondus in corporibus nullo modo dicitur esse finis motus localis: ergo amor in spiritibus nullo modo dicitur esse finis appetitus rationalis, ergo nec uoluntatis. ITEM. Finis, & principium sunt distincta: sed charitas est radix omnium bonarum affectionum: si ergo finis consequitur illud, quod est ad finem, & charitas est radix, uidetur quod nullo modo debeat dici finis bonæ uoluntatis.

RESOLUTIO.

Charitas; & increata, & creata consummata, & creata inchoata. In creata, ut in quo quiescit: Creata consummata, ut quo increata quiescit perpetuo: Creata inchoata, ut quo in eadem ad tempus quiescunt.

RESP. Dicendum, quod Magister recte dicit in eo, quod finem omnis bonæ uoluntatis charitatem assignat: secutus est. n. in hoc Apostoli doctrinam, & beati Aug. Nam Apostolus expresse dicit, quod charitas est consummatio præcepti, & plenitudo legis. Aug. etiam dicit in Enchir. quod omnia præcepta diuina referuntur ad charitatem. Et in Lib. de Doctri. Christi. ostendit, quod ad charitatis mandatum commendandum ordinatur tota scriptura

ra: & ita charitas non tantummodo est finis bonæ uoluntatis, sed etiā totius sacræ scripturæ, & cognitionis secundum pietatem. Licet autē deus, uel beatitudo, siue Christus possit dici finis bonæ uoluntatis: maluit tamen Magister dicere, quod charitas sit finis, pro eo quod completa ratio fruendi competit ipsi charitati. Cum. n. dupliciter dicatur finis. uidelicet finis, in quo quiescit: & finis, quo quiescit: Et finis quo quiescit, dicitur dupliciter, uel simpliciter, uel ut nunc, quolibet istorum modorum charitas est finis bonæ uoluntatis. Nam charitas in creata, quæ deus est, de qua dicitur. Can. Ioā. Deus charitas est, est finis in quo quiescit Charitas uero creata, & consummata, utpote charitas patriæ, est finis, quo quiescit simpliciter in deo. Charitas uero inchoata, utpote charitas uix est finis, quo quiescit in deo ut nunc. Sicut. n. locatum non quiescit in loco nisi mediante pondere, sic anima in deo non habet quietari, qui est eius locus, & finis ultimus nisi mediante dilectione, quæ habet considerare bonum sub ratione boni. Bonum autem sub ratione boni simul tenet rationem finis, & amabilis: & propterea intentio, finis potissime attribuitur charitati. Concedendæ sunt igitur rationes, quæ hoc ostendunt.

AD ILLUD ergo, quod obijcitur, quod Christus est finis præcepti. Dicendum quod per hoc non excluditur, quin charitas sit finis. Nam & si Christus sit finis, in quo quiescit: nihilominus charitas potest esse finis, quo quiescitur

Aug. 11
Cm. dei
Cap. 28

quiescit in Christo. Rursus charitas secundum quod est finis, in quo quiescimus, conuenit toti trinitati: & ideo simul possunt hæc duo stare quod Christus sit finis legis, & charitas similiter. AD ILLUD, quod obiicitur, quod de charitate peruenitur ad sapientiam: ergo sapientia est excellentior. Dicendum, quod secundum quod Ber. ibi loquitur de sapientia: sapientia non dicit aliud donum, quam charitas, sed nouum statum eiusdem doni: ita quod charitas communiter accepta distinguitur contra charitatem dictam appropriate. Pro ut tamen charitas communiter describitur, sic continet & amorem, & sapientiam: & hoc modo ponitur esse finis præcepti. AD ILLUD, quod obiicitur, quod finis est illud, quo fruendum est. Dicendum, quod secundum quod finis, dicitur dupliciter, scilicet quo quiescitur, & in quo quiescitur: sic etiam frui aliquo dicitur dupliciter: aut sicut obiecto, aut sicut dispositiuo, & utroque modo charitate fruimur. Nam charitate, quæ deus est, fruimur sicut obiecto: charitate quæ habitus est, fruimur sicut dispositiuo: & sic patet, quod illud non obuiat proposito. AD ILLUD, quod obiicitur, quod uoluntas habito sine suo quiescit. Dicendum, quod illud uerum est, quando habet finem suum complete: charitas autem & si in uia habeatur, non tamen habetur complete. Ignis enim est in Syon, & *Isa. 31.* caminus in Hierusalem: cum autem habitur in patria, nihil ultra quæretur, pro eo quod per eam habeatur bonum in crea-

tum, in quo consistit finis, & quietatio omnium nostrorum desideriorum. AD ILLUD, quod obiicitur, quod pondus in corporibus non est finis motus. Dicendum, quod non est simile, quia pondus reperitur in corporibus tam in absentia loci debiti, quam in præsentia: charitas autem nunquam est in anima nisi deo præsentate. Unde omnis, qui habet charitatem, habet deum: & propterea dum omnis nostra operatio ad habendum deum ordinatur, ordinatur ad habendam charitatem: non sic autem est de pondere, quia non quodlibet corpus habens pondus habet locum sibi debitum. AD ILLUD, quod obiicitur, quod finis, & principium sunt diuersa. Respondent aliqui quod charitas differenti modo est principium, & finis: nam principium est boni operis secundum esse inchoatum, & finis est secundum esse consummatum, & perfectum. Ad hoc enim unusquisque bene operatur, ut in eodem dei amor, & charitas augeatur. Aliter potest dici, & probabilius: quod sicut ista tria modus, species, & ordo super idem fundantur: & tamen modus dicitur comparationem ad efficiens, & species ad formam, uel exemplar, & ordo dicitur comparationem ad finem: sic charitas respectu boni operis potest habere, & rationem efficientis, & finis secundum diuersas comparationes. Charitas enim continuat uoluntatem nostram ipsi deo, ut principio mouenti, & conformat ut regulæ dirigenti, & iungit ut fini quietanti: & ideo sicut ipse deus habet rationem efficientis inquan-

inquantum mouet, & formalis inquantum dirigit, & finalis inquantum quietat: sic & ipsa charitas respectu operis rationem habet istius triplicis causæ: nec est inconueniens: quia secundum Philosophum tria genera causarum possunt in unum coincidere. Et sic patet, quod & si charitas sit principium boni operis: nihilominus potest esse finis secundum diuersas comparationes. Et per hoc patet responsio ad illud, quod ultimo quærebatur, quare charitas dicitur radix, & forma uirtutum, & finis: hoc enim dicitur secundum diuersas comparationes nostræ uoluntatis ad diuinam uoluntatem: dicitur etiam super hoc uinculum perfectionis in comparatione ad proximos, qui nobis uinculo charitatis iunguntur.

70. *Phy.*
QVÆSTIO III.

Ab bonæ uoluntatis unus finis sit, uel plures

VTRUM bonæ uoluntatis sit unus solus finis, an possint esse plures. Et quod unus solus, uideatur. Deut. 6. Diliges dominum tuum, &c. glo. Non uult deus suum amorem partiri, ut simul cum ipso aliud diligamus: ergo quicumque sibi diuersos constituit fines, non facit quod deus uult: & si non facit quod deus uult, non habet bonam uoluntatem. IREM. Super illud Phil. 1. Siue per occasionem, siue per ueritatem. glo. Quisquis a deo aliud quam deum quærit, non caste diligit: sed illa uoluntas bona est, quæ non aliud quam deum diligit: ergo nulla uoluntas est bona, quæ aliud quam deum quærit. IREM. Sicut status

est in primo principio, ita & in fine ultimo: sed primum principium, in quo est status, non est nisi unicum: ergo si finis debet respondere principio, uideatur quod bonæ uoluntatis non debet statui nisi finis unus: ergo si uoluntas statuit sibi fines plures, non facit quod debet: ergo non est bona. IREM. Quicumque diuersos fines intēdit, habet cor suum diuisum: sed qui cor suum diuidit, non diligit deum ex toto corde, nec in toto corde quærit deum: & quicumque talis est, deo non placet, qui præcipit se ex toto corde amari, & uult totum cor possidere: ergo non uideatur, quod bona uoluntas possit esse, quæ sibi statuit diuersos fines.

SED CONTRA. I. Cor. 9. super illud. Quoniam debet in spe, qui arat, &c. glo. Prædicator qui corda aperit, uel fidem, debet arare in spe stipendiorum temporalium: ergo uideatur, quod bona uoluntas non tantum possit sibi ponere finem spirituale, sed etiam temporalem: ergo uideatur, quod possit diuersos fines habere. IREM. Luc. 15. Quanti mercenarii in domo patris mei, &c. dicit Ambro. quod multi sunt mercenarii, qui abundanter spe, fide, & charitate: sed mercenarius statuit sibi finem creatum, uidelicet aliquam mercedem, quæ est beatitudo creata. Si. n. solum finem increatum sibi statueret: iam non esset mercenarius sed filius: ergo si contingit esse bonos mercenarios, contingit bonam uoluntatem habere fines diuersos. IREM. Bonum additum bono facit maius bonum.

num: ergo si unus bonus finis facit uoluntatem bonam: ergo multo fortius multi boni fines: ergo uidetur quod tanto uoluntas melior sit, quanto plures statuit sibi bonos fines: ergo non est necesse quod bona uoluntas habeat unum solum finem. **ITEM.** Sicut concupiscibilis appetit dulcedinem, ita irascibilis appetit celsitudinem, & rationalis appetit pulchritudinem: si ergo pulchritudo non tantum est finis rationalis: sed etiam perfectio: & sic de aliis, & plurium perfectibilium plures sunt perfectiones, cum sint in nobis tres uires diuersae, quibus sursum conuertimur, uidelicet rationalis, concupiscibilis, & irascibilis: uidetur quod in omni bona actione, & uoluntate sit assignare diuersos fines.

RESOLVTIO.

*Unicus, principalis & summus; si re-
cta uelit esse: tam etsi nihil in-
conueniat plures non principa-
les esse.*

RESP. Dicendum quod bonae uoluntatis unus solus est finis principalis. Propter quod intelligendum, quod plures fines statuere, hoc potest esse tripliciter. Uno modo ita quod finis sit sub fine, & propter finem. Alio modo ita quod unus sit finis principalis, alter non principalis: ita tamen quod finis non principalis non referatur ad principalem actualiter. Tertio modo ita quod uterque sit finis principalis. Exemplum autem huius assignari potest in eo, quod frequenter accidit, uidelicet cum quis uadit ad ecclesiam ad percipiendas distributiones: hoc enim potest facere tripliciter. Aut ita quod

principaliter intendit honorem, & gloriam dei; cum uadit ibi decantare laudes: & simul cum hoc intendit obtinere pecuniam, ut pauperibus distribuatur, uel in alios usus licitos ad honorem dei conuertat. Alio modo potest aliquis ire ad ecclesiam intendens deo placere, & simul cum hoc pecuniam acquirere: ita tamen quod eius acquisitionem ad deum non refert: nec tamen ipsam pecuniam statuit finem principalem, pro eo quod ipsam non diligit propter se. Tertio modo uadit quis ad ecclesiam duplicata intentione, ita quod uult deo placere, & uult obtinere pecuniam, quam sicut auarus appetit acquirere, ut possit thesaurum suum ampliare, & in eo delectari propter se. Primo modo statuere diuersos fines est bonum, & meritorium, & pertinet ad bonam uoluntatem. Secundo modo statuere diuersos fines non est bonae uoluntatis (loquendo formaliter) attrahens non sic repugnat, quin possit cum ea stare: est enim ibi peccatum ueniale, non mortale. Et hoc uult dicere Augustinus in Lib. Confess. cum ait. Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Tertio uero modo statuere diuersos fines non est bonae uoluntatis, imo contra bonam uoluntatem: talis enim uult duobus dominis seruire: & hoc est impossibile, sicut dicitur Matth. 6. Quando n. sic principaliter duos intendit fines, uerificatur illud propheticum. Coagulum est stratum, ita ut alter decidat: & pallium bre-
ue utrumque operire non potest: & talis est uoluntas hypocritarum quibus

quibus uerba damnationis aeternae comminatur scriptura, pro eo, quod terram ingrediuntur duabus uis. Et ideo dicitur Eccl. 2. Ne accesseris ad ipsum duplici corde: quia enim accedit in corde, & corde hypocrita est: & quia gaudium hypocritae ad instar puncti est: ideo dicitur Osee 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Sic igitur ex dictis colligitur, quod bonae uoluntatis plures possunt esse fines: ita quod unus sit finis principalis, & alter non principalis, siue finis sub fine. Plures autem constituitur fines principales bonae uoluntatis repugnat, sicut ostendunt rationes, quae ad primam partem inducuntur. Cum enim unum solum sit summum, & uerum bonum: quod quietat humanum desiderium, necesse est, quod uoluntas bona ad hoc quod recta sit, statuatur sibi finem unicum.

AD ILLUD ergo, quod primo obiicitur in contrarium, quod qui arat, debet in se arare. Dicendum, quod ipsa Glossa illam obiectionem dissoluit, dum seipsum manifestat in sequentibus: facit enim uim in hoc quod dicitur, in se, non propter se. Nam (propter) dicit finem principalem, (In) uero non tantum modo dicit finem principalem, imo etiam finem, qui continetur infra finem. Et ideo ex illo uerbo non sequitur, quod aliquis possit sibi plures fines principales statuere, imo si recte intelligatur, potius sequitur oppositum. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod mercennarius statuit sibi finem creatum. Dicendum est, quod est bonus mercennarius

S. Bon. Lib. 2.

& malus: & malus mercennarius in duobus differt a bono. Primo quidem, quia malus mercennarius statuit sibi finem creatum, quo habito non necessario habetur deus. Bonus uero mercennarius statuit sibi finem creatum, quem habere non est aliud, quam habere deum sicut ipsam fruitionem dei. Secundo uero differt in hoc, quod malus mercennarius statuit sibi finem creatum tanquam principalem: bonus uero mercennarius statuit sibi finem creatum tanquam finem sub fine. Non enim amat deum propter fruitionem, sed fruitionem propter deum. Et ideo ex hoc non habetur, quod finis bonae uoluntatis purificetur. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod bonum additum bono facit maius bonum. Dicendum, quod illud uerum est, quando additio boni ad bonum fit saluo ordine: cum enim bonitas necessario ponat ordinem, si additio boni ad bonum tollat ordinem, bonum non auget, sed potius perimit. Quia ergo pluralitas finium principalium ordinem non seruat: quia secundum rectum ordinem statutus debet esse in uno, & unicuique debet esse ultimum, hinc est quod pluralitas finium principalium bonitatem uoluntatis non augmentat, sed potius ipsam uoluntatem deprauat: quia dum uult placere uni, displicet alteri, & dum uult assequi unum, perdit reliquum. **AD ILLUD**, quod obiicitur: quod rationalis appetit suam pulchritudinem, & concupiscibilis dulcedinem, &c. Dicendum, quod pulchritudo, celsitudo, & dulcedo potest dupliciter accipi.

Eccce Aut

Aut prout est perfectiua, & in-
formatiua uirtutis animæ, aut
prout est ipsius animæ motiua.
Primo modo tenet rationem fi-
nis sub fine, & sic plurificari p̄t
secūdam diuersitatem dotium
aīæ. Secundo modo prout, s. te-
net rōnem obiecti & motiui, sic
unitatē habet: nam in deo idem
est pulchritudo, celsitudo, &
dulcedo: & sic tenet rationem fi-
nis principalis. Et sic patet, qđ
quamuis plures fines non prin-
cipales contingat cōstituire: tñ
ad hoc quod uoluntas sit bona,
necesse est unum solum finem
esse principalem. Nā aliter non
diligitur deus ex toto corde.

QVÆSTIO IIII.

*An & malæ uoluntates uni-
cum finem habeat.*

VTRVM malæ uoluntates ha-
beant unicum finem. Et qđ
sic, uidetur. Augu. super illum
locū P̄sal. 7. Scrutans corda &c.
Finis curæ, & cognitionis hu-
manæ est delectatio, ad quam
quisque nititur peruenire: si er-
go omnes uoluntates malæ fina-
liter querunt delectationem, ui-
detur, quod omnium uolunta-
tum malarum sit unum finem
assignare. **ITEM.** Malarum uolū-
tatum est frequentius unus ma-
lus exitus, siue terminus, sicut
dicitur Ro. 6. Quorū finis mors
est: ergo si earum cōtingat esse
unum terminum, pari rōne ui-
detur quod contingat esse unū
finem ultimum. **ITEM.** Quæ cō-
ueniūt in principio, conueniūt,
& in fine ultimo: sed oēs malæ
uoluntates conueniunt in prin-
cipio, sicut dicit Aug. in Lib. de
Vera relig. Planū est (inquit) in
toto malefaciendi genere nihil

aliud quam libidinem domina-
ri: Si ergo cōueniūt in uno prin-
cipio, utpote in libidine, uide-
tur pari ratione, quod conue-
niant in uno fine. **ITEM.** Vitiū
imitatur uirtutem secūdam ap-
parentiā: unde sicut uirtus nun-
quam quiescit citra beatitudinē
ueram, ita uitium inquit bea-
titudinem simulatā: ergo sicut
omnes uirtutes faciunt tendere
uoluntatem ad bonum finem,
scilicet beatitudinem, sic uide-
tur qđ omnia uitia faciant tende-
re uoluntatem ad unum finem,
scilicet qui habeat similitudi-
nem cum uero fine.

SED CONTRA. Contrariarū
uoluntatum contrariæ sunt de-
lectationes: ubi autē sunt de-
lectationes contrariæ, ibi sunt fi-
nes diuersi: sed uoluptates fa-
ciunt uoluntates subiūuicē re-
pugnare: ergo faciunt diuersos
fines habere. **ITEM.** Mala uolū-
tas ponit finem in creatura: sed
impossibile est, qđ in una crea-
tura inueniat nostra uoluntas
sufficiētiā, cū nihil sufficiat
uoluntati humanæ nisi sola Tri-
nitas: si ergo uoluntas non quie-
scit nisi in eo fine, in quo ponit
sufficiētiā, uidetur necessario
quod uoluntas mala diuersos si-
bi fines constituat. **ITEM.** Malæ
uoluntatis appetitus ortum, &
radicem habet ex libidine: sed li-
bido est, id quo quis amat bonū
propriū: si ergo bonum pro-
priū necessario diuersificatur
in diuersis, necesse est diuersarū
uoluntatum diuersos fines repe-
riri. **ITEM.** Vnitas, & conformi-
tas uolūtatum bonarum uenit
ex unitate amoris, in quo uniū-
tur, & colligātur: si ergo amor,
in quo

ī quo diuersi colligant, & uniū-
tur unicam debet habere radicē
in pluribus repertam, cū hoc nō
conueniat amorī libidinis, sed
solum amorī charitatis, qui est
amor spiritus sancti, uidetur,
quod malarum uoluntatum sit
non finis unicus, sed diuersi.

RESOLVTIO.

*Voluntates bonæ quocunque diffe-
rant, unicum habent finem: Ma-
læ uero econuerso: idque propter
imperfectionem amoris rei ap-
petibilis & appetentis.*

RESP. Dicendum, quod econ-
trario est in bonis uolūtatis,
& in malis. Nam bonarū uolun-
tatum unicus est finis: siue bo-
næ uoluntates sint diuersæ di-
uersitate materiali, siue diuersi-
tate formali. Diuersitatem au-
tem materialem uoco, quando
plures homines in eodem gene-
re affectionis afficiuntur circa
aliquid. Diuersitatē autem for-
malem uoco, quando idem ho-
mo diuersis habitibus uirtutum
afficitur circa diuersa. Siue enim
sic, siue sic, licet contingat plu-
res fines proximos, & proprios
assignare: tamen finem ultimū,
& principalem necesse est esse
unicum, uidelicet ipsum deum.
Et ratio huius est p̄fectio amo-
ris mouentis, & p̄fectio appeti-
bilis quietantis. Quia enim amor
charitatis liberalis est, & non q̄-
rit quod suum est, sed commu-
ne bonū: hinc est, quod plures
homines ex charitate moti, idē
bonum appetunt finaliter. Rur-
sus. Quia appetibile illud com-
pletissimum est, in quo non so-
lum contingit reperiri bonum
p̄fectum, sed et omne bonum:
hinc est, quod omnes uolunta-

tes quantuncunque diuersæ in-
ueniunt finem suū, in quo quie-
rantur. Econtra est in malis uo-
luntatibus propter imperfectio-
nem amoris appetibilis. Propter
imperfectionem namque amo-
ris libidinosi uolūtates solo nu-
mero differētes, diuersos habēt
fines: propterea, quod amor libi-
dinosus semper quærit, qđ suū
est; & quia semper quærit bo-
num proprium, ideo & si multi
ex amore libidinoso conueniāt
in actum unum: tamē unusquis-
que quærit finem suū propriū,
ut patet in adultero, & meretri-
ce, quia iste q̄rit delectationē,
& illa quærit nūmum. Propter
imperfectionem etiam appetibi-
lis necesse est diuersas uolunta-
tes formaliter differentes habe-
re diuersos fines: quia enim lu-
xuria appetit iocunditatem, &
lētitiā, & auaritia sufficiētiā,
& superbia excellentiā, & hæc
omnia non cōtingit reperiri cir-
ca eandem rem creatā, sed circa
diuersas, hinc est, quod uolūta-
tes malæ differētes formaliter,
non unum, sed diuersos fines si-
bi constituunt. Vnde conce-
dendæ sunt rationes, quæ hoc
ostendunt.

AD ILLVD, qđ primo obii-
citur, quod delectatio est finis
curæ, & cogitationis. Dicendū,
quod in ratione illa est figura
dictionis, pro eo quod non ea-
dem delectatio est finis curæ,
& cogitationis humanæ, sed di-
uersæ; unde stat ibi delectatio
in sua generalitate, & magis ha-
bet ibi suppositionē simplicem
quam personalē: & ideo cū p̄
delectationē descendit ad finis
unitatem, fit sophisticatio secū-

dum figuram dictionis ex commutatione suppositionis. AD ILLUD, quod obicit, quod malorum uoluntatum est unus malus exitus. ergo unus malus finis. Dicendum, quod non est simile. Nam malorum uoluntates differunt in conuersione, sed conueniunt in auersione: & malus exitus principalis respicit auersionem, quod conuersionem: finis uero mouens principaliter respicit conuersionem, quam auersionem: ideo non sequitur, quod cum finis sit unus exitus quo ad mortem damnationis, quod secundum hoc sit unus finis motus quantum ad quietem delectationis. AD ILLUD, quod obicit, quod uoluntates malorum contineantur in principio, uidelicet in libidine. Dicendum, quod in principio non conueniunt, nisi per quandam conformitatem. Nam alia est libido in uno, & alia in altero: & ideo non sequitur ex hoc, quod conueniant in finem unicum. Attamen & si in principio conueniant: non propter hoc necesse esset quod conueniant in termino. Nam malum semper procedit in dispersionem: bonum uero semper redit ad unitatem. Quanto enim aliquid magis colligitur, tanto magis uigoratur, & est perfectius: quanto uero magis dispergitur, tanto magis recedit a perfectione, & complemento. Et ideo dicit Philosophus, quod malum est multifarie, & bonum uno modo. AD ILLUD, quod obicitur, quod uirtutum imitatur uirtutem. Dicendum, quod sic imitatur, quod plus habet de dissimilitudine, quam similitudine: magis enim uirtuti contrariatur, quam ei conformatur.

metur: & ideo potius inferri potest, quod malorum uoluntates habeant fines diuersos, si bona habeant unicum; quam e conuerso, quia enim in hoc consistit perfectio uirtutis, uirtutem magis in hoc a uirtute deficit, quam eam imitari possit. Et sic patet quod malorum uoluntatum non est unus finis, sed diuersi.

ARTICVLVS II.

QUESTIO II.

An in solis rationalibus intentio sit?



CONSEQUENTER queritur de secundo principali, uidelicet de differentia intentionis, & uoluntatis. Et circa hoc queruntur duo. Primo queritur, utrum intentio sit in solis rationalibus. Secundo queritur, utrum intentio in participantibus rationem, dicat aliquid ex parte intellectus, uel ex parte affectus.

Utrum intentio sit in his solis, quae participant rationem. Et sic uidetur, sicut dicit Glossa super ille Luc. 11. Vide ne lumen &c. Glo. lumen animae est intentio: sed constat, quod intentio non est lumen corporale, sed spirituale: si igitur lumen spirituale est in solis substantiis spiritualibus, quae natae sunt illuminari a summa luce, & haec sunt solae creaturae rationales, uidetur ergo quod intentio sit in solis rationalibus. ITEM Intentio est actus uis collatiuae. Qui enim intendit, ab uno in aliud tendit, & unum comparat alteri: si ergo uis collatiua reperitur in solis participantibus rationem, uidetur quod in eis solum reperitur

riatur intentio. ITEM. Intentio est illud, secundum quod anima immediatus iungitur ultimo fini: ergo in eis solum est reperiri intentionem, quae habent potentiam, mediante qua Deum possunt capere, & ei uniri: sed talia sunt sola rationalia, quoniam ipsa sola sunt ad imaginem Dei: ergo uidetur, quod in his solum contingat intentionem reperiri. ITEM. Intentio est supremum in anima: unde ipsa dicitur esse caput nostrum, & oculus noster: sed illa, in quibus communicamus cum irrationalibus creaturis, sunt inferiora, & citra rationem: ergo uidetur, quod in nulla alia creatura rationali contingat intentionem reperiri.

SED CONTRA. In omnino, quod operatur per intentionem, est reperire intentionem: sed natura (ut dicit Philosophus) est operans per intentionem: ergo uidetur, quod in re naturali est intentionem reperiri, & ponere. ITEM. Omne illud, quod mouetur ad aliquid, eo obtento quiescit: cum enim mouebatur, illud intendebat: nisi enim illud intenderet, non moueretur ad eius absentiam, nec quiesceret ad eius praesentiam: si igitur res naturales sunt huiusmodi, ut patet, cum lapis mouetur deorsum, uidetur quod intentio non tantum sit in rationalibus, sed etiam in rebus irrationalibus. ITEM. Omne, quod facit aliquod opus ordinatum ad finem, ab illo diuersimodum operatur per intentionem: sed naturae irrationales sunt huiusmodi: sicut patet in

arana, quae facit telam ad captandas muscas: ergo uidetur &c. ITEM. intentio est regula appetitus: ergo si non est ponere aliquid in uniuerso priuatum regimine, & ordine: uidetur quod ubicunque est ponere appetitum, est ponere intentionem: sed appetitus non solum est in substantiis rationalibus, sed etiam in irrationalibus: ergo &c.

RESOLUTIO.

Cum intentio dicatur regimen appetitus naturalis, sensualis, & rationalis; sicut regula directiua operationis in solis propriis rationalibus est: ita & intentio in solis eiusdem erit.

RESPOND. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod circa hanc questionem duplex est modus dicendi, qui ad praesens occurrit. Unus est, ut distinguamus in modo operandi per intentionem penes proprium, & alienum. Videtur enim satis rationabiliter posse dici, quod quaedam sunt, quae mouentur per intentionem propriam, quaedam etiam quae mouentur per intentionem alienam. Per intentionem propriam mouentur illa, quae finem cognoscunt, & operationem suam ad finem conferunt, & referunt. Per intentionem alienam mouentur illa, quae intra se non habent potentiam discernendi: reguntur tamen, & diriguntur ab eo, qui discernit, sicut sagitta ab arcu emissa moueri potest dici per intentionem, non inquam arcus, uel sagittae, sed sagittantis. Per hunc quidem modum satis rationabiliter potest dici, quod omnes res naturales per

intentionem dicuntur moueri, pro eo quod mouentur, sicut Deus instituit, & sic gubernat, & regit. Ipse enim in omni operatione est principalis motor: Et secundum hunc modum dicendi intentio proprie reperitur in solis substantiis rationalibus, licet irrationalia secundum aliquem modum dicendi per intentionem operari dicantur. SED quamuis iste modus dicendi rationalis sit, & ueritatē dicat: nō tamen uidetur sufficienter dicere cum dicit, quod natura dicitur operari per intentionem, nō ratione proprię intentionis, sed ratione intentionis alienę: quia non dicit sufficienter, cum naturę assignet intentionem alienā tantum: secundum hoc enim casualia, & fortuita cum nō fiant præter diuinam intentionē, nō deberent dici facta præter intentionem. Rursus. Cum uidemus, quod naturalia appetitum habent, mediante quo tendunt ab uno in alterum, & unaquęque res habeat uim suam regitiuā, mediante qua ad proprium finē inclinatur, uidetur quod naturalia nō tantum habeant moueri intentione extrinseca & aliena; sed etiam quod moueantur intentione propria & intrinseca. ET PROPTEREA est alius modus dicendi: quia sicut triplex est appetitus, uidelicet naturalis, sensualis, siue animalis: & rationalis: & quilibet istorum appetituum habeat suum regimen, nō absurde regimen cuiuslibet istorum trium appellatur intentio: maxime tamen proprie uocatur intentio regimen appetitus rationalis. Et rō huius est:

quia ad regimen, & directionē appetitus naturalis plus spectat dirigi, quā dirigere: ad directionem uero appetitus rationalis propriē spectat dirigere: directionem uero appetitus brutalis, quodammodo mediū tenet: & hinc est, quod naturalia mouentur quadam necessitate, rationalia uero mera liberalitate, brutalia uero mouentur quadam impetuositate, quę est infra libertatem, & supra necessitatem: non enim possunt se omnino reprimere, & tamen possunt ad oppositas partes tendere. Sicut igitur regula directiua operationis reperitur in rationalibus proprie, in sensualibus minus proprie, in naturalibus improprie: sic & intentio.

ET PER HOC patet responsio ad quęstionem propositam, & ad rationes ad utranque partem. Nam intentio proprie accepta, secundum quod dicitur lumen, per quod est collatio, & tendentia in Deum accipitur circa animę supremum: & ideo hoc modo in solis rationalibus reperitur, sicut rationes illę ostendunt. Intētio uero putat dicit tendētiam ordinem, & directionem appetitus ad aliquē terminum uel finem quietantē: non tantummodo est in rationalibus, imō etiam in brutis, sicut alię rationes ad aliam partem ostendunt, & sic patet, quod utraq; diuersis uis uerum concludunt, & propterea concedenda sunt.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

An intentio prout in rationalibus solis reperitur, ex parte affectus, uel intellectus se teneat?

DE intentione secundum quod reperitur in rationalibus. Vtrum se teneat ex parte intellectus, uel ex parte affectus. Et quod ex parte affectus uidetur. Bern. ad Eugenium. Vt oculus sit simplex duo sunt necessaria, uidelicet charitas in intētionē, & ueritas in electione: sed charitas nō est nisi in uoluntate: ergo si charitas est in intētionē, intentio se tenet ex parte uoluntatis. ITEM. August. dicit, & habetur in littera. Intētio est, qua sic ad finem peruenire uolo: Sed nemo uult peruenire ad finem, nisi per uoluntatem: ergo intentio est ex parte uoluntatis. ITEM. Intentio iungit cum ipso fine: sed uoluntas non tantummodo dicit appetitum eorum, quę sunt ad finem, imō etiam ipsius finis, sicut uult Philo. si ergo illud, quod principaliter iungit cum fine est intentio, & hoc ipsum est uoluntas, uidetur quod intentio sit uoluntas. ITEM. Meritum principaliter residet penes intentionē: sed illud penes quod principaliter residet meritum, & demeritum, est ipsa uoluntas: ergo uidetur, quod intentio se teneat ex parte uoluntatis, siue affectionis.

SED CONTRA. Matth. 6. Si oculus tuus fuerit simplex &c. ibi Glo. exponit, ut per oculum intelligatur intētio: si ergo oculus animę non est affectus, sed intellectus, uidetur quod intentio non se teneat ex parte affectus, sed magis ex parte intellectus.

ITEM. Super illud Matth. 4. Vide, ne lumen &c. sed lumen se tenet ex parte cognitiuę: ergo &c. ITEM. Intentionis est referre opus, siue uoluntatem in finem: sed eius est referre, cuius est conferre: & conferre est proprie ipsius rationis: ergo & intētio. ITEM. Sicut uoluntas nunquam uult aliquod uolitū, nisi illud præcognoscatur a ratione, sic nunquam appetit finem nisi ratio, uel affectus rationis eam præcurrat, quę finē illum ostendat: si igitur intētio est illa, quę finem monstrat, uidetur quod intentio ex parte rationis se teneat. SI FORTE tu dicis, quod se tenet ex parte rationis, & uoluntatis simul. Sed contra. Intēdere est actus unus: ergo est unius potentię: ergo non potest esse uoluntatis, & rationis simul, & semel. ITEM. Si intentio se tenet ex parte uoluntatis, & rationis: aut ergo sicut potentia, aut sicut passio, aut sicut habitus. Sicut potentia non uidetur: quia cum uoluntas, & ratio non sint una potētia: & ita in uno homine respectu unius finis sit una intentio, nomine intētionis nō potest intelligi potentia. Pari ratione, nec habitus; quia non est unus habitus in duabus potentiis. Quod nec passio, constat: quia 2. Eth. cap. 5. demeremur: circa intentionē autem est meritum, & demeritū: nullo igitur modo uidetur, quod intentio simul spectet ad rationem, & uoluntatem. ITEM. Si simul spectat ad rationem, & uoluntatem, Quæro ad quam principaliter. Et principaliter uidetur se tenere ex parte rationis per

Ecce 4 hoc

hoc quod Gloſæ dicunt, q̄ intē-
tio eſt lumen, & oculus, quod
quidem eſt ſolius rationis pro-
prie. QVOD autē principaliter
ſe teneat ex parte uoluntatis, ui-
detur per hoc, q̄ intentio prin-
cipaliter reſpicit finem: & potē-
tia in nobis, quæ principaliter
reſpicit finem, uoluntas eſt, cū
bonum, & finis ſint idem: ergo
ſi non pōt principaliter eſſe ex
parte utriusque, uidetur q̄ non
conſiſtat in utraque potentia. ſ.
in ratione, & uoluntate. ITEM.
Inferius nō ſe extēdit ad plus,
quam ſuum ſuperius: ſed in-
telligentia eſt uniuerſalior, quā in-
tentione. Vnde Dama. Intelligen-
tia eſt primus motus: quæ uero
circa aliquid eſt intelligentia, in-
tentione dicitur. Si ergo intelligē-
tia non ſe extendit ad rationem
ſimul, & uoluntatem; ſed tan-
tum conſiſtit in ratione: pari ra-
tione uidetur, quod ſimiliter
nec intentione.

RESOLVTIO.

*Ex parte utriusque: ſed ex parte uo-
luntatis primum: ex parte ra-
tionis conſequenter.*

RESPON. Ad prædictorum
intelligentiam eſt notandum,
q̄ frequenter ad cognitionē rei
perducimur per conſideratio-
nem uocabulorum. Qui. n. pri-
ma uocabula impoſuerunt pro-
prietates rerum potiffime conſi-
derauerūt, & iuxta illa uocabu-
la impoſuerunt. Si igitur ueli-
mus attendere, hoc uerbum (in-
tendere) compositum eſt ab in,
& tēdo: hæc autē præpoſitio in,
duplicem pōt importare habitu-
dinem, cum cōponitur huic uer-
bo, tendere, aut ſicut ad obie-
ctum, aut ſicut ad terminum ul-

timum. Primo modo hoc, quod
eſt, intendere, ſignificat ſolā cō-
uerſionē potentię reſpectu obie-
cti. Secundo uero modo non tā-
tummodo ſignificat conuerſio-
nē, imō ſignificat cū hoc quan-
dam collationem, & coniuñctā
quietationem: & ſecundum iſtā
duplicem acceptionem hoc uer-
bū (intendo) diuerſam habet cō-
ſtructionem. Differt enim dice-
re, intendo in hoc, & intendo
hoc. Cum enim dico, intēdo in
hoc, intendere dicit conuerſio-
nem potentię ad aliquid tanquā
ad obiectum. Cum uero dico,
Intendo hoc, intendere dicit cō-
uerſionem potentię ad aliquid,
tanquam ad finē ultimum, quē
intendit aſſequi, & cui uult co-
pulari. Et ideo in prima acce-
ptione huius uerbi (intēdere) in-
ter ipſum, & ſuum caſuale cadit
præpoſitio media, ut per hoc ſi-
gnificetur directio, & cōuerſio
potentię ad illud, tanquam ad
obiectum ſupra quod. In altera
uero ſignificatione nō cadit præ-
poſitio media, pro eo, quod hoc
uerbum (tendere) de ſe dicebat
inclinationem, & ordinationē
ad aliquid; & hæc præpoſitio
in, ſibi iuncta, ſuper hoc addit
quietationem: unde ſenſus eſt.
Intendo beatitudinem, id eſt tē-
do in beatitudinem: & propte-
rea non oportet exterius addi
præpoſitionem. Et ſecundum
iſtum ultimū modum accipien-
di eſt hic ſermo de intentione.
Et quoniam iſtud uocabulum
duo importat, uidelicet quandā
collationē, & præter hoc quan-
dam conuerſionem cum colla-
tione, & quandam tendentiam
cum quietatione: & unum iſto-

rum

rum eſt rationis, & alterum uo-
luntatis: hinc eſt, quod in nomi-
ne intentionis clauditur ſimul
actus rationis, & uoluntatis.
Quamuis enim ſit unum uoca-
bulum: tamen ſecundum q̄ cō-
poſitum eſt, ſic implicat duarū
potentiarū actus coniuñctos ad
unum perficiendum, quod non
poſſet facere actus unius ſine
actu alterius. Et eſt ſimile de
uerbo conſentiendi: quod quā-
uis uideatur importare unicum
actum, tamē neceſſario duos in-
cludit. Nam conſenſus non eſt
aliud, quam concordia uolunta-
tis ſimul, & rationis ad unū ali-
quid faciendum: unius ut arbi-
trantis, & iudicantis: alterius au-
tem ut præoptantis: & propte-
rea ſic recte nominatur, & reſpi-
cit lib. arb. quod quidem ſimul
conſiſtit circa uoluntatem, & ra-
tionem, ſicut ſupra fuit oſten-
ſum. Vnde ſicut tota diſpoſitio
familie pendet ex conſenſu pa-
trisfamilias, & matrisfamilias:
ſic tota diſpoſitio agēdorum in
domo animæ pendet ex conſen-
ſu uoluntatis, & rationis. Et ſi-
cut pendet diſpoſitio, & regi-
men ex conſenſu, ſic pēdet dire-
ctio, & obliquatio ex intentio-
ne. Sicut. n. ad rectū motū pro-
greſſiuum concurrunt ſimul ope-
ratio uiſus oſtendentis uiam, &
operatio pedis incedentis: ſic in
actu intēdendi clauditur ſimul
actus rationis, & uoluntatis, u-
nius ut aſpicientis, alterius ut tē-
dentis. Et quia iſti actus coniu-
ñti ſunt: ideo per unum uocabu-
lum compositum importantur.
Ex his patet reſponſio ad quæ-
ſtionem propoſitam, & ad ra-
tiones ad utranque partem. Cō-

cedendum eſt enim, quod intē-
tio nominat aliquid ex parte uo-
luntatis, ſicut rationes ad primā
partem concludunt. Verum eſt
etiam, quod intentio nominat
aliquid ex parte rationis, ratio-
ne cuius dicitur & oculus, & lu-
men, ſicut oſtendunt rationes
aliæ: & quantum ad hæc duo in-
tentione dirigi habet fide, & chari-
tate, fide clarificante oculum in-
tellectus, & charitate rectifican-
te pedem affectus.

AD ILLVD ergo, quod
obiicitur contra hoc, quod non
poſſit eſſe ſimul in ratione, &
uoluntate: quia intendere di-
cit unicum actum. Dicendum,
quod falſum eſt: imo importat
plures actus, ſicut & conſenti-
re, ſicut oſtenſum eſt. AD ILLVD
uero, quod quæritur,
utrum ſi ſicut potentia, uel ſi-
cut paſſio, uel ſicut habitus. Di-
cendum, quod & ſi intentio ali-
quando dicatur ipſa potentia in-
tendens, aliquando dicatur ipſe
habitus, ſecundum quem inten-
dit, aliquando dicatur actus in-
tendendi, aliquando ipſum in-
tentum: principaliter tamen no-
men intentionis impoſitum eſt
ipſi actui: nihilominus tamen in
aliis acceptionibus contingit ali-
quando reperiri. Nam cum di-
citur, quod intentio eſt ocu-
lus, accipitur intentio pro po-
tentia. Cum dicitur, intentio
eſt lumen, accipitur intentio
pro habitu dirigente. Cum ue-
ro dicitur, quod intentio eſt ip-
ſe finis, ſicut dicit Magiſter in
litera, accipitur intentio pro in-
tento. Cum uero dicitur, quod
intentio quædā eſt recta, quædā
eſt obliqua: accipitur intentio

pro

pro actu. Cum uero dicit Philosophus, quod omne, quod est in anima, est potentia, uel passio, uel habitus. Dicendum, quod Philosophus sub habitibus comprehendit actus: uel loquitur de his, quæ sunt in anima per modum quietis, non per modum fieri. Talia enim potius dicuntur esse ab anima, quam in anima. Et sicut patet, quod intentio potest esse actus, potest etiam esse habitus, & potentia: & sicut non nominat unum actum simplicem, sed plures, sic non nominat unicum habitum, nec unam potentiam tantum. Nec ualet ratio illa, Est una intentio; ergo una potentia, uel unus habitus: quia hoc est unum nomen impositum pluribus, sicut supra dictum fuit de libertate arbitrii: & sic est in hoc nomine concordia, & consensus. AD ILLUD, quod queritur in quo sit principalis. Dicendum, quod secundum diuer-

sa, & principalis est in cognitiua, & principalis in affectiua. Nam quantum ad directionem principalis se tenet ex parte cognitiua: quantum uero ad tendentiam principalis se tenet ex parte affectiua, & hoc non est inconueniens. AD ILLUD, quod obiicitur, quod intentio est inferius ad intelligentiam. Dicendum, quod Damascenus loquitur de intentione secundum aliam acceptionem. scilicet secundum quod dicit conuersionem ipsius uirtutis intellectiua ad aliquod obiectum determinatum, per quem modum dicitur in alterum intendere, qui illum aspicit, uel considerat: & talis modus accipiendi frequenter habetur in scriptura. Vnde Act. 3. dicitur, quod claudus, qui stabat ad portam templi, intendebat in eos, id est in Petrum, & Ioannem, Et Psal. 69. Deus in adiutorium meum intende &c.

DISTINCTIO XXXIX.

Quare uoluntas magis deprauetur in suo actu, quam aliqua alia potentia.

HIC autem oritur questio satis necessaria ex superioribus causam trahens, Dicitur enim supra, uoluntatem inesse naturaliter homini, sicut intellectus, & memoria. Quæ autem homini naturalia sunt, quantumcunque uidentur, bona tamen esse non desinunt: quia non ualet uitium bonitatem, in qua Deus eam fecit, penitus consumere: ut uerbi gratia, Intellectus, uel ratio, & ingenium, ac memoria, etsi uitijs ac peccatis obnubilentur & corrumpantur: bona tamen sunt, nec peccata nominantur: sicut Aug. de ratione, quæ est imago Dei, in qua facti sumus, euidenter ostendit in 15. Lib. de Trinit. Hæc est, inquit, imago in qua homines sunt creati, qua cæteris ani-

malibus

malibus præsumunt: quæ creatura in rebus creatis excellentissima, cum a Deo iustificatur, a deformi forma, in formosam mutatur formam. Erat enim etiam inter uitia natura bona. Hæc autem imago ratio est, uel intellectus. Cum ergo uoluntas de naturalibus sit, quare ipsa non semper bonum est, etsi aliquando uitijs subiaceat? Ad hoc facile respondet, qui dicunt omnia, quæ sunt in quantum sunt, bona esse: quia et ipsam uoluntatem in quantum est, uel in quantum uoluntas est, ut supra posuimus, bonum esse asserunt: sed in quantum inordinata est, mala est & peccatum. Vbi potest ab eis rationabiliter queri, Si uoluntas in quantum inordinata est, peccatum est: quare ergo intellectus, ratio, & ingenium, & huiusmodi, cum inordinata sunt, peccata non sunt? Inordinata uero sunt sicut uoluntas, cum ad rectum finem non tendunt, eorumque actus præuarricationes existunt. Ad quod illi dicunt uoluntatis nomine aliquando uim, scilicet naturalem potentiam uolendi, aliquando actum ipsius uis significari. Vis autem ipsa naturaliter animæ insita, nunquam peccatum est, sicut nec uis memorandi uel intelligendi: sed actus huius uis, qui & uoluntas dicitur, tunc peccatum est, quando inordinatus est.

Quare actus uoluntatis sit peccatum, & non aliarum potentiarum.

Sed adhuc queritur, Quare huius naturalis potentie actus peccatum sit, si aliarum potentiarum actus peccata non sunt, scilicet potentie memorandi, cuius actus est memorare: & potentie intelligendi, cuius actus est intelligere. Ad quod & ipsi dicunt; quia alterius generis est actus ille uoluntatis, quam actus memorie uel intellectus. Hic enim actus est ad aliquid adipiscendum uel non admittendum: qui non potest esse de malis, quin sit malus. Velle enim mala malum est, sed intelligere uel memorare mala malum non est. Quamuis eorum quidam etiam hos actus malos esse interdum non improbe asserant. Memorat enim interdum quis malum ut faciat, & querit intelligere uerum, ut sciat impugnare. Ecce qualiter soluitur præmissa questio ab his, qui tradunt omnia esse bona in quantum sunt. Qui uero dicunt uoluntates malas peccata esse, & nullo modo bona, breuius respondent

respondent, dicentes actum uoluntatis non esse de naturalibus, sed uim ipsam & potentiam uolendi, quæ semper bonum est, & in omnibus est, etiam in paruulis, in quibus nondum est eius actus.

Quomodo intelligendum sit illud, Et homo, etiam qui seruus est peccati, naturaliter uult bonum.

Præterea quæri solet, Quomodo intelligendum sit quod ait Amb. exponens illud uerbum Apostoli. Non. n. quod uolo, illud ago: sed quod nolo, illud facio. Dicit. n. quod homo subiectus peccato facit quod nō uult; quia naturaliter uult bonum. Sed uoluntas hæc semper caret effectu, nisi gratia Dei adiuuet & liberet. Si homo subiectus peccato est, uult quidem malum & operatur; quia seruus est peccati, et eius uoluntatem (sicut supra dixit Aug.) libenter facit: quomodo ergo naturaliter uult bonum? An est eadem uoluntas, id est, idem motus, quo libenter peccato seruit, & quo naturaliter uult bonum? Si non est eadem uoluntas, quæ ergo istarum est, qua cum homo iustificatur, a seruitute peccati liberatur? Vt enim differuimus superius, gratia Dei uoluntatem hominis liberat & adiuuat, quæ uoluntatem hominis præparat adiuuandam, & adiuuat præparatā. Sed quæ est illa uoluntas: an illa, quæ naturaliter uult bonum: an illa, quæ libenter seruit peccato, si tamen duæ sunt uoluntates? Proposita est quæstio profunda, quæ varia a diuersis expositione determinatur. Alij enim dicunt duos esse motus: unum quo uult bonum naturaliter. Quare naturaliter, & quare naturalis dicitur? Quia talis fuit motus naturæ humane in prima conditione, in qua creati sine uitio sumus, quæ proprie natura dicitur. Fuit enim homo creatus in uoluntate rectus. Vnde in Lib. de Fide ad Petrum scriptum est, Firmissime tene primos homines bonos & rectos esse creatos cum libero arbit. quo possent, si uellent, propria uoluntate peccare: eosque nō necessitate, sed propria uoluntate peccasse. Recte ergo dicitur homo naturaliter uelle bonum; quia in recta & bona uoluntate conditus est. Superior enim scintilla rationis, quæ etiam (ut ait Hieron.) in Chain non potuit extinguere, bonum semper uult, & malum semper odit.

In com
mē. ad
1. cap.

Alium

Alium autem dicunt motum esse, quo mens relicta superiorum lege, subiicit se peccatis, eisque oblectatur. Iste motus (ut aiunt) antequam adsit alicui gratia, dominatur & regnat in homine, alterumque deprimit motum: uterque tamen ex libero arbitrio est. Veniente autem gratia, ille malus motus eliditur, & alter naturaliter bonus liberatur, et adiuuatur, ut efficaciter bonum uelit. Ante gratiam uero licet naturaliter homo uelit bonum: non tamen absolute concedi oportet bonam habere uoluntatem, sed potius malam. Alij autem dicunt unam esse uoluntatem, id est, unum motum, quo naturaliter uult homo bonum, & ex uitio uult homo malum, eoque delectatur: & in quantum uult bonum, naturaliter bonus est, in quantum malum uult, malus est.



UPRA ostendit Magister, unde uoluntas habeat rectificari, & deprauari. In hac parte inquit, quare uoluntas magis depraueretur in suo actu, quam aliqua alia potentia. Diuiditur autem pars ista in duas partes. In quarum prima inquit de causa priuationis uoluntatis deliberatur. In secunda uero inquit de rectitudine uoluntatis humane, secundum quod mouetur per modum naturæ, ibi. Præterea quæri solet quomodo intelligendum sit, &c.) Prima pars diuiditur in duas partes. In quarum prima mouet quæstionem, & determinat. In secunda uero opponit contra prædictam solutionem ad maiorem uoluntatis explanationem, id est. Sed adhuc queritur, quare huiusmodi, &c.) Similiter secunda pars principalis diuiditur in duas partes. In quarum prima mouet dubitationem, & opponit. In secunda parte eam dissoluit secundum diuersorum

opinionem, ibi. Proposita est quæstio profunda, &c.) Et sic principaliter duo determinat Magister in parte ista, qualiter uoluntas uidelicet deprauari possit, cum sit naturalis animæ potentia, & qualiter homo naturaliter bonum uelit, & appetat, uidelicet ratione naturalis iudicatorii, quod quidem est conscientia, quæ semper bonum dicitur, & ratione scintillæ rationis, uel conscientie, quæ quidem est syncretis, quæ semper ad bonum inclinatur, & contra malum recalcitratur.

Uelle enim mala malum est, &c. Queritur unde hoc sit. Et uidetur, quod similiter sit in actu intelligendi, & in actu uolendi. Actus enim recipit denominationem ab obiecto: ergo si cut uelle malum, est malum: ita & intelligere. Item. Intelligere dicit motum a rebus ad animam, & uelle dicit motum ab anima ad res: ergo uidetur, quod plus pendeat actus intelligendi a re intellecta, quam actus uolendi a re

Dub. I.

re

reuolita: ergo si malitia est a uolito, & intellecto, potius debet deprauari actus intelligēdi, quam actus uolendi. Resp. Dicendum, quod a malitia existēte in obiecto, magis deprauatur actus uolendi, quam actus intelligendi. Et ratio huius dupliciter sumitur. Tum ex parte uirtutis: quia tanta est uis amoris, ut trasformet amantem in amatum. Unde, qui diligit iustitiā, iustus fit; & qui diligit iniquitatem, iniquus fit: & propterea dicitur de malis, quod facti sunt abhominabiles sicut ea, quę dilexerunt; Non sic est de actu intelligendi: nam etsi aliquo modo conformet, non tamen transformatur: hoc autem contingit propter maiorem unionē, quę consistit in ipso amore. Sicut enim dicit Dion. Amorem dicimus uim unitiuam: propterea dicitur. 1. Corin. Qui adhæret Deo unus spiritus fit. Alia est ratio ex parte obiecti. Bonum enim in quantum bonum, est obiectū affectus, non intellectus. Intelligentiæ autem, & memorię obiectum est uerum sub ratione ueri, uel bonum sub ratione ueri: & hinc est, quod intellectus quā intelligit falsum, est falsus: non tamen quādo intelligit bonum est bonus: affectus uero non dicitur esse falsus: quia uelit falsum: quamuis dicatur esse malus: quia uelit malū, uel bonus cum uult bonum. Virtus enim a proprio obiecto denominari habet: Et per hoc patet respōsio ad utranque obiectionem. Istud autem melius infra patebit Dif. 40. ubi inquit Magister, Vtrū oē p̄ctm habeat esse a uolūtate.

Lib. de
Diuin.
nom.
par. 4.
sap. 2.

Superior enim scintilla rationis, &c.) Sed cōtra. Impossibile est simul, & semel uoluntatem moueri motibus contrariis, uel etiā disparatis: sed homo aliquando uult malum: ergo non uidetur, quod illa hora uelit bonum: falsum ergo dicit, cum ait, quod illa scintilla semper uult bonum. Si tu dicas, quod uoluntas naturalis, & deliberatiua sunt diuersæ potētiae: & ita simul possunt moueri diuersis motibus. Contra. In litera præcedenti habetur, & etiam sequenti, quod illa uoluntas, quæ uult bonū, gratia adueniente liberatur, & adiuuatur: si ergo uoluntas, quæ a gratia liberatur, & adiuuatur, hæc est, in qua habet consistere peccatum, uidetur quod eadem sit potentia uoluntatis, qua homo naturaliter uult bonum, & qua aliquādo uult malum. Si tu dicas, quod eadē est uoluntas, tamen disposita diuersis habitibus, & secundum illorum habituum diuersitatem potest habere diuersos motus. Obiicitur cōtra hoc. Quia illa potentia est unica, & simplex: ergo quando conuertit se ad actum unius habitus, non potest se conuertere simul, & semel bene, & male. Non ergo semper uult bonum. Quod si hoc concedatur: est ratio in contrarium, quod nulla uirtus destruitur sua naturali, & propria operatione: & maxime uirtus naturalis, cuius est moueri uniformiter: ergo uidetur, quod actus uoluntatis naturalis, qui est appetere bonum, simul stet cū actu uoluntatis deliberatiuæ, qui est uelle malum. **Responsio.** Dicendum, quod si-

Dub. 2.
cut
cut

cut Magister dicit in litera, duo sunt hic modi dicendi. Quidam enim dicūt, quod actus, quo uoluntas naturaliter uult bonum, non est diuersus, uel distinctus ab eo, quo uoluntas uult delibere malū: sed sicut malo culpæ in actu exteriori substernitur bonum naturæ, unde unus, & idem actus est bonus bonitate naturæ, & malus malicia moris: sic dicunt intelligi & in uoluntate, quod uoluntas naturaliter uult bonū, in quantum uult actum substratum: uult nihilominus malum, in quantum illū actum deformat. Sed illud non sufficit dicere: quia cū Ambro. dicit quod homo uult naturaliter bonum, non intelligit de bono naturæ tantum. quod quidem est actus uoluntatis, sed et moris. Vult enim iustitiam naturali uoluntate. Et propterea est alius modus dicendi, quem Magister primo ponit in litera, quod duo sunt motus, & alius est motus, quo uoluntas appetit naturaliter bonum: & alius quo uoluntas deliberatiue uult malum. Vtrum autem possint esse simul, hoc Magister non determinat. Et circa hoc duplex est opinio doctorum. Quidam enim dicunt, quod possunt esse simul, pro eo quod actus deliberatiuus non excludit actum naturalem: & unus istorum actuum est uoluntatis ut mouetur naturaliter, & alter ut mouet delibere: sed quoniam uoluntas naturalis, & deliberatiua (secundum quod ostensum fuit) una est potentia, & eadem potentia, quando plene mouetur in bonum, uel in malum, non potest

simul, & semel moueri motu opposito, & etiā disparato propter simplicitatē potētiae. Ideo dixerunt alii, quod motus uoluntatis naturalis non est semper actualiter in bonū. Et quod dicit Magister in litera, quod semper uult bonum, hoc intelligitur habitualiter: impeditur autem, & suffocatur per maliciam uoluntatis deliberatiuæ, ut non exeat in actum: sicut est in damnatis, in quibus syndere sis non instigat ad aliquod bonum, & iustum. Quicquid autē sit de hoc, utrum simul possit esse motus uoluntatis, ut est natura, cum motu uoluntatis, ut est deliberatiua: hoc tamen uerum est, quod uoluntas naturalis quę bonum appetit, non est semper in suo actu, quia non semper cogitat de bono: & cum etiam cogitat, frequenter nullo modo afficitur: & ideo in litera illa exponendum est quod hoc, quod dico, Semper, dicat cōtinuitatem quantum ad habitum uolendi, non quantum ad actum. Et quod obiicitur quod uirtus non priuatur propria operatione. Dicendum, quod illud intelligitur de operatione substantiali, quæ respicit esse rei: de operatione uero cōsequenti, quæ est respectu alicuius extrinseci, non semper habet ueritatem, quod non priuet actione. Fere enim omnes uirtutes uidemus in suis actibus recipere interpollationem: nec tamen ex hoc dicimus eas esse ociosas, uel propria operatione priuari, dum in actus proprios sunt natæ exire pro loco, & tempore.

An gratiam uerò licet, &c.) **Dub. 3.**
Contra.

Contra. Videtur quod imo, quia ueriori modo inest alicui, quod inest ei naturaliter, quam quod inest accidentaliter: ergo sicut sequitur, si deliberatiue uult bonum, quod habeat bonam uoluntatem: ita sequitur, quod si naturaliter uult bonum, quod habeat bonam uoluntatem. Item. Quod naturale est, non assuescit in contrarium: ergo si homo naturaliter uult bonum, nunquam assuescit uelle malum: falsum ergo dicit, quod homo naturaliter uelit bonum: aut si uerum est, uidetur quod per hoc quod homo naturaliter uult bonum, quod sit simpliciter bonus. Resp. Dicendum est, quod bonitas uoluntatis inchoatur in appetitu naturali, & consummatur in uirtute deliberatiua: nec est uoluntas simpliciter bona, & recta, nisi sit recta in quantum mouetur deliberatiue, & in quantum mouetur naturaliter: & ideo sicut argumentum non ualet: imo est ibi quid, & simpliciter: iste est castus naturaliter: ergo est castus: ita illud quod sequitur, Iste uult bonum naturaliter: ergo habet bonam uoluntatem. Ad illud, quod obiicitur, quod ueriori modo inest, quod inest naturaliter &c. Dicendum, quod ista comparatio ueritatem habet, quando illud quod inest accidentaliter, non praesupponit illud, quod inest naturaliter; cum autem praesupponit, tunc non habet ueritatem. Sicut enim melius est bene uiuere, quam uiuere, & bene uiuere praesupponit uiuere: sic melior est uoluntas, quae recte mouetur, & naturaliter, & deliberatiue, quam naturaliter tantum. Ad illud, quod obiicitur, quod naturale non assuescit in contrarium. Dicendum, quod hoc uerum est de eo, quod simpliciter est naturale, uidelicet de eo, quod a natura inchoatur, & consummatur; sed hoc non est uerum in eo, quod inchoatur a natura, & consummatur ab assuetudine, uel etiam a gratia; & tale est uelle bonum. Et per hoc patent, quae dicuntur in litera in hac parte.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

Ad cognitiuam, an ad affectiuam potentiam conscientia spectet.



Intelligentiam igitur huius partis incidit hic quaestio circa duo. Primo quaeritur de ipsa conscientia, quae est uoluntatis quaedam regula directiua. Secundo quaeritur de synteresi, quae dicitur ipsius conscientiae scintilla. Circa primum tria quaeruntur. Primo quaeritur de ipsa conscientia in comparatione ad subiectum, utrum scilicet sit ex parte cognitiuae, uel ex parte affectiuae. Secundo quaeritur de ipsa conscientia in comparatione ad originem, utrum scilicet sit a natura, uel ab acquisitione. Tertio quaeritur de ea in comparatione ad effectum, uidelicet utrum omnis conscientia habeat obligare.

VTRVM conscientia teneat se ex parte intellectus, uel ex parte affectus. Et quod ex parte intellectus, uidetur primo per illud Eccle. 7. Scit conscientia

tia; quia tu crebro maledixisti aliis: sed scire est actus proprius potentiae cognitiuae: si ergo conscientiae est scire, conscientia se tenet ex parte cognitiuae. **I**TEM Dam. Dicit. Conscientia est lex intellectus nostri: sed lex intellectus non dicitur nisi scriptura, quae directe respicit intellectum: ergo conscientia tenet se ex parte potenti et intellectui. **I**TEM. Omnis scientia est ex parte intellectus: omnis conscientia est scientia: ergo omnis conscientia est ex parte intellectus. Maior positio per se manifesta est. Minor probatur: quia omnis conscius alicuius rei, est sciens illam rem: ergo a coniugatis, omnis conscientia est scientia. **I**TEM. Conscientia diuiditur per rectam, & erroneam: sed erroneam respicit habitum uel actum intellectiuum: si ergo diuisum; & diuidentia spectant ad eandem potentiam animam, uidetur quod conscientia teneat se ex parte potentiae cognitiuae. **I**TEM. Hoc ipsum ostenditur per actum: legere enim & iudicare, & dirigere, & testificari, & arguere omnes sunt actus spectantes ad cognitionem: sed omnes huiusmodi actus attribuuntur conscientiae. Nam conscientia est liber, in quo legimus: conscientia etiam interius iudicat, conscientia testatur, conscientia arguit, conscientia et regit, & dirigit: ergo uel, quod conscientia totaliter se teneat ex parte cognitiuae, cum actus, & habitus sint eiusdem potentiae. **S**ED CONTRA. Si conscientia se tenet ex parte cognitiuae; aut ergo sicut potentia, aut sicut passio, aut sicut habitus. Non sicut passio; quia passiones maxime respiciunt affectiuam. Non sicut habitus; quia conscientia modo est munda, & modo immunda; & nullus habitus transmutatur a mundicia in immunditiam, & e converso. Restat igitur, quod si conscientia tenet se ex parte cognitiuae, non erit aliud, quam potentia: ergo si potentia cognitiua est de uerbis non solum de operabilibus; sed et de speculabilibus, uel quod conscientia non tantum attendatur circa ea, quae sunt morum; sed et circa ea, quae sunt disciplinarum, quod manifeste falsum est. **I**TEM. Sicut intellectus se habet ad uerum, ita affectus se habet ad bonum: ergo si aliquid est, cuius perfectio consistit in bonitate, illud magis spectat ad bonum, quam ad intellectum; sed conscientia est homini. Dicit enim Apostolus. 1. Thim. 1. Caritas est de corde puro, & conscientia bona. Et iterum in eadem epistola. Milites in illis bonam militiam, habens fide, & bonam conscientiam: ergo &c. **I**TEM. Lex carnis repugnat legi inuentis, sicut quod Dam. dicit: sed lex carnis se tenet ex parte motiuae; ergo & lex mentis tenet se ex eadem parte; sed conscientia est lex mentis, sicut supra dicit Dam. ergo conscientia tenet se ex parte affectiuae. **I**TEM. Remorsus est actio potenti et affectui, ubi cumque non est remorsio, ibi est quaedam dolor, & passio: sed conscientia est remordere, sicut dicitur super illud. 1. Co. 1. Nihil mihi conscius sum, Gl. In nullo me remordet conscientia mea; ergo uel, quod conscientia ex parte affectiuae se teneat. **I**TEM. Delectabile, & poenale se tenet ex parte potentiae affectiuae; sed in nobis est poena, & letitia ex parte conscientiae: unde uermis conscientiae erit magna poena in damnatis: ergo uel, quod conscientia teneat

se ex parte potentia affectiva,
no ex parte potentia cognitiva.

RESOLVTIO.

Ad cognitivam, licet non speculati-
uam, sed practicam cognitionem
aspiciat.

RESP. Ad predictorum intelli-
gentiam notandum est, qd sicut no-
me [intellectus] aliquando accipitur
pro potentia intelligendi, aliquando
pro habitu, aliquando pro ip-
so principio intellecto: sic nome
[conscientia] tripliciter consuevit
accipi a doctoribus sacrae scri-
pturae. Aliquando enim accipit
conscientia pro ipso conscito: &
sic dicit Ioan. Dam. qd conscien-
tia est lex intellectus nostri: lex
enim est illud, quod per consci-
entiam nouimus. Aliquando uero
accipitur conscientia pro eo, quo
consciti sumus. s. pro habitu sicut
conscientia accipit pro habitu scien-
tia cognoscentis. Aliquando au-
tem accipitur conscientia pro ip-
sa potentia conscientiae (ut ita
dicam) secundum qd dicitur, qd
lex naturalis scripta est in con-
scientiis nostris. Cum igitur tri-
bus modis accipi soleat consci-
entiae nomen: usitatori tamen mo-
do nome conscientiae p habitu ac-
cipitur, sicut nomen scientiae, a
quo componitur. Si igitur quae

Discor-
dat S.
Tho. I.
par. qd.
79. ar.
13. qui
mult qd
conscien-
tia di-
catactio
no habi-
tum, sed

ratur, conscientia cuius potetia
sit habitus. Dicendum, qd est ha-
bitus potetia cognitiua, aliter
tame quam sit ipsa speculatiua
scientia; quia scientia speculatiua
est perfectio intellectus nostri
in quantum est speculatiua: con-
scientia uero est habitus pficiens
intellectum nostrum in quantum
est practicus, siue in quantum di-
rigit in opere: & sic intellectus
habet admodum rationem

motiui, non quia efficiat motu,
sed qa dicitur, & inclinatur ad mo-
tum: & propterea talis habitus
non simpliciter nominatur scien-
tia: sed conscientia: ut in hoc si-
gnificetur quod habitus iste no
perficit illam potentiam specu-
latiuam in se; sed prout est quo-
dammodo iuncta affectioni, &
operationi, ppter quod nos non
dicimus, qd dictamen conscien-
tia sit ad hoc principium, Oma-
ne totum est maius sua parte, &
ad similia: sed bene dicimus, qd
conscientia dicitur deum esse ho-
norandum, & consimilia princi-
pia, quae sunt sicut regulae agen-
dorum. Concedendum est igitur
(sicut rationes ostendunt)
quod conscientia se tenet ex par-
te potentiae cognitiuae: licet non
se teneat secundum quod est spe-
culatiua; sed secundum quod est
practica. Intellectus enim specu-
latiuus, & practicus eandem po-
tentiam dicunt sola extensione
differentem, sicut dicit Philoso-
phus: nec est aliquo modo in-
telligendum, quod intellectus
practicus sit appetitus, uel uo-
luntas: hoc enim negat ipse Phi-
losophus.

ADILLVD ergo, quod obii-
citur in contrarium, quod scien-
tia non potest esse potentia, nec
passio, nec habitus ex parte co-
gnitiua. Dicendum, quod immo
nominare potest & potentiam,
& habitum: & cum nominat po-
tentiam, non nominat uniuersa-
liter potentiam cognitiuam; sed
prout se extendit ad cognoscen-
da ea, quae sunt moris, siue ad
moralia. Cum autem nominat
habitum, non solum nominat
habitum naturalem, immo etiam
potest

Seco. hic
teneat
conscie-
tia sit
habitus
conscie-
ntiae
prae-
dictae:
cui non
sentit
du. dis.
p. q. 7.

3. de A-
nima
49.

potest nominare habitum acqui-
situm. Et quia habitus acqui-
situs potest purificare, & foedare
animam: hinc est, qd conscientia
di munda; & immunda, recta, &
non recta. Verumtamen istae dif-
ferentiae plus respiciunt consci-
entiam secundum qd stat pro nomi-
ne potentiae, qd secundum quod
stat pro nomine habitus. ADIL-
LVD, quod obii-citur, qd consci-
entia dicitur esse bona, & mala. Di-
cendum, qd bonitas, & malitia no
tantummodo respiciunt affectu,
immo etiam intellectum practi-
cum, & eius habitum: pro eo qd
intellectus practicus non tantum
consistit in uero; sed etiam se ex-
tendit ad bonum. Et propterea
iudicium illud (quod quidem
est conscientia) bonum est; quia
de bono dicitur, & ad bonum
inclinatur, & a malo retrahitur, &
ipsum refugit: & ideo non sequi-
tur, qd conscientia sit in poten-
tia affectiua. Ad hoc enim quod
dicatur bona, non oportet qd sit
affectio per essentiam; sed suffi-
cit qd cum ipsa affectione, & uo-
luntate habeat quandam conco-
mitantiam. ADILLVD, quod
obii-citur, qd lex carnis opponit
legi mentis. Dicendum, qd sicut
dicit Magister Hugo de sancto
Victore, in sensualitate siue in
homine exteriori non tantum
est corruptio quantum ad poten-
tiam motiuam; & inclinatiuam;
sed etiam quantum ad sensiti-
uam: & ideo quauis lex carnis
principaliter consistat in concu-
piscetia ad malum inclinante: ni-
hilominus tamen praesupponit pha-
sasticam, & cognitiua sibi carna-
lia inordinate representantem. Et
similiter in lege mentis est ista

duo considerare. Conscientia au-
tem quantum ad se magis dire-
cte opponitur legi carnis ratio-
ne cognitionis praambulae, qd
ratione concupiscetiae. ADIL-
LVD, quod obii-citur de remor-
su. Dicendum, qd conscientia di-
citur remordere propter hoc; qd
dum ipsa monstrat aliquod ma-
lum ipsi effectui habenti rectitu-
dinem, superinducit remorsum,
pro eo qd ille affectus recalcitrat:
unde remorsus non est a consci-
entia principaliter mouente; sed si-
cut a dictante: a scintilla autem
conscientiae, quae quidem est syn-
teresis, est sicut a mouete, ut me-
lius iam patebit. ADILLVD, qd
obii-citur, quod poenale, & dele-
ctabile est ex parte conscientiae.
Dicendum, quod non est a con-
scientia, nec in conscientia nisi
sicut in disponente, & dictante.
Gaudere enim & dolere p prie
affectio est: sed cum conscien-
tia, quae est rectus testis testifi-
catur de bono facto qd est bonum,
& de malo facto quod est, ma-
lum: generat ex hoc dolore, uel
gaudium in affectu. Vn Apost.
dicit. 2. Cor. 1. Gloria nostra haec
est, testimonium conscientiae no-
strae: no attribuendo ipsi consci-
entiae principaliter passionem letan-
di; sed actum testificandi.

QUESTIO II.

An conscientia habitus innatus sit,
uel acquisitus?

VTVM conscientia sit habi-
tus innatus, aut acquisitus.
Et qd sit habitus innatus ufr. Ro.
2. Cu gentes, qd legem non habeat,
naturaliter qd legis sunt, faciunt:
ipsi sibi sunt lex: quia ondu-
nt opus legis scriptum in cordibus
suis, testimonium illis reddente

conscientia. Et Glos. ibidem. Et si gentes non habeant legē scriptam, habēt tamen legē naturalem. qua sibi cōscii sunt: ergo ex textu, & Gl. patet, qđ cōscientia dicit habitum naturaliter cordi humano in scriptum. ITEM. Augu. in Li. 3. de Li. ar. Ante omne meritum boni operis non est parum accepisse naturale iudicarium, quo sapientiam quis proponat er rori, & quietem difficultati: si ergo conscientia est huiusmodi iudicarium, est homini innatū. ITEM. Isido. Ius naturale est, quod natura docuit omnia animalia; ergo si natura docuit animalia illud, quod est iuris naturalis, multo fortius docuit hominem, qui excellit omnia animalia; sed cognitio iuris naturalis non est aliud quam cōscientia; ergo &c. ITEM. Natura lite rhabemus instinctum ad appetendum beatitudinem, & ad honorandum parentes: sed hoc non potest esse sine aliqua pręcognitione: ergo uidetur, qđ ad huiusmodi faciēda habeamus aliquam cognitionem naturaliter nobis impressam: sed cognitio inclinans ad hoc est cōscia: ergo &c. ITEM. Lex naturalis cognoscitur ab homine aliquo modo; aut ergo per acquisitionē aut p naturam. Si per acquisitionem: ergo non debet dici naturalis; sed acquisita; sicut nec uirtutes politicę. Si uero per naturā; & cognitio legis naturalis nō est aliud quam cōscientia; ergo &c. ITEM. Ius naturale naturaliter ligat uoluntatem; sed ligationē uoluntatis necessario pręcedit actus cognitionis; affectum. n. pręcedit intellectus; ergo si uolun

Ex Li. 5
Erymo-
log. c. 4

tas naturaliter ad illud ius ligatur, uidetur qđ illud ius naturaliter ab anima cognoscatur. Si ergo illius iuris cognitio est cōscientia: patet &c.

SED CONTRA. Philosophus in 3. de Anima dicit: qđ anima est sicut tabula rasa, i qua nihil depictū est: ergo uidetur, quod aia a sua prima conditione nullam habeat innatam cognitionē; si ergo habitus cōscientię dicit aliquam cognitionem, uidetur qđ non sit innatus; sed acquisitus. ITEM. Aug. i. Li. Retract. retractat hoc qđ dixerat, aiam creari scientem; sed mole corporis oppressam obliuisci eorum, qđ sciebat; sed non retractaret nisi haberet hoc pro falso: ergo falsum est secundum Aug. qđ anima habeat naturaliter cognitionem agendorū; si ergo conscientia est huiusmodi habitus cognitiuus, uidetur qđ non sit innatus sed ac quisitus. ITEM. Non habetur cognitio de cōplexo, nisi habeatur de incōplexo. Vnde non cognoscit principiu, qui non cognoscit terminos: pp quod dicit Philosophus, qđ principia cognoscimus in quantum terminos cognoscimus; sed cognitionem incōplexorum non habemus nisi mediātib; sensibus, nemo n. cognoscit colorem nisi p uisum; & propterea amittentes unū sensum necesse est unam scientiam amittere. Si ergo oīs scientia in complexorum est median te sensu, necesse est quod omnis cognitio incomplexorum sit acquisita, & accepta a sensu; sed conscientia dicit cognitionem complexi, utpote alicuius regulę iuris naturalis; ergo uidetur, quod

Te. cō.
14.

I. Post.
c. 3. qđ
neque
omniū,
neque
nullo-
rum sit
demon-
stratio
I. Post.
cap. De
ignora-
tia pu-
re nega-
tio.

Plato i
Menone

quod conscientia non dicat habitū innatum, sed acquisitum. ITEM. Aequalis difficultatis, uel maioris est scire ea, quę pertinent ad simplicem speculationem: sed scientia, quę est habitus cognitiuus speculandorum, non est nobis innata, sed acquisita: ergo pari ratione, & conscientia, quę est habitus dirigens in agendis, non est innata, sed acquisita. ITEM. Omnis habitus naturalis semper est rectus: conscientia autem est aliquando recta, aliquando erronea: ergo conscientia non est habitus naturalis, sed acquisitus. ITEM. Habitus naturales omni insunt, & semper, quia naturalia sunt illa, quę sunt eadem apud omnes; sed naturalia comitantur naturam inseparabiliter: sed cōscientię nō sunt eadem apud omnes, imo frequenter sunt contrarię: conscientia etiam non semper inest, quia frequenter homo incipit habere conscientiam, quam primo non habebat: sicut religiosus ex quo intrat religionem, habet conscientiam quod non liceat ei facere contra consilia, & hanc prius nō habebat: ergo &c.

RESOLVTIO.

Utrumque dici potest. & habitus innatus respectu luminis signati super nos: & habitus acquisitus respectu specierum cognoscibilium, pariter, & operabilium.

RESP. Ad prędictorum intelligentiam est notandum, quod pręter illam positionem Platoniam, quę posuit omnes habitus cognoscendorū esse animę simpliciter innatos, sed obliuioni dari ad tempus propter corporis molem: quam improbat,

& reprobat tam Philosophus, quā Augustinus, tres fuerunt opiniones doctorum de origine habituum cognitiuorum; & omnes illę tres opiniones i hoc concordant, quod sicut uirtutes cōsuetudinales nec sunt omnino a natura, nec omnino ab acquisitione, sed quodammodo sunt innatę, & quodammodo acquisitę: sic etiam & habitus cognitiui nec sunt omnino innati, nec omnino acquisiti, sed quodammodo innati, & quodammodo acquisiti. In assignando autem modum secundum quem isti habitus sunt innati, & secundum quem sunt acquisiti, diuersificantur diuersi. Quidam enim dicere uoluerunt, quod innati sunt intellectui agenti, sed acquisiti sunt quantum ad intellectum possibilem: & quantum ad istum intellectum dicit Philosophus, animā creari sicut tabulam nudam: & ille intellectus est, qui habet perfici mediātib; potentiis sensitiuis. Sed istud non uidetur esse consonū nec uerbis Philosophi, nec ueritati. Si. n. intellectus agēs haberet habitus cognoscendorum, quare non posset illos communicare possibili sine adiutorio sensuum inferiorum? Rursum, si intellectus agēs haberet habitus cognoscendorum, anima a sua conditione iam nō esset ignorans, imo esset potius sciēs. Difficile ē tēst simul cū hoc intelligere, quomodo species dicantur esse in intellectu agente: cum possibilis dicatur, quo est omnia fieri, & agens, quo est omnia facere. ET IDEO est secundus modus dicendi, quod ha-

Aris. 1.
Poste. i
proem.
& 3. de
Anima
tex. cō.
14. &
circa et
alibi,
Augu.
12. de
Tri. ca.
ult. co. 3

3. de
Anima
tex. cō.
18.

bitus cognitiui quopammodo sunt innati, quodammodo acquisiti. Innati sunt enim quo ad cognitionem in uniuersali, acquisiti quo ad cognitionem in particulari: siue innati sunt quo ad cognitionem principiorum, acquisiti uero quo ad cognitionem conclusionum. Vnde dignitas est illa, quam quisque probat auditam. Sed nec iste modus dicendi consonat uerbis Philosophi, & Augustini. Nam philosophus in Libro Posteriorum probat, quod cognitio principiorum non est nobis innata, deducens ad plura inconuenientia: & ibidem ostendit, quod cognitio principiorum acquiritur in nobis uia sensus, memoriam, & experientiam. Augustinus est in 12. Libro de Trinitate loquens de paruulo, qui respondebat de omnibus principis geometriae, dicit tibi: quod hoc non erat quia anima illius paruuli prius illa nouisset, sed potius ista uidebat in quadam luce sui generis incorporea: quem admodum oculus carnis uidet, quae in hac luce corporea circa adiacent, cuius lucis capax, eiq; congruens est creatus. ET PROPTEREA est tertius modus dicendi quod habitus cognitiui quodammodo sunt nobis innati, quodammodo acquisiti: non tantum loquendo de cognitione in particulari, & de cognitione conclusionum, sed etiam de cognitione principiorum. Cum enim ad cognitionem duo concurrant necessario, uidelicet praesentia cognoscibilis, & lumen, quo mediante de illo iudicamus, sicut uidemus in uisu: & in praecedenti auctoritate innuit Augustinus,

quod habitus cognitiui sunt quodammodo nobis innati ratione luminis animae inditi: sunt etiam quodammodo acquisiti ratione speciei: & hoc quidem uerbis Philosophi, & Augustini concordat. Omnes enim in hoc concordant, quod potentiae cognitiuae sit lumen inditum, quod uocatur naturale iudicorium: species autem, & similitudines rerum acquiruntur nobis mediante sensu, sicut expresse dicit Philosophus in multis locis: & hoc etiam experientia docet. Nemo enim unquam cognosceret totum, aut partem, aut patrem, aut matrem nisi sensu aliquo exteriori speciem eius acciperet: & hinc est, quod amittentes unum sensum, (necesse habemus unam scientiam amittere. Illud autem lumen, siue naturale iudicorium dirigit ipsam animam in iudicando tam de cognoscibilibus, quam de operabilibus. Sed hoc attendendum est praecipue: quia sicut inter cognoscibilia quaedam sunt ualde euidencia, sicut dignitates, & prima principia, quaedam sunt minus euidencia, sicut conclusiones particulares: Sic & in operabilibus quaedam sunt maxime euidencia, utpote illud. Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris: & quod deo obtemperandum est, et consimilia. Quem admodum igitur cognitio principiorum primorum ratione illius luminis dicitur esse nobis innata, quia lumen illud sufficit ad illa cognoscenda post receptionem specierum sine aliqua persuasionem superaddita propter sui euidenciam: sic et primum principiorum moralium cognitio

gnitio nobis innata est, pro eo quod iudicorium illud sufficit ad illa cognoscenda. Rursus. Quemadmodum cognitio particularium conclusionum scientiarum acquisita est, pro eo quod lumen nobis innatum non plene sufficit ad illa cognoscenda, sed indiget aliqua persuasionem, et habitationem noua: sic etiam intelligendum est ex parte operabilium, quod quaedam sunt agenda, ad quae tenemur, quae non cognoscimus nisi per instructionem superadditam. Quoniam igitur conscientia nominat habitum directiuum nostri iudicii respectu operabilium, hinc est, quod quodammodo habitum nominat innatum & acquisitum. Habitum (inquam) innatum nominat respectu eorum, quae sunt de primo dictamine naturae. Habitum uero acquisitum respectu eorum, quae sunt instructio nis superadditae. Habitum etiam innatum dicit respectu luminis directiuum. Habitum nihilominus acquisitum respectu speciei ipsius cognoscibilis. Naturale enim habeo lumen, quod sufficit ad cognoscendum, quod parentes sunt honorandi, et quod proximi non sunt laedendi: non tamen habeo naturaliter mihi impressam speciem patris, uel speciem proximi.

HIS VISIS plana est responsio ad questionem propositam, et etiam ad obiecta. Concedo enim, quod conscientia dicit habitum quodammodo innatum, uidelicet ratione illius luminis super nos signati, quod quidem ostendit nobis bona, et quod est seminarium aliorum habituum

et sic currunt rationes ad primam partem inductae. Concedo nihilominus, quod conscientia dicit quodammodo habitum acquisitum, uidelicet ratione specierum ipsorum cognoscibilium, sicut ostendunt tres primae rationes ad secundam partem inductae. Concedo etiam, quod dicit habitum quodammodo acquisitum respectu specialium operabilium, sicut tres aliae rationes ostendunt. Si qua autem sunt cognoscibilia quae quidem cognoscantur per sui essentiam, non per speciem, respectu talium poterit dici conscientia esse habitus simpliciter innatus, utpote respectu huius, quod est deum amare, et deum timere. Deus enim non cognoscitur per similitudinem a sensu acceptam, imo dei notitia naturaliter est nobis inserta, sicut dicit Augustinus. Quid Dominus autem sit amor, et timor non cognoscit homo per similitudinem exterius acceptam, sed per essentiam: huiusmodi enim effectus essentialiter sunt in anima.

EX HIS patet responsio ad illam questionem, qua quaeritur. Vtrum omnis cognitio sit a sensu. Et dicendum est quod non. Necessario enim oportet ponere, quod anima nouit deum, et seipsam, et quae sunt in seipsa, sine adminiculo sensuum exteriorum. Vnde si aliquando dicat Philosophus, quod nihil est intellectu, quod prius non fuerit in sensu: et quod omnis cognitio ortum habet a sensu, intelligendum est de illis, quae quidem habent esse in anima per similitudinem abstractam: et il-

la dicuntur esse in anima ad modum scripturæ. Et propterea ualde notabiliter dicit Philosophus quod in anima nihil scriptum est, non quia nulla est in ea pictura uel similitudo abstracta: & hoc est quod dicit Augustinus in Lib. de Ciuita. dei. Insuper nobis deus nobile iudicatorium, ubi quid sit lucis, quid tenebrarum cognoscitur in Libro lucis, qui ueritas est, quia ueritas in corda hominum naturaliter est impressa.

QVAESTIO III.

An teneamur ad omne id, quod conscientia dicit, necessarium esse ad salutem?

DE conscientia quantum ad effectum ligationis. Et est quaestio, Vtrum teneamur ad omne illud, quod conscientia dicit necessarium esse ad salutem. Et quod sic uidetur. Rom. 14. Omne, quod non est ex fide: peccatum est. Glo. Quod non est ex fide. i. contra conscientiam ut creditur esse malum, peccatum est: sed hoc non esset nisi conscientia ligaret ad omne illud, quod ipsa dicit: ergo tenemur omne illud facere, quod est de conscientia dictamine. **ITEM.** Lex obligat ad faciendum illud, quod ipsa dicit. Lex enim dicitur a ligando: sed conscientia est lex intellectus nostri: ergo tenemur ad omne illud, quod conscientia dicit ad salutem esse necessarium. **ITEM.** Tenemur ad faciendum illud, quod iudex mandat: sed conscientia est iudex noster secundum quod dicitur Eccle. 8. in Glo. ergo tenemur ad omne illud, quod conscientia dicit. **ITEM.** Regula est, quod quotienscunque ali-

quis facit aliquid credens esse mortale, peccat mortaliter, pro eo, quod contemnit deum: ergo si non possumus non credere ea quæ dicit conscientia: uidetur, quod quicquid sit illud, si contra hoc faciamus, quod mortaliter peccamus: uidetur igitur, quod teneamur ad faciendum omne illud, quod conscientia dicit ad salutem esse necessarium.

SED CONTRA. Si obligamur ad omne illud, quod conscientia dicit: sed conscientia aliquando dicit faciendum aliquid contra deum: ergo tenemur facere contra deum: sed nullus peccat faciendo illud, ad quod tenetur: ergo faciendo contra deum non peccamus. **ITEM.** Quædam sunt ita mala secundum se, quod deus non potest facere ea, nec illa præcipere, & nullo bono fine possunt fieri: sed ad nihil potest obligare conscientia, ad quod non potest obligare deus, cum conscientia sit infra deum: ergo si conscientia dicit talia, uidetur quod ad talia non possit obligare: ergo non obligamur ad faciendum ea. **ITEM.** Quod ad nihil per se potest obligare, uidetur: quia peccatum omne est dictum, uel factum, uel concupitum contra legem dei, sicut dicit August. ergo si conscientia dicit aliquid, quod non sit de mandato legis diuinæ, facere contra illud non est peccatum, cum non sit facere contra legem dei: ergo non tenetur quis ad illud faciendum: ergo ad nihil ligat conscientia quantum est de uirtute sua. **ITEM.** Nullus potest ab aliquo ligamine absolui per dictamē conscientie: ergo nec per illud dictamen potest aliquis uinculum

Lib. 22
contra
Augusti
ca. 27.
i prim.
Tom. 6

lum incurere: ergo uidetur, quod conscientia de se, & per se ad nihil possit ligare. Est igitur quod, ad quid conscientia liget: utrum liget ad omne quod dicit, & utrum omnis conscientia liget, & utrum homo sit perplexus, quoniam conscientia dicit unum, & lex diuina dicit contrarium, & cui magis sit obtemperandum, utrum dictamini conscientia, an præcepto prælati, cum obuiant sibi adinuicem.

RESOLVTIO.

Ad ea quidem, que sunt secundum legem Dei, simpliciter ligat: Ad ea autem, que præter illius legem sunt, tandiu ligat, quandiu manet. At uero circa illa, que contra eiusdem legem sunt, nec ad faciendum, nec ad non faciendum, sed ad deponendum tantum ligat.

RESP. Dicendum, quod conscientia aliquando dicit aliquid, quod est secundum legem dei: aliquando aliquid, quod est præter legem dei: aliquando aliquid quod est contra legem dei: Et loquimur hic de dictamine per modum præceptionis, uel prohibitionis, non per modum consilii, siue persuasionis. In primis quidem conscientia simpliciter ligat, & uniuersaliter, pro eo quod ad illa homo ligatus est per legem diuinam, & conscientia quæ illi concordat, ligationem ostendit. In secundis uero conscientia ligat, quandiu manet. Unde uel tenetur homo conscientiam deponere, uel tenetur illud, quod dicit conscientia adimplere, utpote si dicit, quod necessarium est ad salutem, festucam de terra leuare. In tertiis uero conscientia non ligat ad faciendum, uel non faciendum, sed ligat se ad

deponendum: pro eo quod cum talis conscientia sit erronea errore repugnante legi diuine, necessario quandiu manet, ponit hominem extra statum salutis; & ideo necesse est ipsam deponere; quia siue homo faciat quod dicit, siue eius oppositum, mortaliter peccat. Si enim faciat, quod conscientia dicit, & illud est contra legem dei, & facere contra legem dei sit mortale peccatum, absque dubio mortaliter peccat. Si uero facit oppositum eius, quod conscientia dicit ipsa manente, adhuc peccat mortaliter non ratione operis quod facit, sed quia malo modo facit. Facit. n. in contemptum dei, dum credit sibi dictante conscientia hoc deo displicere, quamuis deo placeat. Et hoc est, quod dicit Glo. super illud Rom. 14. Omne, quod non est ex fide, peccatum est. ibi Glo. Omne, quod ad conscientiam pertinet, si aliter fiat, dicit Apostolus esse peccatum. Quamuis. n. fiat etiam quod bonum est, si non faciendum credatur, peccatum est. Et ratio huius est; quia non tantum attendit deus, quid homo faciat, sed quoniam animo faciat: & iste qui facit, quod deus iubet, credens facere contra ipsius dei uoluntatem, non facit bono animo, sed malo; & ideo peccat mortaliter. Sic igitur patet, quod omnis conscientia aut ligat ad faciendum quod dicit, aut ligat ad se deponendum. Non tamen omnis conscientia ligat ad faciendum, quod dicit, sicut illa, quæ dicit non esse faciendum illud, ad quod homo alias tenetur; sed talis conscientia dicitur erronea.

His uisis patet responsio ad quaestionem propositam, & etiam ad obiecta pro parte.

AD ILLVD enim, quod primo obiicitur, quod omne, quod non est ex fide, id est contra conscientiam, iam patet, responsio. Dico enim quod facere contra conscientiam semper est peccatum, quia semper est in dei contemptum: tamen facere secundum conscientiam non semper est bonum, utpote cum conscientia dicitur aliquid, quod est contra deum. Vnde hęc habet duas causas ueritatis, facere contra conscientiam est peccatum: aut quia conscientia ligat ad illud faciendum, aut quia illud non potest bene fieri tali conscientia manente: ideo est ibi sophisma secundum consequens, quia proceditur ex pluribus causis ueritatis ad unam in ratione illa. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod conscientia est lex intellectus nostri. Dicendum, quod uerum est, quod lex est: sed non est lex suprema: supra ipsam enim est lex alia, scilicet lex diuina. Cum autem dicitur, quod lex ligat ad faciendum omne illud, quod dicitur. Dicendum, quod uerum est, quando lex inferior non dicitur contrarium legi superiori: hoc autem sepe, facit conscientia. Et similiter respondendum est ad sequens, quod opponit de iudice. **AD ILLVD** uero, quod ultimo obiicitur, quod quicumque credit se peccare mortaliter, peccat mortaliter. Dicendum, quod hoc uerum est: illud enim generaliter uerum est, quod dicitur, Qui facit contra conscientiam, edificat ad gehennam: sed tamen ex hoc non sequitur, quod tenemur facere omne, quod conscientia dicitur faciendum, quia (sicut dictum est)

illud duas hęc causas ueritatis. **AD ILLIAS** autem rationes primas, quę in contrarium adducuntur, respondere non est opportunum, pro eo quod uerum concludunt: ostendunt enim, quod conscientia non ligat in omnibus. **AD ILLVD** uero quod obiicitur, quod nihil ligat per se, et quod non dicitur peccatum, quod fit contra conscientiam, sed contra legem dei. Dicendum, quod facere contra legem dei potest esse dupliciter, uel uere, uel interpretatiue: siue secundum ueritatem, siue secundum reputationem: et utroque modo est peccatum mortale: utroque enim modo contemnitur deus: et quamuis facies contra conscientiam non semper faciat contra legem dei secundum ueritatem, facit tamen uel secundum ueritatem, uel secundum reputationem: quia conscientia est sicut precepto dei, et nuncius. Et quod dicit, non mandat ex se, sed mandat quasi ex deo: sicut precepto cum diuulgat edictum Regis. Et hinc est, quod conscientia habet uirtutem ligandi in his, quę possunt aliquo modo bene fieri. **AD ILLVD**, quod obiicit, quod non potest ab aliquo absolui. Dicendum, quod non est simile, quia conscientia non potest aliam legem infringere: unde nec potest a precepto dei absolui, nec a precepto prelati, cui homo se obligauit ex lege uoti: ex hoc tamen non sequitur, quod non possit ligare finaliter, imo est argumentum a minori destruendo. Vnde sicut istud argumentum non ualet. Conscientia non potest super superiorum: ergo non potest super inferiorum

riorem: ita illud non ualet. Conscientia non potest absolui hominem a mandato superioris: ergo non potest eum obligare: bene tamen sequitur, quod non potest obligare contra mandatum superioris: ad aliquid tamen potest nos obligare, pro eo quod quodammodo supra nos est, & media inter nos, & deum: sicut precepto medius est inter regem, & populum. **EX HIS** patent ea, quę ultimo querebantur, uidelicet quando conscientia liget, & non liget. Patet etiam quod nemo ex conscientia perplexus est: nisi ad tempus, uidelicet quando conscientia manet: nec tamen est perplexus simpliciter, pro eo quod debet illam conscientiam deponere: & si nescit legem dei, debet sapientiores consulere, uel per orationem se ad deum conuertere, si humanum consilium deest: alioquin si negligens est, uerificatur in eo, quod dicit **1. Co. 14.** Apostolus. Qui ignorat ignorabitur. Patet etiam, quod plus standum est precepto prelati, quam conscientie: maxime quando prelati precipit quod potest, & debet precipere.

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An ad cognitiuam, uel ad affectiuam potentiam synderesis spectet?

ONSEQUENTER queritur de secundo principali, uidelicet de synteresi, quę est conscientie scintilla. Et circa hoc queritur de ipsa synteresi quantum ad essentiam: utrum, scilicet in genere cognitiuę, uel affectiuę.

Secundo queritur de ipsa quantum ad usum: uidelicet utrum per peccatum possit extinguı. Tertio queritur de ipsa quantum ad usum, utrum, scilicet per peccatum possit deprauari.

UTRVM synderesis sit in genere cognitionis uel affectionis. Et quod sit in genere affectionis, uidetur per illud, quod dicitur in Glo. super. 1. Ezech. ita qua post plura uerba dicitur de synteresi, Hic est spiritus, qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: sed gemere est actus affectionis: si ergo synderesis est gemere: synteresis spectat ad potentiam affectiuam. **ITEM.** Ambro. dicit, & habetur in littera, quod homo subiectus peccato naturaliter uult bonum; sed illud quod naturaliter inclinatur nos ad bonum, uel est synteresis uel conscientia: ergo illa uoluntas inclinans nos ad bonum, est synteresis, uel conscientia: sed non est conscientia: ergo est synteresis. **ITEM.** Contra malum est bonum sibi oppositum: sed nos habemus in parte motiua sensibili aliquid impellens ad malum: ergo in parte motiua rationali debet in nobis aliquid esse instigans ad bonum: hoc autem non est nisi synteresis: ergo synteresis est in parte affectiua. **ITEM.** Sicut intellectus indiget lumine ad iudicandum, ita affectus indiget calore quodam, & pondere spirituali ad recte amandum: ergo sicut in parte anime cognitiuę est quoddam naturale iudicatum, quod quidem est conscientia: ita in parte anime affectiuę erit pondus ad bonum dirigens, & inclinans: hoc autem non

nō est nisi synderesis: ergo &c.
 SED CONTRA. Super illud Malach. 1. Custodite spiritum uestrum, & uxore adolescenti & uestræ. Gl. Hier. Per uxorem adolescenti & intellige legem naturalem scriptam in corde: spiritus uero dicitur non aialis pars, quæ non percipit ea, quæ dei sunt, sed rōnalis; hanc aut uocat synderesim; ergo uidetur, quod synderesis se teneat ex parte rōnis, siue cognitiuæ. Si trv dicas, quod spiritus accipitur ibi cōiter ad intellectum, & affectū. Obicitur, quod in eadem Glo subiungitur. Hic est spiritus, qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, sed postulare est actus rōnis; ergo &c. IT EM. Super illud Lucæ 10. Abierunt semiuiuo relicto. Glo. Immortalitatem exuere, sed rōnis sensum abolere non possunt; quin homo sapere, & deū possit cognoscere. Si ergo sensus rōnis se tenet ex parte rōnis, & huiusmodi sensus qui in nobis remanet, non est aliud quā synderesis, uidetur &c. IT EM. Scintilla conscientie est cōscientia, & si non in eadem parte, sed conscientia (ut superius probatum est) spectat ad cognitiuā; & synderesis est scintilla conscientie; secundum quod dicitur Ezech. 1. ergo uidetur, quod synderesis se teneat ex parte cognitiuæ. IT EM. Si synderesis se tenet ex parte motiuæ; aut ergo est potentia, aut passio, aut habitus. Passio non, hoc constat: habitus nō uidetur, quia aut esset bonus, aut malus. Non bonus: quia si bonus, esset uirtus; si malus, esset uicium, quorum neutrum conceditur de synderesi. Potentia non,

ut uidetur; quia potentia uoluntas indifferenter se habet ad quicquid appetibile; synderesis autem non dicitur respectu cibi, & potus, & huiusmodi appetibiliū; ergo non uidetur, quod aliquo modo se teneat ex parte affectiue. Est igitur quæstio, quid sit ipsa synderesis, & de cōparatione ipsius ad legem naturalem, & ad cōscientiam, quomodo se habent, utrum sint eadem, uel diuersa. IT EM, qualiter se habeat ad tres animæ potentias, concupiscibilem, irascibilem, & rationalem; uidetur. n. quod sit aliquid præter hæc tria, secundum quod habetur in Glossa super 1. Ezechie. Facies hominis &c. Gl. Plerique iuxta Platonem rationabilitatem animæ, irascientiam, & concupiscentiam ad hominem, leonem, & uitulum referunt: quartam uero supra hæc, & extra hæc ponunt, quam Græci uocant synderesim, quæ scintilla conscientie in Caym quoque non extinguitur, qua uictis uoluptatibus, uel furore & ipsa interdum rationis similitudine decepti nos peccare sentimus, quam proprie aquilæ deputant non se miscerent tribus; sed ipsa errantia corrigenstem. Ex hac Glo. uidetur, quod differat ab illis tribus.

SED CONTRA hoc est, quod in Libro de spiritu, & anima dicitur, quod sufficienter diuiduntur uires animæ per has tres, uidelicet per concupiscibilem, & irascibilem; & rationalem; si ergo synderesis est aliquid animæ, uideatur quod ipsa se teneat necessario penes aliquam istarum trium uirium, uel penes omnes.

Glo. est
Hier.

Aug.

RE-

RESOLVTIO.

Synderesis cum ad bonum stimulet, ex parte affectiua potentia magis quàm cognitiua se tenet.

RESP. Dicendum, quod circa distinctionem synderesis ab aliis uiribus multiplex est opinio, sicut & circa distinctiones aliarum uirium animæ. Voluerunt enim aliqui dicere, & ex Gl. præcedenti prius posita super primū Ezech. colligere, quod synderesis supremum ipsius animæ dicitur. Supremum autem ipsius animæ est superior pars rationis, qua anima ad deum conuertitur; & illa superior portio regit inferiorē portionem rationis, & irascibilem, & concupiscibilem. Hæc aut superior portio secundum quod ad deum se conuertit, semper est recta: obliquatur tamen secundum quod descendit ad hæc inferiora. Et isti dixerunt, quod inter synderesim, & conscientiam, & legem naturalem talis est differentia, scilicet quod synderesis nominat ipsam portiam, scilicet superiorem portionem: conscientia uero nominat ipsius habitum, secundum quem regit inferiorem portionem: lex uero naturalis nominat illud, ad quod conscientia dirigit. Hic autem modus dicendi satis uideatur esse probabilis, nisi repugnet illi Glossæ prius habitæ: quod synderesis aliis peccantibus non se immiscet. Cum enim mortale peccatum non possit esse absque actu superioris portionis, quia in manducatione uiri, consistit consumatio peccati: si synderesis esset superior portio rationis, utique aliis peccatis se immisceret. Præterea. Superior portio rationis dicit ordinam-

tionem ad deum: actus autem synderesis non tantum respicit deum, sed etiam proximum, secundum quod lex naturalis respicit utrumque. Et ideo est alius modus dicendi, quod cum potentie rationales dupliciter habeant moueri, scilicet intellectu, & affectu, & per modum nature, & per modum deliberationis, quæ admodum libertas arbitrii consistit in ratione, & uoluntate secundum quod mouetur deliberatiue, sic conscientia & synderesis respiciunt rationem, & uoluntatem in quantum mouetur per modum nature, tam synderesis, quam conscientia, quam etiam lex nature semper ad bonum inclinant: sed liberum arbitrium aliquando ad bonum, aliquando ad malum: & ideo sicut liberum arbitrium simul & completitur rationem, & uoluntatem: sic synderesis rationem simul, & uoluntatem complectitur: & lex naturalis similiter, & conscientia similiter, & pro eodem accipi possunt. Appropriate tamen synderesis dicit potentiam, & conscientia habitum, & lex naturalis obiectum. Siue alio modo appropriando, ut synderesis dicat habitum respectu boni, uel mali in uniuersali, conscientia uero habitum respectu boni, uel mali in particulari: lex uero naturalis indifferenter se habeat ad utrumque. Sed quia (ut habitum fuit prius) conscientia dicit habitum se tenentem ex parte intellectus; aut necesse erit præter conscientiam, & synderesim ponere in nobis aliquid directiuum, aut necesse est ponere, quod synderesis se teneat ex parte affectus.

Artic. 1.

medie

præ-

ced. q. 1.

Et

Et propterea est tertius modus dicendi, quod quemadmodum ab ipsa creatione anime intellectus habet, quod est sibi naturale iudicium dirigens ipsum intellectum in cognoscendis, sic affectus habet naturale quoddam pondus dirigens ipsum affectum in appetendis. Appetenda autem sunt in duplici genere: quedam enim sunt in genere honesti: quedam in genere commodi. Sicut & cognoscibilia sunt in duplici genere: quedam in genere speculabilium: & quedam ex parte moralium. Et quemadmodum conscientia non nominat illud iudicium nisi in quantum dirigit ad opera moralia: sic sinteresis non nominat illud pondus voluntatis, nisi in quantum illam habet inclinare ad bonum honestum. Et quemadmodum nomen conscientie sequitur potest accipi pro potentia cum tali habitu, uel pro habitu talis potentie, sic etiam sinteresis. Vbi quod. 1. 18. contra sinteresis potius nominat potentiam habitualement, quam nominat habitum, sicut patet in auctoritate supra inducta sunt. Et quia illa potentia nunquam separatur ab illo habitu, hinc est, quod habitus, & potentia uno nomine comprehenduntur, & potentia illa ut sic abilitata, nomen sui habitus sortitur. Et ex hoc patet responsio ad questionem primo propositam, qua querebatur, utrum sinteresis dicat quid affectuum, uel cognituum. Dico enim quod sinteresis dicit illud, quod stimulat ad bonum, & ideo ex parte affectio- nis se tenet, sicut rationes ad pri-

mam partem inducere ostendunt. AD ILLVD, uero, quod primo obicitur in contrarium, quod sinteresis est spiritus rationalis, qui postulat, & interpellat. Dicendum, quod sicut dicit Greg. super Iob. 1. Non tantum loquimur ad deum cogitationibus, & exterioribus uerbis, sed etiam affectibus & desideriis: & propterea cum sinteresis contineat stimulo nos facit bonum desiderare, dicitur gemitibus inenarrabilibus ad deum interpellare. AD ILLVD, quod obicitur de sensu rationis. Dicendum, quod per sensum rationalem magis intelligitur ibi naturale iudicium, quam intelligatur sinteresis. Si quis autem contendat, quod per sensum illum aliquando accipitur sinteresis: distinguendum est, quod ratio aliquando accipitur proprie pro parte cognitiua, aliquando accipitur communiter, prout comprehendit totum spiritum rationalem: & sic sensus rationis non tantum sumitur ex parte cognitiua, sed etiam ex parte affectiua, sicut patet de spirituali gustu, & tunc dicitur: & ideo ex hoc non sequitur, quod sinteresis se teneat ex parte cognitionis. AD ILLVD, dicitur quod obicitur, quod sinteresis est scintilla conscientie. Dicendum, quod ideo dicitur scintilla, pro eo quod conscientia quantum est de se non potest moueri, nec pungere, siue stimulare, nisi mediante sinteresi, quae est quasi eius stimulus, & igniculus. Vnde sicut ratio non potest moueri nisi mediante uoluntate, sic nec conscientia nisi mediante sinteresi: & ideo non sequitur

quitur ex hoc, quod sit ex parte cognitiua, imo potius quod sit ex parte affectiua. AD ILLVD, quod queritur, utrum sit potentia, uel passio, uel habitus. Dicendum quod est potentia propria, tamen non nominat potentiam uoluntatis generaliter, sed solum uoluntatem in quantum mouetur naturaliter: nec adhuc in quantum mouetur uniuersaliter, sed solummodo in quantum mouetur respectu boni honesti, uel eius oppositi. Nihilominus potest etiam dicere habitum: sed ille non debet dici nec uirtus, nec uirtutum, pro eo, quod uirtus, & uirtutum proprie respiciunt lib. ar. & uoluntatem in quantum est deliberatiua, non in quantum est naturalis. Ex praedictis patet responsio ad illas questiones, quae ultimo querebantur. AD ILLVD, quod queritur, quomodo se habeat sinteresis ad conscientiam, & legem naturalem. Dicendum, quod sic se habet sinteresis ad conscientiam, sicut se habet charitas ad fidem, uel habitus ipsius affectus ad habitum intellectus practici, secundum quod est habitus. Lex autem naturalis communiter se habet ad utrumque, uidelicet ad sinteresim, & ad conscientiam. Nam lex naturalis dupliciter potest accipi. Uno modo prout dicit habitum in anima: & sic quia per legem naturalem instrumur, & per legem naturalem recte ordinamur, dicitur habitum, qui comprehendit affectum, & intellectum, & ita comprehendit sinteresim, & conscientiam. Alio modo lex naturalis uocatur collectio praceptorum

iuris naturalis: & sic nominatur obiectum sinteresis, & conscientiae, unius sicut dictantis, & alterius sicut inchoantis. Nam conscientia dicitur, & sinteresis appetit, uel refugit. Et utroque istorum modorum inuenitur lex naturalis in diuersis locis: hoc tamen ultimo modo accipitur magis proprie. Et sic (ut proprie loquamur) sinteresis dicitur potentiam affectiuam, in quantum naturaliter habilis est ad bonum, & ad bonum tendit: conscientia uero dicitur habitum intellectus practici, lex uero naturalis dicitur obiectum utriusque. Et per hoc patet responsio ad questionem ultimam. Qualiter sinteresis se habeat ad concupiscibilem, rationalem, & irascibilem. Ille enim tres potentiae indifferenter nominant potentias animae: siue secundum quod mouentur naturaliter, siue secundum quod mouentur deliberatiue. Sinteresis autem nominatur potentiam affectiuam, secundum quod mouetur naturaliter, & recte: & ideo non distinguitur ab illis potentiis secundum essentiam potentiae: sed secundum modum mouendi: & quia secundum illum modum mouendi semper mouet recte, hinc est, quod dicitur super alias uolare, & aliis errantibus non se immiscere, sed eas corrigere.

QVAESTIO II.
An sinteresis per peccatum extingui possit?

TRIVM sinteresis possit per peccatum extingui. Et quod sic uidetur. Super illud Psal. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt Glosa. Omni uir ratio

Doctri
na hac
sequit
Hen.
quod. 1.
q. 18.
contra
que ar
guit Sc.
dist. p.
sen. ibi.
Cotra
istud.
Non ce
sentis
Sco. di
stix. 39

uale co
tali ha
bitu 1.
parte
qua. 19
art. 17.
expres
sionat
habitu
et non
poten
tiam
pote
dicere

q. 1. ibi.
ad qo.
nes 29.
et d.
Tom. et
v. di.
scorda.
re. q. de
ueri. q.
desynt.
ar. 1.
ubi
mult q
synder.
net et
habitu
existe.
in rone
1. part.
intelle.
similem
habitu
piorum
specula
bilium
quia
apud
ipsum
sintere
sicut
lem pri
morum
piorum
opera.
u. di.
cit pot
na ro

nali priuati: sed synderesis est potentia rationalis: ergo per magnitudinem peccati potest synderesis priuari saltem quantum ad actum. **ITEM.** Super illud **Psal.** Ab altitudine diei timebo. **Glos.** Stupor est, qui non sentit. Et post subiungitur. Stulta arrogantia similis est stupori, quando quis de se præsumens, nec timet, nec cauet: ergo sicut per stuporem cōtingit corpus fieri insensibile respectu morbi corporalis, ita & animam cōtingit fieri insensibilem respectu morbi spiritualis: si ergo synderesis remurmurat morbo spirituali, uidetur quod synderesim contingit aliquādo extinguui. **ITEM.** Hæretici pro errore suo sustinent mortem sine aliquo remorsu conscientiae: si ergo synderesis est remurmurare malo, & in eis non remurmurat aliquo modo, uidetur quod in eis sit extincta omnino. **ITEM.** Fomes se habet per oppositum ad synderesim: sed fomitem contingit totaliter extinguui: sicut patet in beata Virgine: ergo uidetur, quod similiter synderesim contingat extinguui per peccatorum multiplicationem. Sed contra. In **Glo.** præhabita super primum **Ezech.** Facies aquilæ &c. **Gloss.** Scintilla conscientiae in Caym non extinguitur. Si ergo Caym fuit magnus peccator, uidetur quod per peccatum extinguui non habeat. **Item.** **Aug.** in 2. de ciui. dei. Tanta est uis probitatis, & castitatis, ut omnis uel peccatae omnis eius laude moueatur humana natura, nec usque adeo fit turpitudine uitiosa, ut totum amittat sensum honestatis: ergo

si est sensus honestatis est synderesis, uidetur quod non possit per peccatū extinguui. **ITEM.** Quæ naturaliter insunt, sunt inseparabilia: sed synderesis inest nobis naturaliter: ergo uidetur, quod actum eius nō possumus omnino per peccatū amittere: cum uitium (sicut dicit **Aug.**) non debeat extrema naturæ uestigia. **ITEM.** Si in aliquibus deberet extinguui, maxime esset extincta in damnatis: sed in damnatis synderesis non extinguui tur, quia remorsus conscientiae est ex actu synderesis: & hic remorsus maxime uiget in eis, quia nec ignis eorum extinguetur, nec uermis morietur: ergo &c.

RESOLVTIO.

Impediri quod ad aliquem actum quodammodo potest; deleri autem omnino non potest.

RESP. Dicendum, quod synderesis quantum ad actum impediri potest, sed extinguui non potest. Ideo autem non potest extinguui, quia cum dicat quid naturale, non potest a nobis omnino auferri. Vnde & **Gloss.** dicit super illud **Luce.** 10. Abierunt semi uiuo relicto. Immortalitatem exuere, sed rationis sensum omnino abolere non possunt, quin homo possit sapere deum, & cognoscere: nec unquam uitium delet extrema naturæ uestigia. Quamuis autem actus eius omnino auferri, uel extinguui non possit: potest tamen ad tempus impediri, siue propter tenebram obsecationis, siue propter lasciuiam delectationis, siue propter duritiam obstinationis. Propter tenebram obsecationis

*Lib. 19.
de Ciui.
dei. ca.
12. cir.
ca finē.*

ationis impedit synderesis ne malo remurmuret, pro eo quod malum creditur esse bonum: sicut in hæreticis, qui morientes pro impietate erroris, credunt se mori pro pietate fidei: & ideo remorsum nō sentiunt, sed magis quoddam gaudium siccum, & uanum. Propter lasciuiam delectationis similiter impeditur: aliquādo. n. in peccatis carnalibus, ita absorbetur homo ab actu carnis, ut remorsus locum non habeat: quia carnales homines tanto impetu delectationis feruntur, ut ratio tunc nō habeat locum. Propter duritiam obstinationis etiam impeditur synderesis ne ad bonum stimulet, sicut in damnatis, qui adeo sunt in malo cōfirmati, ut nunquam possint ad bonum inclinari: & ideo synderesis quantum ad instigationē ad bonum sempiternum habet impedimentum: & propterea quantum ad istum actum potest dici extincta: nō tamen extincta simpliciter, quia habet alium usum, uidelicet remurmurationis. Secundū enim illum usum, secundum quem synderesis habet pungere & remurmurare contra malum, maxime uigebit in damnatis: & hoc dico prout remurmuratio, contra malum tenet rationem poenae, non prout tenet rationem iustitiae, quia illa remurmuratio erit ad commendandum diuinā iustitiam, sed non erit ad elicendum fructuosam poenitentiam. Vnde remurmurabit synderesis in damnatis contra culpam, in relatione tamen ad poenam. Et sic patet, quod synderesis quantum ad actum impediri potest, nunquam

tamen extinguui potest uniuersaliter quantum ad actum omnem, & quantum ad omne tempus, sicut rationes probant, quæ ad secundam partem inducuntur: & ideo concedendæ sunt.

AD ILLVD uerò, quod obiicitur, de **Glo.** quod per malū contingit priuari omni ui rationis. Dicendum, quod ratio sumitur ibi pro potentia deliberatiua, & mouente modum deliberationis, quæ in aliquibus omnino est ad malū conuersa: synderesis autem (ut prius ostensum est) non dicit uim animæ rationalis ut mouentem per modum deliberationis, sed ut mouentem per modum naturæ: & ideo **Glo.** illa non facit ad propositum. Nec est intelligendum, quod **Glo.** illa uelit dicere, quod per peccatū fiat priuatio quantum ad potentiam, sed quantum ad rectitudinem potentiae. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod homo efficitur stupidus per peccatum. Dicendum, quod similitudo illa attenditur quantum est ex parte potentiæ deliberatiuæ, secundum quam hēt in nobis esse stulta arrogantia. Possēt tamen dici, quod stupor nō aufert simpliciter sensum, sed aufert solummodo ad tempus: & bene potest esse, quod ad tempus anima à Deo incuruetur ad peccatū, ut nullū sentiat omnino remorsū siue propter delectationis intentionem: siue propter execrationem, cum credat malum esse bonum. **AD ILLVD**, quod obiicitur de hæreticis iā patet responsio. Cōcedo enim, quod non hēt usum suum, ut remurmurent malo erroris, in quod ceciderunt: tamen nō est extincta, pro eo quod remur-

murat contra alia mala, & contra illa quæ hæretici credunt esse mala. AD ILLUD, quod obicitur de fomite. Dicendū, quod non est simile, quia fomes est uiositas præter naturam: & ideo totaliter tolli potest etiam salua natura: non sic autem est de synderesi. Inest enim secundum primam naturæ institutionem: & ideo natura saluata, non omnino auferri potest. Alia est ratio, quia aliqua est gratia, siue donum gratiæ gratis datum, quod directe repugnat fomiti, & quod amouet carnis corruptionem. Vitium autem, & peccatum non habet esse circa actū synderesis: & ideo quantuncumque homo peccauerit, remanet tamen in eo tam conscientia, quam synderesis.

QVÆSTIO III.

An synderesis per peccatum deprauari possit?

DE synderesi quæritur ad abusum. Et est quæstio, utrum synderesis possit deprauari per peccatum. Et quod sic uidetur. Glo. super. 1. Ezech. Facies aquilæ a dextris ipsorum quatuor, ibi. gl. loquens de conscientia, & synderesis dicit sic. Hanc sæpe præcipitari uidemus, & suum locum amittere, cum quidam sine pudore peccant, quibus merito dicitur, Frons mulieris meretricis facta est &c. si ergo præcipitium non est nisi per culpā, patet &c. ITEM. Super illud Hier. 2. Filii Memphis &c. Glo. Malignus spiritus de membris inferioribus usque ad uerticem pertingit, quando castam celsitudinem mentis diffidētiam morbus corrumpit: sed casta celsitu-

107.3.

do mentis est ipsa synderesis: ergo contingit eam per peccatum corrumpi. ITEM. Hoc uidetur, ratione. Poena, & culpa habent fieri circa idem: sed secundum actum synderesis, qui est peccato remurmurare, contingit esse animæ punctionem: ergo secundum illum actum contingit esse peccati perpetrationem. ITEM. Synderesis consequitur conscientiam tanquam suum naturale iudicium: sed conscientia potest esse recta, & erronea: ergo uidetur necessario, quod synderesis aliquando moueatur recte, aliquando moueatur oblique: si igitur inordinatio reperia in actū motiue est culpa: uidetur &c. ITEM. opposita nata sunt fieri circa idem: sed donum sapientiæ, & beatitudo lucis consistit circa synderesim, cum donū sapientiæ consistat circa animæ supremū: & synderesis postulet pro nobis gemitibus inenarrabilibus: si igitur dono sapientiæ, & beatitudine lucis culpa opponitur, uidetur quod cum ipsa habeat esse circa illam potentiā. ITEM. Synderesis autem est de bonis maximis, aut de bonis mediis, aut de bonis minimis. Si de maximis: ergo est gratia, uel uirtus: quorum utrumque est falsum, cum synderesis simul maneat cum peccato. Si est de bonis mediis: sed hoc contingit male uti: ergo synderesis contingit male uti: sed malus usus est culpa: ergo circa actū synderesis contingit esse culpā. De minimis non est dubium quod non est, cum minima sint bona corporis. Sed contra Glo. super Ezech. 1. Synderesis proprie aquilæ deputant, non se miscentem

tribus

tribus, sed ipsa errantia corrigētem: si ergo non se commiscet tribus, sed potius corrigit, uidetur quod secundum actus eius non consistat peccatum. ITEM. Ambro. dicit, & Magister adducit in litera super illud Rom. 7. Quod nolo illud facio: ibi dicit, quod homo semper naturaliter uult bonum: ergo cum illa uoluntas non sit aliud, quam sinteresis: sinteresis semper uult bonū: & si semper uult bonum: ergo nunquam peccat. ITEM. Vis illa quæ secundum motum suum directe repugnat peccato, non deprauiatur peccato: sed actus sinteresis semper contra culpam remurmurat etiam in pessimis peccatoribus: ergo uidetur, quod non habeat deprauari, & deordinari per culpam. ITEM. Quando tota natura per morbum corrumpitur, non est ulterius possibilitas ad sanitatem: ergo si tota rectitudo animæ auferatur per culpam, iam non esset ultra spes redeundi ad gratiam: sed constat, quod spes est redeundi, quæ de nemine desperandum est, dum est in uia: ergo uidetur, quod aliqua rectitudo remaneat: sed rectitudo, quæ maxime est ad hærentiæ, est rectitudo uoluntatis per modum naturæ, & hæc est sinteresis: ergo non uidetur, quod deprauari possit per culpam.

RESOLVTIO.

Deprauari potest, at non ex se: sed cum uoluntas per impietatis obstinationem & ratio per erroris excecationem sibi obuiant.

RESP. Decendum, quod secundum illos, qui dicunt sinteresim non esse aliud, quam superio-

rem portionem rationis, circa actum ipsius contingit, esse peccatum. Dicunt enim, quod ipsa superior portio rationis habet dupliciter moueri, aut secundum quod ad Deum conuertitur & regitur: & dirigitur secundum leges æternas: & sic in ea peccatum non habet esse. Aut prout conuertitur ad inferiores uires: & sic ab eis sumit deuiandi occasionē, & potest per peccatum deprauari. Et ponunt exemplum in peccato Arrii, qui errauit circa trinitatem, & unitatem. Et ita secundū superiorem portionē rōnis, uel secundum sinteresim. Et hoc dicunt, quod Gl. prædicta super Ezech. uult dicere, Nā primo dicit, quod aliis peccantibus non se immiscet: postea dicit, quod præcipitatur, & locū suum perdit: & utrumque dicunt habere ueritatem secundum diuersas cōparationes superioris portionis, siue ipsius sinteresis. Sed quoniam sicut dicunt Sancti & Glossæ manifestè, sinteresis quantum est de se, semper habet ad bonū stimulare, & peccato remurmurare, quamdiu sumus in statu uix. IDEO dixerunt alii aliter, scilicet quod sinteresis nominat ipsam uoluntatem, secundum quod hęc naturaliter moueri: & quoniam peccatum non habet esse circa actum uoluntatis ut est natura, uel ut mouetur naturaliter, sed solum ut mouetur deliberatiuè: hinc est, quod sinteresis per peccatum non habet deprauari: quia cum ipsa habeat alias regere, & dirigere, & dominiū regēdi potest perdere: hinc est, quod contingit eam per culpam præcipitari. Præsentia

enim dominii a duobus pendet, uidelicet a rectitudine præsidens, & ab obtemperantia famulantis: & quamuis sinte resis quantum est de se, semper sit recta: quia tamen ratio, & uolūta, frequenter ei obuiat, ratio per erroris excæcationē, & uoluntas per impietatis obstinationem: hinc est, quod sinte resis præcipitari dicitur, pro eo, quod effectus eius, & præsidens in uires alias deliberatiuas propter earū repugnantiam repellitur, & cassatur. Et ponitur exemplū in milite, qui quātum est de se, semper bene sedet super equum, equo tamen ruente, præcipitari dicitur: sic & in proposito intelligendū est. Hic autē modus dicendi tanquam rationabilior a pluribus sustinetur. Et ideo rationes, quæ ad hanc partem adducuntur cōcedendæ sunt.

AD ILLVD uerō, quod primo obiicitur de Glo. quod synderesim præcipitari uidemus. iam patet respōsio. Non enim sequitur, si præcipitatur, quod propter hoc peccatum deprauetur: quia præcipitium eius non tantum attenditur circa actum proprium, sed etiam circa actum aliarum uirtutū, quibus præsidere debet ipsa synderesis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod morbus diffidentiae corrumpit mētis celsitudinem, & quod anima corrumpatur usque ad uerticem. Dicendum, quod uertex & celsitudo mentis non uocatur hic synderesis, sed superior portio rōnis. Superior autē portio rationis non nominat ipsam potentiam animæ in quantum mouetur naturaliter, sed in quantum mouetur deliberatiue. Et

hoc modo circa ipsam hēt peccatum consistere, maximè illud quod attenditur secundum actū rationis, qui est sursum: sicut est peccatum infidelitatis, & desperationis, & alia peccata, quæ directe opponuntur uirtutibus theologis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod culpa, & pœna circa idem habent fieri. Dicendum, quod illud non habet ueritatem, loquendo præcise, pro eo quod pro peccato uoluntatis totum corpus habet puniri. Verum est tamen, quod sicut uoluntas est principium peccandi, ita & principaliter punitur: unde & uermis cōscientiæ plus est afflictiuus uoluntatis: prout est deliberatiua, quod prout est natura quædam, propter mutuam repugnantiam. Vtrum autem sola uoluntas sit subiectum pœnæ, uel aliqd aliud: hoc infra suo loco manifestabitur. AD ILLVD, quod obiicitur, quod conscientia, quæ est iudicatorium præcedens synderesim, est recta, & non recta: ergo & synderesis. Dicendum, quod non sequitur, pro eo quod ipsa conscientia non tantum consistit in uniuersali, imò etiam descendit ad particulare: non tantum modo mouet motu simplici, imò et collatiuo: nec mirum, quia consistit in rōne: cuius quidam rōnis est unū ab altero discernere, & unum ad alterū conferre: & id licet conscientia putat in uniuersali, & mouet aspectu simplici: sit semper recta: prout tamen descendit ad particularia, & confert, potest fieri erronea: propter hoc quod intermiscet se actus rōnis deliberatiue. Et hoc patet sic. Conscientia enim iudicatur ex ipso primo naturali dicta

Dis. 41
q. ult.

mine dictabat, quod deo est obediendum: & ipsa postmodum assumunt, quod deus præcipit nunc circumcisionem, & ciborum discretionem. Et ex hoc formatur cōscientia eorum in particulari, ut se circuncidant, & a cibis abstinant. Error iste non uenit ex primo principio, quod quidem uerum fuit, sed uenit ex assumptione, quæ quidem non fuit cōscientiæ, prout est naturale iudicatorium, sed potius rationis erroneæ, quæ quidem spectat ad liberum. ar. synderesis autem quantum est de se, mouetur motu simplici in remurmurando contra malum, & instigando ad bonum. Præterea mouetur contra malum, non hoc uel illud, sed in uniuersali: uel si aliquo modo inclinatur synderesis ad detestandum hoc malum, uel illud: hoc non est in quantum hoc, sed in quantum malū: & hinc est quod synderesis non obliquatur, sicut cōscientia errat. Alia est posset reddi rō, quæ synderesis nominat ipsam potentiam naturalem, ut est naturaliter habitata: cōscientia autem nominat habitum non tantum naturalem, sed et acquisitum: & quia natura quantum est de se, semper recte mouetur, quod autem acquiritur potest habere &

rōnem rectitudinis, & obliquitatis: hic est, quod synderesi (p existente recta, cōscientia potest esse & recta, & erronea. AD ILLVD, quod obiicitur, quod donum sapientiæ est circa synderesim. Dicendum quod falsum est: oīa enim dona, & oēs uirtutes, & beatitudines respiciunt uoluntatem secundum quod deliberatiua est. Quod autem dicitur synderesis postulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus, hoc intelligitur causaliter: quia nos instigat ad gemitū pro malis, quibus immergi sumus. AD ILLVD, quod obiicitur, quod bonis mediocribus contingit male uti. Dicendum, quod illud uerum est de his, quæ mouent ad nutū lib. arb. scilicet in cuius actū proprie attenditur usus, & abusus: synderesis autem cum sit potentia naturalis, & naturaliter moueat, non subest imperio liberi arbitrii: & ideo non sequitur, quod liberū arb. possit ea abuti. Præterea. Esto, quod possit illa abuti: adhuc non sequitur, quod propter hoc in ipsa esset peccatum: quamuis enim liberum arbitrium abutatur oculo, cum intuetur ad concupiscendum: tamen peccatum non dicitur esse in oculo: peccatum enim non est in eo, quo quis abutitur, sed potius in abutēte.

DISTINCTIO XL.

Qualiter ex prauitate uoluntatis fiat deprauatio in actu exteriori: ostendens ex opposito, Quomodo ex rectitudine intentionis habeat fieri opus bonum.

Dicitur hæc de actibus adiiciendum uidetur: utrum ipsi ex fine, sicut uoluntas, pensari debeant boni uel mali. Licet enim secundum quosdam, omnes

boni sint in quantum naturaliter sunt: non tamen absolute dicendi sunt omnes boni, uel omnes remunerabiles: sed quidam simpliciter mali dicuntur, sicut & alij boni. Nam simpliciter ac uere sunt boni illi actus, qui bonam habent causam & intentionem, id est qui uoluntatem bonam comitantur, & ad bonum finem tendunt. Mali uero simpliciter dici debent, qui peruersam habent causam & intentionem. unde

Lib. of Amb. ait, Affectus tuus operi tuo nomen imponit. Et Aug. super Psal. 31. Nemo computet bona opera sua ante fidem. 30. 10. 1 Tom. 8 Ita n. uidentur mihi esse ut magnæ uires, & cursus celerimus præter uiam: quia ubi ipsa fides non erat, bonum opus non erat. Bonum. n. opus intentio facit, intentione fides dirigit. ad illis Non ualde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit, attendat, quo lacertos optimæ gubernationis dirigat. His testimoniis insinuari uidetur, ex affectu & fine opera bona esse uel mala. Quibus consonat, quod ueritas in Euangelio ait, Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Nomine arboris non natura humane mentis, sed uoluntas intelligitur: quæ si mala fuerit, non bona, sed mala opera facit: si uero bona fuerit, bona, non mala opera facit.

An omnia opera hominis ex affectu, & fine bona uel mala sint.

Sed queritur, Vtrum omnia opera hominis ex affectu & fine sint bona, uel mala: Quibusdam ita uidetur esse, qui dicunt omnes actus esse indifferentes, ut nec boni, nec mali per se sint, sed ex intentione bona bonus, & ex mala malus sit omnis actus. Secundum quos quilibet actus potest esse bonus, si bona intentione geratur. Aliis autem uidetur, quod quidam

De spiritu, et lite. c. 14. & li. sent. Prosp. c. 172. ac li. 1. confes. cap. 12. actus in se mali sint; ita ut non possint esse nisi peccata, et si bonam habeant causam: & quidam in se boni; ita ut & si mala habeant causam, non tamen boni esse desinat. Quod testimonio Aug. confirmant, qui dicit bonum aliquando non bene fieri. Quod. n. quis inuitus uel necessitate facit, non bene facit: quia non bona facit intentione, ut ait Aug. super Ioan. Seruis, inquit, timor non est in charitate: in quo quauis credatur Deo, non tamen in Deum: & si bonum fiat, non tamen bene.

Nemo

Nemo. n. inuitus bene facit, et si bonum est, quod facit, Ecce habes quod aliquis non bene facit illud quod bonum est, Facit ergo quod bonum est intentione non bona. Ideo asserunt illi quædam opera esse talia, quæ sic bona sunt, quod mala esse non possunt, quocumque modo fiant: sicut econuerso quædam sic sunt mala, ut non possint esse bona, quacumque ex causa fiant. Alia autem esse opera, quæ ex fine uel causa bona sunt uel mala, & ad illa referunt scripturarum testimonia, quibus ex affectu uel intentione iudicium operum pensari dicunt; Tripartitam edunt isti differentiam actuum.

Quid Augustinus circa hoc sentire uideatur.

Sed Augustinus euidentissime docet in Libro contra mendacium: omnes actus secundum intentionem & causam iudicandos bonos uel malos: præter quosdam, qui ita sunt mali, ut nunquam possint esse boni, et si bonam uideantur habere causam, Interest, inquit plurimum qua causa, quo fine, qua intentione quid fiat. Sed ea quæ constant esse peccata, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi bono fine, nulla uelut bona intentione facienda sunt. Ea quippe opera hominum si causas habuerint bonas uel malas, nunc sunt bona nunc mala, quæ non sunt per se ipsa peccata: sicut uictum præbere pauperibus bonum est, si fit causa misericordiæ cum recta fide; & concubitus conjugalis quando fit cum generandi, si ea fide fiat ut gignantur regenerandi. Hæc rursus mala sunt, si malas habeant causas: uelut si incontinentiæ causa pascitur pauper, aut lascitiæ causa cum uxore concubitur, aut filiis generantur non ut deo, sed ut diabolo nutriantur. Cum uero opera ipsa per se peccata sunt, ut furta, stupra, blasphemie: quis dicat causis bonis esse faciendæ, uel peccata non esse uel, quod est absurdius, iusta peccata esse? Quis dicat, Furemur diuitibus, ut habeamus quid demus pauperibus; aut falsa testimonia proferamus, non ut inde innocentes ledantur; sed potius saluentur? Duo. n. bona, hic sunt, ut inops alatur, & innocens non puniatur. Aut quis dicat adulterium esse faciendum, ut per illam cum qua fit, homo de morte liberetur? Testamenta et uera cur non supprimimus, & falsa supponimus, ne hereditates habeant qui nihil boni agunt, sed hi potius qui indigentes adiu-

gggg 4 uant

Ibidē. uant? Cur non fiant illa mala propter hæc bona, si propter hæc bona nec illa sunt mala? Cur non ab immundis meretricibus, quas ditant stupratores, rapiat diuitias uir bonus, ut indigentibus eas largiatur, cū nullū malū, malum sit, si pro bono fiat. Quis hoc dicat nisi qui res humanas moresq; conatur & leges subuertere? Quod. n. facinus non dicatur recte fieri posse, nec impune tantum, uerum etiam gloriose: ut in eo non timeatur supplicium, sed speretur & præmium, si semel consenserimus in malis actibus, nō quid fiat, sed quare fiat esse quærendū: ut quæcunq; pro bonis fiunt causis, nec ipsa mala esse iudicentur? At iustitia merito punit eū, qui dicit se subtraxisse superflua diuiti, ut præberet pauperi: & falsariū qui alienū corrumpit testamentum, ut is esset heres, qui faceret eleemosynas largas, non ille qui nullas: & eum qui se fecisse adulteriū ostendit, ut per illā, cū quæ fecit, hominem de morte liberaret. Sed dicet aliquis, ergo æquandus est fur quilibet furi, qui uolūtate misericordiæ furatur: quis hoc dixerit? Sed horū duorū non ideo quisquā est bonus, quia peior est unus. Peior. n. est qui cōcupiscendo, quā qui miserando furatur. Sed si furtū omne peccatū est, ab omni furto abstinendū est. Quis. n. dicat esse peccandū, et si aliud sit grauius, aliud leuius peccatum? Nunc aut quærimus, quis actus peccatū sit, uel non: non, quid grauius sit, uel leuius. Intende lector propositis uerbis tota mentis consideratione, quæ non inutilem habent exercitationē: & dignosces quis actus sit peccatū, qui. s. malam habeat cām: nec ille tantū, quia sunt nonnulli actus, qui etsi bonā habeant cām, tamen peccata sunt, ut supra positū est. Ex quo consequi uidetur, quia non semper ex fine indicatur uolūtas siue actio mala, sicut in illis quæ per se peccata sunt. Illa. n. cū quis gesserit pro aliqua bona cā, bonū uidetur habere finē: nec ex fine uolūtas est mala, nec ex uolūtate actio fit mala, sed ex actione uolūtas fit praua. In quibus aliqui ponunt actū Iudeorū, qui crucifigendo Christum, arbitrabantur se obsequiū præstare deo: quia bonū finē dicunt eos sibi posuisse. s. dei obsequiū, & tamen uoluntatē eorū & actionē peruersam fore asserunt. De bonis at nulla fit exceptio in præ-

missis

missis uerbis Aug. quin omnis uoluntas bona ex fine sit bona: & ex fine & uoluntate omnis actio bona, bona est. Sed non omnis mala uoluntas ex fine mala est, nec omnis mala actio ex fine & uoluntate mala est; & omnis quæ habet malam causam, mala est: sed non omnis quæ bonam causam habet, bona est. Ideoque cum ex affectu dicitur nomen imponi operi, in bonis operibus generaliter uera est hæc regula, sed in malis excipiuntur illa, quæ per se mala sunt. Omnia ergo hominis opera secundum intentionem & causam iudicantur bona uel mala, exceptis his quæ per se mala sunt, id est, quæ sine præuacatione fieri nequeunt.

Quidam dicunt prædicta non posse fieri bono fine.

Quæ tamen quidam contendūt nunquam habere bonam causam. Qui enim aliena furatur, ut pauperibus tribuat, non pro bono (ut aiunt) furatur. Non enim bonum est aliena pauperibus erogare. Qui enim de rapina sacrificium deo offert, idem facit (ut ait auctoritas) ac si filium in conspectu patris uictimet, uel sacrificium carnis deo offerat. Abominabilis nempe deo est impiorum oblatio. Ita etiam & hominem per adulterium a morte liberare, malum esse dicūt. Etsi. n. bonum sit hominē a morte liberare, tamen sic hominem liberare malū esse asserunt. Ideoque Aug. in superioribus dicunt tēperasse sermonem anteq; locutum, ubi ait, Ea quæ constant esse peccata, nullo quasi bono fine, nulla uelut bona intentione facienda. Non enim simpliciter dixit bono fine & bona intentione: sed addidit, quasi & uelut; quia talia non fiunt bono fine & bona intentione: sed intētionē, quæ uidetur bona: & fine, qui putatur bonus, sed non est. Nec iō accepit Aug. ista (ut aiunt) quin causas habeant malas: sed quia causas habent, quæ uidentur bonæ, sunt tamen malæ.

Eccles.
34.

SUPRA ostendit Magister, qualiter uolūtas ex fine habeat rectificari, & deprauari. In hac parte intendit ostēdere qualiter actus, & quæ opera rectificari habeant, & deprauari ex affectu, & fine. Et quoniā

obliquum habet cognosci per rectum, & malum per bonum: ideo pars ista habet duas. In prima parte inquit Magister, quomodo intētio faciat opus bonū. In secunda parte inquit, quomodo ex obliquitate intentionis, siue uoluntatis habeat fieri opus

malum

malū. infra dis. 41. *Cumque intentione, ut supra dictū est. &c.*) Prima pars diuiditur in duas partes. In quarū prima Magister ostēdit, q̄ actus pensari habeāt boni, uel mali ex intentione, uel fine. In secunda inquit, utrū generali ter hoc sit uerū, q̄ bonitas operum causetur ex bonitate intentionis. ibi. *Sed quæritur, utrum oīa opera &c.*) Et illa secunda pars diuidit̄ in tres partes. In quarū prima recitat diuersorū opinio nes. In secunda cōfirmat alterā illorū auctoritate Aug. ibi. *Sed Aug. euidentissime docet, &c.*) In tertia uero redit ad confirmanda reliqua. ibi. *Quæ tamen quidam contendunt, &c.*

Dub. 1.

Affectus tuus, &c.) Cōtra hoc uerbum Ambro. obiicitur: Ergo si aliquis cōmittit adulterium intendens facere simplicē fornicationē, v̄ q̄ illud peccatum debeat dici fornicatio, non adulterium. Item. Ex eodē affectu pōt q̄s moueri ad credendū in deum, & ad amādum ipsū: ergo si opus trahit nomē ab affectu, v̄ q̄ credere, & amare sint opus eiusdem speciei, & eiusdē uirtutis: & eodem noīe debeant nominari. Res. Dicendum, q̄ aliquid nominari contingit dupliciter, uidelicet in generali, & in speciali. Nomina generalia in moribus sunt bonū, & malum. Specialia uero sunt nomina differentiarū specialium, ut specialium uirtutum, & uitiorum. Cū ergo d̄r, q̄ affectus operi nomē imponit, hoc intelligitur de nomine generali: ipse uero obiicit de nomine speciali.

Dub. 2.

Iustitia merito punit eum, &c.) Contra. Videtur enim, quod ta-

lem iustitia iniuste punit. Habere enim superflua, uitium est: ergo resecare superflua est uirtus. Similiter. Dare pauperi unde alatur, hoc uirtutis est: si ergo iniustū est aliquem puniri pro opere uirtutis, iniuste facit iustitia, quæ talem punit. Item. Idem deus, qui præcepit filiis Israel, q̄ furarentur uasa Aegyptiorum Exo. 12. præcepit eleemosynam dari pauperibus: sed illi, qui furati sunt uasa uolentes implere mandatum diuinū, non peccauerunt: ergo pari rōne ille, qui furatur ut det pauperi, furando non peccat. Item. In omni peccato est conuersio inordinata ad bonū cōmutabile: sed iste qui furatur, ut det pauperi, nihil amat inordinate, nec aliquid amat ex cupiditate: ergo uidetur, q̄ nō peccet aliquo modo. Res. Dicendū q̄ talis absque dubio peccat, quia facit cōtra diuinum mandatum: facit ēt contra proximum, quia rē eius ipso inuito contractat: & ideo iste punitur non solū a deo, uerum ēt a proximo. Ad illud uero quod obiicitur, q̄ iuste facit dum resecat superflua. Dicendū q̄ ad unumquemque spectat resecare, superflua propria: superflua aut̄ aliena resecare non spectat, quando nō est constitutus super eum nec dñs, nec iudex: & ideo cum aliena superflua resecat, quod non suum est, usurpat: & propter hoc punitur de iniustitia. Ad illud, quod obiicitur de filiis Israel. Dicendū, q̄ non est simile, quia dñs dispēlauit cum eis, q̄n̄ præcepit eis, q̄ furarentur: imo quod plus est, res alienas in dominium eorum trahit.

trahit: & hoc bene poterat, quia ipse est dominus omnium. Hoc aut̄ domini præceptū, quo dominus p̄cepit facere eleemosynam non se extendit ad bona aliena, sed ad propria: unde nullo modo illi mādato repugnat, quo præcipitur, non furari: imo illud supponit, & illud cum illo concordat, secundum q̄ dicitur Prouer. 6. Honora dominū de tua substantia. Ad illud, quod obiicitur, q̄ nec amat inordinate. Dicendū, q̄ inordinatio amoris dupliciter potest esse: aut q̄ amatur res, quæ non debet, aut quia amatur res amplius quam debeat. Et dum quis facit contrariū eius, quod dominus præcipit, siue moueatur magna affectione, siue parua, peccat: & est eius actio inordinata ex magnitudine dilectionis, & ex cōtempu diuinæ prohibitionis.

Dub. 3.

In quibus aliqui ponunt actū In deorū, &c.) Hoc ū esse falsum, quia sicut dicit Sap. 2. Ex malitia, & inuidia Christum cōdemnauerūt morte turpissima. Et 27. Matt. dicitur. Sciebat. n. q̄ per inuidiam tradidissent eū: si ergo sciebat se malefacere, non arbitrabantur obsequiū se deo præstare. Res. Dicendum, q̄ hoc non dicitur quantū ad omnes Iudæos, sed quantū ad simplices, qui per maiores decepti sunt. Maiores enim Iudæi sicut principes sacerdotum, & scribæ moti sunt ex inuidia, & malicia, quia bene cognoscebāt eius sanctitatem, & innocentiam, quam uis lateret eos diuinitas. Simpliciter uero, & populares moti sūt ex ignorantia. Audientes enim a maioribus, q̄ blasphemasset,

putabant se occidendo Christū blasphemum interficere: & sic obsequium deo præstare. Ista tamen ignorantia non excusat, pro eo quod opera, quæ Christus fecit, non solum magnis, sed etiā pauperibus notitiam sanctitatis eius præstare poterant.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An omne opus, quod bona intentione fit, bonum sit?



Ad intelligentiam autem huius partis, in qua Magister principaliter agit de bonitate operum, quam habent ex intentione incidit hic quæstio circa duo. Primo quæritur de bonitate, quam opera ab intentione recipiunt. Secundo uero quæritur de bonitate, quæ opera intentioni superaddunt. Circa primū quæritur tria. Primo quæritur de bonitate operum quātum ad qualitatem, utrum uidelicet qualitas operum qualitati intētionis generaliter correspondeat. Secundo quæritur quantum ad quantitatem, uidelicet utrum quantum quisque intendit, tantum faciat. Tertio quæritur quantum ad necessitatem, utrum, s. bona intentio absq; operibus ad salutem sufficiat.

Vtrum qualitas operū semper respondeat qualitati intentionis. Et hoc est quærire, utrum omne opus, quod fit bona intentione, sit bonum. Et quæ sic uidetur. Primo auctoritate Ambro. quam Magister adducit in litera. Affectus operi tuo nomen imponit: si ergo denominatio operis est a qualitate,

& intētio siue affectus opus de nominat, uidetur etiā quod informet qualitate sua. **ITEM.** Arbor bona, quæ operatur secundum quod bona, facit semper fructum bonum: sed uoluntas, quæ est arbor, cum bona intentione operatur, operatur secundum quod bona: ergo uidetur, quod faciat opus bonū. **ITEM.** Actus non est meritorius, nec demeritorius nisi quia uoluntarius: & uoluntas nec est bona, nec mala nisi ex intētionē, sicut supra ostensum est: si ergo bonitas uoluntatis facit bonitatem in opere, & bonitas intentionis facit bonitatem in uoluntate: ergo a primo ad ultimum qualitas operis causatur a qualitate intentionis. **ITEM.** Potētius est bonum respectu boni, quā malum respectu mali: sed quaecunque sit opus, & quātuncunque sit bonum, depruari potest per malam intentionem: ergo multo fortius quaecūque sit opus, & quātuncunque sit malum, reificari potest ex bona intentione. Et potest huius argumenti illatio confirmari quasi a minori, & a simili per consequentiā in ipso. Quia si oppositum est causa oppositi, & propositū propositi: si ergo mala intētio semper causat malum, bona intētio semper causat bonū. **ITEM.** Esto quod aliquis faciat opus malum bono fine, ita quod malitia sit in opere, & bonitas in intentione: aut intētio permanet bona opere existente malo: aut intētio fit mala ex opere malo: aut intētio facit opus bonum. Si primo modo, ergo simul, & semel merebitur quis, & demere-

bitur, quod est impossibile. Si secundo modo. Sed contra. Opus est effectus intentionis: sed effectus non influit in causam, sed potius eōuerso: ergo potius intētio cōicāt suam proprietatē operi, quā opus intentioni, ergo si intētio est bona, necesse est opus esse bonum, quod ex ipsa procedit. **ITEM.** Quātuncunque opus de se sit malum: si tamen fiat ab eo, qui operatur omnino præter intentionem, sicut ab eo qui omnino caret usu rōnis, non est aliquo modo culpabile: ergo si priuatio intentionis opus quātuncunque de se malū potest priuare malitia, & facere quod non sit malum malitia moris, pari ratione uidet, quod rectificatio intentionis opus quātuncunque de se malum potest facere bonū, & rectum.

SED CONTRA. Hugo de sancto Victo. Amor transformat amantem in amatum: hoc autem non dicitur econuerso: ergo quāscunque sit intētio, si uoluntas uelit malum, necesse est eam effici malum: ergo non uidetur, quod qualitas operis respondeat qualitati intētionis. **ITEM.** Philotophus dicit, quod aliqua sunt quæ mox nominata, coniuncta sunt malo, & talia dicunt theologo mala esse secundum se: si igitur talibus actibus inseparabiliter adheret malitia, uidetur quod huiusmodi actus non possunt fieri boni ex intentione nostra. **ITEM.** Aliquod est malum, quod est contra dei mādatum: sed intētio nostra non potest diuinum mandatum infringere: ergo nō potest facere, quod homo faciendo cōtra mādatum

datum dei non peccet: igitur quātuncunque bonum intendit, si contra dei mādatum faciat, non erit bonum, sed malū: ergo non est generaliter uerū, quod qualitas operis a qualitate intentionis causetur. **ITEM.** Bonum absolutum præsupponit bonum ex circumstantia: nihil enim est simpliciter, & absolute bonum, nisi uestiatur debitis cōditionibus, & circumstantiis: sed aliqua sunt opera, quæ semper dicunt carē tiam debitæ circumstantiæ, sicut interficere innocentem, aut dicere falsum scienter, & consimilia: ergo uidetur, quod quātuncunque aliquis talia bona intentione faciat, non erunt simpliciter bona: ergo nō uidetur, quod qualitas operis semper respondeat qualitati intentionis.

RESOLVTIO.

Tunc opus aliquod expletè bonum erit: cum non modo, finis, intentione qua uerum ordinatio bona erit: rectaque uia ad bonum tendet.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod circa hoc ab antiquo duplex fuit opinio, sicut Magister explicat in litera. Quidam enim dixerunt, quod generaliter uerum est, quod opera bona, uel mala pensantur ex intentione. Alii uero dixerunt, quod opera non pensantur generaliter bona, uel mala: sed solum illa, quæ in differentia sunt ad hoc quod fiāt bene, uel male: illa autem opera, quæ sunt mala secundū se, ex intentione pensari non possunt: quia quacunque intentione fiant, semper mala sunt. Quælibet autem harum opinionum uerum

dicat, si recte intelligatur. Intentionis enim qualitas dupliciter potest accipi, secundum quod intētio dupliciter dicitur, Vno enim modo intētio dicitur bonitatem finis: Alio uero modo nō tantum dicit bonitatem finis, sed etiam ordinationem eius, quod est ad finem, quem appetit. Et secundum hoc dupliciter potest dici intētio bona uel mala. Vno modo dicitur intētio bona, in qua est perfecta, & bona ordinatio operis ad finem intētum: & econtra dicitur mala, in qua est ordinatio indirecta: & hoc modo bonitas intentionis nō tantummodo respicit bonitatem finis, sed etiam rectum ordinem eius, quod est ad ipsum finem: hæc enim duo necessario requiruntur ad hoc, quod oculus sit simplex, sicut dicit Bern. ad Euge. uidelicet quod ueritas sit in electione, & charitas in intentione. Et hoc est dicere, quod tunc est oculus mentis simplex, siue intētio bona, quando hoc amat finaliter, quod est amandum, & eligit quod est eligendum: & hoc modo qualitas operis semper respondet qualitati intentionis, nec habet instantiam, imo si oculus est simplex, totum corpus erit luminosum: & si oculus est tenebrosus, hoc est intētio mala, & opus iudicatur malum. Alio modo dicitur intētio bona, quia illud quod finaliter intendit, est bonum: & mala, quia illud quod finaliter intendit, est malum. Et hoc modo non est generaliter uerum, quod qualitas operis causetur a qualitate intētionis: Et hoc dico quātū ad qualitatem

quæ

quæ est bonitas. Si quis enim mentitur utpote ad liberationem innocētis, uel furatur ut pascat pauperem, non dicitur benefacere, sicut dicit Aug. & etiam Apostolus. Non sunt facienda mala, ut ueniant bona. Quantū autem ad qualitatem maliciæ, non habet instantiam: imo necessario malicia operis correspondet intentioni malæ intendenti. Quaecunque. n. sit opus, dum faciat illud homo mala intentione, deus qui scrutatur corda, malum reputat. Cum enim ad bonitatem operis necessario requiratur intentio boni finis, sola illa desistente opus iudicatur esse malum; non tamen illa sola assistente iudicatur esse bonū, quia plura exiguntur ad cōstruendum, q̄ ad destruendum.

Ex his patet responsio ad quæstionem propositam, & est ad obiecta pro magna parte. Nam obiecta, quæ probant, q̄ ueritas operis non correspondet bonitati intentionis, loquuntur de bonitate intentionis, prout ipsum finem respicit: & sic uerum concludunt, quia ad hoc quod opus sit bonum, non sufficit quod homo intendat bonū, sed etiam exigitur, quod recta uia tendat ad bonum. ARGUMENTA uerò ad oppositū pro magna parte procedunt alia uia, uidelicet prout intentio dicitur esse bona, non solum quia intentū est bonum, sed et quia ordinatio est bona. Et sic intelligitur auctoritas Ambro. qua dicitur. Affectus tuus operi tuo nomen imponit: & ratio secunda, & tertia. Nam uoluntas non dicitur esse bona in se, nec est bo-

na arbor ex bonitate intentionis, nisi secundū quod intentio dicitur esse bona, quia bono modo ad bonum finem intendit. AD ILLUD quod obiicitur, q̄ mala intentio sufficit ad faciendum opus malū. Dicendum, q̄ non sequitur ex hoc, quod finaliter intentio bona sufficiat ad bonū. Facilius enim est destruere, quàm cōstruere. Et quia bonum attendit secundum constitutionem ex concursu multarū circumstantiarum, malum uerò attenditur ex cuiuscunque priuatione; hinc est, quod malum est omnifarie, & bonū uno modo: & ideo nō sequitur, quod si defectus alicuius rei sufficit ad faciendum malum, quod positio eius sufficiat ad faciendum bonum: plura enim exiguntur ad bonum: nec est ibi locus a simili, nec a minori. Rursus. Quia malum est priuatio boni, in talibus non tenet consequentia in ipso, sed potius consequentia e contrario. AD ILLUD, quod obiicitur, quod potentia potius debet influere in opus, quam e conuerso. Dicendum, q̄ opus non facit intentionem malā aliquid influendo, sed potius deficiendo. Quia enim opus de se inordinatum est, & intentio non potest illud ordinare: hinc est, q̄ dum illi operi se applicat, seipsum deordinat. AD ILLUD, q̄ obiicitur, quod priuatio intentionis priuat maliciam ab actu. Dicendum, quod nō est simile, pro eo quod priuatio intentionis dicitur priuare maliciam ab actu: non quia aliquid intentionis cōferat ipsi actui sed potius quia trahit actū illum e. tra ge

nus

nus moris: quia nō est opus morale, nisi quod sit ex intētionē: & ideo consimilis est modus, arguendi in ista ratione, & in precedenti, qua arguebatur ex comparatione mali ad bonum. Non enim ualet, Sufficit ad destruendum: ergo sufficit ad ponendum.

QVAESTIO II.

An in maiori quantitate bonitatis
uel malicie intentionis erit

et quantitas bonitatis,
uel malicie operis?

VTRUM quantum quis intendat, tantum faciat: ut sicut opus ab intentione recipit aliquo modo qualitatem; ita etiam recipiat quantitatem. Et quod sic uidetur. Super illud Matth. 12. Bonus homo de bono thesauro &c. Glo. Quantum bonū intendis, tū facis. ITEM. Hoc uidetur ratione. Omne agens per intentionem præfigit sibi finem. ad quem opus suum mensurat: ergo si omne opus morale est ab agente per intentionem; omnis operis moralis mensuratio attenditur in comparatione eius ad finem, sed comparatio ad finem est intētio: ergo quantitas omnis operis moralis penes intentionem attenditur. ITEM. Secundum quantitatem charitatis attenditur meritum exterioris operis. Et secundum magnitudinem libidinis attenditur magnitudo exterioris peccati: si ergo charitas (ut dicit Bern.) respicit intētionem, & similiter libido, quæ dicit quietationem in bono creato: ergo uidetur quod quantitas omnis moralis operis secundum intentionem mensuretur. ITEM. Si aliquod opus de natu-

ra sui generis est ueniale peccatum, nihilominus ille, qui facit illud mortaliter peccat si intendit peccare mortaliter: hoc autem non esset nisi opus reciperet quantitatem in genere moris ab intentione: ergo &c.

SED CONTRA. Si quantum quis intendit, tantum facit: ergo si Linus siue aliquis alius paruus sanctus intenderet mereri gloriam Petri, mereretur gloriam Petri, & si amplius intēderet, amplius mereretur: ergo habenti minorem charitatem redderetur maius premiū, q̄ est plane falsum. ITEM. Si quantum quis intendit, tū facit: ergo si aliquis adulterans intendit peccare uenialiter, peccat uenialiter: si ergo hoc est plane falsum, manifestū est, quod quantitas operis non catur ex quantitate intentionis. ITEM. Quāto aliquis est humilior, tanto minus boni credit se facere: sed intentio sequitur credulitatem, quia fides dirigit intentionem: ergo quāto quis humilior est, tūto minus bonū intendit facere: si ergo bonitas operis mensuratur penes quantitatem intentionis, ut quod quanto quis esset humilior, tanto opus eius esset minus bonum: sed hoc est plane falsum: ergo &c. ITEM. Unus simplex cum facit paruū peccatū, credit esse grauissimū peccatū: alius impius, & iniquus cū facit maximū peccatum, credit se ualde paruū peccare. Si ergo opus mensuratur penes intētionem, uideretur quod iniquus, & malitiosus minus peccet in enormi genere peccati, quā unus simplex in genere peccati quātuncūque leui. Si igitur hoc est plane

falsum:

falsum: ergo & illud ex quo sequitur, uidelicet quod quantitas operis correspondeat quantitati intentionis.

RESOLVTIO.

Iuxta diuersam quantitatis acceptionem quantitas bonitatis uel malitiæ operis & respondebit, & non respondebit quantitati malitiæ, uel bonitatis intentionis.

RESP. Dicendum, quod sicut in precedenti Problemate duplex distinguitur qualitas intentionis: sic & in hoc intelligendum est, quod quantitas intentionis dupliciter potest intelligi, uidelicet aut ratione actus intendendi, aut ratione ipsius intenti. Et secundum hoc distinguitur ista locutio dupliciter, Quantum intendis, tantum facis. Quia tantum, & quantum posunt esse nomina, uel aduerbia. Si quantum, & tantum sint aduerbia, tunc dicuntur quantitate actus intendendi: & tunc est locutio uera generaliter, siue respectu bonorum, siue respectu malorum: quia quantum actus intendendi est intentus in bonitate, & malitia, tamen operatio exterior est bona, uel mala. Omne enim meritum, & demeritum ad actum uoluntatis reducitur: licet circumstantiæ exteriores aliquo modo faciant ad maiorem uoluntatis deprauationem. Si autem quantum, & tantum sint nomina: tunc dicuntur quantitatem ex parte intenti: & sic non est generaliter uerus ille sermo, quod opus exterius factum non semper commensuratur ei, quod intentio intendit. Frequenter enim intendit homo facere magnum bonum, & facit paruum, quia

modicam habet charitatem. Habet tamen aliquo modo ueritatem in malis, uidelicet intendendo, licet non diminuendo: & prout tantum, & quantum dicuntur quandam comparisonem proportionis, non commensurationem æqualitatis. Unde qui intendit multum peccare, multum peccat, qualecunque opus faciat. Non tamen qui intendit parum peccare parum peccat, maxime si opus facit, quod multum habet de deformitate.

Ex his patet responsio ad questionem propositam. Concedo enim, quod quantitas bonitatis, & malitiæ in opere correspondeat quantitati bonitatis, & malitiæ in intentione, secundum quod quantitas intentionis attenditur quantum ad actum intendendi, sicut rationes ad primam partem inducere ostendunt. Concedo etiam nihilominus quod quantitas operis non semper correspondet quantitati intentionis: secundum quod quantitas intentionis attenditur ex parte intenti, sicut ostendunt rationes, quæ ad secundam partem inducunt.

AD ALIAS tamen duas rationes, quæ ultimo inducuntur responderi potest, quod non cogunt, pro eo quod non est idem dicere de aliquo, quod credit facere magnum, uel paruum bonum, siue malum quod intendit. Aliud enim est æstimatio, aliud est intentio: & quamuis opus sequatur æstimationem, non tamen sequitur per intentionem. Preterea. Ille augustinus rationes, sicut & aliæ procedunt de quantitate intentionis a parte intenti. Quamuis enim humilis homo parum intendat facere: nihilominus

nihilominus tamen magna bonitatis est eius intentio, dum ex magna uirtute mouetur ad illud faciendum. Similiter cum iniquus homo intendit modicum malum facere: tamen quia ex magna libidine facit, multum seu ualde est praeter eius intentionem, dum nihil adhuc erit bono creato: & ideo non sequitur, quod minus peccet ille, quod magis est malitiosus.

QUESTIO III.

An sola intentio sine executione operum ad uitam eternam sufficiat?

DE bonitate operum quantum ad necessitatem, utrum uidelicet intentio absque bonis operibus sufficiat ad uitam eternam: & quod sic uidetur. Bern. de libr. arb. Intentio sufficit ad meritum, bona actio requiritur ad exemplum: ergo uidetur, quod quantum ad meritum uita eterna non sit necessaria bonitas actionis exterioris. ITEM. Super illud Ps. 37. Dixi confitebor. Gl. Votum pro operatione iudicatur: ergo tantum ualeat bene uelle, quantum uelle, & operari: ergo &c. ITEM. Greg. in quadam Homil. Non est uacua manus a muliere, cum arca cordis repleta fuerit bona uoluntate: ergo plenitudo intentionis, & uoluntatis æquiualeat plenitudini operationis: igitur sine illa potest sufficere ad salutem. ITEM. Mereri uitam eternam est in potestate nostra: sed opera exteriora non sunt in potestate nostra: ergo uideretur quod opera exteriora non sint necessaria ad merendum uitam eternam: igitur ad meritum uita eterna uidetur sufficere intentio sola. ITEM. Inten-

tio, & uoluntas non pendunt ex opere: ergo opere non existente, potest esse bonitas tam in uoluntate, quam in intentione, sed qui habet bonam uoluntatem, & intentionem est iustus: & omnis talis habet, quod sufficit ei ad uitam eternam: igitur ad meritum uita eterna uidetur intentio sufficere absque exteriori operatione.

SED CONTRA. Matt. 23. Esuriis, & non dedistis mihi manducare: ita dominus dicit reprobis: & propter hoc feret sententiam damnationis contra eos: si ergo propter defectum bonorum operum quis damnatur, exercitium bonorum operum est ad salutem necessarium: ergo intentio sine operibus non sufficit ad meritum. ITEM. In Canonica. Iaco. 3. Fides sine operibus mortua est: sed non est efficacior ad merendum intentio, quam fides: ergo si fides non sufficit ad meritum sine operibus, pari ratione nec intentio. ITEM. Gre. Homil. in quadam Homil. Amor dei non est otiosus: operatur enim magna, si est: si autem operari negligit, amor non est: ergo si opera non ad sunt, non adest ueritas amoris: sed nihil est meritorium uita eterna absque uero amore charitatis: ergo circumscriptis operibus intentio non sufficit ad meritum. ITEM. Philosophus dicit, quod ad uirtutem tria requiruntur, uidelicet scire, uelle, & impermutabiliter cooperari: ergo si non est operatio, non est salua uirtutis ratio: sed ubi non saluatur uirtutis ratio, nec poterit saluari sufficiencia meriti: ergo uidetur, quod absque operatione uitam eternam non

condigne, nec sufficienter mere-
mur. ITEM. Si sola intentio, uel
uoluntas interior sufficeret ad me-
ritum: sed habenti gratiam facil-
issimum est uelle bonum: ergo fa-
cillimum est mereri uitam eter-
nam, cuius contrarium dicit do-
minus Mat. 7. qđ arcta est uia,
quæ ducit ad uitam.

RESOLVTIO.

*Si adsit possibilis exequendi, non
sufficit: si non adsit, sufficit.*

RESP. Dicendum, quod cum
queritur, utrum intentio, & uo-
luntas interior sufficiat ad meri-
tū absque exteriori, Distingue-
dum est. Aut enim ille qui hēt
intentionem, habet facultatem
bene operandi, aut non. Si non
habet facultatē, cum nemo obli-
getur ad impossibile, si bonam
habet uoluntatem, & directam
intentionem, tunc sola plenu-
do uoluntatis internæ sufficit ei
ad meritum uitæ eternæ absque
exteriori operatione. Si autem
adsit facultas, & se offert oportu-
nitas, intentio non potest ad me-
ritum sufficere absq; opere. Ra-
tio autem huius est diuini man-
dati obligatio, & uirtutis perfe-
ctio, & uoluntatis plenitudo. Di-
uini mandati obligatio facit, ut
intentio sine operibus non suffi-
ciat, cum se offert oportunitas,
& facultas. Mandata enim dei
non solum obligant ad uolend-
um, sed etiā ad faciendum: ideo
qui non implet diuina mandata
cum possit, potius meretur irā,
quam mereatur gloriā. Virtutis
etiā perfectio est ratio, quare
non sufficit sola intentio, quo-
niam uirtus est ultimum poten-
tiæ, & ideo eleuat potentiam
ad aliquod magnum, & ar-

duum: potentię autem animę
non habent suam uirtutem, siue
perfectionem completam, nisi
exeat in opera sibi debita, quā-
do adest facultas, & oportuni-
tas. Et ideo illa intentio, qua
quis uult, & intendit bonum, &
tamen non facit, cum possit, nō
est intentio uirtuosa, ac per hoc
nec meritoria. Volūtatis etiā
plenitudo ratio est, quare nō suf-
ficit sola intentio: quoniam ple-
na uolūtatis ponit effectum si ad-
sit facultas: alioquin non dicitur
plene homo aliquid uelle, si nō
facit cum possit facere; sed semi-
plene, & pigre uult: sicut piger
qui uult, & nō uult. Et propter
ea dicit Gre. qđ nemo debet sibi
blandiri de bona uoluntate, im-
mo ad delectationem condito-
ris lingua, mens, & habitus req-
ritur, & sicut hortatur nos B.
loā. 1. Can. 1. Diligere debemus
non solum uerbo, & lingua; sed
opere, & ueritate. Quoniam igi-
tur cum adest facultas, & se of-
fert oportunitas, absque operi-
bus nec est mandatorum dei im-
pletio, nec uirtutis perfectio, nec
uoluntatis plenitudo, & absque
his non est sufficientia meriti:
hinc est quod ad meritum uitæ
eternæ non sufficit bonitas in-
tentionis absq; bonitate operis
exterioris. Et rationes, quę hoc
ostendunt, concedendæ sunt.

AD ILLVD ergo, quod pri-
mo obiicitur in contrariam de
Bern. quod bona intentio suffi-
cit ad meritum. Dicendum, qđ
loquitur de intentione illorum
operum, quę non sunt in præ-
cepto: non ratione illorum, quę
in præcepto sunt. Vel dicendū,
quod loquitur in eo casu, quan-
do,

ARTICVLVS II.

QVÆSTIO I.

An opus bonum, tum maxime priuilegiatum addat quid supra bonam intentionem?

CONSEQUENTER
queritur quantum ad
secundum principa-
le de bonitate, quam
opera superaddunt bonitati in-
tentionis. Et circa hoc querun-
tur tria. Primo queritur, utrum
aliquid addant opera bonitatis,
uel meriti supra bonam inten-
tionem ratione prerogatiuæ di-
gnitatis. Secundo queritur, utrum
addant ratione quantitatis ex
parte dati. Tertio queritur,
utrum aliquid addant ratione
numerositatis.

VTRVM opera exteriora ali-
quid addant supra bonam
intentionem ratione suæ excel-
lentię, & dignitatis, sicut sunt ope-
ra priuilegiata. Et sic uidetur:
super illud Phil. 1. Quę sit super
eminens magnitudo, Glo. Quod
dam incrementum glorię habe-
bunt summi doctores ultra id, qđ
communiter habebunt alii: hoc
autem non est nisi ratione do-
ctrinæ, quam aliis communicat:
ergo &c. ITEM. Communiter in
ecclesia magis solennizatur mar-
tyres, quam confessores: sed con-
fessas est, qđ ecclesia sanctis exhi-
bit honorem secundum meri-
torum suorum exigentiam: ergo
maiori gloria digni sunt, qđ mor-
tem pro Christo patiuntur, quā
illi, qui pati uolunt. ITEM. Chri-
stus nobis aliquid meruit per
passionem; quod ante non me-
ruerat nobis, utpote a pertione
ianuæ, & multorum charisma-

H h h h 2 tum

do, scilicet non adest facultas be-
ne operandi exterius. AD IL-
LVD, quod obiicitur, quod uo-
luntas pro facto reputatur. Di-
cendum, quod uerum est, quan-
do nō se offert bene operandi o-
portunitas, & facultas. AD IL-
LVD uero Greg. quod non est
uacua manus a munere &c. Di-
cendum, quod facienda est uis
in hoc, qđ dicit, cum arca cordis
repleta fuerit bona uoluntate:
nunquam enim (sicut dictū est
prius) plene bonam uoluntatem
habet, qui potest facere bonum
illud, cuius habet uoluntatem,
& ad fructum non peruenit.

AD ILLVD, quod obiicitur, qđ
opera non sunt in potestate no-
stra. Dicendum, quod hoc solum
concludit, quod in eo casu suffi-
cit intentio, quando dēest facul-
tas ad perficiendum operatio-
nem bonam. AD ILLVD, quod
obiicitur, quod bona uoluntas
non pendet ex opere. Dicendū,
quod uerum est: attamen cum
adest facultas plena, uoluntas ne-
cessario ponit bonum opus: ita
quod si bonum opus non poni-
tur, aut nunquam uoluntas fuit
plena, aut desinit esse plena.

Quod ergo sine operibus nō suf-
ficiat, hoc non est, quia plenu-
do bonæ uoluntatis ex operi-
bus pendeat: sed quia bo-
na uoluntas, si plena
est, necessario in
bona ope-
ra re-
dundat, offerente se
facultate, &
opportuni-
tate.

tu diffusionem: si ergo charitas Christi fuit eminentissima ab instanti conceptionis, & maioris fuit efficaciam cum passione quam sine: ergo videtur, quod in quolibet alio excellentiam operis exterioris addat, ad meritum bonae voluntatis, siue intentionis. I T E M. Bonum additum bono facit magis bonum, sed opus privilegiatum est bonum; ergo additum intentioni facit eam magis bonam. Sed quod addit ad bonitatem addit ad meritum; ergo &c. I T E M. Si opera privilegiata nihil adderent supra bonitatem intentionis; ergo qui ea faceret, frustra laboraret; si ergo impium est dicere, quod qui facit opera excellentia, frustra laborat, videtur, quod opus excellens addat super intentionis bonitatem.

SED CONTRA. De Beato Martino cantat ecclesia. O beata anima, quam & si gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrii non amisit; ergo ita videtur quod beatus Martinus habuit palmam martyrii pro bonitatem intentionis; sicut si sustinisset acerbitatem passionis; ergo non videtur, quod opus excellens aliquid addat supra bonitatem intentionis. I T E M. Operans non placet propter operationem, sed magis operatio propter operantem, quantumcumque operatio illa sit nobilis; ergo quantumcumque sit nobilis operatio, nisi deus approbat operantem, tantum approbat operationem; igitur non videtur, quod homo maioris premii efficiat apud deum dignus propter operationem excellentem super additam bonitati voluntatis. I T E M. Si aliquid sustineret mortem pro mun-

do; potius demereretur apud deum quam aliquid mereretur; igitur sustentia mortis pro Christo si quomodo placet deo, hoc ideo non est ob aliud, nisi quia ordinatur ad Christum; sed illa ordinatio est mediante intentione; ergo tota bonitas operationis quantumcumque excellentis ex intentione habet ortum, & propter illam deo placet; sed ubi unum propter alterum, utrobique tantum unum; igitur tantumdem placet intentio perfecta, & bona cum opere, quantum placet sine opere. I T E M. Si aliqua opera faciunt ad meritum, illa sunt opera maxime humilitatis & utilitatis; haec enim opera deus maxime comedit; sed opera privilegiata sunt opera cuiusdam excellentiae, & dignitatis; ergo videtur, quod minime inter omnia genera operum addat ad bonae intentionis meritum. I T E M. Vbi facultas deest voluntas reputatur pro facto, sicut determinatum est supra: & hoc non est ob aliud, nisi quia alias non esset plena, & perfecta voluntas; si igitur voluntas per se sola pro opere reputatur, ut quod in tali casu opus privilegiatum nihil addat supra intentionis bonitatem, & meritum.

RESOLVTIO.

Addit quidem, tum in primis exemplum, & edificationem: inde aureolam, quod est accidentale premium; tertio quidquam de merito congrui: nihil tamen de merito condigni.

RESP. Dicendum, quod maius bonum potest aliquid dici dupliciter. Aut intensiue, utpote quia plus deo placet: aut extensiue, utpote quia pluribus prodest. Et secundum hoc dupliciter potest intelligi, quod opus priui-

priuegiatum addat ad bonitatem intentionis, Aut quantum ad proximorum edificationem, aut quantum ad dei approbationem. Et primo modo attenditur argumentum quantum ad exemplum: secundo modo quantum ad meritum. Si igitur loquamur de additione quantum ad exemplum, sic absque dubio opus privilegiatum addit ad bonitatem intentionis, quia bonitas intentionis non lucet exterius, nisi per ostensionem bonorum operum, & maxime privilegiatorum. Si autem loquamur secundo modo, scilicet quantum ad additionem, quod attenditur quantum ad meritum: sic distinguendum est, quod est loqui de merito respectu premii substantialis & respectu premii accidentalis. Respectu premii accidentalis opus privilegiatum addit supra bonam intentionem, & voluntatem; quia premium accidentale, quod est aureola non debetur voluntati secundum se; sed voluntati in opere. Si autem loquamur de merito respectu premii substantialis, adhuc oportet subdistinguere, quia est meritum congrui, & est meritum condigni. Quantum ad meritum congrui, absque dubio opus privilegiatum addit supra bonitatem intentionis, pro eo quod voluntas in illo opere preparatur, & disponitur ad suceptionem maioris gratiae, per quam digna est maiori retributione. Si autem loquamur de merito condigni, sic absque dubio non addit, pro eo quod quantitas meriti condigni pensatur ex quantitate radicis, & tantum placet deo quis, qui habet voluntatem plenam,

& non potest habere opus, quantum & ille qui habet voluntatem, & opus, quantum ad essentialis premii retributionem: si sunt inaequali charitate. Et sic patet quod opus privilegiatum ratione dignitatis suae aliquid addit supra bonitatem intentionis, licet non addat omni modo additionis. Ideo concedendae sunt rationes, quae ad primam partem inducuntur.

AD ILLVD uero, quod obiicitur de beato Martino, quod palmam martyrii non amisit. Dicendum, quod palma martyrii non accipitur pro premio accidentali, quod est aureola; sed pro premio substantiali, quod est aurea; utrumque enim est martyrii palma; sed unum scilicet aurea respondet martyrio; quia susinetur ex charitate; alterum uero scilicet aureola respondet ei; quia est specialis privilegii; & praerogatiuae. AD ILLVD, quod obiicitur quod operatio placet propter operantem. Dicendum, quod uerum est: attamen dum operans bene utitur dono, per quod placet deo, hoc ipso disponit se ad maius; & aliquo dignus est, quod quidem non esset, si non ita bene uteretur; & ideo non sequitur, quod si operatio placet deo propter operantem, quod non magis placeat operans propter operationem, quam sine; nihil enim impedit de duobus bonis, quorum unus habet bonitatem ab altero; quin ambo melius ualeant, quam ualeat alter illorum per se. AD ILLVD, quod obiicitur, quod mori pro mundo displicet deo. Dicendum, quod uerum est;

sed tamen ex hoc non sequitur, quod tota bonitas operis priuilegiati ueniat ex intentione, sed quod non potest esse opus perfecte bonum absque intentione: nihilominus tamen opera priuilegiata aliquam bonitatem de natura sui habent, quæ iuncta cum bonitate intentionis aliquam excellentiam tribuunt bene operanti, quam non tribuerent alia genera operum. ET IDEO illud uerbum, quo dicitur, quod ubi unum propter alterum utrobique unum, non habet hic locum. Hoc enim intelligitur, quando illud, propter quod alterum participat aliquam proprietatem, est tota ratio illius participationis, non sic autem est in proposito, ut uisum est. AD ILLUD, quod obicitur, quod opera priuilegiata sunt opera excellentia: & ideo minus dicuntur facere ad meritum. Dicendum, quod opus excellens dupliciter potest dici, Aut secundum uanam estimationem, sicut aliquis reputat excellentiam uindicare se de aduersariis, & prædominari aliis. Aut secundum ueritatis dictamen: & sic sustinere ignominiosissimum genus mortis pro Christo, est opus magnæ excellentiæ: & tale opus excellentiæ non conuidetur contra opus humilitatis, imo simul cum illa stat, & necessario eam requirit tanquam sociam: & dum in se habeat difficultatem, & dignitatem, & charitatem per ambulam, & humilitatem annexam, non est mirum si disponit ad maiorem gloriam. AD ILLUD, quod obicitur, quod uoluntas reputatur pro facto, ubi factus deest. Dicendum, quod illud

est uerum quantum ad sufficientiam ad salutem, & quantum ad præmiū substantiale: quia nemo amittit regnū cælorum ex hoc, quod non facit quod facere non potest: non autem est uerum quantum ad præmiū excellentiam, siue quantum ad præmiū accidentale. Et hoc modo prædictum est, quod opus priuilegiatum addit supra intentionis bonitatem.

QVAESTIO II.

An eadem bona opera quidquam addant super intentionem bonam ex ratione quantitatis dati?

VERVM bona opera addant supra bonam intentionem quantum ad quantitatem dati. Et quod sic, uidetur. 1. Corin. 3. Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Si igitur seminatio illa, de qua loquitur Apostolus est in elemosynæ datione: uidetur quod magnitudo dati faciat ad excellentiam gloriæ. ITEM. Thob. 4. Si multum tibi fuerit abundantius tribue: si ergo ista exhortatio non est inutilis, uidetur quod abundantia dati faciat ad incrementum meriti. ITEM. Quauis deus ex æquali bonitate conferat bona maiora, & minora: tamen ille cui maiora contulit, ad maiorem tenetur gratiarum actionem: ergo pari ratione si ex æquali charitate detur maius munus, & minus munus, conueniens est deum pro maiori munere maiorem reddere retributionem. ITEM. Si non magis meretur qui plus tribuit, quam ille qui minus: ergo non plus meretur qui relinquit omnia pro deo, & dat pauperibus, quam ille qui dat unum solum

solum obolum: igitur omnes sunt stulti, qui sequuntur diuinum consiliū. Quod si impium est dicere, diuinum consiliū esse indiscretū, uidetur quod quantitas dati faciat ad amplificandum meritum.

SED CONTRA. Mar. 12. Amen dico uobis: quoniam hæc plus omnibus misit in gazophiliū. (loquitur de uidua) ergo si Christus plus appreciabat datū illius uiduæ, quam fuit ualde paruum (sicut in textu innuitur) quam magna dona aliorum, uidetur quod deus apprecietur opera solum secundum quantitatem bonæ intentionis, & nullo modo secundum quantitatem muneris exterioris. ITEM. Glo. super eundem locum. Non offerentium substantiam considerat deus, sed conscientiam: nec perpendit quantum offeras, sed ex quanto: si ergo merita tantum ualent, quantum deus illa ponderat, uidetur quod quantitas dati meritum intentionis bonæ non augeat. ITEM. Super iud. 2. Corin. 8. Et qui multum habuit, non abundantius, sibi. Glo. Vbi æqua est uoluntas, æquale habebit mercedem: ergo siue aliquis det magnū, siue paruum, dum tamen ex æquali charitate, uidetur quod ei retribuatur æqualiter. ITEM. Si quantitas dati aliquid addit, aut addit ad meritum respectu præmiū substantialis, aut respectu præmiū accidentalitatis. Non respectu præmiū substantialis: quia illud respicit charitatis radicem, & quantitatem gratiæ. Non respectu accidentalitatis, quia præmiū accidentale debetur operibus excellentioribus, & priuilegiatis: non enim meretur aliquis aureolam ex hoc, quod dat magnam elemosynam: uidetur igitur, quod quantitas da-

ti ad bonæ intentionis meritum nihil omnino faciat. R E S O L V T I O. *Præterea: sed dispositio tantum.* R E S P. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod de quantitate dati est loqui dupliciter: aut comparando datū ad datū solum, aut comparando hæc ad facultatem, & ad dantis facultatem. Primo modo loquendo maior quantitas dati aliquid addit ad bonitatem intentionis, non (inquam) respectu præmiū essentialis directe, sed quia aliquo modo disponit hominem ad proficendum in bono, & ad recedendum a malo. Qui enim maius munus tribuit, ut sibi faciat amicum de mamona iniquitatis, magis recipiendum obligat ad orandum pro se, & quodammodo in obligatio illum, obligat deum: & ideo plus se disponit ad gratiam quam ille, qui dat minus munus. Similiter plus se disponit ad recedendum a malo: quia in hoc quod facit maiorem elemosynam absolui meretur a maiori poena: secundum quod dicitur Luc. 11. Dare elemosynam, & omnia munda sunt uobis. Et Thob. 12. Elemosyna a morte liberat. Et Daniel. 4. Peccata tua elemosynis redime. Similiter si comparemus quantitates datorum in comparatione ad facultatem dantium, maior quantitas non addit quantum ad meritum præmiū substantialis directe, sed quodammodo dispositiue. Qui enim pensatis suis uiribus plus dat, quam alter suis uiribus potest, magis ad donum gratiæ se disponit: magis etiam a peccato recedit; & Sic (generaliter loquendo) quantitas dati præsupposita æqualitate bonæ intentionis, siue uolū-

etatis, quantum ad premium essentialiale non addit directe, & proprie, sed quodammodo dispositiue: uel quia disponit ad eam, uel quia disponit ad maiorem gloriam: uel quia eripiendo a malo ceteris, facit hominem pertinere ad coronam. Et hoc quidem non habet instantiam, quando est excessus quantitatis dati, & in comparatione ad datum, & in comparatione ad facultatem dantis. Quando uero, ex una parte datum excedit aliud in se: & e contra exceditur ab aliquo in comparatione ad facultatem dantis, per quem modum dixit dominus, quod uidua plus miserat in gazophylatium, quam omnes diuites: quia totum uictum suum posuerat: tunc se habet sicut excedentia, & excessa. Secundum enim diuersas conditiones unum datum plus promouet, quam reliquum. Maior enim quantitas dati plus ualeat ad euadendam poenam. Quia sicut dicitur Prover. 13. Redemptio animae uiri sunt proprietate diuitiae. Maior uero quantitas dati secundum facultatem dantis plus ualeat ad acquirendam gratiam, pro eo quod talis se magis disponit ad perfectionem beatitudinis, scilicet paupertatis. Concedenda sunt igitur rationes ostendentes, quod quantitas dati aliquid auget ad meritum bonae intentionis, scilicet dispositiue.

AD ILLUD uero, quod primo obiicitur in contrarium, quod uidua illa plus dedit. Dicitur quod ibi loquitur dominus de quantitate dati per comparationem ad facultatem dantis, quod illa totum dederat, quod patet per se sequentem litteram. Pra-

terea deus, qui scrutatur corda, dedit, quod uidua illa ex meliori uoluntate oblationem suam dedit: & ideo magis donum eius appreciatur ratione uoluntatis eius melioris. Cum autem quaerimus nunc, utrum quantitas dati aliquid addat ad bonitatem intentionis: hoc quaerimus praesupposita aequalitate bonae uoluntatis aliter enim nulla esset quaestio, quia planum est quod plus ualeat magnitudo bonae uoluntatis cum paruo dono, quam paruitas bonae uoluntatis cum magno. AD ILLUD, quod obiicitur de Glo. quod deus non considerat quantum, sed ex quanto. Dicendum, quod uerum est principaliter, scilicet quantum ad retributionem praemii substantialis non negat tamen Glossa, quin quantitas dati aliquo modo disponat de congruo ad maiorem gloriam, uel ad gloriam celerius habendam. AD ILLUD, quod obiicitur de alia Glo. quod equalis uoluntas equalem habet mercedem: iam patet responsio. Non enim fit maior retributio uoluntate remanente in sua aequalitate: sed quia quantitas dati disponit ad habendum in meliorem uoluntatem, & puriorem: hinc est, quod aliquo modo facit ad augmentum gloriae. ET PER hoc patet responsio ad illud, quod ultimo quaerebatur, quod aliquo modo facit ad premium substantiale, licet non principaliter, & per se, sed mediante gratia, & charitate, ad quam disponit. Verum tamen illud, quod obiicitur de praemio accidentali non cogit, pro eo quod meritum accidentale non tantum est aureola, sed etiam

etiam gaudium de aliquo bono creato, siue sit alicuius praerogatiuae & excellentiae, siue non. Et hoc melius manifestabitur in sequenti Problemate.

QVAESTIO III.

An secundum multipliciter bonorum operum multiplicetur merces praemij?

UTRUM bonitas operum addat ad bonae intentionis meritum quantum ad numerositatem. Et est quaestio, utrum bonum opus additum operi, reddat operantem dignum maiori praemio essentiali. Et quod non uidetur. Primo per illud Zach. 4. Exequabitur gratiam gratiae: ergo ubi est aequalitas gratiae, & aequalitas gloriae, igitur si aliqui duo ex aequali gratia in aequaliter operantur, nihilominus in mercede gloriae equabuntur. ITEM. Super illud Iud. 2. Qui longo tempore post eum uixerunt. Glossa. Solius dei est nosse inter seniores, quis eorum post se lucem emiserit, utrum Paulus, an Petrus, an Bartholomeus: sed certum est, quod Paulus plus omnibus laborauit, sicut dicitur. 1. Corinth. 15. ergo magnitudo praemii non pensatur secundum multitudinem operum. ITEM. Aug. Non multitudo operum, non diuinitas temporum auget meritum: sed sola charitas, & melior uoluntas: sed nihil hoc expressius dici potest. ITEM. Quantum homo diligit deum, tamen diligitur a deo: & quantum diligitur a deo, tantum remuneratur a deo: si ergo est aequalitas in dilectione, aequalitas est in remuneratione: sed multi sunt aequales in dilectione, qui tamen non sunt aequales in

opere: ergo uidetur, quod multitudo operum non faciat ad meritum substantialis praemii incrementum.

SEDCONTRA. RO. 4. Et autem, qui operatur, merces non imputatur ei gratiam, sed secundum meritum. Glo. Merces non dabitur secundum gratiam fidei tantum, sed secundum meritum operationis suae: ergo uidetur, quod pluribus operibus maiorem mercedem quis mereatur habere. ITEM. Super illud Gal. 4. Bonum autem facientes non deficiamus. Glo. Quantum seminauerimus in operibus, tamen metemus in fructibus: ergo &c. ITEM. Per unum bonum opus homo meretur uitam aeternam: ergo si aliud sequens opus est ita bonum, sicut prius, tantumdem merebitur sicut primum: aut ergo meretur illud idem, aut aliquid super additum illi. Si aliquid super additum illi: habeo propositum quod multitudo operum proficit ad augmentum meriti, si nihil: ergo uidetur, quod frustra operetur: ergo est stultus: quia facto uno bono, amplius facit aliud. Quod si hoc est impium dicere: restat &c. ITEM. Peccatum non est magis efficax ad merendum poenam, quam sit bonum opus ad merendum gloriam: sed peccatum sequens additum praecedenti si sit aequale ei, meretur duplo maiorem poenam: ergo bonum opus additum praecedenti meretur duplo maiorem gloriam. ITEM. Qui seruit homini, quanto diutius ei seruit, tanto maiorem assequitur mercedem: si ergo deus in retribuendo est iustior, & liberalior, quam sit homo: uidetur quod quanto aliquis in pluribus ei seruit, & quanto plura opera pro Christo facit, tanto maiorem ab ipso reci-

recipiat retributionem. I T E M. Iste qui multiplicat opera bona, seminat in terra bona; ergo necessario oportet, quod aliquem fructum præmii ex eo accipiat. Aut igitur præmium substantiale, aut accidentale, aut aureæ, aut aureolæ. Sed non aureolæ, cum illa de beatur operibus excellentibus; ergo recipiet maius præmium substantiale, siue aureæ. Est igitur quæstio quantum proficiat bona opera multiplicata, & quem fructum afferant.

RESOLVTIO.

Et quidem præmij accidentalis, sed non præmij substantialis; nisi disponendo & conseruando.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum quod proficere in merito, uel ad meritum potest esse duobus modis scilicet duplicem differentiam præmii. Quod dicitur non est præmium substantiale, quod quidem consistit in uisione, & fruitione dei, quod ideo dicitur præmium substantiale: quia fundamentum, & substantia totius nostræ beatitudinis est deus: & illo perfecte habito, perfecta est in nobis beatitudo. Aliud uero est præmium accidentale, quod quidem consistit in gaudio, quod habetur de bono creato, uel de liberatione ab aliquo malo. Accipiendo igitur meritum respectu præmii substantialis, contingit dicere quod aliquid ualeat ad profectum meriti tripliciter. Aut quia per illud meretur homo maiorem gloriam: & hoc modo maior charitas, uel melior uoluntas facit ad profectum meriti. Aut quia disponit ad merendum maiorem gloriam: & talia sunt opera perfectionis, quæ dicuntur facere ad

meriti profectum. Aut quia conseruat illud, per quod meretur homo gloriam: & sic omnia opera bona proficiunt ad meritum: quia in ipsis exercetur charitas, & operatur, conseruatur, & radicatur, ut homo finaliter perseueret in illa. Et hoc non est paruum, quia quicquid homo faciat, non saluatur nisi finaliter perseueret. Et sic patet, quod operum multiplicatio quodammodo ualeat ad profectum in merito respectu præmii substantialis: & hoc dico disponendo & conseruando, non autem merendo maiorem gloriam ex condigno. Similiter ad profectum maioris præmii accidentalis potest aliquod ualere tripliciter. Aut ratione adeptionis aureolæ: & sic opera specialis excellentiæ faciunt ad profectum meriti uoluntatis bonæ. Aut ratione adeptionis alicuius delectationis internæ; & sic omnia opera, quæ fiunt ex gratia; quodammodo ualent ad profectum præmii accidentalis; quia secundum quod homo plura bona opera facit, secundum hoc de pluribus iocundabit in conscientia sua. Aut ratione diminutionis pœnæ; & sic opera difficilia, & pœnalia faciunt ad profectum meriti, & addunt ad meritum bonæ uoluntatis: quia remissionem alicuius pœnæ meretur homo ex uoluntate cum opere, quam non meretur ex sola uoluntate. Hæc autem distinctio non solum ualeat ad terminandum, quod dictum est, sed et ad duo precedentia. Generaliter enim uerum est, quod operum dignitas, & dati quantitas, & operum in numerositas ad profectum meriti facit respectu præmii accidentalis, licet differenter.

Verum

Verum est etiam generaliter, quod illa omnia opera non faciunt ad profectum meriti respectu præmii substantialis, nisi solum disponendo, & conseruando. Unde rationes illæ, quæ ostendunt, quod non multiplicatur merces præmii substantialis secundum multiplicationem operum, concedendæ sunt: nam. n. concludunt.

AD ILLUD uero, quod primo obiicitur in contrarium, quod ei quod operatur, merces imputatur secundum meritum. Dicendum, quod textus ille secundum quod Glossa exponit, non uult dicere, quod quæritas mercedis respondeat operi principaliter: sed hoc uult dicere, quod ubi est oportunitas operandi, non sufficit gratia fidei sine bona operatione: ubi autem oportunitas, siue facultas deest, sola gratia sufficit. Unde sensus est.

Ei, qui operatur, id est ei, qui habet tempus operandi. AD ILLUD, quod obiicitur de Glossa, quod quantum seminauimus in operibus, tantum metemus in fructibus. Dicendum, quod nomine fructuum intelligitur ibi gaudium, quod habebit quis de bonis operibus: non præmium substantiale, quod consistit in Deo. Si autem de illo scilicet substantiali præmio intelligatur, tunc quantum, & tantum non dicunt commensurationem, nec etiam dicunt dispositionem necessitatis, sed commensurationem gratitudinis. AD ILLUD, quod obiicitur, quod perseuens opus meretur homo tantundem habere, quantum & per primum. Dicendum, quod uerum est: sed non meretur aliud, sed id ipsum quod prius meruerat, loquendo quantum ad essentiale præmium: &

non sequitur, quod in uanum laboret: quia & si primum opus erat meritorium uel æternæ: non tantum merebatur efficaciter nisi charitate perseuerante: & charitas non potest in homo uigere, quin exeat in bonos actus, cum potest, & debet: ideo sequens opus frustra non fit, quia quamuis non addat ad præmii excellentiam, addit tamen ad meriti efficaciam: disponit etiam nihilominus ad profectum, & facit ad incrementum meriti respectu accidentalis præmii, sicut prius ostensum est. AD ILLUD, quod obiicitur, quod peccatum additum peccato duplat meritum, & supplicium: ergo & bonum additum bono. Dicendum, quod non est simile, propter hoc quod quia mala facimus, malis sumus: sed non quia bona facimus, boni sumus, imò potius e contra uerbo bonitas operum ortum habet ex bonitate operantis: & hinc est quod diuersis peccatis meretur homo diuersa supplicia, quamuis diuersis bonis operibus meretur homo unam gloriam, quia actio merendi, & acceptandi in pluribus bonis una est: ratio uero diuersa peccatis diuersa. AD ILLUD, quod obiicitur, quod apud hominem maius præmium meretur homo ex pluribus operibus. Dicendum, quod non est simile, quia homo non reputat opus dignum retributione propter bonitatem operantis, sed potius operantem propter bonitatem operis; homo enim indiget alieno seruitio: Deus autem, qui bonorum nostrorum non indiget, non operantem propter opera, sed opera propter operantem acceptat, & remunerat: & ideo

ideo non est simile ex parte ista, & ex illa. AD ILLUD, quod obicitur, quod opera multiplicata non valent ad præmiū accidentale, quia non adsequuntur aureolā. Dicendum, quod accidentale præmiū in plus est, quā aureola. Noī enim aureolæ non intelligimus quodcuque præmiū accitale, sed illud, quā habet quandā prærogatiuam, & dignitatē, sicut &

opus cui respōdet. Nihilominus gaudium de bonorum operum multiplicatione ad accidentale præmiū spectat, cum sine ipso possit haberi uita æterna: & ad hoc quidem faciunt bona opera multiplicata; faciunt etiā ad essentialē præmiū aliquo modo, sicut prius ostensum est. Ex his patet respōsio ad illud, quod ultimo quærebatur.

DISTINCTIO XLI.

Qualiter ex obliquitate intentionis hēat fieri opus malū.



Cumque intentio (ut supra dictum est) bonum opus faciat, & fides intentionem dirigat: nō immerito quæri potest, utrum omnis intentio omneque illorum opus malum sit, qui fidem nō habent. Si n.

fides intētionem dirigit, & intentio bonum opus facit, ubi non est fides nec intētio bona, nec opus bonum esse uidetur.

Quod a quibusdam nō irrationabiliter astruitur, qui dicūt

oēs actiones & voluntates hominis sine fide malas esse, quæ fide habita bonæ existunt. vnde Apostolus ait, Omne quod nō est ex fide, peccatum est. Quod exponens Augustinus ait, Ca. 105 Omnis infidelium vita peccatum est, & nihil bonum est sine summo bono: ubi deest agnitio æternæ veritatis, falsa uirtus est, et in optimis moribus. Et Iacobus in epistola canonica ait, Qui offendit in uno, scilicet charitate, factus est oīum reus.

Qui ergo fidē & charitatē nō habet, omnis eius actio peccatum est, quia ad charitatē nō refertur. Quod n. ad charitatē nō refertur (ut supra meminit Aug.) non fit quemadmodum fieri oportet, ideoque malum est. Nō ergo mandata custodit, qui charitate caret, quia sine charitate nullum mādatorum custoditur. vnde Aug. super epistolā ad Gal. ait, Custoditionē legis dicit Apostolus, non inebriari, non occidere, non mæchari, & alia huiusmodi ad bonos mores pertinentia, quæ sine charitate, fide, & spe impleri non possunt. Nullum ergo mandatum implet, nullum bonum opus facit, qui fidem charitatemque non habet. Impossibile est enim

ut ait

(ut ait Apostolus) sine fide aliquid placere Deo. Quæ ergo sine fide fiunt, bona non sunt, quia omne bonum placet Deo.

Obiecta contra prædicta ex uerbis B. Augustini.

His autem obijcitur quod supra dixit August. scilicet quod in seruili timore, & si bonum fiat, non tamen bene. Ne mo enim inuitus bene facit, etiam si bonū est quod facit. Hic enim dicit bonum fieri, sed non bene, ab illo qui charitatem non habet. Qui enim seruiliter timen, charitate vacuus est: de quo tamen hic dicit, quia bonum facit, sed non bene. Qui etiam super illud locum Psalm. Turtur inuenit sibi nidum ubi reponat pullos suos: dicit quod Iudæi, heretici, & Paganii opera bona faciunt, quia vestiunt nudos, & pascunt pauperes, & huiusmodi: sed non in nido ecclesiæ, id est, fide: & idē conculcantur puli eorum. Quibus illi respondent, dicentes bona opera appellari huiusmodi, quæ sine charitate fiunt, non quia bona sint quando sic fiunt, quod euidenter supra Aug. docuit: sed quia bona essent si aliter fierent: quæ in suo genere sunt bona, sed ex affectu sunt mala.

Aliorum sententia.

Alij vero qui trifariam distinctionem actuum faciunt, opera cuncta, quæ ad naturæ subsidium fiunt, semper bona esse astruūt. Sed quod Aug. mala esse dicit, si malas habeāt causas, non ita accipiendū est, quasi ipsa mala sint: sed quia peccat & mali sunt qui ea malo sine agūt. Item illud aliud, scilicet, bonum opus intentio facit, & intentionem fides dirigit, determinant dicētes, ibi bonum vocatum quod remunerabile est ad uitā: nō quod illud sit solū bonū opus, imō etiā alia plura, licet non ea ratione qua illud fit sint bona. Bonum enim multipliciter accipitur, scilicet pro utili, pro remunerabili, pro signo boni, pro specie boni, pro licito, & alijs forte modis. Solaque illa intentio remunerabilis est ad uitam, quam fides dirigit: sed non illa sola bona est ut aiunt. Nam si quis Iudæus, uel malus Christianus necessitatem proximi releuauerit naturali pietate ductus, bonum fecit, & bona fuit voluntas qua illud fecit.

Retra-

Lib. com
sf. 1. c.
12. 1. 10.
4. psal.
83. tom.
8. post
princi.
enarra-
tionis.

Aug. in
prefa-
tione ad
Ps. 31.
Tomo 8.

Cap. 14 **Retractatio**, immo declaratio B. Augustini circa quædam sua dicta.

1. retracta.

Libr. 1.

c. 13.

Post hæc inuestigari oportet, qualiter intelligendum sit quod ait Aug. in Lib. de Vera relig. Vsq. adeo, inquit, peccatum voluntarium malum est, vt nullo modo sit peccatū, si non sit voluntariū. Huius dicti rationem Aug. aperiens in Lib. Retracta. dicit. Potest videri falsa hæc definitio: sed si diligenter discutiatur, inuenitur esse uerissima. Peccatum quippe illud cogitandum est, quod tantum modo peccatum est, non quod est etiam pœna peccati, scilicet peccatum primum hominis, quod fuit peccatum & causa peccati, sed non pœna. Quamuis & illa quæ non uoluntaria peccata non immerito dicuntur, quia uel a nesciētibus, uel a coactis perpetrantur, non omni modo possunt sine uoluntate committi: quoniam & ille qui peccat ignorans, uoluntate utique facit, quod cum faciendum non sit, putat esse faciendum: & ille qui concupiscente aduersus spiritum carne, non ea quæ uult facit, concupiscit quidē nolens, & in eo non facit quod uult: sed si vincitur, concupiscentiæ consentit uolens, & in eo non facit nisi quod uult: & illud quod in paruulis est originale peccatum (cum adhuc non utantur uoluntatis libe. arb.) non absurde uocatur uoluntarium, quia ex prima hominis uoluntate mala contractum est. Non itaque falsum est quod dixi, Vsq. adeo peccatum uoluntarium est &c. Ecce qualiter accipiendum sit illud, scilicet uel de primo peccato hominis, uel de omnibus generaliter peccatis mortiferis: quorum licet quædam dicantur non uoluntaria, quæ scilicet per ignorantiam uel per infirmitatem fiunt: eadem tamen ratione ea possunt dici uoluntaria, quia sine uoluntate non committuntur.

Aliud capitulum.

Cap. 10 Illius etiam intelligentia perquirenda est, quod in Lib. de
tomo 6. duabus animabus edidit, inquit, Nusquam nisi in uolun-
lib. 3. c. tate peccatum est. Quod etiam in Lib. Retract. plane plene
15. Ro. determinat, dicens. Potest putari ista falsa esse sententia,
7. qua diximus nusquam nisi in uoluntate esse peccatum, cum

Cap. 10 Apostolus dicat, Quod nolo, hoc facio, &c. Sed peccatum
quod

quod nusquam est nisi in uoluntate, illud præcipue intelligendum est, quo iusta damnatio consecuta est, id est, primum hominis peccatum. In eodem quoque Libro de duabus animabus, aliud tradidit consideratione dignum, ait enim, Non nisi uoluntate peccatur, ipsamque uoluntatem definit, dicens, Uoluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid uel non admittendum, uel adipiscendum. Huius dicti causam aperiens, & intelligentiam pandens in Libro Retract. ait. Hoc propterea dictum est, ut hac definitione uolens à nolente discerneretur: & sic ad illos referretur intentio, qui in paradiso fecerunt originem mali, nullo cogente peccando, id est, libera uoluntate: quia & scientes contra præceptum fecerunt: & ille tentator suavit ut hoc fieret, non coegit. Nam qui nesciens peccauit, non incongruenter nolens peccasse dici potest: quamuis & ipse quidem nesciens fecit, uolens fecit. Ita nec tale peccatum sine uoluntate esse potuit, sed uoluntas facti ibi fuit, non peccati uoluntas: quod tamen factum fuit peccatum: hoc enim factum est, quod fieri non debuit. Quisquis autem sciens peccat, si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere, nec tamen facit, utique uolens peccat: quia qui potest resistere, non cogitur cedere: quapropter peccatum sine uoluntate esse non posse uerissimum est. Ex his liquet qualiter superiora accipienda sint.

Quod mala uoluntas est uoluntarium peccatum.

Si autem omne peccatum mortale uoluntarium est, cum uoluntas mala peccatum sit mortale, constat ipsam esse uoluntarium peccatum. Quid enim (ut ait August.) tã in uoluntate quam ipsa uoluntas situm est? Uoluntas itaque mala recte uoluntarium dicitur peccatum, quod in uoluntate consistit. Uoluntas quippe (ut ait August. in eodem) est prima causa peccandi, aut nullum peccatum est, prima causa peccandi, nec est cui recte imputetur peccatum, nisi peccati. Non ergo est cui recte imputetur nisi uoluntati. Hoc autem de peccato actuali, & mortali intelligendum est. Neque his uerbis aliud uoluit ostendere Aug. ut ipse ait in Retract. nisi quia uoluntas est qua peccatur, & qua recte uiuitur.

Lib. 1. c.

15. Re-

tracta.

Aug. 7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

7.

VERA ostendit Magister qualiter actus habeant rectificari ex rectitudine intentionis, & uoluntatis. In hac parte intendit determinare qualiter actus ex defectu intentionis, & uoluntatis habeant depruari. Diuiditur autem pars ista in duas partes. In quarum prima comparat Magister opera ad intentionem deficientem. In secunda uero comparat malos actus siue mala opa ad uoluntatem. ibi. *Post haec inuestigari oportet &c.* Prima pars diuiditur in tres partes. In quarum prima Magister mouet quaestionem, & determinat secundum quorundam opinionem. In secunda uero obiicit contra illam determinationem, adiungens illi quaestioni quandam responsum, ibi. *His autem obicitur &c.* In tertia Magister secundum illorum opinionem, qui trifariam distinctionem actuum ponunt (ut in Dist. praecedenti patet) a iam ponit determinationem, ibi. *si uero, qui trifariam distinctionem &c.* ubi innuit quod actiones nostrae diuiduntur per tres differentias, scilicet per bonam, & malam, & indifferentem inter utranque mediam. Similiter secunda pars principalis diuiditur in tres partes. In prima quaerit Magister utrum omne peccatum exterius sit uoluntarium, siue a uoluntate. In secunda quaerit, utrum omne peccatum sit in uoluntate, ibi. *Illius etiam intelligentia &c.* In tertia uero concludit quod hoc non solum uerum est de peccato exteriori, quod sit uoluntarium: sed etiam uerum est de peccato interiori, quod qui-

dem consistit circa uoluntatis motum, ibi. *si autem omne peccatum mortale, &c.* Et sic duas quaestiones principaliter determinat Magister in parte ista: Quarum una est. Utrum omnis actio mala sit, quae non procedit ex intentione recta. Secunda est utrum omnis culpa sit uoluntaria, *(Ides intentionem dirigat &c.)*

Contra, Multi habentes fidem habent malas intentiones: ergo uidentur quod intentionis directio a fide non habet esse. Si tu dicas quod de fide loquitur quod per dilectionem operatur, utpote de fide formata: tunc potius uideretur quod directio intentionis debuit attribui charitati quam fidei. Item quod erit iuxta hoc: cum directio intentionis aliquo modo attribuitur fidei, aliquo modo charitati, quare similiter non attribuitur spei, cum & ipsa sit uirtus theologica, & respiciat finem sicut fides, & charitas. Respon. Dicendum, quod cum intentio duo respiciat. uidelicet oculus intellectus, & pedem affectus: duplici indiget directio, quorum unum respiciat aspectum, & hoc est fides: alterum uero affectum, & hoc est charitas. ideo dicit Ber. quod ad simplicitatem oculi concurrunt charitas & ueritas.

Quando ergo Magister dicit quod fides dirigit intentionem: non de quacunque fide intelligit, sed de fide operante per dilectionem sicut obiectum est. Magis tamen directionem attribuit fidei quam charitati: quia dirigere in uia potius est luminis illustrantis quam uirtutis adiuuantis, licet utrumque sit necessarium ad hoc quod homo recte ambulet, & quod lumen

Dub. 1.

lumen uideat: & quod pedere-ctum habeat. Propter defectum primi non recte incedit caecus: & propter defectum secundi non recte incedit claudus. Ad illud quod quaeritur de spe. Dicendum, quod spei (proprie loquendo) non est dirigere, sed erigere: quia spes spectat per modum futuri. Vnde quasi dat securitatem quandam, ne in uia deficiat. Fides autem, & charitas praesentialiter potestas, in quibus sancti operibus dirigunt: quia una illuminat, & altera inflammat: & ideo una, dirigit respectu ueritatis, altera respectu bonitatis, & quantum ad haec duo sufficienter attenditur rectificatio atque in suis operibus: & ideo non oportet quod spei attribuat directio, sed solum erectio: licet illa erectio quodammodo dici possit directio.

Omnis uita infidelium peccatum est, &c. Contra. Infideles habent opera uirtutum politicarum: sed uirtutes politicae non sunt habitus mali: sed boni: quia non sunt uitia: sed dei dona: & ergo uidentur, quod opera illarum uirtutum non sint peccatum. Item. Infidelis homo potest dare eleemosynam ut deus manifestet sibi uiam ueritatis: & in hoc disponit se, ut deus det ei habitum fidei: sed in hoc, quod homo ad gratiam se disponit, non peccat: ergo non uidentur, quod omnis uita infidelium sit culpa, siue omnis actio. Oppositum autem huius est: quia arbor mala non potest fructus bonos facere: ergo si infideles malam uoluntatem habent, & indirectam intentionem, & carent fide, & charitate: ergo uidentur, quod omnia faciant male, & nihil bene.

S. Bon. Lib. 2.

ne. Respon. Dicendum, quod infideles non peccant in omni sua actione: nam quando eorum actio non repugnat fidei, nec bonis moribus, non est ratio aliqua, quare in ea debeat esse peccatum. Quod ergo dicitur in litera, quod omnis uita infidelium est peccatum, Dicendum, quod hoc non dicitur propter hoc, quod omnis actio, quam faciunt in tota uita sua, sit culpabilis, & demeritoria: sed hoc ideo dicitur, quia per nullam actionem, quam agunt, liberantur a culpa, quamdiu in infidelitate persistunt: & ideo sensus est. Omnis uita infidelium est peccatum, id est non sine peccato. Similiter intelligenda est sequens auctoritas, & aliae consimiles, cum dicitur, quod ubi deest agnitio ueritatis, falsa est uirtus; non quia illa uirtus sit uirtutum: sed quia deficit a uera uirtutis perfectione, quia uirtus uera dicitur, quia ueraciter perducit ad uitam. Ad illud ergo, quod obiicitur, quod arbor mala non potest fructus bonos facere, intelligenda est locutio per se: id est si operetur uoluntas mala in quantum mala, uidelicet mala intentione. Si autem non per se intelligatur, non est sermo uerus nisi intelligatur de bono perfecto, quod quidem est bonum meritorium; sed tunc non sequitur, Non facit fructum bonum: ergo facit fructum malum; quia inter tale bonum, & malum est medium, sicut supra ostensum est.

Quamuis et illa &c. Innuit Magister, quod peccata, quae a nescientibus, uel coactis perpetrantur, non omnino possunt sine uoluntate

Dub. 3

liii com.

comitti. Contra. Videtur falsum dicere. Primum; quia uoluntarium præsupponit cognitionem, sicut dicit Philosophus: ergo quod fit per nescientiam, uel ignorantiam, est simpliciter inuoluntarium: ergo committitur sine uoluntate. Item. Coactio, inducit uiolentiam: sed uiolentia excludit uoluntatem: ergo quod fit a coactione, nõ est uoluntarium. Quæritur ergo qualiter Augustinus intelligit cum dicit, quæ sunt per coactionem, & ignorantiam, non sunt præter uoluntatem. Respon. Dicendum, quæ nouæ sunt gradus uoluntarii, secundum quos peccata uoluntaria dicuntur secundum plus, & minus. Primo enim, & principaliter dicitur uoluntarium, quod est a uoluntate, nullo inclinante, nec exterius, nec interius: sic fuit peccatum luciferi uoluntarium. Secundo modo uoluntarium dicitur, quod est a uoluntate, aliquo suggerente exterius; sed nullo inclinante interius; & sic fuit peccatum primi hominis uoluntarium. Tertio modo dicitur uoluntarium, quod est a uoluntate, aliquo tamen inclinante exterius, & interius: & sic est peccatum mortale, quod aliquis perpetrat ex de liberatione, & intentione post lapsum nature. Quarto modo aliquid est uoluntarium, quod est a uoluntate non mouente ad illud directe: mouente tamen illud ex consequenti, sicut est peccatum omissionis, quo quis omittit ad matutinum surgere; quia uoluntarie se inebriauit. Quinto modo aliquid est uoluntarium, quod est a uoluntate non mouente ad il-

lud directe, nec appetente, sed aliud refugiente: sic est peccatum, quod homo facit mortis timore. Sexto modo est aliquid uoluntarium, quod est a uoluntate non plene id, quod agit, cognoscere: & sic peccatum ex ignorantia dicitur uoluntarium. Septimo modo dicitur aliquid uoluntarium: quia consequitur ad aliquid, quod uoluntarie factum est ab illo eodem, a quo illud fit: & sic peccata, quæ consequuntur ebrietate, in qua homo se scienter induxit, dicuntur aliquo modo uoluntaria. Octauo modo dicitur aliquid uoluntarium: quia est ab aliquo potestate prohibere, non tamen prohibente: & sic peccatum ueniale, quod est primus motus, dicitur esse uoluntarium. Non modo dicitur aliquid uoluntarium, quod introductum est a uoluntate aliena, sicut a causa prima: & sic peccatum originale dicitur uoluntarium. In omnibus istis modis prædictis aliquo modo saluatur ratio uoluntarii: proprie tamen, & principaliter in duobus modis primis. Et propterea dicit Augustinus, quod illud, quod dixerat, quod omne peccatum uoluntarium de peccato primi parentis esse, est intelligendum, non quia illud solum sit uoluntarium: sed quia illud inter cætera meretur esse uoluntarium. Alia namque aliquo modo uoluntaria sunt: licet non ita plene, sicut illud quod fit per nescientiam, & per coactionem. Ad illud uero quod obicitur, quod tam coactio, quam ignorantia excludit rationem uoluntarii. Dicendum, quod uerum est, ubi est omnimoda ignorantia, & coactio sufficiens: sed uoluntas nunquam cogitur coactione sufficiens: ideo coactio

coactio nunquam tollit rationem uoluntarii. Ignorantia uero aliquando est per omnimodam priuationem discretionis: & tunc tollit simpliciter rationem uoluntarii. Aliquando uero dicitur priuationem alicuius circumstantiæ, remanente nihilominus cognitione actus, & aliarum circumstantiarum: sicut est de illo, qui fornicatur nesciens fornicationem esse mortale peccatum; sciens tamen se cognoscere non suam: & tunc minuit, non tamen tollit rationem uoluntarii: & sic loquitur Magister in littera. Et per hoc patent illa duo obiecta.

ARTICVLVS I. QVÆSTIO I.

An diuisio actionis deliberatiue in bonam, & malam, sit diuisio per differentias oppositas?



Intelligentiam igitur huius partis incidit hic quaestio circa duo. Primo quaeritur de diuisione actionis deliberatiue, in bonam, & malam, & indifferentem. Secundo quaeritur de comparatione peccati ad uoluntatem. Circa primum quaeruntur tria. Primo quaeritur, utrum actio deliberatiua diuidatur per bonum, & malum tanquam per differentias oppositas. Secundo quaeritur, utrum diuidatur per bonum & malum tanquam per differentias essentielles, & intrinsecas. Tertio quaeritur, utrum diuidatur per has differentias tanquam per differentias immediatas.

Cum actio deliberatiua diuidatur in bonam, & malam,

utrum diuidatur tanquam per differentias oppositas. Et sic uidetur. Prima contrarietas in moribus est inter bonum, & malum. Unde Philosophus dicit, quod bonum, & malum non sunt in genere, sed sunt genera aliorum: sed prima contraria maxime sunt opposita: ergo bonum, & malum circa actionem directam habent oppositionem, & repugnantiam. Item. Malum dicitur priuationem boni: sed priuatio, & habitus directe sunt opposita: ergo &c. Item. Quæ habent oppositos effectus, directe opponuntur: sed bona actio, & mala oppositos habent effectus in anima; quia bona actio ornat, & mala deformat; bona ordinat, & mala deordinat; ergo &c. Item. Quæ habent oppositas retributiones, directe habent oppositionem; sed bona actio, & mala habent oppositas retributiones; quia uni retribuitur æternum gaudium, & alii æternum supplicium; ergo &c. Item. Omnis recta diuisio est per opposita: si ergo actio moralis recte diuiditur per bonam, & malam; ergo membra huius diuisionis sunt opposita.

SED CONTRA. Opposita nata sunt fieri circa idem: sed impossibile est bonitatem, & malitiam sibi eonuerso circa eandem actionem succedere; ergo bonum, & malum circa actionem non habent oppositionem. Item, Omne, quod deus facit, est ualde bonum: & omne quod fit contra eius prohibitionem, est malum; sed eadem actio fit a deo, & contra dei prohibitionem; ergo eadem actio est bona, & mala; sed opposita circa idem sunt incom-

possibilia; igitur bonum, & malum circa actionem non sunt opposita. I T E M. Cum dominus præcipit seruo dare elemosynam, & dominus præcipit ex charitate, & seruus facit cum murmure: eadem actio est meritoria domino, & demeritoria seruo: sed omne meritorium est bonum, & omne demeritorium est malum; ergo eadē actio est bona, & mala: ergo bonum: & malum circa actionem non sunt opposita. I T E M. Aliquis incipit aliquam actionem ex charitate, & terminat eam ex uanitate, secundum quod dicit Grego. Sæpe quod charitas incipit, culpa peragit: Ergo una, & eadem actio potest esse meritoria; & demeritoria: & si hoc, redit idem quod prius, quod bonum, & malum circa actionem non sunt opposita. I T E M. Bonum, & ens conuertuntur; sed ens est in plus, quam actio: ergo & bonū: ergo si inferius non diuiditur per suum superius, actio deliberatiua non potest diuidi per bonā, & malam tanquam per differentias oppositas.

RESOLVTIO.

Si intelligatur actio deliberatiua bona bonitate naturæ, utique: si bonitate moris, minime.

RESP. Ad prædictorum intelligentiā est notandū, quod actio deliberatiua nata est habere duplicem bonitatem: sed bonitatem naturæ in quantum est actio procedens ab aliqua uirtute: & bonitatem moris in quantum est procedens a lib. arb. siue uoluntate. Cum ergo quæritur, utrum bonitas, & malitia circa

actionem habeant repugnantia, ita quod ipsam diuidant tanquam membra opposita. Dicendum, quod hoc nō est uerum de bono, prout dicitur a bonitate essentiali, uel naturali: sic enim bonum non est differentia actionis, immo conuertitur cum ente, & reperitur in omni actione. Prout autē bonum dicitur a bonitate moris, sic est diuisiua differentia actionis, pro eo quod bonum moris in triplici differentia est. Quoddam .n. est bonum in genere, quoddam ex circumstantia, quoddam uero bonum perfectum siue principale, siue secundum se bonum. Et quælibet harum differentiarum habet differentiam mali sibi ex opposito respondentem. Nam bono in genere, opponit malum in genere: bono ex circumstantia opponitur malum ex circumstantia & bono simpliciter, siue secundum se opponitur malum secundum se, siue demeritorium. Horum autem omnium exempla sunt manifesta. Sic igitur actio procedens a uoluntate deliberatiua diuidi habet per actionē bonam, & malam non solum tanquam per differentias disparatas; sed etiam directe oppositas. Vnde rationes, quæ hoc ostendunt, concedendæ sunt.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur, quod opposita nata sunt fieri circa idem. Dicendum, quod si intelligatur de eodem numero, non habet ueritatem, nisi in subiecto, quod est substantia, proprie loquendo. Ipsi enim substantiæ est proprium, cum sit una & eadem numero, quod sit susceptibilis contrariorum:

rum: circa actionem autem cum sit accidens, nō oportet illud habere ueritatem, quod bonum, & malum sint circa eandem actionem numero; sed sufficit quantum ad legem oppositionis, quæ habeant fieri circa actionem eandem in specie. Alia est etiam ratio, quare bonum, & malum nō possunt sibi succedere in eadem actione secundum eandem partem actionis, propter hoc quod esse actionis consistit in successione. Et hoc melius patebit.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod omne quod deus facit, est ualde bonum. Dicendum, quod illud intelligitur quo ad bonum naturæ, illi autem bonitati non repugnat malitia moris, immo eam præsupponit: & ideo eadē actio potest a deo fieri, & nihilo minus esse prohibita: ex hoc tamen non sequitur, quod non sit contrarietas inter bonitatem moris, & malitiam. Vnde impossibile est, quod una, & eadem actio sit simul, & semel in prohibitione, & in præcepto AD ILLVD, quæ obiicitur, quod eadem actio est meritoria, & demeritoria. Dicendum, quod bonum, & malum mereri, & demereri circa actionem non dicunt qualitates absolutas; sed comparationes diuersas. Vnde actio bona non est aliud, quam actio ordinata in finem: refertur autem actio in finem per intentionem. Quoniam igitur una, & eadem actio potest esse a duplici intendente, & a duplici intentione: ita quod ab uno sicut a principali motore, ab altero uero sicut ab instrumento: & una illarum intentionum potest esse recta, & altera il-

larum obliqua: hinc est, quod una & eadem actio potest esse bona, & mala per comparisonem ad diuersa principia, loquendo de bonitate, & malitia meriti, & demeriti. Ex hoc tamen non sequitur, quod bonum, & malum non sint opposita circa actionem. Nam & si compatiantur se circa eandem actionem in comparisonem ad diuersas intentiones, non tamen compatiuntur se secundum quod comparantur ad eandem intentionem. Opposita autē respectiua sibi hoc legem habent oppositionis, secundum quod ad idem comparantur. Vnde nota, quod aliter dicitur bonum de uoluntate, aliter de actione exteriori: nam circa uoluntatem dicitur quod qualitatem aliquam superadditam: & ideo impossibile est, quod una, & eadem uoluntas sit simul, & semel bona, & mala, nec absolute, nec in comparisonem ad diuersa. Circa actionem uero bonum dicitur comparisonem ad debitum principium, & ad finem. Vnde aliquæ duæ actiones per omnia consimiles tam in genere actionum, quam in genere circumstantiarum moralium frequenter differunt in hoc, quod una est meritoria, altera uero non: quia una fit ab habente charitatem, altera uero a non habente: & hæc dicta sunt de bono, & malo secundum quod tantum ualent, quantum meritorium, & demeritorium: quia secundum hoc curiebat obiectio. AD ILLVD, quod obiicitur, quod actio inchoata ex charitate potest terminari in uanitate. Dicendum, quod uerum est: sed licet illa

actio una sit in genere naturæ, non est tamē una in genere moris, pro eo quod & si sit una uolūtas quæ est principium illius actionis: tamen aliter, & aliter est disposita, dispositione (inquam) quæ uariat in genere moris, sicut est intentio recta, & obliqua. AD ILLVD, quod obiicitur, quod bonum est in plus: iam patet responsio: obiicit. n. de bono naturæ: & hoc mō nō est differentia diuisua actionis deliberatiuæ.

QVÆSTIO II.

An bonitas & malitia essentialiter diuidant actionem uoluntariam.

VTRVM hæc diuisio sit per differentias essentialis, aut per accidentales. Et quod per essentialis uideretur. Accidentia sunt transmutabilia circa subiectum; sed bonitas, & malitia nullo mō transmutantur circa actionē, ut illa actio quæ modo est bona; eadem numero, postmodū sit mala, uel econuerso; ergo bonitas, & malitia non sunt differentia accidentales actionis: & sunt accidentales, uel essentialis: ergo &c. **ITEM.** Quamuis quædam accidentia sint inseparabilia secundum rem: tamen omnia sunt separabilia secundum intellectum; sed quædam actio est ita mala, quod nunquam potest esse, nec intelligi bona, utpote blasphemare, & odire deum: ergo uideretur, quod malitia non accidat tali actioni. **ITEM.** Contingit aliquem habitum esse essentialiter bonum, utpote charitatem, & gratiam: aliquem essentialiter malum, ut iniustitiā, & lasciuiam: ergo pari ratione cum actus sint quali ex habitibus, uideretur quod aliqui actus

sint essentialiter boni, & aliqui essentialiter mali: loquendo de bonitate; & malitia moris.

ITEM. Generi respondet species: ergo cū sit bonū in genere, & malum in genere, utriusque respondet bonum, & malum speciale, siue per modum speciei se habens: sed genus est essentialis speciei: & species est addit supra genus differentiam essentialē: ergo necesse est aliquā actionē ponere, quæ sit essentialiter & bona in genere, & bona ex circumstantia: pari ratione & de actione mala: uideretur ergo; quod diuisio prædicta fiat per differentias essentialis, & intrinsecas.

SED CONTRA. Aug. in prima responsione contra Pelagianos. Peccatum nō est natura aliqua, sed actus incidens ex defectu boni: sed omne quod inest alicui incidenter, inest ei accidentaliter: si ergo omnis malitia est incidens, nulla malitia est essentialis alicui actioni: ergo omnis est accidentalis. **ITEM.** Differentia essentialis sunt constitutiua eorum, quorum sunt differentia: & differentia constitutiua ex eisdem principiis manant, ex quibus manant ipsa constitutiua: sed malitia non habet causam effectiuam, sed defectiuā: actio uero causam effectiuam habet. **ITEM.** Actio est a deo, malitia non: ergo impossibile est, quod malitia sit alicuius actionis differentia essentialis. **ITEM.** Differentia essentialis non alternantur circa indiuiduum eiusdem speciei: sed actiones, quæ sunt eiusdem speciei differunt per bonitatem, & malitiam: quia una est bona, & altera mala: ergo bonum; &

malum

malum non sunt essentialis differentia actionis. **ITEM.** Differentia essentialis aliquid addit supra illud, quod diuidit: sed unum non addit aliquid supra actionem, sed potius priuat: ergo malum non est actionis differentia essentialis.

RESOLVTIO.

Si malitia comparetur ad actionē, ut talis actio est, essentialiter diuidit: aliās, neuiquam.

RESPON. Ad prædictorū intelligentiam est notandum, quod idem est querere, utrum hæc diuisio actionū alia bona, alia mala sit per differentias essentialis: quod est querere, utrum bonitas, & malitia sint proprietates, uel conditiones essentialis actioni uoluntariæ. Et licet istud aliquo modo uideatur posse concedi ei, qui sustinet illam opinionem, quod non omnis actio a deo est: tamen secundum illam opinionem, quæ cōmuniter sustinetur, quod omnis actio a deo est: & secundum id, quod naturaliter est, bona est: concedi nō debet, nec potest rationabiliter sustineri, quod malitia essentialis sit actio, cum potius dicat defectum circumstantiæ alicuius, quæ accidebat actioni. Si enim non accideret, non posset priuari actione manente. At tendendum est tamen, quod malitiam contingit tripliciter comparate ad actionem. Aut secundum quod est actio, aut secundum quod hæc actio, aut secundum quod est talis actio. Si comparetur malitia ad actionē secundum quod actio, sic tenet rationem accidentis separabilis, & communis. Rationem accidentis separabilis tenet in hoc, quod

actio, quæ cōsueuit fieri cum culpa, potest etiam aliqua interueniente fieri absque culpa. Rationem uero accidentis cōis tenet: quia circa actionem eiusdem speciei contingit malitiam in aliquibus inueniri, in aliquibus uero non: sicut aliquis prædicando fidē Christi ex uana gloria peccat, alius uero meretur. Licet autem malitia respectu actionis cōsideratæ in genere, habeat aliquo modo cōformitatem ad accidens separabile, & commune: non tamē proprie est accidens tale: quia nō dicit ens, sed defectum entis. Si autem comparetur malitia ad actionem, secundum quod est hæc actio, sic tenet rationem accidentis inseparabilis, & proprii. Rationem tenet accidentis inseparabilis in hoc, quia illa actio eadem numero, quæ est mala, non potest esse ulterius bona, propter hoc quod eadem numero sumi non potest. Rationem uero accidentis proprii tenet aliquando, licet nō semper: in hoc quod illa malitia ortum habet ex proprietatibus agentis, & patiens, ex quarum comparatione necessario surgit inordinatio: sicut patet cum filius cognoscit matrem, uel cū homo blasphemat deum. Vnde sicut inseparabiliter adhæret propria passio subiecto, sic inseparabiliter adheret malitia huic actioni: non est autem malitia propria passio huius actionis, tum quia non dicitur de ea conuertibiliter, tum quia non dicit positionem, sed priuationem. Si uero comparetur malitia ad actionem secundum quod talis actio est, sic potest habere rationem differentia essentialis. Sicut enim albe-

do est essentialis homini, albo, secundum quod est albus: quamuis non sit essentialis secundum quod homo: sic malitia est essentialis actioni malæ secundum quod mala. Quamuis autem aliquo modo dicatur essentialis: non tamen dicitur essentialis quia dicat ueram essentiam, sed quantum ad modum se habendi. Et quoniam quædam sunt nomina, quæ imponuntur actionibus, non secundum quod sunt actiones tantum, sed secundum quod sunt deformes: hinc est, quod talia mox nominata coniuncta sunt malo: & sicut castitas ponitur in genere boni essentialiter: sic adulterium: & mendaciū ponitur in genere mali essentialiter. In hoc enim non significatur, quod defectus sit essentialis actioni, sed quod defectus essentialis est actioni secundum quod defectiua. Quod autem dictum est de malitia moris, hoc ipsum intelligendum est & de bonitate. His uisis plana est responsio ad quæstionem, & etiā ad obiecta. Concedo enim, quod hæc diuisio actionis non est per differentias essentielles, & iutrinsecas. Et rationes quæ hoc ostendunt, concedendæ sunt.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod accidens potest transmutari circa subiectum. Dicendum, quod illud non habet ueritatē in omni accidente, nec respectu cuiuscunque subiecti, sed respectu subiecti permanentis, & fixi. Quando enim accidens comparatur ad aliquod successiuum hoc ipso quod adhæret ei, inseparabiliter adhæret: quia illud statim transit in præteritum, & effici-

tur in transmutabile, & amplius idem numero resumī nō potest. Actus enim numeratur subiecto, & tēpore, & specie, siue termino: & ic̄ sicut est alius actus, cuius est aliud principium, & alius terminus: sic est alius actus cuius est mensura alia, & aliud tempus; intercisione, & renouatione facta in ipso actu: & ideo quamuis motui accidat uelox, & tardum: tñ motus qui est uelox, s̄m eam partē secundū q̄ est uelox, nunquam potest esse tardus: sic & in proposito intelligendum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod accidentia dicuntur esse separabilia saltem in intellectu. Dicendum, quod nunquam malitia sic adhæret alicui actioni, quin essentia illius actionis possit præter malitiam considerari. Cum enim dico actionē malā, dico actionem, & dico etiā defectū, & utrunque per se diuisim possum considerare. Similiter cū dico actionem huiusmodi, & actionem hanc, duo dico: quia & monstro ipsam substantiā, & etiā accidētia, sub quibus substantia ipsa oculis carnis, & mentis habet esse conspicua: & unū pōt præter alterum considerari, & intelligi: malitia autē nō adhæret inseparabiliter actioni huius substantiæ rōne substantiæ substratæ, sed potius ratione proprietatis, uel qualitatis superadditæ: & sicut substantia illa poterat intelligi sine illa proprietate, sic & actio sine malitia. AD ILLVD, quod obiicitur, quod aliquis habitus est essentialiter bonus, & aliquis est essentialiter malus. Dicendum, quod & si concedi possit aliquem habitum esse

QVÆSTIO III.

An bonum & malum immediate diuidant actionē deliberatiuā: uel sit ponere mediū, actionē s̄ que neque bona, neque mala sit, sed in differentis?

TRIVM diuisio actionis deliberatiuæ per bonā, & malā, sit per differentias immediatas, an sit ponere differentiam tertiā, uidelicet actionē indifferentem. Et quod sit per differentias immediatas, uidetur. 1. Cor. 10. Omnia in gloriam dei facite. Et ad Col. 3. Omnia quæcunque facitis, siue in uerbo, siue in opere, oīa in nomine domini nostri Iesu Christi facite. Aut igitur actio nostra est in gloriam dei, aut nō. Si sic: est bona. Si non, ergo omittitur illud, quod mādat Apostolus; sed omittere facere, quod p̄cipitur, semper est peccatū: ergo oīs actio, uel est meritoria, uel cum peccato: ergo nulla est indifferentis. Si r̄v dicas, quod est consiliū: hoc non ur̄: quia cōsiliū nec darur de oībus, nec absolute, sed sub cōditione: nec peccat quis nolēdo facere consiliū: horū tria opposita reperiuntur in proposito: ergo nō tenent ratione consilii. ITEM. Mat. 12. de oī uerbo otioso, quod locutus fuerit hō, reddet rōnem in die iudicii: sed uerbū otiosum est, ut dicit Greg. quod caret rōne iustitæ necessitatis, & intentione pietatis utilitatis: sed oē uerbū aut hēt iustā necessitatem, & piā utilitatē: aut caret illa: ergo si oē uerbū aut est bonū, aut otiosum: pari rōne & orane factum: sed de omni otioso reddemus rationem: & non reddemus rationem nisi de malis: ergo omne uerbum, uel factū nostrū uel

non distinguuntur penes auersionem, sed penes conuersionem.

est bonum, uel malum. **ITEM.** Bern. In uia dei stare, & non progredi, retrocedere est: sed qui facit actionem non meritoriam non procedit in uia dei in actione illa: ergo per illam actionem retrocedit, & non retrocedit nisi per malam: ergo omnis actio uel est bona, uel est mala, & nulla indifferentis. **ITEM.** Voluntates per actiones perueniunt ad retributiones: sed nihil est medium, quin omnis uoluntas aut sit bona, aut mala: nihil est medium inter retributiones, quin etiam omnes saluentur, uel damnentur: ergo uidetur quod nihil est medium inter bonitatem, & malitiam circa actiones nostras. **ITEM.** Deus est alpha, & omega, principium, & finis: sed quod non est a deo sicut a principio, priuatum est ratione boni: ergo similiter quod non est ad deum sicut ad finem, priuatur ratione boni: priuatio autem boni nihil aliud est, quam malum: ergo quod non est ad deum sicut ad finem, est malum; & quod est ad deum, sicut ad finem, est bonum, hoc constat: sed omnis actio nostra uel est ad deum sicut ad finem, uel non est ad deum: ergo omnis actio nostra uel est bona, uel est mala. **ITEM.** Cum uoluntas nostra ex deliberatione facit aliquid, aut quiescit in creatura, aut refert ad creatorem. Si refert ad creatorem, bene facit: si quiescit in creatura, male agit, & deordinatur: quia fruitur eo, quo est utendum: ergo uidetur, quod uoluntas in omni actione sua uel mereatur, uel demereatur.

SED CONTRA. Rom. 7. Velle mihi adiacet &c. Glo. Est uelle gratia, uelle uitii, uelle natu-

re: sed actio respondet uoluntati: ergo inter actionem meritoriam, & uitiosam, cadit aliqua actio media: non ergo omnis actio uoluntatis nostra est mala, uel bona, sed quaedam indifferentis. **ITEM.** Leuare festucam de terra, nec est bonum in genere, nec malum, nec est bonum ex circumstantia, nec malum: similiter quantum est de se, nec est meritorium, nec demeritorium: si ergo bonum moris diuiditur sufficienter per has tres diuisiones, & nihil est in genere, quod non sit in specie, uidetur quod talis actio non sit bona, uel mala, sed indifferentis. **ITEM.** Aliquis comedit, ut satisficiat appetitui naturali: talis actio non est bona bonitate meriti, hoc constat: quia non fit propter deum, nec ad ipsum refertur, nec est mala malitia culpae: quia peccatum non concordat naturae, sed discordat: talis autem actio naturae est consona: ergo uidetur, quod aliqua actio nostra medium teneat inter bonitatem, & malitiam. **ITEM.** Si omnis actio nostra esset meritoria, uel demeritoria, cum in eo qui caret charitate, nulla sit meritoria, omnis eius actio esset mala: ergo peccaret in hoc, quod uadit ad ecclesiam: ergo & in hoc quod facit omnia alia opera: igitur nunquam se disponeret ad gratiam, imo disponendo magis se elongaret. **ITEM.** Nulla est actio bona, & meritoria, nisi quae fit bona intentione, & mediante illa refertur ad debitum finem: ergo si omnis actio nostra esset bona uel mala, meritoria uel demeritoria, in omni actione, & cogitatione nostra, quam in Deum non referimus, pec-

peccaremus: ergo uix esset aliquis, qui non peccaret millies in die, cum innumerabiles habeamus cogitationes, & affectiones, in quibus nihil cogitamus de deo: de illis maxime loquor, qui magis intendunt actioni, quam contemplationi. **ITEM.** Sicut charitas est principium omnium bonorum, sic libido, & concupiscentia est principium, & causa omnium malorum: sed multas actiones faciunt homines tota die, quas non faciunt nec ex libidine, nec ex charitate, imo uel ex amore naturali, uel sociali, uel ex quadam urbanitate ciuili, & consuetudine operandi, non uidetur ergo, quod omnis actio uoluntaria sit immediate bona uel mala.

RESOLVTIO.

Inter actionem deliberatiuam bonam, & malam mediat actio indifferentis, quae neque bona, neque mala est, & secundum genus operis, & respectu operantis.

RESP. Dicendum, quod cum quaeritur, utrum actio diuidatur per bonum, & malum, tanquam per differentias immediatas, est quaestio de actione uoluntatis deliberatiuae, secundum quod deliberatiua est: illa enim est, quae diuiditur per bonum, & malum. Et quoniam de actione uoluntatis deliberatiuae dupliciter est loqui. scilicet quantum ad genus actionis, & in comparatione ad operantem: dupliciter possunt istae differentiae ad actionem comparari. Aut secundum genus operis, aut respectu operantis. Si primo modo: sic planum est, quod non est diuisio per immediata, imo inter actionem bonam, & malam actionem

indifferentem contingit reperiri mediam: & hoc manifestum est, quia cum triplex sit differentia boni moris; quia est bonum secundum se, siue principale, & bonum ex circumstantia, & bonum in genere: & econtra, cum triplex sit malum. scilicet in genere, & malum ex circumstantia, & malum secundum se, inter haec omnia contingit reperiri medium. Nam inter bonum, & malum secundum se quasi media sunt illa, quae nec sunt bona secundum se, nec sunt mala secundum se, sicut sunt bona, uel mala in genere, uel ex circumstantia. Inter bonum ex circumstantia, & malum ex circumstantia media sunt tantum indifferentia quam bona, & mala in genere; omnia enim illa indifferentiter possunt fieri bona, uel mala ex circumstantia. Inter bonum autem in genere, & malum in genere, cadit medium indifferentis simpliciter, sicut uelle comedere, uel uelle leuare festucam de terra, quae non dicitur bonitatem moris, uel malitiam. Et sic patet, quod diuisio actionis per bonam, & malam quantum ad genus operis, non est per differentias immediatas, imo est reperiri differentiam tertiam; & in hoc ceterum omnes concordant. **SI AUTEM** loquamur de bonitate, & malitia actionis in comparatione ad operantem, sic sunt diuersae opiniones. Nam quidam dicunt, quod est diuisio immediata; nihil enim facit homo ex deliberatione, quod deus non reputet ei ad premium, uel non imputet ei ad aliquod demeritum. Unde in die iudicii (ut dicunt) de omni actu deliberatiuo rationem reddemus. Et huic positioni

fictione uidentur consonare uerba sanctorum, qui dicunt, quod non peribit capillus de capite, nec momentum de tempore, de quo rationem non reddemus, sicut dicit Berna. & hoc idem uidetur dicere Anselm. quod exigitur a nobis omnē tempus impensum, qualiter fuerit expensum. Et ipsa ueritas uidetur huic consonare, cum dicit, quod de omni uerbo otioso rationem reddemus. Sed iste modus dicendi, aut multum ampliat uiam salutis, aut multum coarctat. Nam ad hoc, quod sit opus meritorium aut dicentur requiri actualem relationem illius operis ad deum, & in particulari: aut dicentur sufficere relationem in habitu, & in uniuersali. Si dicunt, quod requiritur relatio in particulari, nimis est arcta uia salutis, quia tunc in omni opere, quod homo non refert actualiter in deum, demeretur, & peccat: quod ualde seuerum est dicere. Si uero sufficeret intentio habitualis, & in uniuersali, tunc quando aliquis proposuisset in corde suo seruire deo in principio anni, uel mensis, uel septimanæ, uel diei: omnia opera, quæ postea faceret, etiam nihil cogitans de deo, essent sibi meritoria. Sed si hoc dicatur, ualde ampliatur, & largatur uia salutis: & in hoc auctoritatibus sanctorum obuiatur, qui dicunt eam esse ualde arctam. ET IDEO est alius modus dicendi quodammodo magis temperatus, quam sit ille, uidelicet, quod quedam sint actiones deliberatiuæ uoluntatis, quæ respiciunt ipsam directe: quedam uero sunt, quæ respiciunt ipsam secundum quod

regit potentias naturales. Prima operatio est locutio, quæ quidem est rationalis, secundum quod ratione utitur. Secunda uero est comestio, uel ambulatio, & consimiles. Dicunt ergo, quod circa illas operationes, quæ respiciunt uoluntatem rationalem, secundum quod rationalis est, non contingit reperiri medium inter bonitatem, & malitiam: circa alias uero contingit. Unde bene concedunt quod non omnis actio deliberatiua, uel bona est, uel mala. Locutio autem omnis uel bona est, uel mala. Aut enim est utilis, aut otiosa. Et si otiosa, tunc est mala. Si utilis, tunc est bona. Et propterea dominus dixit. De omni uerbo otioso reddetis rationem: non de omni facto. Et beatus Iacobus in Canon. sua dicit, quod qui in uerbo non offendit, hic perfectus est uir. Et propterea dicit quidam, quod uerbum prius debet uenire ad lumen, quam ad linguam. Sed tamen adhuc iste modus dicendi non uidetur plene satisfacere: nam uelle cogitare de ueritate, est actus uoluntatis secundum quod mouetur rationabiliter: & tamen frequenter homo cogitat de ueritate, ita quod non refert ad deum: & tamen durum est dicere, quod peccet. Uterius potest aliquis loqui alii ex naturali pietate, uel ex ciuili urbanitate, sicut qui salutat hominem in uia: & tunc ualde durum est dicere, quod peccet: nec potest dici, quod omnis talis locutio sit meritoria. ITEM. Si plus est facere, quod dicere, potius reddemus rationem de facto otioso, quam de uerbo. Unde sancti concludunt

dicit hoc a minori, ex uerbo euangelii. ET IDEO est tertius modus dicendi, quod in operibus uoluntatis deliberatiuæ, est ponere medium inter malitiam, & bonitatem. Nam quedam actio a uoluntate deliberatiua procedens, est inordinata in finem debitum, scilicet ad Deum: & hæc quidem est bona: & si sit ex charitate, est meritoria uitæ æternæ merito condigni: si autem fiat extra charitatem, meritoria est merito congrui. Quedam uero actio deliberatiua ex uoluntate procedens, est non ordinata: & hæc est diuisio per immediata: sed non omnis actio non ordinata ad Deum tanquam ad finem, est mala. Quia quedam non ordinatur propter inordinatam conuersionem ad creaturam. Quedam uero non ordinatur propter operantis negligentiam. Quedam uero non ordinatur propter operantis infirmitatem, & miseriam. Prima differentia actionis non ordinatæ est mala malitia commissionis. Secunda est mala malitia omissionis. Tertia uero neutro modo est mala, sed est indifferens. Talis autem actio est, quam quis facit aliquam operationem, ita quod circa creaturam non afficitur inordinatè: nec tamen illam operationem comparat ad deum, sed facit propter aliquem finem, qui respicit indigentiam naturæ: ut cum aliquis ambulat ut recreetur, uel comedit ut reficiatur: talis actio indifferens iudicatur, quia Deus nec illam remunerat, nec imputat in culpam: & hoc quia in tali actione non est malitia commissionis, quia non est ordinata dilectio: nec etiam omissionis: non enim semper omit-

tit homo, quam actiones suas non referunt in Deum. Indulgetur enim naturæ fragili, & infirmæ, ut multa possit talia facere: nec deus requirit ad hominem in tali statu distractionis, & miserie, quod omnia quæ facit, referat ad se: requirit tamen aliquando: quando est locus, & tempus: & tunc si homo non referat, omittendo peccat. Concedendum est igitur sicut rationes, quedam ostendunt, quod diuisio actionis, per bonam, & malam non est per differentias immediatas, pro eo quod inter has differentias contingit reperiri medium: siue actio consideret in genere operis, siue respectu operantis.

AD ILLUD ergo, quod primo obicitur, de illo uerbo Apostoli. Omnia in gloriam Dei facite. Respondent aliqui, quod est consilium: aliqui quod est præceptum: aliqui quod est finis præcepti, sicut illud. Diliges dominum deum tuum &c. Omnibus autem prædictis modis prædictus sermo potest intelligi. Potest enim accipi affirmatiuè, uel negatiuè. Et affirmatiuè dupliciter: quia hoc signum, omnia, potest ibi teneri collectiuè, uel distributiue. Si accipiatur negatiuè, sic est præceptum: & tunc est sensus. Ita faciatis opera uestra, ut nihil faciatis contra gloriam dei. Si autem intelligatur affirmatiuè: & hoc signum, omnia, teneatur distributiue, & diuisim: tunc est consilium, & admonitio. Admonet enim Apostolus secundum hunc sensum, quod quodlibet opus nostrum referamus in Deum, & de quolibet diuisim possumus facere: & utile est nobis, & expediens si faciamus. Nullum enim est opus diuisim liberatiuum, quod a nobis fiat, quod

Math.
82.

Seco. dif.
presen.
conuenit
in cō. lio
sione,
sed di.
scrapat
in modo
dicendi
simili.
D.
Tho. I.
2. q. 18
ar. 8. et
9.

quod quidem non possumus facere propter Deum: & si hoc faceremus, melius faceremus, quā quando non referimus. Si autē predictus sermo teneatur affirmatiuē: & hoc signum [omnia] teneatur collectiue: tunc nec est preceptum, nec cōsiliū, sed finis precepti, & consilii. Ad hoc enim debemus tendere, & hoc desiderare, quod ad talē statum perueniamus, quod omnes cogitationes nostras, & affectus in Deum referamus. hoc autē tunc obtinebimus, quando Deum ex toto corde diligemus. Et sic patet, quod ex auctoritate illa nō concluditur, quod aliquis peccet, cū non refert opus suum in Deum actualiter. Nec ualet illud, quod obiicitur, quod non potest esse cōsiliū: non enim hic accipimus cōsiliū proprie, prout proponitur Iuris peritis: sed uocamus hic cōsiliū quamcunque monitionem generalem, quā uiam expedit ad perueniendum in salutem, sicut sunt admonitiones Salomonis in Lib. Prouer. & cōsimiles hortationes ad bonum.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod reddemus rationē de omni uerbo otioso. Dicendum, quod otiosum non dicitur uerbum, quia non sit ordinatum in finē solum, sed quia omni caret utilitate, dum tamen aliquam deberet habere: & inter tale otiosum & meritorium, siue bonū cadit medium, quādo aliquis facit aliquid, quod non est omnimoda utilitate priuatum: nec tamē est ordinatum in Deum tanquam in finem ultimum: unde non dicitur homo esse otiosus semper, quando non laborat, sed tūc dicitur

esse otiosus, quando nō laborat, & deberet laborare. Frequenter tamen illa uerba, quæ uidentur esse inutilia utilia fiūt: dum ordinantur ad recreationē aliquam spiritus, & exclusionē accidię, secūdum quod refertur B. Bernar. dixisse, cum quendā fecit cespitare; otiosum (inquit) fuit factum, sed nō otiosē factū: fecerat enim hoc ad iustificandum illum, quem uiderat mestum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod in uia Dei stare, est retrocedere. Dicendum, quod uerum est, quod quando homo stat, cum deberet ambulare: & quantum ad illud tempus dicit Bernardus, quod non peribit momentum de tempore. Et Ansel. quod exigetur à nobis ratio qualiter tempus fuerit expensum. Si autem quæritur quādo, hoc est difficile: imò impossibile determinare, quia diuersis personis diuersimodē se offert oportunitas exeundi in bonas operationes, & in bonas affectiones, & intentiones: & iō sancti ut reddant nos sollicitos; terrent nos, & dominus ipse cū dicit. Quod uni dico, omnibus dico, uigilate. AD ILLVD, quod obiicitur, quod non est medium inter uoluntates, & retributiones. Dicendum, quod non est simile, pro eo quod omnis homo qui nascitur, nascitur cū peccato, a quo non liberatur nisi per gratiam, & illa gratia amittitur per culpam: unde necesse est uoluntatem esse gratiam, uel odiosam: & quia retributiones respōdent personis, hinc est, quod omnes, qui non saluantur, damnantur, ita quod non est medium: non sic autem est de actione, quia à uoluntate

luntate

luntate, in qua est libido, potest aliqua actio exire etiam preter libidinē moris. Vnde sicut illud argumentum non ualet, Voluntas nō potest esse sine libidine, uel gratia: ergo nō potest moueri sine libidine, uel gratia: sic nec argumentum prius dictum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod omne quod non est à Deo, est priuatum bono: ergo similiter omne, quod non est ad Deum. Dicendum, quod nō est simile; quia ordinatio actionis ad Deū tanquam ad causam efficientem uel ad principium, attenditur nō solum quantum ad esse moris, sed etiam quantum ad esse naturę: & ita respicit esse: ordinatio uero quantum ad finem respicit bene esse: quamuis tamen nō sit medium inter ens, & nō ens, est tamen medium inter bene esse & male esse moris; pro eo quod bonitas moralis non se extendit ad omnes actiones, sicut bonitas naturalis. AD ILLVD; quod obiicitur, quod si uoluntas aliquid facit, aut quiescit in creatura, aut refert ad Deum. Dicendum, quod quiescere dicitur aliquid alicubi dupliciter. Aut quia sicut ibi tanquam in ultimo fine: & tunc est actio mala malitia mortalis peccati, quando scilicet uoluntas ponit creaturam sibi pro fine ultimo, & principali: Aut quia sic ibi sicut, nō quia ibi ponit ultimum finem, sed quia non ulterius tendit: & hoc potest esse tripliciter, sicut dictum est supra. Aut ex aliqua inordinata affectione, qua illi rei alligatur. Aut ex negligentia, & torpore, quo negligit referre, cum possit, & deberet. Aut quia ex quadam

imbecillitate, & infirmitate aggrauatur, ut difficile sit sibi omnes actiones suas in Deum conuertere: & primis duobus modis est peccatum, tertio modo non. NOTANDVM est tamen, quod ad hoc quod aliqua actio sit meritoria, non oportet quod semper quis eam referat actualiter in Deum, sed sufficit relatio habitualis. Habitualementem relationem uoco, non quia habeat charitatem, per quam sit habilis ad referendum: sed quia in primordio operationis illius, uel alterius, ad quam illa consequenter se habet, intentionem habet ad Deum directam. Vñ si aliquis intendit dare pro Deo centum marcas, & incipit dare, & cogitat de Deo in prima marca, & in aliis non cogitat, nihilominus omnes dationes illę sunt ei meritorie, & fructuose. Si autē opus alterius generis inciperet, oportet quod intentio renouaretur ad hoc, ut opus esset meritorium. Per hunc etiam modum intelligitur esse in uiris religiosis, qui in principio ex charitate deuouerūt portare religionis pōdus; quicquid enim faciunt, quod ad suę religionis obseruantiam spectat: ex prima intentione est eis meritorium ad salutem, nisi forte (quod absit) contraria intentio superueniat. In aliis autem, quę ad religionem non spectāt; secus est, quia illa intentio non se extendit ad alia habitualiter: & ideo non est parue securitatis, & utilitatis religionem intrare. Fuerunt tamē qui dixerunt, quod habitualis intentio solum sufficit ad meritum satisfactionis. Opus est satisfactorium, si

hac

fiat in charitate. Ad hoc autem quod opus sit meritorium uite eterne, dicunt necesse esse concurrere actualem intentionem, quia nullum opus est meritorium, nisi fiat a charitate actualiter mouente. Probabilius tamen est idcirco (sicut dictum est) quod ad utrumque sufficiat ratio habitualis. Relationem autem habituales uoco, non qua quis in generali refert ad Deum omnia opera diei, uel anni: sed qua quis refert aliquod opus ad Deum: ita quod opus sequens directam habet ad opus primum ordinationem, & consequentiam: sicut est in illo, qui dat centum marcas, uel intendit ire ad sanctum Iacobum: in aliis autem non habet locum. Habitualis etiam intentionem, siue relationem uoco, quando non preter cogitatio in actu ut tunc sine ultimo fine deo ex sola boni operis consideratione ipsa charitas prompta, uel aliqua alia uirtus charitate informata ad ipsum bonum opus inclinatur: sicut uir obediens meretur obediendo prelato sibi precepti, etiam si nihil de deo cogitet, sed solum consideret, quod bonum est obedire.

ARTICVLVS II.
QVAESTIO I.

An omne peccatum actuale uoluntarium sit?



ONSEQUENTER queritur circa secundum principale, scilicet de comparatione actionis malae ad uoluntatem. Et circa hoc queruntur tria. Primo queritur, utrum omne peccatum actuale, tam mortale, quam ue-

niale sit uoluntarium. Secundum queritur, utrum omne peccatum mortale sit circa uoluntatem; sicut circa subiectum. Tertio queritur, utrum puniri, sicut et peccare, sit ipsius uoluntatis proprium.

VERVM, omne peccatum actuale sit uoluntarium. Et cum certum sit de mortali, quod sic; queritur de ueniali. Et quod omne peccatum ueniale sit uoluntarium uidetur, sicut dicit Augustinus, & habetur in litera. Vtique ad hoc peccatum uoluntarium est, ut nullo modo sit peccatum nisi sit uoluntarium: ergo si peccatum ueniale peccatum est: ergo necesse est ipsum esse uoluntarium.

Si tu dicas, quod omne peccatum est uoluntarium, aut uoluntate propria, aut uoluntate Adae: & ueniale est peccatum, quia uoluntarium uoluntate Adae. Obicitur contra hoc: si ad rationem peccati uenialis sufficit, quod sit uoluntarium uoluntate Adae, cum illud peccatum, quod Adae transfudit in nos sit; peccatum originale, ueniale peccatum esset originale: quod si hoc est falsum: restat quod & primum. ITEM. Motus inordinati, & ad illicita, qui dicuntur esse in nobis peccata, non sunt peccata nec in paruulis, nec in furiosis: hoc autem non est, nisi quia non mouentur usu rationis, & uoluntatis: ergo uidetur, quod huiusmodi peccata sint in nobis uoluntaria uoluntate propria. ITEM. Quando stomachus exinanitus ante horam comestionis appetit comedere, nulla est ibi culpa: quamuis sit ille appetitus immoderatus, & ad illud quod non licet talis tempore: hoc autem non est nisi quia

motus

motus ille inest de necessitate: ergo uoluntarium, quod ad hoc quod aliquis motus ad illicitum sit ueniale peccatum, necesse sit ipsum esse uoluntarium. ITEM. Omne, quod quis facit, aut facit naturaliter, aut facit uoluntarie, aut uolenter. Si igitur uenialia committimus: aut ergo per uolentiam, aut per naturam, aut per uoluntatem. Si per uolentiam: ergo nulla est ibi culpa. Si per naturam: similiter: quia in his, quae fiunt naturaliter, non est culpa: ergo si peccatum ueniale culpa est, necesse est quod sit a uoluntate. ITEM. demonstrato aliquo ueniali, aut potest aliquis uitare hoc peccatum, aut non potest. Si non potest, & nullus peccat in eo quod uitare non potest: ergo committendo hoc peccatum, non peccat. Si potest uitare: & quod committimus uoluntarie: ergo &c.

SED CONTRA. Prou. 24. Septies in die, &c. Gl. Singulis diebus per necessitatem, uel fragilitatem carnis uel uolentes, uel inuiri peccamus. Si ergo peccamus uenialiter, uel uelimus, uel nolimus, ut quod non omne peccatum ueniale sit uoluntarium. ITEM. Augustinus in Lib. Retra Sunt, inquit, quaedam necessitate facta improbanda, ut quod uult recte facere, & non potest: Vnde est illud Apostoli Non quod uolo, hoc facio bonum, sed quod odi malum: sed talia sunt peccata uenialia: ergo aliqua uenialia sunt de necessitate, non ergo a uoluntate. ITEM. Augustinus 19. de Ciuitate dei. Nonnullum uitium est, cum caro concupiscit aduersus spiritum: sed caro concupiscit aduersus spiritum frequenter, ipso nolente, sicut in litera habetur: ergo uelit, nolit homo peccat uenialiter: non ergo omne peccatum ueniale est uoluntarium. Mi

S. Bon. Lib. 2.

nor probatur in litera. Ille qui concupiscit aduersus spiritum carne, non ea, quae uult, facit, concupiscit quidem nolens, & in eo facit quod non uult. ITEM. Peccata uenialia sunt in nobis ex repugnancia sensualitatis ad rationem, & est ex surreptione, sicut sunt primi motus: sed uelimus, nolimus, est in nobis repugnancia sensualitatis, & multi est motus inordinati ex surreptione surgunt: si igitur uoluntas non potest sensualitatem domare, & quod est ex surreptione, prouenit uoluntate, ut quod peccata uenialia, quae sunt primi motus, non sunt uoluntaria. ITEM. Aut aliquod peccatum ueniale est in uoluntarium, aut non. Si sic: habeo propositum. Si non igitur omne peccatum ueniale est uoluntarium: sed omne uoluntarium per uoluntatem uitari potest: ergo per uoluntatem potest quis uitare omne ueniale peccatum: igitur potest quis cauere, ut nunquam peccet uenialiter: si igitur hoc est impossibile, quod aliquis diu uiuat in hac carne, quin committat aliquod ueniale, uidetur quod necessarium sit ponere aliquod ueniale peccatum non esse uoluntarium.

RESOLVTIO.

Peccatum omne uoluntarium est; uel simpliciter, ut mortale: uel secundum quid, & quodammodo, ut aliqua uenialia.

RESP. Dicendum, quod uoluntarium potest dici aliquid tripliciter. Aut uoluntate aliena, aut uoluntate propria, aut partim uoluntate aliena, partim uoluntate propria. Et secundum hunc triplicem modum distinguendi uoluntarium, triplex est differentia peccati. Peccatum namque

KKKK origi-

Lib. 1. c. 19.

Cap. 4. circa mediu. Tom. 5.

originale uoluntarium est: sed non uoluntate eius in quo est, sed uoluntate eius a quo est, s. Adā. Adā enim uoluntaria transgressione corrumpit se & totam posteritatem. Voluntarium aut uoluntate propria est peccatum actuale mortale: & hoc quidem genere peccati nullus peccat nisi consentiens. Voluntarium autē medio modo, scilicet partim uoluntate propria, partim uoluntate aliena, est ueniale peccatum: illud maximè quod consurgit ex repugnantia carnis ad spiritū uel corruptionis uirium animæ: hoc (inquam) peccatum, quia partim est a uoluntate aliena, partim a uoluntate propria, ideo quodāmodo secundum Aug. tenet rationem pœnæ, quodāmodo rationem culpæ: propterea dicit Aug. Quia homo non uoluit uitare peccatum, dum ualuit: inflatum est, ut non possit dum uelit. Voluntariū, (inquā,) dicitur per comparationem ad uoluntatem Adā, quia Adam deliberatiuè uoluit: Vnde & corruptio subsequuta est, ex qua oriuntur in nobis motus inordinati, qui dicuntur esse peccata uenialia. Voluntarium aut uoluntate propria, siue peccantis, non est omne peccatum ueniale simpliciter, sed secundum quid. Illud. n. est uoluntarium simpliciter, quod a uoluntate præambula, & mouente. Illud aut quod oritur concomitante uoluntate, & non prohibente, uel præcauente, dum possit prohibere, uel præcauere, dicitur uoluntariū quodāmodo, siue interpretatiuè: pro eo quod talis deordinatio uoluntati imputat: & hoc modo saltem oē peccatū ueniale dicitur uolunta-

riū, quia nemo peccat uenialiter: nisi cum hēt uoluntatis usum: nemo ē uenialiter peccat in eo, quod nullo modo potest prohibere, nec etiam potuit præcauere. Venialia. n. peccata, & si omnia non possint præcaueri, nec prohiberi: nullū tamen est singulare peccatum, quod non possit prohiberi, uel quod saltem non poterit præcaueri. Licet. n. aliquis sit status, in quo necesse est aliquē cadere in aliquod peccatum determinatum, illum tamen statum potuit quis præcauere: & ideo si non præcauerit, uoluntati eius imputatur: quia tunc illud prohibere non potest. Concedendæ sunt igitur rationes ostendentes, quod omne peccatum actuale est uoluntariū: nam mortale est uoluntarium simpliciter, ueniale autē uel est uoluntariū simpliciter, sicut illud quod fit ex deliberatione, ut mendacium iocosum, uel scilicet quid, si uel quodāmodo, sicut illud quod fit ex surreptione, sicut sunt primi motus.

AD ILLUD ergo, quod primo obiicitur in contrariū, quod singulis diebus inuiti peccamus. Dicendum, quod in Gen. illa dicitur aliquis inuitus peccare, non pro priuatione uoluntatis, plene, siue complacentie, & hoc quidem uerū est, quod frequenter inuiti peccamus; & nobis displicet, quod sic inordinatè mouemur: si tamen bene præcauissemus, in hunc actū, uel illū non incidissemus, licet non sic possimus præcauere, quin in aliquo cadamus. Sicut exemplum ponit in naua, qui potest præcauere, & custodire, ne aqua per aliquod foramen determinatū ingrediatur: non tamen potest facere, quod nullum habeat in-

gress.

gressum. AD ILLUD, quod obiicitur, quod quædam necessitate facta sunt improbanda. Dicendum, quod Aug. loquitur de necessitate uenialium, non quantum ad hoc ueniale, uel illud determinatè, sed generaliter quantum ad peccata uenialia, uel etiam quantum ad aliquod genus uenialis peccati: sicut uidemus in iuvene, & forti quod nunquam potest omnino uitare motus carnis, licet possit hac hora, uel illa hunc motum, uel illū uitare: & quia nihil impedit, quod sit necessitas quedam in uersali, & uoluntas quodāmodo in particulari: ideo auctoritas illa non obuiat his, quae dicta sunt. AD ILLUD, quod obiicitur, quod non nullum uitium est cum caro concupiscit aduersus spiritum. Dicendum, quod uerū est: sed quod subiungit, quod necessarium est concupiscere. Dicendum, quod uerū est de concupiscencia (loquendo generaliter) de concupiscencia uero huius, uel illius, hoc tempore, uel illo; non est uerū. Et quod dicit Aug. quod concupiscit nolens: & Apostolus, quod nolo malū, hoc ago: non priuat omnimode uoluntate, sed hoc priuat quod uoluntas non est ibi mouens principale. AD ILLUD quod obiicitur, quod primi motus iunt ex surreptione, & ex rebellionem: iam patet ratio propterea, quae dicta sunt: uerū. n. est quod prohiberi, uel præcaueri non potest generaliter, ita quod nullus inturgat: quilibet tamen potest præcaueri potest. Et ratio huius est: quia nos non ponimus peccatū esse circa primos motus nutritiuos, sicut generaliter: actus. n. nutritiuus necessarius est ad salutem nutriti, non autem actus generaliter: licet & alia ratio possit assignari: quia nutritiua est corrupta tamen, generaliter

tiua corrupta est, & infecta. Prima tamen ratio melius ualeat. Nam sicut dicitur uult Aug. in .i. de ciu. dei, Si aliqua mulier corrumpatur uolenter, si omnino repugnat, absque omni culpa est: & tamen a delectatione omnino immunis non est. Ait. n. sic si illa concupiscibilis inobedientia, quod adhuc in membris habitat propter uoluntatis legem: quia lege sua mouetur, ab omni culpa immunis est in corpore non consentientis. Ex hoc patet, quod si uenialia ratione culpe habent, hoc est quia a uoluntate in particulari, & diuisim uitari, & præcaueri possunt. AD ILLUD, quod obiicitur, quod si potest uitari hoc & illud, & sic de singulis: ergo oē. Dicendum, quod haec est duplex. Iste potest uitare oē peccatū ueniale: sicut haec: iste potest uincere oē hominem. Aut quia potest uitandi, uel uincendi comparat ad obiectū coniunctim, uel diuisim. Si diuisim, sic uera est ista, Iste potest uitare, uel præcauere oē ueniale peccatū: quia non est dare aliquod, quod non possit uitari. Si autem coniunctim: tunc est falsa: est. n. sensus, quod possit facere, ut omnino sit absque ueniali peccato: & in hoc sensu dicitur, quod non possumus omnia peccata uenialia uitare. Nec ualeat ratio illa. Possum uitare hoc, & illud, & illud; ergo omnia simul: imò est ibi figura dictionis. siue ex diuersa suppositione huius, quod dico [ueniale] siue potius: quia procedit a pluribus determinatis suppositionibus. huius uerbi, potest, ad unam: sicut si argueret. Iste potest ferre hunc lapidem, & illū, & illū. & sic utque ad decem lapides: ergo potest ferre hos decem lapides: & sicut si diceret, Homo est Plato: homo est fortis: ergo homo est fortis, & Plato: pro

missæ sunt ueræ, & cōclusio falsa, & pcedit a pluribus suppositionibus determinatis ad unam. Suppositio autē determinata dī, qñ terminus nō cōfundit, sed debet reddere locutionē uerā pro uno, sicut est cū dī: Non currit: sic & in pposito intelligendum est, qā hoc uerbū [pōt] put accipit respū oīs uenialis conūctim respicit oē ueniale tanq̄ obiectū unū: & dicit unā pfectā potentiam excedentem, & uincenem omnē impulsū ad ueniale peccatum: sicut si diceretur, Iste potest uincere decem homines, uel ferre decē lapides: Et sic patet, q̄ ille processus nō tenet, qā nō seruatur ibi lex illationis recte.

QVÆSTIO II.

An omne peccatum circa uoluntatem, ueluti circa subiectum sit?

VTRVM omne peccatū sit circa uoluntatē, sicut circa subiectum p̄prium. Et q̄ sic uidet. Primō p̄ Ansel. in Lib. de p̄ctō orig. ca. 3. Nusq̄ nisi ī uolūtate p̄ctm̄ est. ITEM. Hoc ip̄m probatur tali rōne. Mēbra, & opera, & quicq̄d nos sumus subiecit deus uoluntati: quicquid igit̄ faciūt, totū imputandū est uoluntati: si ergo ī ea potētia est culpa, cui imputat̄, & oīs culpa uoluntati imputatur: ergo oīs culpa est in uoluntate tanq̄ in subiecto proprio ITEM. In ea sola potētia est culpa, in qua nata est esse iustitia: quia opposita nata sunt fieri circa idē: sed iustitia est in uolūtate tanq̄ in subiecto, qā ut dic. Ansel. iustitia nihil aliud est, q̄ uolūtatis rectitudo: ergo eadē potētia. s. in uoluntate est culpa tanq̄ in subiecto proprio. ITEM. In ea sola potētia est culpa, quæ

Loco im
mediate
allegat.

cogi nō pōt: nā nullus peccat nisi in eo, a quo libere pōt abstinere: sed sola potētia uolūtatis est, q̄ cogi nō pōt: ergo &c. ITEM. In ea sola potētia est culpa, q̄ aliquā denotatur bona aliquā mala: sed nos nō dicimur h̄re intelligētia uel memoriā malā, sed solū uoluntatē malā: si ergo accidēs denotat subiectū, & culpa denominat solā uoluntatem: ergo culpa est in sola uolūtate tanq̄ in subiecto proprio. ITEM. In ea sola potētia est culpa tanq̄ in subiecto p̄prio, ad cuius actū cōparatur sicut ad cām p̄ximā, & immediatā: sed nulla potētia aīæ ē cā p̄xima, & immediata culpæ, nisi sola potētia rōnalis: nam memorari malū, uel intelligere malum culpa est: ergo &c.

SED CONTRA. Nūq̄ peccat mortaliter nisi p̄ cōsentium: sed cōsensus non tantummodo est uolūtatis, sed ē rōnis: si ergo culpa est circa illā potētia, per cuius actū p̄petratur, ergo non tm̄ est circa uoluntatē, sed ē circa rōnē. ITEM. Nō tm̄ peccatur affectiōne, sed ē peccat̄ obliuione. Sicut dī. Deut. 6. Caue ne obliuiscaris dñi dei tui: & frequēter in scriptura reprehendit eos dñs, q̄ eius sunt obliu: ergo si obliuio est in memoria, ut q̄ non tm̄ p̄ctm̄ sit in uolūtate, sed ē in memoria. ITEM. Non solū peccatur delectatione, uerū ē cogitatione, s̄m q̄ hō confiretur quotidie: sed cogitatio est intellectus, nō affectus: ergo nō tm̄ in affectu, uerum ē intellectu hēt esse p̄ctm̄. ITEM. Non tm̄ peccat̄ deliberatione, uerū ē suggestionē, s̄m q̄ uult Greg. sed suggestio est

est in parte sensibili: ergo peccatum non tantum est in parte rationali, sed etiam in parte sensibili ITEM. Peccatum est deformitas, formaliter loquendo: sed constat, q̄ omni peccato imago deformatur; nam quodlibet peccatum quantum est de se, gratiam expellit, quæ est reformatiua imaginis: ergo si imago nō tantum respicit uolūtatem, sed etiam alias potētias, uidetur q̄ peccatum non solum in uoluntate, sed ē in aliis potentiis habere esse. ITEM. Nullus amat nisi quod iudicat esse amandum; ergo ante amorem inordinatū p̄cedit iudicium inordinatū: si ergo p̄uuium iudicium inordinatum non potuit esse p̄na, quia non p̄cedit culpam, necesse est, q̄ fuerit culpa; ergo prius est peccatum in ratione, quā in uoluntate; potius igitur uidetur, q̄ subiectum peccati debeat assignari rō, quā uoluntas.

RESOLVTIO.

Tame si peccatum aliquo modo respiciat actus aliarum potentiarum: ut subiectum tamen & ut medium sub quacunque ratione tum culpæ, tum uitij uoluntatem respicit: quia iuxta eam libertas arbitrij principaliter residet: & sibi ceteræ potentie famulantur.

RESP. Ad p̄dictorum intelligentiam est notandum, q̄ peccatum de sua ratione duo dicit. Dicit enim deordinationem, siue priuationem ordinis circa actum alicuius potentie; dicit nihilominus illam deordinationem ut dignam uituperatione, & p̄nitione; & quantum ad primum peccatum tenet rationem uitij aliquo modo corruptam

pentis: quantum ad secundum tenet rationem culpæ, & demeriti. Cum ergo comparamus peccatum ad subiectum proprium, aut loquimur de ipso in quantum est culpa, aut loquimur de ipso in quantum est uitium. Si de ipso loquimur in quantum est culpa, & demeritum, sic proprie, & p̄cise respicit liberum arbitrium. Quoniam enim libero arbitrio commissum est regimen totius hominis, si aliqua deordinatio fiat in regno totius animæ, ipsi libero arbitrio imputatur. Unde si omnia membra, per quæ consummata est, & omnes potentie, in quibus aliqua deordinatio facta est, traherentur in causam, omnia conquererentur de libero arbitrio, cui subiecta sunt; & ei dominus totum imputaret, quicquid in eis malum gestum fuit. Unde si tollatur liberum arbitrium nullo modo erit peccatum. Et quia libertas arbitrii principaliter residet penes uoluntatem; sicut in p̄cedentibus ostensum fuit; hinc est, q̄ culpa sub ratione culpæ in uoluntate tanquā in subiecto proprio dicitur esse. Si autē loquamur de culpa, secundum, q̄ est uitium, sic dupliciter adhuc loqui contingit: cum peccatum dicitur uitium in quantum deordinat aliquem actum alicuius potentie; secundum, q̄ deordinatio illa dupliciter habet comparari; sic & peccatum, ut est uitium. Comparatur autē deordinatio illa ad actum alicuius potentie tanquā ad materiale circa quod, & tanquam ad causale, a quo. Si igitur loquamur de illa

Dis. 25.

de ordinatione materialiter, sic dico, quod non solum circa actum uoluntatis, sed etiam circa actus aliarum potentiarum animæ cōsistit. Actus enim & memoriæ, & intelligentiæ, & aliarum potentiarum animæ subiacentiū uolūtati, deordinari habent per diuersa peccata, si autem loquamur de illa deordinatione casualiter: sic omnis talis deordinatio est a uoluntate. Si autem queratur ratio huius; Dicendū, quod huius ratio est triplex. Prima quia penes uoluntatem consistit regiminis dominium. Secunda quia in ipsa reperitur rectitudinis principium. Tertia uero quia ad ipsam pertinet regiminis complementum. In ipsa namque consistit regiminis dominium, pro eo quod ipsa aliis potentiis imperat, & ei a nulla imperatur. In ipsa etiam attenditur rectitudinis principium: amor enim principium est rectitudinis, & obliquitatis, sicut ostēdit Aug. Vnde bonus amor est fundamentum ciuitatis dei, & malus fundamentum ciuitatis diaboli. Et ratio huius est, quia amor est radix omnium affectionum, & tantæ adhærentiæ, ut transformet amātem in amatum. Penes etiam ipsam cōsistit rectitudinis, & regiminis complementum, quoniam ipsius obiectum est bonum: bonum autem, & finis est idem. Et quia in directione ad finem consistit bonitatis completio, in obliquatione uero consistit bonitatis amissio: hinc est quod ab ipsa uoluntate oritur omne peccatum. Et propterea Aug.

Cap. 11 in lib. de Duabus animabus dif-

finiens peccatum dicit, quod peccatum est uoluntas assequendi, uel retinendi quod iustitia uetat, & a quo liberum est abstinere: Per hoc autem quod dicit uoluntas assequendi &c. describit peccatum secundum quod est uitium, & deordinatio: quæ a uoluntate ortum habet. Per hoc autem quod dicit, a quo liberum est abstinere, notificat peccatum secundum quod tenet rationem culpæ: quia nemo culpatur in eo, quod uitare non potest, sicut ipse dicit ibidem. Sic igitur patet, quod peccatum in quantum tenet rationem culpæ, uoluntatem respicit ut subiectum: in quantum etiam tenet rationem uitii, respicit uoluntatem ut principium, & ut subiectum primum, licet aliquo modo respiciat actus aliarum potentiarum. Vnde rationes, quæ ad primam partem inducuntur, concedendæ sunt.

AD ILLUD, ergo quod primo obiicitur, quod non peccamus nisi consentiendo. Dicendum, quod & si consensus respiciat simul rationem, & uoluntatem: principaliter tamen, & completius uoluntatem respicit, quia in ea consummatur. Quantumcunque enim ratio deliberet, nisi uoluntas alterum præoptet, nunquam eligit, nec consentit: & quod est ibi culpæ, & iniustitiæ. hoc est ratione uoluntatis adiūctæ. AD tria sequentia, quod peccatur obliuione, cogitatione, & suggestione: patet responsio ex his, quæ dicta sunt: nam talia non sunt peccata, nisi quia uoluntaria. Vnde nunquam circa actum memoriæ culpa consistit.

fit, nec etiam circa actum intelligentiæ, nisi eis immisceat se uoluntas uel antecedenter, uel cōcomitanter, uel consequenter. Similiter nec suggestio si est omnino ab extrinseco: est culpa, sed illa, quæ est ab intrinseco: quæ quodammodo uoluntaria est, siue quia a uoluntate Adæ habuit ortum, siue quia a uoluntate peccantis non præcauetur. AD ILLUD, quod obiicitur, quod peccatum deformat totā imaginem. Dicendum, quod & si tota imago deformatur, & uietur: illa tamen sola deformatio, quæ est in uoluntate est illa, quæ est ratio inculpandi: & ideo non sequitur, quod culpa respiciat alias potētias animæ sub ratione culpæ: quamuis circa actus earum cōsistat corruptio uitiosa. AD ILLUD, quod obiicitur, quod omnem malam uoluntatem præcedit malum iudicium. Dicendum quod uerum est quantum ad actum uoluntatis, qui quidem est consensus plenarius: attamen nunquam in creatura rationali secundum quod instituta fuit, iudiciū erroneū, interueniret, nisi uoluntas se in illo iudicio immisceret: nunquam enim Adam præsumpsisset, uel de se præsumptuose iudicasset, nisi amore uoluntatis nimium sibi adhæsisset. Vnde amor mirabiliter peruertit iudicium. Licet igitur primas Angelus, siue Adam quando peccauit, prius præsumpsisset, quam ambierit: illius tamen præsumptionis peruersitas a uoluntate habuit ortum, & ambitionis scelus in uoluntate fuit consummatum: & ita peccatum respicit uoluntatē

principaliter, tū quia in ipsa primo inchoatur, tum quia in ipsa consummatur: ideo recte dicitur subiectum primū peccati, quia & primum est origine, primum est cōplemēto, siue cōsummatione.

QVAESTIO III.

An sicut peccare uoluntates proprium est ita & puniri eiusdem proprium sit.

VERVM sicut peccare, sic et puniri sit uoluntatis propriū. Et quod sic uidetur. Ans. Cap. 4. de originali peccato. Miratur in fine. (inquit) forte aliquis, cur pro culpa uoluntatis membra puniuntur, & sensus? Verum non est ita: nō enim punitur nisi uoluntas, nam nihil est alicui pœna, nisi quod contra uoluntatē est: & nulla res pœnam sentit, nisi quæ uoluntatem habet: membra autem, & sensus per se nihil uolunt: sicut igitur uoluntas in membris, & sensibus operatur, ita in ipsis ipsa aut torquetur, aut delectatur. Ex hac auctoritate habetur quod claudit in se ratiocinationem, quod proprium sit uoluntatis puniri. ITEM. Aug. in Lib. 83. quæstionum. Voluntas quippe ipsa punitur, siue sit animi supplicium, siue corporis, ut quæ delectatur in peccatis, ipsa plectatur in pœnis. ITEM. Ratione. Opposita nata sunt fieri circa idem: sed uoluntarium, & inuoluntarium sunt opposita: sed pœna est affectio inuoluntaria, (sicut dicit August. in Lib. de Libe. arb.) ergo sicut culpa, quæ est affectio uoluntaria respicit uoluntatem tanquam illud, a quo est: sic uidetur, quod pœna respiciat uoluntatem tanquam illud, cōtra quod est. ITEM,

K K K K + Culpa

Culpa est meritum pœnæ: sed meritum respectu præmii & habet rationem ordinis, & habet rationem dispositionis: si ergo dispositio, & illud ad quod disponit, sunt in eodem, & culpa ut in ratione culpæ est, potius respicit uoluntatē: ergo & pœna.

SED CONTRA. Quatuor (ut dicit Beda) inflicta sunt nobis pro peccato, scilicet ignorantia, malitia, infirmitas, concupiscentia: sed quod infligitur pro peccato, est pœna, ergo ignorantia est pœna: sed constat, quod ignorantia non respicit uoluntatem, sed rationem: ergo &c.

ITEM. Duplex est pœna in futuro, uidelicet pœna damni, & pœna sensus: sed pœna damni, quæ est carentia uisionis dei, non tantum respicit uoluntatē, imo multo magis respicit rationem: pœna uero sensus, quæ est in concrematione ignis, multo magis respicit partem sensibilem, & coniunctum, quam respiciat uoluntatem rationalem: cū sentire sit passio coniuncti: ergo uidetur, quod pœna principaliter respiciat alias potentias animæ, quam uoluntatem. ITEM. Si pœna respicit uoluntatem, aut hoc est, quia est secundum uoluntatem, aut quia est contra uoluntatem. Si quia secundum uoluntatem: ergo nemo puniretur nisi qui uellet: quod plane falsum est. Si quia contra uoluntatem: ergo cum uir iustus uoluntarie sustineat omnes pœnas, & maxime Christus, nulli uiro iusto, nec etiam Christo pœnalis esset aliqua passio, quod manifeste falsum est. ITEM. Si pœna respiceret uoluntatem tanquam

subiectum proprium: ergo sicut nemo potest peccare, nisi qui habet usum uoluntatis: sic nemo posset puniri, nisi qui uoluntatis usum haberet: sed hoc est plane falsum: nam paruuli puniuntur pro peccatis parentum, & multa etiam tormenta patiuntur non solum in habitu, uerum etiam in actu: ergo &c.

RESOLUTIO.

Puniri, ut ultionem dicit, solius uoluntatis est proprie & directe: ut uero passionem & afflictionem notat, etiam aliarum potentiarum & membrorum est, uoluntatis tamen plenius.

RESP. Dicendum, quod pœna ratione pœnæ duo nominat, uidelicet nocuumentum naturæ, & instrumentum diuinæ iustitiæ, unum tanquam materiale, reliquum tanquam formale. Vnde pœna & est ultio, & est etiam passio. Cum ergo pœna comparatur ad aliquid, hoc potest esse aut in quantum ultio, aut in quantum passio. Si in quantum ultio: sic proprie habet comparari ad ipsam uoluntatē: deus enim non ulciscitur se de manu, uel pede, uel aliqua potentia sensitua, sed de uoluntate deliberatiua: de qua ulciscitur deus non solum affligendo ipsam in se, sed etiam affligendo eam in cæteris membris corporis, in quibus ipsa cupiebat delectari. Si autem comparatur pœna ad aliquid in quantum est passio, sic dicendum est: quod cum non quæcunque passio pœna sit secundum completam rationem pœnæ, sed passio lædens, passio affligens, passio displicens: sic pœna est

quod

quod plene tenet rationem pœnæ, scilicet pœna, quæ facit hominem recte miserum, adhuc respicit uoluntatem ratione sui completiui. Nemo enim plene miser est (sicut dicit Aug.) ex hoc quod patitur solum, sed ex hoc quod patitur, & scit se pati, & non uult se pati. Secundum autem quod passio tenet semiplenam rationem pœnæ, prout dicitur passio lædens, uel affligens in eo, in quo non est nata esse, quantum est de prima conditione naturæ, sic non tantum respicit uoluntatem, sed etiam omnes potentias animæ, & omnia membra corporis: non tamen respicit illa sine uoluntate, quia in nullo potest esse pœna, nisi in quo est rationalis uoluntas. Vnde bruta quamuis patiantur, non tamen puniuntur. Sic igitur patet, quod pœna & in quantum est ultio, & in quantum est passio plene tenens rationem pœnæ, directe respicit ipsam uoluntatem, ita quod proprium est ipsius uoluntatis puniri. Vnde concedendæ sunt rationes, quæ hoc ostendunt. In quantum tamen est passio lædens, uel affligens, habet respicere alias potentias, & etiam corporis organa. Et secundum hoc patet responsio ad rationes, quæ ad oppositum inducuntur.

AD ILLUD, enim quod obiicitur de ignorantia, & pœna dam-

ni, & sensus: patet responsio. Nam & si ignorantia dicat priuationem alicuius boni quod respiciat cognitiuam, & similiter pœna damni, & similiter pœna sensus priuationem delectationis, & quietis partis sensitivæ, totum hoc tamen deus ordinat ad uindicandum, & ulciscendum se de uoluntate: ipsa enim est quæ directe aduersatur diuinæ iustitiæ, dum perpetrat iniustitiā: & ideo ordo diuinæ iustitiæ punientis directe respicit illius deordinationis remotionem: ipsa etiam sola fuit, quæ sibi se principium posuit, & deum derelinquendo contempsit, dum peccauit: & ideo debet per pœnarum multitudinem in seruitutem dei redigi, ut quæ dehonoraui deum uoluntarie contemnendo, honoret ipsum inuoluntarie supplicia patiendo. AD ILLUD, quod obiicitur, quod in uiris iustis, & in Christo non fuit pœna inuoluntaria. Dicendum, quod ibi non tenet pœna rationem ultionis, nisi relata ad uoluntatem. Ad peccatricem, respectu cuius uoluntatis omnis pœna est inuoluntaria: quia uoluntas peccatrix quærit oblectationem, quærendo oblectationem refugit passionem. AD ILLUD, quod obiicitur de paruulo, qui patitur pœnas, responderi potest sicut ad hoc,

DISTINCTIO XLII.

Descendit ad speciales differentias peccati in communi.



In autem uoluntas mala & operatio sint peccatum, quæri solet: utrum in eodem homine & circa eadem res hæc duo unum sint peccatum, uel diuersa: ut

si quis

si quis uoluntate furatur, uoluntatem habuit malam, quæ peccatum est, & actum malum, qui item peccatum est. Hæc autem duo diuersa sunt, scilicet uoluntas, & actio. Sed nunquid diuersa sunt peccata, an unum? Quidam dicunt unum esse peccatum, alij uero dicunt diuersa esse peccata. Quia cum constet hæc duo esse diuersa, aut diuersa duo peccata dicuntur, aut duo diuersa non peccata. Quibus alij respondent, hæc duo diuersa esse peccata non plura. Non enim plura peccata sunt, sed peccatum unum: quia una præuicatio uel inobedientia in utroque admittitur, siue quando uult, siue quando agit: & unus est ibi contemptus, sed minor cum in uoluntate solum peccatum continetur, maior uero cum uoluntati etiam operatio additur: & ideo maius fit peccatum, sed non plura, cum uoluntas operi mancipatur.

Alia contra eosdem oppositio.

Sed adhuc eisdem obiicitur. Si unum tantum illa duo peccatum sunt, cum quis uoluntate mali prius concepta, deinde opus patrauerit, non pro aliquo reus est, nisi pro quo ante opus reus erat, cum adhuc in sola uoluntate peccatum consistebat. Nullus enim reus est æternæ mortis nisi pro peccato, sed peccatum aliud non est admissum actione, quam prius admissum erat uoluntate. Non ergo pro aliquo alio iste fit damnabilis actu peccando, quam ante fuerat, cum sola uoluntate delinquebat. Ad hoc etiam & illi respondent, dicentes propter peccatum quidem tantum illum furem reum constitui; & quamuis eius uoluntas & actio unum sint peccatum, pro alio tamen reus factus est actu peccando, quam prius erat sola uoluntate delinquendo: quia pro actu, qui est aliud quam uoluntas, licet non aliud peccatum.

Alia aduersus eosdem obiectio.

Item & adhuc questionibus instant, dicentes hæc duo ideo diuersa esse peccata, quia diuersorum legis mandatorum præuicaciones sunt. Alio enim mandato legis prohibetur actio furti, scilicet Non furaberis: alio furandi uoluntas, scilicet, Non concupisces rem proximi tui. Cum autem hæc duo diuersa mandata sint, quibus illa duo prohibentur, patet illa duo diuersas esse præuicaciones, diuersa igitur pecca-

Exod.
20.

14.

ta. Ad quod etiam illi dicunt, diuersa quidem esse mandata, quibus illa duo distinctim prohibentur, ut Aug. docet super Exod. Veruntamen in illis non obseruatis una tantum præuicatio incurritur, unumque contrahitur peccatum, licet duo diuersa illis prohibeantur. Sicut econuerso duo sunt mandata charitatis, quibus duo præcipiuntur diligere: una tamen in eis nobis commendatur charitas.

Articu-
lo. 71.
in 10.4.

Si peccatum ab aliquo admissum, in eo fit,
quouique pœniteat.

Præterea queri solet, cum ab aliquo perpetrato uoluntate peccato, uoluntas id agendi & actio transierint, nondum tamen uera habita pœnitentia, utrum illud peccatum usquequo pœniteat, sit in eo. Quod non esse uidetur: quia uoluntas illa quæ prius fuit, non est, neque actio: quia non uult illud: uel agit, quod ante uoluit & egit. Sed non est ignorandum peccatum duobus modis dici esse in aliquo, & transire, scilicet actu, & reatu. Actus est in aliquo, dum ipsum peccatum ut actio, uel uoluntas, in peccante est. Reatu uero, cum pro eo, siue transierit, siue adsit, mens hominis polluta est & corrupta, totusque homo supplicij obligatur perpetuis. Nec unquam est in aliquo peccatum actu, præter originale, quæ sit et reatu: sed est reatu intelligendum, postquam transit actu.

Quibus modis dicitur in scriptura reatus.

Reatus in scriptura multipliciter accipitur, scilicet pro culpa, pro pœna, pro obligatione pœnæ temporalis uel æternæ. Si enim mortale est, obligat nos pœnæ æternæ: si ueniale, obligat nos pœnæ temporali. Duo enim sunt genera peccatorum, mortalium, scilicet & uenialium. Mortale est, per quod homo mortem æternam meretur. Crimen enim, ut ait Aug. est quod est dignum accusatione & damnatione. Veniale autem quod hominem usque in reatum perpetuæ mortis non grauat, ueruntamen pœnam mereretur, sed facile indulgetur.

Quid
sit mor-
tale uel
ueniale
peccatum
In 10. 8
post me-
dium

De modis peccatorum uaria assignatio.

Modi autem peccatorum uarias in scripturas habent distinctiones: in qua dicitur peccatum duobus modis committit, scilicet cupiditate & timore, ut Aug. tradit super illum locum Psal. Incensa igni & suffossa. His enim duobus modis

enarrat
110. 113.
Psal.
79.

Dicit

In 10. 8. dicit omnia peccata mortalia includi. Et incensa igni ea di-
 post me cit, quæ ex cupiditate male incendente oriuntur. Suffossa
 dium e- vero, quæ ex timore malè humilitante proveniunt: quod
 narra- est, quando quis cupit non cupienda, vel timet non timenda.
 tionis. Psalm. Alibi vero dicitur peccatum fieri tribus modis, scilicet co-
 79. gitatu, verbo, & opere, vnde Hiero. super Ezech. Tria gene-
 ralia delicta sunt, quibus humanum subiacet genus. Aut
 enim cogitatione, aut sermone, aut opere peccamus. His ali-
 quando etiam additur quartus modus, scilicet consuetudi-
 nis: quod in quatruiduano Lazaro significatum est. Dicitur
 quoque homo peccare in deum, in se, & in proximum. In
 deum, cum de deo male sentit, ut hæreticus: vel quæ dei sunt,
 usurpare præsumit indigne participando, sacramentis, vel
 quando nomen dei peierando, contemptibile facit. In proxi-
 mum peccat, cum proximum iniuste lædit: In se vero, cum
 sibi & non alij nocet.

Quomodo differunt delictum & peccatum.

Variam quoque appellationem habet. Dicitur enim pec-
 catum etiã delictum. Et delictum fortasse est (ut ait Aug.
 in Quæstio. Levitici) declinare a bono: Peccatum est, face-
 re malum. Aliud est enim declinare a bono, aliud est facere
 malum. Peccatum ergo est perpetratio mali, delictum deser-
 tio boni: quod & ipsum ostendit nomen. Quid enim aliud so-
 nat delictum, nisi derelictum? & qui delinquit, quid derelin-
 quit nisi bonum? Vel delictum est quod ignoranter fit: pec-
 catũ quod scienter cõmittitur. Indifferenter tamen & pecca-
 tũ nomine delicti, & delictum nomine peccati appellatur.

De septem principalibus vitiis.

Præterea sciendum est septem esse vitia capitalia, vel
 principalia, ut Greg. super Ezech. ait scilicet Inanem gloriã.
 Iram, Invidiam, Accidiam vel Tristitiam, Avaritiam, Ga-
 strimargiam. Luxuriam: quæ (ut ait Ic. Chrys.) significata
 sunt in septem populis, qui terram promissionis Israel pro-
 missam tenebant. De iis quasi septem fontibus cunctæ ani-
 marum mortiferæ corruptelæ emanant. Et dicuntur hæc ca-
 pitalia, quia ex eis oriuntur omnia mala. Nullum enim ma-
 lum est, quod etiam non ab aliquo horum originem trahat.

De

De superbia, quæ est radix omnis mali.

Ex superbia tamen omnia mala oriuntur, & hæc & alia: Eccles.
 quia ut ait Greg. Radix cuncti mali est superbia. De qua di-
 citur, Initium omnis peccati est superbia, quæ est amor pro-
 pria excellentiæ. Cuius quatuor sunt species, ut Greg. ait.
 Prima est, cum bonum quod habet quis, sibi tribuit. Secun-
 da, cum credit a deo esse datum, sed tamen pro suis meritis. Augu-
 supee
 Gen. li.
 Tertia, cum se iactat habere quod non habet: Quarta, cum
 ceteris despectis, vult singulariter videri. Merito ergo
 dix omnis mali dicitur superbia. Huic autem videtur ob-
 re quod Apostolus ait, Radix omniũ malorũ est cupiditas:
 quia si radix omniũ malorum est cupiditas, ergo superbia.
 Quomodo ergo superbia radix est, & initium omnis peccati?
Augu-
 11. ca.
 14. in
 to. 3. I.
 Timot.
 ultimo
 cap.

Quo sensu & superbia, & cupiditas radix om-
 nium malorum dicantur.

Sed utrũque recte dictum esse intelligitur, si genera pec-
 catorum singulorum, non singula generum utraque locutio
 ne includi intelligantur: nullum quippe genus peccati est,
 quod interdum ex superbia non proveniat: nullum etiam,
 quod ex cupiditate aliquando non descendat. Sunt enim nõ-
 nulli hominum, qui ex cupiditate fiunt superbi: & aliqui ex
 superbia fiunt cupidi. Etenim, ut ait August. homo non es-
 set amator pecuniæ, nisi per hoc putaret se excellentiorem
 esse, ideoque ut excellat, divitias cupit: tali homini ex super-
 bia oboritur cupiditas. Et est aliquis qui non amaret excel-
 lere, nisi putaret per hoc divitias maiores habere. Ideo er-
 go excellere laborat, quia divitias habere amat. Hinc inna-
 scitur superbia, idest amor excellentiæ ex cupiditate. Patet
 ergo quod ex superbia aliquando cupiditas, & ex cupidita-
 te aliquando superbia oritur: & ideo de utraque recte dici-
 tur, quod sit radix omnis mali.



VPRA ostendit Ma-
 gister qualiter pec-
 catum ortum ha-
 beat a voluntate in
 generali, in hac vero parte de-
 scendit Magister ad differen-
 tias peccati. Diuiditur autem

pars ista in duas partes. In
 quarum prima descendit Ma-
 gister ad differentias peccati
 communes. In secunda vero
 descendit ad unum peccatum
 speciale, quod est inter cætera
 peccatorum genera magis gra-
 ue,

ue, & abominabile, infra di. 43. *Est præterea quoddam peccati genus &c.*) Prima pars quæ spectat ad præsentē dist. tres habet partes: quoniam differentia peccati ad peccatum potest attendi tripliciter, aut quātum ad actū, aut quātum ad reatum, aut quātum ad peccandi modū. In prima ergo inquit Magister differentiam inter peccata operis, & uoluntatis. In secunda inquit differentiam ex parte reatus, quæ est inter genus peccati originalis, & actualis, uenialis & mortalis, ibi. *Præterea queri solet &c.*) In tertia uero subiungit diuersos modos peccandi, siue diuersa genera peccatorum per modum narrationis. ibi. *Modi autem peccatorum uarias &c.*) Prima pars diuiditur in duas. In quarum prima Magister mouet quæstionem, & determinat secundum duplicem opinionē. In secunda uero ponit, & respōdet obiectionibus, quæ impugnant uidentur opinionem magis probabilē, ibi. *Quia cum constat &c.*) Similiter secunda pars, in qua inquit differentias peccatorum quantum ad reatum, duas habet. In prima quæritur, qualiter reatus possit manere peccato abeunte: in qua accipitur differentia actualis peccati, & originalis, quia actualis transit actu, & remanet reatu: originale autem econuerso: In secunda uero ostendit, quod reatus multipliciter accipitur in scriptura, uidelicet pro obligatione pœnæ æternæ, & pœnæ temporalis: ex quo accipitur differentia mortalis peccati, & uenialis, ibi. *Reatus in scriptura multiplici-*

ter accipitur &c.) Similiter tertia pars duas habet partes. In quarum prima tangit Magister quinque modos diuidendi peccata consuetos in scriptura. In secunda uero remouet dubitationē, quæ ortum habet ex una illarū diuisionū, ibi. *Ex superbia tamen omnia mala oriuntur &c.*) **N** *Ec unquam est &c.*) Inquit Magister, quod peccatum interdum est in aliquo reatu, postquam transit actu. Contra. Videtur hoc esse falsum. Aut enim reatus, siue obligatio peccati fundatur super actum peccati, aut super pronitatem, aut super deformitatē. Si super actū: ergo transeunte actu necesse est ipsum transire: ergo non manet peccatum quantum ad reatum, postquam transit quantum ad actum: si super pronitatem: ergo cum pronitas remaneat in homine post gratiæ susceptionem, ut quæ reatus remaneat post peccatum et post gratiam susceptā, quod est plane falsum. Si super deformitatem, & illa dicit priuationem, & priuatio nihil est: ergo fundatur reatus peccati super nihil: ergo pro nihilo obligatur homo ad pœnam: ergo si nihil plus est in peccato nisi ista tria, non uidetur quod peccatū possit remanere reatu, & transire actu. Quæritur ergo super quid fundetur reatus, siue obligatio ad pœnam. Resp. Dicendum, quod secundum quod tria sunt in peccato, scilicet actus peccandi, & habitus pronitatis, siue macula peccati, & tertio defectus, siue boni priuatio, quæ deformitas dicitur: secundum hæc triplex fuit modus dicendi. Quidam enim dixerunt,

quod reatus

quod reatus peccati fundatur super actum: nec tñ sequitur, quod reatus transeat cum actu, pro eo quod pro actu præterito potest homo manere obligatus ad pœnā futuram. Cum enim quis ex prauitate actionis suæ reus pœnæ efficitur: & si actus ille pertranseat, reatus siue obligatio nō præterit: sicut patet in latrone, uel in eo qui aliquod facinus perpetravit. Sed huic modo obuiat potestas absolutionis reatu: si enim reatus fundatur super actū præteritum, cum actum præteritum necesse sit esse præteritum, cum est reus, non potest esse nō reus, quod manifeste falsum est. Alius modus dicendi fuit, quod reatus fundatur super pronitatem, quæ quidem pronitas dicitur esse se macula peccati, & illa macula est quasi quædam dispositio reddens animam cremabilem: & ratione amotionis illius maculæ dicimur lauari in sanguine Christi a peccatis nostris. Sed huic modo dicendi obuiat possibilitas amotionis illius pronitatis absque infusione gratiæ: sicut patet quando de auaro fit prodigus, aufertur ab eo pronitas ad auaritiam: si ergo reatus fundaretur super illam pronitatem, cum aliquis de auaro fieret prodigus, absque gratia esset a reatu peccati absolutus, quod plane falsum est. Tertius modus dicendi est, quod reatus fundatur super deformitatem: deformitas autem non tñ dicitur boni priuationem, sed etiam debitum habēdi: & quia peccator debet deo iustitiam, & honorem: & dum illis priuatur, per peccatū deformatur, ex hoc obligatur ad su-

stinendam pœnam: quia. n. debitor erat, & non poterat solvere in operibus, necesse erat ut persolueret in passionibus. Sed huic modo dicendi obuiat reatus multiplicitas. Quot n. peccata homo actualiter perpetravit, tot pœnis reus erit: ex multis autem peccatis eiusdem speciei una resultat in anima deformitas. Præterea carētia boni in homine obligat ad carētiam summi boni, non ad passionē supplicii, sicut patet in originali peccato: quia remota deformitate per gratiam, adhuc remanet obligatio ad pœnā. Et propterea dici potest, quod reatus, siue obligatio ad pœnam est duplex, quidam respectu pœnæ æternæ, & quidam respectu pœnæ temporalis. Obligatio uero respectu pœnæ temporalis non semper requirit culpam præsentem, sed sufficit ad illam obligationem, quod pœna fuerit præterita, & quod subsequuta fuerit plena emenda. Obligatio autem ad pœnam æternā fundatur super illam culpā: culpa autem (proprie loquendo) non est ipsa pronitas, sed ipsa deordinatio, siue quæ est in actu, siue quæ est in anima. Deordinatio autem in actu consistebat ex conuersione, & auersione: & secundum hæc duplicem comparationem anima deordinatur cum peccat, & deordinatio in anima ratione auersionis dicitur deformitas, ratione uero conuersionis dicitur macula. Dico ergo quod reatus pœnæ æternæ fundatur super peccatum, & in quantum est deformitas, & in quantum est macula: sed differente, quia ratione auersionis dignus est supplicio.

supplicio. Fundatur etiam reatus super maculam, & deformitatem, quæ est in anima per comparationem ad actum, per quæ illa macula, uel deformitas est introducta: & ideo plurificantur reatus secundum quod plurificantur peccata commissa. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nã dico quod reatus pœnæ æternæ non simpliciter fundatur super maculam secundum quod dicitur pronitas uel positio aliqua, sed potius secundum quod dicitur deordinatio, & priuatio. Dico etiam, quod non fundatur super deformitatem solū ratione priuationis, sed et ratione debiti: nec solum ratione auersionis, sed et conuersionis: nec solum super peccatū secundum quod est deformitas, sed etiam secundum quod est macula: & hoc est quod dicit Magister in litera. Reatu remanet peccatum in homine, cum pro eo, siue transferit, siue adsit, mēs hominis polluta est, & corrupta, quousque homo simpliciter est obligatus perpetuis: & loquitur hic Magister (sicut patet) de reatu pœnæ æternæ, non temporalis: reatus enim pœnæ temporalis bene fundatur super illud, quod per transit.

Modi autem peccatorum varias
Dub. 2. in scriptura &c.) Contra. Videtur quod non solum modo uarias habeant, imo etiam infinitas: quia sicut uult Philosophus, bonum est uno modo, malum autem multipharium. Et ipse est Dionysius dicit, quod malū est infinitum: Ergo uidetur quod in scriptura non possit habere distinctiones determinatas. Iuxta hoc *cap. 4. p. r. 4.* queritur de numero, & sufficiē-

tia harum distinctionum, quas Magister ponit in litera. Videtur enim, quod aliquæ inconueniēter assignentur: cum. n. omne peccatum sit in uoluntate ex libidine mota: male distinguitur peccatum in peccatum, quod est ex amore, & quod est ex timore. Item. Cum omne peccatum sit in cogitatione, & uoluntate, male distinguitur peccatū per peccatum cogitatione, uerbo, & opere. Item. Cum omne peccatum sit in deum, male distinguitur peccatum per istas differētiās in deum, in se, in proximum. Item. Cum in omni peccato sit defectus alicuius circumstantiæ, omne peccatum uidetur esse omissio: ergo male distinguitur per commissum, & omissum. Postremo uidetur, cū omnis peccati initium sit superbia, quod male distinguitur peccatum per septē capitalia. Resp. Dicendum, quod Magister in hac parte septem innuit diuisiones peccati secundum septemplex eius comparationem. Primo nã que peccatum comparatur ad causam suam, ex qua habet ortum: & sic est illa diuisio peccati in actuale, & originale. Secundo uero comparatur ad pœnā, ad quam terminatur: & sic est illa diuisio peccati in mortale, & ueniale. Has duas differētiās Magister præmisit supra. Tertio peccatum comparari habet ad motiuum: & hoc quidem uel est ad bonum assequendum, uel ad malum fugiendum: & sic est tertia diuisio, quæ Magister ponit in peccatū ex amore, & peccatum ex timore. Quarto peccatum comparari habet ad actū substratum

stratum: & sic est quarta diuisio peccati in peccatum cogitationis, uerbi, & operis secundum triplicem potentiam, scilicet affectiuam, interpretatiuā, & operatiuam (cogitatio enim pro affectione ibi accipitur.) Quinto comparatur peccatum ad personam, quā offendit: & sic est quinta diuisio peccati in deum, & in se, & in proximum, Sexto comparatur peccatum ad mandatum cui opponitur: & sic est illa diuisio in delictum, & commissum: quia dictum est contra præceptum affirmatiuum, & commissum contra negatiuum. Septimo comparatur ad uitia, quæ ex ipso oriuntur: & sic est illa diuisio peccati in septem differētiās capitalium. Et sic Magister ponit ibi septem diuisiones secundum septem peccati comparationes: quamuis tamen aliæ diuisiones reperiantur, ad aliquam harum tamen reduci possunt, pro eo quod sumitur secundum aliquā istarum comparationum: sic illa diuisio, qua beatus Iaco. in Cano. sua diuidit peccatum in superbiam uitæ, & concupiscentiam oculorum, & concupiscentiam carnis, reducitur ad illam, quæ est ex parte motui. Similiter & illa diuisio, qua Isid. diuidit peccatum in peccatum, quod est ex malitia, ex infirmitate, & ignorantia. Similiter illa diuisio, qua Grego. diuidit in peccata carnalia, & spiritualia, quam sumit ex illo uerbo Apost. 4. Cor. 6. 31. a medio. 6. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus: reducitur ad illam, qua peccatū diuiditur per comparationem ad actus substratos; Et sic patet.

S. Bon. Lib. 2.

sufficiētia, numerus, & ordo istarum diuisionum. Ad illud ergo quod obiicitur, quod malum est infinitis modis. Dicendum, quod & si hoc uerum sit ex parte ipsius mali, & etiam per comparationes, quas habet ad particularia bona, & ad particulares personas: ueruntamen ratione boni sibi oppositi, & ratione comparationum generalium, modis finitis, quamuis uariis, habet distinguere. Ad illud, quod obiicitur, quod diuisiones illæ, quæ hic assignantur, non recte assumuntur, maxime quia in illis tribus primis diuisionibus primum membrum generale est ad omne peccatum. Dicendum, quod in aliis tribus diuisionibus primum membrum accipiendum est cum præcisione, ut sit sensus: quod peccatum aliud est ex amore tantum, aliud ex amore pariter, & timore: sic & in aliis duobus. Vel dic, quod diuidit peccatum penes motiuum, & actum, & obiectū, prout hic accipitur proprie, & immediate. Illud uero quod obiicitur contra illam diuisionem, quæ est in delictum, & commissum, non ualet: quia non quocumque omissio cuiusque bonæ circumstantiæ dicitur delictum: sed illa, quæ est omissio actus debiti. Ad ultimum. Dicendum, quod superbia dicitur dupliciter, uno modo prout omnis contemptus, & erectio mentis nomine superbiæ continet; & sic est initium omnis peccati. In omni enim peccato homo superbit, et se erigit contra deum. Alio modo dicitur superbia appetitus dignitatis, et honoris: et hoc modo est speciale peccatum distinctum ab aliis peccatis.

LIII

Septem

Dub. 3. Septem esse vitia capitalia, vel principalia, etc. Contra. Quia super illud Prouer. 6. Sex sunt, quod odit deus, Glof. sex capitalia vitia enumerat, quæ in comparatione septimi minora sūt: & ista non continentur sub illis: ergo uidentur esse. 4. Item. Isido. super Deu. enumerat octo capitalia, scilicet castrimargiam, fornicationem, philargytiam, tristitiam, iram: cenodoxiam, accidiam, superbiam: & ita uidetur, uel quod ista diuisio sit diminuta, uel alia superflua. Item. Cum uitia opponantur uirtutibus, & nos habeamus habitus uirtutum, donorum, & beatitudinum, uidetur quod deberent esse capitalia uitia saltem. 2. Item. Cum uirtus habeat sibi uicium oppositum penes superabundantiam, & defectum: uidetur quod secundum numerum habituum bonorum habent duplicari habitus capitalium uitiornum, ut sint. 42. Iuxta hoc etiam quaeritur, cum habeamus capitale uicium penes sensus, tactus, & gustus, ut luxuriam, & gulam, quare non habemus penes alios sensus. Quæritur etiam pro quanto dicatur aliquid capitale peccatum, & de numero istius diuisionis, & sufficientia. Respon. Dicendum, quod capitale uicium dupliciter potest dici: aut quia præcipuum, & magnum est in genere uitioso: aut quia caput est, & principium aliorum. Primo modo accipitur in Glo. Prouer. 6. ubi uocantur illa uitia capitalia: quia magna sunt, & homo dignus est magna poena. Secundo modo hoc dicitur uicium capitale, quod est ratio principiandi multa pec-

cata. Vnde Gregorius. cuiuscunque capitali peccato assignat filias Peccatum enim hoc ipso ponitur esse caput, & principium alterius, quo eius motuum adeo cadit in animæ appetitum, quod potest præstare fomentum, & motum; adeo ut ex ipso consurgat quoddam peccati corpus quodammodo metaphoricum continens uarietatem ramorum, & membrorum filiorum, & filiarum. Et hinc est, quod infidelitas, quæ opponitur fidei non ponitur esse capitale peccatum: quia error non cadit primo in animæ appetitum. Similiter nec prodigalitas, quæ est opposita auaritiæ. Inanis autem gloria uno modo est capitale uicium, alio modo est filia. Nam prout inanis gloria dicit appetitum dignitatis excellentiæ, sic est idem cum superbia, & est capitale uicium: & sic accipit Magister in litera; quia animus directè mouetur ad excellentiam, & dignitatem appetendam. Prout inanis gloria dicitur appetitus laudis: sic est filia; quia non desideratur laus humana nisi propter excellentiam. Et sic patet, quod non est controuersia inter istam assignationem, & illam Isidori. Isidorus autem accipit cenodoxiam, siue inanem gloriam pro superbia, proprie dicta, & ultimo superaddit superbiam septem capitalibus, quasi omnium uitiornum reginam. Sufficientia autem capitalium, & numerus multipliciter potest accipi. Vno modo sic. Cum peccatum capitale sit corruptio, siue pronitas respectu eius, ad quod natura prona est ex corruptione primaria, multi-

plicari habet, sicut multiplicari habet illa pronitas. Pronitas autem illa potest multiplicari ex parte obiecti sic: quia aut attenditur quantum ad appetitum apparentis boni: aut quantum ad fugam apparentis mali. Si primo modo: aut respectu boni interioris, & sic est superbia; aut exterioris, & sic est auaritia; aut inferioris prout spectat ad conseruationem propriæ carnis, & sic est gula: aut conseruationem speciei, & sic est luxuria. Si respectu apparentis mali: hoc potest tripliciter esse, aut mali interioris, & sic est inuidia: aut exterioris, & sic est ira: aut inferioris: & sic est accidia, quæ refugit malum carnis. Sed iste modus sumendi non uidetur usquequaque conueniens. Omnis enim pronitas directè est respectu apparentis boni. Et ideo est alius modus multiplicandi hanc pronitatem secundum diuersitatem uitiornum animæ. Quoniam pronitas aut attenditur in ipsa uoluntate rationali secundum se, aut per coniunctionem ad sensibilem, aut per coniunctionem ad uegetabilem. Si secundum se; sic potest esse tripliciter, aut in comparatione ad deum, & sic est superbia: aut ad proximum, & sic est inuidia; aut ad seipsum, & sic est accidia. Si per coniunctionem ad sensibilem, sic potest esse dupliciter, scilicet quod duplex est motiua sensibilis. scilicet concupiscibilis, & irascibilis: si per coniunctionem ad concupiscibilem, sic est auaritia: si ad irascibilem, sic est ira. Si attendatur per coniunctionem cum uegetabili, sic potest esse dupliciter: aut quantum ad generatiuam; et sic est

luxuria: aut quantum nutritiuam, et sic est gula. Quantum ad augmentatiuam nulla est, quia illa est pure naturalis. Sed quia ira ita est spirituale peccatum, sicut inuidia, et accidia: adhuc uidetur, quod ille modus assignandi aliquam habeat inconuenientiam. PROPTEREA tertio modo potest dici, quod pronitas ad aliquod apprensibile bonum aut est respectu boni, quod respicit spiritum secundum se: aut respectu boni, quod respicit spiritum in carne. Si respectu boni, quod respicit spiritum secundum se, hoc potest esse quadrupliciter secundum quatuor conditiones boni, ad quas pronus est appetitus noster. Appetit enim quis bonum sub ratione dignitatis, & hoc per superbiam: sub ratione proprietatis, & sic est inuidia; sub ratione seueritatis, & sic est ira: sub ratione quietis, & sic est accidia. Si uero sit hæc pronitas respectu boni, quod respicit spiritum in carne, hoc est tripliciter secundum triplicem conditionem, sub qua spiritus carnalis bonum appetit. Aut enim appetit bonum sub ratione sufficientis, & sic est auaritia: aut sub ratione demulcentis, & sic est luxuria; aut sub ratione resistentis, & sic est gula. Ex his patet sufficientia, & numerus uitiornum capitalium. Non enim accipiuntur per oppositum ad uirtutes, nec ad dona, nec ad beatitudines; sed secundum pronitates respicientes conditiones boni apparentis. Patet etiam quare penes alios sensus non habemus capitalia uitia, sicut penes gustum, & tactum: quia in his regnat pronitas amplior, quam in

aliis sensibus. Vnde si delectationes quæ eruntur in aliis sensibus, ad has reducuntur: utpote si aliquis uelit aspicere mulierem pulchram, ut in ea delectetur, & concupiscat, reducitur talis delectatio ad luxuriam. Similiter si quis uelit aspicere pulchrum equum, uel librum ut ipsum habeat, talis delectatio reducitur ad auaritiam. Sicut enim appetitus spiritus secundum se quodammodo quietatur, si habeat bonum excellens cum proprietate, & securitate, & quiete: sic appetitus carnalis quietatur, cum habeat bonum sufficiens, demum cens, & reficiens, nec acquirit nisi propter hæc tria.

Initium omnis peccati est superbia, &c. Cōtra. Quia dicit Chrysostomus super illud Psal. 37. A facie insipientis. Omnis peccati initium insipientia est; sed cum non possint esse plura eiusdem initia prima, & principalia, uidentur quod superbia non sit initium omnis peccati. Itē. Obicitur secundum quod Magister obiicit in litera. 1. Thim. ult. Radix omnium malorum est cupiditas. Si tu dicas, quod hæc duo sunt radices peccatorum secundum diuersam comparationem: quaritur tūc de diuersitate radicum, & quid intelligatur nomine radices, & quæ differentia sit inter capitale uitium & radicem. Item. Quæ differentia sit inter initium, & radicem. Respon. Dicendum, quod differt dicere initium, & radicem. Nam initium proprie dicit id, a quo inchoat motus: radix uero dicit illud unde trahitur fomentum, & nutrimentum: & ideo cum peccatum trahat fo-

mentum ex parte appetibilis, & dicat recessum a deo: hinc est quod initium attenditur ex parte conuersionis, proprie loquendo. Et quoniam auersio est ex ratione contemptus: & conuersio est ex ratione cupiditatis, siue libidinis: hinc est quod superbia (proprie loquendo) dicitur initium, & cupiditas dicitur esse radix. Et quoniam in omni peccato est auersio, & conuersio: hinc est quod superbia dicitur initium omnium peccatorum; & cupiditas radix omnium malorum: & simul possunt stare illa duo: accipitur tamen nomen radices, aliquando pro nomine initii, & econuerso. Capitale autem uitium differt a radice in hoc, quod sicut caput dicit principale membrum, & membrum completum, & quod est principium aliorum quantum ad motum, & sensum, sic capitale uitium nominat peccatum completum, a quo omnia alia uitia oriuntur; radix uero dicit aliquid sub maiori incompletione: & ideo (proprie loquendo) radix non nominat genus peccati determinatum, sed pronitatem libidinis, quæ concurrat ad omne peccatum. Vnde notandum, quod radix accipitur aliquando generaliissime, aliquando generaliter, aliquando minus generaliter. Generalissime, ut cum dicitur libido siue cupiditas esse radix omnium malorum, Generaliter uero, ut cum dicitur, quod duplex est radix, amor male accedens, & timor male humilians. Amor enim accipitur respectu boni, & timor respectu mali. Minus uero generaliter, ut cum dicitur, triplex

triplex est radix, scilicet concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia uitæ, per comparationem ad triplex bonum, scilicet ad bonum inferius, exterius, & interius. Similiter initium peccati tripliciter potest accipi, siue nominari, aut prout dicit recessum liberi arbitrii a lege maiestatis: & sic dicitur superbia, siue contemptus: aut a lege ueritatis, & sic est error: aut a lege bonitatis, & sic est insipientia, quæ est contraria sapientiæ. Et sic patet, quod non est contrarietas quæ dicitur, quod initium omnis peccati est superbia, & quando dicitur de errore, & insipientia. Patet etiam quod non est contrarietas in hoc, quod aliquando dicitur una radix, aliquando duæ, aliquando tres. Patet etiam differentia initii, & ipsius radices, & uitii capitalis. Et hæc de generali diuisione peccatorum dicta sufficiant ad præsens.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An peccatum uoluntatis & peccatum operis unum, uel duo peccata sint?



De intelligentiam huius partis sunt tria, quæ hic determinantur, circa tria incidit hic quæstio. Primo est hic quæstio de comparatione peccati operis ad peccatum uoluntatis. Secundo de comparatione peccati uenialis, & peccati mortalis. Tertio incidit quæstio circa modos diuidendi peccatum. Circa primum quaruntur duo. Primo quaritur, utrum peccatum uoluntatis, &

operis sint duo peccata, uel unum. Secundo, utrum unum addat ad alterum.

VTRUM peccatum uoluntatis, & operis sint duo peccata, uel unum. Et quod sint plura, uidetur: super illud Rom. 1. Repletos homicidiis. Glos. Pluraliter dicit, homicidiis: quia aliud est homicidium uoluntatis, & aliud homicidium operis. Si sic est in homicidio: ergo pari ratione & in aliis peccatis.

ITEM. Multiplicato inferiori, multiplicatur superior; sed fornicatio exterior peccatum est speciale, uoluntas etiam fornicandi peccatum est speciale: sed uoluntas fornicandi est aliud, quam ipse actus fornicandi: ergo si ista sunt diuersa, & sunt peccata loquendo formaliter: ergo sunt diuersa peccata. **I**TEM. Multiplicato subiecto multiplicatur accidens, quod consistit per illud subiectum: sed deformitas comparatur ad actionem, tamen accedens ad subiectum; ergo ubi multæ deformitates, & ubi sunt multæ deformitates, ibi multa peccata: & actio interior, & exterior sunt diuersæ: ergo sunt in eis diuersæ deformitates: ergo & diuersa peccata. **I**TEM. Multiplicato uno oppositorum multiplicatur & reliquum; quia tantum unum uni opponitur; sed peccatum repugnat præcepto: cum igitur aliud sit præceptum, quo prohibetur actus interior, & aliud quo prohibetur actus exterior, quia aliud mandatum est, Non concupisces, & aliud, Non mechaberis: ergo uidetur, quod sicut illa duo sunt præcepta, ita actio exterior, & interior

finis duo peccata. **ITEM.** Magis conuenit uoluntas interior cū uoluntate interiori, quā uolūtas interior cū actione exteriori: sed uoluntas interior cū alia uoluntate facit duo peccata diuersa: ergo multo fortius uoluntas interior cum actu exteriori sunt diuersa peccata.

SED CONTRA. Per se, & per accideus non ponunt numerū: sicut cum diligo uinū, quia dulce, non dicor diligere duo, sed unum: sed actio exterior non est peccatum nisi propter uoluntatem interiorē: igitur uolūtas interior cum actu exteriori non ponit numerum: ergo non sunt duo peccata, sed unum. **ITEM.** Actio inchoata nō ponit numerum cum seipsa cōsummata: sed peccatum inchoatur in uoluntate, & cōsummat in opere, secundū q̄ dicitur Iaco. i. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatū uero cū cōsummatū fuerit, generat mortē: ergo &c. **ITEM.** Bonum opus nō ponit in numerū cum bona uoluntate in ratione meriti. Vnde cum aliquis uolūtarie bene operatur, non est ibi duplex meritū, sed unum: ergo pari ratione nec uoluntas interior cū opere exteriori ponit in numerum in ratione demeriti, siue peccati.

ITEM. Formale in peccato secundum quod peccatum, est libido, uel potius cōtemptus dei, siue auersio: sed cum quis uoluntarie opus nefarium perpetrat, non sunt duo contemptus, sed unus: nec duæ auersiones, sed una: ergo uoluntas interior, & actus exterior non sunt duo peccata, sed unum. **ITEM.** Mul-

tis peccatis multiplex debet infligi pœna, siue remuneratoria, siue satisfactoria: sed pro peccato exterius consummato non debetur alicui pœna multiplex, nec diuersæ imponuntur satisfactiones, sed una: ergo uoluntas interior, & actio exterior nō sunt diuersa peccata.

RESOLVTIO.

Formaliter loquendo, unum peccatum est peccatum uoluntatis, & peccatum operis: cum ad idē ordinata & coniuncta sint.

RESP. Dicendum, quod dupliciter contingit comparari peccatum operis exterioris, & uoluntatis interioris. Vno modo prout ista duo coniuncta sunt, & ordinata, ita quod unum est ex altero: & sic uoluntas interior cum actu exteriori non facit diuersa peccata, pro eo quod unus est ibi contemptus, & una auersio, & una conuersio: uoluntas enim est, quæ contemnendo auertitur, dum ad bonum cōmutabile conuertitur, non solum quantum ad actum proprium, sed etiam quantum ad actum inferioris potentiæ, qui ei subiicitur. Quia igitur peccatum secundum quod huiusmodi dicit deordinationem per cōtemptum, & auersionem a deo, & conuersionem ad creaturam; hinc est, quod cum ibi sit una deordinatio, patet quod peccatum uoluntatis, & operis unum est, loquendo formaliter, & prout illa coniuncta sunt. Licet autem una sit ibi ratio deordinandi, plura tamen sunt ibi deordinata: & ideo quamuis peccatū illud unum sit formaliter, plura tamen sunt ibi materialiter. Si

Idē sentit D. Tho. 1. 2o. 2o. arti. 1. quæ impugnat Grego. de Ari. hic q. 1. ar. 1.

autem

autem comparemus uoluntatem interiorē ad opus exterius, prout sunt separata, ita quod unus peccet uoluntate tantum, alius peccet uoluntate & opere: sic peccatum uoluntatis, & operis sunt diuersa peccata, non solum materialiter, uel ueluti formaliter: pro eo quod actus uoluntatis; in quo consistit prima ratio deordinandi, numeratur, & est a ius, & alius: hoc autem modo non querit Magister in litera, utrum uoluntas interior, & actio exterior sint diuersa peccata: hoc enim non est dubium, quod diuersis peccatis peccat quis, si una uice tantum uelit malum, alia uice uelit, & perficiat: sed de hoc querit, utrum uoluntas interior, & actio exterior sint diuersa peccata, secundum quod unum ab altero procedit, & unū alteri coniungitur: Et ad hoc respondendum, quod quamuis sint plura opera culpabilia, & plura deordinata: quia tamen unum est ratio deordinandi, & unum est ibi actus uoluntatis, nec aliter est culpabilis nisi propter alium, unum est ibi peccatum. Et huic modo dicendi magis concordat Magister in litera respondens objectionibus, quæ sunt pro parte altera, quæ dicebant illa esse diuersa peccata. Et recte facit in hoc: quia quamuis aliquid possit dici numerari, ex quadam improprietate solummodo ex parte principii materialis: tamen (proprie loquendo) non numeratur aliquid ex parte principii materialis, nisi quia cum numeratione ex parte principii materia-

lis concurrat numeratio ex parte principii formalis, sicut albedo numeratur in duobus hominibus albis: non sic autem est in proposito: Et ideo rationes, quæ hoc ostendunt, scilicet uoluntatem interiorē, & actionē exteriorē esse peccatum unū, concedendæ sunt.

AD ILLUD, quod obiicitur de Glossa. Dicendum, quod Gl. aut loquitur materialiter, aut loquitur de homicidio interiori, & exteriori, prout diuisa sunt; ita quod unum alteri non continuatur. **AD ILLUD** quod obiicitur, quod multiplicato inferiori multiplicatur suum superius. Dicendum quod illud uerum est de illo inferiori, cui suū superius est essentialiter, uel ad quod suum superius comparatur essentialiter: non sic autem est in proposito: quia peccatum & si dicatur de uoluntate, & ratione, non dicitur prædicatione essentiali, sed magis accidentaliter. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod multiplicato subiecto multiplicatur accidens. Dicendum, quod uerum est, si subiectum per se multiplicetur, & illud in quo primo est accidens: deformitas autem peccandi non attenditur primo, & principaliter circa exteriorē actionem, nec est ibi tanquam circa subiectum per se, sed est ibi ratione uoluntatis interioris coniunctæ: quod patet: quia si actio illa procederet ab alio principio, quā uoluntate, iam non esset culpabilis. Aliter potest etiam dici, quod illud intelligitur quando subiectum plurificatur & secundum rem, & secundum illā rōnē,

qua dicitur subiectum: ita quod non solum sunt plures res, sed et plura subiecta: quauis autem actio interior, & exterior sint diuersae res, non tamen sunt diuersa subiecta deformitatis, sed unum: pro eo quod sicut ordo potest esse in pluribus, quorum unum est ab altero tanquam in uno subiecto, sic etiam & deordinatio. Quoniam igitur deformitas peccati dicitur deordinationem a fine: hinc est quod circa actionem internam, & exteriori consistit tanquam circa unum subiectum, quamuis sint diuersae actiones, & res. Posset et instari contra illud uerbum, quod hoc intelligitur de accidente ab soluto, & non de accidente relativo. Tale enim unum potest esse in pluribus, dum tamen illa sint adinuicem relata, & ordinata: & per hunc modum se habent actio interior, & exterior: quia una procedit ab altera. AD ILLUD, quod obiicitur, quod multiplicato uno oppositorum, multiplicatur & reliquum. Dicendum, quod uerum est secundum quod ei opponitur: praecipuum autem quod prohibetur actus exterior, & uoluntas interior, non est aliud & aliud: nisi ex hoc, quod in uno prohibetur uoluntas cum opere, & in altero prohibetur uoluntas etiam absque opere: & hoc modo bene concedo, quod uoluntas interior, & actio exterior prout sunt distinctae sunt plura peccata: sed hoc modo non procedit inquisitio praesens, nec inquisitio Magistri. AD ILLUD, quod obiicitur, quod magis communicat uoluntas interior cum uoluntate, quam cum actu exteriori. Dicendum, quod est conuen-

ientia formalis, & conuenientia ordinis. Cum ergo dicitur, quod uoluntas interior magis conuenit cum uoluntate, quam cum actione exteriori. Dicendum, quod uerum est de conuenientia formali, sed non de conuenientia ordinis: quia non fit est uoluntas a uoluntate, sicut est exterior operatio ab interiori uoluntate: & ideo cum sint duae uoluntates, duae sunt principales deordinationes, & praeter hoc duo sunt peccata. Cum uero opus exterius iunctum est uoluntati interiori, a qua procedit, una est ibi deordinatio, & unum actuale principium deordinationis: & ideo unum peccatum est ex ista parte, & ex illa parte plura peccata.

QVAESTIO II.

An opus quidquam addat ad malitiam uoluntatis?

UTRUM peccatum operis addat super peccatum uoluntatis, & quod sic uidetur. Super illud Psal. 68. Appone iniquitatem super iniquitatem. Glos. qui addit opus uoluntati, addit iniquitatem iniquitati: sed qui hoc facit, aut facit nouum peccatum, aut maius: sed non nouum: ergo maius. ITEM. August. Vniuersi que miser efficitur mala uoluntate: sed miserior cum desiderio male uoluntatis impletur: sed non efficitur homo miserior per peccatum nisi aggrauetur peccatum: ergo peccatum uoluntatis aggrauatur per additionem operis. ITEM. Ratione uidetur. Apud humanam iustitiam grauius punitur qui peccat in opere, quam qui peccat uoluntate solum, uel uoluntate: & uerbo,

uel

uel uoluntate tantum: ergo si humana iustitia deriuatur ab aeterna iustitia, & ei conformatur, ut in opere suo laudabilis sit, uideatur quod maiori poena sit dignus ille, qui peccat uoluntate, & opere, quam qui peccat uoluntate tantum: sed non est quis maiori poena dignus nisi propter maiorem culpam: ergo &c. ITEM. Grauius peccat qui peccat in deum, & in proximum, quam qui peccat in deum tantum: sed qui peccat uoluntate interiori solum, non peccat nisi in deum: qui uero peccat exterius in opere, frequenter peccat in proximum, sicut patet in adulterio, & homicidio, ergo &c. ITEM. Quanto magis se homo glorificat, & in deliciis est, tanto magis dignus est poena; sed qui peccat uoluntate, & opere, magis se glorificauit, & amplius delectatus est, quam qui sola uoluntate peccauit; ergo maiori poena dignus est; & si hoc, maiorem perpetrat culpam.

SED CONTRA. Super illud Psal. 57. Etenim in corde iniquitate operamini. Glos. Si uis, & non potes, deus factum reputat; ergo si uoluntas reputatur pro facto, uidetur quod factum quantum ad rationem peccati nihil addat supra uoluntatem. ITEM. Aug. Si contingat aliquem non concubere cum uxore aliena; planum autem est eum cupere: & si potestas daretur eum esse facturum, non minus reus est, quam si in ipso facto deprehenderetur; ergo si non est minus reus, non magis peccat, quando consummat in opere, quam quando plene uult in uoluntate. ITEM. Grauitas, & magnitudo peccati consistit in qua-

ritate contemptus; sed quando uir omnino consensit, tunc plena est auersio, & contemptus; ergo aequale est peccatum, siue opus adsit, siue desit. ITEM. Opus exterius non est culpabile nisi propter uoluntatem interiori: ergo si tota ratio culpabilitatis ortum habet ab ipsa uoluntate, ut quod sola uoluntate peccati existente, tantum est homo culpabilis, quantum si peccaret in opere. ITEM. Peccata spiritualia, quae sola uoluntate consumantur, grauiora sunt quam peccata carnalia, quorum consummatio fit in carne; si ergo prima, quae in sola uoluntate consistunt, grauiora sunt quam secunda, quae consistunt in uoluntate, & opere: uidetur quod opus non addat aliquid ad malitiam uoluntatis.

RESOLUTIO.

Nihil addit de contemptu Dei: sed bene aut de libidine aut de delectatione, aut de damno.

RESP. Ad praedictorum intelligendam est notandum, quod cum quaeritur, utrum opus addat aliquid ad malitiam uoluntatis, hoc dupliciter potest intelligi. Vno modo respectu uoluntatis, quae potest in opus procedere, sed tamen non procedit, quia non omnino plene uult; & respectu talis absque dubio malitia operis addit. Cum enim peccatum consummatur in opere, tunc est plenior consensus; & non solummodo dicitur manducare mulier, sed etiam uir; & ideo peccatum tunc maius, & grauius est ratione maioris conuersionis, & etiam auersionis. Alio modo potest intelligi respectu uoluntatis, quae quidem in opus non procedit; non quia non

uelit

ario. uelit, sed quia non potest. Et tunc
De hoc mouetur ista quaestio: Cum utro
tamen i bique sit plena uoluntas, utrum
script. grauius peccet qui uult, & non
exē. ni. potest; aut qui uult & facit, esto
hil. attā q̄ uterque moueatur ex æquali
mēquē. amore. Hoc igitur modo quaestio
actuale stione intellecta, respondendum
marty- est, quod unum peccatum dicitur
riū, ac- esse maius altero tripliciter,
dat pra. aut ratione maioris contemptus
miū ac- dei, aut ratione maioris libidi-
tident a nis, siue delectationis, aut ratio
leadmit ne maioris damnificationis. Pri-
titur nō mo modo loquendo opus non
tamē es addit ad iniquitatem uolunta-
sētiāle. tis: quia uoluntas plena a deo
auertitur per se, sicut cum est o-
peri coniuncta. Quantum uero
ad delectationem, siue libidinē
addit, & aggrauat, maxime quā-
tum ad genus peccati carnalis,
quo quidem peccat homo in se-
ipso. Similiter quantum ad dam-
nificationem addit: & hoc ma-
xime quantum ad genus pecca-
ti, quo quis peccat in proximū.
Quantumcunque enim aliquis
uelit fornicari, nunquam dele-
ctatur, sicut quando uoluntas
coniungitur actui exteriori. Simi-
liter quantumcunque uelit
aliquis alterum occidere, non
tantum facit damnum, quantū
si actu occideret. Et quoniam
deus iustus iudex in puniendo
non tantum considerat in pecca-
to magnitudinem contemptus.
sed etiam magnitudinem dele-
ctationis, & magnitudinē dam-
nificationis: hinc est, quod ali-
quo modo opus addit ad ne qui-
tiam uoluntatis. Vnde & ratio-
nes, quæ hoc ostendunt conce-
dendæ sunt, quamuis non om-
nes cogant: maxime illa, quæ fit

de similitudine diuinæ iustitiæ,
& humanæ. Nou enim est simi-
le: quia homines considerat quæ
exteriorius patent, & iustitiā pu-
blicā: deus autem intuetur cor,
& non solum considerat iusti-
tiam publicam, sed etiā priuatā.

AD ILLVD uero, quod obii-
citur in cōtrarium de Glos. illa,
& de auctoritate Augustini, qua-
rum una dicit, quod uoluntas re-
putatur pro facto: & altera dicit
quod non minus est reus, qui
uult, & nō facit, quàm qui uult,
& facit. Dicendum, quod ambę
procedunt secundum quantita-
tem peccati, quæ attēditur quā-
tum ad plenitudinē consensus,
& quantum ad magnitudinem
contemptus: & sic bene conce-
ditur, quod opus ad talem uolū-
tatem non addit. AD ILLVD,
quod obiicitur, q̄ quātitas pec-
cati consideratur penes quanti-
tatem contemptus. Dicendum,
quod uerum est, non tamen est
uerum præcise: deus enim non
tantum considerat contemptū
sui, imo etiam damnum proxi-
mi, & delectationem peccantis.
Vnde & proximo patienti iniu-
riam, facit uindictam: & maio-
rem patienti iniuriam, facit ma-
iorem uindictam: sic eum, qui
delectatus est affligit: & reum
qui magis delectatus est, magis
affligit: & ideo ratio illa ab in-
sufficiēti procedit. AD ILLVD,
quod obiicitur, quod tota ratio
peccati est a uoluntate. Dicen-
dum, quod non est uerum: quia
aliqua sunt peccata non solum
ex improbitate uoluntatis faciē-
tis, sed etiam ex genere operis:
quia sunt contra prohibitionem
dei, & contra dictamen iuris na-
tura-

turalis: uerum est tamen, quod
nihil, quod fit ex parte operis,
per se sufficit ad faciendum pec-
catum, nisi adsit uoluntarius mo-
tus: & ideo ex hoc nō sequitur,
quod quamuis hoc non possit
esse peccatū sine illo, quod hoc
non addat ad illud. Et simile est:
quia ferrum non urit absque
igne: ignis tamē cum ferro plus
urit, & plus penetrat, quàm fa-
ceret per seipsum: sic & in mul-
tis aliis inuenitur. AD ILLVD,
quod obiicitur de peccatis spi-
ritualibus, Dicendum, quod nō
est simile, pro eo, quod peccata
spiritualia spirituales habēt de-
lectationem, quæ in suo gene-
re maiorem habent adhæren-
tiam, & maiorem improbitatē,
quàm etiam aliqua delectatio
peccati carnalis: peccata uero
carnalia nunquam delectant tā-
tum, quando sunt in sola uolun-
tate: quantum, quando sunt in
uoluntate, & opere: nec etiam tā-
tum damnificant: ideo non se-
quitur, q̄ in talibus opus nō ad-
dat ad maliciam uoluntatis.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An peccatum mortale et ueniale
in auersione conueniant?



ONSEQUENTE R
proceditur circa secū-
dum, uidelicet de cō-
paratione uenialis ad
mortale. Et circa hoc duo quæ-
runtur. Primo quærit, utrū pec-
catū ueniale, & mortale conue-
niāt in auersione. Scōdo quærit,
utrū cōueniāt in reatu siue obli-
gatione ad eternitatem poenæ:
VTRVM ueniale, & mortale
conueniant in auersione.

Et quod sic uidetur. Augustin.
diffiniens peccatum dicit, quod
peccatum non est appetitus re-
rum malarum, sed desertio me-
liorum: si ergo ueniale pecca-
tum est peccatum: ergo in ipso
est desertio summi boni: sed ubi
est desertio summi boni, ibi est
auersio: ergo &c. S I T V dicas,
quod hæc ratio conuenit mor-
tali tantum: tunc ergo quæro,
in quo communicant ueniale,
& mortale, & ratione cuius u-
trunque dicatur peccatum. Si tu
dicas, quod in conuersione ad
commutabile bonum: hoc non
uidetur: quia conuerti ad com-
mutabile bonum, non est pec-
catum, nisi per illud recedat ho-
mo a bono incommutabili: pec-
catum enim est priuatio, nō po-
sitiō, si ergo ueniale peccatum,
in quantum peccatum est, com-
municat cum mortali, & illud
in quo communicat, non est con-
uersio: ergo est auersio. I T E M.
Omne illud, quod est contra di-
uinum præceptū auertit a deo:
sed ueniale est huiusmodi: ergo
&c. Maior per se manifesta est.
Minor probatur Rom. 8. super
illud. Non concupisces: Glos.
Bona est lex: quæ dum concu-
piscenciam prohibet, omnia ma-
la prohibet: ergo si peccatum ue-
niale est malum: ergo per il-
lud præceptum, Non concupi-
sces, est prohibitum. I T E M. Om-
ne illud, quod deformat imagi-
nem, auertit a deo: peccatum ue-
niale est huiusmodi: ergo &c.
Minor probatur per illud, quod
dicitur. 6. Musicæ. Amor infe-
rioris pulchritudinis animam
polluit: sed peccatū ueniale est
amor inferioris pulchritudi-
nis

Aug.
cap. 12.
& 13.
Tom. 1.

nis; ergo &c. **ITEM**. Simplex ad quod se conuertit, totaliter se conuertit: sed tam intellectus, quam affectus est simplex; ergo cum se conuertit ad aliquid, totaliter se conuertit; sed quod totaliter se conuertit ad aliquid, auertitur ab eius opposito, uel disparato; ergo cum affectus noster se conuertit ad creaturam sub ratione creature, necesse est ipsum auerti a deo; sed hoc est in ueniali peccato; ergo &c. **ITEM**. Impossibile est, quod aliquid moueatur ad terminum ad quem; quin aliquo modo separetur a termino a quo; sed conuersio dicit motum animi respectu termini ad quem; auersio autem respectu termini a quo; ergo si conuersio est in ueniali peccato, necesse est quod similiter sit auersio. **ITEM**. Omnis amor creature, uel est per modum usus, uel per modum fruitionis, sicut dicit Augustinus in Lib. De doctr. Christiana; sed in peccato ueniali est amor creature; ergo uel per modum usus, uel fruitionis. Non per modum usus; quia iam non esset culpa: est ergo amor fruitionis; sed frui creatura est ponere finem in creatura, & hoc non est aliud, quam auerti a deo; ergo omnis amor uenialis peccati facit a deo auerti.

SED CONTRA. Nullus auersus a deo est iustus; sed peccans uenialiter remanet in iustitia; ergo peccans uenialiter non auertitur a deo. Maior manifesta est. Minor probatur per illud Prouer.

14. Septies in die cadit iustus, & resurget. **ITEM**. Nullus separatur a deo nisi uolens; sed omnis, qui auertitur, separatur a deo; ergo nullus separatur a deo nisi in actu, quem facit mera uoluntate; sed multa

uenialia peccata committuntur quadam necessitate dicitur Romanus 7. Quod nolo malum, illud facio, ergo &c. **ITEM**. Nullus auertitur a deo sine ipsius dei contemptu, & offensa; sed nullus contemnit, & offendit deum sine graui culpa: sed ueniale inter leuia peccata reponitur; ergo per ueniale homo non auertitur a deo. **ITEM**. Nihil quod stat simul cum charitate; auertit a deo; sed ueniale stat simul cum charitate; ergo &c. Maior manifesta est. Minor probatur; quia si ueniale expelleret charitatem; ergo auferret homini uitam gratiam; sed peccatum quod aufert homini uitam gratiam, ponit mortem, & dicitur mortale; ergo peccatum ueniale esset mortale.

RESOLVTIO.

Si auersio proprie intelligatur, ueniale cum mortali minime in auersione conueniunt. Siquidem ueniale cum non sit in contemptum Dei; ab illo prorsus non auertitur; sicut mortale facit.

RESP. Dicendum, quod absque dubio peccatum ueniale non communicat cum mortali in auersione, in quo quod auersio dicitur proprie; importat eam dei contemptum, & contemptus dei iram incurrit, & meretur mortem; peccatum autem quo quis meretur iram, & mortem non debet dici ueniale, in quo potius mortale; & propterea conuenit tenet, quod auersio (proprie loquendo) reperitur in peccato mortali, non ueniali. Et istud melius patet, si modum attendamus, per quem homo dicitur auerti a deo, & contemere deum, committendo aliquid peccatum, in quo nihil cogitatur de deo. Aut eam auertitur homo

homo a deo, qui facit contra diuinum mandatum. Aut quia ponit sibi bonum creatum tanquam finem ultimum. In hoc nanque quod facit contra diuinum mandatum, recte a Deo auertitur: quia mandatum est uia recte perueniendi ad Deum, & tendendi in Deum: qui igitur facit contra mandatum, incedit directe uia contraria: ideo quasi faciem suam retrorsum conuertens, retrorsum uertit ad illum, in quem debet per mandatum tendere. Similiter cum statuit sibi creaturam tanquam finem ultimum, recte dicitur a deo auerti. Anima enim media est inter creaturam, & deum; in quantum est imago dei: dum ergo ad creaturam se tanquam ad finem conuertit; faciem suam quam debebat esse sursum uersam, deorsum inclinatur & ideo se auertit a deo. Et utroque dictorum modorum non est auersio sine contemptu: nam qui mandatum Dei transgreditur, contemnit mandantem. Similiter qui creaturam sibi finem statuit principale, magis appreciat creaturam, quam deum: & hoc non potest esse sine dei contemptu: ueniale autem peccatum nec est directe contra dei mandatum, nec statuit creaturam tanquam finem ultimum: & ideo non est in eo nec auersio, nec contemptus. Sed quia ueniale fit preter dei mandatum, in ueniali etiam peccato creatura non refertur in deum: hinc est, quod per ueniale quodam modo recedit homo a uia mandati, quodammodo etiam morose adheret ei, per quod deberet transire. Unde & in ueniali est quedam elongatio, & quaedam retarda-

tio. Unde conceditur, quod ueniale a deo non auertit, sed elongat a deo: non separat, sed retardat. Et si largum nomen auersionis acciperetur, ut se extenderet ad elongationem, & retardationem, in ueniali esset auersio quedam: quia tamen nomen auersionis sonat in contemptum: ideo tenendum est, quod auertere a deo sit mortalis peccati proprie. Unde rationes quae hoc ostendunt, concedendae sunt.

AD ILLUD ergo, quod primo obiicitur, quod peccatum est desertio. Dicendum, quod si ista definitio detur pro peccato mortali, desertio statim ibi pro auersione. Si autem detur pro quolibet peccato, desertio dicitur quedam elongationem, & retardationem.

Possent tamen dici, quod non dicitur ibi peccatum desertio dei, sed desertio cuiuscunque boni, quod spectat ad rectitudinem. Quauis ergo in ueniali peccato non sit desertio dei, est tamen desertio aliquid cuius bonum est circumstantiae circa actum: ex cuius defectu incidit in ueniale peccatum; & in hoc communicant tam ueniale, quam mortale peccatum: quia utrunque priuat aliquod bonum. Sed in hoc differunt, quod mortale priuat aliquem actum, uel circumstantiam necessariam ad salutem, ueniale uero non. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod ueniale non est contra dei prohibitionem. Dicendum, quod illud proprie debet esse contra dei prohibitionem, ad cuius oppositum obligat prohibitio: ueniale autem non est hominis: & ideo non est directe prohibitum. Est tamen ipsi prohibitioni annexum: & magis proprie debet dici cohibitum, quam prohibitum: & hoc patet: quia cum dominus

minus prohibet concupiscentiā dicens, Non concupisces, non prohibet primum motum concupiscentiæ, sed concupiscentiæ progressum, secundum illud Eccl. 18. Fili post concupiscentias tuas non eas: sed dum prohibet hominem ire post motum concupiscentiæ, hoc ipso manifestat, quod concupiscentiæ motus non est bonus, nec deo placitus. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ amor inferioris pulchritudinis polluit animā. Dicendū, quod anima dupliciter hēt polui. Aut macula mortalis peccati, quæ quidem expellit nitore gratiæ: aut macula uenialis peccati, quæ quodammodo retardat actum dilectionis gratiæ. Et prima pollutio est per mortale, & facit ad deformitatē imaginis: quia auferit ei formam, scilicet imaginem recreationis. Secunda uero est pollutio uenialis, quæ & si aliquo modo polluat, non tamen animam deformat, quia stat simul cum gratia, quæ animam informat. AD ILLVD, quod obiicitur, quod se cōuertit totaliter. Dicendum, q̄ hoc tripliciter potest intelligi: quia [totaliter] pōt dicere totalitatem uel quantum ad actum conuertendi, uel quātum ad potentiam conuertendi. Si intelligatur quantum ad actum: sic uerum est ad minus secundum statum uix: quia non intelligimus simul, & semel nisi unum solū: aut si multa simul intelligamus & uelimus, hoc est in quantum sunt unum. Si autem dicat totalitatē habitus, uel uirtutis, sic falsus est sermo: non enim oportet, quod quando anima,

uel aliquod simplex conuertit se ad aliquid, quod conuertat se secundum totum suum habitū, & secundum totam suam potentiam, quia potest conuerti intensius, & remissius. Cum ergo dicitur, quod quando affectus se cōuertit ad unum totaliter, auertitur ab eius opposito, siue disparato. Si primo modo intelligatur, falsum est: quia potest se cōuertere ad unum in actu, & ad aliud in habitu. Si secundo modo, uel tertio intelligatur, sic habet ueritatem: sed maior propositio fuit falsa: & propter hoc, quia totaliter conuerti, aliter accipitur in maiori propositione, & aliter in minori: ideo consequentia illa non tenet. Et si tu obiicias, quod non potest affici simul, & semel erga Deum, & erga creaturam, quam inordinate diligit: unde cum cōuertitur ad unum, auertitur ab altero.

Dicendum, q̄ non sequitur: quia auerti plus dicit, quā non conuerti actualiter: importat enim contrarium conuersionis, uidelicet quandam aspersionē dei, siue contemptum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod motus separatur à termino à quo. Dicendum, quod uerū est de illo motu proprie dicto, qui concernit duos terminos, unum à quo incipit, & alterum in quem tēdit: non sic est in actu uenialis peccati. Anima enim cum peccat uenialiter, non mouetur à Deo in creaturā, sed magis afficitur circa ipsam creaturam. Vnde & ueniale peccatum potius est animi affectus, siue actus, quā motus. AD ILLVD, quod obiicitur, quod amor uenialis peccati est

amor

amor fructuionis. Dicendum, q̄ falsum est secundum quod frui accipitur proprie, uidelicet quiescere in aliquo tanquam in fine ultimo: sic enim frui est p mortale, nō per ueniale. Si ergo queratur, utrum sit usus, uel fructio. Dicendum, q̄ nec est usus, nec fructio, sed abusus: nisi forte usus dicatur largē omnis amor, quo quis amat aliquid nō quiescens in illo, sed refert ad aliud actu, uel habitu: siue referat rectē, siue minus rectē. Et quod illud oporteat dicere, manifestū est. Cum enim aliquis diligit aliquam creaturam referens ad aliud, non tamen ad illud, ad q̄ debet; amore illo peccat: nec tamen est illud fructio, nec usus proprie dictus, sed magis proprie debet dici abusus. Vnde Aug. cum dicit, Omnis q̄ amat aliquid, aut amat uēs, aut fruēs: accipit largē usum, & fructiōnem. Vsum pro omni amore relato, uel directē, uel indirectē: fructiōnem pro omni amore non relato siue statuatur ibi finem principalem, siue non: & sic in diuisione illa comprehenditur amor uenialis peccati: nisi forte quis uelit dicere, quod August. loquitur ibi de amore ordinato. Et sic patent omnia.

QVAESTIO II.

An ueniale peccatū conueniat cum mortali in reatu pœnæ æternæ?

VTRVM ueniale cōueniat cum mortali in reatu pœnæ æternæ. Et quod sic uidetur. Pœna assumpta pro mortali est proportionabilis pœnæ assumptæ pro ueniali & quantum ad acerbitatem, & quantum ad durationē: ergo si pœnæ arbitrariæ pēsantur

secundum magnitudinem reatus peccati, uidetur quod reatus uenialis, & mortalis sint utroque modo proportionabiles: sed pœna æterna nō est proportionabilis nisi æternæ: si ergo unum obligat ad pœnam æternā, uidetur quod & reliquum. Si TV dicatur, quod per gratiam mortale fit ueniale, & commutatur pœna æterna in temporalem. Obijcitur tunc: quia cum ueniale similiter remittatur per gratiam, si misericordia Dei est ordinata sicut æternam commutat in temporalem, ita temporalem deberet commutare in momentaneam: quod si non facit, uidetur quod illa responsio nulla sit. ITEM. Esto quod aliquis decedat cum mortali, & ueniali, & quod de neutro fuerit in hac uita punitus: ergo cū pētū nō remaneat impunitum, ergo pro utroq; punitur iste, sed non nisi in inferno, & punit in æternum in inferno: sed punitur ultra, quā meruit: ergo pro peccato ueniali merebatur puniti æternaliter. Si TV dicatur, q̄ punitur æternaliter ratione mortalis adiuncti. Obijcitur, quod nō: esto enim quod mortale illud puniatur quantum meruerit puniri: tunc ergo pro ueniali aut punietur æternaliter ratione sui, aut ratione mortalis adiuncti. Non ratione mortalis adiuncti: quia illud sufficienter punitur p se: si ergo punitur æternaliter hoc est ratione sui: sed deus nullum punit supra condignum: ergo dignum erat propter ueniale peccatum aliquem æternaliter puniri. ITEM. Veniale stat cum gratia, & stat cum mortali, & utro-

utrobique saluatur rō uenialis: & constat, q̄ magis saluat cū mortali, quā cū gr̄a: q̄a gratia delet ipsum, mortale nunquam: ergo si abstrahatur ab utroque, magis tenebit proprietatem, quam habet cū mortali, quam cum gratia: sed quando est cum gratia, debetur ei p̄na temporalis: quā cum mortali, debetur ei p̄na æterna: ergo ueniali de se, & secundum se debetur p̄na æterna. **Si r̄v dicas**, quod obiectio teneret, si p̄na temporalis deberetur ei rōne gratiæ: sed hoc non est uerum: quia debetur ei ratione sui. Contra. Impossibile est sufficēter puniri peccatum, nisi remittatur: quia quādiu durat culpa, debet durare & p̄nā: non enim debet esse dedecus peccati sine decore iustitiæ: sed nec mortale, nec ueniale dimittitur nisi per gratiam: ergo tam mortali, quam ueniali debetur p̄na æterna, quantum est de se. **Item**. Esto quod aliquis tantū habeat peccatum ueniale, nec tamen habeat gratiam: aut esset dignus p̄na æterna, aut temporalis. Si temporalis: ergo illa per soluta, esset omnino absolutus à culpa: sed potest per seipsum p̄nā illam soluere: ergo per se posset ad innocentiam resurgere: quod si non potest per seipsum ad innocentiam redire, nunquam potest, quantum est de se, p̄nam sufficientem pro illa culpa sustinere: ergo nisi auxilium gratiæ superueniat, ueniali peccato debetur p̄na æterna. **Si r̄v dicas**, quod soluendo p̄nam disponeret se ad gratiam, quæ culpam deleteret: Hoc non soluit: quia si se similiter puniret pro peccato

mortali, Deus gratiā infunderet, quæ illam culpam mortale deleteret. **Item**. Delectatio peccati mortalis non excedit delectationem uenialis in infinitum: ergo si reatus respondet delectationi, nec reatus excedit reatum in infinitum: sed æternum excedit temporale in infinitum: si ergo mortale obligat ad p̄nam æternā: ergo & ueniale. **Si r̄v dicas**, quod quamuis non excedat simpliciter, excedit tamen secundum reputationem: quia mortale diligit supra Deum, qui est bonum infinitum, ueniale uero minime. Contra hoc est: quia cum ueniale peccatum à Deo puniatur, & deo displiceat, aliquo modo offensiuum est dei: ergo si tanta est offensa; quantus is, qui offenditur, cum per ueniale peccatum offendatur Deus, qui est infinitus, uidetur quod reatus peccati uenialis debeat reputari infinitus, sicut mortalis: ergo sicut per mortale peccatum meretur homo puniri infinite, ita & per ueniale.

SED CONTRA. Hugo de sancto victo. Veniale peccatum est illud, cui secundū se debetur p̄na transitoria; ergo reatus peccati uenialis solummodo est p̄næ temporalis. **Item**. P̄na æterna est mors secunda: sed nulli debetur mors secunda nisi propter primam, quæ est per separationem animæ à Deo: si igitur ueniale à deo non separat, sicut supra ostensum fuit: ergo non obligat ad p̄nam æternam. **Item**. Si ueniale facit hominem dignum p̄na æterna, lædit hominem usque ad mortem: sed quod est huiusmodi, debet dici mortale: er-

le; ergo ueniale peccatū est mortale. **Item**. Si ueniale obligat ad p̄nam æternam, cū omne æternum careat fine, & quod caret fine, caret remissione, & ueniale peccatum ueniale dicit oppositum ad remissionem, & ueniam; sed quod est huiusmodi, non est ueniale; ergo peccatum ueniale non est ueniale. **Item**. Si ueniale facit dignum p̄na æterna, & gratia facit hominem dignum uita æterna, cum ueniale peccatum, & gratia simul sint in eodē; simul est homo dignus uita æterna & p̄na æterna: ergo si fiet retributio secundum quod meruit, simul posset esse in æterna beatitudine & in æterna p̄na, quod nihil magis est impossibile.

RESOLVTIO.

Peccatum ueniale, quantum est de se, cum possit stare cum gratia; non obligat nisi ad p̄nam temporalem: quod si uniatum cum mortali, supplendum ei debetur æternum.

RESP. Ad prædictorum intelligentiā est notandū, quod sicut fides nostra dicit, peccato mortali debet p̄na æterna. Quare aut peccato mortali debetur p̄na æterna, multiplex cōsuevit assignari rō: ad præsens aut sufficit una; quia ista q̄stio alibi hēt locū, scilicet in Quarto, ubi q̄ritur de æternitate p̄næ infernalis. Præcipua. n. iter oēs rationes, quare debetur peccato mortali p̄na æterna; est quia dum hō peccat mortaliter, separat se a uita gratiæ, & subiicit se perpetuæ impotentiae ex eundi de culpa quā tum est de se: nemo enim potest a culpa mortali resurgere, nisi per creationem, & infusionem

nouæ gratiæ, & nouæ uitæ: & propterea ratione istius impotentiae peccato mortali annexa est obligatio ad æternitatem p̄næ: hæc autem p̄na æterna & si omni peccato mortali debeat: non tamen omni persoluitur; quia quamuis mortale peccatum reddat hominem impotentem ad resurgendum per seipsum; contingit tamen hominem releuari per diuinum auxilium. Debetur igitur peccato mortali p̄na æterna; quia separat hominem a uita; persoluitur autem p̄na æterna in eo quod tenet hominem in æternum separatim a uita. Quoniam igitur ueniale peccatum nec separat hominem a uita; quia excludit gratiam, nec tenet hominem in perpetuum separatim a uita; hinc est, quod peccatum ueniale nec de se obligat ad p̄nam æternam, nec ad ei secundum se redditur p̄na æterna. Quia uero peccatū ueniale coniungi habet ei, quod separat a uita, & etiam ei, quod tenet separatū a uita: hinc est, quod ratione adiuncti p̄na ei debetur æterna, & p̄na æterna persoluitur. Vnde si aliquis decedat cū mortali simul, & cum ueniali, æternaliter punietur; & ratio huius est; quia nullum peccatum deleri potest absque gratia, & quamdiu durat culpa, debet durare & p̄na: & ideo cū uenialis culpa duret cum mortali in infinitum ratione coniunctionis, cui illa in infinitum punitur, nihilominus tamen ei quantum est de se, debetur p̄na temporalis, cum simul possit stare cum gratia: & propterea ueniale no-

minatur, ut in hoc distinguatur a genere peccati mortalis: quia mortale aufert principium uitę & uenię, uidelicet ipsam gratiā: ueniale autem quantum est de se, non aufert, immo simul cum illa manet: Concedendę sunt igitur rationes ostēdentes quod ueniali peccato non debetur pœna æterna secundum se.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod pœna satisfactoria pro ueniali, & mortali est proportionabilis. Dicitur potest, quod ratio illa nõ cõcludit, quod debeat ueniali pœna æterna, nisi prout est coniunctum mortali. Præterea ratio illa non cogit; quia (sicut in oppo- nendo dictum est) in infusione gratiæ, pœna mortalis peccati commutatur in temporalem, pœna uero uenialis peccati non commutatur in non temporalem. Et si tu quæras unde hoc, cū misericordia dei debeat esse ordinata. Dicendum, quod quia obligatio ad pœnam æternā non potest simul stare cum gratia, necessario per infusionem gratiæ fit absolutio a reatu pœnæ æternę: sed gratia bene stat cum pœna temporali; ideo non oportet per infusionem gratiæ pœnam temporalem in momentaneam commutari. AD ILLVD, quod obiicitur de eo, qui decedit cum ueniali, & mortali. Dicendum, quod talis tam pro ueniali, quam mortali æternaliter punitur: sed hoc non ratione uenialis principaliter; sed ratione mortalis adiuncti. Nec ualet, quod obiicit, quod mortale punitur in se quantum meruerit: quia sicut bonum uigoratur ex bono: ita malum uigoratur ex malo eo, modo quo

dicitur malum uigorari: ideo quamuis ueniali, quantum est de se, non debeat pœna æterna: nihilominus tamen potest ei deberi in quantum est coniunctum mortali; & ideo cum deus punit tam ueniale quam mortale in eodem pœna æterna, neutrum punit supra cõdignū: sed utrumque punit, prout puniri meretur, non solum in se, sed etiam prout est alteri coniunctum.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod magis saluatur ratio uenialis cū mortali quam cum gratia. Dicendum, quod si intelligatur de gratia quantum ad actum, uerū est: nam actus gratiæ, siue motus gratiæ delet ueniale peccatum. Si autem intelligatur quantum ad habitum, falsum est: quia ueniale cum gratia magis saluatur in propria ratione, quam cum mortali: tunc enim eius reatus augetur, nec minuitur, nec mutatur. Sed cum ueniale iunctum est mortali, tunc reatus eius augetur, & quodammodo mutat; quia iunctum malo uigoratur. Nec ualet illud, quod obiicitur, quod ueniali non debetur pœna temporalis nisi ratione gratiæ, quia semper duraret, nisi esset gratia. Dicendum enim quod uerum est, quod semper duraret nisi esset gratia: quia tamen ipsum de se gratiam non excludit sicut mortale, simul stat cum principio suę remissionis, & deletionis: ideo quamuis non possit deleri sine gratia, nihilominus tamen quantum est de sua natura debile est, & terminabile: non sic est de mortali, quod omnino excludit donum gratiæ. AD ILLVD, quod obiicitur,

citur, quod si aliquis esset in solo ueniali, & moreretur, in æternum cruciaretur. Dicendum, quod hæc positio est impossibilis. Primum quia nunquam fuit, nec erit quod aliquis in solo peccato ueniali fuerit, ita quod non habeat gratiam: Nihil enim est mediū nunc, quin homo habeat gratiā: aut sit in mortali peccato: & in primo statu nihil fuit mediū inter innocentiam, & mortalem culpam: quia puritas innocentie non potuit perdi, nisi per mortalem culpam, sicut est supra ostensum; & ideo positio illa uana est. Esto tamen quod aliquis puer esset in ueniali, dico quod deus nunquam educeret eū de statu ineriti, quin uel ipse peccaret mortaliter, uel ipse daret ei gratiā. Et si quærat, utrum ipsi ueniali debeat pœna æterna, uel temporalis, dico quod debetur pœna temporalis, & si procedatur ulterius. ergo illa persoluta, erit omnino immunis a culpa. Dicendum, quod uerum est; sed quia nunquam potest eam deo persolvere, ita quod eam deus accipiet sine gratia: hinc est quod deus ne cogeretur istum supra condignum punire, gratiam sibi infundere, per quam solutionem pœnæ acceptaret: & ideo non sequitur, quod illi peccato debeat pœna æterna secundum se: nec sequitur, quod homo per se possit resurgere a culpa ad innocentiam. AD ILLVD, quod obiicitur, quod delectatio non excedit delectationem in infinitum. Dicendum, quod non excedit in infinitum secundum ueram intentionem delectationis; sed secundum reputationem peccantis.

Exemplum autem huius ponitur in charitate, quę diligit aliquod bonum creatum, & diligit increatum: & adeo bonum increatum reputat bonum, quod si bonū creatum infinities multiplicetur, adhuc non æquaret illi in amore; sed plus amaret deum, quam bonum creatum infinities multiplicatum, licet utrumque finis diligit. Sic etiā in proposito est intelligendum in amore concupiscentiæ, quę charitatem perimit, & quę cū charitate saluatur: nam una, scilicet quę charitatem perimit, præfert creaturam deo, qui erat præferendus infinitis bonis creatis: altera uero quę cum charitate manet, non præfert creaturam deo; & ideo secundum reputationem & peccantis, & dei punientis mortale excedit ueniale improporcionabiliter. AD ILLVD, quod obiicitur, quod per ueniale offenditur deus. Dicendum, quod falsum est: non enim dicitur deus offendi nisi cum contemnitur: sed uerum est quod cum ueniali peccato minus deus amatur, secundum quod Augustinus dicit in Lib. de Confess. Minus te amat, qui te cum aliquid amat, quod propter te non amat. Ideo ueniale uitam æternam non aufert; sed retardat; quia a deo non separat; sed elongat; nec obligat ad pœnam æternaliter cruciantem quantum est de se; sed temporaliter affligentem.

LIBRI SECUNDI
ARTICVLVS III.
QVAESTIO I.

An peccatum diuidi habeat per differentias materiales tantum: uel etiam per formales, & específicas?



CONSEQUENTER quaeritur tertio loco de modis diuidendi peccata. Et cum multi sint modi diuidendi, de quibus ualde prolixum esset hic disputare, his omissis, in generali quaeruntur hic duo. Primo quaeritur, utrum peccatum habeat diuidi per differentias materiales tantum, aut per differentias formales, & específicas. Secundo quaeritur, utrum peccatum diuidi habeat per conersionem, & auersionem tanquam per diuersas peccatorum differentias.

VTRVM peccatum diuidi habeat per differentias materiales tantum, an etiam per formales, & específicas. Et quod non tantum per materiales; sed etiam per formales diuidi habeat, ostenditur sic. Sicut se habet castitas ad uirtutem, ita se habet luxuria ad uirtutem; ergo sicut castitas est spes uirtutis, ita luxuria est spes uitii: sed una spes distinguitur ab altera per diuersas formales: ergo &c. **ITEM.** bonum opponitur malo non tantum materialiter; sed et formaliter; & diuersis bonis diuersa opponuntur mala; sed bona, quibus mala opponuntur, formaliter distinguuntur; ergo pari ratione & mala, quae eis formaliter opposita sunt, formaliter differunt. **ITEM.** Circa unum actum peccati assignantur diuersae diuersae peccatorum, sicut patet in peccato ad aemulatum, in quo dicitur fuisse gula, & superbia, &

inobediencia; sed peccata, quae consistunt circa unum actum, non habent diuersam materialiter: ergo si aliquo modo diuisa, necesse est quod habeant diuersam formalem. **ITEM.** Multiplicatio secundum materiam est multiplicatio secundum numerum; & multiplicatio secundum numerum non habet statum; ergo si peccata solummodo distinguuntur per diuersas materialiter differentes, nunquam peccatum posset diuidi sufficienter diuisione. Si ergo peccatum diuiditur in scriptura diuersis ipsum sufficienter diuidetur, & omne peccatum complectentibus, ut quod peccata adinuicem distinguantur non solum diuersis materialibus, uerum etiam formalibus.

SED CONTRA. Formale in genere peccati mortalis est auersio; sed peccata a parte auersionis non distinguuntur, imo conueniunt: omnia enim dicitur auersione a deo: si ergo distinguuntur, hoc est solum a parte conuersionis, quae est in peccato materialis: ergo tantum diuiditur peccatum per diuersas materiales, non per formales. **ITEM.** Peccatum (formaliter loquendo) nihil est: sed quod nihil est, non habet diuersas diuidentes: ergo si peccatum diuiditur, nullo modo diuiditur, in quantum formaliter consideratur; restat ergo, quod solum diuidatur per illud, quod est eidem materiale in ipso, & ita redit idem quod prius. **ITEM.** Omne illud, quod habet diuersas formales, & específicas aliquo modo (formaliter loquendo) habet speciem; sed peccatum, siue malum (formaliter loquendo) est priuatio speciei: & priuatio speciei non habet speciem; & quod caret specie, caret diuersa formali, & specifica; ergo &c. **ITEM.** Si peccatum haberet differentias ipsum formaliter diuidentes; ergo haberet ueras spes; sed omne tale habet ordinari in genere directe; illud autem

DISTINCTIO XLII. 643

autem, quod est in genere a deo est: ergo peccatum (formaliter loquendo) a deo esset, quod est contra fidem. **ITEM.** Prima diuisio peccati est in originale, & actuale: sed originale, & actuale peccatum non distinguuntur formaliter; quia quod est originale unum, fuit alteri actuale; sicut patet: quia quod est originale nobis, fuit actuale ad aemulatum; si ergo prima membra maxime differunt, & originale, & actuale non sunt differentia peccati formaliter differentes, multo fortius nec alia. **ITEM.** Prima diuisio actualis peccati est per mortale, & ueniale; sed mortale, & ueniale, non dicitur diuersas differentias secundum formam, & speciem; ergo multo minus, nec alia differentia secundum speciem, & formam faciunt differre. Minor probatur per hoc, quod ueniale peccatum efficit mortale sola intentione libidinis circa idem genus delectabilis: ergo si magis, & minus non faciunt diuersitatem secundum speciem, & formam, uidetur quod peccatum ueniale, & mortale non addunt formalem differentiam; ergo nec aliam.

RESOLVTIO.

In concreto per utrasque differentias diuidi habet: in abstracto per neutras: cum pura priuatio sit: nec distinguatur, nisi ratione sui oppositi.

RESP. Dicendum, quod dupliciter contingit loqui de peccato, aut in concretionem, aut in abstractionem. Si in abstractionem; sic dicendum est, quod quemadmodum peccatum, cum sit priuatio, non habet ordinari in genere, nisi per accidens. s. per comparationem ad suum oppositum; sic et non habet

formaliter distinguuntur nisi ratione sui oppositi: priuationes. n. distinguuntur per habitus: unde sicut castitas, & fortitudo sunt uirtutes formaliter differentes in genere uirtutis: sic etiam luxuria, & pusillanimitas, quae opposita sunt istarum duarum uirtutum, formaliter dicitur differre in genere uitiorum: non tamen secundum formam suam, sed secundum formam sui oppositi. Si autem loquamur de peccato in concretionem: sic non tantum dicitur priuationem, sed et actum, uel habitum substratum: & quoniam actus, uel habitus substratus peccato non tantummodo diuersificat materialiter, imo et formaliter differentia: alia enim est pronitas ad luxuriam, alia pronitas ad superbiam: & alius actus quo superbit aliquis, & alius quo luxuriatur: non tantummodo secundum materiam, sed et secundum formam propter formalem differentiam obiectorum: hinc est, quod peccatum secundum concretum accipitur, diuidi habet per differentias non tantum materiales, uerum et formales: formales dico non respectu deformitatis, sed respectu habitus, uel actus substrati. Et sic patet, quod siue peccatum accipiatur abstractiue, siue concretionem differentias habet formales: sed uno modo per se, alio modo per accidens: quia uno modo dicitur ens in genere secundum rectam coordinationem, alio modo dicitur ens in genere solum per reductionem: & quia hoc modo rationes ad partem primam procedunt, ideo concedenda sunt.

AD ILLUD uero, quod primo obiicitur in contrarium, quod formale in peccato est
M m m m ; aucto

auerfio. Dicendum quod uerum est quod auerfio est formale respectu conuersionis: proprie tamen loquendo, peccatum magis debet dici formaliter priuatio boni sibi oppositi, quam auerfio a deo, aut saltem æque proprie: & quamuis peccatum ratione auerfionis a deo non multiplicetur: quia unum est a quo fit auerfio: tamen ratione priuationis boni, cui opponitur, multiplicari habet: & ita ratione eius, quod est in ipso formale, habet diuersas differentias. Præterea ad esse peccati non tantummodo concurrat auerfio, sed etiam conuersio: & quoniam conuersio respicit objecta creata, quæ non tantum distinguuntur materialiter, sed etiam formaliter differunt: hinc est, quod ex illa parte peccatum habet plurificari per formales differentias. **ITEM** Nec dicitur conuersio esse materiale in peccato (simpliciter loquendo) sed solum ratione auerfionis: nec omnino est materialis respectu auerfionis: nam & si auerfio det conuersioni, quod sit peccatum: conuersio tamen dat auerfioni, quod sit tale peccatum. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod peccatum (formaliter loquendo) nihil est. Dicendum, quod uerum est: quamuis autem nihil sit, tamen alicuius est, non solum ut subiecti, uerum etiam ut oppositi: & ea ratione, qua alicuius est, cui formaliter opponitur, formaliter habet distinguui, non secundum formam, quæ est in ipso, sed secundum formam, quæ est in suo opposito. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod peccatum est priuatio speciei: ergo non habet speciem,

iam patet responsio uerum est. n. quod non habet speciem proprie secundum quod priuatio, nec dicitur habere differentias formales, & específicas illo modo, scilicet quod in se diuersas habeat species: sed quia opponitur diuersis bonis secundum speciem, in quantum illa priuat. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod si haberet speciem, esset in genere per se. Dicendum, quod uerum est, si haberet speciem in se, & per se: peccatum autem secundum quod accipitur abstractiue, & formaliter, sicut non est in genere per se nisi per reductionem, sic non habet diuidi per differentias formales differentes per se, sed solum per accidentia. Quamuis autem peccatum secundum quod nihil est, & accipitur abstractiue, non sit in genere: tamen secundum quod accipitur concretiue, scilicet ratione actus substrati & habitus, in genere est: actio enim peccato subtracta a deo est. **AD ILLVD**, quod obiicitur de originali, & actuali. Dicendum, quod originale, & actuale non solummodo differunt, quod hoc sit ab actu, & illud a natura: sed etiam differunt penes bonum, quod priuant; unde & actuale priuat iustitiam gratuitam, siue personalem: originale uero tollit iustitiam originalem, siue quæ respicit hominem secundum quod est natura. Præterea aliter dicitur in nobis originale, & aliter in Adam. In nobis dicitur originale: quia est ab origine tractatum: in Adam uero quia fuit origo aliorum peccatorum. Et quamuis originale secundo modo dictum possit esse idem, quod actuale: prout tamen

men

QUESTIO II.

An peccatum diuidi habeat per auerfionem, & conuersionem tanquam per differentias oppositas peccatorum?

VTRVM peccatum habeat diuidi per auerfionem, & conuersionem tanquam per diuersas peccatorum differentias, siue per diuersa peccata. Et quomodo sic uideatur. Hieronimus. 2. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ &c. si ergo derelinquere deum, & adhærere creature, sunt duo mala: ergo sunt duo peccata. **ITEM**. Auerfio est per contemptum, conuersio autem per cupiditatem. Si ergo cupiditas, & contemptus sunt diuersa peccatorum genera, uideatur quod auerfio, & conuersio faciant peccata diuersa. **ITEM**. In bonis sic est, quod alius est habitus, quo quis declinat a malo: & alius quo facit bonum: similiter & alius actus, sicut patet in timore, & amore: ergo si multo maior est diuersificatio ex parte malorum, quam ex parte bonorum, uideatur multo fortius, quod aliud sit peccatum, quo quis auertitur a deo: & aliud quo conuertitur ad commutabile bonum. **ITEM**. Aliud est præceptum, quo præcipitur facere bonum, & aliud quo præcipitur declinare a malo: sed auerfio est contra illud præceptum, quo quis præcipitur facere bonum, utpote deo adhærere, & ad ipsum conuerti: conuersio uero est contra illud præceptum, quo præcipitur declinare a malo: ergo si diuersa sunt præcepta, quibus opponuntur conuersio, & auerfio: ergo sunt diuersa peccata. **ITEM**. Plus

Nimium 4 uenit

uenit auersio cum alia auersio-
ne, quam auersio cum cōuersio-
ne: sed auersio cum alia auersio-
ne facit peccata: ergo multo for-
tius conuersio cū auersione di-
uersa faciet peccata.

SED CONTRA. Super illud
Eccl. x. Initium omnis peccati
superbia. Glo. Caueamus super-
biam, & cupiditatem, non tan-
quam duo mala, sed unū, a quo
omnia oriūtur: ergo si superbia
facit auerti, & cupiditas cōuer-
ti, uidetur q̄ penes auersionem,
& cōuersionē non attendantur
duo peccata, sed unū. I T E M. Au-
gu. cōtra Pelagiū, Peccatū non
est appetitus rerū malarū, sed de-
fectio meliorū: ergo nunq̄ con-
uersio facit peccatum, nisi adsit
auersio: si ergo auersio cōcurrit
ad oē peccatū, ut q̄ penes illam
nō sumatur differentia peccati.
I T E M. Omne peccatū mortale
est uoluntariū; sed nō est uolūta-
riū nisi rōne conuersionis ad cō-
mutabile bonū: ergo conuersio
cōcurrit ad omne peccatū: ergo
cōuersio nō pōt esse peccati dif-
ferentia. I T E M. Recessus a ter-
mino a quo, & accessus ad ter-
minū ad quē non facit diuersos
motus, nec diuersos actus: sed
auersio dicit recessum a termi-
no a quo, cōuersio accessum ad
terminū ad quem: ergo non fa-
ciunt diuersum actum, uel mo-
tū: sed ab unitate actus peccatū
est unū: ergo nō faciunt diuersa
peccata. I T E M. In peccato au-
ersio est formalis respectu cōuer-
sionis: sed formale non ponit in
numerū cū suo materiali: ergo
nec auersio ponit in numerū cū
cōuersione: ergo conuersio, & au-
ersio nō faciūt diuersa peccata.

RESOLVTIO.

*Si auersio dicat deordinationem cir-
ca actum cōuersionis, non ponit
in numerum cum illa. At si dicat
actum distinctum à conuersione:
in numerum ponit & diuersum
peccati genus constituit.*

RESP. Dicēdum, q̄ auersio du-
pliciter accipitur. Vno mō pro-
ut dicit deordinationem circa
actum conuersionis. Alio modo
prout dicit actū a conuersione
distinctum. Primo modo cōuer-
sio non ponit in numerum cum
auersione, nec faciunt diuersa
peccata: imo illa duo essentiali-
ter clauduntur in omni peccato
mortali. Nā cōuersio nō est cul-
pa, nisi quia inordinata. Nec est
inordinata, nisi quia auertit hō
a deo, cui deberet inhærere tan-
quam fini ultimo: & hæc dicit
auersio est in peccato, in cuius
ppetratione peccator nihil co-
gitat de deo. Secundo modo. s.
prout auersio dicit actū distin-
ctum contra conuersionem, sic
constituit diuersum peccati ge-
nus. Hoc. n. modo auerti ē odio
habere, uel inuidere, sicut supra
dixit Magister dist. 5. & constat,
q̄ aliud genus peccati est odire
deum, & aliud amare commuta-
bile bonum. Et quoniā ut pluri-
mū auersio in peccato accipitur
tam prout dicit deordinationē
a deo tanq̄ a fine, q̄ prout dicit
motū inordinatum contra deū:
hinc est, q̄ conuersio, & auersio
potius comparātur ad peccatū
sicut differentie constituentes,
q̄ sicut differentie diuidentes.
Et ideo concedendū, q̄ hoc mo-
do auersio, & conuersio non fa-
ciunt diuersa peccata: & ratio-
nes, quæ hoc ostendunt conce-
dendæ

dēdæ sunt, quæ ista uia procedūt.
AD ILLVD, quod primo obii-
citur de Hiere. Duo mala fecit
populus meus &c. Respōderi po-
test, q̄ derelictio nō tantū dicit
ibi p̄ deordinationem, q̄ est cōiun-
cta cōuersioni: sed ē p̄ omisso-
ne mandatorum dei: & tunc di-
stinguuntur illa duo mala nō si-
cut auersio, & conuersio, sed si-
cut omissio, & cōmissio. Vel di-
cendum, q̄ duo mala dñr, non
quæ sint duo peccata, sed quæ sunt
duæ diuersæ radices malæ, con-
currētes ad completionē unius
peccati, sicut dicit Glo. præhabi-
ta supra. 10. Eccl. AD ILLVD,
quod obiicit, q̄ auersio est p̄ contē-
ptum, & conuersio per cupidita-
tē, iam patet rñsio: loquitur. n.
de conuersione, & auersione pro
diuerso actu, & motu: q̄ si aliter
intelligat ut accipiatur contem-
ptus, & cupiditas large prout cō-
currit ad unū peccatū, sic non
sunt duo mala, sed unū. AD IL-
LVD, quod obiicitur, q̄ alius est ha-
bitus, quo quæ declinat a malo, &
quo quis facit bonū. Dicēdū, q̄
declinare a malo dicitur dupli-
citer, sicut dictū est de auersio-
ne: prout. n. declinare a malo di-

cit actum destinationis, & fugæ
respectu mali, dicit diuersum
actum, & motū ab eo, quod est
facere bonum. Prout aut dicit
recessum a malo, sic non dicit
diuersum actum, & habitū: quia
eodem motu, & habitu, quo quæ
accedit ad bonum elongatur a
malo. AD ILLVD, quod obiicit, q̄
alii p̄cepto opponitur cōuersio,
& alii auersio. Dicendum, q̄ fal-
sum est: nā auersio, & conuersio
non sunt contra diuersa præce-
pta, sed concurrunt ad idem pec-
catum, q̄ est tam contra præce-
ptū affirmatiuum, q̄ contra præ-
ceptum negatiuum: nisi forte acci-
piatur auersio, prout nominat
actum, uel motum contra deū.
AD ILLVD, quod obiicitur, q̄
plus conuenit auersio cum auer-
sione, &c. Dicendū, q̄ uerum est
conuenientia formali, quæ est in
hoc, q̄ assignatur in aliquo tan-
quam in uno cōmuni: sed non
est uerum de conuenientia ordi-
nis, quæ concurrat ad constitu-
tionem unius tertii. Non enim
unum peccatum cōstituitur ex
pluribus auersionibus sicut ex
auersione, & conuersione simul
concurrentibus.

DISTINCTIO XLIII.

De uno peccato speciali, quod est magis graue, &
abhominabile: quod est peccatum in spi-
ritum sanctum.



*Propterea est quoddam peccati genus ceteris gra-
uius & abhominabilius, quod dicitur peccatū in
spiritum sanctum, de quo in euāgelio ueritas ait.
Qui peccauerit in spiritum sanctum, non remitte-
tur ei, neque hic, neque in futuro. Et Iacob. in epist. cano. Est
peccatum ad mortem, nō pro eo dico ut quis oret. Qui enim*
peccat

peccat in patrem, remittetur ei: & qui peccat in filium, remittetur ei: qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei neque hic, neque in futuro. Sed queritur quid sit illud peccatum in spiritum sanctum, vel ad mortem,

Luc. 12. 1. Io. 5. Quidam dicunt illud peccatum esse desperationis vel obstinationis. Obstinatio est indurata mentis in malitia pertinacia, per quam homo fit impœnitens. Desperatio est, qua quis

Gen. 4. diffidit penitus de bonitate Dei, æstimans suam malitiam diuinæ bonitatis magnitudinem excedere: sicut Chain qui dixit, maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Vtrunque verò dicitur peccatum in spiritum sanctum: quia spiritus sanctus est amor patris & filij, & benignitas qua se inuicem & nos diligunt; quæ tanta est, cuius finis non est. Rectè ergo in spiritum sanctum delinquere dicuntur, qui sua malitia Dei bonitatem superare putant, & ideo pœnitentiam non assumunt: & qui iniquitati tam pertinaci mente inhaerent, ut eam nunquam relinquere proponant, & ad bonitatem spiritus sancti nunquam redire, patientia Dei abutentes, & de misericordia Dei nimis præsumentes: quibus placet malitia propter se, sicut pijs bonitas. Isti nimia pertinacia & præsumptione peccant, autumantes Deum non esse iustum. Illi desperatione, Deum non bonum existimant, tollentes in hoc turbulentissimo iniquitatum mari portum diuinæ indulgentiæ, quò se recipiant ut fluctuantes. Atque ipsa desperatione addunt peccata peccatis, dicentes misericordiam nullam esse, & quod super peccatores necessaria damnatio debetur.

Vtrum omnis obstinatio sit peccatum in spiritum sanctum.

Sed queritur, Vtrum omnis obstinatio mentis in malitia obdurata, omnisque desperatio sit peccatum in spiritum sanctum. Quidam dicunt omnem obstinationem & omnem desperationem esse peccatum in spiritum sanctum. Quod si est, aliquando illud peccatum remittitur: quia multi etiam obstinatissimi & desperatissimi conuertuntur, ut Aug. ait su-

Pf. 67. In to. 8. per illum locum Psal. Conuertam in profundum maris, id post me est eos qui erant desperatissimi, & ibi, Mittit crystallum suam diuinar sicut bucellas, id est, obstinatos facit aliorum doctores. Ta-

lium

lium conuersio ibi etiam euidenter ostenditur, ubi ait, Qui educit vinctos in fortitudine: similiter & eos qui exasperat, qui habitant in sepulchris. Secundum istos illud peccatum dicitur irremissibile, non quin aliquando remittatur, sed quia vix & raro difficulter dimittitur. Non enim soluitur crystallus, nisi vehementi spiritus impetu. Alij vero tradunt non quamlibet obstinationem vel desperationem appellari peccatum in spiritum sanctum: sed illam tantum, quam comitatur impœnitentia: qui etiam impœnitentiam dicunt esse peccatum in spiritum sanctum. Sed quia Aug. dicit impœnitentia esse peccatum in spiritum sanctum, cum sic obstinatus est aliquis, ut non pœniteat: discuti oportet an aliud sit obstinatio, aliud impœnitentia sit in eo peccatum, an idem sed diuersis modis commissum. Secundum istos peccatum illud dicitur irremissibile, eo quod nunquam dimittatur. Vnde Aug. etiam dicit, quod hoc solum peccatum veniam mereri non potest: & Hier. quod taliter peccans digne pœnitere non potest. Et ideo rectè Ioannes dicit, ut non pro eo oret quis: quia qui sic peccat, orationibus ecclesiæ hic vel in futuro iuari non potest, habens cor induratum tanquam lapis, sicut de diabolo legitur. Post hanc uitam, qui valde mali sunt, meritis ecclesiæ iuari non possunt.

Quod aliter accipitur peccatum in spiritum sanctum.

Est etiam alia huius peccati assignatio. Hoc enim peccatum August. definiens in Lib. de Sermonibus domini in monte ait, Peccatum ad mortem est, cum post agnitionem Dei per gratiam Christi oppugnat aliquis fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam qua reconciliatus est Deo, inuidia facibus agitatur: quod fortasse est peccare in spiritum sanctum: quod peccatum dicitur non remitti, non quia non sit ignoscendum peccanti si pœniteat, sed quia tanta est labes peccati illius, ut deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia agnoscere & renuntiare cogatur: ut Iudas cum dixit, Peccaui: facilius desperas cucurrit ad laqueum, quam humilitate veniam peteret; quod propter magnitudinem peccati iam ex damnatione peccati tales habere credendum est. Ecce quedam assignatio peccati in spiritum sanctum

uel

rationis.
Ps. 147
Ibidem in
fine e-
narra-
tionis
ad psal.
49.

Super
Mat-
thæum.

In li. 1.
no lōge
a fine.
In to. 4

Ibidem.
paulo in
ferius.
Matth.
27.

uel ad mortem hic posita est, qua illud peccatum esse traditur oppugnatio fraternitatis post agnitionem, & inuidia gratia post reconciliationem: quod species quadam obstinationis intelligi potest. Illam tamē definitionem Aug. in Lib. Re tract. rememorans, aliquid adiendum ibi fore, nec asserendo se dixisse aperit. ita dicit, Quod quidē non confirmaui, quoniā putare me dixi. Sed tamē addendum fuit, Si in hac scelerata mētis peruersitate finierit hanc uitam quoniā de quocumq; pessimo in hac uita constituto, nō est desperandū: nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur. His uerbis insinuat peccatū prēmisa definitione descriptum, tunc solum debere dici ad mortem uel in spiritum sanctum, cum non habet comitem pœnitentiam: nec de aliquo peccatore desperandum est in hac uita: & ideo pro omni esse orandum. Vnde illud Ioan. Non pro eo dico ut quis oret: sic accipiendum uidetur, ut pro aliquo peccante ad mortem uel in spiritum sanctum, postquam finierit hanc uitam, non oremus. Dum autem in hac uita est, nec peccatum illius iudicare; nec de illo desperare: sed pro illo orare debemus. Vnde de Aug. de uerbis domini de impœnitentia, quæ est blasphemia in spiritum Sanctum, sic ait. Ista impœnitentia uel cor impœnitens, quam diu quisque in hac carne uiuit, non potest iudicari. De nullo .n. desperandū est, quamdiu impœnitentiam patientia dei adducit. Paganus est hodie: Iudæus, infidelis est hodie: hereticus est hodie: schismaticus est hodie; quid si cras amplectatur catholicam fidem, & sequatur catholicam ueritatem? Quid si isti, quos in quocumque genere erroris notas & tanquam desperatissimo damnas, antequam finiant istam uitam agant pœnitentiam, & inueniāt uerā requiem & uitam in futuro? Nolite ergo ante tempus iudicare quæquam. Ex his ostenditur pro singulis peccatoribus in hac uita esse orandum, nec de aliquo esse diffidendum: quia conuerti potest dum in hac uita est; quia non potest sciri de aliquo, utrum peccauerit ad mortem, uel in spiritum sanctum, nisi cū ab hac uita discesserit: nisi forte alicui p̄ spiritū sanctū mirabiliter reuelatū fuerit. Ex prædictis aliquatenus capi potest, quō accipiatur peccatum in spiritum sanctum. s.

mvi-

inuidia gratia fraternitatem impœnitētis oppugnans: quæ utique obstinatio esse uidetur, & omnis impœnitentis obstinatio, atque desperatio. Notandum uero est, quōd non omnis, qui non pœnitet, impœnitens dici potest: quia impœnitentia propriè obstinati est, & (ut quidam uolunt) etiam desperati.

Alia assignatio peccati in spiritum sanctum.

De hoc quoque peccato in Spiritum Sanctum Ambr. in Libr. 1. Libro de spiritu sancto differens, definitam assignationem tradit dicens, Cur dominus dixerit: qui blasphemauerit in filium hominis remittetur ei: qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, neque hic, neque in futuro remittetur ei, diligenter aduerte. Nunquid alia est offensio filij, alia spiritus sancti? Sicut una dignitas, sic una iniuria. Sed si quis corporis specie deceptus humani remissius aliquid sentit de Christi carne quā dignum est, habet culpam, non est tamen exclusus a uenia. Si quis uero sancti spiritus dignitatem, maiestatem, & potestatem abneget sempiternam, & putet non in spiritu Dei eijci demonia, sed in Belzebub: non pōt ibi esse exhortatio uenia, ubi sacrilegij plenitudo est. Satis hic aperte explicatur quid sit peccatum in spiritum sanctum. Quod illi Augu. descriptioni congruere uidetur, qua illud peccatum dicitur esse inuidia gratia oppugnans fraternitatem. Qui enim post cognitionem ueritatis sancti spiritus ueritatem negat, eiusque opera dicit esse Beelzebub, potestati, bonitati, & gratia dei inuidere non dubitatur. Non itaque distinctio illa uerborum sic accipienda est quasi trium personarum diuisæ sint offensæ: sed ibi peccatorum genera distincta sunt. Peccatum enim in patrem id intelligitur, quod fit per infirmitatem, quia patri scriptura frequenter attribuit potentiam. Peccatum in filium, quod fit per ignorantiam, quia sapientia filio attribuitur. Tertium expositum est. Qui ergo peccat per infirmitatem uel per ignorantiam, facile ueniam adipiscitur, sed nō ille qui peccat in spiritum sanctum. Cum autem una sit potentia, sapientia, bonitas trium: quare patri potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas sæpius assignetur, superius dictum est.

Supra



VPRA egit Magister de distinctione peccati in generali. In hac parte descendit ad quoddam speciale genus peccati. Diuiditur autem pars ista in partes duas. In quarum prima Magister determinat de peccato illo, comparando illud ad alia peccatorum genera. In secunda uero determinat de ipso, quid sit secundum aliorum assignationem, & etiam secundum propriam. ibi. *Sed queritur, quid sit illud peccatum &c.*) Prima pars remanet indiuisa: sed secunda diuiditur in partes tres, secundum triplicem assignationem peccati in spiritum sanctum. In prima ponit assignationem, per eius differentias magis notas, quae quidem sunt obstinatio, & desperatio. In secunda uero ponit eius assignationem per eius differentias minus manifestas. ibi. *Est etiam alia huius peccati assignatio &c.*) In tertia uero subiungit ipsius peccati assignationem communem, & diffinitiuam. ibi. *De hoc quoque peccato &c.*) Prima istarum partium diuiditur in partes duas. In quarum prima determinat ueritatem. In secunda dissoluit dubitationem ini. *Sed queritur utrum omnis obstinatio &c.*) Similiter secunda diuiditur in duas. In quarum prima ponit Magister huius peccati assignationem. In secunda ponit eius assignationis explanationem. ibi. *Illam tamen assignationem Aug. &c.*) Similiter tertia pars habet duas. In quarum prima ponit peccati in spiritum sanctum secundum Amb. diffinitiuam assignationem. In secunda uero remouet dubitationem

ib. *Non utique distinctio illa uerborum, &c.*]

EST peccatum ad mortem, &c.) Sed contra hoc est: quia tales sunt diligendi ex charitate: ergo uidetur, quod pro eis orandum sit. Præterea. Tales magis indigent aliis, & prouiores sunt ad malum: ergo uidetur, quod maior sit beneficentia misericordiae pro his orare, quam pro aliis, qui non indigent. Est igitur quaestio, quare dixit B. Iohannes, quod pro talibus orandum non sit, cum de nemine sit disperandum. Resp. Dicendum, quod peccatum ad mortem dicitur dupliciter, aut quia perducit ad mortem, aut quia disponit ad mortem. Et primo modo accipiendo peccatum ad mortem, omnino est irremissibile. Quolibet dictorum modorum intelligi habet predictus sermo secundum differentiam sui expositionem. Nam primo sensus est. Non dico ut pro eo oret quis, hoc est aliquis, nec paruus nec magnus. Secundo uero modo sensus est. Non dico ut pro eo oret quis, .i. quaeuis persona: quasi dicat, Difficile est pro tali peccatore exaudiri: quia talis iam inter incorrigibiles est deputandus. De quo dicit dominus Matthe. 18. quod si ecclesiam audire noluerit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Et ita in uno sensu generaliter innuit, quod pro peccante ad mortem non est orandum: in alio uero sensu innuit, quod non est cuiuslibet impetrare tantum donum. In nullo tamen dictorum sensuum prohibet orare. Sed in hoc uerbo ostendit, quod mandatum suum, siue monitio, qua dixerat orandum esse

esse pro proximo, non se extendit generaliter respectu omnium, sed respectu eorum, de quibus probabiliter sperare possumus, quod nostris orationibus emendentur: & sic patet responsio ad illud

Qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, &c.) Contra Glo. dicit ibidem. Blasphemia remittitur, spiritus autem blasphemiae non remittitur: ergo si blasphemiam remittitur, siue blasphemet patrem, siue spiritum, remittet. Iuxta hoc quaeritur, quare differentia sit inter blasphemiam, & spiritum blasphemiae. Videtur, quod grauius peccatum sit blasphemiam, quam spiritus blasphemiae: quia spiritus blasphemiae dicit uoluntatem, blasphemiam dicit opus: malum autem opus addit supra uoluntatem. Contrarium huius est, quod dicit Glo. quae dicit, quod spiritus blasphemiae non remittitur, sed blasphemiam remittitur. Respon. Dicendum, quod sicut dicit Hugo. Blasphemia quantum est de se, indifferens est quantum ad hoc, quod sit peccatum in spiritum sanctum, & non in spiritum sanctum. Alii enim blasphemant ex infirmitate, & coactione: & hi peccant in patrem. Alii ex deceptione: & hi peccant in filium. Alii ex certa malitia: & hi peccant in spiritum sanctum, & hoc est sceleratissimum genus peccati in uituperiis Dei delectari. Et post subiungit. Quid est spiritus blasphemiae, nisi affectus, & desiderium uituperationis diuinæ? Spiritus enim blasphemiae sic spirat ad odium Dei, sicut spiritus sanctus ad dei amorem. Quando ergo dicitur. Qui blasphemauerit

in spiritum sanctum, &c. non intelligitur de quacunque blasphemiam, sed de spiritu blasphemiae: unde non dicit, Qui blasphemauerit spiritum sanctum, id est peccando in spiritum sanctum: & hoc declarat ipsa Glo. quae dicit, quod blasphemiam remittet: spiritus autem blasphemiae non remittetur. Per hoc patet responsio ad illud, quod quaeritur, quare differentia sit inter blasphemiam, & spiritum blasphemiae, & quod grauius sit peccatum spiritus blasphemiae quam blasphemiam. Non enim differunt sicut uoluntas, & actus, sed sicut generale, & speciale.

Desperatio est, qua quis, diffidit &c.) Videtur ex hoc, quod omnis desperans sit infidelis: omnis enim qui sic existimat credit bonitatem dei esse finitam, & omnis talis errat contra id, quod fidei est. Item. Qui credit contrarium eius, quod dici scripturaturae hereticus, & infidelis iudicatur: sed scriptura dicit, Quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor: desperans credit eius oppositum: ergo &c. Præterea, Articulus specialis est de remissione peccatorum, & contra istum errat ille, qui desperat. Similiter obici potest de eo qui praesumit: uidetur enim quod desperatio tollat fidem. Contrarium huius est, quia fides ita praecedit spem, sicut praecedit charitatem: ergo odium non tollit spem, ita etiam nec desperatio. Respon. Dicendum, quod fides differt a spe, & in hoc quod fides respicit ipsum odium in uniuersali: sed spes respicit in particulari, uide-

Dub. 3.

videlicet respectu sperantis, & in hoc etiam quod fides dicit certitudinem in intellectu, spes dicit certitudinem in affectu. Sicut igitur contingit aliquando ignorari aliquid in particulari, & sciri in uniuersali, sicut dicit Philosophus in primo Posteriorum: sicut est de illo, qui scit omnem mulam esse sterilem, & tamen existimant hanc habere in utero: sic potest aliquis habens fidem carere spe: & sicut potest aliquis non habens certitudinem de aliquo in affectu, habere in intellectu, sic potest aliquis non habens spem habere fidem. Ad illud quod primo obiicitur, quod talis existimat malitiam suam dei bonitatem excedere. Dicendum, quod existimare malitiam bonitatem excedere, hoc potest esse dupliciter: aut in se: aut in effectu. Et in effectu dupliciter: aut uniuersaliter respectu cuiuslibet, aut particulariter respectu sui. Et primo, & secundo modo est infidelitatis, & tertio desperationis. Et hoc innuit textus Gen. ubi dixit Chaim desperans: Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear: non dixit, quod maior esset quam misericordia: sed quod amplior esset quam uenia, ad quam peruenire posset: Vel potest dici quod talis existimatio potius uenit ex subuersione confidentiae, quam ex subuersione notitiae: sicut homo aliquando bene scit aliquid: & tamen affectio adeo dominatur, ut ad existimandum oppositum pertrahat ipsum. Et per hac uiam respondendum est ad illa duo, quae postea obiiciuntur: non enim concludunt quod desperatio tollat

fidem: quia defectus est duplicis conditionis, sicut dictum est: quamuis autem desperatio non tollat fidem simpliciter: nihilominus tamen plus laeditur fides per desperationem, quam per odium, uel quodcumque aliud peccatum, quod non sit ei directe oppositum. In fide enim sunt tria, uidelicet ipsa credulitas, &abilitas tendendi in deum, & ipsa tendentia. Primum est quasi terra, & secundum quasi semen, & tertium quasi fructus. Primum tollitur solum per infidelitatem. Secundum uero tollitur per desperationem, qua efficitur homo inhabilis ad tendendum in deum. Tertium uero tollitur per omne peccatum.

Peccatum enim in patrem etc.)

Contra. Si hoc uerum est, tunc omne peccatum est peccatum in patrem: quia cum potentia peccandi potius sit impotentia, quam potentia, hoc ipso quo aliquis potest peccare, potest deficere, & infirmus esse. Item. Si peccatum in filium est per ignorantiam, sicut ipse subiungit, cum omnis peccator sit ignorans, sicut uult Philosophus, uidetur quod omne peccatum sit in filium: ergo nulla est illa diuisio peccatorum. Ref. Dicendum, quod cum dicitur peccatum esse ex infirmitate, & ignorantia, non accipitur hic quaecunque infirmitas, & quaecunque ignorantia, sed infirmitas, quae quidem est ex carne, & ignorantia, quae est respectu alicuius circumstantiae facientis rationem culpae: & hoc modo talis infirmitas non est respectu omnis peccati, nec talis ignorantia: quamuis largo modo accepta infirmitate

Dub. 4.

tate pro quacunque impotentia, & ignorantia pro quacunque nescientia siue cognitionis practicae siue speculatiuae, in omni peccato reperiuntur. Praeterea sciendum est, quod quando diuiditur peccatum per has differentias, quod illud dicitur peccatum ex infirmitate, quod praecedit ex ipsa immediate, & similiter ex ignorantia, & malitia, & sic istae tres differentiae non concurrunt in peccatum idem. Et sic patent obiecta, & haec sufficiunt de ista diuisione: quia supra quaesitum fuit de his Distinct. 22. ubi illa diuisio ponitur, & manifestat.

ARTICVLVS I.

QUESTIO I.

An peccatum in spiritum sanctum dicat genus peccati distinctum a ceteris generibus peccatorum.



Ad intelligentiam huius partis incidit hic questio de peccato in Spiritum sanctum, de quo etiam ipsius triplicem comparisonem queruntur tria. Primo queritur de ipso in comparisonem ad alia peccatorum genera. Secundo queritur de ipso quantum ad condiciones proprias. Tertio queritur de ipso quantum ad eius species & differentias. Circa primum queruntur duo. Primo queritur, utrum peccatum in Spiritum sanctum dicat genus peccati distinctum. Secundo queritur, utrum peccatum in Spiritum sanctum semper habeat aliud peccatum actuale praeambulum.

UTRUM peccatum in spiritum sanctum dicat genus peccati distinctum ab aliis generibus

S. Bon. Lib. 2.

ribus peccatorum. Et sic uidetur. Primo per uerbum Magistri in litera. Est quoddam peccati genus ceteris grauius, & abominabilius, quam dicitur peccatum in spiritum sanctum.

ITEM. Hoc uidetur ratione. quia mortale, & ueniale faciunt diuersa peccatorum genera: ergo multo fortius remissibile, & irremissibile: sed peccatum in spiritum sanctum est peccatum irremissibile: ergo uidetur, quod peccatum in spiritum sanctum sit aliud genus ab aliis generibus peccatorum. ITEM. Peccatum in spiritum sanctum est peccatum procedens ex certa malitia: si ergo peccatum ex certa malitia diuiditur contra peccatum ex ignorantia, & infirmitate, ergo uidetur, quod peccatum in spiritum sanctum sit genus peccati distinctum. ITEM. Quod habet spes proprias a speciebus aliorum peccatorum distinctas, est genus peccati distinctum ab aliis peccatorum generibus: sed peccatum in s. s. est huiusmodi, quoniam eius species sunt desperatio, & obstinatio, & ueritatis agnitio impugnatio: quae sunt propriae species huius peccati, ita quod non aliorum: ergo &c.

SED CONTRA. Peccatum in s. s. sicut dicit Magister in litera, est peccatum ad mortem: sed omne peccatum mortale est peccatum ad mortem, ergo cum peccatum ad mortem sit generale ad omnes peccatorum differentias: ergo & ad ipsum peccatum in s. s. ITEM. Peccatum in s. s. aut sic nominatur, quia est in personam spiritus sancti: aut quia est contra illud, quod est appropriatum spiritui sancto. Si quia contra personam ipsi

N n n n ritum

ritum sanctum: sed una est maiestas patris, & filii & spiritus sancti: ergo omne peccatum, quod est in filium, est in patrem, & omne quod est in patrem, est in Spiritum Sanctum: ergo hoc modo est generale ad omne peccatum. Sed si quia contra effectum spiritui sancto appropriatum, ut potest contra bonitatem: & gratiam, sed omne peccatum est contra bonitatem, & contra gratiam spiritus sancti, ergo omne peccatum est peccatum in spiritum sanctum. **ITEM.** Peccatum diuiditur in peccatum ex infirmitate, & ex ignorantia, & ex malitia: ita quod peccatum ex malitia est peccatum in spiritum sanctum: sed peccatum ex ignorantia, & peccatum ex infirmitate non dicit speciale genus peccati; omne enim genus peccati, quod est ex ignorantia, potest esse ex infirmitate: ergo uidetur similiter quod peccatum ex malitia non dicat determinatum peccati genus. **ITEM.** Omne quod quis facit ex ignorantia, potest facere ex certa scientia, siue ex industria; ergo si omne genus peccati potest fieri ex certa industria, uidetur quod peccatum in spiritum sanctum circumeat omnia peccatorum genera; non ergo uidetur esse peccati genus ab aliis peccatorum generibus distinctum.

RESOLVTIO.

In tuere principium, in tuere oppositum, actumque substratum, & genus peccati a ceteris distinctam ipsam comperies.

RESP. Dicendum, quod peccatum in spiritum sanctum dicit genus peccati distinctum ab

aliis generibus peccatorum ratione triplici, scilicet ratione principii, & ratione sui oppositi, & ratione actus substrati. Ratione principii: quia peccatum in spiritum sanctum dicitur esse illud, quod est ex certa malitia, siue industria: ex qua non procedit omne peccatum, sed illud solum, quod facit homo scienter. Ratione oppositi similiter distinguitur: quia cum triplex sit gratia, scilicet innocentiae, baptismalis, & poenitentialis: & peccatum in spiritum sanctum proprie habet opponi gratiae poenitentiali, & eam impugnat quantum ad sui initium, & quantum ad sui terminum; sicut per originale perditur gratia innocentiae, & per actualia impugnetur gratia baptismalis. Ratione uero actus substrati similiter distinguitur: quia cum peccatum illud sit impugnatium gratiae, & malitia sit in ipso spiritu secundum se, peccatum in spiritum sanctum consistit circa actum ipsius spiritus, sicut patet in desperatione, & obstinatione: unde fornicatio, & adulterium non potest aliquo modo dici peccatum in spiritum sanctum. Ratione ergo sui principii, & oppositi, & actus substrati, peccatum in spiritum sanctum est genus peccati determinatum. Et ratione horum trium sic nominatur, ut dicatur peccatum in spiritum sanctum uidelicet ratione malitiae, a qua procedit, quae directe opponitur bonitati appropriatae spiritui sancto. Ratione poenitentialis, siue finalis gratiae, quam priuat, quae est effectus appropriatus spiritui san-

tui sancto. Ratione etiam actus spiritualis, circa quem consistit: unde directe dicitur peccatum in spiritu sancto, quod est in spiritu, & circa actum spiritus malignantis. Et sic patet quod peccatum in spiritum sanctum est genus peccati, ab aliis peccatorum generibus distinctum. Et concedendae sunt rationes, quae hoc ostendunt.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod est peccatum ad mortem. Dicendum, quod peccatum dicitur ad mortem secundum similitudinem ad mortem corporalem. In morte autem corporali tria concurrunt: quorum primum est amissio uitae: aliud est corruptio dispositionis ex parte corporis ad susceptionem animae: tertium est impossibilitas reparationis secundum cursum naturae. Quantum ad primam conditionem omne peccatum, in quo est auersio a Deo, dicitur esse peccatum mortale, siue ad mortem. Quantum ad secundam, peccatum in spiritum sanctum dicitur peccatum ad mortem: quia tollit dispositionem ad susceptionem uitae, quae quidem consistit in susceptione poenitentiae. Quantum uero ad tertiam conditionem, peccatum illud dicitur ad mortem, in quo quis corporaliter moritur. Cum ergo dicitur quod omne mortale est ad mortem, & quod peccatum in spiritu sancto est peccatum ad mortem, differenti modo accipitur peccatum ad mortem. **AD ILLVD,** quod obiicitur, quod aut dicitur peccatum in spiritu sancto, quia est contra personam &c. Dicendum, quod ideo dicitur peccatum in spiritu sancto, non quia sit contra personam, sed quia est contra appropriatum effectum: nec uia contra omnem propria

tum effectum: sed quia contra effectum praecipuum inter appropriata spiritui sancto: hic autem est donum gratiae finalis, siue poenitentialis, & huiusmodi proprie quantum ad statum gratiae finalis, in qua consistit omnis gratiae efficacia: et hoc modo non omne peccatum est contra effectum illum, & per hoc non sequitur, quod omne peccatum sit in spiritu sancto. **AD ILLVD,** quod obiicitur, quod omne peccatum potest esse peccatum ex ignorantia, & infirmitate. Dicendum quod non est simile, quia ignorantia non determinat sibi aliquem actum: nec etiam infirmitas: & ideo non dicit genus peccati determinatum, sed circumscribit omnia peccatorum genera. Similiter dicendum de peccato, quod est ex infirmitate: non sic autem est de peccato secundum quod est ex malitia. **AD HOC** enim quod sit peccatum in spiritu sancto, non sufficit quod sit ex certa scientia, & ex industria, sed requiritur determinatio generis quantum ad actum substratum. **AD ILLVD,** quod obiicitur, quod omne peccatum potest fieri ex malitia. Dicendum, quod licet malitia concurrere possit ad omne peccatum: non tamen semper facit peccatum in spiritum sanctum. Unde si quis senex, qui non habet appetitum fornicandi, ex citaret carnem suam, ut fornicaretur, non diceretur in illa fornicatione peccare peccato in spiritu sancto, quamuis illud peccatum committeret ex industria, & quadam malitia. Cum ergo dicitur, quod peccatum in spiritu sancto est ex malitia, hoc solum intelligitur de aliis generibus peccatorum, quae proprie ex malitia habent ortum, sicut inuidia

ria fraternæ gratiæ, & impugna-
tio ueritatis agnitæ.

QVÆSTIO II.

An peccatum in Spiritum sanctum
peccatum aliud præambulum
semper habeat?

VTRVM peccatum in spiritum
sanctum semper habeat aliud
peccatum præambulum. Et quod
sic uidetur: Magister in litera di-
cit, quod peccatum in S. S. est pecca-
tum desperationis uel obstina-
tionis: sed nullus desperat, nec
obstinat nisi propter aliquod
præcedens peccatum: ergo uide-
tur, quod semper aliquod peccatum
sit præambulum ad peccatum in
S. S. **ITEM.** Peccatum in S. S. uel
est finalis impenitentia, uel ha-
bet semper annexam finali im-
penitentiam, quantum est de
se: sed impenitentia non est nisi
respectu peccati præcedentis, si-
cut nec poenitentia: ergo nun-
quam est peccatum præambu-
lum. **ITEM.** Peccatum in spiritum
sanctum est peccatum procedens
ex certa malitia: ergo necesse est
quod antequam homo peccet pec-
cato in S. S. ipse sit malitiosus:
sed hoc non est nisi per culpam:
ergo ante peccatum in spiritum
sanctum necesse est esse aliam
culpam præambulum. **ITEM.**
In bonis nemo repente fit sum-
mus; ergo uidetur, quod in ma-
lis statim nemo labatur in pro-
fundum: sed per illud peccati ge-
nus labitur homo in profundum
uitiorum; uidetur ergo quod
istud peccati genus habeat aliud
præambulum, quod disponat
ad ipsum.

SED CONTRA. Quatuor
sunt in nobis inflicta (sicut di-
cit Beda) propter peccatum pri-

mi parentis, scilicet infirmitas,
ignorantia, malitia, & concu-
piscencia: sed possibile est quod
homo primo peccato peccet pec-
cato ex ignorantia, & ex infir-
mitate: ergo similiter possibile
est, quod primo peccet peccato,
quod ex malitia præcedit **ITEM.**
Quotiescunque peccatorum ge-
nera sunt diuersa, possibile est
peccare peccato uno absque alio:
si ergo peccatum in spiritum
sanctum est peccatum distinctum
ab aliis generibus peccatorum,
possibile est aliquem peccare il-
lo genere peccati, etiam si non
præcesserit aliud peccatum.

ITEM. Impugnatio ueritatis a-
gnitæ est huius peccati species:
sed ita bene quis potest impu-
gnare ueritatem agnitam, sicut
etiam ueritatem ignoratam: er-
go uidetur quod saltem quantum
ad illam speciem absque alio pec-
cati genere possit committi pec-
catum in S. S. **ITEM.** Peccatum
in spiritum sanctum consistit cir-
ca actum spiritus: sed magis pen-
det actus carnis ex actu spiritus
quam econuerso: ergo si homo
potest peccare peccato carnis
nullo alio peccato præcedente,
pari ratione, imò multo fortiori
uidetur hoc esse uerum de pec-
cato in spiritum sanctum.

RESOLVTIO.

*Si non semper quidem habet: raro
tamen non habet.*

RESP. Dicendum, quod de pecca-
to in spiritum sanctum differen-
ter est loqui secundum eius spe-
cies differentes. Quid enim sunt
species peccati in spiritum san-
ctum, quæ nullo modo possunt
esse absque peccato præambulo,
sicut sunt obstinatio, despera-
tio,

ro, & finalis impoenitentia: ta-
lia enim respiciunt peccatum
præambulum, quasi materiam,
circa quam, & etiam sicut cau-
sam: nemo enim desperat de ue-
ria, nisi qui commisit culpam:
nemo obstinatur in malo, nisi
qui fecit malum nemo impeni-
tens est, nisi qui habet unde poe-
niteat. Sunt & aliæ species pecca-
ti in spiritum sanctum, quæ qui-
dem possunt esse absque pecca-
to præambulo, pro eo quod actus
ipsarum non respicit determina-
te peccatum præambulum, sicut
est inuidentia fraternæ gratiæ,
& impugnatio ueritatis agnitæ,
sicut etiam est præiudicio de
impunitate. Potest enim quis
fraternæ gratiæ inuidere & ue-
ritatem agnitam impugnare, &
de impunitate præsumere, etiã
si nulla actualis culpa præcesse-
rit: & hoc propter libertatem
uoluntatis, quæ in quolibet ho-
rum peccatorum propria deor-
dinatione potest se præcipitare:
attamen quia ista sunt peccata
ualde grauia, uix aut nunquam
contingit, quod aliquis in hæc
cadat, nisi mens eius fuerit per
alia peccata deprauata. Conce-
dendum est ergo, quod peccatum
in spiritum sanctum non solum
est genus peccati distinctum ab
aliis peccatorum generibus se-
cundum formam, sed etiam separa-
ri potest secundum existentiam
ita quod committatur sine cul-
pa præambula, quamuis rarissi-
mè contingat: unde & rationes,
quæ ad illam partem inducun-
tur, concedendæ sunt.

ILLA tamen ratio, quæ facit de
eo quod minus dependet actus spūs
ab actu carnis &c. Dicendum, quod

illa ratio non cogit, quin pecca-
tum in spiritum sanctum possit
esse sine aliis peccatis, pro eo quod
actus spirituales, siue ad ani-
mam pertinentes non solū tran-
seunt super materiam debitam,
sed etiam super alios actus, un-
de substernunt sibi alios actus
qua si pro materia: sic & pecca-
ta, quæ habent contra actus il-
los consistere, ut plurimum alia
peccata præsupponunt tanquã ma-
terialia, sicut desperatio, & ob-
stinatio: non sic autem est de a-
ctibus corporalibus, quæ quidem
non transeunt in alios actus, sed
in materiam extrinsecã: & ideo
illa peccata contra illos actus
existentia non habent alia pec-
cata tanquã materialia. Et huic
consonat illud, quod dicit Grã-
maticus, quod uerba proæretica,
siue ad animam pertinentia
requirunt determinari per infi-
nitium sequentem: non sic est
de actibus pertinentibus ad cor-
pus: & ideo ratio illa non cogit.
Nec alia cogit, quæ dicit, quod est
genus peccati distinctum: esto
enim quod non esset sine aliis &
nihilominus posset distingu-
i ab aliis, quia multa sunt insepa-
rabilia secundum esse, quæ ta-
men distinguuntur formaliter.

AD ILLVD autem, quod
obiicitur, in contrarium de ob-
stinatione, & desperatione. Di-
cendum, quod ratio illa proce-
dit ab insufficienti: quamuis
enim illud sit uerum in his duo-
bus generibus peccatorum,
non tamen sequitur quod sit
uerum in aliis generibus pec-
cati in spiritum sanctum. **A**D
ILLVD, quod obiicitur, quod
finalis impenitentia est annexa

Nunquam 3 omni-

*An peccatum in spiritum sanctum
grauissimum peccatorum sit?*

omnibus speciebus illius peccati. Dicendum, similiter quod nec illud cogit, pro eo quod peccando in spiritum sanctum committit homo aliquod peccatum, respectu cuius potest habere propositum non poenitendi: sicut ille, qui impugnat ueritatem agnitam, uel inuidet fraternae gratiae: uel etiam sicut est de eo, quod adeo praesumit de benignitate misericordiae, quod nullum relinquit effectum iustitiae, & ex hoc proponit malefacere, & non quam de eis poenitere. Et hoc totum potest esse sine alterius peccati genere. AD ILLUD, quod obicitur, quod illud peccatum est ex malitia. Dicendum, quod malitia secundum quod est huius peccati radix, potest dicere malitiam contractam ex peccato originali: uel potest dicere malitiam actam, scilicet actualem peruersitatem uoluntatis. Et primo modo praecedat natura, & tempore, secundo modo concomitatur. Non enim oportet, quod ante fuerit malitiosus, sed uolendo malignari potest in spiritum sanctum peccare, & ita non oportet, quod praecedat aliqua malitia actualis peccati deprauans uoluntatem, sed sufficit quod praecedat tempore malitia, quae est poena originalis. AD ILLUD, quod obicitur, quod nemo repente fit summus. Dicendum, quod non est simile: quia quamuis non possit nisi ordinatim ascendere, potest tamen inordinatim descendere, siue subito se precipitare. Praeterea, non efficitur homo ita perfecte malus committendo in spiritum sanctum, imo quanto pluries peccat, tanto magis labitur in profundum.

CONSEQUENTER queritur de hoc peccati genere quantum ad conditiones proprias: & circa hoc quaeruntur duo. Primum queritur de huius peccati grauitate. Secundum queritur de huius peccati irremissibilitate.

VTRUM illud peccati genus sit grauissimum. Et quod sic uidetur. Primum per auctoritatem Magistri in littera. *Est praeterea quoddam peccati genus ceteris grauius, & abominabilius.* ITEM: Ratione uidetur. Maius est peccatum, quod magis facit distare a uenia: sed tale est peccatum in spiritum sanctum: ergo &c. ITEM. Maius est peccatum quod minus habet de ratione excusationis: sed peccatum in spiritum sanctum est huiusmodi: minus enim habet inter cetera peccatorum genera de colore excusationis: ergo &c. ITEM. Maius est peccatum, quod magis inhabilitat animam ad iustitiam, sed peccatum in spiritum sanctum est huiusmodi, quia maxime uoluntatem deordinat: ergo &c. ITEM. Sicut ignorantia excusat peccatum, sic scientia aggrauat: quia seruus sciens uoluntatem domini sui &c. sed peccatum in spiritum sanctum est peccatum ex industria, siue ex certa malitia ergo &c.

SED CONTRA. super illud Psal. 58. Conuertent ad uesperam, Glo. Nemo insanabilior, quam qui

qui sanus sibi uideretur: ergo minus conuertat a sanitate peccatum, in quo quis peccat scienter, quam in quo quis peccat ignoranter: sed peccatum in spiritum sanctum est in quo quis peccat scienter: ergo uidetur, quod sit minus peccatum, quam peccatum ignorantiae. ITEM. Et si una sit maiestas trium, & aequaliter sint omnes honorandi: tamen maiestas appropriatur patri, & honor propter appropriationem ei debetur: ergo peccatum quod est in patrem, uel tantum, uel plus Deum inhonorat, quam peccatum, quod est in filium, uel spiritum sanctum: si ergo qualitas peccati pensatur secundum quantitatem contemptus, uidetur quod non sit maius peccatum in spiritum sanctum, quam peccatum in patrem, & filium. ITEM. Malitia est poena infligenda pro peccato originali, sicut ignorantia, & infirmitas: sed ignorantia, & infirmitas, quia sunt poenae, aliquo modo excusant peccatum consequens: ergo pari ratione & malitia. ITEM. Illud peccatum grauius est, in quo magis regnat libido, sed in peccato quod est ex concupiscentia, magis regnat libido, quam in peccato, quod est ex malitia: sicut patet, quia maior est libido in fornicatione, quam in desperatione: ergo uidetur quod maius sit peccatum, quod est ex concupiscentia, quam illud quod est ex malitia: ergo peccatum in spiritum sanctum non est peccatum grauissimum. ITEM. Grauius est peccatum, in quo est maioris boni corruptio: sed in peccato infidelitatis maior est corruptio, quam in peccato in spiritum sanctum: in illo enim

peccato receditur, & a ueritate, & a bonitate: in peccato in spiritum sanctum a bonitate tantum: ergo uidetur, quod infidelitas, uel haeresis grauior sit, quam peccatum in spiritum sanctum.

RESOLVTIO.

Cum ex certa malitia prodeat, summo opere naturam laedat, grauisstimoque Deum offendat; quis reliquorum omnium abominabilissimum non adstruat.

RESP. Dicendum, quod peccatum in S.S. est peccatum grauissimum, & quia naturam maxime laedit, & quia oculos dei maxime offendit. Naturam (inquam) maxime laedit, dum non solum aufert ei sanitatem, sed etiam pracludit uiam ad sanitatem: unde sicut morbus periculosior est, quam non tantum laedit naturam, sed etiam pracludit uiam ad summum cibum, uel medicamentum: sic intelligendum est de illo morbo spirituali. Oculos dei maxime offendit: quia nullum habet colorem excusationis: & ideo peccans hoc genere peccati meretur seuerius iudicari: & propter haec duo dicit Magister, quod hoc peccatum ceteris est grauius, & abominabilius, ut grauius dicatur ratione maioris laesionis, abominabilius ratione defectus excusationis. Ratio autem huius est, quia peccatum in spiritum sanctum est ex malitia: & non solum ex malitia, sed ex malitia, & industria. Peccat enim tunc quis peccato in S.S. quando ad malum mouetur ex nequitia spiritus, sciens se moueri ad malum: unde peccatum in spiritum S. est ex malitia conflatum ex concursu malitiae ex originali peccato, con-

tractæ, & malitiæ actualis con-
iunctæ industriæ: & ideo nō tan-
tum dicitur esse ex malitia, sed
ex certa malitia. Prima autem
malitia. s. ex originali relicta
hoc peccatum nō excusat, quia
talis malitia est in ipsa uolunta-
te secundum se: & ideo cum uo-
luntati subiaceat, non minuit ra-
tionem uoluntarii, sicut facit in-
firmitas, & ignorantia: & quia
non minuit rationem uolunta-
rii, non diminuit de ratione pec-
cati: & propterea non excusat.
Alia autem malitia non solum
non excusat, sed etiam multum
aggrauat tum ratione improbi-
tatis propriæ, tum ratione co-
gnitionis adiunctæ, utriusque
enim est aggrauare. Et sic patet
quare peccatum in spiritum san-
ctum maxime oculos Dei offen-
dit. s. quia est ex certa malitia.
Ex hac etiam eadem causa na-
turam lædit: lesio enim pec-
cati principaliter consistit in
deordinatione uoluntatis, &
quanto uoluntas magis impro-
be ad aliquid se inclinat, tan-
to magis se deordinat, & depra-
uat. Et quia ex certa mali-
tia hoc peccatū procedit: ideo
in hoc peccati genere scienter,
& prudenter, imo etiam impu-
denter peccator præeligit malū:
& ideo uolūtas eius in hoc pec-
cato magis respuit bonum quā
in aliis, quia amplius inficitur
uoluntatis gustus: & hinc est et
quod respuit medicamentum, quod
admodum gustus maxime infe-
stus respuit bonum cibum. Quo-
niam ergo hoc peccatum ex cer-
ta malitia procedit: hinc est, quod
est ceteris grauius, & abomina-
bilius, quantum est ex genere

peccati. Hinc est et, quod est maxi-
mè naturæ lesiuum, & maxime
oculorum diuinæ maiestatis of-
fensiuum. Et ideo concedendæ
sunt rationes ostendentes hoc
peccatum esse grauiissimum.

AD ILLVD, quod primo obiici-
tur quod peccatum ex ignoran-
tia magis a sanitate elongat. Di-
cendum, quod maior insanabili-
tas ex duplici causa potest ueni-
re: aut ex cōditione morbi, aut
ex cōditione infirmi. Cum er-
go dicitur, nemo est insanabi-
lior eo, qui sibi sanus uidetur,
hoc intelligitur quantum ad cō-
ditionē & statū infirmi, pro eo quod
talis non sentiens se infirmū nō
quærit medicum, & ita nunquā
sanatur. Quantum autem ad cō-
ditionem morbi non habet ueri-
tatem: si enim peccans ex igno-
rantia erudiatur, de facili reci-
pit sanitatem: peccans autem
in spiritum sanctum rebellis est
eruditioni ex ipsa natura talis
morbi: & ideo quantum est de
se, peccatum illud & grauius est
& insanabilius. AD ILLVD quod
obiicitur, quod peccatum in patrē
est æque graue, uel magis, quā
peccatum in spiritum sanctum,
quia patri appropriatur maies-
tas. Dicendum, quod illud pec-
catum non dicitur esse grauius
aliis, quod in eo magis contemna-
tur persona spiritus sancti, quā
persona patris: nā in omni pec-
cato contemnitur una maiestas
trium personarum: unde sicut
hoc peccatū non distinguitur a
peccato in patrem, ex hoc quod hic
contemnat spiritum sanctum. & ibi
pater: sic nec ex hoc grauius iu-
dicatur: sed ex hoc grauius est,
quia in ipso amplius contemni-

tur

ur trium personarum maiestas
quā in aliis generibus pecca-
torum: magis enim impugnat
gratiam, quæ est totius trinita-
tis effectus, & ideo maius est
peccati genus: & ideo ratio illa
procedit ex falso intellectu. AD
ILLVD, quod obiicitur, quod mali-
tia est pœna inflicta: ergo debet
excusare sicut aliæ pœnæ. Dicē-
dum, quod non est simile, & ra-
tio huius est, quia malitia respi-
cit ipsam uoluntatem secundū
se. Sed ignorantia respicit intel-
lectū, & infirmitas respicit car-
nem, & illa non adeo sunt in uo-
luntate sicut in ipsa malitia: &
ideo magis diminuunt de ratio-
ne peccati, quā malitia. Præter
ea. Peccatum in spiritum san-
ctum non tantum est ex ma-
litiā contracta, imo est ex ma-
litiā conflata ex malitiā con-
tracta, & malitiā propria, sicut
supra dictum est. AD ILLVD, quod
obiicitur, quod illud peccatum est
grauius, in quo magis regnat li-
bido. Dicendum, quod libido maior
dicitur dupliciter: aut ratione
maioris uoluptatis, aut ratione
maioris improbitatis: libido. n.
nominat uolūtatē uoluptuo-
sam, & improbā. Cum ergo di-
citur, quod grauitas peccati at-
tenditur secundum quantitatem libidi-
nis. Dicendum, quod verum est secundum
quod quantitas libidinis pensa-
tur secundum improbitatem uo-
luntatis: sed non est uerum secundum
quod pensatur penes delectationē:
sicut patet, quia grauius peccat
senex fornicator, uel adultera-
tor, quā iuuenis: ex improbo-
ri enim uolūtatē mouetur, quā
uis iuuenis amplius delectetur:
lacet ergo in aliis generibus pec-

catorum magis abundet libido
quantum ad delectationem: quā
tamē in hoc peccato magis abū-
dat quantum ad improbitatem
uoluntatis, grauius est istud.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod ma-
ior est corruptio in peccato in-
fidelitatis. Dicendum, quod maior
corruptio potest esse dupliciter
aut intensiue, aut extensiue. Ex-
tensiue loquendo, plura bona
priuantur in peccato infidelita-
tis, quā in peccato in. s. quia in
illo peccati genere tollitur to-
tius spiritualis edificiū fundamē-
tum. Intensiue autem magis fit
priuatio in peccato in spiritum
sanctum, pro eo quod magis
inhabilem reddit ad bonum,
& amplius firmat in malo: un-
de illud peccatum recte potest
dici grauius, in quo est maior
boni priuatio intensiue: & quia
peccatum hæresis frequentissi-
me habet coniunctum peccatū
in spiritum sanctum, utpote obsti-
nationem: hinc est, quod illud pec-
catum est ualde periculosum:
si enim solum est ignorantia he-
reticus, facilius adhiberetur sibi
remedium: sed quia animo ob-
stinato pertinaciter adhæret er-
rori suo, ideo frangitur potius,
quā iuuetur.

QVAESTIO II.

An peccatum in Spiritum sanctum
irremissibile sit?

DE huius peccati irremissi-
bilitate. Et quod illud
peccatum sit irremissibile, o-
stenditur. Matth. 12. Spiri-
tus blasphemix, non remit-
tetur. Et post. Qui dixerit
uerbum contra spiritum san-
ctum non remittetur nec in hoc

saeculo,

saeculo, nec in futuro: sed Christus nullo modo potest mentiri: ergo illud peccatum nullo modo potest remitti. **ITEM.** Glosa super dictum locum. Blasphemia remitteretur: spiritus autem blasphemiae non remittetur nec in hoc saeculo, nec in futuro. **ITEM.** Hier. 10. Desperauimus, post cogitationes nostras ibimus. Et post subiungitur, Tu autem non liorare pro populo isto, quia non exaudiam te: Si ergo pro peccato remissibili dominus vult exorari, & nolebat exorari propter peccatum desperationis, videtur ergo quod peccatum desperationis sit irremissibile: pari ratione concluditur de qualibet huius peccati specie. **ITEM.** Nullum peccatum remittitur, nisi de quo quis potest subire poenitentiam, & postulare ueniam: sed poenitentia in spiritum sanctum non est huiusmodi: ergo &c. Maior manifestata est: minor probatur per illud Aug. qui dicit in sermone de Verbis domini in monte. Tanta est labes huius peccati, ut de precandi humilitate subire non possit. **ITEM.** Impoenitentia est species huius peccati, & annexa aliis speciebus: si ergo impoenitentia directe opponitur ipsi ueniae & poenitentiae: ergo videtur, quod simpliciter priuet ueniam, & remissionem: videtur ergo, quod hoc peccatum sit irremissibile:

SED CONTRA. Super illud Psal. 67. Conuertam in profundum maris Glosa. i. eos, qui erant desperatissimi: ergo si hoc est peccatum quod maxime elongata uenia, & illud omnino remittitur, videtur quod & omnia alia, **ITEM.** Aug. de Verbis domini,

Ista impoenitentia, uel cor impoenitens quoad aliquis in hac carne uiuit, non potest iudicari: de nullo enim desperandum est, quoad patientia Dei eum ad poenitentiam adducit: sed de eo qui peccat peccato irremissibili, desperandum est: ergo uidetur, quod peccans peccato in spiritum sanctum non peccet irremissibiliter. **ITEM.** Peccatum in spiritum sanctum non aufert homini statum uiatoris, sed quoad horam est in statu uiatoris habet ueritatem lib. ar. & quoad diu habet hoc, potest deo reconciliari, & a peccato liberari: ergo uidetur, quod peccatum in spiritum sanctum possibile sit remitti. **ITEM.** Potentior est gratia, & uirtus in bonum, quam sit peccatum in malum: sed nulla uirtus reddit hominem ex suo actu impossibilem ad peccandum, nec poenitentia, nec alia: ergo uidetur quod nulla culpa reddat hominem ex suo actu impossibilem ad resurgendum: sed non resurgit homo a peccato nisi remittatur peccatum: ergo non solum istud peccati genus, sed etiam quodlibet aliud est remissibile. **ITEM.** Si peccatum in spiritum sanctum dicitur irremissibile: aut hoc est per priuationem ad us remissionis, aut per priuationem dispositionis, aut per priuationem possibilitatis. Si per priuationem actus: ergo quodlibet peccatum, quod non remittitur debet dici irremissibile: ergo quodlibet peccati genus illo modo irremissibile dicitur. Si per priuationem dispositionis: ergo cum omne peccatum mortale reddat hominem ineptum ad remissionem pro-

propter dei offensam, & contempum, uidetur ergo quod omne debeat dici irremissibile. Si propter priuationem possibilitatis. **CONTRA.** Aut hoc est, quia deus non potest infundere gratiam: aut hoc est, quia iste non potest gratiam recipere. Sed primum est plane falsum: similiter & secundum, quia iste habet arbitrii libertatem: non ergo uidetur, quod aliquo modo illud peccatum debeat dici irremissibile. Est ergo questio, si dicitur irremissibile, quomodo dicatur, & qualiter.

RESOLVTIO.

Quia peccatum in spiritum sanctum (strictè accipiendò) uelut dispositionem, sed etiam potentiam, ut remittatur, priuat; omnino irremissibile ipsum dicimus. Tamen si nemi neminem iudicandum dicimus, quando in uia est, etiam in extremis.

RESP. Dicendum, quod sicut dicit Magister in litera, & innuit, quorundam opinio fuit, quod peccatum in spiritum sanctum diceretur irremissibile: quia uix, & raro, aut difficulter dimittitur. Alii uero dixerunt quod, illud peccatum dicitur irremissibile, quia nullo modo remitti habet; pro eo quod tali peccato peccans dignè poenitere non potest. Uterque autem istorum modorum dicendi conueniens est, & uerus: nec unus repugnat alteri, si rectè intelligantur. Sicut enim remissibile dicitur dupliciter. Vno modo remissibile dicitur aptitudinem, alio modo dicitur consuetudinem: sic & irremissibile dupliciter potest dici. Vno modo ut dicatur irremissibile. i. inaptum, siue impossibile

ad remittendum. Alio modo ut dicatur irremissibile, quod est inconsumetum remitti. Utrouque enim horum modorum peccatum in se potest dici irremissibile: Nam omne peccatum in spiritum sanctum uel est impoenitentia, uel habet impoenitentiam annexam. Impoenitentia autem dicitur duobus modis, sicut & perseuerantia. Vno modo dicitur perseuerantia propositum perseuerandi: Alio modo dicitur perseuerantia continua permanentia in bono usque ad finem. Et primo modo perseuerantia est in qualibet uirtute. Secundo modo perseuerantia includit gratiam finalem. Sic & impoenitentia dicitur dupliciter. Vno modo dicitur impoenitentia propositum non poenitendi. Alio modo dicitur impoenitentia continua permanentia in malo usque ad diem extremum inclusiue. Et secundum istum modum peccatum in spiritum sanctum, quod claudit in se impoenitentiam, dupliciter potest dici. Vno modo prout claudit in se impoenitentiam, quae quidem est finalis persistencia in malo: & sic dicitur irremissibile, quia non potest remitti: sicut finalis gratia non potest perdi, sed hoc modo peccato in spiritum sanctum nemini est attribuendum usque ad illud instans, in quo possit dici de isto, quod finaliter sit impoenitens. Et secundum modum currit una praedictarum opinionum: & ita ualde strictè accipit peccatum in spiritum sanctum. Alio modo dicitur peccatum in spiritum sanctum, prout claudit in se impoenitentiam. i. propositum

fitum non pœnitendi: hoc modo dicitur irremissibile. i. incon-
suetum remitti. Quamuis enim
non sit impossibile ad remissionem,
quia tale propositum mutari potest:
raro tamen, & uix remittitur: quia
tale propositum claudit uiam ad gratiam,
& impedit spiritus sancti ingressum.
Illud enim quod gratiam introducit,
& quod ad gratiam disponit de congruo,
est uoluntas recedendi a peccato:
& ideo cum uoluntas faciem suam obfirmat
ad oppositum; nisi fiat ei specialis uocationis donum,
& adiutorium, non peruenitur ad remissionis beneficiũ. Quoniã
ergo alia peccatorum genera, & si prius bonam uoluntatem, &
& iustitiam, non tamen reddunt uoluntatem rebellem,
& repugnantem contra uocationem diuinam:
& hinc est quod si nunquam remittantur propter negligentiam peccatoris,
uel propter præoccupationem mortis:
non tamen dicuntur esse irremissibilia.
Patet ergo quare peccatum illud dicitur irremissibile
magis, quam alia peccatorum genera. s. pro eo quod non tantum
repugnat gratiæ, sed etiam dispositioni ad ueniam & gratiam suscipiendam.
Patet etiam quomodo dicatur irremissibile: quia (cõmuniter loquendo)
non priuat potentiam, sed dispositionem: stricte autem accipiendo,
potentiam priuat: sed hoc modo non dicitur peccare homo
in spiritum sanctum, quãdiu uiuit in hac uita.

ET PER HOC patet responsio ad rationes, quæ adducuntur ad utranque partem. Ad eas po-

tissima, quæ inducuntur ad secundam partem, quæ. s. ostendunt quod peccatum illud non dicitur irremissibile, eo quod redat hominem impossibilem ad ueniam, quãdiu est in uita ista: & quia uerũ concludunt, ideo concedendæ sunt. Ultima tamẽ ratio uidetur ostendere, quod nullo modo debeat dici irremissibile: sed iã manifestata est per ea, quæ dicta sunt: quia in aliis peccatis mortalibus non sic est priuatio ad remissionem, sicut in hoc peccato. Quamuis enim alia peccata tollant iustitiam, non tamen auferunt propositũ redeundi ad iustitiam. Fere. n. omnes qui peccant, emendare proponunt. Hoc autem peccati genus in quantum peccatum est, tollit iustitiam: in quantum uero peccatum tale est, quod habet annexam impœnitentiam, auferunt homini propositum redeundi ad gratiam, & ideo irremissibile dicitur, quia priuat dispositionem ad bonum. AD ILLUD autem quod primo obiicitur in contrarium de auctoritate domini in Matt. & etiam de Glo. Dicendum, quod tam textus quam glo. intelligi habet quantum ad remissionis priuationem secundum consuetudinem, non secundum possibilitatem, & aptitudinem: unde quod dominus comminatur: quod illud peccatum nõ remittitur, hoc intelligendũ est, non quia remitti non possit, sed quia deus paucis consueuit remittere. Vel dicendum sicut dicit Aug. quod intelligitur de peccato in spiritum sanctum, secundum quod includit impœnitentiã finalem, hoc est in quo quis per-

seuerat

seuerat usque ad mortem. AD ILLUD, quod tertio obiicitur de uerbo Hier. quod Deus uolebat orari pro desperatis. Dicendum, quod hoc non erat, quia nullo modo possent ad bonum conuerti, uel redire: hoc enim potuissent, si deus uellet eos specialiter uisitare: sed quia ipsi non merebantur, & Deus occulto suo iudicio uolebat eis manum misericordiæ ampliari: hinc est quod præuidens, & suum iudiciũ, & eorum impœnitentiam, hoc propheta prædicebat: & ita ex hoc non habetur, quod illud peccatum non posset remitti, sed quia illud illis uolebat deus remittere, & quod illi finaliter in impœnitentia remansuri erant, quamuis, possent ab ea discedere. AD ILLUD quod obiicitur, quod tanta est huius peccati labes, quod pœniteri non possit. Dicendum quod Aug. illud uerbum retractat, & explicat hoc non esse dictum per priuationem omnimodæ possibilitatis, cum deus conuertat desperatissimos, sed per priuationem facilitatis: unde non solummodo consueuit dici aliquid impossibile, quod nullo modo potest fieri, sed etiam quod difficulter fit. AD ILLUD quod obiicitur, quod impœnitentia est species huius peccati: iam patet responsio, quia dupliciter dicitur impœnitentia, sicut dictũ est, & prout impœnitentia dicitur propositum non pœnitendi, non reddit hominem impossibilem ad ueniam: quia potest ab illo proposito desistere, & illo proposito desistente potest aliud propositum illi succedere, & per illud ad ueniam peruenire.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

Quæ, & quot sint peccati in spiritum sanctum species?



ONSEQUENTER quæritur de huius peccati genere quantum ad eius species, & differentias. Et circa hoc quærentur duo. Primo quæritur de speciebus huius peccati quantum ad numerum, & sufficientiam. Secundo uero quæritur de his quantum ad uniuscuiusque propriam rationem.

DE numero, & sufficientia specierum huius peccati. Et communiter consueuerunt huius peccati sex species assignari. s. desperatio, præsumptio, obstinatio, inuidencia fraternæ gratiæ, impugnatio ueritatis agnitæ, & finalis impœnitentia. Sed quod multo plures debeant esse, uisetur: quia cum sint tres uirtutes theologicæ. s. fides, spes, & charitas, quarum quælibet ita est ad salutem necessaria sicut alia: uidetur, quod sicut est unum peccatum in spiritum sanctum, quod est contra speciem. s. desperatio, similiter debeat esse unum contra fidem, & aliud contra charitatem. ITEM. Virtutes cardinales multe sunt præter pœnitentiam, quæ sunt necessariæ ad salutem: ergo sicut accipitur species peccati in spiritum sanctum per oppositum ad pœnitentiã, ita deberet accipi per oppositum ad alias uirtutes cardinales. ITEM. In deo non tantum considerantur istæ conditiones, uidelicet iustitia, & misericordia: sed etiam plures aliæ, utpote bonitas;

bonitas, & maiestas: ergo sicut sunt duæ species huius peccati, quarum una est contra iustitiã ut præsumptio, alia contra misericordiam ut desperatio: ut, quod duæ aliæ species deberent esse contra conditiones alias.

ITEM. Septem sunt peccata capitalia, inter quæ sunt aliqua ita magna, sicut est invidia: ergo sicut invidentia fraternæ gratiæ ponitur una species huius peccati, ita deberet poni superbia, & ira.

ITEM. Aequè magnum peccatum est impugnare bonitatē, sicut impugnare ueritatem: ergo sicut est una species huius peccati penes impugnationem ueritatis agnitæ, ita deberet esse alia species penes impugnationem bonitatis. ITEM. Spiritus blasphemæ est peccatum in spiritum sanctum, sicut est in Gl. & in Tex. Mat. 12. nec est aliquid prædictorum: ergo uidetur quod plures sunt species peccati in spiritum sanctum, quam prædictæ.

ITEM. Quæro unde accipiatur distinctio istarum specierum. Aut enim accipitur ex parte eius, cui opponitur hoc peccatum, aut ex parte actuum substratorum, aut ex parte motiuorum. Si ex parte eius, cui opponitur, cum illa sit gratia pœnitentialis, & gratia pœnitentialis sit una, uidetur quod una sola deberet esse species huius peccati. Si ex parte actuum substratorum: aut illi actus sunt principales potentiarum interiorum, aut non. Si principales: tunc non deberent esse nisi tres secundum numerum potentiarum. Si penes actus non principales: ergo deberent esse multo plures, quam sex. Si

ex parte motiuorum: similiter obicitur, quia cum plura sint motiua quam sex, plures erunt huius peccati species. Iuxta hoc queritur: cum Magister non tangat in litera nisi de quatuor speciebus peccati in spiritum sanctum: & alii ponant quinque species, alii sex, unde ueniat ista diuersitas. Queritur ergo penes quid distinguantur istæ species, & qui sit earum numerus, & sufficientia.

RESOLVTIO.

Sex, scilicet desperatio, præsumptio, obstinatio, finalis impœnitentia, impugnatio ueritatis agnitæ, & invidentia fraternæ charitatis.

RESP. Dicendum, quod peccatum in spiritum sanctum directe est contra effectum spiritus sancti, qui quidem dicitur gratia pœnitentialis. Hæc autem pœnitentialis gratia secundum quod in sacramento consideratur, tria respicit, uidelicet medicum, & egrotum, & ministrum. Ex parte medici ista duo concurrunt, misericordia, & iustitia: misericordia per quam remittit offensam: & iustitia per quam exigit emendam: contra misericordiam est desperatio: contra iustitiam est præsumptio. Similiter ex parte ægroti duo concurrunt, uidelicet detestatio peccati præteriti, & propositum non peccandi. nisi enim hæc duo in se habeat, non est idoneus ad hoc, quod gratia spiritus sancti habeat in ipsum efficaciam, contra detestationem peccati est obstinatio: contra uero propositum non peccandi est finalis impœnitentia. Similiter ex parte ministri duo concurrunt, uidelicet ueritas doctrine,

per

quam peccatorem instruat, & sanctitas gratiæ, per quam ipsum adiuuat, & subleuat: contra ueritatem doctrine est impugnatio ueritatis agnitæ: contra sanctitatem gratiæ est inuidentia fraternæ gratiæ. Et sic patet numerus, & sufficientia, quare. scilicet tot sunt species peccati, nec plures, nec pauciores. ALITER ROTES accipi sufficientia distinctarum specierum: quia cum peccatum illud sit contra gratiam pœnitentialem, in quantum per ipsum fit remissio peccatorum in unitate ecclesiæ, aut illud peccatum est contra pœnitentiam, aut contra unitatem ecclesiasticam. Contra pœnitentiam autem potest esse dupliciter. Aut per recessum a bono: & sic est desperatio. Aut per confirmationem in malo: & sic obstinatio. Si contra unitatem ecclesiasticam, sic est aut ratione ueritatis, aut ratione bonitatis. Si ratione ueritatis, sic est impugnatio ueritatis agnitæ. Si autem ratione bonitatis, sic est inuidentia fraternæ gratiæ. Et hoc modo sumuntur species quatuor. Nec iste modus assignandi repugnat ei, qui dictus est: quia sub obstinatione, quæ est confirmatio in malo, clauditur præsumptio, & finalis impœnitentia: hoc enim ipso quod obstinatus est aliquis in malo, nec timet penam, nec proponit dimittere culpam. ALITER sumitur numerus istarum specierum: quia cum peccatum in spiritum sanctum sit contra pœnitentialem gratiam, aut est contra ipsam ratione sui, aut ratione antecedentium, aut ratione subsequētium. Si ratione sui sic

est obstinatio. Si ratione antecedentium, cum ad pœnitentiam antecedant timor, & spes tanquam molæ, contra timorem est præsumptio, contra spem est desperatio. Si ratione consequentium: cum ad pœnitentiam consequatur emenda, quæ consistit in duobus. scilicet in uera confessione, & bona satisfactione, sic sumuntur duæ species. Quarum una est impugnatio ueri, alia est detestatio boni: & sicut illa assignationem obstinatio comprehendit obstinationem proprie dictam, & finalem impœnitentiam. Et sic patet numerus, & sufficientia specierum: & quare ratione quidam assignant quatuor, quidam quinque, quidam sex. In le autem modus, quo assignantur sex species, conuenientior est, & communius tenetur, pro eo quod illud quod alii dicunt implicite, ille dicit explicite.

Iuxta hunc modum concedendum est species peccati in spiritum sanctum numero esse sex, & non plures.

AD ILLUD ergo, quod obicitur, quod sicut est unum peccatum in spiritum sanctum, quod est contra spem, scilicet desperatio, sic et deberet esse peccatum in spiritum sanctum, quod esset contra fidem, & contra charitatem. Dicendum, quod illa ratio non cogit: quia non dicitur desperatio peccatum in spiritum sanctum, quia est contra spem, sed quia directe repugnat dispositioni gratiæ pœnitentialis. Qui enim desperat de uenia, nunquam ad gratiam se præparat, sicut Iudas, qui facilius desperans, cucurrit ad laqueum (sicut dicit Augustinus)

stinus) quàm ad petendum misericordiae beneficium. AD ILLVD, quod obiicitur, quod sunt aliae uirtutes cardinales praeter poenitentiam. Dicendum, quod & si aliae uirtutes sint: tamen poenitentia proprie uirtus est, per quam recipit homo in gratia, & per quam respuitur culpa: & ideo peccatum, quod est maxime impugnatum gratiae, magis directe habet opponi gratiae poenitentiae, quam alii uirtuti cardinali. Praeterea poenitentia non tantum est uirtus, sed etiam sacramentum, & utroque modo ei opponitur peccatum in spiritum sanctum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod aliae sunt conditiones Dei, quam misericordia, & iustitia. Dicendum, quod & si aliae sint, istae tamen sunt praecipuae, quae considerantur in opere iustificationis, & quas oportet attendere peccatores, ut possint redire ad gratiam: & ideo magis circa istas assignantur species peccati in spiritum sanctum, quam circa conditiones alias. AD ILLVD, quod obiicitur, quod septem capitalia uitia sunt ita magna, sicut inuidia. Dicendum, quod inuidia fraternae gratiae non ponitur esse peccatum in spiritum sanctum ratione eius, quod est capitale uitium, uel peccatum: sed ratione eius quod est impugnatio boni, quae directe habet oppositionem ad bonum potentiae. AD ILLVD, quod obiicitur quod contingit impugnare bonitatem sicut ueritatem, & maiestatem. Dicendum, quod in impugnatione ueritatis agnitae clauditur impugnatione maiesta-

tis, & etiam bonitatis: quoniam ueritas non tantum modo praedicat se, sed etiam praedicat, & manifestat Dei bonitatem, & maiestatem: & dum aliquis scienter dicit contra ueritatem, in qua praedicatur Dei maiestas, & bonitas, per consequens maiestatem, & bonitatem impugnat. AD ILLVD, quod obiicitur, de spiritu blasphemiae. Dicendum, quod comprehenditur sub impugnatione ueritatis agnitae. Qui enim utitur uerbis falsis, ueritati Dei resistit, & blasphemare dicitur, & ueritatem agnitam impugnare. AD ILLVD, quod quaeritur, penes quid accipiatur numerus, & sufficientia specierum huius peccati. Dicendum, quod sumitur ex parte oppositi: opponitur autem poenitentiae hoc peccati genus non solum ratione habitus poenitentiae, sed etiam ratione eorum, quae concurrunt ad poenitentiae effectum. Et quia ista sunt sex (sicut ostensum fuit) duo ex parte medici, & duo ex parte aegroti, & duo ex parte ministri, propter hoc sex sunt species huius peccati. AD ILLVD, uero, quod ultimo quaerebatur, iam patet sponso per ea, quae dicta sunt.

QVAESTIO II.

An quae peccati in spiritum sanctum species enumerata sunt, uerius eius species dici possint?

QVAERITVR de speciebus huius peccati quantum ad rationes proprias, & ostenditur quod nulla istarum sit species peccati in spiritum sanctum. Et primo de desperatione, quia peccatum in spiritum sanctum est ex certa malitia: sed desperatio potius est ex infirmitate, quae

ex malitia: ergo uidetur, quod desperatio non sit peccatum in spiritum sanctum. Si tu dicas, quod saltem potest esse species in quantum est ex malitia. Obiicitur contra hoc: quia qui desperat cogitat in corde suo, quod maior est iniquitas sua, quam dei misericordia: & omnis talis errat, & decipitur: ergo omnis desperatio ortum habet ex ignorantia; ergo non est species peccati in spiritum sanctum. Si tu dicas, quod ostenditur hoc ipsum de praesumptione; quia frequenter praesumit quis potius ex confidentia, uel audacia, quam ex malitia: ergo non uidetur esse species peccati in spiritum sanctum. Si tu dicas, quod non est species nisi quantum procedit ex malitia. Obiicitur contra hoc: quia praesumptio undecunque procedat, species superbiae est, quae est capitale peccatum; ergo non est species peccati in S. S. TERTIO ostenditur hoc ipsum de obstinatione: quia obstinatio est induratio mentis in malitia pertinacia, per quam fit homo impoenitens: si ergo induratio mentis uenit ex permansione in peccato, & permansio in peccato non sit species peccati; sed potius circumstantia, uidetur quod obstinatio non sit species peccati in spiritum sanctum. Si tu dicas, quod obstinatio secundum quod est peccatum in S. S. non tamen dicit permansione; sed et dicit nouum actum, & motum. Obiicitur contra hoc: quia actus ille non est aliud, quam uoluntas manendi in peccato: ergo non est aliud, quam impoenitentia: ergo uidetur, quod obstinatio non sit species peccati in spiritum sanctum ab impoenitentia distincta.

QUARTO ostenditur hoc ipsum de impugnatione ueritatis agnitae: quia frequenter ueritas agnita impugnatur ex uerecundia; quia homo timet confundi, quando dicit falsum: ergo uidetur, quod non sit species peccati in spiritum sanctum. Si tu dicas, quod non est species peccati in spiritum sanctum; nisi quando est ex malitia. Obiicitur contra hoc: quia tam ueritas quam ueritatis agnitio filio appropriatur: ergo potius debet dici impugnatione ueritatis agnitae peccatum in filium, quam peccatum in spiritum sanctum. QUINTO loco ostenditur hoc ipsum de inuidia fraternae gratiae; quia aliquis inuidet aliis ex corruptione naturae; ergo si omne peccatum in S. S. est ex malitia, uidetur quod ista non est species peccati in S. S. Si tu dicas, quod hoc modo est peccatum in spiritum sanctum, quo modo procedit ex malitia. Obiicitur contra hoc: quia inuidia fraternae gratiae semper continetur sub inuidia, quod est peccatum capitale: ergo uidetur, quod inuidia fraternae gratiae reducatur ad peccatum capitale, & non sit peccatum in spiritum sanctum. SEXTO, & ultimo ostenditur illud idem de impoenitentia: quia aliquis non poenitet; quia nescit se peccasse: ergo uidetur, quod aliqua impoenitentia sit ex ignorantia, ergo si non est species peccati in S. S. nisi quod est uniuersaliter ex malitia: igitur &c. Si tu dicas, quod tunc est peccatum in spiritum sanctum, quoniam est ex certa scientia. Obiicitur contra hoc: quia scientia non uariat genus peccati, cum sit circumstantia: si ergo impoenitentia procedens ex ignorantia

non est spēs peccati ī spiritū S., uidetur q̄ nec impēnitētia procedens ex certa scientia.

RESOLVTIO.

Et quidem, si ex certa malitia processerint: secus si præter illam, scilicet aut ex ignorantia, aut ex infirmitate.

RESP. Dicendum, quod quemadmodum in operibus meritoriiis charitas dat formam; ita q̄ nihil est meritorium, nisi ex charitate procedat: sic intelligendū in peccato ī spiritum sanctum, quod malitia dat formam huic peccato: unde nihil dicendum est esse peccatum in spiritum sanctum, nisi quod ex certa malitia procedit. Et quoniam fere omnes actus animę, qui p̄cedūt ex certa malitia, possunt procedere ex infirmitate, & ignorantia, & nomina peccatorum imponuntur ab actibus: hinc est, q̄ nullū nomen prædictarum specierum est impositum alicui earum secundum quod est præcise peccatum in spiritū S. & propterea in omnibus opus est hac generali, & comuni distinctione, ut dicamus, q̄ ista sex nominent peccatum in spiritum sanctum, secundum q̄ sunt ex malitia: si autem sunt præter malitiam, ut pote ex ignorantia: & infirmitate, tunc non sunt peccata in spiritum sanctum: Hoc autem melius patet si ad singula descendamus.

AD ILLVD enim, quod primo obiicit de desperatione, q̄ potest esse ex infirmitate. Dicendum, quod aliquando desperat aliquis ex pusillanimitate, ita q̄ in ipsa desperatione nō inuenit complacentiam; sed dolet, & re-

nititur contra ipsam: & tunc nō est dicendum esse peccatum in spiritum sanctum, quia ex tali desperatione homo non proicitur in profundum. Est & alia desperatio, qua quis desperat diffiditue, abscondens se quasi a facie diuinę misericordię secundum, quod fecit Chain, q̄ dixit. *Gen. 4.* Ecce a facie tua eicies me hodie: & hæc semper est peccatum in spiritum sanctum; quia est in contumeliam diuinę misericordię, cui suam præfert iniquitatem, sicut dixit Chain. Maior est iniquitas mea & c. ex hoc tamen non iudicatur infidelis: aut quia talis bene sentit de aliis; sed, naturale de se: aut certe quia non estimat deum misereri non posse; sed potius misereri nolle: & tale peccatum semper habet coniunctam malitiam, pro eo quod qui sic desperat in tali culpa uult uitam suam finire: unde tales desperatissimi frequentissime sibi ipsis inferunt mortem. AD ILLVD, quod obiicitur de presumptione. Dicendum, quod est presumptio de meritis & presumptio de impunitate. Prima presumptio, qua quis præsumit de meritis suis, siue de aliquo, quod habet in se, est peccatum superbię. Secunda uero presumptio, qua quis præsumit de impunitate dans totum diuinę misericordię, & auferens ei rigorem omnino iustitię, hoc est peccatum in spiritum sanctum, quia claudit uiam ad gratiam & uiam ampliat ad peccatum: & sic patet, q̄ aliter pertinet ad peccatum capitale, & aliter ad peccatum in spiritum sanctum. AD ILLVD, quod obiicitur de obstinatione, quod

quod obstinatio dicit permansio-nem in malo. Dicendum, q̄ obstinatio dicit dupliciter. Vno modo dicit obstinatio continua permansio in culpa. Alio modo dicitur obstinatio uoluntas complacens sibi in culpa perpetrata, & priorem culpam non detestans; sed approbans: & hoc modo dicitur actum: actum, inquam, procedentem ex malitia: ideo est peccatum in spiritum sanctum. Difert autem ab impēnitentia, s̄m q̄ hic proprie accipitur: nā unū est respectu præteriti, & reliquū respectu futuri. Et quamuis una sit uirtus; cuius est præterita plangere, & plangenda non committere: tamē cōtra istos duos actus possunt esse diuersa uitia: sicut largitas cum sit una uirtus, tamē s̄m duos actus, qui ad ipsam concurrūt, uidelicet dare, & tenere; habet duo uitia opposita, uidelicet prodigalitatē, & auaritiā. AD ILLVD, quod obiicitur de impugnatione ueritatis agnitæ. Dicendum, q̄ ueritas agnita tripliciter potest intelligi impugnari. Aut propter ipsam ueritatē, aut propter ipsum dicentem, aut propter effectum consequentē. Primo modo nullus impugnat; cum omnes homines natura scire desiderent. Secundo modo, & tertio potest impugnari ex infirmitate, & etiam ex malitia, & cū quis impugnat eam pertinaciter, siue in confusionem dicentis, siue propter excusationē sui, quasi semper habet adiunctam malitiam: maxime autem cum est ueritas ad salutem pertinēs: ut est ueritas Christianę religionis: & sic est peccatum in spiritum sanctum. Tunc autem di-

co aliquam ueritatem pertinaciter impugnare, quando ex sua impugnatione propter odium dicentis, uel effectus cōsequentis, aut facit, uel uult facere præiudicium ueritati: ita quod quāuis non odiat ueritatem, secundum quod ueritas est, tamen ratione adiuncti omnino eam abhorret: sicut aliquis odit deū ratione iustitię: & ratione illius odii contingit, quod homo deletatur in contumeliis dei, & in confutatione ueritatis: & tunc recte dicitur moueri ex malitia, & pertinacia. Si autem quis resistat non pertinaciter, tunc potest bene procedere talis impugnatione ex quadam infirmitate; nec talis impugnatione peccatum est in spiritum sanctum. Nec ualet illud, quod obiicitur, quod ueritas, & agnitio ueritatis appropriatur filio: quia talis impugnatione non procedit ex ipsa agnitione; sed potius procedit ex malitiosa uoluntate. Vnde Magister supra dixit in Prologo. Dissentientibus uoluntatibus dissentiens sit animorum sensus: & dum aliud aliis aut uidetur, aut cōplacet, impietatis error committitur, & uolūtatis inuidia resultat: & illud q̄ est maius, mouet ad ueritatē impugnandam. AD ILLVD, quod obiicitur de inuidia fraternę gratię. Dicendum, quod dupliciter potest quis inuidere gratię alienę. Aut quā ex hoc minuitur bonum proprium, cuius promotionem appetit singulariter: & sic est peccatū capitale. Aut quia uisus animę sic est deprauatus, ut sicut non uidet bonum in se, sic etiā nolit uidere bonum in alio: &

tunc est peccatum in spiritum sanctum: hoc autem est in illis maxime, qui uix possunt in aliquo homine uidere bonum, & ita alio modo est peccatum capitale peccatum, alio modo est peccatum in spiritum sanctum: & isto ultimo modo non procedit nisi ex magna corruptione, & malitia uoluntatis, quæ a deo gustum eius peruertit, ut bonum faciat apparere malum, & malum faciat apparere bonum. AD IL-
LVD, quod obiicitur de impoenitentia. Dicendum, quod impoenitentia dicitur dupliciter, uidelicet priuatiue, & contrariè. Si dicatur priuatiue: sic non est peccatum in spiritum sanctum; quia non ponit nouum peccatum; sed conditionem dicit, siue circumstantiam peccati præcedentis. Alio

modo potest dici contrariè: & tunc dicitur impoenitentia uoluntas impoenitendi; & talis ex malitia procedit, & est peccatum in spiritum sanctum. Nec ualet illud, quod obiicitur, quod scientia non uariat genus: dico enim, quod hoc non est ratione scientiæ; sed etiam ratione malitiæ: hæc autem impoenitentia sic est species peccati in spiritum sanctum, quod tamen aliæ species ad ipsam ordinatur, ut ipsa quodammodo omnibus aliis est annexa. Nec hoc impedit, quin sit diuersa species ab aliis: quia sicut in uirtutibus una disponit ad alteram, sic etiam & in uitiis, quamuis non sit tanta connexio in habitibus uictiorum, sicut est in habitibus uirtutum, sicut (deo dante) in Tertio Libro manifestabitur Dist. 36.

DISTINCTIO XLIIII. ET VLT.

Vnde habeat ortum potentia peccandi.

Op. quæ
runda.
Aug. li.
de fide
ad Pe-
tr. c. 3.
ad me-
diu ca.
Aug. li.
de natu-
ra boni
ta. 32.
com. 6.



DOST prædicta consideratione dignum occurrit, utrum peccandi potentia sit nobis a deo, uel a nobis. Putant quidam potentiam rectè agendi nobis esse a deo: potentiam uero peccandi non a deo; sed a nobis: uel a diabolo esse, sicut mala uoluntas non a deo nobis est; sed a nobis & a diabolo: bona autem a deo tantum nobis est. Bona namque uoluntatis & cogitationis initium non homini est se ipso nasci; sed diuinitus parari & tribui in eo deus euidenter ostendit: quia nec diabolus, nec aliquis angelorum eius, ex quo in hanc caliginem sunt detrusi, bonam potuit uel poterit resumere uoluntatem; quia si possibile foret, ut humana natura postquam a deo auersa bonitatem perdidit uoluntatis, ex seipsa rursus eam habere potuisset, multo possibilis hoc natura haberet angelica: quæ quanto minus grauatur terreni corporis pondere, tanto magis hac esset prædicta facultate. Non ergo homo uel angelus a se uoluntatē bonā habere potest, sed malam. Similiter

et de

de potentia inquit, per similitudinem uoluntatis de potentia, boni uel mali differentes, quod illa sit a deo, non ista.

Authoritatibus astruit potentiam peccandi esse a Deo.

Sed pluribus sanctorum testimonijs indubitanter monstratur, quod potestas mali a deo est, a quo est omnis potestas. Ait enim Apostolus, Non est potestas nisi a deo. Quod non de potestate boni tantum; sed & mali intelligi oportet, cum Pilato etiam ueritas dicat: Non haberes in me potestatem, nisi datum esset tibi de super. Malitia nempe hominum (ut ait Aug.) cupiditatem nocendi per se habet: potestatem autem si ille non dat, non habet. Ideoque diabolus antequam aliquid tolleret Iob, dicebat domino, Mitte manum tuam, id est, da potestatem: quia etiam nocentium potestas non est nisi a deo; sicut Sapientia ait, Per me reges regnant, & tyranni per me terram tenent. Vnde Iob de domino ait. Qui facit, regnare hypocritam propter peccata populi. Et de populo Israel dicit deus, Dedi eis regem in ira mea. Nocendi enim uoluntas potest esse ab homine, potestas autem non est nisi a deo, & hoc ab dita aptaque iustitia, nam per potestatem diabolo datam iustos deus facit suos. De hoc etiam Grego. in Mor. ait, Tumoris elatio, non potestatis ordo in crimine est. Potentiam deus tribuit, elationem uero potestatis malitiæ nostræ mentis inuenit, Tollamus ergo quod de nostro est: quia non potentia iusta; sed actio praua damnatur. His auctoritatibus, alijsque pluribus euidenter ostenditur, quod non est potestas boni uel mali cuiusque, nisi a deo equo, etsi lateat equitas.

An aliquando resistendum sit potestati.

Hic oritur questio, non transilienda silentio. Dicitur est supra, quod potestas peccandi uel nocendi non est homini uel diabolo, nisi a deo. Apostolus autem dicit quod qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Cum ergo diabolo sit potestas mali dei ordinatione, eius potestati non esse resistendum uidetur. Sed sciendum est Apostolum ibi loqui de seculari potestate, scilicet rege, & principe, & huiusmodi: quibus non est resistendum in his, quæ iubet deus eis exhiberi. s. in tributis & huiusmodi. Si uero princeps aliquis,

0000 3 101

vel diabolus aliquid iusserit vel suaserit contra Deum, tunc resistendum est. Unde August. determinans quando resistendum sit potestati, in Lib. de natura boni ait. Si aliquid iubeat potestas, quod non debeas facere, hic sane contemne potestatem, timendo maiorem potestatem. Ipsos humanarum rerum gradus aduerte. Si quid iusserit procurator, nunquid faciendum est, si contra proconsulem iubeat? Rursus si quid ipse proconsul iubeat, & aliud iubeat imperator, nunquid dubitatur illo contempto illi esse seruiendum? Ergo si aliud imperator, aliud iubeat Deus, contempto illo obtemperandum est Deo. Potestati ergo diaboli uel hominis tunc resistamus, cum aliquid contra Deum suggesserit, in quo Dei ordinationi non resistimus, sed obtemperamus. Sic enim Deus præcepit, ut in malis nulli potestati obediamus. Iam nunc his intellectis atque pertractatis, quæ ad uerbi incarnati mysterium pertinent, integra mentis consideratione intendamus: ut de ineffabilibus uel modicum aliquid fari deo reuelante valeamus.

SUPRA ostendit Magister, qualiter peccatum ortum habet a uoluntate in generali, & in speciali. In hac uero parte determinat, unde habeat ortum potentia peccandi: & hæc pars durat usque ad finem libri. Diuiditur autem in quatuor partes. In quarum prima Magister quærit, unde sit potentia peccandi: & determinat, quod potentia peccandi non est a deo secundum quorundam opinionem. In secunda uero parte ostendit, quod omnis potentia peccandi est a deo pluribus autoritatibus, ibi. Sed pluribus sanctorum testimonijs &c. In tertia uero parte determinat quandam dubitationem, quæ ex parte præcedenti habet ortum, uidelicet, utrum aliquando potestati sit resistendum ibi. Hic ori-

tur questio non transilienda: &c.) Vbi determinat, quod aliquando est obediendum, aliquando resistendum. In quarta uero, & ultima continuat Magister dicta dicendis, ut ex hoc Libro ad librum Tertium transeat, ibi. Iam nunc his intellectis, atque pertractatis, &c.) Et posset hæc particula ultima diuidi contra totum præcedens: sed causa breuitatis non fuit diuisa: huiusmodi enim minutæ diuisionum plus habent curiositatis, quam utilitatis: & idcirco eas in præcedentibus prætermisi.

Sciendum est Apostolum, &c.] **Dub. 1.** Contra. Non uidetur Magister sufficienter soluere questionem motam, imo potius fugere: quia sicut (habitu est in præcedenti cap.) diabolus non habet potestatem nocendi a se ipso

ipso, sed a deo: cum ergo Apostolus dicit, quod omnis potestas a deo est, intelligit non solum de potestate hominis, sed etiam de potestate diaboli. Itē. Videtur quod eius potestati non sit resistendum: quia Hier. 27. Gens, & regnum quod non seruiert Nabucho. &c. comminatur his dominus, qui non seruiert Nabuch. si ergo per Nabucho. significatur diabolus: uidetur &c. Item. Non debemus resistere membris diaboli, utpote malis prælatis, & tyrannis, qui sunt membra diaboli: ergo multo fortius neque ipsi diabolo, qui est caput ipsorum malorum. Respon. Dicendum, quod Magister recte dicit in hoc, quod dicit, quod uerbum Apostoli, quo dicitur non resistendum esse potestati, intelligi habeat de potestate humana, non de potestate diabolica: quia potestas humana & ordinata est, & ordinata frequenter mouet, & imperat: & ideo qui ei resistit, diuinae ordinationi resistit, saltem si ordinate præcipit. Sed quia diabolus ex peruersitate uoluntatis suæ semper inordinate, & ad malum mouet, & contra deum: ideo secundum rectum ordinem, & mandatum Apostoli frequenter est ei resistendum, & pugandum contra eum tanquam contra pessimum aduersarium. Quod ergo dicitur, quod potestas diaboli a deo est. Dicendum, quod uerum est: sed ipse non uirtutem ad id, ad quod deus ei eam dedit, imo semper malum intendit, & dum ei fortiter resistimus, malum suum in bonum, non solum conuertimus. Ad illud,

quod obiicitur, de membris diaboli. Dicendum, quod non est simile: nam membra sua non ita semper mouent ad malum, sicut ipse qui est in malo obstinatus, & a quo sumpsit exordium omne malum.

Dub. 2. Ipsos humanarum rerum gradus, &c.) In hoc uerbo innuit Magister, quod si potestas inferior obuiet potestati superiori, magis obediendum est potestati superiori, quam inferiori: Sed contrarium huius habetur super illud Apocal. 2. Et angelo ecclesie Pergami scribe. Non audeat archiepiscopus super subditos episcopi manum imponere sine eo: sed hoc potest episcopus sine archiepiscopo: ergo uidetur quod magis est obediendum inferiori, quam superiori. Item. Causa immediata magis influit, quam mediata: ergo si potestas inferior magis immediata est quam superior: uidetur quod magis sit standum potestati inferiori, quam superiori. Contrarium huius est, quia dicit Boetius. Quicquid potest uirtus inferior potest superior: sed non e conuerso: ergo uirtus superior potest compescere inferiorem: ergo magis standum est mandatis ipsius. Respon. Dicendum, quod dupliciter est loqui de potestate superiori, & inferiori. Aut ita quod potestas inferior totaliter fuit a potestate superiori, ad quam ordinatur, sicut potestas procuratoris a potestate proconsulis, & potestas proconsulis a potestate imperatoris: & tunc uerum est quod dicit, quod standum est magis potestati superiori, quam inferiori. Aut illa potestas

states ita se habent, quod ambigunt a superiori: & in casibus determinatis una præsupponit alteram, & illa posse plenum habet super utranque; sicut potestas episcopi, & archiepiscopi a potestate Papæ, qui plenam habet potentiam super utranque: & tunc non est generaliter verum, quod magis oporteat obedire potestati superiori, quam inferiori, utpote potestati archiepiscopi, quam episcopi: quia unus est prælatus immediatus, alter mediatus; sed respectu eius, qui habet plenam potestatem super utrumque, veritatem habet: quia ille non est tantum prælatus immediatus. Unde magis debet stare subditus mandato Papæ, quam mandato alicuius prælati inferioris. Et in hoc casu loquitur Augustinus. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Dub. 3.

POSTREMUM quaeritur de illis auctoritatibus, quas Magister adducit in litera. Cum enim sit quaestio de potestate peccandi, videtur quod minus recte adducat auctoritates illas, quæ locum tenent de potestate dominandi, & inferendi malum peccati, sicut aspicienti patet. Et dicendum, quod ex consequenti aliquo modo possunt ad propositum applicari: verum tamen (sicut aperte apparet) Magister allegat eas aliquantulum minus recte.

NON TAMEN est mirandum si in tot & tam bonis dictis Magister dixit aliquid minus complete: nec ei est propter hoc insultandum, magis enim suo labore meruit legentium orationes, & gratiarum actiones, quam reprehensiones, licet in aliquibus locis declinauerit ab opinionibus com-

munibus, & parti minus probabili adhæsit: præcipue in octo locis. Nam in Lib. 1. sunt duo, unum, scilicet est *Distin. 17.* quod charitas, quæ est dei, & proximi, non est quid creatum, sed increatum. **ALIUD** uero est, quod hæc nomina *Trinus, & Trinitas* non dicunt positionem, sed priuationem tantum, & hoc ponit *Distin. 24.* In secundo uero Lib. similiter duo dicit, quorum primum est, quod in angelis beatis præmium præcellit, & meritum respectu substantialis præmii habet subsequi: & hoc dicit *Dist. & etiã Dist. 11.*

ALIUD est, quod nihil de cibus transit in ueritatem humanæ naturæ, nec per generationem, nec per nutritionem. In Lib. 3. similiter duo dicit, unum est quod anima exuta corpore est persona: & hoc *Distin. 5.* **ALIUD** est, quod Christus fuit homo in triduo: & hoc dicit *Dist. 22.* In 4. Lib. duo dicit: unum est, quod *baptismus Ioan.* cum impositione manuum æquipollēbat baptismo Christi, ita quod baptizatus baptismo Ioan. in fide Trinitatis, non erat rebaptizandus, & hoc dicit *Distin. 2.* **ALIUD** est, de potestate baptizandi interius, quam dixit, quod *Deus potuit alii dare, &* quod creatura potuit suscipere: & similiter quod Deus potest potestatem creandi communicare, & creare per creaturam tanquam per ministrum: & hoc dicit *Dist. 5.* In his octo positionibus communiter Doctores Parisien. non sequuntur Magistrum: nec credo in omnibus his eum esse sustinendum, ne amore hominis

ucri

ueritati fiat præiudiciū, & hæc omnia suis locis manifesta sunt, & manifestabuntur.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An potentia peccandi sit in nobis à Deo?



D intelligentiã huius huius partis incidit hic, quæstio circa tria. Primo quaeritur, unde habeat ortum potestas peccandi. Secundo uero quaeritur, unde sit in homine potestas præsidendi, siue dominandi. Tertio quaeritur de necessitate subiacendi potentiæ præsidendi. Circa primum quaeruntur duo. Primo quaeritur utrum potentia peccandi sit in homine a deo, uel a seipso. Secundo quaeritur, utrum potentia peccandi in quantum huiusmodi sit bona, an mala.

UTRUM potentia peccandi sit in nobis a deo. Et quod sic uidetur. Primo auctoritate Augustini super *Psal. 32.* & Magister adducit in litera. Nocendi uoluntas potest esse ab animo hominis: potestas autem non nisi a deo: sed uoluntas nocendi, quæ est hominis a seipso, non est nisi respectu nocumendi, quo quis peccat: ergo si respectu illius cuius est a deo, uidetur quod potestas peccandi sit a deo in ipso homine. **ITEM.** Philosophus in *Topicis* Potest deus, & studiosus praua agere: sed omne illud, in quo communicat homo eum deo, habet ab ipso tanquam a causa, & principio: si ergo in potentia peccandi homo cum deo communicat: uidetur quod potentia peccandi a deo accipiat. **ITEM.** Omne illud

quod attestatur nobilitati naturæ est a deo: sed potestas peccandi in eo, in quo est attestatur nobilitati naturæ: non enim reperiri potest nisi in creatura rationali, quæ est nobilissima omnium creaturarum: ergo uidetur, quod potentia peccandi sit in homine a deo. **ITEM.** Omne illud, quod facit ad amplificationem laudis, a deo est; cuius est omnis honor, & laus; sed posse peccare facit ad laudem uiri iusti, secundum quod dicitur *Eccles. 31.* Qui potuit transgredi, & non est transgressus. & facere malum, & non fecit: ergo uidetur quod posse peccare sit in homine a deo. **ITEM.** Potentia peccandi autem est in creatura rationali, secundum quod est a deo, aut secundum quod est ex nihilo. Si secundum quod est a deo, habeo propositum. scilicet quod talem potentiam homo a deo accipiat. Si secundum quod est ex nihilo; ergo cum omnis creatura sit ex nihilo, omnis creatura habet potentiam peccandi: si igitur hoc est falsum, restat &c.

SED CONTRA. Peccare est deficere, sed posse deficere, est non posse, & est priuatio potentie; si ergo priuatio, & defectus potentie non est a deo, uidetur quod potentia peccandi non sit in homine a deo, sed potius a seipso. **ITEM.** Ab eodem principio sunt actus, & potentia; ergo si peccatum non est a deo aliquo modo; ergo nec potentia peccandi in homine est ab ipso. **ITEM.** Gloria est perfectiua, & saluatoria naturæ: sed per gloriam auferitur potentia peccandi; si ergo gloria non auferit quod deus dedit, uidetur igitur, quod potentiam peccandi homo a Deo

non

non acceperit. ITEM. Potentia peccandi est potentia faciendi contra deum: ego potentia peccandi in quantum huiusmodi aduersatur diuinæ potentiæ: si igitur diuina potentia nihil contra se facit, uidetur igitur, quod ab ipso non sit potentia peccandi. ITEM. Omne quod est in homine a deo, habet exemplar in deo: sed potentia peccandi in quantum huiusmodi non habet exemplar in deo: impossibile enim est, quod deus peccet, sicut in locis pluribus Aug. ostendit: & impossibile est etiam defectus habere exemplar in deo: si igitur homo secundum potentiam peccandi deo non assimilatur, imo potius assimilatur diabolo: & omne illud, quod homo habet a deo, habet in ipso deo exemplaritatem, & similitudinem, uidetur quod potentia peccandi in homine non habeat a deo causam, & originem.

RESOLVTIO.

Potentia peccandi ut ordinabilis ad actum, utique a Deo est; ut uero defectibilis, nequaquam eam a Deo dicimus: quando quidem ut talis non potentia, sed impotentia est.

RESPON. Dicendum, quod cum dico potentiam peccandi, duo dico: & dico aliquam potentiam: & dico potentiam ad talem actum ordinabilem. Si igitur loquamur de potentia peccandi secundum quod potentia est, cum illa potentia sit liberi arb. sic absque dubio a deo est. Si autem loquamur de ordinabilitate illius potentie ad peccatum: tunc dicendum est, quod sicut peccatum aliquando accipitur abstra-

cte, aliquando concrete, aliquando enim nominat actionem deformem, aliquando ipsam deformitatem: sic dupliciter est loqui de illa ordinabilitate ad peccandum, aut respectu deformitatis, aut respectu actionis substratæ. Si respectu actionis substratæ, sic talis ordinabilitas a deo est, sicut & actio substrata peccato. Si autem loquamur de ordinabilitate illa respectu deformitatis, sic cum illa deformitas nihil aliud sit, quam priuatio, & defectus, talis ordinabilitas nihil aliud est, quam defectibilitas: & ideo sicut defectus deformitatis non est a deo, sic nec talis defectibilitas est a deo, sed est in ipsa creatura rationali: quia ex nihilo. Sic igitur potentia peccandi uno modo conceditur esse a deo, alio uero modo minime: & secundum hoc currunt rationes ad oppositas partes, & etiam diuersæ fuerunt opiniones. Nam sicut Magister dicit in littera, quidam dixerunt, quod potentia peccandi non est a deo. Alii uero dixerunt, quod potentia peccandi a deo est: quod nititur probare Magister multis auctoritatibus: illæ autem auctoritates non ualent ad hoc concludendum, nisi accipiatur potentia peccandi secundum illud, quod est sine respectu actionis ad quam est: quia hoc modo continetur sub genere potentie. Secundum autem quod potentia peccandi consideratur in comparatione ad ipsam deformitatem, sic non est in genere potentie, imo potius impotentie: sic enim non nominat potentiam, sed defectum: & sicut non sequitur, deus potest omnia facere:

Concordat D. Thom. sed dissentit Scot. dicitur in 37 huius 9. unica ibi. Contra secundam uiam, & ibi. Contra illud, quod tunc etc.

ere: ergo potest peccare; sic non sequitur isto modo. Omnis potestas a deo est: ergo potestas peccandi a deo est: & isto modo loquendo dicit Anselm. quod potestas peccandi non est libertas, nec pars libertatis. Et hoc modo procedunt rationes ostendentes, quod potestas peccandi non sit in homine a deo: & ideo sunt concedendæ.

De lib. arb. Cap. 1.

AD ILLUD, quod obiicitur de potentia nocendi, quod est a deo; quamuis uoluntas non sit ab ipso. Dicendum, quod Aug. facit uim in uerbo illo inter ipsam potentiam, qua peccatur, & actualem ordinationem illius potentie, qua peccatur: & uult dicere, quod ipsa potentia a deo est, quamuis ipsa ordinatio ad peccatum ab ipsa non sit: quia potius est deordinatio, quam ordinatio: & ideo ex hoc non habetur, nisi quod potentia peccandi secundum id quod est, a deo sit: secundum autem quod est ad peccandum non potest elici ex illa auctoritate, quod sit a deo, imo potius oppositum: quia potentia peccandi non peruenit in peccato, nisi mediante uoluntaria deordinatione, quam a deo esse negat Aug. in predicta auctoritate. AD ILLUD, uerbum Philosophi, quo dicit, quod deus, & studiosus potest praua facere, exponunt quidam, quod Philosophus intellexit de malo poenæ: sed hoc plane repugnat eius textui: & ideo cum sacra scriptura dicat, & omnes expositores concordant, quod nullo modo potest peccare, sicut nec mentiri, nec etiam seipsum negare, Dicendum est, quod illud uerbum Philosophi non habet ueritatem:

nec credo ipsum constituisse magnam uim in uerbo illo: pro eo quod dixit hoc solum exemplificando, & pertransiendo: & exemplum suum satis sufficebat ad propositum pro parte, in qua habet ueritatem, pro hac uidelicet quod studiosus potest mala agere, licet hoc non sit ut studiosus, sed ut potest a uirtute deficere. AD ILLUD, quod obiicitur, quod potentia peccandi attestatur nobilitati nature. Dicendum, quod hoc non est uerum in quantum dicit ordinationem ad defectum, sed in quantum dicit ordinationem ad actum substratum: nam nullus actus est deformabilis per culpam, nisi qui procedit a potentia deliberatiua, quæ nobilis est: quia sola illa informabilis est per iustitiam. Vel dicendum, quod attestari nobilitati est dupliciter, aut per se, aut per accidens. Potentia autem peccandi, & peccatum attestatur nobilitati nature per accidens, sicut dicit Aug. quod dolor boni amissus testis est bonæ nature. AD ILLUD, quod obiicitur, quod facit ad amplificationem laudis. Dicendum, quod sicut uirtus commendabilior reditur ex peccatis: sic potentia benefaciendi commendabilior reditur ex potentia malefaciendi, non quia uitium aliquid addat bonitati uirtutis, nec potentia deficiendi aliquid addat potentie benefaciendi, sed quia ex presentia oppositi magis in sua bonitate clarescit: sicut apparet magis uirtuositas hominis, quando potest mala facere, & non uult, quam si non posset, nec uellet: & ideo laudatur uir iustus in hoc, quod potuit mala facere, & non fecit.

secundum accidens sicut, hic eadem est uoluntas, quæ distat a malo, & qua approximat a malo: si mala est prout est approxmata ex comparatione ad malum, similiter mala est, put erit distans: assignatur enim hic aliquid similiter accidenti, & rei subiectæ inesse. AD ILLVD, quod obiicitur, quod usus potentiæ peccandi in quantum huiusmodi est malus. Dicendum, quod maxima illa intelligitur de usu, ad quem unaquæque res directè, & de proximo ordinatur: sed potentia peccandi non ordinatur nec directè, nec de proximo ad actum peccandi, pro eo quod illa eadem potentia est ad opposita: & ad suum oppositum ordinatur per se: ad hoc autem ordinatur per accidens. Unde oppositum peccati est eius usus, & peccatum est eius abusus: & ideo non sequitur, quod si peccare sit malum, quod propter hoc potentia peccandi in quantum huiusmodi sit malum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod in nobis potentia benefaciendi est bona: ergo &c. Dicendum, quod non est simile, quia in bonis bonitas actus est a bonitate potentiæ: unde consuevit dici, quod non quia bona facimus boni sumus, sed quia boni sumus, bona facimus: non sic autem est in malis: imò e contra, quia mala facimus, mali sumus. Et ratio huius est: quia quamuis potentia non possit se per suum actum perficere, potest tamen se per suum actum deordinare & deficientem facere. & propter hoc non tantum ad id bonum opus supra bonum opus quantum ad rationem me-

rendi, sicut peccatum supra peccatum quantum ad rationem demerendi. AD ILLVD, quod obiicitur, quod completior est potentia, cum est suo actui coniuncta. Dicendum, quod hoc uerum est de actu, ad quem ordinatur simpliciter; sed non est uerum de eo, ad quem ordinatur per accidens, maxime, cum actus ille plus teneat rationem defectus, quam effectus, tunc enim magis deordinatur, quam perficitur: & sic est in potentia peccandi respectu actus peccandi: & ideo magis recedit potentia a completionem in hoc quod peccat, quam in eo quod potuit peccare. AD ILLVD, quod queritur, utrum potentia peccandi sit bona, aut mala. Dicendum, quod si dicatur potentia peccandi, potentia, qua quis potest peccare, absque dubio bona est, & a Deo est; similiter si dicatur potentia peccandi ordinata ad actum peccato substratum, similiter est a Deo. Si autem dicatur potentia peccandi ipsa potentia deficienti, hoc modo non debet dici bona, nec mala. Bona non debet dici: quia non dicit aliquod ens, & nihil habet rationem entis, quod non habeat rationem boni. Mala non debet dici, propter hoc quod non dicit priuationem alicuius boni nati inesse, nec dicit actuale defectum, sed habituale; unde talis potentia non debet dici potentia mala uel deficientis, sed potentia defectiua: nec est proprie potentia, sed impotentia. Unde sicut non potest uideri in lapide, nec est bonum, nec est malum: quia nec dicit positionem, nec dicit priuationem

alicui-

alicuius boni nati inesse: sic intelligendum est de potentia peccandi in creatura rationali secundum quod potentia peccandi dicit defectibilitatem, quæ inest ei ex ratione creature, secundum quam ex nihilo habet esse. Ex his patet responsio ad illud, quod queritur ultimo, quare uide licet uoluntas peccandi dicitur mala, & non sic potestas. Hoc enim est ex hoc, quia uoluntas est causa immediata, & proxima & respectu actuum, qui ex deliberatione procedunt; magis autem peccandi potentia dicitur impotentia, quam uoluntas peccandi dicatur uoluntas, pro eo quod nomen potentiæ impositum est a positione, & complemento: & ideo peccare diminuit de ratione potentiæ, cum dicat defectum, sicut mortuus diminuit de ratione hominis. Nomen autem uoluntatis impositum est a libertate, & complacencia. Et quia peccatum est placitum, & committi habet per liberum arbitrium, hinc est, quod quamuis deprauet potentiam uoluntatis, tamen non diminuit de ratione uoluntatis, quia non habet ad ipsam repugnantiam secundum quod sic nominatur: & propterea uelle peccare uelle est posse: & id dictum fuit in 1. Lib. Dis. 45. ar. 1. quod deus est opus, & tamen non est omniuolens.

ARTICVLVS II.

QUESTIO I.

An potestas dominandi a deo sit?



ONSEQUENTER queritur de potestate presidenti. Et circa hoc queruntur duo. Primo queritur, utrum omnis po-

testas dominandi a Deo sit. Secundò queritur: utrum potestas dominandi sit a Deo secundum institutionem naturæ, aut secundum punitionem culpæ.

UTRUM potestas dominandi sit a Deo. Et quod sic uidetur. Ioan. 19. Non haberes in me potestatem, nisi tibi datum esset de super: dixit dominus Pilato: ergo si potestas Pilati super Christum erat a deo: & tamen minime uidebatur, quod super ipsum deberet habere potestatem: ergo uidetur quod multo fortius omnis potestas talis a deo est. ITEM. Expressius Ro. 13. Non est potestas nisi a deo: & constat quod ibi loquitur de potestate presidendi: ergo &c. Et istæ duæ auctoritates iufficiant, quia plures aliæ adducuntur in litera. ITEM. Hoc ipsum uidetur ratione. Potestas presidendi dicitur potentiam in excellentia, & omne tale dicit positionem aliquam: sed omne quod dicit positionem aliquam, a summa potentia est: ergo omnis potentia presidendi a Deo est: qualitercunque quis presit. ITEM. Omnis poena a Deo est, quæ habet simpliciter rationem poenæ: sed omnis seruitus est poena, ergo a deo est: sed ab eodem a quo est seruitus, ab eodem est dominandi potestas: igitur omnis potestas dominandi est a Deo.

SED CONTRA. Ose 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognouit: ergo uidetur, quod talis presidentia malorum non sit a Deo. ITEM. Nihil iniustum est a Deo: sed multi iniuste dominantur aliis: ergo uidetur, quod non omnis pote-

pote-

potestas siue dominium, q̄ est in hominibus; sit a Deo. ITEM. Nihil inordinatum est a Deo: sed cum stultus præficatur sapienti, & malus bonis, hoc est inordinatum: ergo non uidetur esse à Deo. ITEM. Nihil q̄ est contra ius naturæ, est à Deo: sed potestas dominandi in homines est cōtra ius naturæ: ergo non est a deo. Maior manifesta est. Minor probatur per illud, q̄ dicitur in Libr. Institutionum. Bella exorta sunt, & captiuitates secutæ, & seruitus, quæ sunt iuri naturali contraria. ITEM. Nihil auferendum est alicui, q̄ est ei datum à Deo: ergo si omnis potestas, uel prælatio est à Deo, nulli auferenda est prælatio, uel potestas: ergo nullus prælatus, uel princeps esset deponendus, quantumcunque malus. ITEM. Nihil quod habet quis p̄ Dei donationē; habet p̄ usurpationem: ergo si omnis potestas est a Deo collata, nulla est usurpata: sed planū est, q̄ multæ potestates usurpantur: ergo nō omnis potestas à Deo donatur.

RESOLVTIO.

Potestas omnis secundum id quod est, ex respectu eius, super quem est, & iusta est, & à Deo est. Tamen si modus ad eam deueniendi iniustus quandoque esse possit.

RESP. Dicendum, quod potestas præsidendi dicitur esse illud, per q̄ aliquis præsidet, & dominatur alteri. Illud autem per q̄ præsidet dupliciter potest dici. Vno modo dicitur ipsa uirtus, per quam quis præuallet alteri: & hæc uirtus absque dubio à Deo est. Alio modo illud, per q̄ præsidet dicitur modus

perueniendi, uel promouendi ad hanc uirtutis excellentiam: & sic distinguendum est tripliciter. Nam quidam præsumunt aliis ex iustitia, quidam ex astutia, & quidam ex uolentia. Quando autem aliquis præest aliis per iustitiam, tunc, illa potestas dominandi (loquendo simpliciter) à Deo est, & respectu præsentis, & respectu subiaccientium. Quando autem præest aliquis p̄ astutiam, uel per uolentiam, tunc dicitur esse, quod talis potestas habet comparari ad uoluntatem præsentis, & habet comparari ad meritum subiaccientis. In comparatione ad meritum subiaccientis talis præsentia iusta est; quia aut est ad bonorum præbationem, aut ad malorum punitionem. Si autem comparatur ad uoluntatem præsentis, sic iniusta est. Et primo quidem modo dicitur esse à Deo faciente, & ordinante secundum, q̄ dicitur Iob. 24. Facit regere hypocritam propter peccata populi. Et Osee 13. Dabo ei reges in furore meo. Secundo autem modo, scilicet in comparatione ad uoluntatem præsentis, sic dicitur esse à deo permissiue: non autem approbatiue: propter quod dicitur. Ipsi regnauerunt, & non ex me, & Osee 8. principes extiterunt, & non cognoui. Concedendum est igitur, quod omnis potestas præsentis secundum id quod est, & etiam respectu eius super quem est, iusta est, & à deo est: & hoc ostendunt rationes, & auctoritates, q̄ ad primam partem inducuntur, & ideo concedendæ sunt. Concedendum est nihilominus, q̄ modus deueniendi ad hanc præ-

sidentiam in comparatione ad uoluntatem præsentis potest esse iustus, & iniustus: & secundum quod iustus est, à Deo est: & secundum quod iniustus, a deo non est. Quia uero nunquam est ita iniustus ex una parte, q̄ sit iustus ex altera; ideo de nulla potentia præsentis dici potest, quod non procedat à Deo.

AD ILLVD ergo, q̄ primo obiicitur, in contrariam, q̄ dominus dicit quod regnauerunt, sed non ex ipso. Dicendum, q̄ non est ibi negatio cuiuscunque uoluntatis, sed uoluntatis antecedentis, & uoluntatis approbantis. Dominium enim malorum potius est a deo uindicante, quam sit à Deo acceptante. Vnde in eis uerificatur illud, quod dicit Eccles. 3. Interdum dominatur homo homini in malum suum. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ nihil iniustum est à Deo. Dicendum, quod uerum est secundum quod iniustum. Quamuis autem potentia dominandi iniusta sit frequenter in comparatione ad uoluntatem præsentis, semper tamen iusta est in comparatione ad meritum subiaccientis, quia est ad uindictam malefactorum, ad laudem uero bonorum: sicut dicitur 1. Pet. 2. AD ILLVD, q̄ obiicitur, quod aliqua potestas inordinata est. Dicendum, quod & si aliquo modo aliqua potestas possit ex inordinata uoluntate procedere; potestas tamen ipsa semper ordinata est: sicut dicit Greg. in Morali. q̄ rumoris elatio, nō potestatis ordo in crimine est: potentiam deus dedit, elationem potentie malitia nostræ mentis inuenit. Et si obi-

ciatur, quod inordinatum est, q̄ stulti præsent sapientibus, & mali bonis, serui dominis, uel liberis. Dicendum, quod & si aliqua inordinatio appareat exterius, nihilominus later pulchra ordinatio interius secundum diuinum iudicium, quod frequenter est occultum, nunquam tamen iniustum. Propter quod dicitur Eccl. 10. Vidi malum quasi per errorem, egrediens a facie principis, stultum positum in dignitate sublimi &c. quasi diceret: quia quauis appareat ibi error magnus tamen est ibi ordinatio, dū et est hoc mali puniuntur, & boni promouentur. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ nulla potestas est à Deo, quæ est contra ius naturæ. Dicendum, quod esse cōtra ius naturæ, hoc est dupliciter, uel simpliciter, uel secundum aliquem statum. Cum ergo dicitur, quod potestas dominandi est contra ius naturæ, hoc non intelligitur quantum ad uniuersale dictamen naturæ, sed quantum ad dictamen naturæ alicuius status determinati, in quo quidem nō esset subiectio seruitutis, nec prælatio potestatis. AD ILLVD, q̄ obiicitur, quod nihil quod est à Deo datum, est auferendum. Dicendum quod illud uerū est, si deus simpliciter ei dedit: si autem solum sit ad tempus datum, sicut dominus uoluit dare: ita etiam uoluit per ministerium humanum auferre: hoc autem cognoscimus, quod Deus uelit, quando uidemus ordinem iustitiæ sic exigere. Deus enim dedit uitam latroni, & tamen iudex iuste illam auferit ei, exigente hoc

mandato iustitiæ, quo dicitur Maleficum uon patieris uiuere. Sic etiam intelligendum est se habere in potestate nostra & principum; quia secundum iuris relictitudinem tam dominiū, quam potestatis priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi ab utitur potestate. **AD ILLUD**, quod obiicitur, quod nulla potestas a deo collata, est usurpata. Dicendum, quod uerum est si totaliter detur a deo; sed deus sic dat potestatem, quod frequenter homo cooperatur in illius potestatis adeptione: & cum recte cooperatur ad illius potestatis adeptionem, tunc dicitur dominari ex iustitia: quando uero iniuste, tunc dicitur illa potestas usurpata, in quo non preest de iure, quamuis preest de facto: nihilominus tamen quia talis potestas non caret omnino ordine iustitiæ, conceditur esse a deo. Et simul sunt hec duo uera secundum diuersos respectus, uidelicet quod eadem potestas sit usurpata, & a deo collata absque aliqua repugnantia.

QUESTIO II.

An potestas presidendi in homine secundum institutionem naturæ sit; uel secundum punitionem culpæ?

VERVM potestas presidendi sit in homine secundum institutionem naturæ, uel secundum punitionem culpæ. Et primo modo uidetur. Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & presit &c. Si tu dicas, quod habuit prelationem respectu bestiarum, sed non respectu hominum, Per hoc non euadetur: quia 2. Cor. 11.

Caput mulieris uir. si ergo caput presidet corpori, & debet regere corpus: ergo uidetur, quod secundum institutionem naturæ sit potestas dominandi in humano genere. **ITEM**. In angelis, qui sunt perfecti in natura, & in gloria; non tantummodo est ordo, & gradus secundum excellentiam naturalium; sed etiam secundum presidendam officiorum; ergo uidetur, quod dominium non repugnet, sed consonet institutioni naturæ humanæ, sicut & angelicæ. **ITEM**. Potestas dominandi est proprietas dignitatis, & nobilitatis; sed si aliquid dignitatis competit naturæ lapsæ, multo magis competit naturæ institutæ; ergo uidetur, quod magis pertinebat ad statum naturæ institutæ potestas dominandi, quam ad statum naturæ lapsæ. **ITEM**. Omne illud, quod est ad conseruationem ordinis naturalis, pertinet ad institutionem naturæ: sed potestas presidendi pertinet ad conseruationem ordinis naturalis: ergo potestas presidendi inest homini a deo secundum institutionem naturæ; Maior manifesta est. Minor probatur per illud, quod dicit Aug. 19. de Ciu. dei. Pœnalis seruitus ea lege ordinatur, quæ naturalem ordinem conseruari iubet, & perturbari uetat; sed ad idem ordinatur potestas dominandi, & pœnalis seruitus: ergo &c.

SED CONTRA. Grego. Omnes homines natura æquales fecit; sed pro uariis meritis illos aliis occulta dei dispensatio, sed iusta preponit; Ergo uidetur, quod subiectio, & prelatio non sit in homine secundum institutionem naturæ. **ITEM**. Aug. 19. de Ciu.

Ca. 15. Ciu. dei. Rationalem hominem ad imaginem dei factum dominari noluit deus nisi irrationalibus: ergo si potestas presidendi, & dominandi est in uno homine respectu alterius: uidetur ergo &c. **ITEM**. Ratione hoc ipsi uidetur. Libertas homini inest a natura: sed potestas dominandi est libertatis impeditiua: ergo non uidetur, quod sit a natura. Quod autem libertas & a natura si sit, & a potestate presidendi habeat impediri: manifestatur: quia libertas sic habet diffiniri, Libertas est naturalis potestas, qua licet homini facere, quod uult.

ITEM. Homo secundum suam primam conditionem est factus ad dei imaginem; sed in quantum est imago dei, natus est immediate ferri in deum: ergo si solus deus maior est, igitur secundum naturam nihil est supra hominem nisi deus: ergo nullum dominium in homine est secundum naturam institutionem, nisi solum diuinum dominium. **ITEM**. Non est dominus sine seruo; ergo nec dominium sine seruitute: sed seruitus est introducta propter peccatum, sicut in pluribus locis dicit Augustinus; ergo uidetur, quod potestas dominandi in homine sit secundum conditionem culpæ, non secundum institutionem naturæ.

ITEM. In glorificatione hominis uitia detrahentur, & natura seruabitur: secundum quod in Libro de Ciuitate dei uult Augustinus: sed in statu gloriæ non manebit dominium prelationis, & subiectio seruitutis: ergo non uidentur hæc esse in natura humana secundum quod instituta; sed solum secundum

quod lapsa, & uitiata.

RESOLUTIO.

Sicut non natura; sed culpa famulamur: ita contra naturam institutione; sed peccati destitutione dominamur.

RESP. Dicendum, quod potestas dominandi, uel presidendi dicitur tripliciter, scilicet largissime, communiter, & proprie. Largissime dominandi potestas dicitur respectu omnis rei, quia homo potest ad libitum, & uotum suum uti: & hoc modo dicitur homo esse dominus possessionum suarum, siue mobilium, siue immobilium. Alio modo potestas presidendi, siue dominandi dicitur excellentiam potestatis in imperando ei, qui est capax rationis, & precepti. Tertio modo potestas dominandi, siue presidendi dicitur potestas coercendi subditos: & hæc potestas dicitur quandam arctationem libertatis: & talis potestas dominandi proprie dicitur dominium, cui respondet seruitus. Primo modo potestas dominandi, communis est omni statui uidelicet statui naturæ institutæ, & naturæ lapsæ, & naturæ glorificatæ: & excellentiori modo fuit in statu naturæ institutæ, quod sit in statu naturæ lapsæ. Secundo modo competit statui uicæ, siue pro statu naturæ institutæ siue pro statu naturæ lapsæ. Si enim homo stetit, & uir posset imperare uxori, & pater potuisset imperare filio: & hoc reperitur etiam in angelis quamdiu sunt administratorii spiritus: quia ex illa parte aliquo modo sunt in statu uicæ. Hæc tamen prelatio non manebit in glo-

*Loco immedia-
te allegato.*

*Elice
ex lib.
22. ca.
12. &
uide.*

*Ca. 15.
& 16.*

ria, sicut in præcedentibus ostensum fuit. Tertio uerò modo potestas dominandi in homine est solum secundum naturæ lapsæ statū: inest enim ei secundum culpæ punitionē, non secundū naturæ institutionē: & hoc quæ seruitus sibi correspondens (secundum quod dicunt sancti) est pœna peccati. Et quia isto modo loquimur hic de potestate dominandi: & ideo concedendæ sunt rationes ostendentes, quæ talis potestas non inest homini secundum primariam conditionem suam, siue secundum statum naturæ institutæ.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur in contrariū ex textu Gene & ex 2. Corin. 11. iam patet responsio: procedūt enim de potestate præsidendi accepta primo, & secundo modo, non tertio: nā & si mulier sit uiro quodammodo inferior ratione infirmioris sexus, nihilominus, quia non est creata ut esset ei in adiutorium ut famula, sed ut sociata, hinc est, quæ quamuis dicatur caput eis non tamen dicitur dominus, quia ipsa non est ancilla ipsius. Et ideo supra dicit Magister Dist. 18. quæ mulier ad æqualitatem fuit cōdita: ideo fuit formata de latere, non de pedibus, uel de capite, ut uiri uideretur esse socia, non domina, uel ancilla, AD ILLVD, quæ obiicitur, quæ prælatio est in angelis, iam patet responsio: quia quamuis unus præsideat alteri, & imperet alteri, & auctoritatem habeat super alterum imperandi ei aliquid, quod pertinet ad officium ministerii, tamen unus angelus nō dicitur esse seruus alterius ange-

li: & ideo ex hoc non concluditur, quod potestas dominandi secundum quod ei correspondet seruitus sit in homine secundū conditionem naturæ. AD ILLVD, quod obiicitur, quod dominium est ei proprietas dignitatis. Dicendum, quod & si sit proprietas in eo, qui præsideat: in dignitatem tamen dicit in eo, quæ subest: & ideo naturaliter potest conuenire homini respectu alterius creaturæ inferioris respectu tamen alterius hominis non conuenit naturaliter, sed quodammodo præter naturaliter, uidelicet in punitionem peccati: sicut enim dicit Ambr. Seruitus introducta fuit per peccatum ebrietatis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod dominium, & seruitus facit ad conseruationem ordinis naturalis. Dicendum, quæ est ordo qui respicit naturam secundum omnem statum: & est ordo qui respicit naturam secundum statum suæ conditionis: & est ordo qui respicit naturam secundum statum suæ corruptionis: & secundum hoc quædam sunt de dictamine naturæ simpliciter: quædam de dictamine naturæ secundum statum naturæ institutæ: quædam de dictamine naturæ secundum statum naturæ lapsæ. Deum esse honorādū dicitur natura secundum omnem statum: omnia esse communia dicitur secundum statum naturæ institutæ: aliquid proprium esse dicitur secundum statum naturæ lapsæ ad remouendas contētionēs, & lites & sic omnes homines esse seruos Dei dicitur natura secundum omnem statum. Hominem uero ad æquari homini dicitur secundum statum suæ primariæ

conditionis. Hominem autem homini subiici, & hominem homini famulari, dicitur secundum statum corruptionis, ut mali cōpescantur, & boni defendantur. Nisi enim essent huiusmodi dominia coercētia malos propter corruptionem, quæ est in natura, unus alterum opprimeret, & communiter homines uiuere non possent. Nūc autem esset, si homo mansisset in statu innocentie: quilibet enim in gradu, & statu suo maneret. Et sic patet, quæ illa ratio non concludit, quæ seruitus uel dominium respiciat naturam institutam; sed solum quæ respicit naturam lapsam, ubi ordo habet perturbari, & potest per dominium conseruari.

ARTICVLVS III.

QVÆSTIO I.

An christianis tyrannis secularibus subijcere teneantur?



ONSEQUENTER quæritur de necessitate subiaccendi potestati præsidendi.

Et circa hoc quærentur duo. Primo quæritur, utrum Christiani teneantur subiaccere tyrannis in aliquibus. Secundo quæritur, utrum religiosi teneantur subiaccere prælati suis in omnibus.

VT RVM Christiani teneantur subesse tyrannis, siue potestati seculari in aliquibus. Et quod sic uidetur. 1. Petr. 2. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis; sed etiam discolis. I T E M. Roman. 13. Omnis anima potestati bus sublimioribus subdita, sit. Et post. Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui

uestigial uestigial. Et si tu dicas quod hoc est admonitio propter scandalum uitandum. Contra. paulo ante. Necessitate subditi estote non solum propter iram; sed etiam propter conscientiam. I T E M. Hoc ipsum ostenditur ratione, quam Apostolus facit ibidem. Non est (inquit) potestas nisi a deo: sed quæ a deo sunt ordinata sunt: ergo omnis potestas ordinata est ordinatione diuina, ita quod qui resistit potestati, dei ordinationi resistit: sed qui resistit ordinationi dei, damnationem sibi acquirit: ergo &c. I T E M. Seruire homini non est culpa, nec malum, immo meritorium; ergo uidetur, quod ab illa seruitute non absoluitur per baptismum: ergo sicut nō Christiani serui sunt aliorum, ita etiam si Christiani sint seruire teneantur. I T E M. Ad hoc ipsum sunt multæ auctoritates, quæ possunt sumi quasi ab omnibus epistolis beati Pauli, in quibus monet seruos subiaccere dominis suis.

SED CONTRA. Matth. 17. Reges terræ a quibus accipiunt cæsum, a filiis, an ab alienis? Et post: Ergo liberi sunt filii Glof. ibid. Liberi sunt filii regni in omni regno, & uult magis liberi sunt filii illius regis, sub quo sunt omnia regna in quolibet regno terreno: si ergo boni Christiani sunt filii regni illius, uidetur quæ nullius regis terreni potestati sint astricti: ergo nō tenemur ei subesse in aliquo tributo. I T E M. Iacob. 1. Qui autem prospexerit in lege perfectæ libertatis Glof. exponit, quod lex perfectæ libertatis est lex euāgelica: ergo si per

fecta libertas liberat ab omni seruitute, uidetur quod omnis qui inhæret legi euangelii, absolutus sit ab omni seruitute regis terreni. **ITEM**, Charitas omnia membra Christi facit unum & omnia facit communia: unde 1. Corin. 3. Omnia uestra sunt, siue mors, siue uita, &c. Omnia facit unum: quia dicit Apostolus, & ad Ephes. & ad Colos. Omnes unum sumus in Christo: nec est distinctio serui, & liberi: si ergo charitas reducit omnia membra ad æqualitatem, & communitatem, uidetur ergo quod in habentibus charitatem non sit aliqua obligatio seruitutis. **ITEM**, Maius est uinculum legis diuinæ, quam sit uinculum constitutionis humanæ: sed lex euangelica absoluit ab onere seruitutis legalis, quæ quidem a deo per Moysen lata fuerat: ergo multo fortius absoluit ab onere seruitutis humanæ, & legis ciuilibus. **ITEM**, Anselmus in Libro, Cur deus homo. cap. 5. Per se redimere uoluit, ut in pristinam redigeret libertatem, & sibi homo subiectus esset, non homini: si ergo empti sumus precio magno, scilicet sanguine agni incontaminati, & immaculati, uidetur quod ipsius solius serui simus: ergo non uidetur quod Christianus, qui renatus est in Christo, astrictus sit alicui seruituti terreni imperii.

RESOLVTIO.

Tenentur perfecti: sed minime in his, quæ agunt contra Deum, sunt, aut contra rationem, & rectam consuetudinem.

RESPON. Dicendum, quod cum seruitus opponatur libertati, se-

cundum quod triplex dicitur esse libertas, scilicet a coactione, a culpa, & a miseria: sic seruitus potest dici tripliciter, quæ attenditur in libertatis arctatione. Secundum enim arctationem libertatis a culpa, attenditur seruitus peccati, de qua Ioan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Et Roman. 6. Non regnet peccatum in uestro mortali corpore. Secundum uero arctationem libertatis a miseria, attenditur seruitus poenæ, & mortis. De qua dicitur Roman. 6. Christus resurgens a mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Secundum autem arctationem libertatis a coactione, attenditur seruitus conditionis. De qua dicitur Roman. 7. Seruus uocatus es, non sit tibi curæ: sed & si potes liber fieri, magis utere. Hæc autem seruitus attenditur in coactione libertatis a coactione non quantum ad interiorum motum uoluntatis, quæ cogi non potest, sed quantum ad exteriorum. Unde & seruitus introducta fuit in hoc, quod unus alterum uicit, & seruituti suæ addixit, ut non liceat facere contrarium eius, quod ipse mandauerit. Cum ergo triplex sit seruitus, una habet ortum ab altera, non esset seruitus poenæ, nisi præcessisset seruitus culpæ: nec seruitus conditionis subsequeretur, nisi illa duplex præcederet: cum ergo aliquis regeneratur in Christo, & efficitur Christianus, liberatur a seruitute peccati: sed tamen non sic liberatur, quin etiam possibilitatem, & facilitatem, & pronitatem habeat redeundi in idem genus ser-

seruitutis: & hinc est, quod propter eius promotionem, & humiliationem reliquit dominus eidem seruitutem mortis, & conditionis: Unde ita moriuntur Christiani, sicut & alii. Et propter pronitatem ad malum, & concupiscentias militantes in membris, ex quibus consurgunt bella, & lites, ita indigent regi terreno Principe, sicut & aliæ gentes: & ideo non solum secundum humanam institutionem, sed etiam secundum diuinam dispensationem inter Christianos sunt reges, & principes, domini, & serui: & secundum distinctionem potestatis ei subiiciuntur, & tenentur secundum plus, & minus. Et hoc ipse dominus dicit Matth. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Et Apostolus. 1. Timot. ult. hoc docet, & contrarium prædicantes condemnat. Ait enim sic. Qui cunque sunt sub iugo seruitutis dominos suos dignos omni honore arbitrentur, ne nomen domini, & doctrina blasphemetur. Si quis autem aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, superbus est, nihil sciens, &c. Et hoc ipsum probat Roman. 13. & in pluribus aliis locis docet, & mandat. Et ideo concedendum est, quod Christiani sunt terrenis dominis obligati, non tamen in omnibus, sed in his solum, quæ non sunt contra deum: neque in his omnibus, sed in his, quæ secundum rectam consuetudinem statuta sunt rationabiliter: sicut tributa, & uectigalia, & consimilia. Unde rationes, & auctoritates, quæ hoc ostendunt, conce-

dendæ sunt.

AD ILLVD, quod primo obiicitur de tex. & Gloss. 17. Matth. Dicendum, quod textus intelligit de Christo: quod Christus non tenebatur reddere tributum: & de his qui sunt eius imitatores perfecti, utpote de Apostolis, pro eo quod naturaliter erant liberi, & omnia bona temporalia dimiserunt: & ideo census, uel tributum ab eis reges terræ accipere non debebant: in aliis autem Christianis, uel qui sunt seruilis conditionis, uel qui abundant temporalibus bonis, illa auctoritas non debet intelligi. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod lex euangelica est lex perfectæ libertatis. Dicendum, quod ideo dicitur lex perfectæ libertatis: quia liberat a seruitute præuincationis, siue etiam a seruitute legis, dum in ea datur spiritus charitatis, qui est spiritus libertatis secundum id, quod dicit Apostolus Roman. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum: & ideo ex hoc non sequitur, quod qui est sub lege euangelii, sit liberatus a seruitute terreni domini. **AD ILLVD**, quod obiicitur, quod charitas omnia unit, & communia facit. Dicendum, quod hoc uerum est per quandam participationem, sed non est uerum per dominii auctoritatem: omnes etiam unit, sed hoc est secundum affectionem, non secundum gradus, & dignitatis indistinctionem: nam in corpore Christi magna est membrorum distinctio, quamuis quantum ad conformitatem affectionum magna sit unio. **AD ILL-**

LVD, quod obiicitur q̄ absoluit
lex euāgelica ab onere legis Mo
sayc: ergo multo fortius a lege
humana. Dicendum, q̄ non est
simile: quia lex ista legem illam
implet, & euacuat tanquam ueri
tas figuram: non s̄z autē est de
lege institutionis humane, quæ
multum adiuuat ad obseruantia
legis diuinę. Vnde & Apосто
lus mandat rogari pro principi
bus. . . Tim. . . ut quietam & trā
quillam uitam sub eis agamus.
AD ILVD, quod obiicitur, q̄
Christus ideo p̄ se redimere uo
luit, ut in pristinam libertatem
redigeret. Dicendum, q̄ ibi no
tatur effectus plenus redemptio
nis factę per Christum: sed ta
mē illum effectum nō plene asse
quimur in p̄sen i, quousque
creatura ingemiscit & parturit,
donec liberetur a seruitute cor
ruptionis in libertatem glorię
filiorum dei. Vnde hic inchoa
tur libertas a culpa: sed ibi con
summabitur libertas a miseria,
& ab omni potestate humana.
Vnde non sequitur, q̄ si sumus
empti a Christo, q̄ propter hoc
nō sumus serui alterius: quia do
minium Christi bene compati
tur secum dominium hominis,
in his maxime, qui nihil iubent
contra deum: sed non compati
tur secum dominium diaboli,
uel peccati, secūdu illud Mat. 6.
Non potestis duobus dominis
seruire. ideo quāuis redēptione
Christi eruiamur a seruitute mor
talis peccati, non tamen
eruimur a seruitute
conditionis,
ue mor
tis.

QVAESTIO II.

An religiosi obedire teneantur Præ
latis suis in omnibus, quæ con
tra Deum non fuerint?

VT RV M religiosi teneantur
prælati obedire in omni
bus, quæ non sunt contra deum.
Et q̄ sic uiderur. Primo auctori
tate domini. Matth. 23. Super
cathedram Moysi sederunt Scri
bæ, & Pharisei, quæ dicunt uo
bis, facite: ergo si dominus sine
distinctione mandat, q̄ faciendū
sunt, quæ dicunt, etiam de malis
prælati, uiderur q̄ in omnibus
obediendū est eis. SI RV dicas:
non intelligitur nisi de illis, quæ
dicant, & ad quæ homo tenetur
per mandatum legis, cōtra hoc
est, quæ alibi dicit dominus. Qui
uos audit, me audit: & qui uos
spernit, me spernit: ergo si deus
in omnibus est audiendus, &
in nullo spernendus, uiderur q̄
prælati a deo instituti a suis
subditis debeat in omnibus obe
diri. ITEM. Collos. 3. Filii obedi
te parentibus uestris per omnia:
si ergo filii carnales parentibus
carnalibus debēt per omnia obe
dire, & non debent minus esse
obedientes filii spirituales pa
tribus spiritualibus, quā carna
les carnalibus: ergo religiosi de
bent suis prælati in omnibus obe
dire. ITEM. Beatus Benedictus
in regula sua. Si præcipit præla
tus impossibile, tentandum est
facere: ergo si in impossibilibus
obediendum est ei, multo fortius
in possibilibus: ergo in omnibus.
ITEM. Hieronymus ad Rusti
cum. Præpositum monasterii ti
meas, ut dominum: diligas ut pa
trem: credas quicquid dixerit
saluare, nec maioris iudices sen
ten

tentiam, cuius est officium obe
dire, & iussa implere, dicente
Moysi. Audi Israel, & tace.

ITEM. Hugo de sancto Victore.
Obedientia est uirtus, quæ om
nia amplectitur iniuncta neces
sario implēda, nisi obfiterit im
perantis auctoritas: ergo uide
tur, quod si non obedit in om
nibus, non habet ueram obe
dientiam: ergo si teneretur habe
re ueram obedientiam; ergo ei
tenetur in omnibus obedire.

Ex li
bello,
cuius
Senten
tia, uel
assertio
nes in
quibus
dā uer
bis diui
nis et re
rum na
turis c.
de obe
dientia.

ITEM. Videtur ratione. Sicut ho
mo uouet paupertatem, & con
tinentiam, sic uouet obedientiā
sed qui uouet continentiam, te
netur abstinere ab omni coitu:
& qui uouet paupertatem, tene
tur renunciare omnibus tempo
ralibus; ergo qui uouet obediē
tiam, tenetur obedire in omni
bus, quæ sibi iniunguntur; ergo
sicut aliquis iudicatur propieta
tarius, si unum solum punctum
habeat; sic debet iudicari inobe
diens, si unū solum prælati uer
bum pertrāseat: ergo ei tenetur
obedire in omnibus.

SEDCONTRA. Actū. 7. Obe
dire oportet deo magis, quā
hominibus: ergo in aliquibus te
nemur obedire deo, in quibus
non tenemur obedire homini
bus; ergo uideatur, quod non te
nemur obedire prælati in omni
bus. ITEM. Bernardus in Libro
de Dispensatione, & præcepto.
Subditus nec citra promissum
est inhibendus, nec ultra cogen
dus per legem obedientiæ: ergo
si aliquis prælati præcipiat ei
ultra id, quod promissit, non ui
detur quod teneatur ei obedire.
ITEM. Perfectio religionis maxi
me consistit in perfectione obe

dientiæ; ergo si omnes religiosi
tenerentur in omnibus obedi
re, omnes religiones essent equę
perfectionis, q̄ si hoc est plane
falsum, ergo &c. ITEM. Religio
sus non tenetur obedire præla
to suo nisi per legē uoti; sed per
legem uoti non tenetur homo
soluere nisi id, quod uoluit spon
tanec; ergo uiderur, q̄ prælatus
non possit ab eo exigere nisi id,
quod promissit obseruare.

RESOLVTIO.

Sanum consilium erit, si obedierint:
at expresse nō tenentur. Si quidē
obedientia obedientis iuxta omis
si uoti magnitudinem mensuran
da est.

RESPON. Dicendum, quod ali
ter loquendū est de obedientia,
exhibenda prælati a subdito re
ligioso secundum obedientiæ p̄
fectionem, aliter secundum ne
cessitatis obligationem. Si loqua
mur de ipsa secūdu perfectionem,
sic dicendum est, quod (si
cut dicit Bernardus,) perfecta
obedientia finem nescit; & per
fectus obediens non solū in his,
quæ mandat; sed etiam supra ea
quæ mādāt; promptum habet ef
fectum ad subiaccendum præce
pto prælati, desiderans illū imi
tari, qui humilians seipsum, fa
ctus est obediens usque ad mor
tem. Si autem loquamur de obe
dientia secundum necessariam
obligationem, sic habet termi
num, & mensuram iuxta magni
tudinem uoti emissi. Non enim
amplius tenentur obedire suis p̄
latis, nisi in his, quæ promiserūt
domino obseruare, & quæ non
sunt contraria anime, & regulæ
sue. Vnde si prælatus aliquid
præ

precipiat quod sit supra uotum, subditus non tenet ad illud implendum. Et ideo concedendum est, quod religiosi non tenent prelati suis obedire in omnibus; illece sanum sit consilium, quod in omnibus obediant, quia non sunt contra deum; unde rationes, quae ad secundam partem inducuntur, concedendae sunt; quia uerum concludunt.

AD ILLUD ergo, quod primo obiicitur in contrarium, quod obediendum in omnibus est his, qui sedent in cathedra: uerum est de his, quae ad cathedram spectant, & de preceptis legis: de aliis autem non mandat. Et quod obiicit, quod ipse dominus dicit, Qui uos audit: &c. Dicendum est, quod uerum est quod loquitur de his, quae Apostoli, & eorum successores mandant ex persona Christi, & etiam ex auctoritate sibi data: in nullo tamen, quod dicunt, eorum auctoritas est spernenda: unde quamuis non teneamur prelati in omnibus obedire, tenemur tamen nullum mandatum eorum spernere. Unde dicitur in iure, quod sententia pastoris siue iusta, siue iniusta tamen menda est. AD ILLUD, quod obiicitur de uerbo Apostoli. Filii obedite per omnia parentibus. Dicendum, quod si intelligatur de his, quae spectant ad mandatum diuinum, preceptum est: de aliis autem monitio est, non preceptum. AD ILLUD uerbum beati Benedicti, Hieronimi, & Hugonis. Dicendum est, quod non loquuntur de obedientia secundum obligationem necessitatis; sed secundum perfectionem charitatis. AD ILLUD, quod obiicitur, quod sicut homo uouet

paupertatem, & continentiam, ita uouet obedientiam. Dicendum, quod sic, & non sic. Sic quidem, in hoc quod aufert sibi proprie uoluntatis dominium. Non sic autem; quia non arctat se ad faciendum nisi ea, quae in regula expressa sunt. Et quoniam in omni religione perfectionis simpliciter continetur renunciatio quantum ad opus carnis, & quantum ad opus proprietatis, uel in speculati, uel in communi; non sic autem praecipuntur omnia, quae possunt praecipiri: ideo non sic arctatur ad obediendum in omnibus, sicut ad renunciandum omnibus. Ratio autem huius est: quia possibile est alicui renunciare proprietati, & etiam satis facile, maxime ubi est possessio habita in communi: sed obtinere omnibus, quae dicuntur, hoc non tantum est non facile, imo etiam impossibile: & ideo fines ponuntur promissioni obedientiae: non sic ponuntur promissioni paupertatis, uel etiam castitatis. Unde in regula beati Francisci simpliciter praecipitur quod illius regulae professores nihil omnino habeant proprium super terram: simpliciter etiam praecipitur perpetuo continere non solum ab actu, sed etiam a suspecto consortio, & consilio mulierum: sed non simpliciter praecipitur suis prelati in omnibus obedire: sed in omnibus, quae promiserunt domino obseruare: & non sunt contraria animae, & regulae suae. Nescio si ad aliquod istorum uotorum quisquam sciat plus addere: in hoc ergo perfectionis culmine congruum est praedictae Quaestionis terminare sermonem.

SI

SI CUI autem aliter uideret (& fortassis melius) in huius quaestione determinatione, imo explanatione duorum Librorum praecedentium, & etiam duorum sequentium, non inuideo: sed hoc rogo, ut si quis aliquid in hoc opusculo inuenierit approbatione dignum, agat gratias deo largitori bonorum. In aliis uero locis si inuenit uel falsum, uel dubium, uel obscurum, scribentis insufficienti bene uolentem induigat, qui absque dubio (teste conscientia) uera, aperta, & communia dicere concupiuit. Quicquid enim sit de uerbis: quae foliis comparantur, hoc summopere attendendum, & inquisitione qualibet est obseruandum, ne quis a deo letetur in sententia oris sui; & sic ei inhaerent, ut oris alieni uerba despiciat, aspiciens ea oculo minus sano: & sic per tumorem, & liuo-

rem sibi ueritatis aditum precludat: & de numero horum sit, de quibus dicit Apostolus 2. Timotheo. 3. quod semper sunt discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes: quod auertat deus ab omnibus inquisitoribus ueritatis.

HANC autem ueritatem in fatigabiliter querere, infallibiliter inuenire, inamissibiliter apprehendere, & tenere concedat nobis ille, qui est uia, ueritas, & uita: qui cum patre, & spiritu sancto unum existens in essentia, & ab eis distinctus in persona, hominem rectum fecit, qui se infinitis quaestionibus immiscuit: secundum quod series manifestat duorum praecedentium Librorum. Cui est omnis honor, & gloria, & laus, & imperium per infinita saecula saeculorum. Amen.

FINIS.

Registrum.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn
Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk
Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt
Vuu Xxx Yyy Zzz.
Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh
Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp.

Omnes sunt quaterniones.

